

NICOLAI VIGELII IV-
RISCONSVLTI

DIGESTO-
RVM

PARS PRIMA:

De iure publico.

Acceßit & Legum quæ in hac Prima Digestorum parte continentur, & Rerum ac uerborum in eadem præcipuè memorabilium, geminus INDEX.



Cum Cæs. Maiest. & Christianiss. Gall. Regis gratia & priuilegio, ad annos VI.

BASILEÆ, EX OFFICINA OPORINIANA. 1568.

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM GVLIELMVM Lantgrauium Haſſię, comitem in Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhayn & Nidda, Principem ſuum patrium:

NICOLAI VIGELII *Iuriſconſulti Præfatio.*

CVM aliquando, Princeps illuſtriſsime, pópulus Romanus nõ tam certo iure, quàm incertis moribus & optimatum arbitrio regeretur: placuit certas ferri leges, iuxta quas ſuas dirigerent actiones, ne amplius dubio euentu fluctuarẽt. Cumq́ue de latore legũ dubitaret, placuit tandem, à Græcis ciuitatibus, tunc temporis ſapiẽtia pręſtantibus, leges ſuæ Reipublicę accommodatas peti. Vnde leges XII Tabularum prodierunt, Ius ſanè in republica Romana antiquiſsimum, quod Cicero omnium Philoſophorum libris antè ponit: qui nunc quoque (ut Liuĳ uerbis utar) in hoc immenſo aliarum ſuper alias aceruatarũ legum cumulo, fons omnis publici priuatiq́ue eſt iuris. Acceſſerunt poſtea interpretationes prudentum, quorum ſententię atq́ue reſponſa pro legibus haberi cœperunt. Deinde tulerunt quoque leges plebs Romana, Senatus, Pretores, Aediles, Romanorum deniq́ue Imperatores. Hinc multa prodierunt Plebiſcita, multa Senatuſconſulta, plura Prætorum edicta, plurimæ Principum conſtitutiones: & hæc omnia multitudine ſuperantes, infinitæ Iuriſconſultorum ſententiæ & opiniones, etiam inter ſe diuerſæ. Ita legum cumulus creuit in immenſum: in quo & modus deſiderabatur, & ordo. Vnde Imperatores quidam Romani, hanc rem ad ſuam curam reuocantes, Ius ad certum modum & ordinem redigere ſunt conati. Primusq́ue Iulius Cæſar, occupata Monarchia, hanc rem inter cætera ſibi curandam propoſuit. quod de eo Suetonius teſtatur, in hæc uerba: Deſtinabat Ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immenſa diffuſaq́ue legum copia, optima quæque & neceſſaria in pauciſsimos conferre libros. Hæc atque huiuſmodi alia agentem atque meditantem, mors præuenit. Ciceronem quoque eiuſdem fuiſſe propoſiti, teſtantur uerba ipſius poſteritati relicta hæc: Si aut mihi facere licuerit quod iam diu cogito, aut alius quiſpiam aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, ut primùm omne Ius ciuile in genera digerat, quę perpauca ſunt: deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat: tum propriam cuiuſq́ue uim definitione declaret: perfectam artem Iuris ciuilis habebitis, magis magnam atque uberem, quàm diffici-

lem & obscuram. Ex hisce, cuius & Cicero & Cæsar in Iure ciuili fuerint propositi, constat: quorum alteruter si suum propositum ad effectum perduxisset (cum uterque eo tempore, quo Imperium Romanum florebat, uixerit) firmius, & magis constans Imperium posteris esset relictum. Nam ista legum confusio, quę ad nostra usq; tempora peruenit, sine dubio incertitudinem iuris parit, & obscuritatem. Cum autem (ut dici solet) Lex sit anima Reipublicæ: legibus incertitudine & obscuritate laborantibus, ut suo nō rectè fungantur officio, corpus quoq; ipsum Reipublicę incertum atq; infirmū esse necesse est. euenit enim inde, ut minus obseruent leges, magisq; cōtemnant. Porrò, post Iulium Cæsarem & Ciceronem, eiusdem cum illis fuit propositi Imperator Iustinianus, longo ex interuallo illos secutus: fœlicior quidem in eo, quàm illi: quiq; aliquid effecit, sed id quod proposuerat non perfecit. Nam cum tria maximè ad omnem artem cōscribendam sint necessaria, præceptorum uidelicet copia, delectus, & ordo: primùm quidem in Iure, arte uidelicet boni & æqui, præstiterunt ueteres legumlatores: secundum, præstitit Imperator Iustinianus: tertium, imperfectum reliquit. Ex immēsa nanque legum copia, quam ei ueteres suppeditarunt legumlatores, optima ille & necessaria selegit: & in quinquaginta libros Pandectarum, Codicisq; duodecim redegit: sed (quod res ipsa testatur) sine ordine. Dum enim ex omnibus ueterum Iurisconsultorum libris aliquid excerpsit, illos descripsit, nobisque reliquit centones cōgestos uerius quàm digestos: adeò ut mihi eos legenti, sæpe uidere uidear Deiphobum illum Vergilianum,

—Lacerum crudeliter ora,
Ora manusq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto uulnere nares.

Sed modum (ut dixi) immensæ legum copiæ Imperator Iustinianus adhibuit, optimasque & necessarias delegit, cæteris antiquatis. Vt igitur artem Iuris ciuilis perfectam habeamus magis magnam atq; uberem (ut Cicero ait) quàm difficilem & obscuram: tertium adhuc restat perficiendum, eorum uidelicet quę à Iustiniano congesta sunt, recta dispositio, & ordo. Magna profectò, ex ijs quæ nobis relicta sunt, ueterum Romanorū prudentia, in iure & æquitate definienda elucet: in quibus (ut Valla inquit) nescias, utrum diligentiane an grauitas, prudentia an æquitas, scientiarum an orationis dignitas præstet, & maiori laude digna esse uideatur. Non minor certè Romanorum in iure constituendo, quàm in Imperio comparando & ampliando, sapientia fuisse credēda est. rectèq; Cicero: Incredibile est (inquit) quàm sit omne Ius ciuile, præter hoc nostrum, inconditum, ac pe

nè

nè ridiculū. Huius autem Iuris in tanta legum cōfusione perdifficilis cognitio est, usus'q; eius multo difficilior. Ista legum confusione sublata, ordine'q; perfecto (perinde ac in ædificio artificioso, cuius antea singulę particulę humi iacentes non facilè à quouis cognoscebantur, nunc erecto, solet euenire) singularum legum cognitio longè facilior, usus expeditior, ipsum'q; Ius sui structura multo admirabilius efficietur. Hæc cōsiderantes tum superiorib. ætatibus, tum hac nostra etiam ætate multi docti uiri, partim exoptarūt, partim etiam tentarunt, ut ius aliquando in ordinem redigeretur, & sic ars boni & æqui perficeretur: eam'q; rem cum olim Imperatores ad suam curam pertinere putarent, nunc homines priuati sibi sumunt curandam. Ego quidem statim in ingressu Iuris studij animaduertens, nihil tam deesse in Iure quàm certum legum ordinem: animū huc adijciebam, & in eo laborabā, ut legem quanq; suo haberem ordine ac loco: in eam'q; rem aliquot Iuris locos pertractabā, non tam publicandi studio, quàm ut mihi omnia in promptu essent, & ad manus. Tandem tamen cum hic labor meus doctis probaretur, quædam publicaui: conscripsi demum Methodum Iuris, quę extat. Hac Methodo absoluta, tua (Princeps illustrissime) Celsitudo ad hanc profitendi Iuris functionem, in qua nunc uersor, me promouit: qua occasione oblata, cœpi ea quę in Methodo delineauerā, uiuis coloribus adhibitis illuminare. In quo Opere segnius quidem antehac laboraui, quòd horum meorum conatuum, ab ijs qui Iuris studijs præficiuntur, ratio nulla haberetur. Hi enim ad extempo ralem illam dicendi ac disputandi facultatē, uulgi iudicio accommodatam respicientes, hæc sedentaria & cogitabunda studia despiciunt magis, quàm curant. Nunc autem maiore cum diligētia institutum prosequor, Typographo illud urgente. Quare hoc anno (qui ab eo tempore, quo à Celsitudine tua ad docendi munus allectus sum, Sextus est) Opus à capite sum orsus: primā que eius partem, quę Iura publica complectitur, absolui. Hanc partem tuæ, Princeps illustrissime, Celsitudini dedico, hac fiducia: tuam Celsitudinem, exemplo ueterum Principum, ea quæ ad Ius ordinandum pertinent, digna iudicaturam, in quibus elaboretur: & ob id, hos meos labores & conatus magis, quàm ij qui Iuris studijs præficiuntur, curaturam.

PARTITIO TOTIVS IVRIS Ciuilis.

TOTVM Ius ciuile, in septem partes commodè diuidi potest. Nam omne ius aut ad publicam, aut ad singulorum spectat utilitatem: illud Publicum, hoc Priuatum ius uocatur. Spectant autem ad publicam utilitatem, leges, magistratus, iudicia tam publica quàm priuata, religio, fiscus, res militaris & ciuitatum. Horum iura leges'que Primam Iuris Ciuilis partem constituere possunt. Singuli uerò ius habent aut in personis, aut in rebus: quibus sublatis, ipsum ius tolli necesse est. Sic ius habet in persona serui, dominus, quod Dominicam potestatem uocant: in persona liberti, patronus, quod Ius patronatus dicunt: in persona pupilli, tutor: in persona adulti, curator ius habet, quorũ illud Tutela, hoc Cura nuncupatur: in uxoris persona maritus, & contrà in mariti persona uxor ius habet, quod per nuptias constituitur. In personis deniq; liberorum, parentes ius habent, quod Patriam potestatem appellant. Ex hisce & similibus Iuris speciebus in persona consistentibus cum suis causis & actionibus, Secunda pars Iuris ciuilis confici potest.

In rebus autem, habemus dominium, possessionem, usumfructũ, usum, seruitutes, & similia iura, quæ cum suis causis & actionibus in Tertiam partem reijci possunt. Porrò sunt causæ iuris generales, quibus Iura uel adquiruntur, uel conseruantur, uel amittuntur, uel deniq; amissa recuperantur. Adquiruntur iura per successiones tam ex testamento quàm ab intestato, per legata & fideicommissa, per donationes item & usucapiones: quę causæ cum suis actionibus, Quartæ parti possunt includi. Sed & adquiruntur iura per pacta & conuentiones, item per obligationes & actiones, quarum aliæ ex contractu, aliæ ex delicto nascuntur: illæ quidem Quintam, hæ uerò Sextam partem constituere possunt. Conseruantur demùm Iura per exceptiones, ac amittuntur per alienationes, capitis deminutiones, captiuitatem, &c. recuperantur deniq; amissa iura per in integrum restitutionem, postliminium, &c. cuius generis causæ in Septimam, eamq; ultimam partem reijci possunt: adiunctis duobus titulis generalibus de Verborum significatione, & de Regulis iuris: quorum ille quidem leges declarat, hic uerò confirmat.

Hoc modo toto Iure Ciuili in Septem partes distributo, tres quidem priores genera Iuris, cum singulorum generum causis & actionibus: quatuor uerò posteriores, causas Iuris generales continebunt. Nam PRIMA quidem pars, Ius publicum: SECVNDA uerò, Ius priuatum, quod in personis: TERTIA demum, Ius quod in rebus habemus, tractabit. Cumq; causæ uel in adquirendo, uel in conseruando, uel in amittendo, uel deniq; in recuperando iure consistant, tres quidem sequentes partes, causas quibus iura adquiruntur, posterior uerò reliquas continebit. Nam QVARTA pars comprehendet causas lucratiuas: puta Successiones tam ex testamento quàm ab intestato, legata & fideicommissa, donationes & usucapiones: QVINTA continebit pacta, obligationes, & actiones ex contractu: SEXTA, obligationes & actiones ex delicto descendentes: SEPTIMA deniq; & ultima pars, Exceptiones, capitis deminutiones, captiuitates, in integrum restitutiones, postliminium, & alias similes causas, quibus iura uel conseruantur, uel amittuntur, uel amissa recuperantur, adiunctis dictis duobus Titulis generalibus. Hę partes singulę rursus in libros, libri in capita, capita in quæstiones ac membra subdiuidi possunt, singulis

gulis generibus in suas species ac membra subdiuisis, singulisq; speciebus ac membris per suos locos descriptis. Hoc ordine seruato, leges Iuris ciuilis digeram, Prima Digestorum parte de Iure publico hoc anno confecta.

IN PRIMAM CLARISS. IVRISCONSVLTI D. NICOLAI VIGELII, DE Iure publico, seu Commentariorum Iuris ciuilis Anno sexto, partem:

ELEGIA PETRI PAGANI POETAE LAVreati, Poeseos ac Historiarum professoris ordinarij, ac Facultatis Artium Decani.

INfinita potens homini benefacta Creator
Contulit, & corpus cum ratione dedit.
Hac genus humanum reliquis animantibus antêit,
Imperio terram nobiliore regens.
Corporis haud idem tamen est, rationis & usus:
Corporeas animi gloria uincit opes.
ARTIBVS *hac crescit, fuluum uincentibus aurum:*
ARTIBVS *ingenuis nobilitatur homo.*
Quas ueluti didicisse iuuat, sic ordine praestat
Discere: quo spreto, nil' ue, parum' ue iuuant.
Copia sit PRAECEPTORVM DELECTVS; *&* ORDO:
His tribus efficitur firmus in ARTE *status.*
Ardua sine sequi, seu quis triuialia malit,
Pharmacon Antidoti cernet id esse loco.
Sic qui sacrarum tractant mysteria Legum,
Copia praeceptis unde paretur, habent.
Legumlatores prisci clarissima secli
Lumina, diuinum contribuêre penu.
Inclyta ne dicam Praetorum edicta, Senatus
Et Populi dubia sensa probata foro.
Quaeq; tulêre graues consulti Iuris & aequi
Iudicia, oracli penè colenda loco.
Quaeq; dedêre pij quondam responsa Monarchae;
Vim praeceptorum singula Iuris habent.
Cum uerò Legum rudis, indigestaq; moles,
Incerto prorsus fine soluta forent:
Optimus imperij praeses miseratus iniquam
Iusticia sortem, Iuridicumq; chaos:
Scilicet Augusto IVSTINI *sanguine natus;*
Illustri dignum Caesare fecit opus.
Namq; superuacuo Legum centone resecto,
Contulit in certos optima quaeq; libros.
Non secus aestiuo quàm sole uireta pererrans,
Floribus è multis optima sugit apes.
Aeternas igitur tanto pro munere laudes
Emeruit lapsi Caesar athleta fori.
At quamuis PRAECEPTA *suo, legesq; reclusa*
Limite, iam fructu cum meliore legas:

ORDO *tamen Legum stat adhuc confusior, illum*
Conati celebres sunt reparare Viri:
Præsertim quos nostra tulit felicior ætas,
Quiq; bona methodo Iura sacrata docent.
Hos inter non extremo celebrandus honore,
Vtile VIGELIVS *mente uolutat opus:*
Quo iutus Leges, Iuris studiosus & æqui,
Iungere conformes absq; labore queat.
Quoq; parit maius Legum confusio damnum,
Et perdit cæcum pectora docta chaos:
Tanto maiori digneris honore patronos,
Qui nitidum quærunt, Lector amice, diem.
His ducibus, ceu Theseo per subdola filo
Antra, per abstrusos ibis ad astra lares.
Et nunc ecce prior prodit fœtura sub auras,
Iudicio docti rite probanda chori:
Ex quo uenturos poteris cognoscere fructus,
Qui niueo iudex pectore Lector eris.

CAPITVM HVIVS PRIMAE PARTIS ELENCHVS.

LIBRI PRIMI, DE IVre & Legibus.

LIBRI SECVNDI, DE Magistratibus, eorumq; ministris.

LIBRI TERTII, DE IVdicijs publicis in genere.

LIBRI QVARTI, DE PVblicis iudicijs in specie.

LIBRI QVINTI, DE IVdicijs priuatis.

LIBRI SEXTI, DE ACTIbus iudiciorum ante litis contestationem.

LIBRI SEPTIMI, DE Actibus iudiciorum post litis contestationem.

LIBRI OCTAVI, DE EVENtis & consequentibus iudiciorum.

LIBRI NONI, DE ADfinibus iudiciorum remedijs.

FINIS.

DIGESTO-

DIGESTORVM LIBER PRIMVS.

DE IVRE ET LEGIBVS.

DE DEFINITIONIBVS AC *differentijs Iuris & legum.* Cap. I.

I. DEFINITIO IVRIS REALIS.

Definitvr *Ius l.1.§.1.ff.de iusticia & iure,his uerbis:* Ius est ars boni & æqui. *Hæc definitio constat ex genere & obiecto Iuris. Est enim genus Iuris, ars: quæ nihil aliud est quàm collectio & ordo preceptionum, ad aliquem finem utilem uitæ. Obiectum autem Iuris circa quod uersatur, est bonum & equum in causis ciuilibus.*

II. DISTINCTIO SIGNIficatorum iuris.

Distinctio significatorum Iuris proponitur l. penult. & ult.ff.d.tt.his uerbis: Ius pluribus modis dicitur. Vno modo, cũ id quod semper bonum & æquum est, Ius dicitur: ut est Ius naturale. Altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quaq; ciuitate utile est: ut est Ius ciuile. Nec minus Ius rectè dicitur in ciuitate nostra, Ius honorarium. Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit: relatione scilicet facta nõ ad id quod Prætor ita fecit, sed ad illud quod Prætorem facere conuenit.

Alia significatione Ius dicitur, locus in quo ius redditur: appellatione collata ab eo quod fit, in eo ubi fit, quẽ locũ determinare hoc modo possumus, ut ubicunq; Prætor saluo maiestate imperij sui, saluoq; more maiorum ius dicere constituit, is locus rectè Ius appelletur. Nonnunquam Ius etiam pro necessitudine dicimus: ueluti, est mihi ius cognationis uel affinitatis. *Hisce uerbis sex iuris significationes proponũtur: quarum tribus prioribus Ius sumitur pro iuris præceptis, seu legibus naturalibus, ciuilibus & honorarijs, continens scilicet pro contento. Quarta significatione decretum Prætoris, etiam iniquum, Ius dicitur: de qua re dicetur J.cap.6.Except.2. Quinta significatione Ius per metonymiã sumitur pro loco, in quo ius dicitur. Cui concordat l.4.§.fin. ff.de interrogat.action.sublatis. cuius uerba uide J.lib.7.cap.5.de confeßis.quæst.1.except.14. Sexta significatione Ius sumitur pro neceßitudine, cognatione uel adfinitate. Præter iam enumeratas, & aliæ sunt Iuris significationes. Nam septimo modo ius accipitur, pro potestate ac facultate à lege concessa, agendi aliquid, uel faciendi. Sic actio, iter, actus, usufructus, & similia, Iuris appellatione continentur. Postremò, Ius propriè significat artem boni & æqui, ut supra est dictum.*

III. ETYMOLOGIA IVRIS, seu ratio nominis.

Iuris etymologia proponitur l.1.in prin ff.de Iusticia & iure, his uerbis: Iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomẽ Iuris descendat. Est autem Ius à iusticia appellatum. *Huius etymologiæ rationem ac cõfirmationem Iurisconsultus subijcit his uerbis:* Nam (ut eleganter Celsus definit) Ius est ars boni & æqui, &c. *Cum ergo Ius sit ars, perinde ac cæteræ artes, denominatur à re cuius ars est, ac precepta tradit: scilicet à iusticia, cuius regulas atq; præcepta præscribit. Hæc de definitionibus Iuris, tam nominis quàm rei, sint dicta.*

IIII. DEFINITIONES legum.

I. *Definitio legum proponitur l.1.ff.de legibus, his uerbis:* Lex est commune præceptum, uirorum prudentum cõsultum, delictorum quæ sponte uel ignorantia cõtrahuntur coercitio, communis reipublicæ sponsio. *Hæc definito causalis est: continet enim legis causam efficientem, materialem, formalem & finalem. Ait enim Iurisconsultus:* Lex est commune præceptum. *Hisce uerbis exprimitur genus seu forma legis. Sunt enim leges nihil aliud quàm præcepta Iuris, artis boni & æqui. Ait insuper Iurisconsultus:* Virorum prudentum consultũ. *Hic causa legum efficiens denotatur, scilicet uiri prudentes, penes quos est reipublicæ administratio, & legum condendarum potestas. Hisce uerbis:* Delictorum quæ sponte uel ignorantia cõtrahuntur coercitio, *materia simul, & finis legum designatur. Nam uersantur leges cùm circa contractus hominum, tum circa delicta: estq; hic finis & usus legum, ut delicta coerceãtur: hoc est, ut suum cuiq; tribuatur, nemo ab altero lædatur, & sic societas ciuilis conseruetur.*

Quod autem ad finem definitionis adijcitur, Communis reipublicæ sponsio; *aliam legum efficientem causam denotat, publicum scilicet populi consensum. Concordat l.32.ibi, Nam cum ipsæ leges.ff.de legibus. Cuius uerba uide J. cap.*

cap.7.de iure non scripto. *Item concordat l.penult.ff.eod.tit.Cuius uerba uide j.cap.3.in prin.*

II. *Legũ definitio primæ nõ absimilis,proponitur l.2.in prin.ff.de legibus,his uerbis*:Demosthenes orator sic definiuit: Νόμος ἐστὶν ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά: καὶ μάλιστα, ὅτι πᾶς ἐστι νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεοῦ, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει.id est:Lex est, cui omnes homines decet obedire, cùm ob alia multa: tum uerò maximè, eo quòd omnis lex inuẽtum ac munus Dei est,dogma hominum prudentum, coercitio eorũ quæ uel sponte uel ignorantia delinquuntur,communis sponsio ciuitatis,secundũ quàm omnes decet uiuere qui in ea ciuitate sunt.

III.*Legum definitio proponitur d. l. 2. §.sed & philosophus, his uerbis*: Sed & philosophus summæ Stoicæ sapientiæ Chrysippus, sic incipit librum, quem fecit περὶ νόμου. ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα, καὶ ἡγεμόνα: καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τ' εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον. hoc est: Lex tam diuinarum quàm humanarum rerum omniũ regina est,eamq; oportet rebus honestis turpibusq; præsidere, principemq; ac ducem esse,ac regulam iustorum & iniustorum: atq; animalibus ad ciuilem societatẽ natis præcipere quidem ea quæ facienda sunt, prohibere autem non facienda. *Hæc Chrysippi definitio magis descriptio est, dignitatẽ atq; officia legum exponens.*

V. DE DIFFERENTIA IVris & legum.

Ex ijs quæ hactenus dicta sunt, quid Ius, & quid Lex sit,constat:nec non, quæ sit inter Ius & Legem differentia. Differt enim Ius & Lex, quemadmodum ars & præceptum. ut enim aliæ artes consistunt in præceptis:ita ius quoq;,ars boni & æqui, habet sua in quibus consistit præcepta,quas Leges uocant. Ex istis præceptis generalißima quidem hæc sunt:Honestè uiuere, Neminem lædere, Suum cuiq; tribuere. [a] *Specialia uerò plurima,partim naturalia,partim ciuilia,quæ (ut dixi)generali nomine Leges appellantur.*

[a] *Inst. de iustitia & iure.§.Iuris præ. l.10.ff.eod.tit.*

Quamuis autem hæc sit iuris legumq; differentia:tamẽ Ius pro Lege per metonymiam solet accipi,continens scilicet pro contento.quemadmodum & Pomponius interpretatur:Iure,id est, lege,*inquiens.j.cap.prox.§.ita in ciuitate.*

DE ORIGINE IVRIS. Cap. II.

ORigo iuris exponitur l.2.in prin.usq; ad §.post originẽ. ff. de origine iuris,hisce uerbis:Necessarium uidetur nobis in primis, ipsius Iuris originem atq; processum demonstrare.Et quidem initio ciuitatis nostræ, populus sine certa lege, sine certo iure primùm agere instituit, omniaq; manu regis gubernabantur. Postea,aucta ad aliquem modum ciuitate, ipse Romulus traditur populum in triginta partes diuisisse. quas partes Curias appellarit, propterea quòd tũc Reipublicæ curam per sententias earum partium expediebat: & ita leges quasdam & ipse curiatas ad populum tulit.Tulerunt & sequentes reges: quæ omnes cõscriptæ extant in libro Sexti Papyrij,qui fuit illis temporib. quibus Superbus, Demarati Corinthij filius, ex principalib. uiris.isq; liber (ut diximus) appellatur Ius ciuile Papyrianũ: non quia Papyrius de suo quidquam ibi adiecit,sed quòd leges sine ordine latas in unum composuit. Exactis deinde regibus lege Tribunicia,omnes leges hæ exoleuerunt:iterumq; cœpit populus Romanus incerto magis iure & consuetudine aliqua uti, quàm per latam legem:idq; propè uiginti annis passus est. Postea,ne diutius hoc fieret, placuit publica authoritate decem constitui uiros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus:quas in Tabulis eboreis perscriptas,pro Rostris composuerunt,ut possent apertius percipi: datumq; est eis ius eo anno in ciuitate summum,uti & leges corrigerent,si opus esset,& interpretarentur: neq; prouocatio ab eis,sicut à reliquis magistratibus,fieret. Qui ipsi animaduerterunt aliquid deesse istis primis legibus:ideoq; sequenti anno alias duas ad easdem Tabulas adiecerunt.& ita ex accidẽti appellatæ sunt Leges duodecim tabularum: quarum ferendarum auctorem fuisse Decemuiris Hermodorum quẽdam Ephesium, exulantem in Italia, quidam retulerũt. His legibus latis, cœpit (ut naturaliter euenire solet) ut interpretatio desideraret prudentium authoritatem,necessariamq; disputationem fori. Hæc disputatio

Leges curiatæ.

Leges XII. Tabularum.

Ius ciuile prudentum.

ſputatio, & hoc ius, quod ſine ſcripto uenit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur: ut cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſignantut, datis proprijs nominibus cæteris partibus: ſed cõmuni nomine appellatur Ius ciuile. Deinde ex his legibus eodem ferè tempore actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent, quas actiones ne populus, prout uellet, inſtitueret, certas ſolennesq; eſſe uoluerunt. & appellabatur hæc pars Iuris, Legis actiones: id eſt, legitimæ actiones.

Legis actiones.

Et ita eodem penè tempore tria hęc iura nata ſunt: Leges XII tabularum: ex his fluere cœpit Ius ciuile: ex ijſdem, Legis actiones compoſitæ ſunt. Omnium tamen harum & interpretandi ſcientia, & actiones, apud collegium Pontificum erant: ex quibus cõſtituebatur, quis quoquo anno præeſſet priuatis: & populus propè centum annis hac conſuetudine uſus eſt. Poſtea, cum Appius Claudius ptopoſuiſſet, & ad fotmã redegiſſet has actiones: Cneus Flauius ſcriba, eius libertini filius, ſubteptum librum populo tradidit. & adeò gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fietet, & ſenator, & ædilis curulis. Hic libet qui actiones continet, appellatur Ius ciuile Flauianum: ſicut ille, Ius ciuile Papyrianũ. nam nec Cneus Flauius de ſuo quidquam adiecit libro.

Ius ciuile Flauianum.

Augeſcente ciuitate, qui aderant, quædam genera agendi compo ſuerunt. Non poſt multum temporis ſpacium, Sextus Aelius alias actiones cõpoſuit, & librum populo dedit, qui appellatur Ius Aelianum.

Ius Aelianũ.

Deinde, cum eſſet in ciuitate Lex XII tabularum, & Ius ciuile, eſſent & Legis actiones: euenit, ut plebs in diſcotdiam cum patribus perueniret, & ſecederet, ſibiq; iura conſtitueret: quæ Plebiſcita uocantur.

Plebiſcita.

Mox, cum teuocata eſſet plebs, quia multæ diſcotdiæ naſcebantur de his plebiſcitis: pro legibus placuit & ea obſeruari, lege Hortenſia lata. & ita factum eſt, ut inter plebiſcita & legem ſpecies conſtituendi intereſſet, poteſtas autem eadem eſſet. Deinde, quia difficilè plebs conuenire cœpit, populus certè multo difficilius in tãta turba hominum, necesſitas ipſa curam reipublicę ad Senatum deduxit. Ita cœpit Senatus ſe interponere: & quidquid conſtituiſſet, obſeruabatur: idq; Ius appellabatur Senatuſconſultum.

Senatuſconſulta.

Eodem tempore & magiſtratus iura reddebant: & ut ſcirent ciues, quod ius de quaq; re quiſque dicturus eſſet, ſeq; præmunirẽt, edicta proponebant, quæ Ius honorariũ cõſtiruerunt. Honorarium dicitur, quòd ab honore Prætoris uenerat.

Ius honorarium.

Nouiſsimè, ſicut ad pauciores iuris conſtituendi uia tranſiſſe ipſis rebus dictantibus uidebatur, per partes euenit, ut eſſet neceſſe Reipublicę per unum conſuli. nam ſenatus non perinde omnes prouincias ptobè regere poterat. Igitur cõſtituto Principe, datum eſt ei ius, ut quod cõſtituiſſet, ratum eſſet.

Conſtitutiones Principum.

Ita in ciuitate noſtra aut Iure, id eſt lege conſtituitur: aut eſt proprium Ius ciuile, quod ſine ſcripto, in ſola prudẽrum interpretatione conſiſtit: aut ſunt Legis actiones, quę formam agendi continent: aut Plebiſcitum, quod ſine authoritate patrum eſt conſtitutum: aut Magiſtratuũ edictum, unde ius Honorarium naſcirur: aut Senatuſconſulrum, quod ſolũ Senatu conſtituente inducitur, ſine lege: aut eſt Principalis conſtitutio, id eſt, ut quod ipſe princeps conſtituit, pro lege ſeruetur. *Hactenus uerba legis, de Origine iuris, propoſita ſunt: ex quibus cùm origo Iuris ciuilis, tum etiam eius partes ſeu ſpecies conſtant, de quibus ſingulis infrà ſuo loco dicetur copioſius. Nunc ad reliquos Iuris legumq; locos tranſeamus.*

DE LEGVM CAVSIS, officijs & effectibus. Caput III.

I. DE CAVSIS LEGVM efficientibus, & ſine quibus non.

I. Regula. *Sunt cauſæ iuris legumq; efficientes partim natura, partim communis gentium conſenſus, partim denìq; magiſtratus populuſq; Romanus. Vnde triplex ius conſtituitur: Naturale ſcilicet, Gentium, & Ciuile. de quibus ſpeciebus j. cap. 8. dicetur.*

II. Regula, *itidem de cauſis legum efficientibus proponitur, l. penult. ff. de legibus, his uerbis:* Omne ius aut conſenſus fecit, aut neceſsitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo. *Quod ad conſenſum attinet, ei concordat l. 32. §. inueterata. ibi, cum ipſæ leges. ff. eod. tt. his uerbis:* Ipſæ leges nulla ex alia cauſa nos tenent, quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt. *Neceßitas ius conſtituit, quando ſcilicet Princeps ſuis fert legem, cui parêre eſt neceße. De conſuetudine, j. cap. 7. dicetur.*

II. DE CAVSIS IVRIS LEGVMQ; materialibus.

I. Regula. *Ius, ars boni & æqui, perinde ac cæ-*

teræ artes, in præceptis consistit: quorum generalissima quidem tria proponuntur. l. 10. §. Iuris. ff. de iustitia & iure, his uerbis: Iuris præcepta sunt hæc: Honestè uiuere, Alterum non lædere, Ius suum cuique tribuere. *Concordat Inst. eod. tt. §. Iuris. Hisce tribus præceptis salus populi & ciuilis societas conseruatur.* Honestè uiuere, *omnium generalissimum præceptum est, omnes uirtutes sub se comprehendens: cæteraq; duo præcepta priori tanquam generi sunt subiecta, quorum unum delicta continet, alterum contractus & actiones reales. Nam,* Alterum non lædere, *præceptum, prohibet fieri furtum, damnum, uim, iniuriam, &c.* Suum cuiq; tribuere, *nihil aliud est quàm, restituere cuiq; quod suũ est, & fidem contractibus præstare. Hæc quidem (ut dixi) generalissima Iuris præcepta sunt, omnia alia sub se comprehendentia. Specialia uerò plurima sunt. Quot enim leges sunt, tot sunt iuris præcepta.*

II. *Regula. De futuris, non de præteritis leges feruntur. de qua re uide* J. *cap. 7. except. 14.*

III. *Regula. De ijs quæ frequenter, non quæ rarò accidunt, leges ferendæ. De qua re uide* J. *cap. prox. quæst. 2.*

III. DE FORMA legum.

Leges non in singulas personas, sed generaliter sunt conscribendæ. de qua re uide J. *cap. prox. quæst. 3. reg. 1.*

IIII. DE OFFICIIS legum.

Legis officia proponuntur l. 6. ff. de legibus, hisce uerbis: Legis uirtus hæc est: Imperare, uetare, permittere, punire. *Imperat lex, scilicet, ut suum cuique tribuatur, fides pactis præstetur, depositum restituatur, &c. Vetat, scilicet alterum lædere, furtum, rapinam facere, &c. Permittit, scilicet uolentibus sese à damnosa hæreditate abstinere, item minoribus à contractu, quo se obligauerunt causa cognita recedere, &c. Punit lex crimina tam priuata quàm publica. Præter iam enumerata sunt & alia legum officia. Nam interdum lex pœnam uel debitum remittit, & delicto gratiam facit. cuius ius & effectus proponitur l. 11. ff. de legibus, his uerbis:* Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum uetat. *Huius generis quoque sunt Nouell. cõst. 147. 148, & 161, quibus constitutionibus tributa præterita subditis remittuntur.*

Sed & definit interdum lex, ac diuidit, cuiusmodi sunt pleræq; leges de Verborum significationibus. item l. 1. & ult. ff. de capitis minutis. Interdum lex aliam legem cõfirmat, declarat, distinguit, mutat, authorem & occasionẽ legis ferendæ exponit, &c. de cuiusmodi legũ officijs in tractatu meo de Legibus interpretandis copiosius disserui.

V. EFFECTVS legum.

Effectus legum proponuntur l. ult. ff. de legibus, his uerbis: Totum autem ius consistit aut in adquirendo, aut in conseruando, aut in minuendo. Aut enim hoc agitur, quẽadmodũ quid cuiusq; fiat, aut quemadmodum quis rem suam uel ius suũ cõseruet, aut quomodo alienet, aut amittat. *Hisce uerbis effectus & usus iuris legumq; exponitur triplex. Primi generis sunt omnes actiones, quibus id quod amisimus, uel quod nobis debetur, persequimur, siue reales, siue personales sint actiones ex contractu, uel ex delicto descendentes. Secundi generis sunt omnes exceptiones, in integrum restitutiones, quibus rescinditur id quod ad amittendum ius nostrum pertinebat, item interdicta Vtĩ possidetis & Vtrubi. Postremi generis sunt capitis deminutiones, captiuitas, alienationes, &c. Sed de hac re* s. *in partitione Iuris quoq; est dictum.*

DE LEGISLATIONE, Cap. IIII.

I. QVIBVS COMPETAT ius ferendi leges?

Olim quidem competebat populo Romano, Senatui, plebi, prætoribus, Iurisconsultis, ut ostensum s. *cap. 2. item, ut dicetur* J. *cap. 8. Hodie uerò soli competit Principi: quæ regula approbatur l. 11. in fine C. de legibus, hisce uerbis:* Tam conditor quàm interpres legum solus Imperator iustè existimabitur, nihil hac lege derogante ueteris iuris conditoribus: quia hoc eis maiestas Imperialis permisit. *Cõcordantes leges uide* J. *cap. prox. quæst. 2.*

II. DE QVIBVS LEGES ferendæ sint?

De ijs quæ frequenter, non quæ rarò accidunt: quæ regula approbatur l. 3. ff. de legibus, his uerbis: Iura constitui oportet (ut dicit Theophrastus) in his quæ *ἐπὶ τὸ πλεῖον*, non quæ *οὐκ παραλόγου* accidunt: id est, quæ plerunque, non quæ rarò accidunt. *Concordat l. 4. cum lege sequente. ff. eod. tt. his uerbis:* Ex his quæ fortè uno aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur. Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facilè, quàm quæ perrarò eueniunt. *τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς* (ut ait Theophrastus) *παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται*: id est, quod enim semel tantum aut bis extitit, id legumlatores prætereunt. *Concordat item l. 64. ff. de regulis iuris, hisce uerbis:* Ea quæ rarò accidunt, non temerè in agendis negocijs computantur. *Concordat*

dat item l.3.in fine. ff. Si pars hæreditatis petatur. cuius uerba alibi proponentur.

III. QVOMODO FERENDAE leges, & qua forma: item antecedentia.

I. Regula. *Vt generaliter conscribantur leges, non in singulas personas, proponitur l. 8. ff. de legibus, his uerbis:* Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur. *Planè plurimæ constitutiones contra formam propositam in singulas personas conceptæ in Codice extant: attamen generaliter sunt intelligendæ. quod approbatur l.11. in prin. C. de legibus, cuius uerba uide ‡.cap.9.in fine.*

II. Regula. *De modo ferendi leges proponitur l. 8. C. de legibus, hisce uerbis:* Humanum esse probamus, si quid de cætero in publica, uel priuata causa emerserit necessarium, quod formam generalem, & antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omnibus antea tam proceribus nostri palatij, quàm gloriosissimo cœtu uestro (patres conscripti) tractari, etsi uniuersis tam iudicibus, quàm uobis placuerit tunc legata dictari, & sic ea denuò collectis omnibus recenseri: & cum omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari, ut uniuersorum consensus, & nostræ serenitatis authoritate firmetur. Scitote igitur Patres conscripti, non aliter in posterum legem à nostra clementia promulgandam, nisi supradicta formà fuerit obseruata. benè etenim cognoscimus, quod cum uestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri Imperij, & ad nostram gloriam redundare. *Huius regulæ exceptionem uide ‡. cap. 10. except. 11. Plures legislationis regulæ possunt colligi ex ijs quæ proponentur ‡.cap.7.*

DE LEGVM INTERpretatione, ac suppletione. Cap. V.

I. *Ratio interpretandi, ac supplendi leges proponitur l.10. cum lege sequente. ff. de legibus, hisce uerbis:* Neque leges, neque Senatusconsulta, ita scribi possunt, ut omnes casus qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit ea quæ plerunque accidunt contineri. Et ideo de his quæ primò constituuntur, aut interpretatione, aut constitutione optimi principis certius statuendum est. *Concordat l. 12. cum lege sequente. ff. eod. tt. his uerbis:* Non possunt omnes articuli sigillatim, aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi: sed cum in uno aliquo casu sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet. Nam, ut ait Pedius, quoties lege aliquid unum uel alterum introductum est, bona occasio est, & cætera quæ tendunt ad eandem utilitatem, uel interpretatione, uel certa iurisdictione suppleri. *Concordat l.2. §. Sed quia diuinæ. C. de uetere iure. cuius uerba uide ‡. quæst. prox. Concordant ea quæ habentur ‡.eod.cap. quæst.3. reg.2.*

II. QVIBVS COMPETIT IVS interpretandi, & supplendi leges?

Soli Imperatori competit hoc ius. quæ regula approbatur l.1. C. de legibus, his uerbis: Inter æquitatem & ius interpositam interpretationem nobis solis, & oportet & licet inspicere. *Concordat l. 9. in fine. C. eod. tt. his uerbis:* Si quid in legibus latum fortassis obscurius fuerit, oportet id ab Imperatoria interpretatione patefieri, duritiemque legum nostra humanitate incongruum emendari. *Concordat l. 10. C. eod. tt. his uerbis:* Cum de nouo iure, quod inueterato usu adhuc stabilitum non est, dubitatio emergat: necessaria est, tam suggestio iudicantis, quàm sententiæ principalis authoritas. *Concordat item l.11. §. cum igitur, usque ad finem legis. C. dict. tt. his uerbis:* Cum hoc in ueteribus legibus inuenimus dubitatum, si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiã interpretationẽ obtinere? Eorũ quidẽ uanã subtilitatem tã risimus, quàm corrigendam esse censuimus. Definimus autem omnem Imperatorum legum interpretationem, siue in precibus, siue in iudicijs, siue alio quocunque modo factam, ratam & indubitatam haberi. Si enim in præsenti leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum Imperio esse oportet. Cur autem ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur, & sese non esse idoneos, uel sufficiẽtes ad decisionẽ litis illi existiment, ad nos decurratur? & quare ambiguitates iudicum, quas ex legibus oriri euenit, aures accipiunt nostræ, si non à nobis interpretatio mera procedat? Vel quis legum ænigmata soluere, & omnibus aperire idoneus esse uidebitur, nisi cui legislatorem esse concessum est? Explosis itaque his ridiculo-

ſis ambiguitatibus tam conditor, quàm interpres legum ſolus Imperator iuſtè exiſtimabitur, nihil hac lege derogante ueteris iuris conditoribus: quia hoc eis maieſtas Imperialis permiſit. *Concordat item l. 2. §. ſed quia diuinæ res. C. de uetere iure enucleando, hiſce uerbis*: Quia diuinæ res quidem perfectiſsimæ ſunt, humani uerò iuris conditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in eo quod ſtare poſſit perpetuò (multas etenim formas edere natura nouas deproperat) non deſperamus, quædam poſtea emergi negocia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata. Si quid igitur tale contigerit, Auguſtum imploretur remedium: quia ideo Imperialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit, ut poſsit omnia quę nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis ac regulis competentibus tradere. Et hoc non primùm à nobis dictum eſt, ſed ab antiqua deſcendit proſapia: cum & ipſe Iulianus legum & edicti perpetui ſubtiliſsimus conditor ſuis libris hoc retulerit, ut ſi quid imperfectum inueniatur, ab imperiali ſanctione hoc repleatur: & hoc non ipſe ſolus, ſed & diuus Hadrianus in compoſitione edicti, & Senstuſconſulto, quod eam ſecutum eſt, hoc apertiſsimè definiuit, ut ſi quid in edicto poſitum non inueniatur, hoc ad eius regulas, eiusque coniecturss & imitationes poſsit noua inſtruere authoritas. *Concordat d. l. 2. §. ſi quid uerò, his uerbis*: Si quid uerò (ut ſuprà dictum eſt) ambiguum fuerituiſum, hoc ad imperiale culmen per iudices referatur, & ex authoritate Auguſta manifeſtetur, cui ſoli leges condere, & interpretari conceſſum eſt. *Concordat item Nouell. conſt. 143. in princip. his uerbis*: Legis interpretationem culmini tantùm principali competere, nemini uenit in dubium: cum promulgandæ quoque legis authoritatem fortunæ ſibi uindicet eminentia. *Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſint ſacri canones, non leges ciuiles. quæ exceptio approbatur l. 6. C. de ſacroſanctis* Eccleſ. *cuius uerba uide* }. *cap. 9. de ſacris regulis.*

III. QVOMODO INterpretandæ, & ſupplendæ leges.

I. *Regula. Benignior ſententia præferenda. quæ regula approbatur l. 18. ff. de legibus, his uerbis*: Benignius leges interpretandæ ſunt, quo uoluntas earum conſeruetur. *Concordat l. 25. ff. eod. tt. his uerbis*: Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem. *Concordat item l. 55. ff. de regulis iuris, hiſce uerbis*: Semper in dubijs benigniora præferenda ſunt. *Huius regulæ exemplum proponitur l. 5. §. quamuis. C. de bonis quæ liberis. cuius uerba alibi proponentur. item aliud exemplum proponitur l. per fundum. 11. ff. de ſeruitut. ruſticor. præd. cuius uerba uide in Comment. ſeruitut. cap. 2. except. 19. in fine. ſed & plura de regula propoſita uide* }. *lib. 7. cap. 9. reg. 24 & 25.*

II. Regula. *Si præſens caſus ſpeciali aliqua lege comprehenſus non eſt, ad ſimiles leges recurrendum, ſupplendum'que id quod legi deeſt: & ubi eadem ratio, ibi idem quoque ius conſtituendum. Quæ regula approbatur per ea quæ dicta ſunt* ſ. *eod. cap. in princip.* Concordat *l. 32. in princip. ff. de legibus, hiſce uerbis*: De quibus cauſis ſcriptis legibus non utimur, id cuſtodiri oportet, quod moribus & conſuetudine inductum eſt: etſi qua in re hoc defecerit, tunc quod proximum, & conſequens eſt. *Concordat item l. 27. ff. eod. tt. cuius uerba uide* }. *reg. 5. Huius regulæ exemplum primum eſt, querela inofficioſæ donationis, quæ ad exemplum & ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti eſt introducta l. ult. C. de inofficioſ. donation. Aliud exemplum proponitur l. 14. §. 1. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis*: De filio filia'ue familiâs corruptis huic edicto locus non eſt: quia ſerui corrupti conſtituta hæc actio eſt, qui in patrimonio noſtro eſſet. Sed utilis competit officio iudicis æſtimanda: quoniam intereſt noſtra, animum liberorum noſtrorum non corrumpi. *In ſumma: quandocunque deficientibus uerbis legis utilis actio uel exceptio datur, propoſitæ regulæ exemplum eſſe dicendum eſt. Proinde concordat etiam l. 11. ff. de præſcriptis uerbis: ubi Pomponius, Quia actionum non plenus numerus eſt (inquit) ideo plerunque actiones in factum deſiderantur. Sed & eas actiones, quæ legibus proditæ ſunt, ſi lex iuſta ac neceſſaria ſit, ſupplet Prætor in eo quod legi deeſt: quod facit in lege Aquilia reddendo actiones in factum, accommodatas legi Aquiliæ: id'que utilitas eius legis exigit. Concordat item l. 22. ff. eod. tt. his uerbis*: Quoties deficit actio uel exceptio, utilis actio uel exceptio danda eſt. *Huius exemplum proponitur l. 2. §. quanquam. ff. de aquæ pluuiæ arcendæ actione. cuius uerba ſuo loco proponētur. Planè habet propoſita regula ſuas etiā exceptiones, quarum prima hæc eſt: Niſi cōſuetudo*

ſit contra rationem iuris introducta. hæc enim ad ſimiles caſus non eſt producenda. Quæ exceptio approbatur l. 14. ff. de legibus, his uerbis: Quod uerò contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias. *Concordat iiſdem uerbis l. 183. ff. de regulis iuris. Concordat item l. 39. ff. de legibus, his uerbis:* Quod non ratione introductum eſt, ſed errore primùm, deinde cõſuetudine obtentũ, in alijs ſimilibus nõ obtinet. *Si quis igitur cognatos defuncti, in pari gradu ſecũ exiſtentes excludere uelit, à ſucceſsione eorum bonorum, quæ à quondam parente ſuo ad defunctum peruenerint, ratione conſuetudinis retractus: quæ ideo introducta eſt, ne bona auita extra familiam alienentur: hunc puto ratione propoſitæ exceptionis audiendum non eſſe. quia dicta conſuetudo contra l. dudum. C. de contrahend. empt. eſt introducta. Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi propter neceſsitatẽ lex ſit introducta. Hæc enim ad ſimiles caſus producenda non eſt. quæ exceptio approbatur l. 122. ff. de regulis iuris, hiſce uerbis:* Quæ propter neceſsitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi. Propter neceſsitatem recepta hic dicuntur, quæ ad tempus conſtituta ſunt, & tempore commutato, mutantur & ipſa. *Tertia exceptio eſt: Niſi conſtitutio ſit perſonalis ſeu priuilegium: de qua exceptione dicetur ℑ. cap. 7. exc. 8. Quarta exceptio uidetur eſſe: Niſi lex ſit antiqua et mutata. Hæc exceptio uidetur reprobari ℑ reg. 5. Quinta exceptio uidetur eſſe: Niſi lex de qua dubitatur, ſit antiquior, quàm ea quæ ei declarandæ adhibetur. Et hæc exceptio reprobatur ℑ reg. 6.*

III. Regula. *In ambigua uoce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ uitio caret. Quæ regula approbatur l. 19. ff. de legibus, hiſce uerbis:* In ambigua uoce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ uitio caret, præſertim cum etiam uoluntas legis ex hoc colligi poſsit. *Ait lex:* Quæ uitio caret, *id eſt, quæ rei gerendæ aptior eſt. Nam ita interpretatur Iulianus l. 67. ff. de regul. iuris, hiſce uerbis:* Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſsimum accipietur, quæ rei gerendæ aptior eſt. *Ait inſuper Iurisconſultus:* Præſertim cum etiam uoluntas legis ex hoc colligi poſsit. *Huius ratio proponitur l. 3. ff. de rebus dubijs, hiſce uerbis:* In ambiguo ſermone non utrunq; dicimus, ſed id duntaxat, quod uolumus.

IIII. Regula. *Conſuetudo in legibus interpretandis attendenda. quæ regula approbatur l. 37. cum lege ſequente. ff. de legibus, his uerbis:* Si de interpretatione legis quæratur, in primis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retrò in eiuſmodi caſibus uſa fuit. Optima enim eſt legum interpres Conſuetudo. Nam Imperator noſter Seuerus reſcripſit, in ambiguitatibus quæ ex legib. proficiſcuntur, conſuetudinem aut rerum perpetuò ſimiliter iudicatarum, uim legum obtinere debere. *Concordat l. 34. ff. de regulis iuris, hiſce uerbis:* Semper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus, id ſequimur, quod actum eſt. Vnde ſi non appatet quid actum eſt, erit conſequens, ut id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergo ſi neq; regionis mos appareat, quia uarius fuit? ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt. *Concordat denique l. 18. §. Optimum ergo. ff. de inſtru. legato, his uerbis:* Optimum eſſe Pedius ait, non propriam uerborum ſignificationem ſcrutari, ſed in primis quid teſtator demonſtrare uoluerit: deinde in qua præſumptione ſint, qui in quaque regione commorantur. *Exemplum huius proponitur l. 3. §. fin. ff. de ſupell. legata, cuius uerba uide ℑ cap. 8. in fine, except 3.*

V. Regula. *Leges priores in poſterioribus interpretandis poſſunt adhiberi. Quæ regula approbatur l. 26. cum lege ſequente. ff. de legibus, his uerbis:* Non eſt nouum, ut priores leges ad poſteriores trahantur. Ideo, quia antiquiores leges ad poſteriores trahi uſitatum eſt, ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet, ut ad eas quoque perſonas, & ad eas res pertineant, quæ quandoque ſimiles erunt. *Priores leges intellige antiquas, quamuis mutatas & abſoletas. Ait Iuriſconſultus:* Trahantur ad poſteriores *ſcilicet, declarandas ac interpretandas. Hæc autem uerba:* Semper quaſi hoc legibus, &c. *pertinent ad ea quæ dicta ſunt ſ reg. 2. in prin. Propoſitæ regulæ exemplum eſt, in rei uxoriæ actione antiqua, cuius iura Imperator Iuſtinianus trahit ac transfert ad actionem ex ſtipulatu de Dote nouam, l. unica. C. de rei uxoriæ actione. præſertim §. Sed etſi non ignoramus, ibi: Si quid autem optimum. & §. Videamus igitur cum ſequentibus. Aliud exemplum eſt in fidei comiſsis, quæ iure legatorum fuerunt poſteriora,* [a] *leges quæ legatorum ad fideicommiſſa trahuntur. Sic lex Falcidia legatorum trahitur ad fideicommiſſa, idq; ſenatuſconſulto Pegaſiano.* [b] *Tandem conſtitutione Imp. Iuſtiniani per omnia legatis fideicommiſſa ſunt* [c] *exæquata.*

a Inſt. de fideicom. hæredit. in prin.
b Inſt. d. tit. §. ſed quia de hæredit.
c l. 2. §. ſic igitur. C. communi de legatis.

VI. Regula. *Leges item poſteriores in prioribus interpretandis adhibendæ: quæ regula approbatur l. 28 ff. de legib. his uerbis:* Sed & poſteriores leges ad priores pertinent, niſi ſint contrariæ: idque multis argumentis probatur. *Ait Iuriſconſultus:* Ad priores perti-

nent, *scilicet declarandas ac distinguendas. Sic iura fideicommissorum, quæ tempore sunt posteriora, pertinent ad legatarum iura, tempore priora.* [d] *Sic constitutio Imperat. Antonini tempore posterior, peremet ad ius moribus constitutum de donationibus inter uirum & uxorem prohibitis distinguendum l. 32. §. ait oratio. ff. de donationibus inter uir. & uxor. sed & propositæ regulæ exempla sunt Iurisconsultorum ueterum Commentarij ad edicta prætorum, & Senatusconsulta, ad leges XII Tabularum, item constitutiones Principum, quibus ueterum edicta atque Senatusconsulta declarantur, distinguuntur, & latius extenduntur, uel restringuntur. Proinde in lege proposita Iurisconsultus ad eam confirmandam subycit.* Idque multis argumentis probarur: *id est, eius passim multa extant exempla: quanquam quidam legendum putant,* Probetur: *quę tamē lectio, licet habeat suam rationem, mihi quidem nō probatur.*

[d] Inst. de legatis §. sed non usq; & d. §. sic igitur, ibi, etsi quid tale. & §. ubi autē.

VII. *Regula. Ea quæ in alicuius fauorem constituta sunt, aduersus eum non sunt interpretanda. Quæ regula approbatur l. 6. C. de legibus, bis uerbis:* Quod fauore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum nolumus inuentum uideri. *Concordat l. 25. ff. eod. tit. cuius uerba uide §. ead. quæstion. reg. 2. Huius exemplum proponitur l. 3. §. diuus etiam Hadrian. ff. de Carboniano edicto, bis uerbis:* Diuus Hadrianus ita rescripsit: Quod in tempus pubertatis res differri solet, pupillorum causa fit, ne de statu periclitentur antequam se tueri possint. Cæterùm, si idoneos habeant, à quibus defendantur, & tam expeditam causam, ut ipsorum intersit maturè de eo iudicari, & tutores eorum iudicio experiri uolunt: non debet aduersus pupillos obseruari, quod pro ipsis excogitatum est: & pendere status eorum, cum iam possit indubitatus esse. *Aliud exemplum proponitur l. 14. C. de procuratoribus. cuius uerba uide §. lib. 5. cap. 6. quæstion. 4. exception. 5. Aliud exemplum proponitur l. contra. 28. in princip. ff. de pactis. ubi pactum, quod pupillus sine tutoris authoritate fecit, non ualet. Ideo ne lædatur pupillus, qua ratione cessante, cessat lex, & ualet pactum, quamuis sine tutoris authoritate factum.*

VIII. *Regula. Lex utilis reipublicæ, extendenda, & adiuuanda est interpretatione. quæ regula approbatur, simul et exemplo declaratur l. 62. ff. de condit. & demonstr. cuius uerba uide in Comment. Legatorum, cap. 32. condit. 2. except. 2.*

IX. *Regula huius loci proponitur l. 3. ff. de constitution. Principum, bis uerbis:* Beneficium Imperatoris, quod à diuina scilicet eius indulgētia proficiscitur, debemus quàm plenissimè interpretari. *Huius elegans proponitur exemplum l. 2. C. de bonis uacantibus. cuius uerba in titulo de Verb. signific. proponentur.*

X. *Regula proponitur l. 22. ff. de legibus. cuius uerba uide §. cap. 3. quæst. 4.*

XI. *Regula. Verba legis cum effectu sunt accipienda: quæ regula approbatur, simul & exemplo declaratur l. 5. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uocabitur, &c. cuius uerba uide §. lib. 6. cap. 3. action. 2. quæstion. 2. exception. 8. Aliud exemplum proponitur l. 1. §. fin. ff. quod quisque iuris in alterum, &c. cuius uerba uide §. lib. 8. cap. 2. memb. 5. quæst. 1. except. 2.*

Plures propositæ quæstionis regulas, uide §. lib. 7. cap. 9.

DE RELIQVIS IVRIS legum que accidentibus. Cap. VI.

I. *Regula. De ratione legis non inquirenda proponitur l. 20. cum lege sequente. ff. de legibus, bisce uerbis:* Non omnium quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest. Et ideo rationes eorum quæ constituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quæ certa sunt, subuertentur. *Concordat l. 51. §. fin. ff. ad l. Aquiliam, bis uerbis:* Multa iure ciuili contra rationem disputandi pro utilitate cōmuni recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest. Vnum interim proposuisse contentus ero. Cum plures trabem alienam furandī causa sustulerint, quam singuli ferre non possent: furti actione omnes teneri existimantur, quamuis subtili ratione dicī posset, nemi uem eorum teneri: quia neminem uerum sit eam sustulisse. *Concordat item l. 2. C. de crimine sacrilegij, bis uerbis:* Disputari de principali iudicio non oportet. Sacrilegij enim instar est, dubitare an dignus sit quem elegerit Imperator. *Vide item §. cap. prox. except. 2.*

II. *Regula. De legibus non facilè mutandis proponitur l. 2. ff. de constitut. Principum, bis uerbis:* In rebus nouis constituendis euidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod iam diu æquum uisum est. *Concordat l. 23 ff. de legibus, bis uerbis:* Minimè sunt mutanda, quæ semper interpretationem certam habuerunt. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi euidens utilitas & æquitas mutationem suadeat. quę exceptio constat ex uerbis iam propositis bisce:* In rebus nouis constituendis euidens utilitas esse debet, &c. *Cui concordat l. 143. ff. de reg. iuris, bisce uerbis:* Etsi nihil facilè mutandū est ex solēnibus, tamen

me ubi ęquitas euidens poscit, subueniendum est.

III. *Regula de modo docendi iura proponitur Inst. de iusticia & iure. §. His igitur, in hæc uerba:* Incipientibus nobis exponere iura populi Romani, ita maximè uidentur posse tradi cōmodissimè, si primò leui ac simplici uia, pòst deinde diligentissima atq; exactissima interpretatione singula tradantur: alioqui si statim ab initio rudē adhuc & infirmum animum studiosi multitudine ac uarietate rerū onerauerimus, duorum alterum, aut desertorem studiorū efficiemus, aut cum magno labore eius: sępè etiam cum diffidentia (quæ plerunq; iuuenes auertit) serius ad id perducemus, ad quod leuiore uia ductus sine magno labore eius, & sine ulla diffidētia maturius perduci potuisset.

IIII. *Regula. De iurisprudentia, & Iurisconsultis. Duæ sunt uirtutes, quæ circa ius legesq; uersantur: quarum una in Contemplando consistit, altera in Agendo: illa Iurisprudentia, hæc Iusticia appellatur. Vtriusq; definitio proponitur l.10. ff. de iusticia & iure. Iurisprudentiæ definitio proponitur d. l.10. in fine, his uerbis:* Iurisprudentia est diuinarum atq; humanarum rerum noticia, iusti atq; iniusti scientia. *Concordat iisdē uerbis Inst. eod. tit. §.1. Ait Iurisconsultus:* Iusti. atq; iniusti sciencia. *Iustum atq; iniustum in causis ciuilibus leges definiunt. Ergo Iurisprudentia est, legū scientia. Quid autem sit scire leges, definitur l.17. ff. de legibus, his uerbis:* Scire leges nō est uerba earum tenere, sed uim ac potestatem. *Qui ergo sciunt legis cuiusq; officium, rationē, exceptiones, exceptionum replicationes, harumq; duplicationes, item actionis uel exceptionis à lege introductæ, uel descriptæ naturam & proprietatem, denique num lex proposita alia aliqua lege uel consuetudine sit mutata: quia in hisce uis ac potestas legum (ut alibi ostendi) consistit, hi scire leges rectè dicuntur. Qua scientia præditi Iurisconsulti appellātur, quos describit Vlpianus l.1. §.1. ff. de iusticia & iure, his uerbis:* Iuris artis boni & æqui meritò quis nos sacerdotes appellet. Iusticiam nanque colimus, boni & æqui noticiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes: bonos non solùm metu pœnarum, uerùm pręmiorum quoque exhortatione efficere cupientes: ueram (nisi fallor) philosophiam, non simulatam affectantes. *Sanè qui olim in republica Romana fuerint Iurisconsulti celebriores, enumerantur l.2. §. Iuris ciuilis, usq; ad finem legis. ff. de origine iuris. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 6.*

V. *Regula. De iusticia, altera uirtus, quæ circa ius legesque uersatur, actiua est, & Iusticia dicitur, quæ definitur l.10. in princip. ff. de iusticia & iure, his uerbis:* Iusticia est constans & perpetua uoluntas, ius suum unicuique tribuens. *Concordat iisdem uerbis Institut. eod. tit. in princip.*

VI. *Regula. De iniusticia. Vt iusticia uirtus est, qua quis agit secundum leges: ita iniusticia uitium est, quo contra leges agitur. quod definitur l.102. ff. de regulis iuris, hisce uerbis:* Qui uetante prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur. *Huius regulæ exceptiones uide J. capite proximo. Iniusticiæ autem duo genera sunt, quorum uno quidem fit contra uerba legum, altero uerò contra legum mentem. quæ diuisio proponitur & declaratur l.29. cum lege sequente. ff. de legibus, his uerbis:* Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem uerò legis, qui saluis uerbis legis sententiam eius circūuenit. Fraus enim legi fit, ubi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non uetuit: & quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας (id est, scriptum à uoluntate) hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit. *Posterius genus approbatur etiam l.5. C. de legibus, hisce uerbis:* Non dubium est, in legem committere eum qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatem: nec pœnas legibus insertas euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua prærogatiua uerborū fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos uideri uolumus subsecutum qui contrahunt, lege cōtrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legū interpretationes tam ueteres, quàm nouellas trahi generaliter imperamus, ut legislatori quod fieri nō uult, tantum prohibuisse sufficiat, cætera quasi expressa ex legis liceat uoluntate colligere: hoc est, ut ea quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum: nec specialiter dixerit inutile esse debere, quod factū est, sed & quod subsecutum fuerit, ex eo uel ob id quod interdicente lege factū est, istud quoq; cassum & inutile esse præcipimus. Secundum itaq; prędictam regulam, quā ubicunq; seruari factum lege prohibente censuimus, certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum ullius esse momenti, nec sacramētum admitti. *Aliud posterioris generis exemplum proponitur l.4. §. Is autem, in fine. & l.9. §. mutui dationem. ff. ad S.C. Macedonianum, de quo alibi.*

DE EXCEPTIONIbus aduersus leges. Caput VII.

REgulariter quidem leges obseruandæ sunt, quiq; secundum eas agit, iustus: qui contrà, iniustus dicitur, ut ex ijs quæ iam dicta sunt constat: uerùm habet hæc regula suas etiam exceptiones hoc Capite enumerandæ.

I. EXCEPTIO EST. *Nisi lex ab eo lata sit, qui eius ferendæ potestatem non habet. Quæ exceptio approbatur exemplo l. 2. ff. de decretis ab ordinat. faciendis, hisce uerbis:* Illa decreta, quę non legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non ualent. *Concordat l. 8. C. de legibus. cuius uerba uide s̃. cap. 4. quæst. 3. reg. 2. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi is, qui legem tulit, errore communi pro legitimo magistratu, ac legislatore habitus fuerit. Quæ replicatio approbatur exemplo l. 3. ff. de officio prætorum, his uerbis:* Barbarius Philippus, cũ seruus fugitiuus esset, Romæ præturam petijt, & prætor designatus est: sed nihil ei seruitutem obstitisse, ait Pomponius, quasi Prætor non fuerit: atquin uerum est, Prætura eum functum. Et tamen uideamus, si seruus, quamdiu latuit, dignitate prætoria functus sit, quid dicemus? an quæ edixit, quæ decreuit, nullius fore momenti? an fore propter utilitatem eorũ qui apud eum egerunt, uel lege, uel quo alio iure? & uerum puto nihil eorum reprobari. Hoc enim humanius est, cum populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem: sed etsi sciisset seruum esse, liberum fecisset: quod ius multo magis in Imperatore obseruandum est.

II. EXCEPTIO. *Nisi lex iniqua sit, & sine ratione lata. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ dicta sunt s̃. cap. prox. reg. 1. Concor. l. 12. in prin. ff. Qui & à quibus manumißio, his uerbis:* Prospexit legislator, ne mancipia per manumisionem quæstioni subducantur. Ideoque prohibuit ea manumitti, certumque diem præstituit, intra quem manumittere non liceat. Ipsa igitur, quæ diuertit omnes omnino seruos suos manumittere, uel alienare prohibetur: quia ita uerba faciunt, ut ne eum quidem seruum, qui extra ministerium eius mulieris fuit, uel in agro, uel in prouincia, possit manumittere, uel alienare: quod quidem perquàm durum est, sed ita lex scripta est. *Concordat item l. penult. §. Prætor quoque. ff. de iusticia & iure. cuius uerba uide s̃. cap. 1. quæst. 2. item concordqat l. 3. §. fin. ff. de supellectile legata. cuius uerba uide J. cap. prox. de consuetudine, except. 3. Plura de hac re uide s̃. cap. prox. in princip.*

III. EXCEPTIO. *Nisi lex iuri naturali contraria sit. Hæc exceptio approbatur l. 148. ff. de regulis iuris, hisce uerbis:* Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. *Concordat l. 12. §. factæ. ff. de captiuis, hisce uerbis:* Factæ causæ infectæ nulla constitutione fieri possunt. *Item concordant ea quæ habentur J. except. 17. repl. 1.*

IIII. EXCEPTIO. *Nisi exceptio contra legem introducta, causæ propositæ insit. Hæc exceptio approbatur l. 15. ff. de legibus, his uerbis:* In his quæ contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris. *Contra rationem iuris constitutum dicitur ius singulare. l. 16. ff. eod. tit. his uerbis:* Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem authoritate constituentium introductum est. *Item dicitur species l. 80. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* In toto iure, generi per speciem derogatur, & illud potissimũ habetur, quod ad speciẽ directum est. *Concordat l. antepenult. ff. de pœnis. cuius uerba uide J. lib. 3. cap. 4. de reliquis circumst. reg. 12. Concordat item propositæ exceptioni l. 1. in fine. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Regula simul cum in aliquo uiciata est, perdit officium suum. *Concordat item J. except. prox. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi lex municipalis à generali lege suum municipium eximat: quæ replicatio approbatur exemplo J. cap. 9. de Principum placitis, in prin.*

V. EXCEPTIO. *Nisi æquitas contra legem propositam in casu proposito suadeat. Hæc exceptio approbatur l. 8. C. de Iudicijs, hisce uerbis:* Placuit in omnibus rebus præcipuam esse iusticiæ, æquitatisque scriptæ, quàm stricti iuris rationem. *Concordat l. 90. ff. de regulis iuris, hisce uerbis:* In omnibus quidem maximè, tamen in iure æquitas spectanda est. *Concordat item l. 143. ff. de regulis iuris. cuius uerba uide s̃. cap. prox. reg. 2. except. 1. item concordant ea quæ habentur s̃. except. prox. Huius exemplum proponitur l. 2. §. quanquam. ff. de aquæ pluuiæ arcendæ. Propositæ exceptionis exemplum proponitur l. 7. ff. de in integr. restitution. cuius uerba alibi proponentur. Replicatio huius exceptionis hæc est: Nisi æquitas scripta non sit. Quæ replicatio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Aequitatisq; scriptæ. *Concordant ea quæ proposita sunt s̃. cap. 5. quæstio. 2. item concordat l. 1. §. sed si sciente, ibi. In re igitur dubia. ff. de exercitoria actione, his uerbis:* In re dubia melius est, uerbis edicti seruire. *Item concordat l. 69. in princip. ff.*

de

de legatis 3. his uerbis: Non aliter à significatione uerborum recedi oportet, quàm cum manifestum est, aliud sensisse testatorem. *Concordant item ea quæ habentur* ṡ. *cap. prox. reg. 2. Concordat item* l. 8. §. *si debitori. ff. quibus mod. pignus soluatur. ubi Martianus: Subtilitates (inquit) à iudicibus non admittuntur. Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi Imp. de causa cognoscat. quæ duplicatio approbatur per ea quæ dicta sunt* ṡ. *ca. 5. quæst. 2.*

VI. EXCEPTIO. *Nisi ratio legis in casu proposito cesset. hoc enim casu debet etiam cessare lex ipsa. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt* ṡ. *cap. 5. quæst. 3. reg 7.*

VII. EXCEPTIO. *Nisi nihil factum sit cõtra uerba legis. Hæc exceptio recipit replicationẽ hanc: Nisi contra uoluntatem legis sit factum. de qua re dictum* ṡ. *cap. prox. reg. 6.*

VIII. EXCEPTIO. *Nisi facto uoluntas legis non repugnet. tunc enim, quamuis uerba legis repugnent, nihilominus tamen ualet: quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur* J. *lib. 7. cap. 9. reg. 5.*

IX. EXCEPTIO. *Nisi lex, seu ius sit personale. De hac re uide* J. *cap. 9. de constitut. personalibus.*

X. EXCEPTIO. *Nisi aliud inter partes actum sit. Hæc exceptio approbatur l. 27. ff. de regulis iuris, hisce uerbis*: Obligationum causæ pactione possunt immutari, & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem. *Concordat l. 21. ff. eod. tt. his uerbis*: Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum & culpam. Sed hæc ita, nisi quid nominatim conuenit, uel plus, uel minus in singulis contractibus. nam hoc seruabitur, quod initio cõuenit: legem enim contractui dedit. *Concordat item l. 43. ff. de pactis, hisce uerbis*: In emptionibus scimus, quid præstare uenditor debeat, quidq́; ex contrario emptor: quòd si in contrahendo aliquid exceptum fuerit, id seruari debebit. *Concordat item l. ult. §. fin. C. de tempor. & reparat. cuius uerba uide* J. *lib. 8. cap. 1. question. 2. except. 23. Propositæ exceptionis replicationes tot sunt, quot exceptiones aduersus pacta, de quibus uide Comment. pactorum.*

XI. EXCEPTIO. *Nisi princeps in causa cõtra legem rescripserit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ habentur* J. *cap. 10. except. 12.*

XII. EXCEPTIO. *Nisi contra legem à iudice sit iudicatum. Et hæc exceptio reprobatur per ea quæ habentur* J. *lib. 8. cap. 3. except. 18.*

XIII. EXCEPTIO. *Nisi in alia simili causa contra legem propositam sit pronunciatum. Et hæc exceptio reprobatur l. 13. C. de sententijs & interlocut. de qua re uide* J. *cap. 9. de iudicato.*

XIIII. EXCEPTIO. *Nisi causa legẽ præcesserit. Hæc exceptio approbatur l. 7. C. de legibus, his uerbis*: Leges & constitutiones futuris certum est dare formam negocijs, non ad facta præterita reuocari: nisi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negocijs cautum sit. *Concordat Nouell. const. 73. §. obtineto, his uerbis*: Obtineto autem lex ista in omnib. posthac faciendis instrumentis, & contractibus. quod enim iam præterijt, cur quis lege perstringat? *Concordat Nouell. const. 75. cuius uerba uide* J. *lib. 10. cap. 3. reg. 3. except. 5. Item concordat Nouell. const. 115. in prin. cuius uerba uide paulo inferius except. 17. repl. 3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi nominatim in lege cautum sit, ut & ad præterita extendatur. quæ replicatio uerbis paulo superius propositis hisce*: Nisi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negocijs cautum sit. *Huius exemplum proponitur l. 18. in fine. C. de sacrosanctis Ecclesijs. cuius uerba uide* J. *lib. 10. cap. 10. reg. 3. Aliud exemplum proponitur l. ult. in fine C. d. tt. cuius uerba uide d. cap. 10. reg. 4. Aliud exemplum proponitur Nouell. const. 113. §. Ad hæc & illud. cuius uerba uide* J. *cap. 10. except. 2. repl. 2. Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi interposita appellatione constitutio lata sit, quæ ad præterita quoq; extendi uelit. Nãm hoc casu ad eam causam in qua appellatum est, constitutio non extendenda. quæ duplicatio approbatur Nouell. c. 115. in prin. ibi: In omnibus enim hisce casibus. cuius uerba uide* J. *except. 17. repl. 1. in fine.*

XV. EXCEPTIO. *Nisi lex nondum fuerit insinuata, uel ab insinuatione nondum duo menses præterierint. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 64. §. sancimus, his uerbis*: Sancimus, ut ex eo tempore constitutiones nostræ ualeant, ex quo in cõmune omnibus manifestę factæ sunt, atq; exinde etiam tempus illis computari: hoc est, hic quidem ex quo omnibus extiterũt, aut factæ sunt manifestæ, in prouincijs uerò ex quo transmissæ palàm in metropolibus propositæ sunt, aut postea erunt: ne prout olim obtinuit sub nostra degentes republica homines ignorantia legũ in legẽ uideantur cõmittere. Vt autem res ipsa apertius exprimatur, sancimus, ut si talis describatur lex post duos demùm menses (quod illi tẽpus prę̈stitutũ est) quàm insinuata fuerit, siue in hac alma urbe siue in prouincijs ualeat, & suo in republica munere defungatur: omnibus hoc tempore ad eam cognoscendam suffecturo, tam tabellionibus eius uirtutem & tenorẽ perdiscentibus,

ſcentibus, quam ſubditis cognoſcētibus, & legem obſeruaturis. Ita nemo cauſam habebit, quamobrem legem noſtram cuſtodire recuſet.

XVI. EXCEPTIO. *Niſi lex de cauſis publicis lata, præfecto prætoriorū prius non fuerit inſinuata. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 152, his uerbis:* Dantes operam ut diuino cooperante auxilio cum ſumma diligentia res Imperij à domino Deo nobis concrediti gubernentur: iubemus ne aliter forma de publicis confecta cauſis ad magnificentiſſimum ducem aut etiam Auguſtalem aut clariſs. prouinciarum præſides ualeat, niſi prius inſinuata fuerit iudicio excellentiæ tuæ. Quæ uerò inſinuatæ non fuerint, nullam firmitatem habeant. Abſurdum etenim fuerit, ſactam formam pro publicis confectam cauſis non prius inſinuari throno excellentiæ tuæ, atque ita tranſmitti in prouincias, finique contradi. Si quid igitur hucuſque ad detrimentum reipublicę factum eſt, iubemus hoc irritum eſſe, ſancientes ut quæuis de cætero ſacræ formæ pragmaticæ, ſiue ad Auguſtalem ſiue ad ducem, ſiue ad reliquos prouinciarum præſides conficiantur occaſione (ut dictum eſt) cauſarum publicarum: omnino inſinuentur iudicio excellentiæ tuæ, eoque pacto (uti dictum eſt) cum iuſsionibus excellentiæ tuæ mittantur in prouinciam: ut quæ quidem ſacræ formæ ad detrimentum reipublicæ factæ non ſunt, hæ & ſuſcipiantur, conijcianturque in præceptiones, & ab excellentia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradantur: quæ uerò ad detrimentum reipublicæ per obreptionem fiunt, has quidem ſacras formas tua ſuſcipiat excellentia, non tamen prius quæ inibi ſunt repoſita faciat, quàm ad nos relationem ea de re pertulerit: quo magis ſi quid (ut poteſt fieri) ad detrimeutum factum eſt reipublicæ, id corrigamus. quęcunq; enim ſacra pragmatica forma publicarum cauſarum nomine facta throno excellentiæ tuæ inſinuata non fuerit, hanc nullo ualere tempore uolumus.

XVII. EXCEPTIO. *Niſi lex alia lege uel conſuetudine ſit mutata. Hæc exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur Inſtitut. de iure naturali, gent. & ciuili. §. ſed naturalia, his uerbis:* Naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræquè obſeruantur, diuina quadam prouidentia conſtituta ſemper firma atq; immutabilia permanent: ea uerò quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent uel tacito conſenſu populi, uel alia poſtea lege lata. *Concordat l. 4. ff. de conſtit. princip. his uerbis:* αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν. id eſt: Conſtitutiones tempore poſteriores, potiores ſunt his quæ ipſas præceſſerunt. *Concordat item l. 32. §. fin. ff. de legibus, his uerbis:* Rectiſsimè etiam illud receptum eſt, ut leges non ſolum ſuffragio legis latoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur. *Huius exceptionis exempla paßim extant in Inſtitutionib. iuris. Eius autem prima replicatio hæc eſt: Niſi ius ſit naturale. hoc enim alio iure mutari non poteſt. quæ replicatio approbatur uerbis ſuprà propoſitis hiſce:* Naturalia quidem iura ſemper firma atque immutabilia permanent. *Concordat l. 8. ff. de capite minutis, hiſce uerbis:* Eas obligationes, quæ naturalem præſtationem habere intelligũtur, palàm eſt capitis deminutione non perire: quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non poteſt. Itaque de dote actio (quia in bonum & æquum concepta eſt) nihilominus durat etiam poſt capitis deminutionē. *Concordat item Inſt. de legitima adgnat. tutela. §. fin. his uerbis:* Adgnationis quidem ius omnibus modis capitis deminutione plerunque perimitur. nam adgnatio, iuris ciuilis nomen eſt: cognationis uerò ius non omnibus modis commutatur: quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrũpere poteſt, naturalia uerò non utique. *Concordat item l. 8. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt. *Concordat denique l. 2. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſumuntur. ubi Caius: Senatuſconſulto (inquit) non id effectum eſt, ut pecuniæ uſusfructus propriè eſſet (nec enim naturalis ratio authoritate Senatuſconſulti mutari potuit) ſed remedio introducto cœpit quaſi uſus fructus haberi. Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi lex poſterior alia rurſus lege ſit ſublata. Quæ replicatio approbatur exemplo Inſt. de legit. adgnator. ſucceßione. §. Cæterùm inter maſculos. Ibi enim cum lex* XII *Tabularum, quæ tam fœminas quàm maſculos ad ſucceßionem defuncti cognati pariter admittebat, per poſteriorem iuriſprudentiam eſſet mutata, fœminini ſexus cognatis ab hæreditate defuncti excluſis: tandem Imp. Iuſtinianus differentia inter maſculos & fœminas in ſucceßionibus per poſteriorem quidem iuriſprudentiam introducta, per ſuam autem conſtitutionem rurſus ſublata, legi* XII *Tabularum uim ſuam reſtituit. Aliud exemplum proponitur l. unica. §. cū igitur. C. de caducis tollendis. cuius uerba uide in Comment. de legatis, cap. 18 in principio. Tertia replicatio eſt: Niſi mutatio iuris*

lata

lite pendente interuenit. *Quæ replicatio approbatur Nouell. const. 115. in princ. his uerbis*: Peruenit ad serenitatis nostræ noticiã, quòd mota lite inter Eustachium & Pistum à prouinciæ Præside definitiua processerit sententia, contra quam appellatio porrecta sit. Proinde cum iudices, apud quos examinabatur appellatio, ambigerent, ad nostram retulerunt mansuetudinem, utrum secundum illas leges eam controuersiam examinare deberent, quæ tunc obtinuissent, cum definitiua processisset sententia: an uerò secundum tenorem eius legis, quæ post definitiuam à nobis promulgata esset sententiam. Iustum igitur nobis uisum est, ut secundum eas leges prædicta appellationis causa examinaretur, & terminum susciperet, quæ tempore prolatæ ualuerunt sententiæ. Visum itaque nobis est, ut si postea talis aliqua emergat dubitatio, consimili & ipsa ordine terminetur. Propterea sancimus, si quando de cõtrouersia aliqua definitiua processerit sententia, insequaturque appellatio, ut qui appellationem examinant, secundum eas leges negocio terminum assignent, quę sub tempus definitiuæ ualuerunt sententiæ. Eodẽ hoc uidelicet obseruando, & cum gloriosiss. præfectorum retractantur sententiæ, & in relationibus iudicum, nempe cum utraque pars proprijs suis renunciat allegationibus, & iudices relationibus suis interrogant, quam negocio tandem formam debeant præscribere. In omnibus enim hisce casibus illas leges à disceptatoribus custodiri sancimus, quæ tempore sententiæ, aut certè relationis ualuerunt: tametsi legem postea promulgari contigerit, quæ noui aliquid disponat, & uigorem suum, uel ad pręterita etiam negocia referat. *Plura de replicatione proposita uide ĩ. except. 14. Hæc de tertia replicatione. Possunt autem plures replicationes fingi. Nam quæ hactenus exceptiões aduersus leges proposita sunt, hic replicationum loco repeti possunt.*

XVIII. Exceptio. *Nisi Imperator uel Augusta leges non obseruauerit. Hæc exceptio approbatur l. 31. ff. de legibus, his uerbis*: Princeps legibus solutus est: Augusta autem licet legibus soluta non est, Princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ & ipse habet. *Plenè non omne quod licet, honestum est. Itaque quamuis Principi liceat præter leges uiuere, decet tamen eum uiuere secundum leges. quod approbatur l. 4. C. de legibus, his uerbis*: Digna uox maiestate regnantis legibus alligatum se principem profiteri, adeò de authoritate iuris nostra pendet authoritas. Et reuera maius imperio est, submittere legibus principatum, & oraculo pręsentis edicti, quod nobis licere non patimur, alijs indicamus. *Concordat l. 23. ff. de leg. 3. his uerbis*: Ex imperfecto testamento legata, uel fideicommissa Imperatorem uindicare, inuerecundum est. decet enim tantæ maiestati eas seruare leges, quibus ipse solutus esse uidetur. *Concordat item l. 3. C. de testamentis, his uerbis*: Ex imperfecto testamento, nec Imperatorem hæreditatem uindicare, sæpe constitutum est. Licet enim lex Imperij solennibus iuris Imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium Imperij est, quàm legibus uiuere. *Concordat denique Instit. Quibus modis testamenta infir. §. fin. ubi Impp. Seuerus & Antoninus: Licet (inquiũt) legib. soluti simus, attamen legib. uiuimus. Huc pertinent uersus apud Claudianum poetam hi:*

In commune iubes si quid, censes'ue tenendum,
Primus iussa subi, tunc obseruantiör æqui
Fit populus, nec ferre uetat, cum uiderit ipsum
Auctorem parêre sibi, &c.

XIX. Exceptio. *Nisi propter iuris ignorantiam aduersus illud fecerit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur, admittitur tamen in minoribus ætate, in fœminis & alijs quibusdam casibus: de qua re dicetur in Parte ultima.*

DE IVRIS LEGVMQVE *diuisionibus ac speciebus.* *Cap.* VIII.

HActenus de Iure & Legibus in genere dictum est. Nunc de ijsdem in specie est dicendum.

DE TRIBVS IVRIS DIVISIONIbus, deque iure publico & priuato.

Prima igitur diuisione ius diuiditur in publicum & priuatum: quæ diuisio proponitur, atque declaratur l. 1. §. Huius studij. ff. de iusticia & iure, his uerbis: Iuris studij duæ sunt positiones: publicum & priuatum. Publicum ius est, quod ad statum rei Romanæ spectat: Priuatum, quod ad singulorum utilitatem. Sunt enim quædam publicè utilia, quædam priuatim. Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. *Concordat ijsdem uerbis Inst. eod. tit. §. fin. Est autem hæc diuisio sumpta à fine iuris. Altera iuris diuisio sumpta est à causa efficiente, quæ proponitur d. l. 1. §. Priuatum, his uerbis*: Priuatum ius tripertitum est. Collectũ enim

enim est ex naturalibus præceptis, aut gétium, aut ciuilibus. *Concordat ysdem uerbis Inst.eod.tt.§.fin.* Est igitur ius aut Natutale, aut Gentium, & Ciuile. *Huius diuisionis mébra in sequentibus copiosius persequemur. Tertia iuris diuisio sumpta ex materia seu obiecto iuris, proponitur l.1 ff.de statu hominum, his uerbis:* Omne ius quo utimur, uel ad personas pertinet, uel ad res, uel ad actiones. *Concordat ijsdem uerbis Inst. de iure naturali.§.fin.Iuxta hanc diuisionem partiti sumus infrà rem iudiciariam, ecclesiasticam, fiscalem, militarem & ciuitatum, ut ex ijs locis constabit: deq; iure personarũ dicetur etiam in Parte secũda, de rerũ iure in Parte tertia. Nunc secundam iuris diuisionem latius tractemus.*

DE IVRE NATVrali.

I. *Definitio iuris naturalis proponitur l.1.§. Ius naturale. ff. de iusticia & iure, his uerbis:* Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium quæ in terra marique nascuntur, auium quoq; commune est. *Concordat ijsdem uerbis Instit.de iure naturali, in prin.*

II. *Species huius iuris proponuntur d.§.Ius naturale, his uerbis:* Hinc descẽdit maris atq; fœminæ coniunctio, quam nos Mattimonium appellamus: hinc liberotum procreatio: hinc educatio. Videmus etenim cætera quoq; animalia, feras eriam, istius iuris peritia censeri. *Concordat ijsdem uerbis Inst.de iure naturali, in prin.*

III. *Propria iuris naturalis. Primum iuris naturalis proprium est, quòd omnium animantium sit commune, ut ex iam dictis constat. Alterum proprium est, quòd sit immutabile: de quo dictũ s.cap. prox.excep.17.repl.1.*

DE IVRE GENtium.

I. *Definitio iuris gentium proponitur l. 1. §. fin ff.de iusticia & iure, his uerbis:* Ius gentium est, quo gentes humanæ utuntur: quòd à naturali recedere, inde licet facile intelligere, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est. *Concordat l.9.in fine.ff.eod. tt. cuius uerba uide s. eod. cap. de iure ciuili, in princ. item concordat Inst.de iure naturali.§. Ius autem. cuius uerba uide s. d.loco, de iure ciuili in prin.*

II. *Species iuris gentium enumerantur l. 2.cũ tribus legibus sequentibus.ff.de iusticia & iure, his uerbis:* Veluti erga Deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus, ut uim atque iniuriam propulsemus. Nam iure hoc euenit, ut quod quisque ob tutelam corporis, sui fecerit, iure fecisse existimetur: & cum inter nos cognationem quandam natura constituerit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse. Manumissiones quoq; iuris gentium sunt. Est autem Manumissio, datio libertatis. Nam quamdiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, & manumissus liberatur potestate: quæ res à iure Gentium originem sumpsit, utpote cum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incognita. Sed posteaquã iure Gẽtium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis, & cum uno naturali nomine omnes homines appellarentur, iure Gentium tria hominum genera esse cœperunt, liberi, & his cõtrarium serui, & tertium genus liberti: id est, hi qui desierant esse serui. Ex hoc iure Gentium introducta sunt bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, commercium, emptiones, uenditiones, locationes, cõductiones, obligationes institutę: exceptis quibusdam, quę à iure Ciuili introductæ sunt. *Concordat Inst. de iure naturali.§.Ius autem gentium, his uerbis:* Ius gentium omni humano generi cõmune est. Nam usu exigente & humanis necessitatibus, gentes humanæ iura quædam sibi constituerunt: Bella etenim orta sunt, & captiuitates secutæ, quę sunt Natutali iuri cõtrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebãtur. Et ex hoc iure Gentium omnes penè cõtractus introducti sunt: ut emptio & uenditio, locatio & conductio, societas, depositum, mutuum, & alij innumerabiles.

III. *Propria iuris gentium. Primum proprium est, quod omni humano generi commune sit: quod ex iam dictis constat. Alterum proprium est, quod solis hominibus proprium sit, non etiam cæteris animantibus commune: quod approbatur l. 1. §. fin. ff.de iusticia & iure, cuius uerba uide s̄.quæst.1.*

DE IVRE CIVILI.

I. *Definitio iuris ciuilis cum differentia iuris gentium, proponitur l.9. ff. de iusticia & iure, his uerbis:* Omnes populi qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius ciuitaris proprium est, uocaturq; ius Ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod uerò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræquè custoditur, uocaturque ius Gentium, quasi quo iure omnes gentes utantur. *Concor-*

dat

dat Inst. de iure naturali. §. Ius autem ciuile, his uerbis: Ius ciuile uel gentium ita diuiditur. Omnes populi qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi iure omnium hominum utuntur. Nam quod quisq; populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est, uocaturque ius Ciuile, quasi iua proprium ipsius ciuitatis: quod uerò naturalis ratio inter omnes gentes constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur, uocaturque ius Gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. Et populus itaq; Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur: *quæ singula iura qualia sint, suis locis proponemus.*

Alia iuris ciuilis definitio proponitur l. 6. ff. de iusticia & iure, his uerbis: Ius ciuile est, quod neque in rotum à naturali, uel gentium iure recedit, neque per omnia ei seruit. Itaque cum aliquid addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est ciuile efficimua.

II. PROPRIA IVRIS CIVILIS.

Primum proprium est, quod proprium sit suæ ciuitatis: quod constat ex definitione supradicta.

Secundum proprium est, quod sit mutabile: de quo uide s cap. prox. except. 17.

Tertium proprium est, quod posterius sit iure naturali: quod approbatur Inst. de rerum diuis. §. singulorum. in fine, his uerbis: Palàm est, uetustius esse ius Naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit: ciuilia autem iura tunc cœperunt esse, cum & ciuitates coudi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

Quartum proprium est, quod ex una quaque ciuitate appelletur: quod approbatur Inst. de iure natura li. §. sed ius quidem, his uerbis: Ius quidem ciuile ex unaquaq; ciuitate appellatur, ueluti Atheniensium. Nam si quis uelit Solonis uel Draconis leges appellare ius ciuile Atheniensium, non errauerit. Sic enim & ius, quo Romanus populus utitur, ius ciuile Romanorum appellatur: uel ius Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim à Romulo, Qurites à Quirino appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cuius sit ciuitatis, nostrum ius significamus: sicuti cum Poetam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Vergilius.

III. *De origine iuris ciuilis, uide paulo superius tertio proprio. item J. quæst. prox.*

IIII. *Diuisio iuris ciuilis prima proponitur Inst. de iure naturali. §. constat, his uerbis:* Constat autē ius nostrum quo utimur, aut scripto aut sine scripto: ut apud Græcoa *τῶν νόμων ὁ μὲν ἔγγραφοι οἱ δὲ ἄγραφοι.* *Cōcordat iisdem uerbis l. 6. § fin. ff. de iustitia & iure. Huius diuisionis ratio proponitur Inst. d. tt. §. sine scripto, his uerbis:* Non ineleganter in duas species ius Ciuile distributum esse uidetur. Nam origo eius ab institutis duarum ciuitatum, Athenarum scilicet & Lacedæmoniorum fluxisse uidetur. In his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedæmonij quidem magis ea quę pro legibus obseruabant, memorię mandarent: Athenienses uerò ea quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

Altera iuris ciuilis diuisio est in ius ciuile, speciale & prætorium: quæ diuisio declaratur l. 7. ff. de iusticia & iure cuius uerba uide J. cap. prox. in prin. Iuxta hanc diuisionem obligationum & actionū aliæ dicūtur ciuiles, aliæ prætoriæ seu honorariæ. de qua re alibi.

DE IVRE NON SCRIPTO, SEV de longa consuetudine.

I. *Definitio iuris non scripti proponitur Inst. de iure naturali. §. sine scripto, his uerbis,* Sine scripto ius uenit, quod usus approbauit. nam diuturni mores consensu utentium comprobati, legem imitantur.

II. *Consuetudo uim legis obtinet. Hæc regula cùm ex iam dictis constat, tum approbatur etiam l. 32. §. inueterata. ff. de legib. hisce uerbis:* Inueterata consuetudo pro lege non immeritò custoditur, & hoc est ius quod dicitur, Moribus constitutum. Nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sint, meritò & ea quæ sine ullo scripto populus probauit, tenebūr omnes. Nam quid interest, suffragio populus uolūtatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? *Concordat. l. 35. cum lege sequente. ff. eod. tt. his uerbis:* Ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata, uelut tacita ciuium conuentione, non minus quàm ea quæ scripta sunt, iura seruantur. Imò magnæ authoritatis hoc ius habetur: quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere. *Cōcordat item l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, his uerbis:* Præses prouinciæ probatis ijs, quę in oppido frequenter in eodem controuersiarū genere seruata sunt, causa cognita statuet. Nam & cōsuetudo præcedens, & ratio quę consuetudinem suasit, custodienda est, & ne quid contra consuetudinem fiat, ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ. *Concordat item l. 3. C eod. tt. his uerbis:* Leges quoque ipsas antiquitùs probata & seruata, tenaciter cōsuetudo imitatur & retinet, & quod officijs, curijs, ciuitatibus, principijs uel collegijs præstitum fuisse cognoscetur, perpetuæ legis uicem obtinere statuimus. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi contra consuetudinem lex scripta extet. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. d. tt. his uerbis:* Consue-

tudinis ususq; longæui, non uilis authoritas est: uerùm non usque adeò sui ualitura momento, ut aut rationem uincat, aut legem. *Cõcordat l.32.in prin.ff.de legibus.cuius uerba uide paulo inferius.Concordat item l.33.ff. eod.tit. his uerbis.* Diuturna consuetudo pro iure & lege in his quæ non ex scripto descendunt, obseruari solet. *Ait Iurisconsultus*: Quæ non ex scripto descendunt. *Ergo si scripta lex extet contra consuetudinem, consuetudo legi scriptæ cedit. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi lex scripta consuetudinem præcesserit. tunc enim consuetudo postea insecuta præcedentem legem tollit, eaq; potior habetur. quæ replicatio constat ex ijs quæ dicta sunt s̄ cap.prox.except.17. in prin. Concordat l. 32. in prin.ff.de legibus, his uerbis*: De quibus causis sceiptis legib. nõ utimue, id custodiri oportet, quod moeibus & consuetudine inductum est: & si qua in re hoc defecerit, tunc quod peoximum & consequens ei est, siue id quidem appareat, tunc ius quo urbs Roma utitue, setuari oportet. *In hisce uerbis ius scriptum Romanum consuetudini postponitur, ut ita demùm locum habeat, cum deficit consuetudo loci. Ait Iurisconsultus*: Et si qua in re hoc defecerit, tũc quod peoximum & consequens ei est. *De hoc dictum s̄.cap.5.quæst.3.reg.2. Concordat item replicationi propositæ lib.2.Feudorum.tit.1.§. legum autem, his uerbis*: Legum Romanarum non est uilis authoritas, sed non adeò uim suam extendunt, ut usum uincant, aut mores. *Hæc de prima propositæ regulæ exceptione. Secunda exceptio est: Nisi consuetudo nulla causa iudicialiter acta possit probari. Hæc exceptio approbatur l.34. ff.de legibus, hisce uerbis*: Cum de consuetudine ciuitatis uel prouinciæ confideee quis uidetur, primùm quidem illud explorandum aebitror, an etiam contradictorio aliquando iudicio, consuetudo fiemata sit. *Is igitur qui consuetudinem allegat ab aduersario negatam: duas uel tres similes causas, in quibus similiter iudicatum sit, indicare tenetur atq; docere. Res enim perpetuò similiter iudicatæ consuetudinem inducunt ac probãt. de quo J.cap.prox. in fine dicetur. Tertia exceptio est: Nisi errore, non ratione consuetudo sit introducta. Hæc exceptio reprobatur l.3.§. fin. ff. de supellectile legata, his uerbis*: Hodie propter usum imperitorum, si in argento relatum candelabrum sit aegenteum, argenti esse uidetur, & error ius facit. *Concordant ea quæ proposita sunt s̄.cap.prox.except.2. Contradicere uidetur l.antepenult.ff. de legibus. cuius uerba uide s̄.cap.5.quæst. 3. reg.2.except.1. Quæ lex loquitur de casibus similibus, ad quos erronea consuetudo non est extendenda, ut d.except.1. est ostensum: in casibus autem, quorũ est consuetudo obtinet quamuis erronea, quia error (ut iam dictũ est) ius facit. Quarta exceptio est: Nisi iniustè primum cõsuetudo à magistratu sit introducta. Hæc exceptio approbatur Nouell.c.134.§. porrò nulli. ibi: item neq;, his uerbis*: Neque consuetudines nominent aut requieant ea, quæ iniustè decessorum aliqui ad suum fortasse lucrum excogitaeunt. Quæ enim improbè excogitantur, ea ne longa quidem consuetudine, confirmari uolumus. *Quinta exceptio est: Nisi alterius loci consuetudo sit, non eius ubi agitur. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit. uerùm eius replicatio hæc est: Nisi Romæ consuetudo sit. ea enim in cæteris quoq; ciuitatibus imperij Romani debet obtinere. quæ replicatio approbatur l.1.§.sed & si quæ leges. C. de ueteri iure enucleando, hisce uerbis*: Si quæ leges in ueteribus libris positæ iam per desuetudinem abierunt, nullo modo uobis easdem ponere permittimus: cum hæc tantummodo obtinere uelimus. quæ uel iudiclorum feequentissimus ordo exercuit, uel longa consuetudo huius almæ urbis comprobauit, secundum Sabini Iuliani scripturam, quæ indicat, debeee omnes ciuitates consuetudinem Romæ sequi, quę caput est orbis terrarum, non ipsam alias ciuitates. Romam autem intelligendum est non solum ueterem, sed etiam regiam nostrã, quæ Deo propitio melioribus condita est augurijs. *Concordat Inst. de satisdationib.§.fin. his uerbis*: Hanc formam Satisdationum non solum in hac regia urbe, sed etiam in omnibus nostris prouincijs (etsi proptee imperitiam fortè aliter celebratur) obtinere censemus: cum necesse sit omnes prouincias caput omnium nostratum ciuitatum, id est hanc regiam uebem, eiusq́ue obseruantiam sequi. *Contradicit l.12.ff. de officio præsidis, hisce uerbis*: Licet is qui prouinciæ peæest, omnium Romæ magistratuum uice & officio fungi debeat, non tam spectandum est, quod Romæ factum est quàm quod fieri debeat.

DE IVRE SCRIPTO, Eius'que speciebus. Caput IX.

Species iuris scripti enumerantur Inst.de iure naturali. §. scriptum autem, his uerbis: Scriptum autem ius est lex, plebiscitum, senatusconsultum, principum placita, magistratuũ edicta, eesponsa prudentiũ. *Concordat l.7.ff. de iusticia & iure, his uerbis*: Ius ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, deceetis principum, authoritate prudentum uenit. Ius peætorium est, quod Peætores introduxerunt adiuuandi uel supplendi uel corrigendi iuris ciuilis gratia peopter utilitatem publicam: quod & Honoearium dicitur, ab honoee peætorum sic nominatum. *De iam dicta l. 7. uide item s̄. capite proximo de iure ciuili. quæst. 4. diuis. 2, Concordat insuper*

super propositæ regulæ l. 2. in prin. usque ad §. post originem. ff. de origine iuris. cuius uerba uide s̄. l. cap. 2. De singulis iam dictis speciebus, specialiter nunc agendum, & primùm de Lege.

DE LEGE.

Definitur lex Inst. d. §. Scriptum. his uerbis: Lex est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante (ueluti consule) constituebat. *Lex hic pro speciali quodam iure sumitur: cum alioquin generale uocabulum sit, omnes iuris scripti & non scripti species comprehendens, ut ex ijs quæ suprà cap. 1 dicta sunt, constat.*

DE PLEBISCITO.

I. *Definitio plebisciti proponitur Inst. de iure naturali. §. Plebiscitum, his uerbis*: Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogante (ueluti tribuno) constituebat. *Declaratur hæc definitio ibidem, his uerbis*: Plebs autem à populo eo differt, quo species à genere. nam appellatione Populi, uniuersi ciues significantur, cõnumeratis etiam patricijs & senatoribus: Plebis autẽ appellatione sine patricijs & senatorib. cæteri ciues significantur.

II. *Quo iure introducta plebiscita definitur Inst. d. §. Plebiscitum. in fine, his uerbis*: Sed & plebiscita lege Hortensia non minus ualere, quàm leges cœperunt.

III. *Origo huius iuris proponitur l. 2. §. deinde cum esset. ff. de origine iuris. cuius uerba uide s̄ cap. 2.*

IIII. *Species plebisciti, est lex Aquilia. quæ species approbatur l. 1. §. fin. ff. ad legem Aquiliam, his uerbis*: Lex Aquilia plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus plebis à plebe rogauerit.

DE SENATVSCONSVLTIS.

I. *Definitio Senatusconsulti proponitur Inst. de iure naturali. §. Senatusconsultũ, his uerbis*: Senatusconsultum est, quod Senatus iubet atque constituit.

II. *Ratio & origo Senatusconsulti proponitur l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de origine iuris. cuius uerba uide s̄. cap. 2. Concordat Inst. d. §. Senatusconsultũ, his uerbis*: Nam cum auctus esset populus Romanus in eum modum, ut difficile esset in unũ eũ cõuocari legis sanciendæ causa, æquum uisum est, Senatũ uice populi cõsuli.

III. *Vim legis habet senatusconsultum. quæ regula approbatur l. 9. ff. de legibus, his uerbis*: Non ambigitur, Senatum ius facere posse. *Concordat l. unica, in prin. C. de Senatusconsultis. cuius uerba uide ȷ cap. prox. except. 12.*

IIII. *Species senatusconsulti, sunt Senatusconsultum Macedonianum, Velleianum, Trebellianum, & alia plura quæ tractantur in Pandectis*

DE IVRE PRAETORIO SEV Honorario.

I. *Definitio iuris prætorij à causa efficiente & finali proponitur. l. 7. in fine. ff. de iustitia & iure. Cuius uerba uide s̄. eod. cap. in prin. Concordat Inst. de bonor. possess. in prin.*

II. *Definitio nominis proponitur d. l. 7. in fine. Concordat Inst. de iure naturali. §. prætorum, his uerbis*: Prætorum quoque edicta, non modicam obtinent iuris authoritatem. Hoc etiam ius Honorarium solemus appellare: quod qui honores gerunt, id est magistratus, auctoritatem huic iuri dederunt. *Concordat item l. 2. §. eodem tempore, in fine. ff. de origine iuris. cuius uerba uide s̄. cap. 2.*

III. *Origo iuris prætorij proponitur d. §. eodem tempore.*

IIII. *Genus. Vim legis obtinet prætoris edictum. quæ regula approbatur Inst. de iure naturali. §. prætorum. cuius uerba uide paulo superius, quæst. 2. Concordat l. 8. ff. de iustitia & iure, his uerbis*: Ipsum ius Honorariũ, quasi uiua uox est iuris ciuilis. *item concordat l. 11. §. nec minus. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæst. 2.*

V. *Species huius iuris, sunt edicta ædilium curulium. quæ species approbatur Inst. de iure naturali. §. prætorum, in fine, his uerbis*: Proponebant & ædiles curules edictum de quibusdam causis, quod edictum iuris honorarij portio est. *Plures prætorij iuris species enumerantur Inst. de actionib. §. sed istæ quidem, cum sequentibus.*

DE RESPONSIS PRVDENtum.

I. *Definitio & authoritas huius iuris proponitur Inst. de iure naturali. §. responsa, his uerbis*: Responsa prudentum, sunt sententiæ & opiniones eorum quibus permissum erat iura condere. Nam antiquitùs constitutum erat, ut essent qui iura publicè interpretarentur, quibus à Cæsare ius respondendi datum est, qui Iurisconsulti appellabantur: quorum omnium sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut iudici recedere à responso eorum non liceret, ut est constitutum

II. *Origo huius iuris exponitur l. 2. §. his legibus latis. ff. de origine iuris: cuius uerba uide s̄. cap. 2. Sed & de origine huius iuris agitur d. l. 2. circa finem. §. Masurius Sabinus. cuius uerba uide ȷ lib. prox. cap. 6. in fine.*

III. *Speciebus huius iuris scatent Pandectæ. Quod autem ad nomina Iurisconsultorum attinet, quorum responsa in Pandectis extant, ea recensentur l. 2. §. Iuris ciuilis, cum sequentib. cuius uerba uide d. cap. 6.*

DE PRINCIPVM PLACITIS seu Constitutionibus.

I. *Genus. Legis uim habent. quæ regula approbatur Inst. de iure naturali. §. sed & quod, his uerbis*: Sed & quod principi placuit, legis habet uigorem: quum lege Regia, quę de eius Imperio lata est, populus ei & in eum omne imperium suum & potestatem contulerit. Quodcunque ergo Imperator per epistolam constituit, uel cognoscens decreuit, uel edicto præcepit, legem esse constat. hæc sunt quæ

Cōſtitutiones appellātur. *Cōcordat ijſdem ferè uerbis.l.1 in prin. ff. de conſtitut. principum. Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur eſſe: Niſi lex municipalis antea uel poſtea contrà ſtatuerit. Hæc exceptio reprobatur l.3.§.diuus Hadr.ff.de ſepulchro uiolato,his uerbis:* Diuus Hadrian. reſcripto pœnā ſtatuit quadraginta aureorum, in eos qui ciuitate ſepeliunt, quam fiſco inferri iuſsit & in magiſtratus eandem ſtatuit, qui paſsi ſunt. & locum publicari iuſsit, & corpus transferri. Quid tamen, ſi lex municipalis permittit, in ciuitate ſepeliri poſt reſcripta principalia, an ab hoc diſceſſum ſit uidebimus, quia generalia ſunt reſcripta. Et oportet Imperialia ſtatuta ſuam uim obtinere, & in omni loco ualere. *Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi conſtitutio non generaliter, ſed de certa perſona ſit lata. Hæc exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur J. proximè de Cōſtitut perſonal. Sed & plures propoſitæ regulæ exceptiones uide J. cap. prox.*

II.*Nomen propoſiti iuris. Appellantur cōſtitutiones: quod approbatur per ea quæ propoſita ſunt §. quæſt. prox. in prin.*

III.*Origo huius iuris exponitur l. 2.§. nouiſsimè. ff.de origine iuris. cuius uerba uide §. cap. 2.*

IIII.*Diuiſio conſtitutionum in generales & perſonales, proponitur Inſt. de iure naturali. §. ſed & quod, in fine, his uerbis:* Planè ex conſtitutionibus principum quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum trahuntur: quoniam non hoc princeps uult. Nam quod alicui ob meritum induſit, uel ſi quam pœnam irrogauit, uel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non transgreditur. *Aliæ autem quum generales ſint, omnes proculdubio tenent. Concordat ijſdem uerbis l.1.§.fin ff.de conſtitut.principum.*

DE CONSTITVTIONIBVS PERSOnalibus, & Priuilegijs.

I.*Proprium. Hæc ad exemplum non trahuntur. quæ regula ex iam dictis conſtat. Concordat l.68.ff.de regulis iuris, his uerbis:* In omnibus cauſis id obſeruatur, ut ubi perſonę conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Vbi uerò genus actionis id deſiderat, ibi ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij. *Cōcordat item l. 2.C.de legibus, his uerbis:* Quæ ex relationibus uel ſuggeſtionibus iudicantium, uel conſultatione in commune florentiſsimorū ſacri noſtri Palatij procerum auditorium introducto negotio ſtatuimus, uel quibuslibet corporibus, aut legatis, aut prouinciæ, uel ciuitati aut curiæ donauimus: nec generalia iura ſint, ſed leges faciant ijs duntaxat negocijs atque perſonis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur: notam infamiæ ſubituro eo, qui uel aſtutè ea interpretari uoluerit, uel impetrato impugnate reſcripto, nec habituro fructum per ſubreptionem eliciti, & iudice ſi diſsimulauerit, uel ulterius litigantem audierit, uel aliquid allegandum admiſerit, & ſub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit, triginta librarum auri condemnatione plectendo. *Propoſitæ regulæ exceptiones quinque proponuntur l. 3. C. de legibus, his uerbis:* Vt leges generales ab omnibus æqualiter in poſterum obſeruentur, quæ uel miſſę ad uenerabilem cœtum oratione conduntur, uel inſerto edicti uocabulo nuncupātur, ſiue eas nobis ſpontaneus motus ingeſſerit, ſiue precatio, ſiue relatio, uel lis mota legis occaſionem poſtulauerit. nam ſatis eſt, edicti eas nuncupatione cenſeri, uel per omnes populos iudicum programmate diuulgari, uel expreſsius cōtinere, quòd principes cenſuerunt ea quæ in certis negotijs ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum facta componere. Sed etſi generalis lex uocata eſt, uel ad omnes iuſſa eſt pertinere, uim obtineat edicti: interlocutionibus quas in uno negocio iudicantes protulimus, uel poſtea proferemus, non in commune præiudicantibus: nec ijs quæ ſpecialiter quibuſdam conceſſa ſunt ciuitatibus, uel prouincijs uel corporibus ad generalitatis obſeruantiam pertinentibus. *Iuxta hæc legem uidetur accipienda l. 11. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius de iudicato. Hæc de proprio Perſonalium conſtitutionum.*

II.*Diuiſio perſonaliū conſtitutionū & priuilegiorū proponitur l.196.ff de reg.iuris, hiſce uerbis:* Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ: & ideo quædam ad hæredes tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt, quæ perſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt. *Huic concordat l.68.ff. eod.tt. cuius uerba uide §.quæſt. prox. in prin.*

DE SACRIS REGVLIS.

Hæ uim legis obtinent. quod approbatur Nouell. c.6.§.ſed etiam ſic. ibi, eo quod, his uerbis A' præcedentibus nos imperatoribus & à nobis ipſis rectè dictum eſt, Oportere ſacras regulas pro legibus ualere. *Concordat Nouell. c. 131. in prin. cuius uerba uide J Lib.10.cap.11 de fide.reg. 3. Concordat item Nouell.c.83.§.ſi uerò eccleſiaſticum. ibi, Secundum ſacras. cuius uerba uide J.Lib.10. cap. 3. reg.10. item concordat Nouell.c. 123. in prin. ibi, Nam ſi leges, his uerbis:* Si leges ciuiles, quarum poteſtatem fidei noſtræ Deus pro ſuo erga homines amore concredidit, per omnia firmas ac ſtabiles conſeruari ad ſubditorum ſecuritatem ſtudemus: quanto plus ſtudij debemus circa ſacrarum regularum & diuinarum legum obſeruationem reponere: quæ pro ſalute animarum noſtrarum definitæ

nitę & cõstitutæ sunt? *Item cõcordat l.6.C.de sacrosanctis eccles.hisce uerbis:* Omni nouatione cessante uetustatem & canones pristinos ecclesiasticos, qui usque nunc tenuerunt, etiá per omnes Illyrici prouincias seruari pręcipimus: ut si quid dubietatis emerserit, id oportest non absq; scientia uiri reuerendissimi sacrosanctę legis antistitis urbis Cõstantinopolitanę (quæ Romæ ueteris prærogatiua lætatur) conuentui sacerdotali sanctoq; iudicio reseruari. *Concordat deniq; l. 12.§.1. C.d.tt. his uerbis:* Omnes pragmaticas sanctiones, quę circa canones ecclesiasticos interuentu gratiæ uel ambitionis elicitæ sunt, robore suo & firmitate uacuatas cessare præcipimus.

DE IVDICATO.

Res iudicata uim legis generalis non obtinet: quæ regula approbatur l.13.C. de sententijs & interlocut. cuius uerba uide J.Lib.7.cap.8. in fine. Huius regulæ exceptio prima hec est: Nisi Imperator sententiam tulerit. quæ exceptio approbatur l.12.in prin.C.de legibus, his uerbis: Si imperialis maiestas causam cognitionaliter examinauerit, & partibus cominus constitutis sentẽtiam dixerit: omnes omnino iudices, qui sub nostro imperio sunt, sciant hoc esse legem non solum illi causa, pro qua producta est, sed omnibus similibus. Quid enim maius, quid sanctius Imperiali est maiestate? uel quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est, ut regalẽ sensum contemnat? cum & ueteris iuris conditores, constitutiones quæ ex imperiali decreto processerunt, legis uicẽ obtinere aptè dilucideq; definiunt. *Hæc lex uidetur accipienda secundum conditiones l.3.C.de legibus. cuius uerba uide paulo superius de Constitut.personal. Istis conditionibus omnib. deficientibus uidetur quoque exceptio proposita deficere.* ¶ *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi sæpius in causis similibus similiter sit iudicatum. quæ exceptio approbatur l. 38. in fine. ff.de legibus. cuius uerba uide S. cap.5.quæst.3. reg. 4.*

DE RESCRIPTIS PRINcipum & Supplicationibus.

Cap. X.

I. *Rescriptũ principis regulariter utile est, & seruandũ. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt S.cap.prox.de principũ placitis. cõcordat l.2.in fine.C.de legibus. cuius uerba uide S. cap.prox.de constitut. personal. Concordat l.5.C. de diuersis rescript. his uerbis:* Sacrilegij instar est, super quibuscũq; administrationibus uel dignitatibus promulgandis diuinis obuiare beneficijs. *Concordat itẽ Nouell.c.113.§.si qua enim ad nos. cuius uerba uide J lib.8.cap.3.except.26.in fine. item concordat l.2.C. de crimine sacrileg. cuius uerba uide S. cap.6. reg.1. Huius regulæ exceptiones sequuntur.*

I. EXCEPTIO: *Nisi seruus rescriptũ impetrauit. Hæc exceptio approbatur, simul et distinguitur l.1.C. de precibus imp.offer. his uerbis:* Licet seruilis cõditio deferẽdę precis facile capax nõ sit: tamẽ admissi sceleris atrocitas & laudabilis fidei exẽplũ super uindicanda nece domini tui hortamẽto fuit, ut pręfecto prętorio iuxta adnotationis nostræ decretũ demãdaremus (quem adire cura) ut auditis ijs quæ in libello cõtulisti, & reos inuestigare & seuerissimã uindictam iuxta legũ censurã exigere curet. *Planè mutatur ius propositæ exceptionis, eaq; reprobatur l.6.C.eo.tt.his uerbis:* Vniuersis simul hanc obseruãtiã remittimus, ut à quocũq; liberè conditionis cõstituto uel seruo supplicante impetratũ fuerit rescriptũ: minimè requiratur, per quẽ preces oblatę sint.

II. EXCEPTIO. *Nisi lite pendente rescriptum sit impetratum. Hæc exceptio approbatur Nouell.constitut.113.§.1.his uerbis:* Sancimus, ne dum lis apud iudices examinatur siue in pecuniarijs, siue in criminalibus, siue in quibuscunq; emergentibus causis, siue hic, siue in prouincijs, uel pragmatica forma uel aliud rescriptũ, uel sacra aliqua nostra scripto cõprehensa, aut sine scripto iussio uel cõmissio, quę formã pręscribat, quomodo cœptã cõtrouersiam examinare, iudicare'ue oporteat: iudicib. insinuetur, aut insinuata ualeat, sed secundũ generales leges nostras lites examineotur decidanturq;. Nã quod ex authoritate legum iudicatur, id aliqua extrinsecus formula & præscripto non indiget. *Concordat d.c.113.§.si uerò dũ lis agitur, his uerbis:* Si dũ lis agitur, uel pragmatica nostra forma uel commissio spectabiliũ nostrorũ Referẽdariorũ, aut alterius cuiuspiam, uel aliud quidquã omniũ pręedictorũ insinuatũ fuerit iudici, qđ uel examinationi uel iudicationi formã pręscribat: iubemus, ut iudex neutiquã his aduertat animũ, sed his uacãtibus neq; robur ullum habentibus, secũdũ generales leges nostras causam examinet, & legitimo termino contradat. Quod si iudex ea non obseruabit, &c. *concordat item Nouell.c.82.§.omnis deniq;. cuius uerba uide J. Lib.7.cap.9.reg.1. itẽ cõcordat.l.13.C.de appellat. his uerbis:* Ex illo tempore, ex quo in ciuilibus causis, quę inter priuatos mouentur, cõsulturum uel relaturũ te esse promiseris, uel appellationis à te interpositę solẽnia cõpleta fuerint, nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum, uel quibuscunque modis fauoris gratiam præferens audiendũ est: sed obseruandum, ut iuxta priora statuta, solennitatis more expleto, gesta ad comitatum omnia dirigantur. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima uidetur esse talis: Nisi iudex ab imperatore datus sit, uel de plano iudicare iussus sit. Hæc replicatio reprobatur d.c.113.§. Atque hæc dicimus, his*

uerbis: Atque hæc dicimus, ſiue ex noſtro oraculo iudicare aliquis iuſſus eſt, ſiue iuſsione magiſtratuum, ſiue forma arbitrorũ aut compromiſſariorum cognitorum quæſtioni accommodare audientiã, ſiue ſcriptura interueniente, ſiue ſine ſcriptura, & de plano iudicare iuſſus fuit. Sed etſi quis iudicũ ſalutis ſuæ contemptor ex aliquo horum ſententiam proferre præſumpſerit, hanc ita irritam atque infirmam eſſe uolumus, ut neque prouocatione opus habeat, neq; ex cõpromiſſo indncat pœnam. Volumus enim nos, ut omnes iudices tam examinationes quàm iudicationes ſuas ſecũdnm leges noſtras expediant. Illud ſanè in confeſſo eſt, quod neq; iuſsio aliqua magiſtratuum, contra ea quæ hic noſtra lege conſtituta ſunt, ualitura ſit. *Altera propoſitæ exceptionis replicatio uidetur eſſe*: *Niſi reſcriptum ante dictam conſtitutionem ſit impetratum. Et hæc replicatio reprobatur d. c. 113. §. ad hæc ea illud, his uerbis*: Et illud iudices ſcire oportet, quòd conuenıat ipſos, uel quæ etiam hoc tempore lites agitantur, ſecundum generales definire leges, tametſi ſacrum aliquis iam impetrauerit oraculum, quod iudicis examinationi, iudicationiq; formam præſcribat. Volumus etenim, qui huiuſmodi aliquid iam impetrauit, nullam ex impetratis ntilitatem percipiat. Nam ſi ſemel definitiuam ſententiam proferri contigerit, minimè ipſam ex hac noſtra lege ſcrupuloſius indagari perueſtigariq; iubemus: tametſi prouocatio ſecuta eſt, aut alioquin contra ſententiam ſpes aliqua retractationis eſt. *Tertia replicatio eſt*: *Niſi reſcripto non forma iudicandi præſcribatur: ſed diligentia uel quid ſimile præcipiatur. quæ replicatio approbatur d. c. 113. §. atqui iuſsionẽ, his uerbis*: Atqui iuſsionẽ, quæ iudicanti quidem aut iudicaturo formam non præſcribit, quomodo inquiſitionem in cauſa fieri, aut ſententiam proferri oporteat, ſed liti uult legitimam adhiberi diligentiam, aut actorum editionem inducit, aut iudicem legitimã compellit proferre ſententiam, aut in cognitionem ſecũdum noſtras leges alium addit iudicem: fieri utique & ualere, ſiue interueniente ſcriptura, ſiue abſq; ſcriptura factam non prohibemus. *Concordat l. 2. C. ut lite pendente, his uerbis*: Supplicare cauſa pendente non licet, niſi uel actorum uel pronunciationis editio denegetur.

III. EXCEPTIO. *Niſi poſt rem iudicatam reſcriptũ ſit impetratum. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. C. de errore aduocat. cuius uerba uide J. Lib. 8. cap. 3. except. 32. Concordat l. 2. §. qui autem. C. ut lite pendente, his uerbis*: Qui terminatum reſcrico uel conſultatione quæſtionem exquiſito ſuffragio refricare conabitur, in omnem litis æſtimationem aduerſario ſuo protinus cõdemnetur, omni uenia deneganda, ſi quis contra hæc uenire tentauerit. *Concordat item l. 3. C. d. tt. his uerbis*: Qui licitam prouocationem omiſerit, perpetuò ſilere debebit, nec à nobis impudens petere per ſupplicationem anxilium. Quod ſi fecerit, deſiderio ſuo carebit, & ignominiæ pœna notabitur. *Concordat item l. ult. C. quomodo & quãdo iudex ſentent. cuius uerba uide J. Lib. 8. cap. 2. except. 10. repl. 2. item concordat l. 3. C. ſententiam reſcindi non poſſe. cuius uerba cum aliis huc pertinentibus uide J. Lib. 8. cap. 4. except. 54. Propoſitæ exceptionis replicatio prima uidetur eſſe*: *Niſi ſupplicatio ante ſententiam ſit exhibita. Hæc replicatio reprobatur l. 1. C. ut lite pendente, his uerbis*: Licet, poſtquam ſupplicaſti, priuſquam reſcriptum impetrares, Præſes prouinciæ uir clariſsimus pronnnciauerit: cum tamen à ſententia non prouocaueris, reſcriptum quod poſtea ſecutum eſſe ſuggeris, ad retractanda ea quæ decreto determinata ſunt, non patrocinatur. *Concordãt ei quæ dicta ſunt ſ. except. prox. Secunda replicatio eſt*: *Niſi à præfecto prætorio ſententia lata ſit, à quo prouocare non licet. Hæc replicatio approbatur l. Vnica, in prin. C. de ſententia præfecti prætorio. cuius uerba, cum concordantibus & propoſitæ replicationis duplicationibus, uide J. Lib. 8. cap. 2. quæſt. 3. Plures propoſitæ exceptionis replicationes uide J. Lib. 8. cap. 3. Quæcunq; enim ibi contra rem iudicatam exceptiones proponuntur, replicationes quoq; poſſunt eſſe propoſitæ exceptionis.*

IIII. EXCEPTIO. *Niſi preces ueritate non nitantur. Hæc exceptio approbatur l. 29. in fine. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis*: Si libello dato aduerſarius tuus ueritatem in precibus ab eo datis non adiecit, ſubſcriptione uti non poteſt: immò ſi accuſatus fuerit, & pœnam ſufferre debet. *Concordat d. l. 29. in prin. cuius uerba uide J. Lib. 4. cap. 8. quæſt. 1. cauſa 9. item concordat l. 2. C. ſi contra ius, his uerbis*: Præſcriptione mendaciorum oppoſita, ſiue in iuris narratione mendacium reperiatur, ſiue in facti, ſiuè in tacendi fraude, pro tenore ueritatis non deprecantis affirmatione datum iudicem cognoſcere debet, & ſecundum cauſam conuenit proferre ſententiam. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt*: *Niſi cognitio tantum iudici per reſcriptum ſit delegata. quæ replicatio approbatur l. 1. C. d. tt. Si contra ius, his uerbis*: Non ideirco minus is cui ex noſtro reſcripto cognitio delata eſt, iudicare poteſt, quod ex geſtis quædam in precibus omiſſa proponis. *Secunda replicatio eſt*: *Niſi executio tãtũ per reſcriptũ ſit mãdata. Hæc replicatio reprobatur l. 4. C. d. tt. his uerbis*: Etſi nõ cognitio, ſed executio mãdatur, de ueritate precũ inquiri oportet: ut ſi fraus interuenerit, de omni negocio cognoſcatur. *Tertia replicatio eſt*: *Niſi*

iuſta

iusta causa sit impetrantis, & rescriptum alioquin legitimum. Et hæc replicatio reprobatur l.5. C. eod. tt. his uerbis: Etsi legibus consentaneum sacrũ oraculum mendax precator attulerit, precator careat penitùs impetratis: etsi nimia menrientis inuenitur improbitas, eriam seueritati subiaceat iudicantis. *Quarta replicatio est: Nisi iudex nolit preces falsas argui. Hæc replicatio reprobatur l. 3. C. d. tt. his uerbis*: Puniri iubemus decem librarum auri mulcta iudices, qui uetuerunt precum argui falsitatem.

V. EXCEPTIO. *Nisi conditio hæc. Si preces ueritate nitantur, rescripto nõ sit inserta. Hæc exceptio approbatur l. ult. in prin. C. de diuersis rescriptis, hisce uerbis*: Vniuersa rescripta siue in personã precantiũ, siue ad quemlibet iudicẽ manauerint, quãuis adnotatio uel pragmatica sanctio nominetur, sub ea conditione proferri præcipimus, SI PRECES VERITATE NITANTVR: nec aliquem fructũ precator oraculi percipiat impetrari (licet in iudicio adferat ueritatẽ) nisi quæstio fidei precum Imperiali beneficio monstretur inserta. Nam & uir magnificus quæstor, & uiri spectabiles magistri scriniorũ, qui sine præfata adiectione qualecũq; diuinũ responsum dictauerint, & iudices qui susceperint, reprehensionẽ subibũt: & qui illicite dictata scribere ausi fuerint, cuiuscũq; scrinij memoriales, seu pragmaticarij, uel adiutores primicerij, amissione cinguli ferientur.

VI. EXCEPTIO. *Nisi rescriptum non sit manu principis subscriptum, & cum incausto in membranis. Hæc exceptio approbatur. l. 6. C. de diuersis rescript. his uerbis*: Sacri affatus quoscunq; nostrę mãsuetudinis in quacunq; parte paginarũ scripsit authoritas, non alio uultu penitus aut colore, nisi purpura tantummodo scriptione lustrentur, scilicet ut cocti muricis & triti conchilij ardore signentur: eaq; tantummodo fas sit proferri uel dici rescripta in quibuscũq; iudicijs, quæ in chartis siue mẽbranis subnotatio nostrę subscriprionis impresserit. Hanc autem sacri incausti confectionem nulli sit licitum, aut concessum habere aut quærere, uel à quoquam sperare: eo uidelicet qui hoc aggressus fuerit tyrannico spiritu post proscriptionem bonorum omnium capitali non immerito pœna plectendo. *Concordat quo ad subscriptionem principis l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide* j. *except. 9.*

VII. EXCEPTIO. *Nisi dies aut consul rescripto non sit adiectus. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. de diuersis rescriptis, hisce uerbis*: Si qua beneficia personalia sine die & consule fuerint deprehensa, authoritate careant.

VIII. EXCEPTIO. *Nisi quæstor rescriptum nõ subscripserit, nec denotauerit inter quos, ad quem iudicem, & per quam personam directum sit. Hæc exceptio approbatur Nouell. const. 114. his uerbis*: Decernimus nullam diuinam iussionem neq; per uiri magnificentissimi quæstoris adiutores, neq; per aliam cuiuslibet militiæ, aut dignitatis, aut officij personam cuicunque iudici concessam à quolibet suscipi cognitore, cui magnifici uiri quęstoris annotatio subiecta non fuerit, quæ contineat & inter quos & ad quem iudicẽ, uel per quam fuerit directa personam: quatenus omni posthac ambiguitate sub mota nulla cuilibet excusatiouis relinquatur occasio: scienribus iudicibus uel administratoribus uniuersis, quòd si in quolibet negocio sacram susceperint iussionem, nisi cui quæstoris uiri magnificentissimi fuerit subiecta annotatio, mulcta uiginti librarum auri & officium simili pœna plectetur: quib. iubemus, si qua talis iussio ad eos peruenerit, mox ad prædictum uirum magnificum quæstorem referre, aut cũ illo qui hæc ingerit, destinare, ut in eum uindicta procedar, quam in falsarios iura nostra constituerunt.

IX. EXCEPTIO. *Nisi exemplum rescripti, nõ ipsum rescriptum authenticum fuerit insinuatũ. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de diuersis rescriptis, hisce uerbis*: Sancimus ut authentica ipsa atq; originalia rescripta, & nostra etiam manu subscripta, non exempla eorum insinuentur.

X. EXCEPTIO. *Nisi sine scripto mandatum principis adferatur. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. de mandatis principum, his uerbis*: Si quis adserat cum mandatis nostris secretis se uenisse, omnes sciant nemini quidquam, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum: nec ullius dignitate terreri, siue ullius tribuni, siue notarij, siue comitis proferant dignitatem, sed sacras nostras literas esse quęrendas. *Contradicit in casu Nouell. c. 133. §. Atqui iussionem, in fine. cuius uerba uide* s. *eod. cap. except. 2. repl. 3.*

XI. EXCEPTIO. *Nisi negocium in consistorio prius nou sit solenniter tractatum. Hæc exceptio approbatur l. 8. C. de legibus. cuius uerba uide* s. *cap. 4. quæst. 3. reg. 2. Huius exceptionis replicatio est: Nisi in causis non uniuersitatum, sed priuatorũ rescribatur. Quæ replicatio approbatur l. 7. §. fin. C. de diuersis rescriptis, hisce uerbis*: Pragmaticas sanctiones nõ ad singulorum preces super priuatis negocijs proferri præcipimus, sed si quãdo scilicet corpus, aut schola aut officium, uel si quãdo curia uel ciuitas, uel prouincia, uel quædã uniuersitas hominũ ob causam publicã fuderit preces: manare decernimua, ut his etiam ueritatis quæstio reseruetur. *De uerbis posterioribus hisce*: Vt his etiã ueritatis quæstio reseruetur, *uide* s. *except. 5.*

XII. EXCEPTIO. *Nisi rescriptũ contra ius sit, uel utilitatem publicam. Hæc exceptio approbatur l. ul. C. si contra ius uel utilitatẽ, his uerbis*: Omnes cuiuscũq; maioris uel minoris administrationis nostræ uniuersæ reipub iudices monemus, ut nullũ rescriptũ, nullã pragmaticam sanctionem, nullã sacram adnotationem, quæ generali iuri uel utilitati publicę aduersa esse uideatur, in disceptarionẽ cuiuslibet litigij patiantur proferri, sed generales sacras constitutiones modis omnib. non dubitent, obseruãdas. *Concordat l. unica. C. de Senatuscõsultis, hisce uerbis*: Quamuis senatusconsultũ perpetuã per se obtineat firmitatem, tamen etiã nostris legibus id prosequimur: adijcientes, ut si quisquã speciali supplicatione eliciendũ aliquod rescriptũ tentauerit, ut transire ei formam liceat statutorũ, tertia patrimonij parte mulctetur, & damnatus ambitus crimine maneat infamis. *Cõcordat l. 3. C. de precib. Imp. offerendis, hisce uerbis*: Nec dãnosa fisco, nec iuri cõtraria postulari oportet. *Item concordat* Nouell. *c. 82. §. omnis deniq; cuius uerba uide* J. *Lib. 7. cap. 9. reg. 1. Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi rescriptum cõtra ius nemini obsit, & prosit petenti. quæ replicatio approbatur l. 7. C. de precib.* Imp. *offer. his uerbis*: Rescripta cõtra ius elicita ab omnib. iudicibus præcipimus refutari: nisi fortè aliquid est, quod non lædat aliũ, & prosit petenti, uel crimen supplicantibus indulgeat.

XIII. EXCEPTIO. *Nisi rescriptum fisco sit damnosum. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de precibus* Imp. *offer. cuius uerba uide* S. *except. prox.*

XIIII. EXCEPTIO. *Nisi exceptio uel præscriptio alicui detur, uel denegetur rescripto. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dilatoria, non peremptoria exceptio alicui rescripto detur, uel denegetur. quæ replicatio cũ sua exceptione approbatur l. 2. C. de precib.* Imp. *offerẽdis, hisce uerbis*: Quoties rescripto nostro moratoria præscriptio permittitur, aditus supplicãdi pãdatur. Quod aũt totius negocij cognitionẽ tollit, & uires principalis negocij exhaurit, sine graui partis alterius dispẽdio cõuelli non potest. Nec præscriptionis igitur perẽptoriæ relaxatio petatur. *Cõcordat id quod dictũ* S. *eod. cap. except. 2. repl. 3. Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi is qui præscriptionem dilatoriã impetrauit, nõ caueat idoneè de debito soluendo. Quæ duplicatio approbatur l. 5. C. d. tt. his uerbis*: Vniuersa rescripta quæ in debitorũ causis super præstãdis dilationibus promulgantur, non aliter ualeant, nisi fideiussio idonea super solutione debiti præbeatur.

XV. EXCEPTIO. *Nisi dilatione ad soluẽdum per rescriptũ impetrata, debitor de soluẽdo idoneè nõ caueat. Hæc exceptio approbatur iam d. l. 5.*

XVI. EXCEPTIO. *Nisi annus ab impetrato rescripto excesserit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de diuersis rescriptis, hisce uerbis*: Falsò adseueratur, authoritatẽ rescriptorũ deuoluto spacio anni obtinere firmitatẽ suã nõ oportere, cum ea quæ ad ius rescribũtur, perennia esse debeant, si modò tẽpus in quo allegari uel audiri debent, non sit comprehẽsum. *Hæc de exceptionib. aduersus rescripta. Plures huiusmodi exceptiones uide* S. *cap. 7. Quæ enim aduersus leges competunt exceptiones, eædem rescriptis quoq; non ineptè opponuntur.*

II. QVIBVS SIT VTIle Rescriptum?

Rescriptum in cõmuni causa ab uno impetratum, alteri quoq; socio prodest. quæ regula approbatur l. 1. C. de diuersis rescriptis, hisce uerbis: Si libellũ de cõmuni causa tu frater'ue tuus dedisti: quãuis rescriptum ad unius personam directũ sit, utriq; tamen prospectum est.

III. EVENTVS RESCRIPTI, & de Supplicationibus.

I. Regula. *de forma supplicatione seu contentis proponitur l. 8. C. de precibus* Imp. *offer. hisce uerbis*: Instrumentorum exempla nõ prodit precibus adiunxisse, sed necesse sit eorum in supplicatione uim exprimi, ut responsuro principi ueta precario spem aperiat cognoscendi: ijs solis (cum necessitas exegerit) uerbis precibus inserendis, quorum de sensu inter partes ita dubitari contigerit, ut meritò nostrum expectet iudicium.

II. Regula. *De pœna mendacis supplicationis proponitur l. 29. ff. ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide* J. *Lib. 4. cap. 8. quæst. 1. causa 9. Concordat l. 5. in fine. C. si contra ius, &c. cuius uerba uide* S. *quæst. 1. except. 4. replicat. 3.*

III. Regula. *Supplicatione oblata, & rescripto impetrato lis habetur pro contestata. Quæ regula approbatur l. 1. C. quando libellus principi datus, &c. his uerbis*: Dubium non est, contestationem intelligi, etsi nostræ fuerint tranquillitati preces oblatæ, easq; aduersus hæredem quoque eius, in quem porrectæ sunt, uel ab hærede eius, qui meruit exerceri. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi alia quàm prætoria annalis sit actio. tunc enim lis non habetur pro contestata, nec perpetuatur actio per Rescriptum. quæ exceptio approbatur l. fin. C. eod. tt. his uerbis*: Temporales actiones, quæ per oblationẽ precũ, & ad eas rescriptionẽ perpetuãtur, definire necessariũ esse duximus, ne quis putet ad alias etiã, quæ certis taxãtur tẽporibus, hoc pertinere. Sciãt igitur oẽs, eas tantummodo per oblationẽ precũ, & ad eas rescripta perpetuari, quæ à Prætore cõstitutæ annali tẽpore coarctatæ sunt. *Hactenus de Iure & Legibus sit dictum. Sequitur de Magistratibus, eorumq; ministris in genere primùm, deinde in specie.*

DIGESTORVM LIBER SECVNDVS. DE MAGISTRATIBVS, eorum'que ministris.

DE ORDINANDIS SEV creandis Magistratibus & iudicibus, nec'non de sportulis & annona magistratuũ ac iudicum.

Caput I.

I. QVI ET QVALES creandi?

PRIMA *regula De uiris probatæ uitæ proponitur l.6.in prin. C.ad l.Iul.repetund. his uerbis*: Impp. Theodos.& Valent. A. A. Florentio P.P. Sancimus eiusmodi uiros ad prouincias regẽdas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione uel precio, sed probatæ uitę & amplitudinis tuæ solẽt testimonio promoueri. *Concordat Nouell.c.8. §.quapropter, his uerbis*: Celsitudinis tuę interest, ut eos ad officia mittat. qui & grauitate morum cæteros præcellant, & peritiam habeant rationum publicarũ, quales esse solent Decuriones, & alij qui bonitatis de se experimentum dederũt, & gerendis magistratibus sunt idonei. Et quis eum non diligat, atq; omnibus honestis artibus abundare non existimet, qui ad officium proficiscatur non solùm nostro decreto & iudicio tui culminis cõprobatus, quia frugi et bonus uir sit: uerumetiam gratis ipsa administratione suscépta, neq; ulli omnino per prouinciam uiciosæ rei deditus, uel quomodò pro officio numeratã pecuniam corradat, uel unde aurum in usus suos colligat: sed in hoc tantum studia sua conferat, ut Deo se & nobis cõmendatum reddat, bónumq; & memorabile nomen cõsequatur, ac futuræ à nobis amplæ remunerationis spem sibi comparet? *Concordat item Nouell.c.161.§.nos autem, his uerbis*: Sancimus ut illi magistratũ gerant, qui & bona existimatione noti sunt, & in exercenda iusticia plurimum reposuerunt sollicitudinis. *Concordat item l.1.in fine.C. de officio magistri officiorũ. cuius uerba uide ʒ. reg.19.*

Secunda regula. De famosis, notatis, quibusq; ordine uel honore interdictum est, & improbatæ uitæ uiris proponitur l.2.C.de dignitatib. hisce uerbis: Neque famosis & notatis, & quos scelus uitæ aut turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt. *Concordat l. unica. C. de infamibus. item l.1. C. de his qui non impletis stipendijs, hisce uerbis*: Ignominiæ causa sacramento liberati honoribus abstinere debent, à muneribus autem ciuilibus excludendi nõ sunt.

Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum ordine ad tempus motus esset, tempus pœnæ sit finitũ. hæc exceptio approbatur l 3.in prin.ff.de decurionibus, hisce uerbis: Generaliter id erit defendendum, ut qui clementiorem sententiã passus est, ob hocq; ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatem sententiæ, si nec decurionatum recipiat. Sed si quis ob falsi causam uel aliam de grauioribus non ad tempus relegatus, sed ad tempus sit ordine motus, in ea est causa, ut possit in ordinem redire. Imperator enim Antoninus edicto proposito statuit, ut cuicũq; aut quacunq; causa ad tempus ordine, uel aduocationibus, uel quo alio officio fuisset interdictum, completo tempore nihilominus fungi honore uel officio possit: & hoc rectè. neq; enim exaggeranda fuit sententia, quæ modum interdictioni fecerat. *Concordat l.2.§.1.ff.eod.tit. cuius uerba uide ʒ.Lib.12. cap. 2. quæst.2.reg.18. itẽ l.5.ff.eo.tit.l.1.C de his qui in exiliũ dati. cuius uerba uide ʒ.Lib.prox.cap.14.except.generali 11. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mitiorem sententiam acceperit, duriore dignus. tunc enim, quamuis finitum sit tempus pœnæ, non uidetur illi regressus dandus ad honores. quæ replicatio uidetur approbari uerbis iam propositis. Concordat l. 15.in princip.ff. ad municipalem. item l. 5.ff. de decurionibus. Secunda replicatio est: Nisi post tẽpus pœnæ finitũ, præter pristinã dignitatẽ, nouos quoq; honores ambiat. quæ replicatio approbatur simul & distinguitur l.2.C.d.tit.de his qui in exilium. cuius uerba uide ʒ.d.except.generali 11. Plura de hac re uide ʒ. Lib.prox.cap.14.except.generali 11. Secunda exceptio est: Nisi is cui maioribus honoribus interdictum est, minores honores petat. Hæc exceptio approbatur l.7.§.fin.ff. de interdictis & relegatis. cuius uerba uide ʒ.libro proximo, cap.3. quæstion.4.de honorum & munerum interdictione. Tertia exceptio est: Nisi de minoribus honoribus agatur, & muneribus: his enim etiam infames addici possunt. quæ exceptio approbatur d.§.fin. Cui concordat l. unica. C.de infamibus, his uerbis*: Infames personæ, licet nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt: curialium tamen uel ciuilium munerũ uacationem non habent, sed solennibus indictionibus ob tutelam publicam eos satis facere necesse est. *Plura de exceptione proposita uide ʒ.Lib.13.cap.4.reg.63.*

Tertia regula. De eo qui flagellis cæsus est, proponitur l.12.ff.de decurionib. cuius uerba uide ʒ.Lib. 12. cap.3.quæst.1.reg.13.

Quarta

Quarta regula. De reo publici criminis proponitur l. 17. §. in quæstionibus. ff. ad municipalem, his uerbis: In quæstionibus nominatos capitalium criminũ, ad nouos honores ante causam finitam admitti non oportet. *Cæterùm dignitatem pristinam interim retinent. Concordat l. 21. §. antepenult. ff. eod. tt. his uerbis*: Paulus respõdit, Si per accusatorem criminum capitaliũ non stetisset, quo minus crimen intra statutum tempus persequeretur, reum non debuisse medio tempore honorem appetere. *Concordat l. 7. in prin. ff. de muneribus. cuius uerba uide paulo inferius. item concordat l. unica. C. de reis postulatis, hisce uerbis*: Reos criminis postulatos, nouos honores appetere non debere, antequam purgarent innocentiam suam, & à diuis parentibus nostris, & à me sæpè rescriptum est. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pristina sit dignitas. eam enim propter reatũ non amittit. quæ exceptio approbatur d. §. in quæstionibus. Secunda exceptio est: Nisi per annum in reatu fuerit, nec causa finita sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 7. in prin. ff. de muneribus, his uerbis*: Reus delatus etiam ante sententiam honores petere, principalibus constitutionib. prohibetur: nec interest, plebeius an decurio fuerit. Sed post annũ quàm reus delatus est, petere non prohibetur, nisi per ipsum steterit, quo minus causa intra annum expediretur. *Tertia exceptio est: Nisi accusator nullus sit, uel destitit. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. si quis accusatorem. ff. d. tt. his uerbis*: Si quis accusatorem nõ habeat, ab honoribus prohiberi non debet: quemadmodum nõ debet is cuius accusator destiterit. ita enim Imperator noster cum diuo patre suo rescripsit.

Quinta regula. De eo cuius pater in reatu est, uel publico iudicio damnatus, proponitur l. 3. §. quod pater. ff. de muneribus, hisce uerbis: Quod pater in reatu criminis alicuius est, filijs impedimento ad honores esse non debet. *Concordat l. 2. §. nullam. ff. de decurionibus. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 14. quæst. 2. reg. 1.*

Sexta regula. De seruis proponitur l. ult. C. qui militare possunt, &c. his uerbis: Si quis seruum suum dignitatem habere, quemadmodũ militiam fuerit passus, spolietur & dominio serui & iure quod pertinet ad patronos. cui enim ferendum est, homines à nostra manu donationes accipientes adhuc inter seruos haberi, & fortè cum suis dominis nostram purpuram adorantes? In his itaq; casibus, in quibus nõ militia, sed dignitas uolentibus dominis seruis adquiritur, eadem iura reseruentur, quæ antea posita sunt, ne uideatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Sciant autem domini, ad exemplum præteritæ nostræ Constitutionis, quę de huiusmodi seruis loquitur, quòd nisi hoc intra triginta dies, ex quo eis hoc fuerit notum, manifestauerint, & competentem iudicem adierint, & spoliare eos dignitatib. curauerint: dominium eorum, & ius patronatus amittant, nobis deliberantibus, postquam dominio serui fuerint liberati, & inter ingenuos connumerati, si oporteat eos habere dignitatem, uel ea quasi indignos spoliari. *Ait Imp.* quę antea posita sunt. itẽ, ad exẽplũ pręteritę nostrę cõstitutionis. *Hæc uerba intelligenda sunt de constitutione eiusdem tituli proximè præcedenti. cuius uerba uide J. lib. 11. cap. 12. quæst. 1. reg. 1.*

Septima regula. De colono originario Cæsaris proponitur l. 1. C. de agricolis & mancip. dominicis, hisce uerbis: Nullus omnimodo originalis colonus rei priuatæ nostrę ad aliquos honores, uel quælibet alia ciuitatis nostræ munera deuocetur. non enim ciuitatum ordinibus & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus ad hæc suprema præsidia iniuriosa nominatione descendendum est. *De hac re uide item J. lib. 13. cap. 4. reg. 48.*

Octaua regula. De Iudæis proponitur l. 3. §. fin. ff. de decurionibus, hisce uerbis: Eis qui Iudaicam superstitionem sequuntur, diui Verus & Antoninus honores adipisci permiserũt: sed & necessitatem eis imposuerunt, qui superstitionem eorum non læderent.

Nona regula. De hæreticis proponitur Nouell. c. 45. in prin. usq; ad §. Enimuerò. cuius uerba uide J. lib. 10. cap. 12. quæst. 3. reg. 7. Vide itẽ J. lib. 12. cap. 3. quæst. 1. reg. 18.

Decima regula. De eo qui decurio non est, ne alijs honoribus fungatur, proponitur l. 7. §. Is qui. ff. de decurionibus, hisce uerbis: Is qui non sit decurio, duumuiratu uel alijs honoribus fungi non potest: quia decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur.

Vndecima regula. De negociantibus & exercentib. officia uel artes utilissimas, proponitur l. 8. C. de dignitatibus, his uerbis: Ne quis ex ultimis negociatoribus uel monetarijs abiectisque officijs uel deformibus ministerijs, uel stationarijs, omniq; officiorum fece, diuersisq; pastis turpibusq; lucris aliqua frui dignitate pertentet: sed etsi quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiam proprijs reddi consortijs oportebit. *Concordat l. 12. § fin. C. de cohortalibus, hisce uerbis*: Cunctos qui diuersarũ rerum negociationibus detinentur, trapezitas scilicet uel gemmatum, argentiq; & uestium uenditores, apothecarios etiam, cæterosq; institores aliarum merciũ, quibuscunque ergasterijs adhærentes, iubemus à prouincialibus officijs remoueri, & omnis honor atq; militia contagione huiusmodi

segre-

segregetur. *Concordat item l.1.in prin.ibi:Exceptus nihilominus.C.de præpositis agentiū in reb.cuius uerba uide J.cap.19.de Agentibus in reb.reg.8.Concordat item l.unica.C.negociatores ne militent. cuius uerba uide J.eod.lib. cap. 18. de apparitoribus quæst. 2.reg.10.*

Duodecima regula.De libertis uide J.Lib.12.cap.3. quæst.1.reg.3. De filijs libertorū proponitur l.9.C. de dignitatibus, hisce uerbis: Libertorum filios adipisci clarissimam dignitatem,non prohibemus.

Decimatertia regula.De pauperibus proponitur l. 6 in prin.ff.de muneribus & honor.his uerbis: Rescripto diuorum fratrum ad Rutilium Lupum ita declaratur: Constitutio qua cautum est,prout quisq; decurio creatus est, ut ita magistratum adipiscatur,toties seruari debet,quoties idoneos & sufficientes omnes esse contingit. Cæterùm si ita quidam tenues & exhausti sunt,ut non modò publicis honoribus pares non sint, sed & uix de suo uictum sustinere possint: & minus utile & nequaquam honestum est talibus mādari magistratum, præsertim cum sint qui cōuenienter rei & suæ fortunæ & splēdori publico possunt creari. Sciant igitur locupletiores,nō debere se hoc prætextu legis uti,& de tēpore quo quisq; in curiá allectus sit,inter eos demùm esse quærendū,qui pro substantia sua capiant honoris dignitatem. *Plura de hac re uide J.Lib.13.cap.4.quæst. 1.reg.9. exception 6.*

Decimaquarta regula.Ne alicui patriæ suæ administratio permittatur. Hæc regula approbatur l.ult. C.de officio Rectoris prouinciæ, his uerbis: Nulli patriæ suæ administratio,sine speciali permissu principis permittatur. *Concordat l. ult.C.de crimine sacrilegij, his uerbis:* Ne quis sine sacrilegij crimine desiderandum,intelligat gerendæ ac suscipiendæ administrationis officium intra eam prouinciā,in qua prouincialis & ciuis habeatur, nisi hoc cuipiam ultronea liberalitate per diuinos affatus Imperator indulgeat.

Decimaquinta regula. De debitoribus rerumpub. proponitur l.6.§.debitores.ff.de muneribus & honoribus,his uerbis: Debitores rerump.ad honores inuitari non posse certum est: nisi prius in id quod debetur, reipub. satisfecerint. *Concordat l.1.C. de debitoribus ciuitatum, his uerbis:* Non prius debitorem reipublicæ honorem in republ.subire, quàm id quod debere constiterit,conuentus exolueri, tam meis quàm diuorum Principum constitutionibus declaratur. *Propositæ regulæ exceptio prima,hæc est: Nisi debitum sit solutum. Hæc exceptio ex iam dictis constat. Secunda exceptio est: Nisi alio modo pro debito sit satisfactum. Hæc exceptio approbatur d.l.6.§.planè uice.ff.de muneribus & honoribus,his uerbis:* Planè uice solutionis sufficit, ut quis aut pignoribus aut fideiussoribus idoneis caueat: & ita diui fratres Aufidio Herenniano rescripserunt. *Tertia exceptio est: Nisi non ex administratione reipub debeat,sed ex alia causa. Hæc exceptio approbatur d.l. 6.§.sed eos demum, his uerbis:* Sed eos demū debitores rerūp. accipere debemus, qui ex administratione reip.relinquantúr, cęterùm si nō ex administratione sunt debitores, sed mutuam pecuniam reipubl. acceperunt,non sunt in ea causa, ut honoribus arceantur. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex pollicitatione debeat, quæ recusari non potest. Hæc replicatio approbatur dict.l. 6.§.sed etsi ex, his uerbis:* Sed etsi ex pollicitatione debeant, quæ tamen pollicitatio recusari non potest: in ea sunt conditione, ut honoribus arceantur.

Decimasexta regula. De eo qui cohortalibus obsequijs est obligatus, eiusq; liberis proponitur l. 11. in princip.C.de cohortalibus, his uerbis: Si cohortalis apparitor aut obnoxius cohorti ad ullam adspirauerit dignitatem, spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus ad statum pristinum reuocetur: liberis etiam in tali eius conditione susceptis fortunæ patriæ mancipandis. Quod si quis ex his ausus fuerit ullam affectare militiam,nulla præscriptione temporis muniatur, præter eam scilicet,quæ ex triginta annis colligitur,sed ad conditionem propriam trahatur:nec ipse uel liberi eius post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur,ualeant declinare. Sed nec ad aliam cohortalinus uel cohortalini filius audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla præiudicant. *Concordat l.14. C.eod. tt. his uerbis:* Quisquis cohortalibus adhuc obsequijs, &c. *Item concordat l. 13. C. eod. tt. cuius uerba uide J. eod. lib. cap. 19. membr. 7.reg.1. item concordat l.13.C. de officio Rectoris prouinciæ, his uerbis:* Si quis cohortalibus adhuc obsequijs obligatus regimen prouinciæ, uel cingulum cuiuslibet militiæ, dignitatisúe quoquo modo meruit: contra licitum usurpatis impetratis úe careat, etiamsi ultrò in eum nostra liberalitate ius regengendæ prouinciæ uel militiæ seu dignitatis cuiuspiam sibi iactauerit, delatum fuisse.

Decimaseptima regula. De eo qui honorem,munus,uel officium aliud sustinet, proponitur l. 10. ff. de muneribus & honoribus, his uerbis: Honorem sustinenti, munus imponi non potest: munus sustinenti, honor deferri potest. *Huius etiam loci est l.10.in fine. C.de proximis sacrorū scrin.his uerbis:* Memoriales nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis

chartis

chartis itrepserint, ut nõ occupentur plura in unum se commodo collaturi, nihilq́; reliquis relicturi. *Concordat l.1.§.illi quoq́;. C. de præposito agẽtiũ in reb. cuius uerba uide J. li. cod. cap. 19. mẽbr. 12. reg. 8. Concordat l.5. C. qui militare possunt. cuius uerba uide J. lib. 11. cap. 12. quæst. 1. reg. 3. Plura de regula proposita uide J. lib. 13. cap. 4. quæst. 1. reg. 10.*

Decimaoctaua regula. De eo qui antea eundem honorem, uel magistratum gessit, proponitur infrà lib. 13. cap. 4. quæst. 1. reg. 9.

Decimanona regula. De ordine seruando, eoq́; qui dudum militauerit, & ordine proximior est præponẽdo, proponitur l.11. in prin. ff. de muneribus & honoribus, his uerbis: Vt gradarim honores deferantur edicto, & ut à minorib. ad maiores perueniatur, epistola diui Pij ad Traianum exprimitur: Etsi lege municipali caueatur, ut præferãtur in honoribus certæ conditionis homines, attamen sciendum est hoc esse seruandum, si idonei sint: & ita rescripto diui Marci continetur. *Concordat l.14. §. gerendorum. ff. eod. tt. his uerbis:* Gerendorum honorum non promiscua facultas est, sed ordo certus huic rei adhibitus est. nam neq; prius maiorem, &c. *Concordat l.1. C. de muneribus patrimoniorum, his uerbis:* Ciuilia munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt. *Item concordat l.2. C. de officio magistri officiorum, his uerbis:* Nemo agentium in rebus, ordinem militiæ, atq; stipendia præuertat, etiamsi nostri numinis per obreptionẽ detulerit indultum. Ac si quis formam istiusmodi docebitur obtulisse, in locum ex quo indecenter emerserat reuertatur: ut is gradu cæteros antecedat, quem stipendia longiora uel labor prolixior fecerit anteire. *Concordat item l.1. C. eod. tt. his uerbis:* Imp. Constantinus A. ad agẽtes in rebus. Priuilegijs dudum Scholæ uestræ indultis & integris reseruatis ad ducenariam, centenariam, & biarchiam nemo suffragio nisi labore, &c. *Item concordat l.3. C. de tyronibus. cuius uerba uide J. lib. 11. cap. 12. quæst. 6. Item cõcordat l.2. §. illud præcipuè. C. de primicerio, his uerbis:* Illud præcipuè prouisionem nostram flagitare perspeximus, ne per ambitionem uel gratiam aut cuiuslibet occasionis obtentu, uel laborũ seu sollicitudinum specie, pũblicorum cuiquam liceat aliquando graduũ seriem conturbare, & temporum ratione calcata dudũ militantibus anteferri, & quæ longis prolixisq́ue stipendijs defensa iam pollicetur senectus gratiosa festinatione subripere. *Item concordat l.7. in prin. C. de proximis sacrorum scriniorum. l.1. C. de agentibus in rebus, hisce uerbis:* Nullus de schola agentium in rebus de cætero locum mortui conetur inuadere: sed is qui ordine stipendiorum & laborũ merito ad gradum militiæ sequebatur, statim atque illum fata subduxerint, in eius præmia percipienda succedat, omni obreptione cessante. *Concordat item l.1. C. de castrensianis, hisce uerbis:* In officio spectabilitatis tuæ, secundum formam diualium responsorum post completum tempus præfinitum, id est, biennium prioribus discedentib. insequentes ad locum pro merito laborũ stipendiorumq́; succedant: nec ulla licentia tribuatur his qui impletum deposuerunt officium denuò ad eandem militiam uel sollicitudinem remeandi. *Concordat item l.5. C. de officio præfecti urbi, his uerbis:* Primicerius adiutor tuæ sedis officij per bienniũ, quod in eodem gradu ex consuetudine priscę ordinationis meruit, curam insuper personarum usurpatione omni atque ambitione cessante suscipiat: hoc etiam adiecto, ut si quis memorato ordine uel conditionis humanæ fine præuentus uel alia quacunque, &c. *Planè propositæ regulæ contradicit l.7. in prin. ff. de decurionibus, hisce uerbis:* Honores & munera non ordinatione, sed potioribus quibusq; iniungenda sunt. *Hæc lex uidetur intelligenda de exceptionibus sequentibus. Est enim propositæ regulæ prima exceptio talis: Nisi is qui ordine præcedit, non sit idoneus. quæ exceptio approbatur l.11. in prin. ff. de muneribus & honoribus. cuius uerba uide paulo superius ead. reg. in princ. Huius exceptionis replicatio proponitur in casu l.1. §. fin. C. de præpositis agentiũ in reb. cuius uerba uide J. cap. 19. membr. 12. reg. 8. Secunda exceptio: Nisi is qui ordine seu tempore posterior est, laborum comparatione præcedentibus dignior iudicetur. Hæc exceptio approbatur exemplo l.7. in prin. C. de proximis sacrorum scriniorum, his uerbis:* Vnicuique qui in sacris scrinijs militat, sui loci merita seruari oportere constituimus: & uniuersos qui ultra numerum statutorum in ijsdem scrinijs militant, sui gradus respectu per ordinem quem sortiti sunt, in deficientium statutorum locum (ut tamen ultimis socię́tur) subire decernimus: scilicet, ut nemini penitùs liceat, cum sit posterior tempore, locum præcedentis ambire: nisi fortè ab eo qui tempore uincitur laborum comparatione superatur, ut quindecim primatium eiusdem scrinij testimonio cum sacramenti religione subnixus, præcedentibus dignior iudicetur. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi is qui prior est tempore, filius sit alicuius proximiorum, tunc enim digniori præfertur tempore posteriori. quæ replicatio approbatur ibidẽ, his uerbis:* Hanc quoque obseruatiouem extra filios proximorum uolumus custodiri. etenim unicuiq; proximo unum de suis filijs, qui temporis duntaxat suffragio nititur, licet parum obseruasse militiam cognoscetur:

sceturin sequentibus tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri posse decernimus. *Tertia exceptio est: Nisi is qui tempore prior est, recusauerit: uel id quod præstandum est, præstare nolit. quæ exceptio approbatur exemplo d. l.7.§.Illum tamen, his uerbis*: Illum tamen qui locum statuti meretur, proximo quidem ducētos quinquaginta solidos, messo proximo uerò quinquaginta, adiutori pro cōsuetudine uniuscuiusq; scrinij uiginti aut quindecim solidos offerre præcipimus. Quòd si quis de supernumerarijs, qui in statuti locum subire debuerat, ne pecuniā offerat, statuti etiā gradum recusare uoluerit, sequenti tam offerendæ quantitatis prædictæ, quàm subrogandi licentia permittatur: ita uidelicet, ut si secundus uel etiam tertius, uel alterius cuiuslibet numeri in eadem recusationis uolūtate durauerit, accedenti semper eadē copia, quā præcedēs recusauerit, tribuatur. Hos autem qui ad statutorum ordinem progredi noluerint, nec de suo gradu uolumus remoueri: & cū uacauerit statuti locus, conditionem quā antea repudiauerant, id est & offerendæ pecuniæ & adipiscendi statuti locum, liberā habere præcipimus facultatem. *Quarta exceptio est: Nisi is qui ordine posterior est, rescripto principis nitatur. Hæc exceptio reprobatur l.1. C. de officio magistri off. cuius uerba uide § .ead. reg. in princ. Plura de regula proposita, eiusq; exceptionib. uide J. eod. Lib. cap. de Dignitatibus.*

Vicesima regula. De eo qui indignus est inferiore ordine, proponitur l.4. ff. de Senatorib. hisce uerbis: Qui indignus est inferiore ordine, in digniore est superiore. *Concordat l.7.§.fin. ff. de interdictis & relegatis. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap.3. quæst.4. de honorum & munerum interdict.*

Vicesimaprima regula. De iurisperitis iudicibus nō imperitis eligēdis, proponitur Nouell c.82. in prin. his uerbis: Scripta est à Zenone pietissimo principe cōstitutio de Iudicū ordine, quæ cum multas successu tēporum mutationes suscepit, tandē eò deuenit ut paulatim fermè in totū defecerit. Siquidē pedanei & inferioris subsellij iudices, qui in ea descripti sunt, ad unū oēs hāc humanā deseruerunt uitā: & multa illic determinata iura silentio sunt tradita, neq; certā obtinuerunt memoriā: sed ipse rerū usus simulatq; hæc suscepit, penitùs in aliā formā traduxit. Nos igitur omnino cōfusam cernēntes iudicū formā, legē hæc determināda existimauimus, quæ negocijs decentē imponat ordinē. Neq; enim ex usu fore existimauimus, ut aliqui iudicum nomē gestent, qui & legum maximè sunt imperiti: neq; ullum in rebus gerēdis obtinent usum. Nam nostris magistratibus omnino ad manum sunt, & assessores, qui legum placita explicent, & illorum suppleant occupationes: quandoquidem multis undiq; curis, quas circa nos sustinent, impliciti meritò iudiciarias partes assessorū suorum supplent præsentia. At uerò qui neq; magistratum gerunt, neq; nobis in ministerio sunt, si utiq; iuris peritiam nō habeant, sed aliunde emendicent rectè iudicādi formulam, quomodo nō maximā ea res labē reipub. inferat, si disceptandarū litium potestatē non his tradamus, qui per se sciant quid facto opus sit: sed sinamus ipsos alios quærere, à quibus liceat perdiscere, quæ in iudicando eos proloqui oportet. Hæc meritò ad præsentem nos legem excitarunt, subditorum nostrorum gerentes curā, uolētesq; ut litium causæ ipsis expedirè simul & facilè, & absq; omni dilatione dirimātur.

Vicesimasecunda regula. De minoribus uigintiquinq; annis, proponitur l.8. ff. de munerib. & honorib. his uerbis: Ad rempub. administrandā ante uicesimumquintum annum, uel ad munera quæ non patrimonij sunt, uel honores admitti minores nō oportet: minores deniq; nec decuriones creātur, nec creati suffragium in curia ferunt. Annus autem uicesimusquintus cœptus pro pleno habetur. hoc enim in honoribus fauoris causa constitutum est, ut pro plenis inchoatos accipiamus. Sed & in his honoribus, in quibus reipub. cura consistit, ei nō cōmittitur. Cæterum cum damno publico honorē ei cōmitti nō est dicendū, etiam cùm ipsius pernicie minoris. *Concordat l.2.§.fin. ff. de iure immunitatis, hisce uerbis*: Impuberes quāuis necessitas penuriæ hominum cogat, ad honores non esse admittendos, rescripto ad Beridium Rufum legatum Ciliciæ, declaratur. *Plura de hac regula uide J. Lib.12. cap.3. quæst.1. reg. 10. & Lib.1. cap.4. quæst.1. reg.3.*

Vicesimatertia regula. De surdo & muto, proponitur l.7.§.1. ff. de decurionibus, hisce uerbis: Surdus & mutus si in totum non audiant aut non loquantur, ab honoribus ciuilibus, nō etiam à muneribus excusantur.

Vicesimaquarta regula. De cæco proponitur l.1.§. quamuis. ff. de postulando. cuius uerba uide J. Lib.5. cap.2. quæst.1. except.5.

Vicesimaquinta regula. De fœminis proponitur l.2. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Fœminæ ab omnibus officijs ciuilib. & publicis remotæ sunt: & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec curatores existere. *Hactenus de regulis primæ quæstionis, qui scilicet & quales Magistratus creari possint uel debeant, est dictū. Plura huius loci uide J. Lib.12. cap.3. item quoad iudices uide J. Lib.5. cap.2. quæst.1. itē J. Lib. prox. ca.18. de apparitorib. quæst.1. Nūc ad secundam quæstionē transeundū.*

II. A' QVIBVS CREANDI MAgistratus?

De Imperatore & populo proponitur l.1.in prin.ff. ad.l.Iul.de ambitu. cuius uerba uide J.cod.cap.quæst. ult.Concor.Nouell.c.8?.§.siquis uerò, his uerbis: Si quis ex gloriosissimis seu selectissimis nostris iudicibus quacunque de causa iudicis officio desistat, haud aliter in eius audientiam alius succedet, quàm nos iudicium nostrum interponẽtes, alteri pro illo causarum examinationem commiserimus.

III. ANTECEDENTIA, ADIVNCTA & consequentia ordinationem Magistratuum & Iudicum.

PRIMA REGVLA. *Vt gratis ordinentur magistratus & iudices, nihilq; ab ijs eo nomine expendatur, proponitur Nouell. c. 8.in prin.usq; ad §. illud sanè.cuius inter cætera hæc sunt uerba:* Subijt animum cogitatio, quo tandem facto quidquid uspiam in prouincijs nostris noxium existit, possemus uno generali actu ad meliora traducere: & reipsa hoc euentutum deprehendimus, si demus operam, ut gentium Præsides, qui ciuilia in prouincijs officia administrant puris utantur manibus, & omni præda abstineant, his solis contenti, quæ præbentur ex publico. Quod quidẽ aliter non fiet, nisi quòque ipsi officia gratuita susceperint, neque prætextu (ut uocant) suffragiorum, neque ijs qui magistratus gerunt, neque cuiquam alij quidquam dantes. *Sed & ibidem §. his omnibus, hæc proponuntur uerba:* Per hanc legem sancimus, ut neq; ulla proconsularis, neq; (ut hactenus appellarunt) uicaria, neque comes Orientis, neque quæcunq; alia administratio siue consularis, siue correctoria (quarum expresse mentionem diuinæ huic nostrę legi subiecta tabula facit, quàs etiam solas sub hanc legem deducimùs) suffragium, aut pro officio aliquid ulli magistratui, uel ijs qui circa magistratus sunt, alij`ue personę patrocinij nomine præstent: sed cum gratis officia adipiscantur, modica tantum quædam nomine codicillorum & chartarũ, quę super unoquoq; dari solent, præbeant. Siquidem tabulam huic diuinæ legi nostræ subiecimus, quæ declaret quid unumquodq; officium uel in sacro nostro laterculo, uel in iudicio excellentiæ tuæ codicillorum siue instrumẽtorum, uel iussionum nomine præbere conueniat: ut id tamen ad moderationem redactum non magnum illi sensum & detrimentum adferat. *Concordat item d. c. 8. §. magno igitur Deo, ibi, uolentes enim, his uerbis:* Volentes illiberalia illa & seruilia furta tollere & collatores nostros tueri, ne quid asperum à prouinciarum moderatoribus patiantur: propterea gratis illis officia conferre studuimus, ne quam ad delinquendum diripiendumq; subditos, quorum gratia nihil non laboris sustinemus, occasionem habeant: dedignantes imitari eos, qui ante nos Imperio præfuerunt, qui pro pecunijs conferentes officia, sibi ipsis iustè increpandi eos qui iniustè se in officijs gerebant, copiá ademerũt: digni profectò, qui propter turpiter acceptá pro officijs pecuniá, capita obuoluerẽtur pallio, cũ neq; suos ea re collatores ab improbis præsidib. eripere, neq; ob prędictá causam ipsos pręsides coercere potuerint. Nos autẽ satis esse redituũ imperio arbitramur, si uel sola publica tributa collatores inferát, neq; opus esse, ut extra ordinẽ in dies alia atq; alia cõquirátur, quę uniuersam uitæ rationẽ subditis cõcutiant. *Cõcordat. Nouell.c.161.in prin.his uerbis:* Nõ tátũ decẽter leges ferre summo bono est, sed etiá sancita accuratè custodire, & ad effectũ deducere, tráſgressoresq; cõpetétibus pœnis subijcere. Quę enim legũ erit utilitas, si in literis dũtaxat cõsistant, nõ etiá per ipsa facta atq; opera subditis utilitaté de se præbeant? Ac scimus quidẽ, quàm uehemẽter maiestas Imperatoria collatorũ curá gesserit, cũ aliquoties definierit, ut prouinciarũ præsides officia gratis suscipiant, quo magis & ipsi, cũ purè his utuntur, æquũ & bonũ subditis impertiantur, & ex collatorũ incolumitate omniũ rerũ copia abundet respublica. Sed hæc quidẽ per immodicá auariciá eorũ qui officia redimũt, potius quàm suscipiũt, deuicta paulatim in obliuionẽ deuenerũt. Nos autẽ de his propositas leges renouantes, sancimus, ut illi magistratũ gerant, qui & bonà existimatione noti sunt, & in exercenda iusticia plurimũ reposuerũt sollicitudinis: sed & ut citra ullum munus & largitionem magistratus suscipiant. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi id quod codicillorum & chartarũ nomine dandũ est. Hæc exceptio approbatur p uerba paulo superius proposita, hæc nimirũ:* Modica tátũ quędá nomine codicillorũ & chartarũ, quę super unoquoq; dari solẽt, præbeát: siquidẽ tabulá huic diuinę legi nostræ subiecimus, quę declaret, quid unũquodq; officiũ uel in sacro nostro laterculo, uel in iudicio excellentiæ tuę codicillorũ siue instrumentorũ, uel iussionũ nomine præbere conueniat: ut id tamẽ ad moderationem redactum non magnum illi sensum & detrimẽtum adferat. *Tabula, cuius hic fit mẽtio, proponitur d.c. 8.in fine: cuius uerba uide J.reg. prox. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi alius sit magistratus, quam dicta tabula comprehensus. quæ exceptio approbatur d. Nouell.c.8.§.his omnib. ibi, Quas etiã solas, cuius uerba uide ĩ, ead.reg.in prin.*

SECVN-

SECVNDA REGVLA. *De eo quod pro officio præstandũ est à magistratu, proponitur d. Nouell. c.8. in fine, his uerbis:*

NOTICIA SIVE INDEX eius quantitatis, quæ pro singulis infrà designatis officijs consuetudinum nomine ab ijs, qui ea administrant, præstari debet, nemine ultrà præscripta audente quidquam amplius uel dare uel accipere.

A spectabili comite Orientis sic: In sacro nostro cubiculo solidos 63. primicerio clarissimorũ tribunorum notariorum cum quatuor scrinijs sacri laterculi solid. 50. Eius adiutori solidos 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iusione solidos 80.

A Proconsule Asiæ sic: In sacro nostro cubiculo solidos 63. primicerio clarissimorum tribunorum notariorum cum quatuor scrinijs sacri laterculi solid. 50. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 80.

A spectabili comite Phrygiæ Pacatianæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri nostri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 50.

A spectabili comite Galatiæ primæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri nostri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 50.

A uicario Longimuri sic: Spectabilib. trib. chartularijs sacri nostri cubiculi sol. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40. Et quecunq; consulares administrationes sunt.

A præside Palæstinæ primæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorũ solid. 24. Eius adiutori sol. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Palæstinæ secundæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Phœniciæ maritimæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iusione solidos 40.

A præside Syriæ primæ sic: Spectabilibus trib. chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Syriæ secũdæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clariss. tribunorum notariorum solid. 24 Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione sol. 40.

A præside Theodoriadis sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clariss. tribun. notariorum solid. 24. Eius adiutori 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iusione sol. 40.

A præside Osdroenæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorũ præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Ciliciæ primæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Cypri sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum notariorum tribunorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Pamphiliæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid 3. Cohorti glorioss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Bithyniæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Hellesponti sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clariss. tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Lydiæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clariss. tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iusione solid. 40.

A præside Phrygiæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primi-

cerio clariss. tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussione solid.40.

A præside Pisidiæ sic: Spectabilibus trib. chartularijs sacri cubiculi soli. 9. Primicerio clariss. tribunorũ notariorũ solid.24. Eius adiutori solid 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid. 40.

A præside Lycaoniæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.40.

A præside nouæ Iustinianæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.40.

A præside Armeniæ secundæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.40.

A præside Armeniæ magnæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussione solid.40.

A præside Cappadociæ primæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.40.

A pręside Cappadociæ secundæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorũ notariorũ solid. 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorri gloriosiss. præfectorum pro iussione solid.40.

A præside Helenoponti sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum, pro iussione solid.40.

A præside Europæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosissimorum pręfectorum pro iussione solid.40.

A præside Thraciæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.34. Eius adiutori solid.2. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid. 40.

A præside Rhodopeæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid 24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.40.

A præside Aemi montis sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.40.

A præside Chariæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid. 40.

A præside Lyciæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.24. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.40.

A præside Augustanicæ primæ sic: Spectabilib. tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorũ notariorũ solid.24. Eius adiutori soli. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussione solid.40. Et quæcunque præsidales aut cor rectoriæ administrationes sunt.

A præside Libyæ superioris sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. pręfectorum pro iussione solid.36.

A præside Aegypti primę sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 15. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosissimorum pręfectorum pro iussione solid. 36.

A pręside Aegypti secundę sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosissimorum pręfectorum pro iussione solid.36.

A pręside Augustanicę secundæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 15. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussione solid.36.

A pręside Palęstinę tertię sic: Spectabilibus

bus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.36.

A præside Arabiæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.36.

A præside Euphratensis sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid.9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosiss. præfectorum pro iussione solid.36.

A præside Mesopotamiæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.36.

A præside Ciliciæ secundæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.36.

A præside Armeniæ primæ sic: Spectabilibus trib. chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.36.

A præside Galatiæ secundæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum so[illegible].15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid. 36.

A præside Honoriadis sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clariss. tribun. notariorum solid.15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.36.

A præside Insularum sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid. 15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorũ præfectorum pro iussione solid. 36.

A præside Mysiæ secũdæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid. 3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.36.

A præside Scythiæ sic: Spectabilibus tribus chartularijs sacri cubiculi solid. 9. Primicerio clarissimorum tribunorum notariorum solid.15. Eius adiutori solid.3. Cohorti gloriosissimorum præfectorum pro iussione solid.36.

A defensione cuiusque ciuitatis, siquidem metropolis sit, pro iussione cohorti gloriosissimorum præfectorum dentur solidi quatuor, si alia ciuitas, solidi tres: & præterea nihil. Nam neq; defensores uolumus, uel summis magistraribus aut alicui alij quippiam dare uel accipere, nisi ex publico illis consuetudines quædam præbeantur scientibus illis. quòd si de aliquo ipsorũ ad nos referatur, q[d] sancita nostra trãsgrediatur: & quod accepit in quadruplum restituet, & abrogato officio perpetuum incolet exilium: cum neque ipsi prouinciarum præsides minorem pœnam excepturi sint, si hoc neglexerint, & sub suo ueluti aspectu, defensores rapere patiantur.

Hactenus de ijs quæ pro Magistratu adepto sint præstanda, est dictum. Sed & huius loci est l. 7. §. illum tamen. C. de proximis sacrorum scriniorum. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. reg. 19. except. 3. Sed & quibus ea, quæ d. §. illum tamen definiuntur, sint præstanda, definitur l. 11. C. eod. tt. item huius loci est l. 1. §. fin. C. de officio præfect. Africæ, his uerbis: Hoc etiam in præsenti sanctione credimus ordinandum, &c. *Item huc pertinet l. 2. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide J. reg. 8. Est demum huius loci Nouell. c. 8. §. cum uerò de præsidum. ibi*, Dabunt enim. *cuius uerba uide J. cap. 3. art. 5.*

Tertia regula. De Iureiurando ab eo qui ordinatur præstando, proponitur l. 6. C. ad l. Iul. repetundarum, his uerbis: Sancimus eiusmodi uiros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione uel precio, sed probatæ uitæ & amplitudinis tuæ solent testimonio promoueri: ita sanè, ut quibus hi honores per sedis tuæ uel per nostram fuerint electionem commissi, iurati inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis, neq; dedisse quidpiã, neque daturos unquam postmodum fore, siue per se siue per interpositam in fraudem legis sacramentique personam, aut donationis uenditionis ue titulo, aut alio uelamento cuiuscunque contractus: & ob hoc exceptis salarijs nihil penitùs tam in admĩnistratione positos, quàm pòst depositum officium pro aliquo præstito beneficio tẽpore administrationis, quam gratuitò meruerint accepturos. Et licet neminem diuini timoris contemnendo, iureiurando arbitramur immemorem, ut saluti propriæ ullum commodum anteponat: tamen ut ad salutis timorem etiam necessitas peri-

culi subiugatur, si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modò aduersus accipientē, sed etiam aduersus dantem accusandi cunctis tanquam crimen publicū concedimus facultatem, quadrupli pœna eo qui conuictus fuit modis omnibus feriendo. *Concordat Nouell. c. 8. §. ad eum itaq; his uerbis*: Ad eum modum discretis à nobis magistratibus, conuenit ut hic facta de Deo mentione coram nobis, aut (si tantum nobis ocij non suppetat) coram celsitudine tua & ijs qui unquam sedem tuam condecorauerint, coramq; eo qui unquam sacrarūm nostrarū largitionū gloriosissimus comes futurus est, & gloriosissimo quæstore sacri nostri palatij, & gloriosissimo comite ubicunq; constitutarum sacrarum nostrarū rerum priuatarum, præsente item pro tempore magnificētissimo chartulario sacri nostri cubiculi, qui nobis à codicillis est: is qui magistratum suscepit, iusiurandum præstet, nemini se quidquam omnino uel muneris uel patrocinij loco dedisse, promisisse ue, aut ex prouincia mittere pactum esse, siue gloriosissimi præfecti sint, siue alij cum potestate existentes, siue circa illos uersari soliti, siue quicunq; titulo inquam patrocinij: sed quemadmodum gratuitum magistratum capit, percipit præterea ex publico annonas (quas quidem & solas ipsum percipere sinimus) ita & puris ipsum manibus conseruabit, Deo simul & nobis eo nomine rationem redditurus. *Concordat item d. c. 8. §. iusiurandum. item. §. scriptū huius, his uerbis*: Iusiurandum subeant secundum proprium de hoc factum, & infra positum sacramentum, cuius exemplum etiam directū est tuæ celsitudini. *item concordat d. §. scriptum. ibi: Qui uerò. Sed & forma propositi iuramenti proponitur Nouell. c. 9. his uerbis*: Iusiurandum quod præstari solet ab ijs qui officia suscipiunt. Testor ego iurando omnipotentem Deum & unigenitum Filium eius Deum nostrū IESVM CHRISTVM, & Spiritum sanctum, necnon sanctā ac gloriosam Dei genitricem, & perpetuò uirginem Mariam, & quatuor Euangelia, quæ hisce manibus teneo, & sanctos archangelos Michaelem & Gabrielem, quòd sacratissimis & pientissimis dominis nostris Iustiniano & Theodoræ coniugi potentiæ illius existēti, occasione concessi mihi ab illorum pietate officij puram conscientiam & genuinum præstaturus sum seruitium: quodq; pro ipsorum Imperio & republica in concesso mihi ab ipsis officio, summa cū animi promptitudine sine dolo & absque fraude, omnem operam ac laborem subiturus sum: & quòd cum sanctissima Dei catholica & Apostolica ecclesia communionem habeo: neq; ei ulla unquam in re aut modo aduersabor, neq; (quantum in me erit) alicui alij permittam. Eodem iuramēto testor, quòd neq; occasione traditi mihi officij, neq; per causam patrocinij, aut præstiti apud dominum suffragij, ulli omnino quidquā uel dedi, uel dabo, uel promisi, uel pactus sum ex prouincia mittere, uel mittā, siue gloriosissimi præfecti sunt, siue alij celeberrimi uiri cum potestate existentes, siue circa illos uersari soliti, siue quisquā omnium: sed quemadmodum gratuitum officium suscepi, ita & erga pientissimos nostrorum dominorum collatores integrum me & sincerum exhibebo, constitutis mihi ex publico annonis contentus. Ac præ omnibus sanè operam dabo, ut tributis diligēter incumbam, & indeuotos quidem accō pulsione indigentes, cum omni uehemētia exigam, in nullo eis cedens, neq; omnino lucri captādi studio, uel per gratiam uel odium ultra quàm conuenit, siue petam ab aliquo, siue alicui remittam: deuotos uerò paterno quodam affectu cōplectar, & subditos pientissimorum nostrorum dominorum (quantum in me erit) undiq; noxa & damno liberos conseruabo. Atq; æquum me utriq; parti tam in disceptandis contro uersijs, quàm tuenda disciplina publica præbens, neutri parti præter ius & fas addictus ero: sed omnes delinquentes persequar, & æquitatem omni ex parte conseruabo, & prout mihi iustum uidebitur. Simul insontes, ne quid sentiant dispendij tuebor, simul reis sontibus secundum leges irrogabo supplicium, & (ut dictū est) tam in publicis quàm priuatis contractibus: præterea & si fisco adferatur iniuria, iustitiam obseruabo. Neq; ego tantum ista perficiam, sed etiam qui unquam mihi adsident, quique circa me sunt, tales studebo adsumere, ut non solus ego innocenter uiuere, qui uerò circa me sunt rapere & delinquere uideantur: si quis autem circa me talis inuenietur, præstabo quod ipse admisit, eumque abigam. Quod si non omnia hæc (ut dixi) obseruauero, omnibus incommodis ero expositus tam hic, quàm in futuro seculo in horrendo iudicio magni Domini Dei & seruatoris nostri IESV CHRISTI: habeboque partem cum Iuda, & lepram Giezi, & tremorem Cain: ultra hoc quòd etiam pœnis, lege eorum pietatis comprehensis, ero obnoxius.

Quarta regula. De codicillis suscipiendis, proponitur Nouell. c. 8. §. qui uerò administrationes, hisce uerbis: Qui administrationes suscipiunt à tua Celsitudine directos, hinc eis à nobis codicillos suscipiant, præsente Deo amabili ci-

li ciuitatis,in qua degunt, episcopo,& alijs qui in ciuitate sunt, in iudicio tuæ Celsitudinis congregatis,& omni tuo officio, coram quibus etiam codicillos accipiant,& iurent prædictum iusiurandum:& maximè hoc præcipimus circa curiales agi, quos cōpetens est magna frui & à tua Celsitudine: & qui eundem cingulum optima erit prouidentia & studium, ut nihil ab eis lucreris omnino, neque permittas eos ab ullo lædi. eos enim qui hanc nituntur iniquitatē, quatenus & fœlicissimo nostro utantur exercitu, & reliquas curiales adimpleant functiones: quia non oportet talia attentari solatia, ut possit referri ad tantam tarditatem. nihil enim nobis commendat tuam Celsitudinem, quomodo circa curiales uniuscuiusque ciuitatis prouinciæ, quā præberi uolumus istis, & à tua Celsitudine & cinguli semper successoribus. Quapropter dum codicillos dederis, administrationes accipientibus à te, aut præsente hoc eis tuam denunciare uolumus sedem, ut curialibus omnem ferat fauorem, nihil penitùs ab eis accipiens: prohibeantur autem & ab alijs eis adferre damna, & agnoscant per te: quia si præter hoc aliquid egerint, pœnis subiacebunt grauissimis. Sicut enim curialibus parcere te uolumus, ita & defensorum castigare & retinere auariciam sancimus, & ab eis præsumere accipere à nostris subiectis, nisi secūdum quod eis administrat respub. aut si non est eis aliquod publicum solatium; quantum inculpabilis antiquitas definiuit, ut à spōtaneis ipsis magis quàm ab inuitis accipiant, & hæc parum & quantum eis ad mediocrem sufficit uitæ gubernationem. Sciant enim, quia si citra hæc aliquid acceperint, non solùm quadrupli subiacebunt pœnæ: sed etiā exilium habitabunt continuum, prius ipsis plagis corporis instigandis.

Quinta regula. De ambitus crimine, eiusq; pœna, proponitur l. unica ff. ad legem Iul. de ambitu, his uerbis: Hæc lex in urbe hodie cessat: quia ad curam principis magistratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem. Quòd si in municipio contra hanc legem magistratū aut sacerdotiū quis petierit, per senatusccōsultum centum aureis cum infamia punitur: qua lege damnatus, si alium conuicerit, in integrum restituitur, non tamen pecuniam recipit.

Sexta regula. De pœna si quis ultra quàm definitum est, pro officio dederit uel acceperit, proponitur Nouell. const. 8. §. cæterùm si quis, his uerbis: Si quis hæc contra quid fecerit, sciat quòd etiam administrationis tempore, quó iudex est, furti reus postulabitur: & quidem, si ut uel magistratum perciperet, uel ex magistratu reciperet (utrunque enim æquè hæret in crimine) aurum dedisse uidebitur, non solùm bonorum publicationem & exilium, & corpori adhibita tormenta ac supplicia sustinebit: sed etiam eum qui ab ipso (ut prædiximus) susceperit, ingentibus malis inuoluet. putas enim à prouinciarum moderatorib. manus requirimus, ut undique subditos illęsos, & omnium rerum copia affluentes conseruemus. Atque hæ quidem pœnæ tam ex legibus quàm à magistratibus inferentur illis qui tale aliquid perpetrauerint, etiam dum in prædictis sunt officijs. *Sed & quadrupli pœna constituitur l. 6. in fine. C. ad l. Iul. repetundarum. cuius uerba uide s̄. reg. 3.*

Septima regula. De quadruplo restituendo ab eo qui pro officio aliquid accepit, proponitur d. l. 6. in fine, & Nouell. c. 8. §. ad eum itaq;, uers. sciat enim. de quo J. cap. prox. dicetur.

Octaua regula. De annona magistratus & sportulis iudicum, proponitur l. unica. C. de annonis & capitu administrat. his uerbis: Omnibus tam uiris spectabilibus, quàm uiris clarissimis iudicibus, qui per prouincias siue militarem, siue ciuilem administrationem gerunt, necnon comiti comerciorum, magistro æris, siue priuatæ rei rationali per Ponticam & Asianam diœcesim, item & adsessoribus iudicum singulorum in præbendis solatijs annonarum, hic fixus ac stabilis seruabitur modus, ut ea pro annona & capitu dignitatis suæ debitis precia consequantur, quæ particularibus delegationibus solent contineri. *Concordat l. ii. §. sportulas. C. de officio præfecti prætor. Africæ, his uerbis:* Sportulas ab officio tam uiri magnifici præfecti prætorio Africani; quàm reliquorum iudicum, sic exigi iubemus, quomodo in nostris legibus est dispositum, & ab omni republica nostra custoditur, ut nullus audeat quocunque tempore uel quocunque modo earum excedere quantitatem. *Sanè definitur quantitas annonarum l. 2. §. final. C. d. tit. his uerbis:* Hæc noticia (Deo uolente) debet delegari iudicibus, & eorum officijs in Africa constitutis, pro annonis & capitu per singulos annos præbendis. Ita uerò duci Tripolitanæ prouincię, & hominibus eius anno nonagesimo singula annona solidos quinque cap. centum quinquaginta nouem singuli cap. solidos ducentos octoginta duos. Assessori ducis officio, ac hominibus eius quadraginta annos nonaginta septem. Item uiro clarissimo duci Byzacenæ, & hominibus eius similiter. Item uiro clarissimo duci Mauritaniæ prouincię, & hominib. eius similiter. Itē noticia con-

suetudinum quas in sacro laterculo & in prætorio amplissimæ præfecturæ per Africam,& in officio magistri militum pro tempore dux præbere solet uniuscuiusque limitis sic: In sacro laterculo sex solidos. In officijs magisteriæ militum potestatis pro insinuãdis diuinis administrationibus,seu diuinæ serenitatis affatibus, solidos duodecim. Pro officio amplissimæ præfecturæ per Africam, pro insinuandis eius chartis solidos duodecim. *Præterea quantitas sportularum & annonarum pedaneorum iudicum,definitur* Nouell.const. 82. *§. porrò ne circa, cum sequentibus, hisce uerbis*: Ne circa hæc laborem pedanei nostri gratis sustineant, sancimus, ut in unaquaque causa quæ apud ipsos agitur, tametsi ex sacro delegata sit palatio, binos ab utraque parte aureos sub contestationem litis, binos item alteros sub finem controuersiæ accipiant: ultra hæc uerò nihil (id quod etiam decessores nostri determinarunt) sed his contenti sint & quidem solis , priuilegijs uidelicet , quæ nonnullis ad litium expensas minuendas suppetunt, omnibus in suo ordine illibatis conseruandis. Hæc autem de his causis loquimur,quæ centum aureorum quantitatem excedunt. Nam si causarum modus ad eam summam steterit, nihil ipsos iudicialium sportularum nomine exigere uolumus: qualemcunque enim summam ex tam exigua quantitate aliquis decerpserit, multo sanè maxima uictoriæ parte hominem ità labefactata re familiari prædítum, is fraudauerit. Neque intra hos tantummodo terminos consistimus, sed etiam de nostro eis elargimur. Volumus enim ut à mensa excellentiæ tuæ quisque pro se binas auri libras auferat, hisque contentus sit, & quidem solis. Sed & à capiendis muneribus alienissimi sint, & omne aurum contemnant. Propterea enim fiscum onerare instituimus dispendijs, ut & ipsorum quisque tam nostra largitate, quàm quaternis aureis contentus, Deo simul & nobis ac legi puras conseruet manus,repetens in animo,quæ à prioribus legumlatoribus de his promulgata sunt. *Ex his quæ iam proposita sunt, quodammodo constat, quantum cuique iudicum & magistratuum sportularum & annonæ singulis annis competat. Eius autem regulæ exceptio prima hæc est: Nisi officium & prouinciam nondum fuerit ingressus. Hæc exceptio approbatur* Nouell.const.95. *§. atq; ex eo,his uerbis*: Ex eo tempore annonas percipiat, ex quo iam cum magistratu est, & hũc administrat:neque tempus discernatur codicillis magistratus,& iussionib.throni tui: sed ex quo quidẽ (ut dictum est) ipse prouinciã ingreditur,ex eo etiã publicas annonas capiat. Eoúsq; aũt hasce percipiat ille qui administrationi præest,& præterea nemo omniũ. *Concordat d.c.95.§.penult.his uerbis*: Mox ubi cognoueris præsidere ipsum prouinciæ,ex illo tempore & annonas in successorem transferto: alioqui decessori eas, prout à nobis cõstitutum est,erogato, tãtisper dum successor ingressus,subditis se ostendat in prouincia. *Secunda exceptio est: Nisi is qui in magistratu fuit,mortuus sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi eius anni & sequentis annona, in quo decedit. istius enim anni annona hæredibus eius debetur. quæ replicatio approbatur exemplo l.4.C.de domesticis & protectoribus,hisce uerbis*: Lege pragmatica sine fine uictura præfiniendum ac constituendum credidimus, ut si quis uirorum fortium præsentalium domesticorum in equitum schola Primicerij locũ adeptus,diẽ interea supremũ clauserit,hæredes eius nõ reliqui tantum temporis, quod eidem gradui superesse monstratur:uerùm etiam insequentis anni solatijs ac emolumentis fruãtur omnibus,ut quod ad quæstum & compendium,militiæq; fructum prolixè pertinet,similis habeatur,ac si superstes permanserit ad finem usq; supremum. *Concordat l.11. in fine.C.de proximis sacrorum sciniorum.item l.1.C. de primipilo.cuius uerba uide* ꝭ. *Lib.eod.ca.19.de Primipilaribus,reg.2. Concordat item l.3. §. sit in æternum. C.de agentibus in rebus, hisce uerbis*: Sit in æternum illa quoque fixa stabilisque tuæ sublimitatis dispositio, ut si quis de numero ducennariorum, quos quadraginta octo quotannis esse censuimus , forsitan de luce migrauerit, laborum eius fructum successores ab intestato uel ex testamento uenientes: & lucrum dispensent, & ita omnibus inter cæteros superstites potiantur solatijs, tanquam si uiuus, qui hæc eadem diu sperauerat, sibimet uindicasset: qua de causa locum etiam eius successorum intuitu uacare conueniet. *Plura de sportulis iudicum uide* ꝭ. *Libro octauo, capite quinto.*

Nona regula. De mandatis magistratui dandis, proponitur Nouell.constit.17. *his uerbis*: Ex libris antiquis, qui iura Romani nominis, &c. *Concordat* Nouell.const.24. *§.ut autem qui uel.*

Decima regula. De officio magistratus in ingressu prouinciali, proponitur Nouell. constitut. 95. *§. illud omnibus, his uerbis*: Illud omnibus prædictum uolumus, ut quem quisque magistratum suscepit, eum & tueatur, neque facti eius magistratus successores,cum longius adhuc à prouinciæ finibus absunt edicta (ut uocant) de aduentu suo,&c. *Vsque ad §.atque ex eo.*

Vndecima

Vndecima regula. De mandatis sibi datis insinuandis, proponitur Nouell. *c.17.§.simulac uerò, his uerbis:* Simulac uerò, &c.

DE OFFICIIS MAGISTratus. Cap. II.

PRima regula. *Ne quid pro officio præstet, & de ambitus crimine uitando. De hac re uide* s. *cap. prox. quæst.3.*

Secunda regula. Ne quid ultra annonas & sportularum quantitatem à legibus definitam, à subditis accipiat. De hac re dicetur j. *cap. prox. act.5.*

Tertia regula. Ne subditos lædant. Hæc regula approbatur Nouell. *const.86.§.porrò si contingat, his uerbis:* Si contingat subditorum aliquem à clarissimo prouinciæ præside iniuria affici, iubemus ut religiosissimum illius ciuitatis episcopum adeat, qui inter clarissimum præsidem, interque eum qui sibi ab ipso illatam putat iniuriam, disceptet. Ac siquidem contingat præsidem à religiosissimo episcopo legitimè aut iustè condemnari, omni modo ei qui de iniuria ipsum postulauit, satisfaciat. Si id facere Præses recuset, eaque causa ad nos perueniat, siquidem inuenerimus iustè ipsum secundum leges nostras à religiosissimo episcopo condemnatum nō iudicata fecisse, ultimo hunc supplicio subdi iubebimus, propterea quòd cum alios iniuria oppressos uindicare & defendere debuisset, ipse iniuria oppressisse deprehensus sit. Certè si quem religiosissimorum episcoporum deprehenderimus, in gratiam alicuius contemnere. id quod facere iustum est, canonicam illi castigationem inferri iubemus: quo magis cum timore Dei iustè iudicare studeant, ne si ius suum homines non obtineant, cogantur deserere suas urbes, prouincias, ac sedes & huc accurrere. *Ad fine huius actionis remedium uide* j. *reg.17.*

Quarta reg. Ne qd in prouincia quā administrat, emat, uēdat uel cōducat, propon. l.46.ff. de cōtr. empt. his uerbis: Nō licet ex officio quod administrat quis, emere quid uel per se uel per aliā personam: alioquin non tantum rem amittit, sed & in quadruplum conuenitur secundū constitutionē Seueri & Antonini Impp. & hoc ad procuratorē quoq; Cæsaris pertinet. Sed hoc ita se habet, nisi specialiter quibusdam hoc concessum sit. *Concordat l.8. ff. ad l. Iul. repetundarum, his uerbis:* Lex repetundarum uenditiones, item locationes donationis causa pluris minoris'ue factas irritas facit, impeditq; usucapionem, prius quàm in potestatem eius à quo profecta res sit, hæredis'ue eius ueniat. *Concordat l. unica.* C. *de contractib. iudicum, his uerbis:* Quicūq; administrationē in hac florentissima urbe gerūt, emere quidē mobiles res uel immobiles, uel domum extruere nō aliter possunt, nisi specialem nostri numinis hoc eis permittētem, diuinā rescriptionē meruerint. Donationes uerò omnimodo recusent, scientes nō esse ualidas eas, in quibuscunq; rebus & quacunq; æstimatione: nisi post administrationē depositā, uel specialiter in scriptis donator eandē donationem ratam habuerit, uel tēpus quinquennale prçterierit, in quo nulla querela super ijsdem donationib. uel ab ipso donatore, uel ab eius successoribus facta sit. Prouincias uerò moderantibus nō solùm donationes, sed etiā emptiōes quarumcunq; mobilium uel immobiliū rerum (præter eas quæ ad alimonias, uel uestes pertinent) & ædificationes, licet sacri apices aliquid eorum permiserint, penitùs interdicimus: nec ratum sit, quod his donatione uel uenditione datum est, licet quinquennale tempus post depositā administrationē excesserit, uel cōsensus donatoris uel uēditoris post eandem administrationem adiectus sit. Hæc autem etiam ad domesticos & consiliarios eorū trahi necessariū duximus: illud etiā adijcientes, ut nec per interpositam personam aliquid eorū sine periculo possit perpetrari (quç etiam ad prçterita negocia referri sancimus, nisi transactione uel iudicatione sopita sint.) *Concordat item l.46.§.quod à præside. ff. de iure fisci. cuius uerba uide* j. *Lib.11. cap. 2. causa 19.*

Quinta regula. Ne donationes in ea prouincia quam administrat, accipiat. Hæc regula approbatur l.18. ff. de officio præsidis, hisce uerbis: Plebiscito continetur, ut ne quis præsidum munus donum ùe caperet, nisi esculentum, potulentum ùe, quod intra dies proximos prodigatur. *Concordat l.6. in prin. ff. ad l. Iul. repetund. his uerbis:* Quod contra legem repetundarum proconsuli uel prætori donatum est, non poterit usucapi. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi xenij nomine offeratur. quæ exceptio approbatur certo modo l.6.§.nō uerò. ff. de offic. proconsulis & legati, his uerbis:* Non uerò in totum xenijs abstinere debebit proconsul, sed modum adijcere, ut neque morosè in totum abstineat, neque auarè modum xeniorum excedat. quam rem diuus Seuerus & imperator Antoninus elegantissima epistola sunt moderati, cuius epistolæ uerba hæc sunt: Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus: uetus Prouerbium est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων (id est, neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus.) Nam ualde inhumanum est, à nemine accipere: sed passim, uilissimum est: & per omnia, auarissimum. Et quod man-

mandatis cōtinetur, ne donum uel munua ipse procōsul, uel qui in aliquo officio erit, accipiat, emat'ue, quid nisi uictus quotidiani causa, ad xenia iam non pertinet: sed ad ea quæ edulium excedunt usum. Sed nec xenia producēda sunt, ad munerum qualitatem. *Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi ratione uoti donetur. Hæc exceptio uidetur approbari l. unica. C. de oblatione uotorum, his uerbis:* Quādo uoris cōmunibus fœlix annus aperitur, in una libra auri & solidis obryzatis principibus offerendi deuotionem animo libenri suscipimus, statuentes, ut deinceps sequentib. annis uniuscuiusq; sedulitas principalibus suis talia inserant semper, & deferant. *Tertia exceptio est: Nisi ob nuncium publicæ leticiæ donatum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit. uerùm eius replicatio hæc est: Nisi immodicum sit, quod accipitur. Hæc replicatio approbatur l. unica. C. publicæ leticiæ uel consulum nunciatores, &c. Lib. 12. in fine, his uerbis:* Quidquid nostrorum unquam nunciari cœpit prosperorum, ut bella si definunt, si oriuntur uictoriæ fastus, si honor datus fuerit regalium, uel consulum, uel trabearum, compositæ uè pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros uultus inhiantibus fortè populis inferimus: hoc siue immodico precio nunciari excipiq; sancimus, actum iubemus esse castissimum: indigentibus non numerarijs esse prębendū, iudices statuimus esse sollicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseris precium gaudiorum. Quod si id sacrilega fuerit dissimulatione uiolatum, & in accipientem pudoris fortunarumque manebit excidium, & cogentem par pœna multabit, & officiū triginta librarū auri uexatione quatietur. *Quarta exce. est: Nisi id quod donatur, esculentū uel potulentū sit. Hæc exceptio approbatur l. 18. ff. de offi. præsidis. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin. Alias propositæ regulæ exceptiones proponuntur & reprobantur l. unica. C. de contractibus iudicum. cuius uerba uide s. reg. prox. sed & plures uide j. cap. prox. act. 1. quæst. 1. in fine.*

Sexta regula. Ne in ea prouincia quam administrat, ædificet. Hæc regula approbatur d l. unica. C. de contractibus iudicum. Concordat l. 46. §. quod à præside, in fine. ff. de iure fisci. cuius uerba uide j. Lib. 11. cap. 2. quæst. 1. causa 19.

Septima regula. Ne ex ea prouincia, quam administrat, uxorem ducat. De hac re dicetur in loco Nuptiarum.

Octaua regula. De causis cognoscendis & dirimendis litibus, proponitur. Nouell. const. 17. §. tertio, his uerbis: Studio tibi sit, ut causas cum summa æquitate cognoscas, ac breuiores quidem, & maximè quæ uilioris conditionis hominū sunt, sine scripto decidas & dijudices, & mutua inter se homines cōtentione liberes, neq; sinas illos ultra ea quę sacra nostra constitutione cōprehenduntur, iudicialiū expensarū nomine aliquid damni accipere: si modò omnino, ut aliquid dēt, idonei sunt: alioqui gratis etiā causas cognosces. Neq; cōmittes ut eius prouinciæ homines, cui præsides, per socordiā tuā ad hāc almā urbem accurrant, nobisq; facessant negocia Scito namq;, si quis ueniat, & aditionē nobis faciat, & à nobis interrogatus, si prius te adierit, deinde te dicat adijsse, & q^{d} iustum est, non impetrasse, & hoc uerū inueniamus, in te indignationem conuertemus. Si quis uerò te non adito accedere ad hanc regiam urbem præsumpserit, cū summa eum increpatione remittemus, neque responsum illi communicabimus. *Concordat Nouell. c. 86. in prin usq; ad §. porrò si contingat, his uerbis:* Ex quo Deus nos Romanorū pręfecit imperio, semper summo elaboramus studio, ut omnia quæ ad subditorū à Deo nobis cōcreditæ reip. utilitatē tendunt agamus, agamusq; illa quæ omni eos difficultate, læsione & attritione liberent, ne quando per causam litiū & alia huiusmodi è sua cogantur proficisci patria, & in peregrino solo miserijs affici. Ea propter & in pręsentia uisum nobis est, præsens edictū in uniuersam Imperij nostri ditionē emittere, & omniū ciuitatū ac pagorum incolis clarum facere, nempe si quis cum altero habeat cōtrouersiam, siue de pecuniaria causa, siue quòd res illi mobiles abreptæ sint, uel immobiles, uel seipsas mouentes, siue de criminalibus: ut prius ea de re clarissimum prouinciæ præsidem adeat, quo magis & his quæ in litem referuntur, secundum leges nostras examinationem interponat, & cuiq; ius suum reseruet. Si uerò aliquis cū prouinciæ præsidem adijsset, ius suum non obtinuit: tunc iubemus, ut ad religiosissimum eius loci episcopum accedat, & is ad clarissimum prouinciæ præsidem mittat, aut etiam per se ipse progrediatur & procuret, quò modis omnibus adeuntem audiat, & iustè eum liberet secundum nostras leges, ne cogatur peregrè de sua proficisci patria. Si uerò etiam sanctissimo episcopo præsidem compellente nihilominus præses secundum ius dirimere adeuntium negocia differat, aut disceptet quidem controuersiam, non uerò eius se iudicio permittentibus tueatur ius suum: pręcipimus, religiosissimo illius ciuitatis episcopo, ut ei qui ius suum non obtinuit, det ad nos literas, quæ declarent quòd impulsus ab ipso præses adeuntem audire, & quæ inter ipsum & alterum, aduersus quem accusationem habet, controuertantur, disce-

disceptare differat, ut nos hisce cognitis prouinciæ præsidi irrogemus supplicium: eo quòd & ab inioria affecto aditus, & à religiosissimo episcopo ad id incitatus, controuersa non disceptauerit. Quòd si osuoeniatut nostrorum subditorum aliquis pręsidem suspectum habeat, iubemus ut religiosissimus episcopus unà cum clarissimo prouinciæ præside audientiam accommodet, & utrique uel amicabili conciliatione controuersa transigant, uel per annotationem scripto comprehensam, aut cognitionaliter disceptent ea, de quibus inter litigatores contentio est: & causæ formam dent iuri & legibus conuenientem, ne per huiusmodi causam subditi nostri sua cogantur excedere patria. Cęterùm, si quis ratus qualemcunque se aduersus aliquem habere actionem, neque clarissimum prouinciæ præsidem adeat, neq; alloquatur religiosissimum ciuitatis episcopum, atque ita progrediatur huc sine literis religiosissimi episcopi: certus esto, easdem se pœnas subiturum, quas sustinuisset præses, si ab ipso aditus ius illi suum tueri nō studuisset. Hæc autem omnia sancire uisum est propter eorum utilitatem, qui urbes & pagos incolunt: ne si patrias suas deserant, & ipsi in peregrino solo affligātur, & interim res eorum familiaris pessum eat. Propterea enim magistratus gratis cōstituimus, & iusiurandum insuper ipsos subire iubemus, ut unicuique ipsos adeonti, id quod iustum est, secundum leges nostras tueantur. *Concordat d. c. 86. §. obtemperantem, his uerbis:* Obtemperantem quoqoe illi cohortem, & quicunq; clarissimis pręsidib. in ministerio sunt, iubemus, ut horū lites qui illū adeūt, dirimi faciāt, nihil accipiētes ultra ea quæ nostris cōtinentur constitutionibus: si uerò hæc non custodiant, sobdi iubemus supplicijs.

Nona regula. De mandatis principis exequendis. Ad officium magistratus pertinet, ut mandatum principis exequatur. cuius tamen exceptio uidetur esse talis: Nisi uel is cui mandatum est, uel is qui mandauit, ante insinuationem fuerit mortuus, uel in magistratu esse desierit. Quę tamen exceptio reprobatur, certa tamen conditione. Nouell. constit. 134. §. præterea hoc quoque, his uerbis: Hoc quoque ab omni magistratu obseruari iubemus, ut si scripto cōprehensam iussionem nostram ad aliquem destinari magistratum contingat, & is medio tempore abeat magistratu: qui post illum magistratum init, pariter hanc suscipiat & insinuet: & quidem, si priuata causa est, perinde eā impleat & exequatur, quasi ad ipsum scripta foret. Si uerò istiusmodi iussio ad publicum spectabit, examinet hanc: etsi publicum nihil ex ea re detrimenti capiat, quæ in ipsa continentur, impleat. Sin autem publico ea damnum minetur, nihil prorsus ex ea agatur, sed prius per suggęstionem ad nos referat, ut altera in eo negocio à nobis depromatur iussio. Sed etsi mandata à quocunque magistratu sint edita, & priusquàm ea insinuentur, aut eum qui mandatum dedit, aut cui mandata data sunt, contingat remoueri à magistratu: itidem is qui in magistratum successit, hęc suscipito & exequitor, si legitimè facta fuerint. Si uerò contra legem, aut aduersus rempublicam facta sint, pro infectis ea haberi iubemus.

Decima regula. De tributis exigendis & suscipiendis proponetur J. in iure Fisci, Libro undecimó, capite 5.

Vndecima regula. De habitatione præsidum & iudicum, proponitur l. 14. C de officio rectoris prouinciæ, his uerbis: Nulli iudicum qui prouincias reguntio ciuitatibus, in quibus sacra palatia aut prætoria sunt, liceat his relictis priuatorum sibi domos ad habitandum, uelut prætoria uindicare: sed sacratissima modis omnibus habitare palatia seu prætoria, ut hac necessitate compellantur, eorum reparationi prouidere. Vbi autem & palatium est & prætorium, palatium quidem habitationi Præsidis, prætorium autem suscipiendis conseruandisq; specieb. publicis, horreorum uice uel aliæ necessariæ rei deputetur. Quòd si qois aliquandò dissimulare tentaoerit, protinus eum atq; officium quinquaginta librarum auri mulctam ad reparandum sacrum, quod neglexerit palatium, soluere sancimus. *Planè clarißimis & spectabilibus uniuersis commorandi habitandi'ue ubi uelint, facultas conceditur l. 15. C. de dignitatibus. cuius uerba uide J. reg. prox. Sed & ad habitationem magistratus pertinent l. 3. C. de metatis, hisce uerbis:* Cunctos iudices scire uolumus, à prætorijs ordinariorum iudicum his pręsentibus abstinendum. *Pertinet insuper huc l. 6. C. de officio Rectoris prouinciæ. cuius uerba hæc sunt:* Ciuitas Rhodiorum iniuriam suam non tam decenter quàm serò conquesta est. Vnde inuiolabili obseruatione sancimus, ut quoniam tempore hyemis nauigatio sæpè periculosa est, semper incerta: in illis quioqoe urbibus, quæ potiores esse cæteris adseruntur, uicissim hyemandum sibi iudices recognoscant. Quòd si cuiquam tale existat ingenium, ut præcepta nostra contemnat, quioquaginta ab eo argenti libræ, centum ab eius officio: si aliter factum fuerit, fisci nostri iuribus inferantur.

Duodecima regula. De profectionib. magistratuum proponitur l. 15. C. de dig. hisce uerbis: Clarissimis uel

uel ſpectabilibus uniuerſis ad genitale ſolum,uel quolibet aliò & ſine cõmeatu proficiſcendi, & ubi uoluerint commorandi, habitandi'ue permittimus facultatem. *Concordat l.18.C eod.tt.his uerbis*: Iubemus ſaluo honore,qui per reuocationẽ ſacrę reuocatorię defertur duráte, licere cunctis tã minorib. quàm maiorib.poteſtatẽ gerẽtibus, nec nõ etiam honorarijs illuſtribus,ſiue ex hac regia urbe (uidelicet præcedente conſenſu) profecti fuerint,ſiue in prouincijs habitantes,ſacratiſsimum(ſuis ſcilicet poſcentibus negocijs) petere maluerint comitatũ: ſine ſacra quoque reuocatoria ad hanc regiam urbem peruenire. *item de profectionibus magiſtratuum loquitur Nouell.c.134.§.Porrò nulli, his uerbis*: Nulli magiſtratui neque ciuili neque militari licitum eſto, abſque neceſſaria cauſa obire prouinciam. Si qua uerò neceſsitas ut huiuſmodi aliquid fiet poſtulauerit, ſumptibus ſuis hoc facere tam ipſos iubemus magiſtratus,quàm qui circa eos uerſari ſolent, & obtemperantem ipſis cohortem, ſed neq; angarijs,neq; his quę Epidemerica dicũtur, aut ullo alio incõmodo collatores noſtros prægrauauerit. *Cõcordat Nouell.c.128.§.ultra hæc, his uerbis*: Iubemus ut ꝓuinciarũ præſide & cohortes eorum,ſi quando de ciuitate proficiſcãtur in ciuitatẽ, neq; angarijs,neque deſcriptionibus,neque alijs expenſis collatores prægrauent,ſed ex annonis è publico ipſis deputatis ſumptus faciant. *Item concordat Nouell.conſt.17.§. illud etiam,his uerbis*: Illud etiam te ſcire uolumus, quòd ſi quando ad alia te loca proficiſci iubemus,conueniat ut contentus ijs quæ largiuntur ex publico,non gratis ſumptus facias,neque ſubditos noſtros atteras, ſed ex quibus in prouincia tua conſtitutus ſumptum faceres, ex ijs etiam ad alia proficiſcens loca facias, neq; collatores angarijs atteras,uel tu uel obſecundans tibi cohors, ſed proprijs iumentis proprio etiam ſumptu profectionem conficiaris. Eodem hoc obſeruando, etſi prouinciæ tuæ terminos non excedas,ſed neceſſaria aliqua de cauſa prouinciæ tuæ ciuitates perluſtres. Siquidem ne præſides per ciuitates prouinciæ, &c. *Vſq; ad §. enimuero.*

Decimatertia regula. De ſubditis illæſis conſeruandis, & æquum ſe præbendo in cauſis cognoſcendis & diſciplina publica conſeruanda, nec non de qualitate miniſtrorum, proponitur Nouell. conſt. 8. §. Proinde cum ita, his uerbis: Cum ita gratis officia ſuſcipiant, ante omnia ſtudio eos habere oportet, ut ſubditos noſtros ex omni parte illæſos conſeruent, nihil quidquam ab ullo eorum accipientes, ſed æquos ſe in diſceptãdis controuerſijs, æquos in conſeruanda diſciplina publica prębeant: in perſequendis quidem criminibus inſontes à calumnijs reddentes liberos, reis uerò ſontibus pœnas legitimas imponentes: neq; aliter inter ſubditos imperium exercentes, quàm patres ſolent inter filios, ut diligant quidem eos, ſi crimine uacui ſunt: coerceant uerò ac puniant, ſi criminibus uideantur eſſe obnoxij: iuſticiam deniq; illis exhibentes tam in cauſis publicis, quàm in priuatis contractibus. Neq; ut ipſi tantum hoc agant, ſed etiã ut adſeſſorem & omnes circa ipſos uerſari ſolitos, ſibi ſimiles aſſumant: ne quando, cum ipſi culpa careant, per alios delinquere & furari, & (quod multo fœdius eſt) maleficiorum ſibi ſocios adſciſſcere, uideãtur.

Decimaquarta regula. Ne ante ſucceſſoris ſui aduentum adminiſtrationem deponat. quæ regula approbatur l. unica. §. adminiſtrationem. C. ut omnes iudices tam ciuiles quàm militares poſt adminiſtr. depoſitam, &c. his uerbis: Adminiſtrationem deponere non uolumus deceſſorem, antequam ſucceſſor ad prouinciæ fines peruenerit: licet literis ad eum ſeu programmate uel edicto, ad officium & prouinciales uſus fuerit. *Concordat Nouell. conſt. 95. §. deponet autem, his uerbis*: Deponet autem magiſtratum, cum ſucceſſor ingreſſus fuerit prouinciam, ante duos tantummodo dies, quàm prouinciam illе ingrediatur. *Item concordat l. 10. ff. de officio proconſulis, hiſce uerbis*: Meminiſſe oportebit uſq; in aduentum ſucceſſoris omnia debere proconſulẽ agere, cũ ſit unus procõſulatus, & utilitas prouinciæ exigat eſſe aliquẽ, per quẽ negocia ſua prouinciales explicẽt. Ergo in aduentum ſucceſſoris debebit ius dicere. Legatum ſuum ne ante ſe de prouincia dimittat, & lege Iulia repetundarũ, & reſcripto diui Hadriani ad Calphurnium Rufinum, proconſulem Achaiæ, admonetur. *Concordat item l. unica. ff. de officio præfecti Auguſtalis, hiſce uerbis*: Præfectus Aegypti non prius deponit præfecturam & imperium, quod ad ſimilitudinem proconſulis lege ſub Auguſto ei datum eſt, quàm Alexandriam ingreſſus ſit ſucceſſor eius, licet in prouinciam uenerit: & ita mandatis eius continetur.

Decimaquinta regula. Vt exercitum, poſtquam ei in prouincia ſucceſſum eſt, ſucceſſori tradat. Hæc regula approbatur l. 3. ibi: Qui'ue cum ei in prouincia. ff. ad l. Iul. maieſtatis. cuius uerba uide J. Lib. 4. cap. 1. cauſa. 6. Concordat l. 2. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. cap. 1. cauſa 1.

Decimaſexta regula. Vt è prouincia, poſtquam ei ſucceſſum eſt, decedat. Hæc regula approbatur l. 2. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. cap. 1. cauſa 1.

Decimaſeptima regula. Vt poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta dies in ciuitatibus celebrioribus

ribus cõmoretur, actionesq; subditorum excipiat. Hæc regulæ approbatur l. Vnica. C. ut omnes iudices tam ciuiles quàm militares, &c. his uerbis: Nemo ex uiris clarissimis præsidibus prouinciarum, uel consularibus aut correctoribus, uel qui ad ministrationis maioris infulas meruerint: id est, uiri spectabiles, proconsules aut præfectus Augustalis, aut comes Orientis, aut cuiuslibet tractus uicarius, aut quicunque dux uel comes cuiuslibet militis, uel diuinarum comes domorũ, postquam sibi successum fuerit, audeat excedere de locis quos rexisse noscitur, antequam quinquaginta dierum constitutus numerus finiatur: sed per id tempus præsides quidem & consulares, necnon correctores in metropoli, spectabiles uerò iudices tam ciuiles quàm militares, in ciuitatibus administratæ diœceseos illustrioribus publicè non domi uel intra sacrosanctos terminos uel regiones, aut potentes domos latitantes: sed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernauerant ora uersentur, ut pateat omnibus facultas libera super furtis aut criminibus querimoniam commouendi: ita ut ab omni defensus iniuria prouisione post eum administrantis ac periculo officij, nec minus curialium & defensoris ciuitatis: iuratoriæ tantum cautioni commissus, postquam fuerit in querimoniam deuocatus, pulsare uolentibus (ut dictum est) pro legum ratione respondeat: nec ullam ante præfinitum tempus de prouincia discedendi excusationem ei tribuat, uel diuina reuocatoria, uel codicillis alterius administrationis oblatis, uel præcepto amplissimæ tuæ sedis, ut alterius prouinciæ moderatoris uicem obtineat, aut præcepto præfatæ uel alterius ciuilis seu militaris cuiuscunque potestatis, ut quamcunque sollicitudinem publicam gerat aut exhibeatur, aut deducatur, aut postremum cuiuslibet occasionis excogitata calliditate excludatur, ut modis omnibus, quæ pro uniuersarũ prouinciarum salute sancimus, sortiantur effectum. Quod si quis temeritate punienda saluberrimam legem circumscribendam uel uiolandam crediderit, licet & maiestatis reus non immeritò iudicetur: attamẽ quinquaginta librarũ auri mulctam publicis calculis inferre cogetur: simili pœna plectẽdo, qui post eum administratione suscepta minimè eum curauerit, honestè retinendum, aut super eius fugam protinus requirendũ. Ipse autem qui præsentem fugiens non obseruauerit legem, ubicunq; repertus fuerit, licet in hac florẽtissima ciuitate, ad prouinciam sine ullo penitùs obstaculo præceptione tui culminis, cura etiã uiri clarissimi rectoris prouinciæ, in qua repertus fuerit deducetur, per sex mensium curricula ibidem moraturus, quatenus inter ea minimè possint crimina uel furta cælari. Officium etiã quod eũ (debito tamẽ honore seruato) non prohibuerit contra legis tenorẽ discedere, triginta librarum auri dispendio feriatur. Quòd si intra quinquaginta dierum numerũ fortè fuerit pulsatus, & præfato elapso tẽpore necdũ finita lis fuerit, ciuiliter quidẽ super furtorũ sceleribus pulsatus, dato procuratore instructo, post quinquaginta dies protinus habeat licentiã discedẽdi: accusatione uerò super criminibus facta, per inscriptionũ laqueos irretitus, usq; ad terminum causæ ibidem necessariò perdurabit. Sciãt aũt uniuersi iudices, apud quos uel administrationis iure, uel ex præceptione amplissimæ tuæ sedis huiusmodi controuersiæ ciuiliter uel criminaliter uentilantur, infra uiginti dierum spacium debere se præfata litigia, postquam orta fuerunt, terminare. nã si supersederint, ipsos quidẽ decẽ librarũ auri condẽnationẽ subire cẽsemus: accusationẽ uerò seu ciuilẽ intentionẽ semel in iudiciũ deductã præfato modo legitimè terminari. *Concordat Nouell. c. 8. §. secundum ueteres, hisce uerbis:* Secundum ueteres constitutiones necessitatẽ habente eo qui magistratu defungitur, ut cingulo deposito per quinquaginta dies in prouinciam sub publico aspectu cõmoretur, & omniũ aduersus se intentatas actiões excipiat. Quod si, priusquam quinquaginta dies compleat, diffugiẽs, tãquam uile aliquod mancipium comprehẽdatur, tribuimus collatoribus licentiã, ut & ibi eum locorum detineant: & quidquid illi dederint, totũ furti titulo exigant, præsente uidelicet Dei amantissimo episcopo, & causam sine scriptis cognoscente, donec uniuersum quod rapuisse uidebitur, restituat. *Concordat ibidem. §. si autem, his uerbis:* Si aũt uoluerit ex quacunq; causa non completis quinquaginta diebus ex prouincia fugere, tunc cõprehensus ubicũq; degere uidetur, reuocabitur quidẽ in prouinciã, in qua administrabat: omne uerò quod inuentus fuerit accepisse, restituat in quadruplum. *Concordat d. c. 8. §. oportet igitur, ibi: denegamus enim. item Nouell. c. 95. in prin. usq; ad §. illud omnibus, his uerbis:* Scimus quidẽ legẽ iam propositã, quæ uult, ut qui in magistratibus uersantur, siue ciuilib. siue militaribus, neq; si magistratu defuncti sint, prius inde possint discedere, quàm per quinquaginta dies in metropolibus sub publico cõspectu cõmorentur, omnibus cõuenire eos uolentib. responsuri, & ut neq; per causam quasi huc euocati sint, prouincia possint excedere: sed & si quid

e eius

eiusmodi egerint, ut iterum temittantur in prouinciam. Sed comperimus nonnullos tàm exuperanti præditos esse audacia, ut uel hac lege proposita nihilominus, antequam magistratu defungantur, audeant deserete prouincias, & ad hanc almam accedere utbem metu rerum ab ipsis gestarum, & ne pœnas luant eorum quæ deliquerunt. Saucimus igitur, ne cui prorsus cuiuscunque prouinciæ præsidi siue in Oriente, siue in Occidente siue ex alterutra parte, prius licentia sit eius ptouinciæ deserendæ, quàm magistrarum deponat. Sed & (renouamus enim quod obsoletum est) ut eo deposito per quinquaginta dies sub publico aspectu commoretur in prouincia cui præfuit, referatq; in acta publica eum diem, quo discedit ex prouincia: ut perspicuum sit, in rebus'ne gestis suis fiduciam collocet, an non. Si quis uerò magistratu deposito, non per solennes postea dies ibi locotum commoretur, omnibus seipsum ostentans in publico, sed ex prouincia fugam capessat: ea quæ ante iam à nobis de his sancita sunt, obtineant. Præterea, si quis magistratum siue militarem siue ciuilem, uel adhuc gerens, uel eo abdicatus, prouinciam reliuquat: is sanè magistratus, qui absque iussione nostra hanc reliquit, tum criminis petduellionis reus esto, tum denuò in prouinciam remissus, postquam his qui crimen ei ingetunt, responderit, ur perduellionis reus extremum supplicium excipito. *Concordat Nouell. c.128. §. preterea sancimus, cum sequentib. his uerbis*: Sancimus, ut prouinciarú præsides omnibus modis post magistratú depositum, quinquaginta dies uersentur in prouincijs, & actiones contra ipsos intétare uolentibus respondeant. Quòd si causa intra quinquaginta dies terminata non fuerit, siquidem pecuniaria extiterir, procuratorem dato: si criminalis, ad terminum usque maueto controuersiæ. His qui iudicandi munus habuerint, siue magistratus siut, siue à præfectis dati fuerint, nisi intra uiginti dies quàm cœpta est agi, eá lité terminauerint, decem libris auri mulctádis, lite nihilominus secúdú prædicta procedente. Sed si cótingat, ut ex ijs aliqui antea prouinciam relinquant, quàm quinquaginta dies implerentur, iubemus, ut omnes qui damnú aliquod per ipsos sustinuerunt, religiosissimú eius prouinciæ metropolis episcopú adeát, & quisq; pro se apud acta mouumétorum actis sanctis Euangelijs declaret, quæ sibi damna illata sint, atq; ex illius substátia, cótra quem talia monuméta cófecta sunt, omne damnú oblæsis reddatur: prouidétia & periculo ipsorum pro tempore præfectorú & tractatotum eius prouinciæ, sciturls ipsis quod si eius rei satagare neglexerint, ipsi de suis facultatib. omnia damna oblæsis compellentur restituere. Cæterùm si quis prouinciæ præsidum, uel ad alium magistratú aut usum auocetur, uel alia ei prouincia cócredita fuerit, iubemus ut legitimo procuratore instituto his qui damnis acceptis actiones proponút, respondeat. Quòd si minus fecetit, sancimus, ut & actorum monumenta apud religiosissimum episcopum (ut superius dictum est) conficiantur, & his qui de dánis sibi illatis iurauerint, pro tenore actotum consimiliter omne damuú reddatur prouidentia & periculo ipsorum pro tempore pręfectorum, & cuiusq; prouincię tractatotum. Omues auté pecuniarias pœnas, quæ præsente comptehenduntur lege, ab his qui præsentem legé uiolauerint, per ipsum pro tempore comitem rerum priuatarum exigi, & fisco nostro uindicari sancimus: qui nisi has ita uindicauetit, ipse uná cum apparéte schola de propria sua substantia, eatum quantitatem soluere compelletur. *Concordat deniq; Nouell. c.161. §. simulatque, his uerbis*: Sancimus, simulatq; magistratu abietint, ut per solennes quinquagiuta dies in prouincia adsideát, sub publico uersantes conspectu, & omnibus actionem intentare uolentibus respondeant. Lite uerò intra quinquagiuta dies non finita, siquidé pecuniaria sit, procuratorem dato: sin uerò criminalis, sd terminum usq; causæ permàneto, his qui in causa dijudicant (siue magistratus sint, siue à præfectis dati) nisi iutra uiginti dies quàm initium cœperit, eam litem finierint, decem libria auri mulctandis, lite nihilominus secundum prædicta procedente. Si qui enim mala conscientia stimulati, uel clàm aufugerint, uel ad sacras ædes decurrerint, substantia excident secúdum legem pro modo admissorú inter iniuria affectos diuidenda. Et quemadmodum præcedens de hoc Constitutio & *

DE EVENTIS ADMINIstrationis & actionibus aduersus Magistratum, ex administratione competentibus. Cap. III.

I. De lege Iulia Repetundarum.

I. *Causæ huius actionis. Prima causa est. Si in magistratu, potestate, curatione, uel quo alio officio publico pecuniam quis accepit. Hæc causa approbatur l. 1. in prin. ff. ad l. Iul. repetundar. his uerbis*: Lex Iulia repetúdarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, uel quo alio officio, munere, ministerio'ue publico cępit, uel cum ex cohorte cuius eorum est.

Secun-

Secunda causa est. Si à subditis ultra quantitatem à legibus definitam quid accepit. Hæc causa approbatur l.6 C.ad l.Iul. repetundarum. cuius uerba uide §. eod.Lib.cap.1 quæst.3.reg.3. Concordat l.3.C.eod. tt. his uerbis: Omnes cognitores & iudices à pecunijs atque patrimonijs manus abstineāt, neq; alienum iurgium putent suam prædā. Etenim priuatarum quoq; litium cognitor idemq; mercator, statutam legibus cogetur subire iacturam. *Concordat item l. 4. C. eod. tt. his uerbis:* Iubemus & hortamur, ut si quis fortè honoratorum, decurionū, possessorum, postremò etiam colonorū à cuiuslibet ordinis iudice fuerit aliqua ratione cōcussus: si quis scit uenalem fuisse de iure sententiā: si quis pœnam uel precio remissam uel uicio cupiditatis ingestam: si quis postremò quacunq; de causa improbum iudicem potuerit adprobare, is uel administrante eo, uel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatū adprobet: & cum probauerit, & uictoriam reportaturus, & gloriam. *Concordat l.6.§.fin.ff. ad l.Iul.repetund. cuius uerba uide §.causa 5.item alias leges concordantes uide §. eod.cap.actione 5.*

Tertia causa. Si pecuniam ob iudicandum uel non iudicandum accepit. Hæc causa approbatur l. 3.ff. ad l.Iul.repetund.his uerbis: Lege Iulia repetundarum tenentur, qui cum aliquā potestatem haberent, pecuniam ob iudicādum uel nō iudicandum, decernendumúe acceperint: uel quo magis aut minus quid ex suo officio facerent. *Concordat l. 6.§. lege Iulia. ibi: Ne'ue quis.ff.eod.tt.cuius uerba uide §.causa prox.item concordat l. 7. in prin.ibi: Ne'ue quis ob hominem.ff.eod. tt.cuius uerba uide §.causa 7.*

Quarta causa. Si ob denunciandū uel non denunciandum testimonium pecuniam accepit. Hæc causa approbatur l.6.in prin ff. eod.tt. his uerbis: Eadem lege tenentur, qui ob denūciandum uel non denunciandum testimonium pecuniam acceperint.

Quinta causa. Si ob militem legendū mittendumúe pecuniam accepit. Hæc causa approbatur d.l.6.§. Lege Iulia, his uerbis: Lege Iulia repetundarum cauetur ne quis ob militem legendum, mittendumúe æs accipiat: neúe quis ob sententiam in senatu, consilioúe pūblico dicendā pecuniam accipiat: uel ob accusandum, uel non accusandum: utque urbani magistratus ab omni sorde se abstineant, neúe plus domi muneris úe in anno accipiant; quàm quod sit aureorum centum.

Sexta causa. Si ob accusandum uel non accusandum pecuniam accepit. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis hisce: Vel ob accusandum, uel nō accusandum.

Septima causa proponitur l.7. in prin.ff.ad l. Iul. repetund. his uerbis: Lex Iulia de repetundis præcipit, ne quis ob iudicem arbitrumúe dandum, mutandum, iubendumúe ut iudicet: neúe ob nō dandum, non mutandum, non iubendum ut iudicet: neúe ob hominem in uincula publica cōijciendum, uinciendum, uinciriúe iubendum, uel ex uinculis dimittendum: neúe quis ob hominem condemnandum, absoluendumúe: ne úe ob litem æstimandam, iudiciumúe capitis pecuniæúe faciendum, uel non faciendum aliquid accipiat.

Octaua causa. Si ob hominem uinciendum uel non uinciendum pecuniam accepit. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis.

Nona causa. Si accepto tulerit debitum publicum. Hæc causa approbatur d.l.7.§.illud quoque, his uerbis: Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentum publicè dandum, præbendum, approbandum, sarta tecta tuēda, antequam perfecta, probata, præstita lege erunt.

Decima causa. Si hominē innocentem interfecit. Hæc causa approbatur d.l.7.§. fin. cuius uerba uide §. eod. cap. quæst. 3.

Vndecima causa. Si munus publicè mandatum accepta pecunia rupit. Hæc causa approbatur l.ult.ff.ad l.Iul. repetund. his uerbis: Qui munus publicè mandatum accepta pecunia ruperunt, crimine repetundarum postulantur.

Duodecima causa. Si ob aliquem in magistratum ordinandum pecuniam accepit. Hæc causa approbatur l. 6.C. ad l.Iul.repetund. cuius uerba uide § eod.lib. cap.1.quæst.3.reg.3. Concordat Nouell.c.8.§. ad eum, ibi: Sciat enim, his uerbis: Sciat celsitudo tua, & qui eundem thronum post te conscendent, quòd siue ipsi, siue hi quorum opera in commissa sibi parte reipub. utuntur, siue cohors tua, aut ab ijs qui ad prædicta officia proficiscūtur, aut quouis aliò quidquam præter consuetudines ipsis à nobis definitas (quas etiam solas arbitrantes sufficere dari decreuimus) accipere præsumpserint: pœna haud quaquam leuis infligentur: sed summi qui dem magistratus qui, aliquid ab ijs qui ad prædicta officia proficiscuntur, uel ipsi accipere ausi fuerint, uel cohortem suam cōsimile aliquid facere permiserint, uel ad se delatum non emendauerint: non solum quòd acceperint eius quadrupli restituent, uerumetiam grauem indignationem sustinebunt, & ne de potētatu periclitentur sollicit erunt. Si uerò qui circa ipsos sunt, cohorsque ipsis obtemperans ultra ea quæ à nobis concessa sunt, accipere aliquid pertētauerint, tenebuntur & ipsi quadrupli restitutione ijs qui damno affecti sunt, & ultra hoc quod pœnis subijcientur, quæ ipsorum delicta promeruerint: spoliabuntur etiam bonis & cingulo. *Concordat item. d.c.8.§.Cete-*

rum si quis.ibi.sed etiam eum:cuius uerba uide 3. cap. 1. quaest.5.reg.6.

Hactenus propositae actionis causas enumerasse sufficiat,de quib. uide plura paulo inferius eod.cap. act. 2. cum sequentib. Plane sunt propositarum causarum duae potissimum exceptiones generales. Harum prima haec est:Nisi ab exceptis personis acceperit.Haec exceptio approbatur,simul & declaratur l.1.§.fin.ff. ad l.Iul.repetundarum,his uerbis: Excipit lex à quibus licet accipere à sobrinis, propioreúe gradu cognatis suis uxore. *Propositae exceptionis replicatio haec est:Nisi non donationis causa acceperit, sed ob turpem aliquam causam,puta ob hominem in uincula coniiciendum,&c. tunc enim nec ab exceptis personis licet accipere. quae replicatio approbatur l.7.§.Apparet.ff. eod tit. his uerbis:* Apparet autẽ, quòd lex ab exceptis quidem in infinitũ capere permittit: ab his autem qui hoc capite enumerantur, à nullo nec ullam quantitatem capere permittit. *Ait Iurisconsultus:* Qui hoc capite enumerantur. *De hoc capite uide paulo superius causa 7.*

Secunda exceptio generalis haec esse uidetur: Nisi non ipse qui in magistratu est acceperit,sed aliquis ex eius ministris. Haec exceptio reprobatur l.1.ibique l cum ex cohorte.ff.ad l.Iul.repetund. cuius uerba uide paulo superius causa 2.Concordat l.5.ff.eod.tit. his uerbis: In comites quoque iudicum,ex hac lege iudicium datur. *Concordat item l.1.C.ad l. Iul. repetund.his uerbis:* Vt unius pœna metus possit esse multorum,ducẽ qui malè egit,ad prouinciam quam nudauerat, cum custodia competenti ire praecipimus: ut non solum quod eius non dicam domesticus,sed manipularius & minister accepit, uerùm & quod ipse à prouincialibus nostris rapuit aut sustulit, in quadruplum exoluat inuitus. *Plures eiusmodi exceptiones uide 3 cap. prox. reg.5.*

II. ADVERSVS QVOS DETVR ACTIO ex lege Iulia repetundarum?

Prima regula.de haeredibus eius qui in eam commisit, proponitur l.2.ff ad l.Iul.repetund.his uerbis: Datur ex hac lege & in haeredes actio,intra annum duntaxat à morte eius qui arguebatur. *Concordat l.ult.ff.ad l.Iul.peculatus his uerbis:* Publica iudicia Peculatus & de residuis & Repetũdarum, similiter aduersus haeredem exercentur, nec immeritò:cum in his quaestio principalis ablatae pecuniae moueatur. *item concordat l.2.C.ad l.Iul.repetund.his uerbis:* Sciant iudices super admissis proprijs aut à se, uel ab haeredibus suis pœnam esse repetendam. *Propositae regulae exceptio haec est: Nisi annus à morte testatoris praeterierit. quae exceptio constat ex uerbis superius propositis hisce:* Intra annũ duntaxat à morte eius qui arguebatur.

Secunda regula.De comitibus iudicum & ministris, proposita est 3 quaest. prox. in fine. except. secunda.

Tertia regula. De eo qui ob turpem causam dedit magistratui. hic quoque tenetur. quae regula approbatur l.6.§.fin.C.ad l.Iul.repetund.cuius uerba uide 3. cap.1.quaest.5.reg.3.

III. QVID VENIAT IN HANC actionem?

Prima regula. De pœna extraordinaria,exilio & ult. supplicio, proponitur l. 7.§. fin.ff.ad l.Iul.repet. his uerbis: Hodie ex lege repetundarũ extra ordinẽ puniuntur: & plerunq; uel exilio puniuntur,uel etiam durius, prout admiserint. Quid enim, si ob hominem necandum pecuniam acceperint:uel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint uel innocentem, uel quem punire non debuerant? capite plecti debent, uel certè in insulam deportari, ut plerique puniti sunt.

Secunda regula. De pœna quadrupli,proponitur l.1. in fine.C.ad l. Iul. repetundar. cuius uerba uide superius quaest. 1.in fine,except.gener.2. Concordat l.6. §.fin.C.eod.tit.cuius uerba uide 3 cap.3. quaest.5.reg.3. Sed & plures leges concordantes , uide 3. prox.reg. 17.item Nouell.c.81.§.Sed & hoc iubemus. cuius uerba uide 3.hoc cap.act.5.item concordat Nouell.c.161.§ Praeterea.cuius uerba uide 3.d.act.5.item alias pœnas uide 3.in singulis causarum speciebus.

IIII. QVANDO ET QVAMdiu detur?

Prima regula.Tam in administratione quàm post administrationẽ depositã cõpetit.Quae regula approbatur l. 4. in fine.C.ad l.Iul.repetund. cuius uerba uide superius causa 2. Concordat Nouell. constitut.8. §.Caeterùm si quis. cuius uerba uide.3.cap.1.quaest. 5. reg.6.

Secunda regula. Intra annum à deposita administratione datur.Quae regula approbatur l.5.C.eod. tit. his uerbis: Vnusquisque procurator, praepositus gynecio,tabularius,susceptor,colonus, uel quicunque se à comite domorum meminerit esse concussum,cum ipso cui pecuniam numerauit,administratione decesserit,intra anni spacium ad iudicium spectabilitatis tuę,quidquid dederit, repetiturus occurrat, ut prosit pensionibus,quidquid illi reddiderit. Si uerò ex tempore depositae administrationis praestituti temporis curricula transfluxerunt, nulla uox aduocationis emergat, sed ipsos procuratores,praepositos,colonos, tabularios, susceptores obnoxios ad solutionem uolumus arctari.

Tertia regula. Heres rei conuenti intra annũ tantum tenetur. quae regula approbatur per ea quae dicta sunt 3.quaest.2.reg. 1.

V. EVENTVS HVIVS Iudicij.

Prima regula. Hac lege damnatus testimonium dicere,aut iudex esse,postulareúe prohibetur. quae regula approbatur l. 6. §. hac lege. ff. ad l. Iul.repetund. his uerbis: Hac lege damnatus testimonium publicè

publicè dicere, aut iudex esse postulareúe prohibetur.

Secũda regula. Alienatio magistratui à subditis contra legem repetundarum facta non ualet, resq́; ex ea usucapi non potest. quæ regula approbatur l.8 ff.cod. tit. cuius uerba cum concordantibus uide s̄. cap. prox. reg. 4 & 5.

VI. AD FINIA REMEDIA huius iudicij sunt ea quæ sequuntur.

II. *Ex constitutionibus principalibus, is qui magistratum gessit, post depositam administrationem iubetur per quinquaginta dies in prouincia quam administrauit cõmorari, & actiones subditorum excipere. de qua re dictum s̄. cap prox. reg. 17.*

III. *Alia item constitutio de delictis magistratus uindicandis, proponitur l.3. C. de officio Rectoris prouinciæ, his uerbis:* Iustissimos & uigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus: & econtrariò iniustos & maleficos querelarum uocibus accusandi, ut censuræ nostræ uigor eos absumat. nam si ueræ uoces sint, nec ad libidinem per clientelas effusę, diligenter inuestigabimus: præfectis prætorio & comitibus qui per prouincias constituti sunt, prouincialium nostrorum uoces ad nostram scientiam referentibus.

IIII. *Alia ratio uindicandi id quod à magistratu commissum est, præscribitur cõstitutione Imp. Iustiniani Nouell. c. 8. §. damus autem, his uerbis:* Damus & inter prouinciales licentiam, si quid per prouinciam pręses contra fas egerit, aut etiam collatores ipsos damnis fortè aut dispẽdijs obiecerit, ut Dei amantissimus episcopus & primores eius loci præsidis delicta enumerantes, preces ad nos dirigant. Nos enim re cõperta destinabimus in prouinciã aliquẽ qui ista examinet, ut ibi delictorum pœnas sufferat, ubi & deliquit: & ut alius ad hoc exemplum respiciens, consimilia facere non præsumat. Secundum ueteres constitutiones, &c. *Cetera uide s̄. cap. prox. reg. 17. Concordat d. c. 8. §. adeoq́; ipsis, hisce uerbis:* Adeoque ipsis etiam prouincialibus, si pręsidum rapinam sentiant referendi ea ad nos licentiam, aut potius necessitatẽ permittimus: ut nos edocti, quod omnino ius auro uenale habeat, ultra cœlestia supplicia, quibus ut iusiurandi, sub quo magistratum suscepit, uiolator est obnoxius, etiam prędictis illũ pœnis subijciamus. *Propositæ actionis omnium'que aliarum præcedentium exceptio hæc est: Nisi non ob rapinam magistratus agatur, sed ob hoc quod in executione iuris publici & iusticiæ fuerit paulo uehementior. Hæc exceptio approbatur ibidem §. illo scilicet, his uerbis:* Illo uidelicet obseruando in nullo alio subditis nostris, contra præsides ista facere permissum esse quàm ob rapinas. Non enim si in exigendis tributis contra indeuotos, aut in persecutione criminum paulo uehementior uisus est, aliquid aduersus ipsum conari subditos permittemus. Quin contrà potius omnium eos acerbissimis pœnis subdemus, si illos qui puris usi sunt manibus, & in exactionem tributorum omni cura ac diligentia incubuerunt, deposita postmodum magistratu iniurijs afficere pręsumpserint, ac non lætis acclamationibus post deputatum tempus prouincias excedentes, prosecuti fuerint. Oportet enim clarissimos prouinciarum nostræ ditionis præsides, qui post hanc legem futuri sunt, non solum animo reuoluere, quanta illos maneat gloria, si tales se præbeant, sed etiam in quantas difficultates incident, si (quantum in ipsis est) hanc legem dissoluere, & pro abrogata habere, pręsumpserint. Absurdum namque fuerit, si in leuibus quidem furtis deprehensos ipsi coerceant, tormentisque subijciant, nec prius ueniam dent quàm res ablatas restituerint: ipsi uerò maximorum furtorum rei absque causæ dictione noxa soluantur, neque exempli eos pudeat, quod subditis in hoc exhibeat, cum interim si istis abstineant, non tantum inter honestos ingenuè uiuentes, & omni laude cumulatos censeri, sed etiam bonum à nobis testimonium obtinere possint.

V. *Si iudex uel magistratus ultra debitam annonarum & sportularum quantitatem aliquid à subditis acceperit. Hoc delictum prohibetur & coercetur l.7. C. de officio rectoris, hisce uerbis:* Qui ordinariam gesserit potestatem, quidquid ex uenturę delegationis titulis profligauerit, cum dispendio pudoris atque fortunæ de proprijs facultatibus intra prouinciam positus inferre debebit. *item coercetur delictum propositum Nouell. c. 8. §. Sed neque eos, his uerbis:* Sed neque eos qui ex quocunq; hinc iudicio quascunque sententias executuri commeant, patiantur prouinciarum præsides consuetudinum seu sportularum nomine amplius aliquid quàm sacra nostra constitutione promulgatum est accipere, sciẽtes quòd si hoc neglexerint, omne damnũ quod exinde subditis nostris irrogatur, ipsi dependent. Damus autem eis licentiam non tantum ut ad eos ista iudices referãt, à quibus destinati sunt: sed etiã ad nos, ut & nos ijs cognitis factum ipsum competenti animaduersione persequamur. Præterea si quos dignitatis seu cinguli fastu tumidos compererint, collatoribus nostris iniurios esse, damus illis licentiam, ut & de maleficio cognoscant, & ijs qui fontes deprehen-

duntur, cingulum adimant, noſtraſque uices in prouincijs obeant, id quod antiquia etiam legibus promulgatum fuit. Quemadmodum enim omni eos iniuſto arcemus lucro: ita ſancimus, ut qui integrè ſe in officijs gerunt, omni honore, reuerentia, autoritate potiantur. *Concordat d.c.8.§.Ad eum itaque.ibi:Sciat enim.cuius uerba uide ſ. eod.cap. aſtio. 1.quæſt.1. cauſa 11.Concordat item d. c.8.§.Ceterùm ſi quis.cuius uerba uide ſ.cap.1. quæſt.5. reg.6. Eſt inſuper huius loci d. c. 8. §. Curam gerentes,his uerbis:* Curam gerentes traditæ nobis à Deo reipub. ſimulque ut ſubditi noſtri ex omni parte cum iuſticia uitam degant, ſtudentes ſubiectam legem deſcripſimus: quam quidem & ſanctitari tuæ, & per eam omnibus qui in prouincia tua ſunt manifeſtam facere pulchrum duximus. Tuæ igitur religionis, & reliquorum epiſcoporum fuerit iſta obſeruare, & ſi quid præſides tranſgrediantur ad nos referre, ne quid eorum quæ religioſe ſimul & iuſtè à nobis ſancita ſunt deſpiciatur. Nam ſi nos quidem ſubditos noſtros miſerati, quod ultra publicorum tributorum penſitationem, ingentibus præterea iniurijs propter uenditiones prouinciarum ex præſidum rapina ſupprimebantur, eas per ſubiectam legem tollere properauimus: uos autem in utranque dormientes aurem, nihil nobis renuncietis: ſit quidem Domino Deo conſecrata, uos autem rationem ei reddetis de iniuria alijs illata, ſi per hanc occaſionem, quòd de his non inſtruamur, nocumenti aliquid ueſtris iſtis hominibus irrogetur. Imò uos qui in loco præſentes eſtis, & tam pro uobis quàm pro cæteris decertatis, oportet certiores nos reddere, & de ijs qui rectè ſe in adminiſtratione gerunt, & qui hanc noſtram legem tranſgrediuntur, ut utroque cognito in hos quidem animaduertamus, illis uerò aliquam referamus gratiam. Simulac uerò lex publicè propoſita, & omnibus manifeſta eſt, tunc ſuſcepta intra ſacroſanctam recondatur eccleſiam unà cum ſacris uaſis, nimirum cum & ipſa Deo dedicata, & ad ſalutem ſub ipſo conſtitutorum hominum ſcripta ſit. Multo autem ſpecioſius & magis ex uſu hominum, qui per ea loca ſunt facietis, ſi eam tabulis aut lapidibus inſculptum in porticibus ſacroſanctæ eccleſiæ perſcribatis promptam omnibus legendi & parandi ea quæ ſancita ſunt, facultatem præbentes. Cum uerò de præſidum ſinceritate tantam in animo ſollitudinem repoſuimus: manifeſtum eſt multò nos minus permiſſuros ciuitatum defenſoribus, ut uel aliquid accipiant uel dent. Dabunt enim propter præbitis ſibi in foro glorioſiſsimorum præfectorum iuſsionibus, ſiquidem maiores ſint ciuitates, tantum ſolidos quatuor: ſi minores, ſolidos tres, & præterea nihil: à nemine autèm quippiam, ſi reditus illis ex publico conſtitutus erit: aut ſi nihil ex publico pręcipiant, ultra ea quæ ſacra noſtrà conſtitutione ipſos ferre debere expreſſum eſt accipient. Alioqui ſi quid uel ipſi uel ipſorum (ut uocant) chartularij, uel quiſpiam eorum qui circa ipſos ſunt, accepiſſe deprehendentur, in quadruplum ei quod acceperunt reſtituent, neque non ea ſollicitudine depellentur, & præterea perpetuò exilio multati, & corpore caſtigati, locum dabunt melioribus uiris, qui pro malis eam ſollicitudinem obeant. Eritis autem uos quoque huius rei cuſtodes, ſimul inhibentes ea quæ contra hæc fiunt, ſimul ad nos referentes, ut neque aliquid eiuſmodi admiſſorum lateat, neque latendo relinquatur impunitum: ſed undique ſubditis noſtris æquitas & iuſticia reflorescat. Sed & qui etiamnum in officijs ſunt, ſi poſt huius legis inſinuationem non omni rapina abſtinuerint, ſciant etiam ipſi ſe conſtitutis in hac lege pœnis ſubijciendos. *Concordat inſuper propoſitæ actioni* Nouell.c.17.§. *Oportet igitur, his uerbis:* Oportet ut qui purè & ſine ulla datione pecuniæ officium ſuſcipis, puras Deo & nobis ac legi manus conſerues, nullum lucrum neque maius neque minus contingas, nullam captioſam & fraudulenter excogitatam contrà ſubditos negociationem exerceas: ſed his ſolis contentus quæ erogantur è publico tam per te, quàm per eos qui circa te futuri ſunt, ex omni parte incontaminatum illis ius conſerues. *Concordat item* Nouell. c. 86. §. *obtemperantem. cuius uerba uide ſ. cap. prox. reg.8. in fine. Item concordat d.c. 86.§.Præterea, his uerbis:* Si quis magiſterianus aut præfectianus aut cuiuſcunque tandem fortunæ ampliores ſportulas, quàm ſacris noſtris definitæ ſunt conſtitutionibus acceperit, iubemus ut Præſes prouinciæ ſuo periculo ſecundũ legem noſtrã modis omnibus hoc uindicet, & caſtigationẽ his qui talia præſumpſerint inferat. Si Præſes non uindicauerit, licentiam damus religioſiſsimo illius ciuitatis epiſcopo, certiores nos de his reddere, & qualem præterea militiam aut dignitatem habeat is qui hęc pręſumpſit adijcere, ut & præſidi periculum irrogemus, qui hæc conceſſerit, & iuſsionem noſtram deſpexerit, & ipſum qui talia præſumpſerit, iubeamus affici ſupplicio. *Cõcordat item* Nouell.c.82.§. *Ceterùm appellationes. ibi, nemine, his uerbis:* Nemine audente in ſportulis, & iudiciorum ſumptibus modum à nobis ſtatutum excedere, ſed omnibus in-

tra

ita hunc consistentibus, & pœnam metuentibus, quàm sacra nostra de talibus definiuit constitutio. *item concordat Nouell. constitut. 124. §. sed & hoc iubemus. usque ad §. quia uerò, his uerbis:* Hoc iubemus ubicunque locorũ nostræ reipub. ab omnibus iudicibus obseruari, ut neq; magisterianis, neq; præfectianis, neq; cuiquam alij executori concedant, quo magis ob ulla persona amplius aliquid sportularum nomine accipiant, quàm nostris promulgatum est legibus, neque si sacram potentiæ nostræ iussionem proferant. Quin si quem deprehenderint, qui amplius aliquid exigat, licentiam habẽto & comprehendere eum, & carcere includere, & quadruplũ eius quod amplius acceperit exigere: ut simplum quidem ei qui damnum sustinuit, detur, triplum uerò inferatur fisco. Cæterùm si ciuilis, aut militaris magistratus, siue ea de re aditus, siue quacunque ratione id cognoscens, uindicare eum qui damno affectus est (quemadmodum dictum est) neglexerit, ex eius substantia quadruplum prædicto modo exigetur. Eandem etiam pœnam exigi iubemus per comitem nostrarum rerum priuatarum, & à competentibus magistratibus, si quos de cohortibus suis executores cognouerint, sportularum nomine aliquid contra leges nostras exegisse, & id uindicare supersederint. Damus item licentiam ijs qui aggressionem ea de re patiuntur, ne quid executoribus amplius quàm nostra constitutione definitum est, præbeant: & si quid amplius ab ipsis uelint hi exigere, licentiam habento ijs resistere. *Concordat item Nouell. const. 134. §. sed & hoc ad nos, usq; ad §. appellationes, his uerbis:* Sed & hoc ad nos peruenit, quòd quidam eorũ qui in prouincijs magistratum gerunt, ita impiè ferantur cupiditate lucri, ut neq; testamenta fieri, neq; facta insinuari, neque aliquos nuptijs inter se iungi, neq; defunctorum corpora sepulturæ tradi, neq; rerum inuentaria describere, aut aliud eius generis, uel apud acta publica, uel in testationibus excipiendis celebrari absq; dispendio concedant. Quapropter interdicimus omnibus magistratibus ciuilibus & militaribus, neque non eorum cohortibus, aut quicunque tandem sit, ne quid eiusmodi præsumant. Si quis uerò huiusmodi flagitium in quocunque reipublicæ nostræ loco perpetrare attentauerit, aut adiuuare ministerio eum qui tale quid audeat, iubemus, ut tales spoliati cingulo mittantur in exilium, & ex illorum substantia damnum, quod iniuria affectis obuenit, in duplum restituatur non adempto illis, neque reliquo quod legibus præbetur auxilio. Omnem porrò licentiam concedimus religiosissimis locorum episcopis, & ciuitatum primatibus, ut huiusmodi conatus prohibeant & procurent, quo magis omnia hæc sine impedimento & pro tenore legum absque dispendio procedant: & quæ eam partem concernunt, per suggestionem ad nos referant. *Item concordat Nouell. constitut. 161. §. præterea, his uerbis:* Sancimus ut magistratus neque per se, neque per assessores suos, aut Cãcellarios, domesticosue, aut quempiam eorum qui ad ipsos pertineant, quidquam à subditis accipiant, nisi in quadruplum uelint (ut leges loquuntur) quod ab ipsis acceptum est dependere: sed contenti his sint, quę lege ipsis deputata sunt è publico. *Item concordat d. const. 161. §. quemadmodum. Plura de actione proposita uide §. eod. cap. act. 1. quæstion. 1. causa 2.*

VI. SI IVDEX LITEM suam fecisse dicatur.

I. Causæ, ex quibus competit hæc actio?

Prima causa. Si dolo malo in fraudem legis iudex sententiam dixit. quæ causa approbatur, simul & declaratur l. 15. §. iudex. ff. ubi quis agere, uel conueniri debent. his uerbis: Iudex tunc litem suam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiã dixerit. Dolo malo autem uidetur hoc facere, si euidens arguatur eius gratia, uel inimicitia, uel etiam sordes: ut uerã æstimationẽ litis præstare cogatur.

Secunda causa. Si contra leges & constitutiones pronunciauit. Hæc causa approbatur l. 1. §. sed & si quis, in fine. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Sed etsi iudex constitutiones principum neglexerit, punitur. *Concordat l. 40. ff. ubi quis agere uel conuen. his uerbis:* Iudex si quid aduersus legis pręceptum in iudicando dolo malo prætermiserit, legem offendit.

Tertia causa. Si non tota lege perspecta, una aliqua eius particula proposita iudicet. Hæc causa approbatur l. 24. ff. de legibus & Senatus. his uerbis: Inciuile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita iudicare, uel respondere.

Exceptio propositarum causarum generalis uidetur esse talis: Nisi non dolo, sed per imprudentiã iudex fecerit. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. de extraord. cognit. his uerbis: Si iudex litẽ suã fecerit, nõ propriè ex maleficio obligatus uidetur. Sed quia nec ex cõtractu obligatus est, & utiq; peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiã: ideo uidetur quasi ex maleficio teneri in factũ actione, & in quantũ de ea ęquum religioni iudicantis uisum fuerit, pœnam sustinebit. *Concordat Instit. de obligat. quæ quasi ex delicto nascũtur, in prim. item l. 4. §. si iudex. ff. de action. & obligat.*

II. QVIBVS COMpetat?

De eo contra quem iudex pronunciauit, proponitur l. 2. C. de pœna iudicis qui malè iudicauit, his uerbis: De eo qui precio deprauatus, aut gratia perperam iudicauerit, ei uindicta quem læserit, non solùm existimationis dispendij, sed etiam litis discriminis præbeatur.

III. ADVERSVS QVOS competat?

De hæredibus iudicis proponitur l. 16. ff. ubi quis agere uel conueniri, his uerbis: Iulianus etiam in hæredem iudicis qui litem suam fecit, putat actionem cōpetere: quæ sententia uera non est, & à multis notata est.

IIII. QVID VENIAT IN hac actione?

Prima regula. Si per imprudentiam fecit, pœna extraordinaria est. quæ regula approbatur l. ult. ff. de extraordinar. cognit. cuius uerba uide paulo superius. Concordat Institut. de obligat. quæ quasi ex delicto nasc. in prin.

Secunda regula. Si dolo fecit, uera æstimatio litis præstanda. quæ regula approbatur l. 15. in fine. ff. ubi quis agere uel conueniri. cuius uerba uide paulo superius causa 2. Concordat l. 2. C. de pœna iudicis qui malè. cuius uerba uide paulo superius quæst. 2.

Tertia regula. Si filiusfamiliâs iudex litem suam fecerit, quid ueniat definiatur d. l. 15. in princip. his uerbis: Si filiusfamiliâs iudex litem suam faciat, in tantam quantitatem tenetur, quæ tūc in peculio fuit, cum sententiam dicebat.

Quarta regula. De exilio & ab ordine remouendo, proponitur l. 18. §. iudices. ff. de pœnis, hisce uerbis: Iudices pedanei si pecunia corrupti dicantur, plerunque à præside aut curia submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

V. QVAE ACTIO COMpetat? & Adfinia eius remedia.

Prima regula. In factum actio est. quæ regula approbatur l. ult ff. de extraord. cognit. cuius uerba uide paulo superius.

Secunda regula. De lege Cornelia de falsis, proponitur l. 1. §. sed & si quis, in fine. ff ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide paulo inferius reg. 4.

Tertia regula. De lege Iulia maiestatis, proponitur l. 1. C. ad l. Iul. maiestatis, his uerbis: Etiam ex alijs causis maiestatis crimina cessant meo seculo: nedum etiam admittam te paratum accusare iudicem propterea crimine maiestatis, quod contra constitutionem meam dicis pronunciasse.

Quarta regula. De actione aduersus eum qui iudicem corrupit, corrumpendumue curauit l. 1. §. sed & si quis. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Si quis ob denunciandum, remittendumúe testimonium dicendum, uel non dicendum pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ adficitur: & qui iudicem corruperit corrumpendumúe curauerit: sed etsi iudex constitutiones principum neglexerit, punitur. *Concordat l. 21 ff. eod. tit. his uerbis:* Pœna falsi coercetur, & is qui iudicem corruperit. Sed remissius puniri solent, & ad tempus relegantur, nec bona illis auferuntur. *Hactenus de Legibus, constitutionibus & actionibus, quibus magistratus & iudices in officio cōtinentur, delictaq; illorum coercentur, sit dictum. Plura de hac re uide s̄. cap. prox. in singulis officijs magistratus. item J. Lib. 13. cap. 7. Nunc ad Iurisdictionem & dignitatem magistratus ueniamus.*

DE IVRISDICTIONE.

Cap. IIII.

I. Genus Iurisdictionis & species cognata, proponitur l. 3 ff. de Iurisdictione, his uerbis: Imperium aut merum, aut mistum est. Merum imperium est, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mistum est imperium, cui etiā iurisdictio inest, quod in dāda bonorum possessione consistit: Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia. *In hisce uerbis genus Iurisdictionis continetur, quod est Imperium mistum. Item continetur in hisce uerbis:* Species iurisdictionis cognata scilicet, potestas seu Imperium merum.

Imperij meri proprium est, habere gladij potestatem, ut ex iam dictis constat. Sed & imperij species proponuntur l. 4. ff. eod. tit. his uerbis: Iubere, cauere prętoria stipulatione, & in possessionem mittere, imperij magis est, quàm iurisdictionis. *Porrò quæ imperij sunt, magistratibus municipalibus non competunt: quod approbatur l. 26. ff. ad municipalem, his uerbis:* Ea quæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest. *Imperij autem magis quàm iurisdictionis sunt, ea quæ causa cognita fiunt. Ideoq; d. l. 26. sequitur his uerbis:* Magistratibus municipalibus non permittitur in integrum restituere, aut bona rei seruandæ causa iubere possidere, aut dotis seruandæ causæ, uel legatorum seruandorum. *Huic concordat l. 4. §. si fortè. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si fortè daretur non caueri, ut possidere liceat (quod cognita causa fieri solet) non duumuiros, sed prætores, uel præsides permissuros: item, ut ex hac causa decedatur de possessione. *Concordat item l. ubicunq; 105. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Vbicūq; causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur. *Item concordat l. 2. ff de off. eius cui mandata est iurisdict. cuius uerba uide J. eod. cap. quæst. 3. reg. 4. Causæ autem cognitio est, quādo causa ex iudicis officio & arbitrio pendet, ut sunt in integrum Restitutiones. Ad officium autem iudicis pertinentes causæ aliquot*

enu-

enumerantur l. 1. ff. de Iurisdictione, his uerbis: Ius dicentis officium latissimum est. nam & bonorum possessionem dare potest, & in possessionem mittere: pupillis non habentib. tutores constituere: iudices litigantibus dare. *Sed & hæ species iurisdictioni subijci uidentur l. 3. ibi, quod in danda. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius. Proinde de differentiis imperij & iurisdictionis, item meri & mixti imperij, uaria traduntur à doctoribus, & incerta.*

II. CAVSA IVRISDICTIONIS EX QUA COMPETAT?

Si Iurisdictio mandata, uel delegata sit, & iudex datus. Hæc causa, ut regulariter uera est, ita suas habet exceptiones, quæ sequuntur.

Prima exceptio est: Nisi is iudicem dederit, uel iurisdictionem mandauerit, cui ius dandi, uel mandandi non est. Hæc exceptio declaratur l. 12. §. 2. ff. ubi quis agere uel conueniri, &c. his uerbis: Iudicem dare possunt, quibus lege, uel constitutione, uel Senatusconsulto conceditur. Lege sicut proconsul. Is quoq; cui mandata est iurisdictio, iudicem dare potest: ut sunt legati proconsulum. Item hi quib. id cõcessum est, propter uim imperij: sicuti præfectus urbi, cæteriq; Romæ magistratus. *Species & exempla propositæ exceptionis sequuntur in exceptionibus infrà proximè subiectis.*

Secunda exceptio est: Nisi is cui iurisdictio mandata est, eamq; non suo iure, sed alieno beneficio habet, eam alij mandauerit. Hæc exceptio approbatur l. ult. in prin. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio, his uerbis: Mandatam sibi iurisdictionem mandare alteri neminem posse, manifestũ est. *Concordat l. 5. cum lege sequente. ff. de Iurisdictione, his uerbis*: More maiorum ita comparatum est, ut is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio habet: & quia nec principaliter ei iurisdictio data est, nec ipsa lex defert, sed confirmat mandatam iurisdictionẽ. *Concordat item l. 5. C. de iudicijs, his uerbis*: A iudice iudex delegatus iudicis dandi potestatẽ non habet, cum ipse munere fungatur iudiciario: nisi à principe iudex datus fuerit. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is qui iudicem dat à principe iudex datus sit, uel Iurisdictionem mandatam acceperit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Nisi a principe iudex datus fuerit. *Huius replicationis exẽpla sunt J. repl. 3 & 4. Secunda replicatio est: Nisi legatus sit proconsulis. Huic enim quamuis à proconsule iurisdictio mandata sit, tamẽ iudicis dandi ius est. quæ replicatio approbatur l. 12. §. 1. ff. ubi quis agere, &c. cuius uerba uide ĩ. except. prox. concordat l. 12. ff. de officio proconsulis uel legati, his uerbis*: Legatus mandata sibi iurisdictione, iudicis dandi ius habet. *Tertia replicatio est: Nisi prætor iurisdictionem mandauerit. Hæc replicatio approbatur l. 16. ff. de iurisdictione, his uerbis*: Solet prætor iurisdictionem mandare: & aut omnem mandat, aut speciem unam. *Concordat l. 17. ff. eod. tt. his uerbis*: Prætor sicut uniuersam iurisdictionem mandare alij potest, ita & in personas certas, uel de una specie potest: maximè cum iustam causam susceptæ ante magistratũ aduocationis alterius partis habuerit. *Quarta replicatio est: Nisi Præses alicui iurisdictionem mandauerit. Hæc replicatio approbatur sub conditione l. 2. C. de pedaneis iudicibus, his uerbis*: Placet nobis præsides de his causis, in quibus quod ipsi non possent cognoscere, antehac pedaneos iudices dabant notionis suæ examen adhibere: ita tamen, ut si uel propter occupationes publicas, uel propter causarum multitudinẽ huiusmodi omnia negocia nõ potuerint cognoscere, dãdi iudices habeant potestatẽ. Quod nõ ita cõuenit accipi, ut etiã in his causis, in quib. solebãt ex officio suo cognoscere, dandi iudicis licentia permissa credatur. Quod usq; adeò in præsidũ cognitione retinendũ est, ut eorũ iudicia nõ deminuta uideãtur: dũ tamẽ de ingenuitate, super qua poterant, & ante cognoscere, & de libertinitate præsides ipsi dijudicent. *Concordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis*: Quædã sunt negocia, in quib. superfluũ est moderatorẽ expectare prouinciæ: ideoq; pedaneos iudices, qui negocia humiliora disceptẽt, cõstituendi damus Præsidib. potestatẽ. *Planè propositæ replicationis duplicatio hæc esse uidetur: Nisi princeps rescripserit ita*: Eum qui prouinciæ præest, adire potest: *Per hæc enim uerba præsidi suscipiendæ cognitionis necessitas uidetur imposita. Verùm duplicatio hæc reprobatur l. 8. ff. de officio præsidis, hisce uerbis*: Sæpè audiui Cæsarem nostrum, &c. *Concordat l. 9. ff. eod. tt. his uerbis*: Generaliter quoties princeps, &c. *Quinta replicatio est: Nisi alicui propter uim imperij lege, uel Senatusconsulto, uel constitutione concessum sit mandare iurisdictionem: ut est proconsul, præfectus urbi, cæteriq; Romæ magistratus. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. 1. ff. ubi quis agere uel conueniri. cuius uerba uide ş. except. 1. Sexta replicatio est: Nisi uel causa uilis sit, uel longinquitas loci sit impedimento. tunc enim alteri causa potest delegari. quæ replicatio approbatur l. 26. C. de appellationib. his uerbis*: Cũ post sententiã discussoris, uel rationalis fuerit prouocatũ, ad sinceritatem tuam negocium transferatur: ut si mediocritas negocij, aut longinquitas regionis, &c.

Tertia exceptio est: Nisi procurator Cæsaris iudicẽ dederit. Hæc exceptio approbatur l. 23. §. 1. ff. de appellationibus. & l. 1. C. de pedaneis iudicibus. de quibus dicetur J. Lib. 8. cap. 3. except. 1.

Quarta exceptio est: Nisi is qui iurisdictionẽ mandat, magistratus nõ sit. Hæc except. approbatur l. 23. ff. de

de iurisdictione, his uerbis: Eum qui iudicare iubet, magistratum esse oportet.

Quinta exceptio est: Nisi eo die iudicare iussit, quo is qui iussit, priuatus futurus est. Hæc exceptio approbatur d.l.13. his uerbis: Magistratus aũt, uel qui in potestate aliqua sunt: utputa proconsul, uel prætor, uel alij qui prouincias regũt, iudicare iubere, eo die quo priuati futuri sunt, non possunt.

Sexta exceptio est: Nisi ei mandata sit iurisdictio, qui iudex esse non potest. De hac exceptione cum suis speciebus uide J.Lib.5.cap.2.

Septima exceptio est: Nisi ei delegetur causa, qui eã ad delegantem remiserat. Hæc exceptio uidetur reprobari l.22.ff.de appellationib. his uerbis: Ad principẽ remissa cognitio ab eo circumduci potest, qui remisit. *Concordat l.26.ff.eod.tt. his uerbis:* Ad Imperatórem causam remissam partibus consentientibus, Præses (si ad eius notionem pertinet) audire potest.

Octaua exceptio est: Nisi ea causa sit delegata, quæ ad iurisdictionẽ delegantis nõ pertinet. Hæc exceptio approbatur l.unica. C. qui pro sua iurisdict. iudices dare possunt, his uerbis: In causarũ delegationib. illud consultissimè præcipimus obseruari, ut ita ualeant, si ad iurisdictionẽ pertineant delegantis. Quòd si quis alienæ iurisdictionis causam crediderit delegandã, nec pręcepto cognitorẽ datum patientiã accõmodare censemus: & si contra leges obtemperauerit deleganti, omnia quæ ab ea delegatione gerũtur, ita pro infectis haberi pręcipimus, ac si ipsi qui delegauerunt, alienæ iurisdictionis iudices resedissent, ut ne appellandi quidẽ necessitas uictis aduersus eas sententias imponatur. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi quis causam sibi ab Imperatore delegatã alteri delegauerit. tunc enim quãuis ad iurisdictionẽ delegantis nõ pertineat, uidetur tamen quod delegatio ualeat. Hæc replicatio (quamuis glossa contradicat) uidetur approbari d.l.unica. §. fin. his uerbis:* Hæc teneant, nisi iudices à nobis specialiter delegantib. dati alijs causas delegauerint iudicãdas. nam his delegantib. nullo personarũ causarũue habito tractatu appellationũ, ad eos iudicia remeabunt.

Nona exceptio est: Nisi causæ criminales & aliæ, quæ sunt imperij magis quàm iurisdictionis, mandentur. Hæc exceptio approbatur l.1. in prin. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio, his uerbis: Quæcunque specialiter lege, uel senatusconsulto, uel cõstitutione principũ tribuuntur, mãdata iurisdictione nõ transferuntur: quę uerò iure magistratus cõpetũt, mãdari possunt. Et ideo uidentur errare magistratus, qui cũ publici iudicij habeant exercitionem lege uel senatusconsulto delatam: ueluti lege Iulia de Adulterijs, & si quæ sunt alię similes, iurisdictionem suam mandant. Huius rei fortissimum argumentum est, quòd lege Iulia de Vi, nominatim cauetur, ut is cui obtigit exercitio, possit eã si proficiscatur, mandare. Non aliter itaq; mãdare poterit, quàm si abesse cœperit. cũ aliàs iurisdictio etiã à præsente mandetur. Etsi à familia dominus occisus esse dicetur, cognitionẽ Prętor, quam ex Senatusconsulto habet, mandare non poterit. *Concordat l.2.§. quod non ita conuenit. C. de pedaneis iudicib. cuius uerba uide paulo superius except.2. repl.4.*

Decima exceptio est: Nisi suspecti tutoris accusatio delegetur. Hæc exceptio reprobatur l.4. in prin. ff. de officio eius cui mandata est iurisdict. cuius uerba proponentur J.eod.cap.in fine.

Vndecima exceptio est: Nisi ei causa delegata sit, quem altera pars nominatim petijt. Hæc exceptio approbatur simul et distinguitur l.47.ff.de iudicijs, hisce uerbis: Obseruandum est, ne is iudex detur, quem altera pars nominatim petit. id enim iniqui exempli esse, diuus Hadrianus rescripsit: Nisi hoc specialiter à principe ad uerecundiam petiti iudicis respiciente, permittatur.

Duodecima exceptio est: Nisi is qui iurisdictionem mandauit, re integra decesserit. Hæc exceptio approbatur l.6.ff.de iurisdictione, his uerbis: Si is qui mãdauit iurisdictionem, decesserit antequam res ab eo cui mandaea est iurisdictio, geri cœperit, solui mãdatum Labeo ait, sicut in reliquis causis.

Decimatertia exceptio: Nisi is qui delegauit, postea iudicare prohibuit. Hæc exceptio approbatur l.58.in prin.ff.de iudicijs. cuius uerba uide J.Lib.5.cap.1. quæstion.4. causa.4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cum pluribus causa delegata esset, is qui delegauit, unum ex ijs iudicare prohibuit, nõ omnes. tunc enim cæteris permissum uidetur. quæ replicatio approbatur l.12.in princip.ff.de iudicijs, hisce uerbis: Cum prætor unum ex pluribus iudicare uetat, cæteris id committere uidetur.

Decimaquarta exceptio: Nisi cum iudex ad tempus datus esset, tempus illud sit finitum. Hæc exceptio regulariter quidem ualet: uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi tempus consensu partium sit prorogatum. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.2.§.si & iudex.ff.de iudicijs, hisce uerbis: Si & iudex ad tẽpus datus, & oẽs litigatores cõsentiãt (nisi principali iussione specialiter progatio fuerit inhibita) possunt tẽpora, intra quæ iussus est litẽ dirimere, prorogari. *Secũda replicatio est: Nisi iudex datus medio tẽpore decesserit, aliusq; in locũ eius sit surrogatus. Hæc replicatio reprobatur l.32.ff.eod.tit. his uerbis:* Si iudex cui certa tempora præstituta erant, decesserit, & alius in loco eius datus fuerit, tantundem ex integro temporis in personam eius præstituta intelligemus: quamuis

uis magiſtratus nominatim hoc in ſequenti datione non expreſſerit: ita tamẽ, ut legitima tempora non excedant.

Decimaquinta exceptio eſt: Niſi ei qui delegauit, ſit ſucceſſum. Hæc exceptio reprobatur l.49.§.fin. ff.eod.tt.his uerbis: Iudices à præſide dati, ſolent etiam in tempus ſucceſſorum eius durare, & cogi pronunciare, easque ſententias ſeruari: in eundem ſenſum etiam Scæuola reſpondit.

Decimaſexta exceptio eſt: Niſi eadem cauſa antea alij fuerit delegata. Hæc exceptio uidetur approbari l.30.ff.de iudicijs, hiſce uerbis: Vbi cœptum eſt ſemel iudicium, ibi & finem accipere debet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi iudex prior delegatus propter occupationes ſuas, uel alias cauſas liti non poſsit præeſſe. Hæc replicatio approbatur l.18.in prin. ff. de iudicijs, hiſce uerbis*: Si longius ſpacium interceſſurum erit quo minus iudex datus operam poſsit dare, mutari eum iubet Prætor: hoc ſi fortè aliqua occupatio iudicem non patiatur, operam iudicio dare incidente infirmitate, uel neceſſaria profectione, uel rei ſuæ familiaris periculo. *Concordat l.4.C.de pedaneis iudicibus, hiſce uerbis*: Placuit quoties pedanei iudices dati poſt litem conteſtatam, uel ad aliud iudicium neceſſariò diriguntur, uel publicæ utilitatis ratione in alias prouincias proficiſcuntur, uel diem obierunt, atq; his rationibus negocijs cœptis, finis nõ potuit adhiberi, alium in locum eorum iudicẽ tribui, qui negocium examinet, ne huiuſmodi caſibus interuenientibus impedimẽtum aliquod in perſequendis litibus adferatur. *Secunda replicatio eſt: Niſi prior iudex mortuus ſit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Vel diem obierunt. *Tertia replicatio eſt: Niſi prior iudex furere cœperit. Hæc exceptio approbatur l.46.ff.de iudicijs. cuius uerba uide J.Lib.5.cap.2.quæſt.1.except. 4. Quarta replicatio eſt: Niſi prior iudex in eum caſum deuenerit, in quo ab initio iudex dari non potuit. Hæc replicatio approbatur exemplo l.17.ff.de iudicijs, his uerbis*: Iulianus ait: Si aliter ex litigatoribus iudicem ſolum hæredem, uel ex parte fecerit, alius iudex neceſſariò ſumendus eſt: quia iniquum eſt, aliquem ſuæ rei iudicem fieri.

Decimaſeptima exceptio eſt: Niſi is cui ius dandi iudicis eſt, ſeipſum iudicem dederit. Hæc exceptio approbatur l.ultim.ff.de officio prætoris, his uerbis: Prætor nec tutorem, nec ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt. *Concordat l. 5. ff. de officio præſidis, hiſce uerbis*: Præſes prouinciæ non magis tutorem, quàm ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt.

Hæc de ſecunda iuriſdictionis quæſtione, eiusq; exceptionibus ſint dicta, Plures huiuſmodi exceptiones uide J.Lib.5.cap.2.quæſt.1.

III. EFFECTVS ET IVra eius, cui mandata eſt Iuriſdictio.

Prima regula. Is cui mandata eſt iuriſdictio proprium nihil habet: ſed eius qui mandauit, iuriſdictione utitur. Quæ regula approbatur l.1.§. qui mandatam. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio, his uerbis: Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet: ſed eius qui mandauit, iuriſdictione utitur. *Concordat l.3.ff.eod.tt.his uerbis*: Etſi prętor ſit is qui alienam iuriſdictionem exequitur, non tamen pro ſuo imperio agit, ſed pro eo cuius mandatu ius dicit, quoties partibus eius fungitur. *Concordat item l.16.in finc. ff. de iuriſdictione, his uerbis*: Is cui mandata iuriſdictio eſt, fungitur uice eius qui mandauit, non ſua.

Secunda huius loci regula proponitur l.2. ff.de iuriſdictione, his uerbis: Cui iuriſdictio data eſt, ei quoque conceſſa eſſe uidentur, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit. *Concordat l.5.in finc.ff.de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. cuius uerba uide paulo inferius.*

Tertia regula. Mandata iuriſdictione imperium etiam quod iuriſdictioni cohæret, mandatum uidetur. quæ regula approbatur d.l.5. his uerbis: Mandatâ iuriſdictione priuato, etiam Imperiũ quod non eſt, merum uidetur mandari: quia iuriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt. *Concordat l.1.§.uerius eſt.ff.eod.tt. his uerbis*: Verius eſt more maiorum iuriſdictionem quidẽ transferri, ſed merũ imperiũ, quod lege datur, nõ poſſe trãſire. Quare nemo dicit, animaduerſionẽ legatũ proconſulis habere mãdata iuriſdictione. Paulus notat. Imò imperiũ, qđ iuriſdictioni cohęret, mãdata iuriſdictione trãſire uerius eſt. *Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi merum ſit imperium, quod lege datur. Hoc enim mandata iuriſdictione non trãſit. quæ exceptio uerbis iam propoſitis approbatur. Cui cõcord.d.l.1.in prin. cuius uerba uide* ꝟ. *quæſt. prox. except.9. Concord. item l.11.ff.de officio proconſ. hiſce uerbis*: Si quid erit, quod maiorem animaduerſionẽ exigat, remittere legatus ad procõſulẽ debet. neq; enim animaduertẽdi, coercendi, uel atrociter uerberãdi ius habet.

Quarta regula. Is cui mandata eſt iuriſdictio, cõſiliũ exercere nõ poteſt, nec alienationib. rerũ minorũ decretũ interponere. quæ regula approbatur l. 2. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. his uerbis: Mandata iuriſdictione à præſide, nõ poteſt conſiliũ exercere is, cui mãdatur. Et ſi tutores uel curatores uelint prædia uendere, cauſa cognita id Prætor uel Præſes permittet. Quòd ſi mandauerit iuriſdictionem, nequaquam poterit mandata iuriſdictione eam quęſtionem transferre. *Contradicit l.2.ibi, decretum etiam. C.de officio eius qui uicem alicuius obtinet. cuius uerba uide J.proximè.*

Quinta

Quinta regula. De *tutoribus dandis, emancipationibus celebrandis & alijs, proponitur d.l.1. his uerbis:* Suggerente magnificentia uestra docta imperialis æternitas debere eos, qui præceptione principali, seu uestræ sedis amplissimæ tueri locum rectorum prouinciarum, noscuntur, authoritatem habere tutores, seu curatores petentibus dare: decretum etiam interponere ad alienãdos minorum, similiumq; eis personarum, seu curialium facultates, & emancipationes quoque legibus celebrare, & omnia quæ ad iurisdictionem Rectoris prouinciæ pertinent, actitare: præcipere dignata est, pro dispositione uestræ celsitudinis præfatos huiusmodi sollicitudines peragendi, habere licentiam.

Sexta regula. De *publicis causis cognoscendis, proponitur l.1.C.d.tt. his uerbis:* In causa quæ spectat ad utilitatem reipublicæ, eum qui uice præsidis prouinciæ administrat, potuisse cognoscere, in dubium non uenit. Sanè si in aliquo captum est ius Reipub. iuxta scita diuorum principum, defensores reipublicæ (si modò adesse fiduciam negocio putant) restitutionis auxilium possunt flagitare.

Septima regula. De suspecti tutoris postulatione cognoscenda, & in possessionem mittendo, proponitur l.4.ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio, his uerbis: Cognitio de suspectis tutoribus mandari potest: imò etiam mandata generali iurisdictione propter utilitatem pupillorũ eam contineri constitutum est, in hæc uerba: Impp. Seuerus & Antoninus Braduæ proconsuli Africæ: Cum propriam iurisdictionem legatis tuis dederis, consequens est, ut etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere, ut ab ijs bonorũ possessio detur: uel si cui damni infecti non caueatur, ut is possidere iubeatur: aut uentris nomine mulier, uel is cui legatum est, legatorum seruandorum causa in possessionem mittatur.

IIII. De *actione, quæ competit pro defendenda iurisdictione, Si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

1. *Causa huius actionis: Si quis ius dicenti non obtemperauerit, licet magistratui inobedientem punire, & sic iurisdictionem suam pœnali iudicio defendere. quæ causa approbatur l.1. in prin.ff. si quis ius dicenti, &c. his uerbis:* Omnibus magistratibus (nõ tamen duumuiris) secundum ius potestatis suæ concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio. *Declaratur hæc causa d.l.1.§.1. his uerbis:* Is uidetur ius dicenti non obtemperasse, qui quod extremum est in iurisdictione, non fecit: ueluti si quis rem mobilem uindicari à se passus non est, sed duci eam uel ferri passus est. Cæterùm si & sequentia recusauit, tunc non obtemperasse uidetur. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi duumuir sit, cui ius dicenti non obtemperatur. huic enim proposita actio non competit. quæ exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Non tamen duumuiris. *Secunda exceptio est: Nisi is qui non obtemperat, iurisdictioni ius dicentis non sit subiectus. Hæc exceptio approbatur l.53.§.fin.ff. de re iudicata: de qua exceptione cum alijs simillib. uide* J. Lib.6.cap.2.quæst.7.except.9.

2. *Aduersus quos datur actio? Prima regula, proponitur l.unica.§.si procurator.ff. si quis ius dicenti, his uerbis:* Si procurator tuus, uel tutor, uel curator ius dicenti non obtemperauerit, ipse punitur, nõ dominus uel pupillus. *Secunda regula proponitur d.l.unica.§. non solùm, his uerbis:* Non solùm reum, qui non obtemperauerit, hoc edicto teneri Labeo ait, uerùm etiam petitorem. *Tertia regula. In hæredem non obtemperantis non datur. quæ regula approbatur d.l.unica.§.fin. cuius uerba uide paulo inferius quæst.prox.*

3. *Quid ueniat in hanc actionem, definitur d.§.fin. his uerbis:* Hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concluditur: & cum meram pœnam cõtineat, neq; post annum, neq; in hæredem datur.

4. *Quamdiu competat. Annalis est actio, ut patet ex uerbis iam propositis hisce:* Neque post annum datur.

V. De *causæ cognitione, specie iurisdictionis. Species iurisdictionis & imperij est causæ cognitio, de quo uide 3.eod.cap.quæst.1. Eius autem proprium est. Quod per libellum expediri non possit, sed necesse sit magistratum ipsum de causa inquirere, & interrogare litigatorem: quæ regula approbatur l.9.§.1.ff. de officio proconsulis, hisce uerbis:* Vbicunque decretum necessarium est per libellum, id proconsul expedire non potest. Omnia enim quæcunq; causæ cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri.

DE DIGNITATE ET reliquo iure Magistratus.
Cap. V.

I. QVAE DIGNITAS CVIQVE competat, & qui quos præcedant loco ac dignitate?

PRima *regula. Vt ordo dignitatum seruetur, proponitur l.1.C. ut dignitatum ordo seruetur, his uerbis:* Si quis indebitum sibi locum usurpauerit, nulla se ignorantia defendat, sitq; planè sacrilegij reus, qui diuina præcepta neglexerit. *Concordat l.ult. in fine.C. de priuilegijs eorum, qui in sacro Palat. milit.*

Secunda regula proponitur l.2.C.eod.tt. his uerbis: Omnes priuilegia dignitatum hoc ordine seruanda cognoscant, ut primo loco habeantur hi, qui in actu positi, illustres peregerint

rint administrationes: secundò ueniant uacantes, qui præsentes in comitatu illustris insignia dignitatis cingulum meruerint: tertiũ uerò ordinem eorum prospicimus, quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis. Quartum honorariorum, qui præsentes à nostro numine sine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti sunt. Quintum eorum, quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sed administratores quidem, & comites rei priuatæ omnibus uacantibus honorarijs anteponi censemus. Vacantes autem post administratores uenientes non omnes omnibus iam honorarijs credimus præponendos: sed eos uacantes illis honorarijs, qui similem adepti sunt dignitatem, ut præfectus prætorio præponatur: non quæstorius præfectorio præponarur: parique modo quæstorius quæstorio, non uacans: Comes thesaurorum, uel comes rei priuatæ honorario quæstori uel magistro officiorum præferatur. Et inter administratores illos etiam numerari decernimus, quibus illustribus in sacro nostro consistorio cunctis aliquid ordinariæ dignitatis uel antè commisimus, uel postea committemus peragendum: uerbi gratia, si uacanti magistro militum belli cura committatur. Cur enim aut uir magnificus Germanus magister militum uacans appelletur, cui bellum contra hostes mandauimus? aut cur excellentissimus Propentadius non egisse dicatur præfecturam, cuius illustribus cunctis dispositionibus uice prætorianæ præfecturæ miles in expedirione copia & commeatu abundauit?

Tertia regula. De ijs qui sunt eiusdẽ dignitatis. Hoc *casu præferuntur administratores uacantibus, de quo ŝ. regula proxima: item præferuntur uiri fœminis, de quo uide J. reg 35. Sed & præferuntur ij qui prius ad eam dignitatem peruenerunt, ijs qui postea eam sunt adepti. quæ regula approbatur simul & distinguitur l. 1. C. de consulibus, & non spargendis, &c. hisce uerbis:* Antiquitus statutum est consularibus uiris cęteros quidem honoratos ipsius trabeę summitate, pares uerò infulis cõsideratione tantum temporis anteire. Quis enim in uno eodemq; genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruerat dignitatẽ: cum posterior etiamsi eiusdem honoris prętendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit. Hoc obseruando, etsi iterata uice fastigia consulatus aliquis ascenderit: repetiti etenim fasces uirtutes sæpè meriti comprobant, non augẽt: quia nihil est altius dignitate. Quod si quis prior cõsul posteriori cõsuli, eidemque patricio posthabitus patriciatum postea cõsequatur, uinci eum oportet, qui prior meruit patriciatum, postquam iste honore patriciæ dignitatis decoratus est. *Concordat l. 1. in fin. C. de præfectis prætorio lib. 12. cuius uerba uide J. reg. prox. item concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Quisquis magisterium equitum peditumq; susceperit & gesserit ante capram à quoquã præfecturã, is cũ priuatus erit, & honorẽ deposuerit, ex præfectis qui prouecti fuerint præferatur. Sit igitur sedes prior ante prouectis, locus cõspectior, decernẽdi loquendiq; facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus uetustior. *Concordat item l. 1. in fine. C. de præpositis sacri cubiculi. cuius uerba uide J reg. 5. item concordat l. 2. §. illud præcipuè. C. de primicerio & secundicerio. cuius uerba uide ŝ. lib. eod. cap. 1. quæst. 1. reg. 19. item concordat l. 4. C. de priuileg. eorum qui in sacro palat. milit. cuius uerba uide J. reg. 25. Propositæ regulæ exceptio prima esse uidetur: Nisi is qui posterior dignitatem adeptus est, sæpius consulatum, præturam, &c. gesserit quàm prior. Hæc exceptio reprobatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Hoc obseruando, etsi iterata uice fastigia consulatus aliquis ascenderit: repetiti etenim fasces uirtutes sæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil est altius dignitate. *Secunda exceptio est: Nisi posterior tempore patriciatum prior fuerit consecutus. Hæc exceptio approbatur ibidem, hisce nimirum uerbis:* Quòd si quis prior consul posteriori consuli, eidẽque patricio posthabitus patriciatum postea cõsequatur, uinci eum oportet, qui prior meruit patriciatum, postquam iste honore patricię dignitatis decoratus est. *Similis exceptio proponitur l. 4. §. sed in salutationib. C. de princip. agentium in reb. cuius uerba uide J reg. 22*

Tertia exceptio proponitur l. 2. §. fin. C. de primicerio. cuius uerba uide J. reg. 7.

Quarta regula. De præfecto urbi, de præfecto prætorio & magistro militum, proponitur l. 1. C. de præfectis prætorio, his uerbis: Præfectum urbi, & præfectum præterio, & magistros equitum ac peditum indiscretæ ducimus dignitatis: usque adeò uidelicet, ut cum ad priuatam secesserint uitam, eum loco uelimus esse potiorem, qui alios promotionis tempore & codicillorum adeptione præcesserit. *Sed & de præfecto urbi regula, proponitur l. 3. C. de officio præfecti urbi, his uerbis:* Præfectura urbis cunctis quæ intra urbem sunt, antecellat dignitatibus & potestatibus: tantum, ex omni parte deriuatis, quantum sine iniuria atq; detrimento alieni honoris usurpat. *Alia de præfecto prætoriorum regula proponitur* Nouell. *c. 126. in prin cuius uerba uide J. Lib. 7. cap. ult. reg. 8.*

Quinta reg. De præpositis sacri cubiculi, proponitur l. 1. C. de præpositis sacri cubiculi, his uerbis: Sacri cubiculi præpositi ea dignitate fungan-

tur, qua ſunt præditi qui eminentiſsimam prætorianam uel urbanam meruerint præfectutam, aut certè militarem magiſteriam poteſtatem: ita ut ſit inter eos poſt depoſitas adminiſtrationes nulla diſcretio ſiue noſtræ ſerenitatis adoraturi admittantur imperium, ſiue pto ſuo aibitrio ſolennes feſtiuitates & cœtus uel ſalutationes, uel quęlibet alia officia frequentent: ut in ſedibus & in conſeſſu eis ordo ſerucrur, quem ordo prouectionis oſtenderit, ſub habitu uidelicet ipſis conſueto: cum manifeſtè decretum ſit eum eſſe potiorem qui præceſſerit, uel illum ſubſequi, quem recentius probauerit examen. *De iiſdem proponitur l. ult. C. de præpoſitis ſacri cubiculi, his uerbis*: Iubemus duobus uiris illuſtribus præpoſitis utriuſq; ſacri cubiculi tam noſtræ pietatis, quàm ſereniſsimæ noſtræ coniugis, qui poſt finitam militiam ſenatorio fuerint conſortio ſociati: licere quoties ad adſpiciendos agros ſuos, uel ob aliam cauſam proficiſci uo luerint, cingulo uti: cum hoc ad implendũ eorum deſiderium, & ad nullius læſionem reſpicere uideatur:

Sexta regula. De quæſtoribus, magiſtris officiorũ, & comitibus ſacrarum largitionum & rei priuatæ, proponitur l. unica. C. de quæſtoribus, lib. 12. his uerbis: Qui ex quęſturę honore, aut officiali magiſterio, aut comitiua utriuſque ærarij noſtri attonito ſplendore uiguerunt, acclamatione excipiantur ſolita, nec prætereantur ut incogniti. *Alia de quæſtore ſacri palatij, regula proponitur Nouell. c. 126. in prin. cuius uerba uide J. Lib. 7. cap. ult. reg. 8.*

Septima regula. De primicerio proponitur l. 2. §. fin. C. de primicerio & ſecundicerio, his uerbis: Primicerius poſt depoſitam publicam numerorum ſollicitudinem, ac ſi ipſam geſsiſſent adminiſtrationem, cuius conſequitur dignitatem, magiſtri officiorum pro antiqua conſuetudine inſulas ſortiatur: omnibus uacantibus, quamuis tempore præcedentibus præponendis.

Octaua regula. De comitibus conſiſtorianis, proponitur l. 1. C. de comitib. conſiſtor. his uerbis: Eos qui tranquillitatis noſtrę conſiſtorij dici comites meruerunt, ſpectabilibus & proconſulibus æquari generaliter decernimus.

Nona regula. De præpoſitis & tribunis ſcholarum, proponitur l. unica. C. de præpoſitis & tribun. ſchol. his uerbis: Prępoſitos ac tribunos ſcholarum, qui inquietudinis epulis adhibentur, & adorandi principis facultatem antiquitùs meruerunt (inter quos comites etiam ſacri ſtabuli & cura palatij numerantur) ſi primi ordinis comitiuam cum prępoſitura meruerunt, & caſu ad altiora nõ peruenerint: depoſito ſacramento inter eos qui comites Aegypti uel Põticę diœceſcos fuerint, quorum par dignitas eſt, haberi præcipimus: alios qui honore comitiuæ regimen fuerint nacti, abſolutos militia, inter eos qui duces fuerint prouinciarum numerari iubemus.

Decima regula. De comitibus rei militaris, proponitur l. 1. C. de comitib. rei militaris, hiſce uerbis: Qui contemplatione meritorum ducto inter prouincias trãſmarinas ſtrenuiſsimo milite, primi ordinis comitiuam fuerint cõſecuti, ea reuerentia altiſsimarum dignitatum uiri ſubiugantur, ut his locum præſtent, qui proconſulatus inſignibus adornantur. *De iiſdem regula proponitur l. 2. C. eod. tit. his uerbis*: Eos qui ſub comitiua primi ordinis dignitate, peculiariter ad quamlibet prouinciam uel prouincias defendendas milite credito authoritate noſtri numinis deſtinantur, & eos qui uicem illuſtrium uirorum magiſtrorum militum ſuſceperint peragendam, ducibus qui præter Aegyptum & Ponticam in alijs prouincijs adminiſtrauerint, adæquamus. *Alia de iiſdem & magiſtris militum, nec non de tribunis & ducibus regula proponitur l. unica. C. ne rei militaris comitib. &c. cuius uerba uide J. reg. 18.*

Vndecima regula. De comitibus & archiatris ſacri palatij, proponitur l. unica. C. de comit. & archiatris ſacri pal. his uerbis: Archiatros intra palatium militantes, ſi comitiuæ primi ordinis nobilitauerint gradus, inter uicarios taxari præcipimus, ſiue iampridem depoſuerũt militiam, ſiue poſtea depoſuerint: ita ut inter uicarios & duces qui adminiſtrauerint, & eos qui comitiuam primi ordinis meruerint, nihil interſit, niſi tempus quo quis adminiſtrauerit, uel comitiuæ adeptus eſt inſignia.

Duodecima regula. De comitibus qui prouincias regunt, proponitur l. unica. C. de comit. qui prouin. reg. his uerbis: Eos qui adminiſtratione ciuili ac prouinciæ gubernaculis ſub iuriſdictionis licentia, comites quoq; primi ordinis eſſe meruerint, uicariæ dignitatis poſt depoſitam adminiſtrationem priuilegijs frui oportet.

Decimatertia regula. De uiris honoratis ſeu doctoribus, proponitur l. ult. C. de officio diuerſ. iud. his uerbis: Sciant principes & cornicularij & primates officiorum, iudices etiam ternas libras auri à ſuis facultatibus eruendas, ſi honoratis uiris (quibus etiam conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas præbetur) ſecretarij iudicum non patuerint ingreſſus, aut reuerentia, &c.

Decimaquarta regula. De profeſſorib. artium & legum, proponitur l. unica. C. de profeſſorib. qui in urbe, his uerbis: Grammaticos tam græcos quàm

latinos

latinos, sophistas & iurisperitos in hac regia urbe professionem suam exercentes, & inter statutos connumeratos, si laudabilem in se probis moribus uitam esse monstrauerint, si docendi peritiam, facundiamq; dicendi, interpretandiq; subtilitatem, si copiam differendi se habere patefecerint, & coetu amplissimo iudicante digni fuerint aestimati, cũ ad uiginti annos obseruatione iugi ac sedulò docendi labore peruenerint: placuit honorari, & his qui sunt ex uicaria dignitate connumerari.

Decimaquinta regula. De decurionibus, proponitur l.1.C. de silentiarijs & decurionib. his uerbis: Decuriones nostri palatij post emensum fidelitet obsequium, postq; deposita sacramẽta militiae electionẽ habeãt, siue ex magistro officiorum uelut agentes dignitatẽ cõsequi à nostra maiestate maluerint, siue inter uiros illustres comites, domesticorum uidelicet inter agẽtes taxari: ut tã in adoranda nostra serenitate, quam in salutandis administratoribus & reliquis praedicti honoris priuilegijs, nec non in nostro consistorio his honor omnifariam obseruetur.

Decimasexta regula. De silentiarijs. Hi honore curiae praediti sunt. *quae regula approbatur l.3.§. fin. C. eod. tt. cuius uerba proponentur alibi.*

Decimaseptima regula. De domesticis & protectorib. proponitur l.1. C de domesticis & protect. his uerbis: Domestici ac protectores, &c. *Alia regula de primicerio domesticorum & protectorũ l.2. C. eod. tt. bisce uerbis:* Primicerius quidem domesticorum & protectorum utriusq; scholae, post adeptum tribunatum inter eos spectabili dignitate perfruatur, qui ducatum gerere meruerint: alij uerò qui decursis stipendijs ab eodem decimò usq; numero subsequuntur, consulari, id est clarissimatus dignitatę perfruantur, cũ ipsa loci decem primorum accessione.

Decimaoctaua regula. De praepositis laborũ seu libellorũ proponitur l. unica. C. de praepositis laborũ, his uerbis: Qui praepositi laborũ nostro iudicio promouẽrur, clarissimi sint inter electos, ita ut ex cõsularibus habeãtur. nã & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.

Decimanona regula. De proximis sacrorũ scriniorũ proponitur l.1. C. de proximis sacror. scrin. his uerbis: Proximos memorię, epistolarũ ac libellorũ atq; dispositionum itã uicariorũ honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeãtur, qui praefectis dioeceses sibi creditas temperarũt, ex eo tempore ex quo eos splẽdor indepti proximatus ostẽdat, insequẽtibus pręponẽdi, qui uicarias postea administrauerint, & nullam iniuriã descriptionis perhorrescãt. *De ijsdẽ regula proponitur l.8. C. eo. tt. his uerbis:* Proximos sacrorũ scriniorũ, &c.

Vicesima regula. De ijs qui in sacris scrinijs militant, proponitur l. 2. C. d. tt. his uerbis: In sacris scrinijs nostris militãtes in prouincijs ad salutationẽ ordinarij uel spectabilis iudicis nõ arceantur, & inuiti in cõsessum accipiãtur: scituris uel principe uel corniculario uel capitibus officij ternas libras auri ex suis facultatibus eruendas, si consistoriũ nostrũ sępe ingrediẽtibus secretarij iudicũ nõ patuerit ingressus, aut reuerẽtia nõ fuerit in salutatione delata, aut sedẽdi cum iudice societas denegata.

Alia de ijsdem regula proponitur l 3. C. eod. tt. his uerbis: In scrinijs palatij militantes, id est memoriae, epistolarũ, libellorũq; ac dispositionũ post uiginti annos transactę militię, si discedẽdũ sibi esse decreuerint, cõsulari honore fulti inter electos habeãtur, hũcq; honorẽ dignitatis teneãt, qui ex cõsularibus deferri consueuerit: nec eos quisquã iniungẽdo aliquid uel iubendo possit ab impertito ocio separare.

Alia de ijsdem regula proponitur l. 5. C. eod. tt. his uerbis: Peculiari praeceptionis nostrae fauore pręstamus, ut in scrinijs memoriae, epistolarũ, libellorũq; ab exceptoribus usque ad melloproximos dignitatẽ clarissimorũ, honorẽq; percipiãt: & sicut reliqui qui in ijsdẽ scrinijs militãt, liberũ cũ ordinarijs iudicibus ingressum secretarij, cõsessumq; habere legibus meruerũt, hi quoq; in quos hãc stipendiorũ meritis clarissimarus conferimus dignitatẽ, cũ spectabilibus etiã habere sese reuerentiam recognoscant, ut consedendi ingrediẽdiue secretarium sciãt, à nobis licentiam contributam

Vicesimaprima regula. De principibus agẽtium in rebus, proponitur l. 3. C. de princip. agent. in rebus, bisce uerbis: Proconsularis apicis dignitatis adiectione, principes agẽtium in rebus praecipimus decorari.

Sed & de ijsdem regula proponitur l. 5. C. eod. tt. his uerbis: Eos qui ordine transcursa militia post ducennam ad desideratum principis peruenerint gradũ, aut adiutores uiri illustris magistri officiorũ extiterint: cũ inter honoratos coeperint numerari, uicarianę dignitatis titulis decorari censemus. *De ijsdẽ proponitur regula l. 6. C. eod. tt. his uerbis:* Principes agentium in rebus, &c.

Vicesima secunda regula. De agẽtibus in rebus. proponitur l. 4. §. 1. C. d. tt. his uerbis: Si quis agens in rebus post uiginti quinq; annorũ curricula ob aduersam corporis ualetudinẽ militię finẽ minimẽ ualuerit expectare, sed ad honorariã ex principe dignitatẽ testimonio scholae prosilierit: ijsdẽ eũ priuilegijs muniri censemus, quibus hi qui ad principarus

actum progressi sint, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibusq; priores eos qui perlōgę militiæ metas ad principatus actum peruenerint, etsi actus tempore posteriores sint, esse præcipimus, nihil censualibus uel apparitoribus aduersus priuilegia eorū excogitantibus, tanquam in actu principatus fuerint uersati, uicenarū libra rū auri cō dēnatione cōtra eos proposita.

Vicesimatertia regula. De primicerio sacrarū largitionum, & primicerio scriniorū, proponitur l. 13. C. de palatinis sacrarū largition. his uerbis: Inter alias prærogatiuas, quas antè meruerant scholæ societatis, sacrarum largitionum primicerius, & tres primicerij scriniorum tribuni militaris prætoriani dignitate fruantur: nullâ eis ex cuiuslibet iudicis præceptione iniungenda publica uel priuata necessitate.

Vicesimaquarta regula. De palatinis rei priuatæ, proponitur l. 14. C. d. tt. his uerbis: Iubemus uiros deuotos palatinos rei nostri numinis priuatæ ijsdem priuilegijs decorari, quibusq etiā palatini qui in sacris largitionibus deferuntur: cum enim par similisq; militia sit, iustū & competens uidetur ijsdem utrunque officium priuilegijs gloriari, Primicerios, itaque officij, tresque primates scriniorum rerum priuatarum finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos, saluis ijsdem præstitis priuilegijs sacris constitutionibus, nostram clementiam adorare decernimus. ita tamen ut nullam iniunctionem, nullam sollicitudinem priuati uel publici negocij cuilibet iudicario præcepto sustinere possint: sed excepti omni necessitate, omnique fatigatione adeptæ dignitatis honore potiantur.

Vicesimaquinta regula. De ijs qui in palatio militant, proponitur l. ult. C. de priuilegijs eorum qui in sacro palat. milit. his uerbis: Omnes qui in palatio militando diuersis actibus paruerint, uolumus in tantum eius dignitatis, cuius meruerint missionem, obtinere insignia, ut his omnibus præferantur in ordine atque consessu, qui posteriore tempore regendas prouincias dignitatesque susceperint Palatinas. Si quis autem temeraria usurpatione statuta uiolare tentauerit, sacrilegij pœnam sustineat.

Vicesimasexta regula. De ijs qui in scholis militant, proponitur l. 2. C. de priuilegijs scholarum, cuius uerba uide 3. Lib. 5. cap. 2. quæst. 1. excep. 34.

Vicesima septima regula. De equitibus Romanis proponitur l. unica. C. de equestri dignitate, his uerbis: Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatē obtinere iubemus.

Vicesimaoctaua regula. De numerarijs proponitur l. 3. C. de numerarijs actuarijs, hisce uerbis: Numerarios amplissimæ tuæ sedis singulū habere, & militiæ ordinem tenere iubemus.

Vicesimanona regula. De numerarijs magistrorū militum, proponitur l. 4. C. de apparitorib. magistrorum militum, his uerbis: Numerarios uirorum illustrium, magistrorum militum tam præsentalium quàm orientalium, qui ordine & stipēdijs militiæ fuerint decorati, exeuntes tribunis prætorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes, sociari præcipimus: ita uidelicet, ut post completam militiam ab omnibus indictionibus tā militarium quàm ciuilium iudicum semper habeantur immunes: principatus uerò munere functos, tribunis uigilum militaribus aggregari uolumus.

Tricesima regula. De præfecturæ cornicularijs, proponitur l. 1. C. de apparitorib. præfectorum prætorio. cuius uerba uide 3. Lib. 11. cap. 4. reg 26.

Tricesimaprima regula. De apparitoribus præfecti urbi, proponitur l. 1. C. de apparitorib. præfecti urbi, his uerbis: Præter eos, &c.

Tricesima secunda regula. De primicerio fabricæ, proponitur l. 2. C. de fabricensib. his uerbis: Primicerium fabricæ post biennium, &c.

Tricesimatertia regula. De liberis Senatorum & aliorum qui in dignitate consistunt. Hi quoque dignitate præditi sunt, & alijs præferūtur. quæ regula approbatur l. 1. C. de dignitatibus, his uerbis: Si (ut proponitis) & auum consularem & patrem prætorium uirum habuistis, & non priuatæ conditionis hominibus, sed clarissimis nupsistis, claritatem generis retinetis. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi filia ex clarissimo parente nata, alij inferioris dignitatis nupserit: tunc enim amittit dignitatem parentis, & assumit conditionem mariti. quæ exceptio elici potest ex uerbis tam propositis hisce*: Et non priuatæ conditionis hominibus, sed clarissimis nupsistis. *Concordat l. 8. ff. de Senatoribus, hisce uerbis*: Clarissimarum fœminarum nomine senatorum filię, nisi quæ uiros clarissimos sortitæ sunt, non habentur. Fœminis etenim dignitatem clarissimam mariti tribuunt: parentes uerò donec plebeis nuptijs fuerint copulatæ. Tamdiu igitur clarissima fœmina erit, quamdiu senatori nupta est, uel clarissimo: aut separata ab eo, alij inferioris dignitatis nō nupsit. *cōcordat item l. 3. C. de murilegulis, hisce uerbis*: Ingenuæ mulieres, quæ se gynaeciarijs sociauerunt si cōuentę denunciat, &c. *cōcordat item l. 7. C. eod. tt. cuius uerba uide 3. Lib. 11. cap. 1. pers. 8. reg. 2. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi parens dignitatē amiserit. Hæc exceptio reprobatur l. 9. ff. eod. tt. his uerbis*: Filiam senatoris nuptias liberti secutam, patris casus non facit uxorē: nā quæsita dignitas liberia propter casum patris remoti, à senatu auferēda nō est. *Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi adoptiui sint liberi. Et hæc exceptio reprobatur l. 5. ff. de Senatoribus, his uerbis*: Senatoris filium accipere debemus, non tantum eum, qui naturalis est,

est, uerum adoptiuum quoque: neque intererit à quo uel qualiter adoptatus fuerit: nec interest iam in senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante senatoriã dignitatẽ. *Cõcordat l.6.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* senatoris filius est, & is quem in adoptionem accipit, quam diu tamen in familia eius manet: emancipatus enim, nomen filij emancipatione amittit. *item concordat l.10. ibi, siue naturales. ff.eod.tt. Quarta exceptio est: Nisi alij inferioris dignitatis in adoptionẽ sint dati. Et hæc exceptio reprobatur. d.l.6.his uerbis:* A' senatore in adoptionem filius datus, ei qui inferioris dignitatis est, quasi senatoris filius uidetur: quia non amittitur senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis, non magis quàm ut consularis esse desinat. *Quinta exceptio est: Nisi sint emancipati. Et hæc exceptio reprobatur l.7. in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Emancipatũ à patre senatore, quasi senatoris filium haberi placet. *Planè admittitur hæc exceptio in adoptiuo emancipato. quæ distinctio approbatur l.6.in prin. ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄. except.3. Sexta exceptio est: Nisi post mortem patris sint nati. Hæc exceptio reprobatur d.l.7.§.1.his uerbis:* Labeo scribit, etiam eum qui post mortem patris senatoris natus sit, quasi senatoris filium esse. *Septima exceptio est: Nisi antequam pater eam dignitatẽ sit adeptus, sint nati. Et hæc exceptio reprobatur l.5.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. except. 3. concordat l.11.C.dignitatib.his uerbis:* Si senator uel alius clarissimus priuatos habeat filios, quippe editos antequã susciperet dignitatẽ (quod nõ solum circa masculos dignoscitur constitutum, uerumetiã circa filias) simili conditione seruandum. Cum autem paternos honores inuidere filijs nõ oporteat, à senatore uel solo clarissimo susceptum, in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. *Octaua exceptio est: Nisi postquam pater dignitatem amisit, nati sint. Hæc exceptio approbatur l.7.§.Sed eũ qui.ff.de senatoribus, his uerbis:* Sed eũ qui posteaquam pater eius de senatu motus est, cõcipitur & nascitur, Proculus & Pegasus opinantur non esse quasi senatoris filium: quorum sententia uera est. nec enim propriè senatoris filius dicitur is, cuius pater senatu motus est, antequam ipse nasceretur. *Huius exceptionis prima replicatio hæc est: Nisi ante amissam patris dignitatem fuerint concepti. Hæc replicatio approbatur d.l.7.§.Sed si quis, hisce uerbis:* Sed si quis conceptus quidẽ sit antequam pater eius senatu moueatur, natus autem post patris dignitatem amissam: magis est, ut quasi senatoris filius intelligatur, tẽpus enim conceptionis spectandum plerisque placuit. *Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi tam patrem quàm auum senatorem habeat, tunc enim quamuis pater ante conceptionem filij senatu motus sit, tamen nato prodest dignitas aui. quæ replicatio approbatur d.l.7.§.fin.his uerbis:* Si quis & patrẽ & auum habuerit senatorem, & quasi filius & quasi nepos senatoris intelligitur. Sed si pater amiserit dignitatem ante huius conceptionem: quæri poterit, an quamuis quasi senatoris filius non intelligatur, quasi nepos tamen intelligi debeat? & magis est ut debeat: ut aui potius ei dignitas prosit quàm obsit casus patris. *Nona exceptio est: Nisi non filius, sed nepos sit senatoris. Hæc exceptio reprobatur l.10.ff.de senatoribus, his uerbis:* Liberos senatorũ accipere debemus, nõ tãtũ senatorũ filios, uerũ etiã oẽs qui geniti ex ipsis, uel ex liberis eorũ dicãtur: siue naturales siue adoptiui sint liberi senatorũ, ex quibus nati dicuntur. *Planè admittitur exceptio proposita in nepotibus ex filia natis: quæ distinctio approbatur d.l.10. in fine, his uerbis:* Sed si ex filia senatoris natus sit, spectare debemus patris eius conditionem.

Tricesimaquarta regula. De uxore eius qui in dignitate positus est, proponitur l.8. in princip.ff. de Senatoribus, his uerbis: Fœminę nuptæ clarissimis personis clarissimarum fœminarum appellatione continentur. *Concordat l. ult.C.de incolis & ubi quis, &c. cuius uerba uide j. Lib.5. cap.2.quæst.1.except.16. Item cõcordat l.13. C. de dignitatib.his uerbis:* Mulieres honore maritorũ erigimus, & genere nobilitamus, & forũ ex eorũ persona statuimus, & domicilia mutamus. Si autẽ minoris ordinis uirũ postea sortitæ fuerint, priore dignitate priuatæ, posterioris mariti sequẽtur conditionẽ. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi postea alij nupserit minoris dignitatis: tunc enim prioris mariti dignitatẽ amittit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si autẽ minoris ordinis, &c. *Concordat l.8.in fine.ff.de senatoribus.cuius uerba uide s̄. reg.prox.except.1. Concordat item l.10.C.de nuptijs, hisce uerbis:* Cũ te non ex senatore patre procreatam, ob matrimonium cũ senatore cõtractum clarissimæ fœminę nomen adeptã dicas: claritas quæ beneficio mariti tibi parata est, secundi ordinis uirũ postea sortita es, redacta ad prioris dignitatis statũ deposita est. *Concordat itẽ Nouell.c.22.§.neq; item mulieribus, his uerbis:* Neque item mulieribus cõcedimus, ut cum ad secundas perueniunt nuptias, priorum etiam num maritorum dignitatibus & priuilegijs uti uelint: sed cuiuscunq; post priorem nuptias sequuntur, illius etiam exosculentur fortunam, neq; enim quę priorum oblita est, denuò ex prioribus beneficium est habitura. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi princeps permiserit mulieri prioris mariti dignitatem retinere. Hæc replicatio approbatur l.12. in prin.ff. de senatorib.his uerbis:* Nuptæ prius consulari uiro impetrare solẽt

à principe (quamuis perrarò) ut nuptæ iterum minoris dignitatis uiro, nihilominus in consulari maneant dignitate, ut scio Antoninum Augustum Iuliç Mammeæ consobrinæ suæ indulsisse.

Tricesimaquinta regula. De uiris & fœminis in dignitate positis, uiri fœminis præferuntur. quæ regula approbatur l.1.ff. de Senatorib. cuius uerba uide J.cap.8.reg.4. Hactenus quæstio proposita iuxta uarietatem personarum, quibus dignitas competit, est discussa. nunc pro uarietate dignitatis discutietur.

Tricesimasexta regula. De patriciatus dignitate quibus competat, proponitur ac definitur l. 3. in prin. C. de consulibus, his uerbis: Nemini ad sublimem patriciatus honorem, qui cæteris omnibus anteponitur, ascendere liceat, nisi prius aut consulatus honore potiatur, aut præfecturæ prætoriorum orientis uel Illyrici, uel urbis administratione, aut magistri militũ aut magistri officiorum in actu uidelicet positus egisse noscatur: ut huiusmodi tantum personis siue adhuc administrationem gerendo, seu postea liceat (quando hoc nostrę sederit maiestati) patriciam consequi dignitatem.

Tricesimseptima reg. De perfectissimatus dignitate, proponitur l. unica. C. de perfectiss. dignit. his uerbis: Codicillis perfectissimatus fruetur, qui impetrauerunt, si abhorreant à conditione seruili, uel fisco aut curię obnoxij non sint, uel si pistores non fuerint, uel non in aliquo negocio constiterint, nec sibi honorem uænali suffragio emerint, nec rem alicuius administrauerint.

Tricesimaoctaua regula. De militari ordine, proponitur l. 2. C. de apparitorib. magistr. militum, his uerbis: Quicunque in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sint militaris.

Tricesimanona regula. De lauacris præstãdis, proponitur l. unica. C. Ne rei militaris comitib. ac trib. lauacra præst. his uerbis: Omnem inquietudinem à curijs & ciuitatibus præcipimus prohiberi: nec ulla priuata ab his succendi balnea, ad tribunorum uel ducum aliorum uel militarium comitum usus, nec adærationem aliquã pro hac causa infligi. Illustribus enim tantum comitibus ac magistro militum (si tamẽ id uoluerint) hoc ministerium indulgemus: dupli pœna uiolatoribus huius sanctionis imminente. *Hactenus de prima quæstione dignitatis, quæ scilicet dignitas cuique cõpetat tam pro uarietate personarũ, quàm dignitatum sit dictum.*

Quadragesima regula. De uehiculis proponitur l. unica. C. de honorator. uehiculis, hisce uerbis: Omnes honorati, seu ciuilium uel militariũ uehiculis dignitatis suæ, id est carruchis intra urbẽ sacratissimi nominis semper utãtur.

Quadragesimaprima reg. De iure adorandi muricẽ Imperatoris, proponitur l.1.C. de appar. præfecti urbi. cuius uerba uide J. eod. Lib. cap. 19. membr. 6. reg. 1.

II. QVIBVS DIGNITAS competat.

Liberis quoque & uxoribus eorum qui in dignitate positi sunt, de dignitate parentum & maritorum participant: de qua re ui de paulo superius reg. 33. & reg. 34.

III. CAVSAE EX QVIBVS DIgnitas amittitur.

Prima regula. Si is qui in dignitate positus est, furtis sceleribusq; se maculauerit. quæ regula approbatur l.12.C. de dignitatibus his uerbis: Iudices qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillorum insignibus & honore exuti, inter pessimos quosque & plebeios habeãtur, nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos iudicauerunt.

Secunda reg. Si is qui in dignitate positus est, sit factus periurus. Hæc regula approbatur l.17. C. eod. tt. his uerbis: Quoties ex priuata cuiuslibet interpellatione ciuili uel criminali uiri illustres conueniendi sunt, nulla dandi fide iussionem concussione uexentur, sed per speciale priuilegium suæ commiti fidei consequantur, iuratoria ab his cautione tantummodo exponenda: quam si neglexerint, & contra incertum cautioni sacramentum ipsi uel eorum procuratores abfuerint, in pecuniarijs quidem causis super possessione rerum ad eos pertinentium iudex competens, quod etiam iuris authoritas & rei qualitas suggesserit, ordinabit: in criminalibus uerò negocijs dignitate quoque, qua se per suum uidelicet periuriũ indignos esse probauerint, spolientur: ut in eos, utpote illustri dignitate per suum facinus priuatos, inconsulta etiam nostra pietate iudicibus, legum seueritatem liceat exercere. Quibus illustrium dignitatem priuilegijs hoc etiam adijciendum esse censuimus, ut huiusmodi personę nullã ex cuiuslibet iudicis sine scriptis habita sententia cõuentionem, neque in ciuili neq; in criminali causa sustineant.

Tertia regula. Si sine commeatu uel ultra abfuerit. Hæc regula approbatur l.1.§. Hos autem. C. de primicerio & secundicerio, his uerbis: Hos autem tribunos notariorum, qui suis negocijs occupati minimè sacrum palatium curauerint frequentãdũ, nisi intra annale spaciũ reuertãtur (quãuis cõmeatus iura prætendunt) pro absentia quidem unius anni, unius gradus: si uerò duobus annis abfuerint, duorũ: si tribus, trium: si quatuor, similiter quatuor graduũ subire iacturã, his qui inferiores eis fuerint postponendi. Qui uerò per quinquenniũ integrũ se præsentare cessauerint, exem-

exemptos matricula tantum nomine tribunorum, nec uerò ordine perpotiri: his in hunc modum dispositis uacationem census, discussionis, peræquationis & cuiuslibet alterius rei habituros. *Concordat l. 3. C. de domesticis & protect. his uerbis*: Si quis domesticorũ nulla negocij publici abstrahente sollicitudine, nec ei per commeatum solenniter, ut abesset facultate concessa, per biennium obsequijs serenitatis nostræ defuerit, retrorsum in ordinem tractus inferiorem quinque sequentibus postponatur. Si uerò triennium eius absentia continuasse monstretur, usque ad decimum locum proculdubiò regredietur. Quòd si quadriennio tenuis abfuerit, nouissimus collocetur. Quinquennio autem similiter si fuerit deuagatus, ipso iam cingulo spoliandus est. Indignum quippe est, desides à proprijs tam diu munijs aberrantes, quos esse conuenit assiduos, numerari. *Concordat item l. 2. C. de commeatu, his uerbis*: Quicunq; de scrinijs, aut agẽtibus in rebus uel etiam ex officijs palatinis, his uidelicet qui sacrarum & priuatarum remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium spacium supra diem commeatus, aut iussionem euictionis abfuerit: is inferiorem locum quinque antè latis posterioribus deuoluatur. Is uerò qui anni uacationem arbitratu proprio iudiciarij pręcepti oblitus assumpserit, à decem post se militantibus transferatur. Ac deinde cum iam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus post feratur. Qui uerò nec post quadriennij quidem tẽpus, militantium non immeritò matriculis auferatur. *Concordat l. 3. C. eod. tt. his uerbis*: Si quis sine cõmeatu aliquo annũ in penatib. proprijs, uel in quibuslibet locis desidiosa quiete trãsegerit, decẽ sequentib. postponatur. In quo uerò biennalis culpa deprehenditur, uiginti sibi antepositos congemiscat. Tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit: ita ut quartus exempto matriculæ, nullam ueniam derelinquat.

Quarta regula. Si missionem ab officio impetrauit, uel ad maiorem dignitatẽ peruenerit, minoris dignitatis priuilegia non amittit. quæ regula approbatur l. 3. C. de dignitatibus, his uerbis: Maior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis, seu militiæ priuilegia præiudiciũ facere. *Concordat l. 1. C. de primicerio & secund. his uerbis*: Præcipua est nostræ pietatis intentio circa notariorũ nomen: atq; ideò si unquam huius ordinis uiri laborem quiete mutauerint, uel abiecerint, uel senectute posuerint, seu cũ alia dignitate posthac qualibet usi sint, non omittant prioris uocabulum militiæ, sed compendium sequentis honoris assumant. Et si quis ex officio, uel præcipuè sublimitatis tuæ temerario assensu in discussiones, peræquationes, aliam denique ullam rem inquietator extiterit: officium suum nouerit, uel læuis culpæ offensione detecta, grauis mulctæ discrimine fatigandum, & numerariorũ corpus extincto iniuriæ authore minuendum. *Concordat item l. 3. in princ. C. de silentiarijs & decurionib. his uerbis*: Decurionib. & silẽtiarijs etiamsi ad superiorẽ gradũ successu meliora trãscendunt, omnia priuilegia, quæ iam dudũ diuorũ principũ iudicio meruerunt, legis istius præceptione nouerint esse firmata, nõ præiudicatura quacũq; generalitate pragmatica: nec angarias, uel parangarias, siue parauercdos ulla eis amplissimæ præceptionis imponat authoritas: sordidis quoq; munerib. excoctiõe calcis & superindicti grauamine eos liberamus, &c. *Concordat item l. 4. §. fin. C. de prox. sacror. scriniorum. cuius uerba uide j. Lib. 13. cap. 4. reg. 16. item cõcordat l. 8. ibi manentib. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. hoc cap. quæst. 1. reg. 19. itẽ concordat l. 6. C. de principibus agentium in rebus. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. reg. 21.*

Quinta regula. Mulier mutato marito, mutat etiã uel amittit dignitatem. de qua re dictum s̄. eod. cap. quæst. 1. reg. 34. Plura de quæstione proposita uide j. Lib. 12. cap. 2. quæst. 3.

IIII. RELIQVA IVRA MAGISTRAtus, & priuilegia dignitatum.

Prima regula. De reuerentia magistratui & obsequio præstãdo, proponitur l. 5. C. de officio Rectoris, hisce uerbis: Potioris gradus iudicib. ab inferiorib. cõpetẽs reuerẽtia tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas, etsi minor iudex ueritatẽ inuestigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria. Sanè qui insignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis iniurijs existimet afficiẽdos eos qui officia cũ potestate moderantur, nõ declinabit nostræ indignationis aculeos. *Concordat item l. 2. C. de offic. diuers. iudicum, his uerbis*: Singuli quiq; iudices sciant celsiorib. uiris, & ijs quorũ nonnunquã iudicio ꝓuehũtur, honorificentiã debitam esse præstandã: nec in ꝓscriptionib. suis fratres audeant nominare apparitione mulctanda, cuius hęc est cura. *item concordat l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæst. 1. reg. 15.*

Secunda regula. Si magistratui nõ præbeatur obsequiũ, proponitur l. 2. C. de officio Rector. hisce uerbis: Præsides prouinciarũ oportet, si quis potẽtiorũ extiterit insolentior. & ipsi uindicare nõ possunt, aut examinare, aut ꝓnũciare nequeũt: de eius nomine ad nos, aut certè ad prætorianę præfecturę scientiã referre: quo prouideatur, qualiter publicæ disciplinę & læsis tenuioribus consulatur. *Vide insuper si*

quis ius dicenti non obtemperauerit $\bar{s}$*.capite proxim. quæst.4.*

Tertia regula. De magistratu defendendo, proponitur l.8.C.de dignitatibus, hisce uerbis: Ius Senatorũ & authoritatem eius ordinis, in quo nos quoq; ipsos numeramus, necesse est ab omni iniuria defendere. *Concordat l.5.C.eod. tt. his uerbis:* Nemo præfectus urbi citra præceptionem, uel scientiam nostram ulli muneri subiuget senatorem: nemo curiam nostram immani pulset iniuria. Si quid enim senatoria præditis dignitate fuerit fortè mandandum, nostro id iudicio reseruandũ est. Sit nanq; dignitas, quæ nobis iubentibus sustinetur.

Quarta regula. De uehiculis utendo, proponitur l.unica.C.de honoratorum uehiculis. cuius uerba uide $\bar{s}$*.quæst.1.reg.39.*

Quinta regula. De immunitatib. magistratus, proponetur ∫*.Lib.13.cap.4.reg.13.cum sequentib.*

Sexta regula. De ijs qui in dignitate positi sunt, nõ torquendis, proponetur ∫*.Lib.3.cap.8.quæst.2.reg.2. except.3.repl.9.*

Reliqua Magistratus iura & priuilegia suis subiecta sunt locis: Veluti priuilegium circa sportulas, & litis expensas, tractatur ∫*.Lib.8.cap.5. circa satisdationem iudicio sisti, tractatur* ∫*.Lib.6.cap.9. quæst.4. Nunc de speciebus & origine Magistratuum dicendũ.*

DE SPECIEBVS ET ORIGINE MAGISTRATUUM ROMANORUM, NEC NON DE IURISCONSULTIS. CAPUT VI.

SPecies & origo magistratuum Romanorum, proponuntur l.2.§.post originem, cum sequentibus.ff.de origine iuris, hisce uerbis: Post originem iuris & processum cognitum consequens est, ut de magistratuum nominibus & origine cognoscamus: quia (ut exposuimus) per eos qui iuri dicundo præsunt, effectus rei accipitur. parum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint. Pòst deinde de authorum successione dicemus, quod constare non possit ius, nisi sit aliquis iurisperitus per quem possit quotidie in melius produci. Quod ad magistratus attinet, initio ciuitatis huius constat, reges omnem potestatem habuisse. (*Reges.*) Ijsdem temporibus & tribunum celerum fuisse constat: (*Tribunus celerum.*) is autem equitibus præerat, & ueluti secundum locum à regibus obtinebat, quo in numero fuit Iunius Brutus, qui author fuit regis eijciendi. Exactis deinde regibus consules constituti sunt duo, (*Consules.*) penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est, dicti ab eo quòd plurimum Reipublicę consulerẽt. Qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi uindicarent, lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset, neúe possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi: solum relictum est illis, ut coercere possent, & in uincula publica duci iuberẽt. Pòst deinde cum census iam maiore tempore agendus esset, & consules non sufficerent huic officio, Censores constituti sunt. (*Censores.*) Populo deinde aucto cum crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigente, placuit maioris potestatis magistratum constitui. Itaque Dictatores proditi sunt, (*Dictator.*) à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiã capitis animaduersio data est. Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retinere: & his dictatoribus Magistri equitum iungebantur (*Magistri equitum.*) sic, quo modo regibus tribuni celerum: quod officium ferè tale erat, quale hodie præfectorum prætorio. magistratus enim habebantur. Ijsdem temporibus cum plebs à patribus secessisset, anno ferè septimo decimo post reges exactos: tribunos sibi in monte sacro creauit, qui essent plebei magistratus: (*Tribuni plebis.*) dicti tribuni, quòd olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur: uel quia tribuum suffragio creabantur. Itemque ut essent, qui ædibus præessent in quibus omnia scita plebs deferebat, duos ex plebe constituerunt, qui etiam Aediles appellati sunt. (*Aediles.*) Deinde cum ærarium populi auctius esse cœpisset, qui illi præessent constituti sunt, quæstores, (*Quæstores ærarij.*) dicti ab eo quòd inquirendæ & conseruandæ pecuniæ causã creati erant. Et quia (ut diximus) de capite ciuis Romani iniussu populi, non erat lege permissum consulibus ius dicere: propterea quæstores constituebantur à populo, qui capitalibus rebus præessent: hique appellabantur Quæstores parricidij: (*Quæstores parricidij.*) quorum etiam meminit lex XII Tabularum. Et cum placuisset leges quoque ferri, latum est ad populum, ut omnes magistratus se abdicarent, & Decemuiri constituti (*Decemuiri.*) sunt anno uno. Hi cum magistratum prorogarent sibi, & rem iniuriosè tractarent, neque uellent deinceps sufficere magistratus, ut ipsi & factio sua perpetuò rempub. occupatã retinerent: nimia atq; aspera dominatione eò rempub. perduxerũt, ut exercitus à repub. secederet. Initiũ fuisse secessionis dicitur Virginius quidam, qui cum animaduertisset, Appium Claudium cõtra ius, quod ipse ex uetere iure in XII Tabulas transtulerat, uindicias filiæ suę à se abdixisse, & secundum eum qui ab eo suppositus in seruitutem petierat dixisse: captumque amore uirginis omne fas ac nefas miscuisse:

ille: indignatus, quòd uetustissima iuris obseruantia in persona filiæ suæ defecisset (utpote cùm Brutus, qui primus Romæ cõsul fuit, uindicias secùdùm libertaté dixisset in persona uindicis Vitelliorum serui, qui proditionis cõiurationem indicio suo detexerat) & castitatem filiæ suæ uitę quoque eius præferendam putaret: arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit, in hoc scilicet, ut morte uirginis contumeliá stupri arceret: ac protinus recens à cæde, madensq; adhuc filiæ cruore ad commilitones cõfugit, qui uniuersi de Algido monte, ubi tunc belligerandi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis signa in Auentinum montem transtulerunt, omnisq; plebs Vrbana mox eòdem se contulit. Ita populi consensu partim decemuiris in carcere necatis, partim in exilium actis, rursus respub. suum statum recepit. Deinde cùm post aliquot annos quàm XII Tabulæ latæ sunt, & plebs contenderet cum patribus, & uellet ex suo quoq; corpore consules creare, & patres recusarent: factum est, ut tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus consulari potestate: hique constituti sunt uario numero. interdum enim uiginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

Tribuni militum.

Deinde cum placuisset creari etiam ex plebe, consules cœperunt ex utroque corpore constitui. Tunc ut aliquo pluris patres haberentur, placuit duos ex numero patrum constitui: ita facti sunt ædiles curules.

Aediles curules.

Prætores.

Cumq; consules auocarentur bellis finitimis, neque esset qui in ciuitate ius reddere posset: factum est, ut Prætor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus est, quòd in urbe ius dicebat.

Prætor urbanus.

Post aliquot deinde annos non sufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret, creatus est & alius prætor qui Peregrinus appellatus est, ab eo quòd plerunque inter peregrinos ius reddebat.

Prætor peregrinus.

Deinde cum esset necessarius magistratus, qui hastæ præesset, Cẽtumuiri litibus iudicandis constituti sunt.

Centumuiri.

Constituti sunt eodem tempore & quatuor, uiri qui curam uiarum agerent, & triumuiri monetales æris, argenti, auri flatores: & triumuiri capitales, qui carceris custodiam haberent: ut cum animaduerti oporteret interuentu eorum fieret.

Triumuiri monetales & capitales.

Et quia magistratus uespertinis temporibus in publicũ esse inconueniens erat: quinque uiri constituti sunt cis Tyberim & ultra Tyberim, qui possent pro magistratibus fungi.

Magistratus nocturni.

Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania deinde Narbonensi prouincia, totidem prætores, quot prouinciæ in ditionem uenerát, creati sunt; partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent.

Prætores prouinciales.

Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit ueluti de falso, de parricidio, de sicarijs, de iniurijs, & prætores quatuor adiecit.

Prætor parr... &c.

Deinde Caius Iulius Cæsar duos prętores & duos ædiles, qui frumento præessent, à Cerere Cereales constituit: ita duodecim Prætores, sex ædiles sunt creati.

Prætores & ædiles Cereales.

Diuus deinde Augustus sedecim prætores constituit. Pòst deinde diuus Claudius duos prætores adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent: ex quibus unum diuus Titus detraxit: & adiecit diuus Nerua, qui inter fiscum & priuatos ius diceret. Ita decem & octo prętores in ciuitate ius dicunt: & hæc omnia quoties in republ. sunt, magistratus obseruantur. Quoties autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui ius dicat: is uocatur Præfectus urbi: qui præfectus olim constituebatur: postea ferè Latinarum feriarum causa introductus est, & quotannis obseruatur.

Præfectus urbi.

Sanè præfectus annonæ & uigilum, quanquam non sunt magistratus, sed extra ordinem utilitatis causa constituti: tamé hi quos cis Tyberim diximus, postea ædiles senatusconsulto creabantur. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, consules duo, decem & octo prætores, sex ædiles in ciuitate iura reddebant.

Præfectus annonæ ... uigilum.

Iuris ciuilis scientiam plurimi, & maximi uiri professi sunt: sed qui maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt, eorum in præsentia mentio habenda est, ut appareat à quibus & qualibus hæc iura orta & tradita sint. Et quidem ex omnibus qui scientiam nacti sunt ante Tyberium Coruncanum publicè professum neminem, traditur: cæteri autem adhuc uel in latenti ius Ciuile retinere cogitabant, solumque consultatoribus potius quàm discere uolentibus se præstabant. Fuit autem in primis peritus Sextus Papyrius, qui leges regias in unum contulit: ab hoc Appius Claudius unus ex decemuiris: cuius maximũ consiliũ in duodecim tabulis scribendis fuit. Post hũc Appius Claudius eiusdẽ generis maximá scientiá habuit: hic Cęcus appellatus est, & Appiá uiá strauit, & aquá Claudiá induxit, & de Pyrrho in urbẽ nõ recipiẽdo sentẽtiá tulit: hũc etiá actiones scripsisse traditũ est, primũq; de Vsurpationib. qui liber nõ extat. Idẽ Ap. Claudius usu, qui uidetur ad hoc processisse, R literá inuenit, ut ꝑ Valesijs Valerijs esset, & ꝑ Fusijs Furijs. Fuit post eos maximę sciẽtię Sẽpronius, quẽ pop. Rom. σόφον appellauit: nec quisquá ante hũc hoc nomĩe cognominatus est. Sed & C. Scipio Nasica, q optim° à sena-

i senatu appellatus est,cui etiã publica domus in sacra uia data est,quo facilius consuli posset. Deinde Quintus Fabius, qui ad Carthaginẽses missus legatus, cũ esset duæ tesseræ positæ,una pacis, altera belli arbitrio sibi dato, utram uellet referret Romã, utranq; sustulit & ait Carthaginenses petere debere,utrã mallent accipere. Post hos fuit Tyberius Coruncanus,qui (ut dixi) primus profiteri cœpit:cuius tamẽ scriptũ nullum extat,licet responsa complura & memorabilia eius fuerint. Deinde Sextus Aelius & frater eius Publius Aelius, & Publius Atilius maximam scientiam in profitendo habuerunt, & duo Aelij etiam consules fuerunt:Atilius autem primus à populo Sapiens appellatus est. Sextum Aelium etiam Ennius laudauit,& extat illius liber,qui inscribitur Tripertita, qui ueluti cunabula iuris cõtinet. Tripertita aũt dicitur,quoniã lege xii Tabul. proposita iungitur interpretatio,deinde subtexitur legis actio. Eiusdem esse tres alij libri referũtur:quos tamẽ quidã negant eius esse. Hos sectatus est, ad aliquid Marcus Cato, princeps Porciæ familiæ,cuius & libri extãt:sed plurimi filij eius ex quib. cæteri oriũtur. Post hos fuerũt Publius Mutius & Brutus & Manilius qui fundauerũt ius Ciuile: ex his Publius Mutius decẽ libellos reliquit,Brutus septẽ,Manilius tres:extant & uolumina inscripta Manilij monumenta: Illi duo consulares fuerũt: Brutus Prætorius: P.Mutius etiã pontifex maximus. Ab his profecti sunt Publius Rutilius Rufus, qui Romæ cõsul & Asiæ procõsul fuit:Paulus Verginius & Quintus Tubero ille Stoicus Panætij auditor,qui & ipse consul: etiã Sextus Pompeius Cnei Põpei patruus. Fuit & eodẽ tẽpore Cælius Antipater,qui historias cõscripsit: sed plus eloquentiæ,quàm scientiæ iuris operã dedit. Etiã Lucius Crassus, frater Publij Mutij,qui Mutianus dictus est:hũc Cicero ait, Iuriscõsultorũ disertissimum. Post hos Quintus Mutius,Publij filius Pontifex maximus ius ciuile primus cõstituit,generatim in libros decem & octo redigendo. Mutij auditores fuerunt cõplures,sed præcipuæ authoritatis Gallus Aquilius,Balbus Lucilius, Sextus Papyrius,Caius Iuuentius: ex quib. Gallum maximæ authoritatis apud populũ fuisse Seruius dicit. oẽs enim hi à Seruio Sulpitio nominantur:alioquin per se eorũ scripta nõ talia extant,ut omnes appetant: deniq; nec uersantur omnino scripta eorum inter manus hominum: sed Seruius libros suos compleuit,ex cuius scriptura ipsorum quoque memoria habetur. Seruius autem cum in causis orandi primum locũ,aut certẽ post Marcum Tullium obtineret, traditur ad consulendum Quintum Mutium de re amici sui peruenisse: cumq; eum de iure respondentem parum intellexisset, & iterũ Quintum interrogasset,& à Quinto respõsum esset,nec tamẽ percepisset:ita obiurgatum à Quinto Mutio. Nanq; eũ dixisse,Turpe esse patricio & nobili uiro,causas exoranti ius in quo uersaretur,ignorare. Ea uelut contumelia Seruius tractus operã dedit iuri ciuili,& plurimum eos de quib. locuti sumus audiuit,instructus à Balbo Lucilio, instructus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinnæ. Itaq; libri eius complures extant Cercinnæ confecti. Hic cum in legatione perijsset,statuam ei populus Romanus ꝓ Rostris posuit, hodieq; extat pro rostris Augusti. Huius uolumina complura extant: reliquit autem propè centum & octoginta libros: ab hoc plurimi profecerunt: ferè tamen hi libros conscripserunt: Alfenus Varus,Caius Aulus Ofilius, Titius Cæsius, Aufidius Tuca, Aufidius Namusa, Flauius Priscus,Caius Ateius Pacuuius,Labeo Antistius,Labeonis Antistij pater,Cinna,Publicius Gellius. Ex his enim decem & octo libros conscripserunt, quorum omnes qui fuerunt libri digesti sunt, ab Aufidio Namusa in centũ quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum authoritatis habuit Alfenus Varus & Aulus Ofilius: ex quibus Varus consul fuit, Ofilius in equestri ordine perseuerauit: is fuit Cæsari familiarissimus, & libros de iure ciuili plurimos,& qui omnem partem operis fundarent reliquit. nam & de Legib. uicesimę & de Iurisdictione primus conscripsit. Idem edictum Prætoris primum diligenter composuit. Nàm ante eum Seruius duos libros ad Brutum, quàm breuissimos ad edictum subscriptos reliquit. Fuit eodem tempore & Trebatius, qui idem Cornelij Maximi auditor: fuit Aulus Cascellius & Quintus Mutius Volusij auditor: qui deinde in illius honorem Publium Mutium nepotem eius testamento reliquit hæredem: fuit autem quæstorius, nec ultrà uoluit procedere cum Augustus illi etiam cõsulatum offerret. ex his Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquẽtior fuisse dicitur. Ofilius utroq; doctior. Cascellij scripta nõ extãt nisi unus liber Benedictorũ: Trebatij cõplures, sed minus frequentantur. Post hos quoque Tubero fuit, qui Ofilio operam dedit: fuit autem patricius, & transijt à causis agendis ad ius ciuile, maximè postquam Quintũ Ligarium accusauit, nec obtinuit apud Caium Cæsarem. Is est Quintus Ligarius, qui cum Africæ oram

oram teueret, infirmum Tubetonem adplicare non permiſit, nec aquam haurire: quo nomine eum accuſauit, & Cicero defendit: extatq; eius oratio pulcherrima, quæ inſcribitur pro Quinto Ligario. Et Tubeto doctiſsimus quidē habitus eſt iuris publici & priuati, & cōplutes utriuſq; operis libros reliquit: ſermone tamen antiquo uſus affectauit ſcribere: & ideo parum libri eius grati habentur. Poſt hūc maximæ authoritatis fuerūt Areius Capito, qui Ofilium ſecutus eſt: & Antiſtius Labeo, qui oēs hos audiuit, inſtitutus eſt aūt à Trebatio. Ex his Ateius conſul fuit, Labeo noluit, cum offerretut ei ab Auguſto cōſulatus, quo ſuffectus fieret, & honorē ſuſciperet: ſed plurimùm ſtudijs operam dedit & totum annum ira diuiſerat, ut Romæ ſex menſes cum ſtudioſis eſſet, & ſex menſibus ſecederet, & conſcribēdis libris operam daret. Itaq; teliqnit quadraginta uolumina, ex quibus plurima inter manus uerſantur. Hi duo primùm ueluti diuerſas ſectas fecerunt. Nam Ateius Capito in his quæ ei tradita fuerāt, perſeuerabat: Labeo ingenij qualitate & fiducia doctrinæ fretus, quòd præ cęteris ſapientię operā dederat, plurima innouare inſtituit: & ita Ateio Capitoni Maſurius Sabinus ſucceſsit, Labeoni Nerua, qui adhuc eas diſſenſiones auxerunt. Netua familiariſsimus Cęſaris fuit, Maſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publicè primus teſpondit, poſteaquā hoc beneficiū cœpit à Tyberio Cæſare. Et (ut obiter ſciamus) ante tēpora Auguſti publicè reſpondendi ius nō à principibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant: neq; reſponſa utiq; ſignata dabāt, ſed plerunq; iudicibus ipſis ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſuluerant. Primus diuus Auguſtus, ut maior iuris authoritas haberetur, conſtituit ut ex authoritate eius reſponderent: & ex illo rempore peti hoc pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Hadrianus cum ab eo uiri prætorij peterent, ut ſibi liceret reſpondere: reſcripſit eis hoc non peti, ſed præſtari ſolere. Et ideo delectari ſe, ſi qui fiduciam ſui haberet, populo ad reſpondendū ſe præpararet. Ergo Sabino conceſſum eſt à Tyberio Cęſare, ut populo reſponderet, cum in equeſtrē ordinē iam grandis natu, & ferè annorū quinquaginta receptus eſſet: huic nec amplæ facultates fuerūt, ſed plurimùm à ſuis auditorib. ſuſtēratus eſt. Huic ſucceſsit Caius Caſſius Lōgnius, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Setuij Sulpitij: & ideo proauum ſuū Seruiū Sulpitiū appellauit. Is & conſul fuit, cū Quartino temporib. Tyberij & plurimum in ciuitate authoritatis habuit, donec Cæſar eū ciuitate expelleret: expulſus ab eo in Sardiniā reuocatus à Veſpaſiano, diē ſuū obijt. Netuæ ſucceſsit Proculus. Fuit eo tēpore & Netua filius. Fuit & alius Lōginus ex equeſtri quidē ordine, qui poſtea ad pręturā uſq; peruenit: ſed Proculi authoritas maior fuit. nā & ipſe plurimum potuit, appellatiq; ſunt partim Caſsiani, partim Proculiani, quę origo à Capitone & Labeone cœperat. Caſsio Cælius Sabinus ſucceſſit, qui plurmum tēporib. Veſpaſiani potuit: Proculo Pegaſus, qui tēporibus Veſpaſiani pręfectus urbi fuit: Cælio Sabino Priſcus Iabolenus: Pegaſo Celſus pater: patri Celſo Celſus filius, & Priſcus Neratius, qui utriq; conſules fuerunt. Celſo quidem, & item Iaboleno Priſco Eburnius Valens & Tuſcianus: item Saluius Iulianus.

DE IMPERATORE ET Augusta. Cap. VII.

HActenus de Magiſtratibus in genere dictum eſt. Sequitur nunc ſingulorum magiſtratuum ſpecialis tractatus. De Imperatore igitur t.n juam ſummo magiſtratu, eius'que uxore Auguſta primùm dicetur.

Prima regula. Priuilegia fiſci Imperatori, quoq; & Auguſtæ competunt. quæ regula approbatur l.6.§.fin. ff. de iure fiſci, hiſce uerbis: Quodcūq; priuilegiū fiſco cōpetit, hoc idem & Cæſaris ratio & Auguſtæ ſolet. *Concordat l.3. § ſed ſcimus hoc quidem. C. de quadriēnij præſcriptio. Quæ autem ſint priuilegia fiſci, & ob id Imperatoris quoq; & Auguſtæ, dicetur j. in iure Fiſci.*

Secunda regula. Imperator & Auguſta legib. ſunt ſoluti. quæ regula approbatur l.30. ff. de legib. de qua re uide ſ. Lib. prox. cap.6. except.17.

Tertia regula. De iudicio principis diſputari nō oportet. quæ regula approbatur l.2. C. de crimine ſacrilegij, his uerbis: Diſputari de principali iudicio nō oportet. ſacrilegij enim inſtar eſt, dubitare an dignus ſit, quem elegerit Imperator. *Plura de hac re uide ſ. Lib. prox. cap.6. reg.2.*

Quarta regula. De crimine læſæ maieſtatis dicetur j. Lib.4. cap.1.

Quinta reg. De ſtatua et imagine Imperatoris erigēda, proponitur l.2. C. de ſtat. & imag. his uer. Si quādo noſtrę ſtatuæ, uel imagines erigūtur, ſeu diebus (ut adſolet) feſtis ſuæ cōmunibus, adſit iudex ſine adorationis ambitioſo faſtidio, ut ornamentū diei uel loco noſtræ recordationi ſua pbet acceſsiſſe præſentia.

Sexta regula. Itidē de ſtatua Imperatoris erigēda, proponitur l.3. C. eo. tt. his uerbis: In noſtræ ſerenitatis imaginibus, ac ſtatuis erigēdis priuatæ collectionis, iniuriam propulſari præcipimus, ne quid in eo ſuū collator cognoſcat. *Vide inſuper j. Lib.12. cap.10. reg.22. cum ſequentib.*

Septima

Septima regula. De non confugiendo ad statuas uel imagines principum, proponitur l.28.§.ad statuas. ff.de pœnis, hisce uerbis: Ad statuas confugere, uel imagines principum in iniuriam alterius prohibitum est. cum enim leges omnib. hominibus æqualiter securitatem tribuát, meritò uisum est, in iniuriam potius alterius, quàm sui defensionis gratia ad statuas uel imagines principum confugere: nisi quis ex uinculis, uel custodia detentus à potentioribus, ad huiusmodi præsidium confugerit. his enim uenia tribuenda est. Ne autem ad statuas uel imagines quis confugiat, senatus censuit: eumq; qui imaginẽ Cæsaris in inuidiá alterius prætulisset, in uincula publica coerceri diuus Pius rescripsit. *Huc etiam pertinet l.5.ff.de extraord.criminibus. cuius hæc sunt uerba*: In eum cuius instinctu ad infamandum dominum seruus ad statuam confugisse compertus erit, præter corrupti serui actionem, quæ ex edicto perpetuo comperit, seuerè animaduertetur. *Sed & huius loci est l.1.C. de his qui ad statuas confug. his uerbis*: Qui ad statuas, uel uitandi metus, uel creandæ inuidiæ causa, confugerint, si certas habuerint causas, quibus confugere ad imperatoria simulachra debuerint, iure ac legibus uindicentur: si uerò probati fuerint, &c.

Octaua regula. De pœna si aduersus statuam uel imaginem Imperatoris quid sit commissum, proponitur l.6.ff.ad l.Iul.maiestatis, his uerbis: Qui statuas, aut imagines Imperatoris iam consecratas conflauerint, aliúd úe quid simile admiserint, lege Iulia maiestatis tenentur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi statua sit reprobata. quæ exceptio approbatur l.4.§.fin. ff. eod. tt. his uerbis*: Hoc crimine liberatus est, à senatu qui statuas Imperatoris reprobatas cõflauerit. *Secũda exceptio est: Nisi statuas uetustate corruptas reficiat. Tertia except. est: Nisi casu nõ data opera fecerit: Hæ duæ exceptiones approbãtur l.5.ff.eod.tt. his uerbis*: Nõ cõtrahit crimen maiestatis, qui statuas Cæsaris uetustate corruptas reficit: nec qui lapide iactato incerto fortuitu statuam attigerit, crimen maiestatis cõmisit: & ita Seuerus & Antoninus Iulio Cassiano rescripserunt. *Quarta exceptio est: Nisi imagines nondum consecratas uendidit. Hæc exceptio approbatur d.l.5.in fine, his uerbis*: Iidem Pontio rescripserunt, non uideri contra maiestatem fieri ob imagines Cæsaris nondum consecratas uenditas.

Nona regula. de familia Imperatoris dicetur 3.in iure Fisci.

DE SENATORIBVS ET consularibus. Cap. VIII.

Prima regula. De definitione senatorum, proponitur l.ult.§.fin.ff.de Senatoribus, hisce uerbis: Senatores accipiendum est, eos esse qui à patricijs & consularibus usque ad omnes uiros illustres descendunt: quia & hi soli in senatu dicere sententiam possunt.

Secunda regula. De domicilio senatoris, proponitur l.11.ff.eod.tt.his uerbis: Senatores licet in urbe domiciliũ habere uideantur, tamen & ibi, unde oriũdi sunt, habere domiciliũ intelligũtur: quia dignitas domicilij adiectionẽ potius dedisse, quàm permutasse uidetur.

Tertia regula. De liberis senatorum dictum 5. eod. Lib.cap.5. quæst.1.reg.33.

Quarta regula. De fœminis consularibus, proponitur l.1.ff. de Senatoribus, his uerbis: Consulari fœminæ uriq; consularem uirum præferendum esse, nemo ambigit. Sed uir præfectorius, an fœminę consulari pręferatur, uidendum? & putem præferri: quia maior dignitas in sexu uirili. Consulares autem fœminas dicimus, cõsularium uxores: adijcit Saturninus, & matres: quod nec usquam relatum est, nec unquam receptum. *Plura de definitione consularium Fœminarũ uide 5.cap.5.quæst.1.reg.33 & reg.34.*

DE CONSVLIBVS. Cap. IX.

P*Rima regula. De non spargendis pecunijs à consulibus, sed centum pondo auri ad restaurationem aquæductuũ præstãdis, proponitur l.2.C.de consulibus.* Vbi Imp. Martianus: Ordinem consulatus ad antiquam reducimus sanctionẽ, ut sellam nostram honoris merito non rapiendi studio populorum agmina sectentur, ac lucrandi cupiditate deposita uenerabilem parentum habitum, & fœlicissima antiquitatis ornamenta conspiciant. Hoc ergo exemplo etiam cæteros procedere cõsules uolumus, nec expendere eos sine effectu patimur. Cessante ergo ista spargendi uilitate amplissimi consules procedentes deinceps abstineant hoc errore perdendi, optimoq; consilio operi necessario proficiat, quod erat incompetenter proijciendum. Ad restaurationem itaque aquæductuũ huius amplissimæ urbis centena pondo auri præstentur per singulos consulatus: ut etiam consul patriæ se dedisse nouerit, & data notũ sit mensura esse perpetuò. *Concordat l.3.§.fin.C.eod.tt.his uerbis*: Quoniá gloriosissimæ huic urbi, quæ caput orbis terrarum est, omnifariàm credimus consulendum, uniuersos qui posthac honorarij consulatus insignibus principali munificentia decorantur, centum librarum auri ad reficiendum aquæductum publicum ministrare censemus, ad similitudinem eorum, qui per annale tempus consularium editione mune-

muneru gloriantur. nam ipsis quoq; expedit, ut florentissima ciuitas centum auri librarum munificentia sustentata, honorariu quoq; consulatum. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi quis antea consul fuerit, tunc enim si postea rursus consul fuerit factus, istos sumptus facere non cogitur. quæ exceptio approbatur l. 4. C. eod. tit. his uerbis:* Sancimus uiris excellentissimis consularibus omnibus, qui iam facti sunt, uel postea fuerint, procedendi quoque & reipsa per annum gerendi consulatus, impetrato uidelicet principali iudicio, legitimam tribui facultatem: ita ut peracta quã meruerunt processione, non nouum aliquid, uel quod nondum habeant adipisci, sed consulatus ius, quod semel eis consularis detulerit processio, iterasse beneficio uideantur: & in adoranda nostra purpura uel in consequendis cunctis consulum honoribus & priuilegijs ex anteriore tempore prouectionis, ordinem sibimet nouerint uindicandum. Hoc etiam obseruando, ut huiusmodi consul, nec centum libras auri aquęductibus huius inclytę ciuitatis pro tenore sacræ constitutionis præbendas, quas cùm esset consularis præstiterat, consul postea creatus, persoluere denuò côpellatur. *Planè mutatur ac tollitur regula proposita No uell. c. 105. cuius uerba uide J. reg prox.*

Secunda regula. De processione consulum & supradicta regula sublata, nec non de alijs quibusdam, proponitur d. Nouell. const. 105. his uerbis: Quanquam ueteribus olim Romanis nomen administratioque consulatus in usum bellorũ excogitatum est (nam & suffragijs, quæ omnes in commune reipub. ordines illis, cũ crearentur magistrâtus, dabant, repentè prouincias sortiebantur, in quibus Romanis bellum erat, & per ea sortito etiam fasces accipiebant) postea tamen ratio temporis, quæ & belligerendi & pacis colendę, potestatem in piennissimos transposuit principes, eam rem consulibus ad solam magnificentiam transtulit, sed eam temperatam, redactamque in ordinem, neq; modum excedentem: paulatim uerò ita largè in eam rem incubuerunt, ut cum munificentiam suam ostentarent, non sanè ignorare uiderentur, quòd aliud eius facti exemplũ habituri non essent. Neque enim in omnibus cum exuperante opum magnitudine concurrit, & munificentia animi non rei mensura, sed propria magnitudine proueniens. Quia uerò periculum esse uidemus, ne consulum nomen, quod per tam longa tempora, & ad millesimum plus minus annum progressum cum Romanorum effloruit imperio, penitùs intercidat: propterea ex usu fore putauimus, si eam rem complecteremur, & præcisa eius immensitate consulates impensas ad luculentum modum contraheremus, quo magis, & perpetuò apud Romanos maneat, & omnibus bonis uiris aditu facilis existat, quos huiusmodi nos honore dignos esse iudicauerimus. Atque omnibus demum peruestigatis, placuit nobis quàm magnum eius modum esse conueniat, quod dari debeat. Cum igitur Martiano præstantissimo imperatore descripta lex fuit, quæ noluit, ut pecunias spargerent, qui consulatũ gererent, quæ planè illi prima constitutio extitit. Inde adeò post prædictam constitutionem inuenimus, quod nonnulli hanc secuti, nec tantillum in uulgus spargere instituerint, quidam etiam cum id præter legem facere postulassent, precib. & petitis obtinuissent, respicientes deinde ad mensurã animi sui edenda munificentia spargendo, legitimos excesserũt terminos: pleriq; uerò præclarè mediocritatẽ amplexi modicis pro multiplicib. cõtenti fuerint. Et quia maioribus quoq; nostris summũ bonũ in mediocritate cõsistere nisum est, nimirũ cum extrema, quę ultrò citroq; sunt, protinus uideãtur in immensum excurrere, decreuimus: & nos pro dignitate & decore eam rem determinare, ne uel immoderata, uel inordinata, uel legibus nostris indigna sit. Quæ igitur quoquò anno creatũ à nobis cõsulem sportularũ & omniũ aliarũ distributionũ, atque expensarũ nomine præstare cõueniens est, ea omnia cõgesta in inuentariũ hnic sacræ nostræ legi subijci iussimus. Siquidẽ id in forma legis proponimus, ut transgressori competens aliqua pœna irrogetur. Omnes uerò eorũ in publicum processus septẽ esse uolumus. Nam si spectacula in hoc excogitata sunt, ut uulgus ad hilaritatem quãdam & animi festinitatem deducant: hęc autem nobis in equitia, ferarũ spectacula cædesq;, & scenicas thymelicasq; uoluptates describantur, nullo horum noster defraudabitur populus. Ac primus quidẽ illi in publicũ processus erit Calendis Ianuarijs, qua die consulatum suscipiet, & huius adquiret codicillos. Ab illo secundũ pducet spectaculũ equorũ cursu certantiũ, quod sanè mappã appellant: & tertiũ uenationem (ut nuncupant) theatricam non bis, sed semel tantummodo exhibendam: & post illud id qđ Mohemerij, quasi unius diei dicitur, in quo magna uoluptate populũ implebit tam spectatum (ut uocãt) Pancarpũ, quasi omnium arborum fructibus concinnata sylua, quam homines cum feris decertantes, tiomenq; affectantes audaciæ, neq; nõ occisę insuper bestię. Quintum quoq; in publicũ pcessum

faciet, qui in theatrum deducet, quem sanè Pornas appellant quasi floralia, ubi & his qui in scena risum concitant locus est, & tragœdis pariter ac thymelicis saltationibus, nec non omnigenis spectatu audituque delectabilibus theatrum apertum est. Postea rursus equorum cursu certatium spectaculum, siue (ut appellitant) mappam efficiet, sextum hunc conuentum publicè celebrás, Denuò exinde annuum hunc honorem deponet celebrans solito more conuentum quem depositi magistratus uocitant. Atq; ita feptem illatum noctium processuumque cursus absoluetur, nullam speciem eorum quæ antiquo more recepta sunt omittens. Nam quod alteram insuper quandam mappam adinuenimus, duas uerò uenationes theatricas (ut uocant) coniunximus, neque priorum altero contenti fuimus, manifestarium est nihil eam rem noui habere respectu præcedentium, & meritò id quidem sufficere putetur. Quin & splendidè unumquodq; exhibebitur, non tamen in tantũ ut multitudini etiã odio fit: siquidẽ in his quæ rarius eueniũt admiratio maior inest. Hæc igitur à nobis occasione cõsularis impensæ conscripta cõprehensaq; sunt. Quod si cõsulatum gerens & uxorem habeat, definita à nobis uxoriæ quoque impensæ mẽsura est. oportet enim & has ex coniugia claritate fructum capere. Cæterùm si uxorẽ in matrimonio non habet, superuacua ista sunt, nisi fortè mater illi in hac iam uoluptate digna & prius honorata, uelitq; eam secum ex illo habitu uoluptate affici, Nam & hoc in matre sola concessum est: nulla autem omnino alia mulier præter coniugem aut matrem assidebit, ut hæc quidem semper (siquidem uxores iisdem radijs refulgent, quibus mariti hoc illis prębente lege) mater uerò tum demum, si is qui consulatum gerit, hoc uoluerit: non filia autem, nõ soror fortè, non filij uxor, & multo minus si genere coniuncta non sit: id enim etiam absurdum fuerit. Quid uerò per septem illos processus consulem spargere oporteat, melius nos determinamus, quàm Martiani sacratissimi principis dicit constitutio. Nã ea omnino id interdixit: nos uerò hac correcta rem ipsam offerimus peragendam arbitratu eius qui consulatus honorem gestat. Siue enim nihil spargere uoluerit, non cogimus: siue rursus ad hoc uenire uoluerit, & argenteis muneribus honorare populum, non id interdicimus. Aurum tamen spargere nõ permittimus, neq; minoris alicuius neque maioris aut mediæ figuraturæ uel ponderis: sed solum (ut prædiximus) argentum. nam ut etiam aurum spargatur, id maiestati tantum permissum esto imperatorię, cui uel soli aurum contemnete præbet fortunæ fastigium. Verùm argentum quod proximè ab auro maximum precium habet, decuerit etiam alios cõsules ad ostẽdendam magnificentiam assumere. Hocq; ipsos spargere permittimus tam in miliaresibus (ut uocant) id est didrachmis, quàm oue & cyatho signatis, neque non quadrangularibus, & id genus alijs: quanto enim minutius fuerit, quod spargitur, tãto id plures percipient: mensura eius rei in dantis facultate pariter & uoluntate erit, siue nihil, siue modicum, siue exuperans paulo largiri uelit. Nã hoc in consularibus definimus, neq; cogentes spargere inuitos, neque uolentes, & magnificè se offerentes, prohibentes. Sed hæc quidem de spargendo argento nobis ita sancita sunto. Atque si omnino eo contendat, licentiam habeto, in processibus suis argento munificentiam explicandi, quemadmodum ipse rectè futurum putauerit: solo eo prohibito, ne quis omnino aurum iaculetur aut attingat, quod soli à nobis maiestati imperatoriæ deputatũ est. Ex alijs uerò quę à nobis definita, & in inuẽtario descripta, atq; hac lege comprehensa sunt, omnino transgredi aliquid aut augere aut deminuere nulla modo cõcedimus. Nam infinitum illud (nempe ipsam sparsionem) omnino in arbitrium conferimus eius qui dat, arbitrariũ hoc ei facientes: trãsgredi uerò à nobis definitum & constitutũ nostra hæc lex uetat. Quin si quis præfinitũ excedere pręsumpserit, centum librarũ auri pœnã soluet, quasi qui in iussiones nostras præuaricatus sit, & (quantum in ipso) uniuersam legis huius intentionẽ corruperit. Nam si per hanc solummodo causam proposita est, ne dando tum immensitate series cõsulũ deficiat, & propterea superfluas illas largitiones & sumptus in arctum cõtraximus, effusasq; nimium in publicum processus & spectacula ad luculẽtam mensurã reduximus, fortè etiam expolitiua aliquid circa numeros meditati, ultra hoc quod in ipsorum consulum arbitrio ac uolũtate posuerimus, spargerẽne argentum, an nihil largiri uelint, ut eo plures a nobis sint, qui appellatione sua tempus exornent: næ ille qui constitutum excedit optimo iure, ut legis nostræ uiolator, pœna dignus erit: Ita enim perpetuò nobis consules erunt non abhorrentea, declinantesque rei immensitatem: & ptopterea sancimus, ut fixa firmaq; hæc lex permaneat. Nemo igitur eam transgredi ausit, neque si opibus admodũ abundet, neque si de numero nostrorum sit magistratuum, neque si de magna curia sit, aut etsi nullo

nullo magiſtratu fungatur. Hæc enim omnia conſiderantes nos omnibus largitionũ æqnabilitatē impoſuimus, nulli prorſus data licentia menſuram hac lege comprehenſam excedendi, niſi ſolo argento in proceſſibus ſpargendo, aut etiam hoc quoque omittendo, quod tamen in ipſorum (ut ſæpe dictum eſt) conſulum arbitrio poſuimus. Et ijs inſuper qui iſta excipere cōſueuerūt, magnum in hac lege noſtra repoſitum eſt beneficium. Nam ſi periculum erat ne deficientibus his qui conſulatum gererent, nihil percepturi eſſent, nunc autem mediocre percipient: meritò magnam legi huic gratiam habere debent, qui utrunque ſuffecturum aliquid potius quàm nihil excipiant. Adeoque & hoc ipſum quod glorioſiſsimis conſulibus nōn aurum aut maiorem monetam ſpargere, ſed in miliarenſibus duntaxat & oue ac cyatho ſignatis, neqne non qnadrangularibus mediocribus, & alijs huiuſmodi pariter largitionem in populū facere concedimus, lege ita ſancire humanitatis intuitu, & pro populi medela à nobis inuentum eſt. Nam ſi hoc egerint qui conſularem edent munificentiam, & ijs ſolis concilient populares, nō amplius quaſi prò magnis decertantes lucris inter ſe ſeditiones agent, & ad mutua peruenturi ſunt uerbera, quæ ſæpenumero fuſtibus, baculis, lapidibus coram nobis incuſſerunt, animo planè noſtro ingratum ſpactaculum. Siquidem uidimus, ut cum diu ſeditioſius egiſſent, & ineffabilia alter alteri mala per cauſam eorū quæ ſpargerentur, diriperenturq; ab ipſis ingeſsiſſent, nihil ipſi omnino reportarent domum, ſed eodem idipſum omnino die ebrietatibus & compotationibus inſumerēt. Vidimus item ſæpenumero, ut cum ſpe maioris lucri quæpiam fortè antea expendiſſent, poſtea autem nihil aut minus excepiſſent, ultrà hoc quod damni obnoxij eſſent, etiam in uerbera, & nulnera, & alia exinde prouenientia mala incidere cogerentur. At ſi modicum ſit quod ſpargitur, non perinde contentioſè agent, neque uberem magnumque modum quæſtus ſperantes ultra modum alter alteri uerbera incutient. Vnde commnnem ex hac lege pronidentiā communi formæ reipub. ſtatuimus, ut deſignatio temporis poſt maieſtatem imperatoriam habeat etiam perpetuò memoriam, & appellationem conſulis inter glorioſiſsimos noſtros magiſtratus, & eos qui de magna ſunt curia, quandoquidē ex ijs honore licet afficere dignos abſq; ſumptu immodicō, & cō decens ſolatiū populo noſtro & alijs omnib. qui eā rē propemodū iā pro deſperato habet, præbemus: propterea ſuperfluū auferētes, ut conſulatū reipub. immortalē ſtatuamns. Subiaceat igitur (ſicuti prædiximus) noſtra diſpoſitio huic noſtræ legi, cuius exēplum trāſmiſſum unà cū lege recōdetur in iudicio excellētię tuę. Porrò ſancimus ut gloriſsimi pro tēpore cōſules deſcriptionis ſiue inuentarij huic legi ſubditæ exemplū ex tuo ſolūmodo iudicio percipiāt, ut ſecundū eā omnia præbeāt. Nā deſciptionē propterea uolumus à throno tuo edi, ut neq; ipſis præuaricari, neq; breuiatoribus (ut uocant) aliquid à nobis cōſtitutorū adulterare liceat: ſed periculo eorū qui eā deſcriptionē in iudicio excellentiæ tuæ adſeruāt, eius exēplum edi cū illius ſubſignatione, qui hunc magiſtratū getit, cui tu modò præſides, ut in omne æuū cōſtituta noſtra incorrupta ſint. Neq; eorū aliquis qui conſulatus honorē ineūt, ægrè ferto, ſi ita mēſuratis expenſis factis nomē addat tēpori. Siquidē omne quidquid hactenus cōſulatus honorē gerētes tam ex iudicio excellētiæ tuæ, quàm à glorioſiſs. noſtris præfectis & undecūq; tandē noſtra liberalitate habuerūt offeremus, & nūc ipſis cōtractis quidem in arctū ab ipſis fiendis expēſis, ſed nō deminuta noſtra largitate. Cæterùm omnibus prædictis imperialis nobis fortuna exēpta eſto: cui Deus ipſas etiā legea ſubiecit, ipſa hominibus quaſi animata quadā lege demiſſa, eo quòd Imperatori quidē omibus ciuitatibus, populis ac gentibus diſtribuēti, quæ ſingulatim illi uiſa ſunt & placēt. Conſulatus nunquā nō ſubſit, adueniat autē tantummodo, cū ipſe annuerit trabeę. Vnde & cōſulatus in omne æuū imperij ſceptra ſequetur. Tua igitur excellētia hac noſtra lege ſuſcepta perpetuò ipſam infirmitate ſua manere efficito, pro uniuerſo in ea comprehenſo tenore. Scriptū exemplū Ioāni glorioſiſſimo ſacrorū prętoriorū pręfecto iterum excōſule & patricio. Scriptum exemplar Longino prudentiſsimo & glorioſiſsimo pręfecto huius almæ urbis.

DE PRAEFECTIS PRAEtorio. Cap. X.

PRima reg. *De origine præfectorū prætorio, proponitur l. 1. in prin. ff. de offi. præf. prætor. his uerbis:* Breuiter commemorare neceſſe eſt, unde cōſtituendi præfecti prætoris officiū origo emanauerit. Ad uicem magiſtri equitum præfectos pretorio antiquitùs eſſe inſtitutos, à quibuſdā ſcriptoribus traditum eſt. nam cum apud ueteres Dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui ad ſociati principali curæ militiæ gratia, ſecundum poſt eos poteſtātem gererent: regimentis reipublicæ ad Imperatores perpetuò tranſ-

latis ad similitudinem magistrorum equitum præfecti prætorio à principibus electi sunt, data eis pleniore licentia ad disciplinæ publicæ emendationem. His cunabulis prætorio præfectorum authoritas initiata, in tantum meruit augeri, ut appellari à præfectis prætorio non posſit. Nam cum antè quæsitum fuiſſet, an liceret à præfectis prætorio appellare, & an iure liceret, extarétq; exempla eorũ qui prouocauerant: postea publicè sententia principali lecta, appellandi facultas interdicta est. Credidit enim princeps, eos qui ob singularem industriam, explorata eorũ fide & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus. Subnixi sunt & alio priuilegio, ne à sentẽtijs eorum minores ætate, ab alijs magistratibus, nisi ab ipsis præfectis prætorio restitui posſint.

Secunda regula. A' præfectis prætorio non potest appellari. quæ regula ex iam dictis constat, deq; ea tractabitur copiosius infrà de Appellationibus.

Tertia regula. Ferendi leges potestatem habent. quæ regula approbatur l. 2. C. de officio præfecti prætorio, his uerbis: Formam à præfecto prætorio datam, etsi generalis sit minimè legibus uel cõstitutionibus contraria, si nihil postea ex authoritate mea innouatum est, seruari æquum est.

Quarta regula. Iudicem remouere, & alium surrogare potest. Quæ regula approbatur l. 5. C. eod. tt. his uerbis: Si quos iudices, uel propter aduersam uel longã corporis ualetudinẽ, uel propter negligentiã, aut furtũ, uel simile aliquod uitiũ, sublimitas tua inutiles esse repererit: his ab administratione remotis, & inuicem eorum alijs subrogatis, furibusq; pœnis legitimis subiectis, ad nostræ consuetudinis scientiã, nõ crimina, sed uin dicta referatur.

Quinta regula. De rescriptis ad præfectum prætorio rescribendis, proponitur l. ult C. eod. tt. his uerbis: Si qui posthac, uelut in debitis oneribus grauati, ad preces crediderint conuolandũ, siue de nauicularijs rationibus, siue transuectionibus: rescripta, quæ de omnibus his atque huiusmodi ordinationibus mitti cõtigerit, ad sedẽ sublimitatis tuæ rescribantur.

Reliqua de Præfecto prætorio suis subiecta sunt locis.

DE PRAEFECTO VRbi. Cap. XI.

I. *De definitione & causa præfecti urbi, proponitur l. 2. §. quoties autem proficiscuntur. ff. de origine iuris. cuius uerba uide s. cap. 6.*

II. *De causis quæ ad iurisdictionem præfecti urbi pertinent, & quæ ab eo curanda.*

Prima regula. De criminibus in genere, proponitur l. 1. in prin ff. de officio præfecti urbi, his uerbis: Omnia omnino crimina, præfectura urbi sibi uindicauit: nec tantum ea quæ intra urbem admittuntur, uerùm ea quoq;, quæ extra urbem intra Italiam: ut epistola diui Seueri ad Fabium Chilonẽ, præfectũm urbi missa, declaratur. *Concordat d. l. 1. §. initio eiusdem, his uerbis:* Initio eiusdem epistolæ ita scriptum est: Cum urbem nostram fidei tuæ cõmiserimus. Quidquid igitur intra urbem admittitur, ad præfectum urbi uidetur pertinere. Sed etsi quid intra centesimũ miliarium admiſſum sit, ad præfectum urbi pertinet: sed si ultra ipsum lapidẽ egreſſum est, præfecti urbi notio nõ est. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ultra centesimum miliarium ab urbe crimen sit admissum. quæ exceptio iam dictis uerbis approbatur. Secũda exceptio est: Nisi milites crimen admisiſſe dicantur. quæ exceptio approbatur l. 1. in fine. C. de officio magistri militum, his uerbis:* Viri illustres, comites, & magistri peditum & equitum, in prouinciales nullam penitus habeãt potestatem, nec amplisſima præfectura in militares uiros. *Tertia exceptio est: Nisi præfectus urbi terminos urbis exierit. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. de officio præfecti urbi, his uerbis:* Præfectus urbi, cum terminos urbis exierit, potestatem non habet: extra urbem iubere, iudicare potest.

Secunda reg. Si seruus queratur de domino, præfecti urbi notio est. quæ regula approbatur l. 1. §. 1. ff. de officio præfecti urbi, his uerbis: Seruos qui ad statuas confugerunt, uel sua pecunia emptos ut manumittãtur, de dominis querentes audiet. *Hoc declaratur d. l. 1. §. quod autem, his uerbis:* Quod autem dictum est, ut seruos de dominis querentes præfectus audiat, sic accipiemus, non accusantes dominos (hoc enim nequaquã seruo permittendũ, nisi ex receptis causis) sed si uerecundè expostulent, si sæuitiam: si duritiam, si famem, qua eos comprimant: si obscœnitatem, in quam eos compulerint, uel compellant, apud præfectum urbi exponant. Hoc quoque officium præfecto urbi à diuo Seuero datum est, ut mancipio tueatur, ne prostituantur.

Tertia regula. Si dominus de seruo queratur, ad præfectum urbi pertinet. quæ regula approbatur exemplo d. l. 1. §. si quis seruum, his uerbis: Si quis seruum suum, adulterium commisiſſe dicat in uxorem suam, apud præfectum urbi erit audiendus.

Quarta regula. Si patronus de liberto queratur, præfectus urbi audiet. Quæ regula approbatur d. l. 1. §. sed & patronos. his uerbis: Sed & patronos egentes de suis libertis querentes audiet: & maximè, si ægros se esse dicãt, desiderentq; à libertis exhiberi. *Concordat d. l. 1. §. cum patronus, his uerbis:* Cum patronus contemni se

ſe à liberto dixerit, uel contumelioſum ſibi libertum queratur, uel conuicium ſe ab eo paſſum, liberoſq́;, uel uxorem, uel quid huic ſimile obijciat: præfectus urbi aditus, pro modo querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fuſtibus caſtigare, aut ulterius procedere in pœnam eius ſolet. Nam plerunq; puniendi ſunt liberti. certè ſi ſe delatum à liberto, uel ſi conſpiraſſe eum contra ſe cum inimicis doceat: etiam metalli pœna in eum ſtatui debet.

Quinta reg. Si tutores uel curatores malè in tutela uel cura uerſati dicātur, ad notionē præfecti pertinet. quæ reg. approbatur d. l. 1. §. ſolēt, his uerbis: Solent ad præfectum urbi remitti etiam tutores, ſiue curatores, qui malè in tutela ſiue cura uerſati, grauiore animaduerſione indigent, quàm ut ſufficiat eis ſuſpectorum infamia: quos probari poterit, uel nummis datis tutelam occupaſſe, uel prœmio accepto operam dediſſe, ut non idoneus tutor alicui daretur, uel conſulto circa edendum patrimonium quantitatem minuiſſe, uel euidēti fraude pupilli bona alienaſſe.

Sexta regula. Si, Quod ui aut clam, aut, Vnde ui interdicto agatur, præfectus urbi cognoſcere poteſt. quæ regula approbatur d. l. 1. §. ſed & ex interdicto, his uerbis: Sed & ex interdicto, Quod ui, aut clam, aut interdicto, Vnde ui, audire poteſt.

Septima regula. De officio præfecti circa numularios, proponitur d. l. 1. §. præterea curare, his uerbis: Præterea curare debebit præfectus urbi, ut numularij probè ſe gerant circa omne negocium ſuum, & temperent his, quæ ſunt prohibita.

Octaua regula. De argentarijs, proponitur l. 2. ff. de officio præfecti urbi, his uerbis: Adiri etiam ab argentarijs, uel aduerſus eos ex epiſtola diui Hadriani, & in pecuniarijs cauſis poteſt.

Nona regula. De cura carnis proponitur l. 1. §. cura carnis. ff. eod. tt. his uerbis: Cura carnis omnis, ut iuſto precio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet. Ideo & forum ſuarium ſub ipſius cura eſt. Sed & cæterorum ſiue pecorum, ſiue armentorum, quod ad huiuſmodi præbitionē ſpectat, ad ipſius curā pertinēt.

Decima regula. De curanda quiete populi, & diſciplina ſpectaculorum, proponitur d. l. 1. §. quies, his uerbis: Quies quoque popularium, & diſciplina ſpectaculorum, ad præfecti urbi curam pertinere uidetur. Et ſanè debet diſpoſitos milites ſtationarios habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi quid ubi agatur.

Vndecima regula. Si illicitum collegium coierint, ad præfectum urbi pertinet.. Quæ regula approbatur d. l. 1. §. fin. his uerbis: Diuus Seuerus reſcripſit, eos etiam, qui illicitum collegiū coiſſe dicantur, apud præfectum urbi accuſandos.

Duodecima regula. De cura annonæ, proponitur l. 1. C. de officio præfecti urbi, his uerbis: Studentibus nobis ſtatum urbis, & annonariam rationem aliquando firmare: in animo ſubijt, eiuſdem annonæ curam non omnibus deferri poteſtatib. Et ne præfectura urbis abrogatum ſibi aliquid putaret, ſi totum ad officium annonarum redundaſſet: eidem præfecturę ſollicitudinis neceſsitatem mādamus. Sed non ita, ut lateat officium annonariæ præfecturæ, ſed ut ambæ poteſtates, in quantum ſibi negocij eſt, tueantur ciuilem annonam, ſitq́; ſocietas muneris: ita, ut inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat, atq; ita ſuperior poteſtas ſe exerat, ut ſciat ex ipſo nomine, quid pręfecto debeatur annonæ.

III. QVI SVBIECTI SINT iuriſdictioni præfecti urbi?

Prima regula huius loci, proponitur l. 4. C. de officio præfecti urbi, his uerbis: Omnia corporatorum genera, quę in Conſtantinopolitana ciuitate uerſantur, uniuerſoſq́; ciues ac populares, pręfecturę Vrbanę regi moderamine cognoſcas.

Secunda regula. De hominibus prouincialibus, proponitur l. 2. C. eod. tt. his uerbis: Quod promulgatis ſanctionibus, tua ſinceritas ſcriptum eſſe non neſcit, etiam ex præcepto noſtro competenter obſeruet: nec quaſdam perſonas de prouincia exiſtimet aduocandas, niſi tātummodo ſuos officiales, & homines populares, huius almæ urbis ſeditioni obnoxios. *Concordat l. 1. §. initio eiuſdem. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. reg. 1.*

Tertia regula. De militibus proponitur l. 1. in fine. C. de officio magiſtri militū: cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. reg. 1. except. 2.

Quarta regula. De argentarijs proponitur l. 2 ff. de officio præfecti urbi: cuius uerba uide paulo ſuperius quæſt. prox. reg. 8.

IIII. QVA POENA PRAEFECTVS urbi coercere poſsit?

Prima regula. De iure relegandi & deportādi, proponitur l. 1. §. relegandi. ff. de officio præfecti urbi, his uerbis: Relegandi deportandiq; in inſulam, quam Imperator adſignauerit, Præfectus urbi licentiam habet. *Vide inſuper J. Lib. prox. cap. 12. quæſt. 1. except. 1.*

Secunda regula. De interdictione urbe, uel alio loco, aut officio alij'ue rei, proponitur d. l. 1. §. penult. his uerbis: Et urbe interdicere præfectus urbi, & qualibet alia ſolitarum regionum poteſt, & negociatione, & profeſsione, & aduocationibus, & foro, & ad tempus, & in perpetuum: interdicere poterit & ſpectaculis: & ſi quem relegat ab Italia, ſubmouere eum etiam à prouincia ſua.

DE QVAESTORE, Cap. XII.

I. *De origine quæstoris, proponitur l. 1. in prin. ff. de officio quæstoris, hisce uerbis*: Origo quæstoris creandi antiqnissima est, & penè ante oẽs magistratus. Iunius certè Gracchanus libro septimo de Potestatib. etiam ipsum Romulũ & Numã Põpiliũ binos quæstores habuisse, quos ipũ non sua uoce, sed populi suffragio crearent, refert. Sed sicuti dubium est, an Romulo & Numa regnantibus quęstor fuerit: ita à Tullo Hostilio rege quæstores fuisse certum est. Et sanè crebrior apud Veteres opinio est, Tullum Hostilium primum in rempub. induxisse qnæstores: & à genere quærendi quæstores initio dictos, & Iunius & Trebatius & Fenestella scribũt. *De causa item quæstorum & origine dicitur l. 2. §. deinde cum ærarium. ff. de origine iuris. cuius uerba uide 5. cap. 6.*

II. *Ratio nominis, proponitur uerbis iam propositis hisce*: Et à genere quærendi quæstores initiò dictos. *Concordat d. §. deinde cum ærarium. item Nouell. c. 80. §. magistratui.*

III. *Species quæstorum, proponitur l. unica. §. fin. ff. de offi. quæstoris, his uerbis*: Ex his (sicut diximus) quidã sunt, qui Cãdidati principis dicuntur, qui epistolas eius in senatu legunt.

IIII. *Qui creandi quæstores, definitur d. l. unica. §. hodie, his uerbis*: Hodie obtinuit indifferenter, quæstores creari tam patricios quàm plebeios. ingressus est enim & quasi primordium gerendorum honorum, sententiæq; in senatu dicendæ.

V. *De nihil dando pro quæstura, proponitur Nouell. c. 80. §. quemadmodum, his uerbis*: Quemadmodum uolumus ut tã ipse qnæstor, quàm cohors eius munerum abstinentissimus sit, & nihil extra deputata à nobis accipiat: ita & ut à dispendijs conseruentur immunes iubemus, & neq; occasione codicillorum, neq; per occasionem annonarũ, neque alia quacunq; de causa, uel in sacro nostro palatio, uel in iudicio excellentiæ tuæ, codicillorum, aut iussionum nomine quidquam præstent uel nunc, uel in sequenti tempore, uel præfectis mensæ excellentiæ tuæ titulo annonarũ, quæ per eos tum ipsi, tum adsessori, tum cohorti eius erogãtur: sed ex omni parte pura illis conseruentur, quæ ex nostra collata sunt liberalitate. Satis enim magnã decentemq; apud oẽs inibit gratiã, si genuina magistratus gubernatione, maximè omnibus utilem se præbeat.

VI. *De salario & annona quæstoris, eiusq; apparitorum. proponitur d. Nouell. c. 80. §. propterea enim. cuius uerba proponentur paulo inferius quæst. prox. reg. 8.*

VII. *Officia quæstoris quæ sint? & causæ ad iurisdictionem eius pertinentes.*

Prima regula. De sortiendis prouincijs, proponitur l. unica. §. ex quæstorib. ff. de officio quæstoris, his uerbis: Ex quæstorib. quidã solebant prouincias sortiri ex Senatusconsulto, quod factum est Decimo Druso & Porcina consulibus. Sanè non omnes quæstores prouincias sortiebantur: uerùm excepti erant Candidati principis. hi enim solis libris principalibus in senatu legendis uacabant.

Secunda regula. De cura laterculi minoris, proponitur l. 1. C. de officio quæstoris, hisce uerbis: Theodosius A. Sallustio quæstori: Totius minoris laterculi curã scias ad tuæ sublimitatis sollicitudinem pertinere: ita, ut tuo arbitratu & scrinio memoriæ totius minoris laterculi dignitates: hoc est, præfecturæ, oẽs tribunatus, & præpositurae castrorum, iuxta cõsuetudinẽ priscã clementiæ meæ authoritate deinceps mittantur. *Concordat l. 2. C. eo. tt. his uerbis*: Oẽs minoris laterculi dignitates, quæ sub cura quidẽ ac sollicitudine uiri illustris quæstoris esse antea uidebãtur, postea uerò uel uniuersæ, uel mediæ ad magistrorum militum potestatem dispositionẽque transierant: placuit nunc clementiæ meæ, uetusti temporis more reuocato, ad prisca deinceps iura reuocare.

Tertia reg. Ne sine subscriptione principis officium quæsturæ administretur, proponitur l. 1. C. eod. tt. his uerbis: Officia & cõditiones, quæ pertinent ad uiros deuotos in sacro scrinio memorię militãtes, nemini liceat sub quacũq; occasione, sine ulla diuinæ subscriptionis liberalitate peragere: eo quicunq; in hoc fuerit postea facinore cõuictus, publicatione bonorum suorum mulctando: officio quoq; rectoris prouinciæ, in qua nõ allegato super gerẽda sollicitudine sacro rescripto aliquis ausus fuerit eandẽ curam sibimet usurpare, trium librarum auri dispendio feriendo.

Quarta reg. De peregrinis inquirendis & ex urbe eijciendis, proponitur Nouell. c. 80. §. 1. usq; ad §. at si qui litis, hisce uerbis: Deprehẽdimus paulatim prouincias quidẽ suis denudari incolis, amplã uerò hanc urbem nostrã incondita diuersorum hominum multitudine perturbari, & maximè agricolarũ, qui urbes suas & agricolationem relinquant. Hæc, nos ut ad præsentem legem, & magistratum nunc fermè primam à nobis de nouo designatũ, cõuerteremus oculos, effecerunt: cui nõ dubitamus & ex publico assignare annonã, & sufficiẽtẽ insuper cohortẽ constituere, & ex munere negligẽter obito irrogare periculũ. Magistratui certè, & ei qui hunc suscipit, Quæstoris nomen imponimus. Ita enim sanè & qui hunc Initio magistratum inuenerunt (loquimur autem de remotissimis & uetu-

uetustissimis temporibus) quasi inquisitores, illos qui ad hunc ordinem & dignitatis gradum progrederentur, appellarunt. Volumus autem, ut qui hunc magistrarum gerit, respiciens ad Deum simul, & timorem nostri, & legem, perquirat eos qui in ampla hac urbe peregrè diuersantur, ex quacunq; tandem regione sint, siue uiri, siue mulieres, siue clerici, siue monachi siue ascetriæ, siue exterarum urbium aduocati, siue etiam alterius conditionis aut dignitatis homines existant: & curiosius insistat percontetur&q;, & qui sint, & unde, & per quam causam aduenerint. Et si quidem agricolæ sint, consideret, ad quos ex nostris magistratibus illorum pertineant controuersiæ: & his immineat, quo magis & sub compendio, breuiterq; illos difficultatibus, quas propter huc aduenerunt liberent, & obtento iure suo, primo quoque tempore eò remittant, unde uenerunt. Si uerò agricolæ existant, qui certis subditi sint dominis & eorum indigentes præsidio ad hanc regiam urbem deuenerunt: procuret, ut citius domini negocia ipsis expediant, quæ propter accesserūt, & protinus obtento iure suo remittant. Si uerò (ut probabile est) cum dominis in disceptationem peruenerint, & contra eos causas agant, siquidem uniuersitas sit, continuò eam quidem multitudinem in prouinciā remittat, duobus aut tribus relictis qui forma syndici & totius uniuersitatis nomine litem exerceant: atq; ita litis cognitori immineat, procuretque, ut quàm primū controuersias decidat, ne in longum ipsis tempus protrahantur, & maximè agricolis, quorum & præsentia hic superuacua est, & uacatio ab opere rustico tam ipsis, quàm dominis damnum importat. Quod si non ex agricolis ea multitudo sit, quæ peregrè hic diuersatur, sed alij fortè, qui & ipsi pertractandis aduersus alios litibus longiorē hic moram trahant: ne quid relaxet, sed cū summa contentione iudices urgeat, ut cum festinatione ipsos controuersijs absoluant, & causarum actione liberatos, ad prouincias & suas urbes incolendas remittant. Si uerò, cum sępenumero ad hoc à nobis institutus magistratus uel litis cognitorem, uel agricolarum dominos interpellet, ut litigātes aut hic desidentes liberent, ipsi hoc distulerint, neque illos quàm primum uel à lite, uel ab hac desidia absoluerint: tunc qui in hunc à nobis magistratum promotus est, litigantes & pro iure aliquo conuenientes dominos suos, neque id obtinentes, ipsé apud se producat & examinet, & breuiter ijs compositis, quamobrem amplæ huic urbi adsident, ad patrias sedes, aut ea omnino loca unde aduenerunt, illos remittat, omni in hoc priuilegio & fori præscriptione sublata. *Concordat d. c. 80. §. & postremò, his uerbis:* Postremò singulos quosque percōtans, cuius gratia aduenerint, re comperta, de illis quæ æquum est facere faciat, ne inertes hic desideant, sed ex animi sui sententia confectis his, quę illorū intersunt, ad sedes suas reuertatur. *Plura de regula proposita uide J. reg. 9.*

Quinta regula. De mendicis expellendis, proponitur d. c. 80. §. at si qui litis, cum sequentib. hisce uerbis: At si qui litis causam non habentes, tantum cōparandi uictus gratia in hac nostra sunt ciuitate, ut reliquum uitæ uel emendicando, uel si mendicitas ad illorum auiditates non sufficiat, iam etiam delinquendo transigant: corporum eorum constitutionem, qualis ea sit inspiciat: & siquidem ualentibus sint corporibus, possintq; ad laborem sufficere, & aliquorū serui fuerint: perdiscat, quorum sint, & uel inuitos ipsos dominis remittat. Si conditione liberi sint & uel ex prouincijs aliquibus, uel urbibus oriundi, hos in prouincias remittat, unde ducunt originem. Si indigenæ sint, & ualidis utantur corporibus, neq; decentem occasionem habeant undè sibi uictum parent: non permittat, ut inutile terrę pondus sint, sed primo quoquo tempore in ministerium tradat eos artificibus publicorum operū, tam qui officinis pistorijs præfecti sunt, quàm qui hortos colūt, & alijs diuersis artificijs & opificijs, in quib. simul laborare, simul alimenta habere ualeant, & ita inertē uitā ad meliora traducere. Si qui uerò opificijs quibus traditi sunt uacare noluerint, hos regia hac urbe expellat. Ac clementer sanè cum ijs agentes, ista sancimus: ne quādo inerti ocio ad illicitas ipsos actiones impellente, leges eos abripiant ad pœnas, tradentes nostris magistratibus. Cæterùm qui quæue oblæso sunt corpore, aut canicie graues, hi ut à molestia uacui sint, iubemus, in pręstanti hac regia urbe ab his alendi, qui piè uolunt agere.

Sexta regula. De causa iniuriarum occasione consuetudinū prouenientiū, proponitur d. c. 80. §. praeterea si qui, his uerbis: Præterea si qui uel in hac habitantiū ciuitate, uel extrinsecus aduenientium, conquerantur de aliquibus, quòd per causam fortè cōsuetudinū (ut uocant) uel aliarum exinde prouenientium iniuriarum ab ipsis affecti sint dispendijs, dicātq; ipsos uel nostras de his transgressos esse leges, uel citra iussionem magistratuum obtulisse citationem: exactè perquirat, cuius dignitatis aut militiæ sint, & sub quo censeantur magistratu, qui talia deliquerint: simulq; eos comprehendat, simul postquam de facto constiterit, interminatas à legibus nostris pœnas exigat, nullo competentium

magiſtratuum aliquid hæc contra facere, & hoſce adſerere queunte: & tam iniuria oppreſſos illæſos tueatur, recipientes ea quæ contra legis præſcriptum extorta fuerunt, quàm etiam pœnas inſuper à noſtris definitas conſtitutionibus exigat, & ea quę illas concernunt, ad nos referat, præſtandas utiq; ubi nobis uiſum erit.

Septima regula. De falſi cauſa, proponitur d. c. 80. §. ad hæc autem. his uerbis: Ad hæc autem, & ea quæ de falſo querelam, ſiue (ut uulgo uocant) plaſtographiam recipiunt, in quocunque tandem negocio, requirat: & eo nomine delatos comprehendat, & poſt inſcriptionem & probationes expeditas afficiat ſupplicio. Nam & iſtiuſmodi notionis ei poteſtatem facimus. Verùm ſi quis talibus oppreſſus iniurijs, magiſtratui ea per præſentem à nobis legem deſignato denūciarit, neq; iuſtam impetrauerit prouidētiam: ut ad nos etiam, ſiue qui unquā Imperij tebus præfuerit, iſta renunciare & ſuggerere compellatur: certò ſciatis, qui hunc magiſtratū ſuſcepit, quòd ei, qui per eius ſocordiam malè acceptus eſt, ipſe de ſuo ea quæ illum à delinquente per ipſum ſumere oportebat, reſtituet: ultra hoc, quòd maiorē etiam indignationem noſtram experietur: & meritò, cum iuſsiones noſtras tranſgredi auſus fuerit.

Octaua regula. De nihil accipiendo à ſubditis, proponitur d. Nouell. c. 80. §. enimuerò, cum ſequentibus, his uerbis: Enimuero perpetuò & omnium maximè hanc rem ſtudio habebit is, qui hunc magiſtratum gerit, ut puris omnia manibus conficiat, neque apparitores habeat ſordidos, aut turpi quæſtui deditos: ſed tam ipſe magiſtratum ſinceriter & ingenuè adminiſtret, quàm ſi quid eiuſmodi ab apparitoribus ſuis delictū reperiat, perſequatur id pœna, & præcipuè ex eo conſtantiam temperantiamq; oſtendat. Proprerea enim & decem auri libras ipſi in ſumptum decernimus, item eius adſeſſori ſolidos centum, & his qui ipſi apparituras faciunt per cauſam, ſumptus trecentorum triginta ſolidorum annonas præbemus (quorum etiā deſcriptionem huic legi ſubdi iuſsimus) ut largitate fiſcali contenti, alienis abſtineant. Ita ſummoperè & in Dei, & in noſtram ſe gratiam inſinuabunt, & tam cœleſti, quàm noſtra prouidentia perfruentur, & adminiſtrationis negocia facilius, magisque ex legum uoluntate expedient.

Nona regula. Verum de peregrinis remittendis, proponitur d. c. 80. §. damus autem ei. cum ſequētibus, his uerbis: Damus autem ei, qui hunc magiſtratum gerit, facultatem, ut & magiſtratib. obſtrepet, & ad nos referat, & per ſe quoq; agat cōuenientia: neq; imbecillitate, aut aliud quidquā omnino cauſetur, quo minus noſtro de ſe iudicio reſpondere uideatur. Cōſimiliter illi damus licentiā, ut ad prouinciarū pręſides publicis utatur epiſtolis, quo magis à ſe emiſſos, & ocioſè illic degentes, in ſuas ſedes remittant, legitimum quoque auxiliū (ſi quo indigeant) percepturos. In illam etiam rem maximè prouidentiam accommodet, ne (ut ſæpè) quod abſq; cauſa hic nidulantes, & ab ipſo ablegati, denuò regrediantur: iterum ab ijſdem interturbetur, & reuerſi nouorum illi negociorum anſam præbeant. Nam ſi ruſus in ampla hac urbe abſque cauſa nidulari eos, qui ſemel abſoluti, & in ſuam prouinciā dimiſsi ſunt, deprehendat: decentem his etiam caſtigationem irrogabit, & cum maiore denuò aſperitate remittet. Ita nobis & exterę urbes incolentur, & ampla hæc urbs confuſione liberabitur. Sed etſi aliquos de cohorte ſua uiſum illi ſit in ultra marinis nauium ſtationibus collocare, qui & extrinſecus aduenientes interpellent, & ſuſcipientes hinc deſtinatos in prouincias emittant, peraget hoc quoq;, per omnia reipublicæ commodum captans. Hæc omnia ſancimus, gerentes curam noſtrorum ſubditorū, ne quando patrijs ſedibus relictis, miſerè hic affligantur: & fortè moriantur ſuis orbati, neq; paternis potiti ſepulturis: cum & ij, qui ante nos leges tulerunt, inſtitueruntq; reſpublicas, non leuiter ea res ſtudio ſit habita, ſed & contra ignauiam quædam cōſtituta fuerit actio, & quidquid in urbe peregrinū eſſet, accuratius peruestigauerint. Et neq; nouū, neq; maiorib. inſolitū hoc genus ſtudij eſt, ſed honeſtū, & uetuſtū: qd̄ tamē per ſocordiam, quæ uniuerſas rès oblædit, medio tempore neglectū, ne paulatim intercideret, & penitus interiret, in magno fuit periculo, donec nos deprehenſa eius utilitate & commoditate, denuò ipſum in rempub. induximus.

DE PRAETORIBVS.

Cap. XIII.

1. *Ratio nominis & uſus prætorum, proponitur Nouell. c. 24. in prin. his uerbis*: Nunquam ſanè credimus, ueteres Romanos ex paruis adeoq; minutiſsimis principijs tam amplā conſtituere rempub. & totū exinde terrarū orbē (penè dixerimus) ſibi adiungere, & premere, ac tueri imperio potuiſſe: niſi maioribus in prouincias magiſtratibus miſsis, plus ea re dignitatis ſibi comparaſſent, ſimulq; illis armorum iuxtà ac legum poteſtatem feciſſent, neq; nō ad utrumq; accōmodatos & idoneos habuiſſent, quos quidē Prætores uoca-

uocabant, appellatione illis ex eo indita, quod cæteris omnibus præirent & præponerentur: permissa scilicet eis tam rei bellicæ administratione, quàm legum perscriptione. Vnde & ea loca, in quibus publicè magistratus uel ius reddere, uel habitare solebant, Prætoria appellare: & ut pleræq; in rempub. leges ex uiua prætorum uoce inferentur, constituerũt. Et multi prætores partim Siciliam, partim Sardiniam insulã, partim Hispaniam, partim terra mariq;, alij aliud uel imperio adiecerunt, uel rexerunt. Hæc nos in animo reputantes, &c.

II. De creandis Prætoribus, proponitur l. 2. C. de officio prætorum, his uerbis: Tres tantummodo prætores electæ opinionis in hac urbe per singulos annos iudicio Senatus præcipimus ordinari: qui cõpetentes causas & debitos actus integrè disceptare, atq; tractare debebunt: ut hi tamẽ tres, ex ijs qui propriũ larẽ in hac alma urbe habeãt, nõ ex prouincijs eligantur: nec si quis fortè propter alias causas ad hãc urbem de prouincijs uenerit, ad præturæ munus efferatur: sed ij tantummodo (ut dictũ est) qui hic domicilium fouent: ita tamen, ut nec ipsi sumptus quosdã inferre cogantur inuiti, sed habeant spõtaneũ liberalitatis arbitriũ. *Pertinet ad hunc locum de creandis pretoribus l. 1. C. de pretoribus & honore preturæ. cuius hæc sunt uerba*: Nemo ex clarissimis & spectabilibus qui in prouincijs degũt, ad præturam postea deuocetur: maneat unusquisq; domi suæ tutus atq; securus, & sua dignitate lætetur.

III. QVAE CAVSAE AD IVrisdictionẽ prætoris pertinent?

Prima regula. De causis, in quibus causa cognita decretum interponẽdum est, proponitur l. 105. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Vbicũq; causæ cognitio est, ibi prætor desideratur. *Concordat l. 1. C. de offic. pretorum, his uerbis*: Prætori defertur hæc iurisdictio sancientib. nobis, ut liberale uegociũ ipse disceptator examinet. Sanè interponi ab eo decreta cõuenit, ut siue in integrũ restitutio referenda est (probatis duntaxat causis) ab eodẽ etiã interponatur decretũ: seu tutoris dãdi, seu ordinãdi curatoris, impleatur ab eo interpositio decretorum: quippe cũ apud eũ quoq; adipisci debeat patronorũ iudicio sedula seruitus libertatẽ: nec sanè debita filiorũ uoris patrũ uota cessabũt, ut parẽti copia liberos suos exuãt potestate, magis proprijs obsequijs mancipatos: cum sese intelligant his obsequij plus debere, à quibus se meminerint sacris uinculis exutos.

Secũda regula. De reb. tam ciuilibus quàm militaribus, proponitur Nouell. c. 24. §. hæc nos in animo: ubi cum prepositum esset exordiũ, paulo superius eod. cã. in prin. expositũ, subijciuntur hæc uerba: Hæc nos in animo reputantes, & uetustatem denuò maiore cũ flore & uenustate quasi postliminiò reducẽtes in rẽpub. Romano præterea nomini dignitatem addentes, & uidentes, quod duplici in asperiores prouincias magistratu ad hũc usq; diẽ destinato, neuter ad plenũ sua sorte cõtentus fuerit, sed ex ea causa per quasdam nostras prouincias, in quibus tam ciuilis quàm militaris magistratus existit, semper inter se rixentur, semper pugnent, non quò subditis boni aliquid faciant, sed quo eos magis atterãt: è re fore putauimus, si utrunq; magistratum, tam ciuilem quàm militarem in unã formã contrahamus, imponemusq; denuò ei, qui hanc potestatẽ habebit, appellationẽ Prætoris, ut idem & militarib. copijs quæ per prouinciam sunt, secundum cognomentũ antiquitùs illis impositum, præeat. & præficiatur legibus: siquidẽ & hoc initio Prætorũ erat proprium. Et cum utriusq; officij annonas habeat, una tantum cohorte utatur ex centum cohortalibus (tot enim ei sufficiẽt) quæ Prætoriana cohors appelletur, & per probatorias conuenienter hinc procedentes constituatur. Ita enim dignitate plenus erit, ita latrocinia exercentibus terribilis, ita iniustis ineuitabilis, si maiore cum potestate omnia conficiat. Et cum lex iam pridẽ à nobis posita iubeat, oẽs omnino iudices puris uti manibus, ei obtemperet: & præstito iuramento, secundum hãc res gubernet, tam armis utens, quàm ciuilia secundũ nostras leges ordinans. Vnde, tametsi ex gloriosissimis consulib. aliquis ad hanc administrationẽ accedat, nihilominus in hoc imitatio quędã priorum eluceat; qua uidelicet prouincias sortientes consules cõsularesq; uiri, & nõ multò illis inferiores Prætores, paulatim Romanorũ nomen ita auxerunt, & tam amplum effecerunt, quantum nulli unquam alij reipublicæ seu imperio cõcessit Deus, id quod ueteres etiam Annalium scriptores prodiderunt.

IIII. DE SPECIEBVS Prætorum.

Species prætorũ exponũtur l. 2. §. cumq; consules, cum sequente. Item §. capta deinde, cum sequentib. ff. de origine iuris. cuius legis uerba uide s. eod. Lib. ca. 6.

De plebeis Prætoribus tractat Nouell. const. 13. his uerbis: Clarissimorum uigiliæ præfectorum nomen, cum & dignitate plenum à ueteribus Romanis notissimum extiterit: haud scimus, quomodo ad diuersam appellationem, simul & ordinem transierit. Quos enim patria nostra lingua Præfectos uigilum uocauit, quodammodo illis imperiũ in eos iniungens, qui uigilias agerent, & nihil

nihil inexploratum relinquerent, eos Græcorum lingua (nescimus unde) noctium Præfectos nuncupauit, quasi necessarium sit, sole quidem (ut licet conijcere) occidente magistratum exurgere: rursum uerò oriente eo, quieti se tradere. Quid enim causæ fuit, quamobrem noctium nomen appofuit? Si enim propterea hsne appellationem obtinet, quia solus hic magistratus eorum curam habet, quæ per noctem perperam admittuntur, & quia noctu per urbem oberrat: atqui idem hoc facere cernimus & præfecturam urbicariam, ut nihil obstare posit, curnon (quantum ad hanc appellationem) hunc etiam magistratum hoc nomine uocemus. Si autem officia diuidi possunt, ut gloriosissimus quidem huius almæ urbis præfectus interdiu magistratum gerat, illi autem alteri noctu: uehementer à uero aberrarunt, quicunque nominis restitutionem corruperunt. Inde, cum ea appellatio adeò caliginosa, tenebricosa, & eiusdem cum nocte nominis sit: meritò hanc omnes refugiunt, & cum eligantur, pœnam inferri arbitrantur, neq; imperialibus dignam esse codicillis rentur. Nos igitur reipsa, uti se habet, altius perspecta, hunc magistratum, sumpto ab appellatione principio, de integro resuscitandum exornandumq; existimauimus, ut nemo deinceps noctium præfectus nuncupetur. curabunt enim, quæcunq; uel interdiu, uel noctu iniustè perpetrantur. Quoniam uerò prætoris nomen ueteribus Romanis mirũ in modum placuit: propterea putauimus, & eos qui tuendæ quieti & disciplinæ publicæ præsint, quiq; inter populares ortam perturbationem cohibere ualeãt, ita nominãdos esse. Et quẽadmodum ex senatorio ordine alij sunt prætores, qui libertatibus, alij qui tutelis, & id genus alijs præsidẽt: ita sint & hi plebeiæ rectitudinis prætores, ac nostra quidem lingua Prætores plebis appellentur, Græca aũt hac, & cõmuni prętores τῶν δήμων. Quomodo autem prætoris nomen se habeat, quomodo non longè absit à consulatu, &c. *Vsq; ad finem.*

DE PRÆFECTO VIgilum, & Aedilibus. Caput XIIII.

I. *De origine & definitione præfecti uigilũ, proponitur l.1. cum duab. legibus sequentibus. ff. de officio præfecti uigilũ, his uerbis:* Apud uetustiores incendijs arcẽdis triumuiri præerant, qui ab eo quòd excubias agebant, nocturni dicti sunt. Interueniebãt nonnunquã Aediles & Tribuni plebis. Erat aũt familia publica circa portas & muros disposita, unde si opus esset euocabatur. Fuerunt & priuatæ familiæ, quæ incẽdia uel mercede, uel gratia extinguerẽt. Deinde diuus Augustus maluit per se huic rei cõsuli, plurib. uno die incẽdijs exortis. Nã salutẽ reipub. tueri, nulli magis credidit cõuenire, nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem. Itaq; septẽ cohortes opportunis locis cõstituit, ut binas regiones urbis unaquæq; cohors tueretur: præpositis eis tribunis, & super oẽs spectabili uiro, qui Præfectus uigilũ appellatur.

II. *De nomine præfecti uigilum. Nomen Imp. Iustinianus mutauit, & appellauit hunc magistratum prætorem plebeium Nouell. c.13. §. 1. cuius uerba uide §. cap. prox. quæst. 4.*

III. *De officio præfecti uigilum, proponitur l.3. §. sciendũ. ff. de officio præfecti uigilũ, his uerbis:* Sciẽdum est aũt, præfectũ uigilum per totã noctẽ uigilare debere, & coerrare calceatum, cum hamis & dolabris, ut curã adhibeant: omnes inquilinos admonere, ne per negligentiã aliquã incendij casus oriatur: præterea ut aquam unusquisq; in cœnaculo habeãt, iubetur admonere. *Plura de officio huius magistratus uide d. Nouell. c.13.*

IIII. *Quæ causæ ad iurisdictionem præfecti uigilum pertineant, enumerantur l.3. §. cognoscit. ff. de officio præfecti uigilum, his uerbis:* Cognoscit præfectus uigilũ de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus & receptoribus: nisi si qua tam atrox tamq; famosa sit persona, ut præfecto urbi remittatur. Et quia plerunq; incendiæ fiunt culpa inhabitantium: aut fustib. castigat eos, qui negligentius ignes habuerunt, aut seuera interlocutione cõminatus, fustiũ castigationẽ remittit. Effracturæ fiunt plerũq; in insulis, in horreisq;, ubi homines preciosissimã partẽ fortunarũ suarũ reponunt, cum uel cella effringitur, uel armarium, uel arca: & custodes plerunq; puniuntur, ut diuus Antoninus Erutio Claro rescripsit. ait enim posse eum horreis effractis quæstionem habere de seruis custodibus: licet in illis ipsius Imperatoris portio esset. *Huc pertinet d.l.3. §. fin. cuius hæc sunt uerba:* Sed aduersus capsarios quoq;, qui mercede seruãda in balneis uestiméta suscipiunt, iudex est cõstitutus, ut si quid in seruãdis uestimẽtis fraudulẽter admiserint, ipse cognoscat. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi atrox & famosa sit persona, quæ quid eiusmodi perpetrasse dicatur. Hæc exceptio approbatur d.l.3. §. cognoscit. ibi:* Nisi si qua tam atrox, tamque famosa sit persona, ut præfecto urbi remittatur. *Secunda exceptio est: Nisi causa sit capitalis. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. de officio præfecti uigilum, his uerbis:* Præfecti uigilum huius urbis nihil de capitalibus causis sua authoritate statuere debent: sed si quid

si quid huiusmodi euenerit, culmini tuę potestatis referre, ut de memoratis causis celsiore sententia iudicetur. *Propositę exceptionis exemplum, proponitur l. 4. ff. eod. tt. his uerbis*: Impp. Seuerus & Antoninus Iunio Rufino præfecto uigilum ita rescripserunt: Insularios, & eos qui negligenter ignes apud se habuerunt, potes fustibus & flagellis cædi iubere: eos autem, qui dolo fecisse incendium conuincentur, ad Fabium Chilonem præfectum urbi, amicum nostrum remittere, & fugitiuos conquirere, eosq́; dominis reddere debes.

V. QVA POENA COERcere Præfectus uigilum possit?

De fustium & flagellorum castigatione, proponitur l. 3. §. cognoscit. ff. de officio præfecti uigilum. cuius uerba uide §. quæst. prox. in prin. Concordat l. 4. ff. eo. tt. cuius uerba uide paulo superius.

Plura de proposito magistratu uide Nouell. constitut. 13. cuius uerba proposita sunt §. capite proximo, in fine.

VI. De officio ædilium, *proponitur l. 3. ff. de uia publica, his uerbis*: ἐκ τοῦ ἀστυνομικοῦ μονοβίβλου τοῦ Παπινιανοῦ. Οἱ ἀστυνόμοι ἐπιμελείτωσαν κατὰ τὴν πόλιν ὁδῶν, ὅπως ἂν ὁμαλισθῶσι, καὶ τὰ ῥεύματα μὴ βλάπτῃ τὰς οἰκίας καὶ γέφυραι ὦσιν, οὗ ἂν δέῃ. Ἐπιμελείτωσαν δὲ καὶ οἱ ἴδιοι τοῖχοι ἢ τῶν ἄλλων, ἃ τὰ περὶ τὰς οἰκίας, εἰς τὴν ὁδὸν φερόμενοι σαθροὶ ὦσιν, ἵνα ὡς δεῖ, καθαίρωσιν οἱ δεσπόται τῶν οἰκιῶν, καὶ ἐπισκευάζωσιν. ἐὰν δὲ μὴ καθαίρωσιν, μηδὲ ἐπισκευάζωσι, ζημιούτωσαν αὐτούς, ἕως ἂν ἀσφαλῆ ποιήσωσιν. Ἐπιμελείτωσαν δὲ καὶ ὅπως μηδεὶς ὀρύσσῃ τὰς ὁδούς, μηδὲ χωννύῃ, μηδὲ κτίζῃ εἰς τὰς ὁδοὺς μηδὲν, ἢ ὁ μὲν δοῦλος ὑπὸ τοῦ ἐντυχόντος μαστιγούσθω. ὁ δὲ ἐλεύθερος ἐνδεικνύσθω τοῖς ἀστυνόμοις, οἱ δὲ ἀστυνόμοι ζημιούτωσαν κατὰ τὸν νόμον, καὶ τὸ γεγονὸς καταλυέτωσαν. ἐπισκευάζειν δὲ τὰς ὁδοὺς τὰς δημοσίας κατὰ τὴν αὐτοῦ οἰκίαν ἕκαστον, καὶ τὰς ὑδρορρόας ἐκκαθαίρειν τὰς ἐκ τῶν ὑπαίθρων, καὶ ἐπισκευάζειν οὕτως, ὡς ἂν μὴ κωλύῃ ἐπιέναι. ὅσοι δὲ μισθωσάμενοι οἰκοῦσιν, ἐὰν μὴ ἐπισκευάζῃ ὁ δεσπότης, αὐτοὶ ἐπισκευάσαντες ὑπολογιζέσθωσαν τὸ ἀνάλωμα κατὰ τὸν μισθόν. ἐπιμελείτωσαν δὲ καὶ ὅπως πρὸ τῶν ἐργαστηρίων μηδὲν προκείμενον ᾖ, πλὴν ἐὰν κναφεὺς ἱμάτια ψύχῃ, ἢ τέκτων τροχοὺς ἔξω τιθῇ. τιθέσθωσαν δὲ καὶ οὗτοι, ὥστε μὴ κωλύειν ἅμαξαν βαδίζειν. μὴ ἐάτωσαν δὲ μηδὲ μάχεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς, μηδὲ κόπρον ἐκβάλλειν, μηδὲ νεκρά, μηδὲ δέρματα ῥιπτεῖν: id est, Ex libro singulari Papiniani de Officio ędiliū: Aediles curam gerant per urbem publicorū itinerum, ut complanentur, neúe flumina damnū dēt ędibus, & ut ponticuli sint, quocūq; loco opus fuerit. Curæ item habeant, ut si priuati parietes, cùm alij tum domestici, qui in publicā uiam ferūtur, ruinā minētur, ædiū domini eos, ut oportet demoliātur ac reparēt. Quòd si uel nō demoliātur, uel nō reparēt: mulctam in eos dicāt, quousq; uitium emendauerint. Procurent etiā ne quis publica itinera perfodiat, aut aggeribus congestis obruat, neúe quid in publico itinere exædificet. Sin minus factū erit, seruus quidē flagellis à quocunq; qui eum deprehenderit cædatur: liber uerò ædilib. indicetur: Aediles uerò lege in eū animaduertāt, & quod factū est, opus destruāt. Præterea ut ante suas quisq; ædes publicas uias reparet, repurgetq́; aquagia, quæ sub dio sunt (scilicet curēt) ita quidē, ut ne quid impedimento sit, quo minus eatur, agatur. Quòd si qui in conductis ædibus habitant, quod ædium dominus eis non reparet, ipsi reparauerint: eum sumptum, &c.

DE PROCONSVLE, EIVSque Legato. Cap. XV.

HActenus de Magistratibus urbanis dictū est. Dicetur nunc de magistratib. prouinciarum.

Prima regula. De iurisdictione proconsulis quanta sit, proponitur l. 7. §. fin. ff. de offic. proconf. & leg. cū sequentib. his uerbis: Cum plenissimā iurisdictionē procōsul habeat, omniū partes, qui Romæ quasi magistratus uel extra ordinē ius dicunt, ad ipsum pertinēt. Et ideo maius imperium in ea prouincia habet omnibus, post principem: nec quidquam est in prouincia, quod non per ipsum expediatur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi causa sit fiscalis. quæ exceptio approbatur l. 9. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Sanè si fiscalis pecuniaria causa sit, quæ ad procuratorem principis respicit, melius fecerit si abstineat. *Secunda exceptio est: Nisi nondum prouinciam fuerit ingressus. Quæ exceptio approbatur l. 1. ff. eod. tt. his uerbis*: Proconsul ubiq; quidem proconsularia insignia habet, statim atq; urbem egressus est: potestatem autem non exercet, nisi in ea prouincia quæ ei decreta est. *Concordat l. 4. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius. reg. prox. except. 2. Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi uoluntaria sit iurisdictio. quæ replicatio approbatur, simul & declaratur l. 2. in princ. ff. eod. tt. his uerbis*: Omnes proconsules statim quàm urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem: non tamen cōtentiosam, sed uoluntariam: ut & manumitti apud eos possunt tam liberi, quàm serui, & adoptiones fieri.

Secunda regula. De iurisdictione legato mandanda, potest procōsul iurisdictionem suam legato mandare. quæ regula approbatur l. 4. §. post hæc. ff. de officio proconsulis. Concordat l. 6. §. sicut autē. ff. eod. tt. Propositæ regulæ except. prima hæc est: Nisi procōsul nōdum prouinciā fuerit ingressus. quæ except. approbatur d. §. post hæc. his uerbis: Post hæc ingressus prouinciā, mādare iurisdictionē legato suo debet: neque hoc antè facere, quàm fuerit

pro-

prouinciam ingressus. Est enim perquàm absurdum, antequam ipse iurisdictionem nanciscatur (nec enim prius ei competit, quàm in prouinciam uenerit) alij eam mandare, quam non habet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi prouinciam ingressus mãdatum ratum habeat. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis*: Sed & si antè fecerit, & ingressus prouinciam in eadem uoluntate fuerit, credendum est, uideri legatum habere iurisdictionem: non exinde, ex quo mandata est, sed ex quo prouinciam proconsul ingressus est. *Secunda replicatio est: Nisi necessariam moram in itinere proconsul patiatur. quæ replicatio approbatur l. 5. ff. eod. tt. his uerbis*: Aliquando mandare iurisdictionem proconsul potest, etsi nondum in prouinciam peruenerit. quid enim si necessariam moram in itinere patiatur, maturissimè autem legatus in prouinciam peruenturus sit? *Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi merum imperium proconsul mandauerit. Quæ exceptio approbatur l. 6. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Solēt etiam custodiarum cognitionem mandare legatis, scilicet ut præauditas custodias ad se remittant, ut innocentem ipse liberet: sed hoc genus mandati extraordinarium est. nec enim potest quis gladij potestatem sibi datam, uel cuius alterius coercitionis ad aliũ transferre: nec liberandi igitur reos ius, cũ accusari apud eum non possint.

Tertia regula. De iurisdictione mandata rursus adimenda, proponitur d. l. 6. §. 1. his uerbis: Sicut autem mandare iurisdictionem, uel non mandare, est in arbitrio proconsulis: ita adimere mandatam iurisdictionem licet quidem proconsuli, non autem debet inconsulto principe hoc facere.

Quarta regula. De officio proconsulis ante ingressum prouinciæ, proponitur l. 4. §. antequam. ff. de officio proconsulis, his uerbis: Antequam fines prouinciæ sibi decretæ proconsul ingressus sit, edictum debet de aduentu suo mittere, cõtinens commendationem aliquam sui, si qua ei familiaritas sit cum prouincialibus, uel coniunctio: & maximè excusans ne publicè uel priuatim ei occurrãt. esse enim cõueniens, ut unusquisque in sua eum patria excipiat. Rectè autem & ordine faciet, si edictum decessori suo miserit, significètque qua die fines sit ingressurus: plerunq; enim incerta & inopinata turbant prouinciales, & actus impediunt. *Hæc regula uidetur quodammodo corrigi Nouell. constitut. 95. §. illud omnibus. ibi, neq; facti eius. cuius uerba uide 3. eod. Lib. cap. 1. quæst. 3. reg. 9.*

Quinta regula. De officio proconsulis in ingressu, proponitur l. 4. §. ingressus etiam. ff. de officio procõsulis, hisce uerbis: Ingressus etiam hoc obseruare debet, ut per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est. Sed & quas Græci ἐπιδημίας appellant, siue κατάπλουν obseruare, in quam primum ciuitatem uel ueniat, uel adplicet: magni enim faciunt prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, & huiusmodi prærogatiuas. Quædam prouinciæ etiam hoc habent, ut per mare in eas proconsul ueniat: ut Asia, scilicet: usque adeò ut Imperator Antoninus Augustus ad desideria Asianorum rescripserit: proconsuli necessitatem impositam per mare Asiam adplicare, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον primam attingere.

Sexta regula. De officio proconsulis in aliquam ciuitatem ingressi, proponitur l. 7. in princ. ff. de officio proconsulis & legati, his uerbis: Si in aliquam celebrem ciuitatem, uel prouinciæ caput peruenerit: pati debet, commendari sibi ciuitatem, laudesq; suas non grauatè audire, cum honori suo prouinciales id uindicent: & ferias secundum mores & consuetudinem, quæ retrò obtinuit dare. Aedes etiam sacras, & opera publica circumire inspiciendi gratia, an sarta recta sint, & quæ sint, uel an aliqua refectione indigeant: & si qua cœpta sunt, ut cõsummentur, prout uires eius reipub. permittunt, curare debet: curatoresque operũ diligentes, & solenniter præponere: ministeria quoq; militaria, si opus fuerit, ad curatores adiuuandos dare.

Septima regula. Ne in hospitijs præbendis oneret prouinciam, approbatur l. 4. in prin. ff. d. tt. his uerbis: Obseruare aũt proconsulem oportet, ne in hospitijs præbendis oneret prouinciam: ut Imp. noster cum patre Aufidio Seueriano rescripsit.

Octaua regula. Ne statores proconsul habeat, proponitur d. l. 4. §. 1. his uerbis: Nemo proconsulũ statores suos habere potest: sed uice eorum milites ministerio in prouincijs funguntur.

Nona regula. Ne uxorem secum ducat, aut si duxerit secum, ut delicta eius præstet. quæ regula approbatur d. l. 4. §. 2. his uerbis: Proficisci proconsulem melius quidem est, sine uxore: sed & cum uxore potest, dummodo sciat senatum Cotta & Messala consulibus censuisse futurum, ut si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio & uindicta exigatur.

Decima regula. De xenijs proconsuli oblatis, proponitur l. 6. §. non uerò. ff. de officio proconsulis. cuius uerba uide 3. eod. Lib. cap. 2. reg. 5. except. 1.

Vndecima regula. Ne nisi sex fascibus utatur, proponitur l. 14. ff. eod. tt. his uerbis: Proconsules non amplius quàm sex fascibus utuntur.

Duodecima regula. Proconsul, non princeps à legatis consulendus, uq; eis respondebit. quæ regula approbatur l. 6. §. legatos. ff. de officio proconsulis, hisce uerbis:

bis:Legatos non oportet principem consulere, sed proconsulẽ suũ, & is ad cõsultationes legatorum debebit respondere.

Decimatertia regula. Vt postulantium ordinem obseruet, ne negligantur imbecilliores, proponitur l. 9.§.obseruare.ff. de officio proconsulis,hisce uerbis: Obseruare proconsulem oportet, ut sit ordo aliquis postulantium, scilicet ut omniũ desideria audiantur, ne forte dum honori postulantium locus datur, uel improbitati ceditur, mediocres desideria sua non proferant:quia aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes, neque in aliqua dignitate positos aduocatos sibi prospexerũt.

Decimaquarta regula. De aduocatis patienter audiendis,proponitur d l.9.§.circa aduocatos,his uerbis: Circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet: sed cum ingenio, ne contemptibilis uideatur: nec ideo dissimulare, si quos causarum concinnatores uel redemptores deprehendat. eos quoque solos pati postulare, quibus per edictum eius postulare permittitur.

*Decimaquinta reg. De petentibus uel non habentibus, dando aduocato, proponitur d.l. 9.§. aduocatos quoq;,his uerbis:*Aduocatos quoq; petentibus debebit indulgere, plurimumq; fœminis, uel pupillis,uel aliàs debilibus, uel his qui suæ mentis non sunt,si quis eis petat: uel si nemo sit qui petat,ultrò eis dare debebit. Sed & si quis per potentiam aduersarij non inuenire se aduocatum dicat,æquè oportebit ei aduocatum dare.

*Decimasexta regula.Ne aliquem opprimi per patientiam aduersarij patiatur,proponitur d.l.9.§.ceterùm,his uerbis:*Cęterùm opprimi aliquem per aduersarij sui potentiam non oportet: hoc etiam ad inuidiam eius,qui prouinciæ pręest, spectar: si quis tam potenter se gerat,ut omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere.

Decimaseptima regula.De causæ cognitione & decreto interponendo, ne per libellum hoc expediat, sed ipse causam audiat. quæ regula approbatur l.9.§.ubi decretum.ff. de officio proconsulis.cuius uerba uide s. eod.Lib.cap.4.in fine.

*Decimaoctaua regula.De cognitione de plano,proponitur d l.9.§.de plano,his uerbis:*De plano proconsul potest expedire hæc,ut obsequium parentibus & patronis, liberisq; patronorum ,exhiberi iubeat:comminari etiam & tenere filium à patre oblatum, qui non (ut oportet) conseruari dicatur.poterit de plano similiter & libertum non obsequentem emẽdare,aut uerbis aut fustiũ castigatione.

Decimanona regula. De officio proconsulis circa opera & ædificia publica,proponitur l.7.§.ædes etiã. ff.de officio proconsulis.cuius uerba uide paulo superius reg. 6.

Vicesima regula.Omnia præsidum officia cõmunia obseruanda quoq; sunt à proconsule. quæ regula approbatur l.9.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis: Quæ etiam omnium præsidum cõmunia sunt, debent & ab his obseruari.

Vicesimaprima reg. Vsq; in aduentũ successoris sui omnia aget.quæ regula approbatur l.10. in prin.ff.de officio proconsulis. cuius uerba cum concordantibus uide s.eod.Lib.cap.2.reg.14.

*Vicesimasecunda regula. Ne legatum suum ante se dimittat,proponitur d.l.10.§.fin. his uerbis:*Legatũ suũ ne ante se de prouincia dimittat,& lege Iulia repetundarũ,& rescripto diui Hadriani ad Calphurnium Rufinum proconsulem Achaię,admonetur.

Vicesimatertia regula. Portam Romæ ingressus deponit imperium.quæ regula approbatur l.16.ff.de officio proconsulis,hisce uerbis: Proconsul portã Romæ ingressus deponit imperium.

DE LEGATO PROCONSVLIS.

*Regula prima proponitur l.13 ff.de officio proconsulis,hisce uerbis:*Legati procõsulis nihil proprium habent,nisi à proconsule eis mandata sit iurisdictio. *Plura de hac regula uide s. cod. Lib.cap.4.quæst.3.reg.1.*

Secunda regula. Merum imperium & animaduersionem legatus proconsulis non habet. de qua re uide s.Lib.eod.cap.4. quæst.3.reg.3.

Tertia regula. Apud legatum proconsulis nemo manumittere potest,nec adoptare:nec apud eum est legis actio.quæ regula approbatur l.2.§.fin.cum lege sequẽte.ff.de offi.proconsul.his uerbis: Apud legatũ uerò pcõsulis nemo manumittere potest:quia nõ habet iurisdictionẽ talẽ. Nec adoptare potest.omnino.n.nõ est apud eũ legis actio.

Quarta regula. Dandi iudicis ius habet.quæ regula approbatur l.12.ff.eod.tt.cuius uerba cũ alijs similibus uide s.eod.Lib.cap.4.quæst.2.repl.2.

*Quinta regula. Tutores dare potest.quæ regula approbatur l.15.ff.eod.tt.his uerbis:*Et legati procõsulis tutores dare possunt.

Sexta regula. Legatus causas criminales audire quidem potest,sed sententiam in ijs ferre non potest. quæ regula approbatur l.unica.C de offi.proconsul. his uerbis: Legati non solùm ciuiles,sed etiam criminales causas audiẽt: ita, ut si sententiam in reos ferendam prouiderint, ad proconsules eos transmittere non morentur. *Concordat l.6.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.eod.ca. de proconsule reg.2.except.2.*

Septima reg. Legatus non principẽ,sed procõsulem suum consulet.quæ regula approbatur l. 6. §.legatus. ff.eod.tt.cuius uerba uide s.eo.cap.de procõs.reg.13.

DE PRAESIDE PROVINCIÆ. Cap. XVI.

I.*Definitio præsidis,proponitur l.1.ff.de offic.præsidis,hisce uerbis:* Præsidis nomẽ generale est, eo q, & procõsules,& legati Cæsaris,& oẽs

prou incias regẽtes (licet senatores sint) prę sides appellentur. Proconsulis appellatio specialis.

II. DE IVRISDICTIONE Pręsidis.

1. Quæ causæ ad eius iurisdictionem pertineãt, definitur l. 10. cum duabus legibus sequentib. ff. de officio præsidis, hisce uerbis: De omnibus causis, de quibus uel præfectus urbi, uel præfectus pręto rio, itemq; cõsules, & pręrores, cæteriq; Romæ cognoscunt, correctorũ & præsidũ prouinciarũ notio est: omnia enim prouincialia desideria, quæ Romæ uarios iudices habent, ad officiũ præsidũ pertinẽt. Sed licet is qui prouincię pręest, omnium Romę magistratuũ uice & officio fungi debeat: nõ iã spectandũ est quid Romæ factũ est, quàm quod fieri debeat. *Plura de quæstion. proposita ui de paulo inferius inter officia præsidis: item 5. Lib. 9. cap. 1. quæst. 1.*

2. Qui præsidis iurisdictioni sint subiecti?

Prima regula. De hominibus extraneis, proponitur l. 3. ff. d. tt. his uerbis: Præses in suæ prouinciæ homines imperium habet, & hoc dum in prouincia est. nam si excesserit, priuatus est. Habet interdũ imperiũ & aduersus extraneos homines, si quid in aliũ manu cõmiserint. nã & in mãdatis priucipũ est, ut curet is qui prouinciæ præest, malis hominibus purgare prouinciam: nec distinguitur unde sint.

Secunda regula. De officialibus præfectorũ, proponitur l. 4. C. de officio rectoris prouinciæ, his uerbis: Imp. Constantinus ad Periclem præsidem: In officiales præfectorũ, cursum publicũ lanìantes, & praua cõtra utilitatẽ publicã molientes, uindicãdi tibi dedimus potestatẽ, ita ut pręfectos de eorũ culpa facias certiores.

Tertia regula. De militia decoratis, & proprijs iudicibus deputatis, proponitur Nouell. c. 8. §. Porrò uolumus, his uerbis: Porrò uolumus, ut omnes omnino prouinciarum nostrarũ præsidibus subijciantur, plebei quidem (prout iurisdictionis propriũ est) in omnib. causis, & quacunq; occasione, tam pecuniaria, quàm criminali: qui uerò militia decorati, & proprijs iudicibus deputati sunt, nihilominus etiam isti per omnia illis tributorum & criminũ occasione subijciãtur. *Concordat d. c. 8. §. quod uerò à nobis, hisce uerbis:* Quod uerò à nobis paulo antè dictum est, id maiore etiã & exquisitiore legis latione muniendũ censuimus, ut animi nostri propositũ omnibus elucescat. Sancimus enim, ut clarissimi subiectarũ nobis prouinciarũ præsides, absq; ulla pecuniarũ datione creati, & præstiti à se iurisiurandi memores, hoc etiã ius à nobis obtineãt, ne qua sit omnino apud ipsos fori præscriptio, siue de ui aliquibus illata, siue de criminibus, & inde natis iniurijs, siue de instantijs, ac iudicijs publicis, siue de publicorum tributorũ exactionibus agitur: sed ex ęquo omnes horũ iurisdictioni subiaceant, non expectantibus ipsis, donec à magistratibus, quibus sunt suppositi, iussa accipiant, aut donec ad illos referant: sed cõtenti sint hac nostra lege, per quã plenam eis potestatẽ tradimus, nemine omnino licentiã habẽte in prędictis causis uti ullo priuilegio, aut exinde sibi impunè delinquendi autoritatẽ sumere. Neq; enim præsides si omni munere abstineãt, quidquam timori Dei, legis, & nostri præponent: sed eò respicientes, subditis conseruabunt, iusticiã, omnia secundũ leges nostras & iudicãtes & agentes. In talibus enim etiam milites qui in prouincijs resident, ipsis submittimus, non sanè indigentibus ad hoc speciali iussu, uel nostro, uel nostrorũ procerũ: sed tãtum pręsenti lege utentibus, & militibus eã ostendentibus, ut potestate officij ipsis utentibus auxilio sint: scientes, quòd si hoc non egerint, nõ solũ annonarũ & militię amissionẽ sustinebunt, sed etiã de corpore uenient in periculũ. ut nullo prætetea nobis alio magistratu opus sit, aut etiã uel latrũculatores, uel quos uocant uiolentijs cohibẽdis (imò grassationibus exercendis) præpositos, uel exarmatores emittere, satis quidẽ honestos præ se ferentes titulos, re autem ipsa perpetrantes omniũ flagitiosissima. Nã si prouinciarũ pręsides uniuscuiusq; uel maximorũ magistratuũ locũ implẽt, multorũq; aliorũ iudicũ instar sunt prouincijs, & quantũ in ipsis est secundũ leges nostras sentẽtias proferunt: quis aut præscriptione fori, aut alio eius generis uti apud ipsos audeat?

3. Quanta sit præsidis iurisdictio? definitur l. 4. ff. de officio præsidis, his uerbis: Præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem.

Alia huius loci regula proponitur l. 6. §. penult. ff. eod. tt. his uerbis: Qui uniuersas prouincias regunt, ius gladij habent: & in metallum dandi eis potestas permissa est.

4. Causæ amittendæ iurisdictionis.

Prima causa. Si præses prouincia excesserit. Hæc causa approbatur l. 3. in prin. ff. de officio præsidis. cuius uerba uide 5. quæst. 2. reg. 1.

Secunda regula. Si præses se abdicauerit. Hæc causa reprobatur l. 20. ff. eo. tt. his uerbis: Legatos Cęsaris. uel præses aut corrector prouincię, abdicando se non amittit imperium.

III. DE OFFICIIS PRAESIDIS.

Prima regula. De pace curanda & æquitate conseruanda, proponitur Nouell. c. 17. §. deinde conueniens, hisce uerbis: Deinde conueniens est, ut prospicias, ne quam populares in ciuitatibus seditionem inter se moueant: sed undiq; per

ciuitates

ciuitates pax ex eo uigeat: quia in hac etiá parte æquitatem subditis nostris cóserues, & neq; lucri, neq; alicuius affectionis causa in alterá partem concedas. *Concordat l. 13. in prin. ff. de officio præsidis, hisce uerbis*: Conuenit bono & graui præsidi curare, ut pacata atque quieta prouincia sit, quam regit: quod nó difficile obtinebit, si sollicitè agat ut malis hominibus prouincia careat, eosq; conquirat. nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertere, receptoresq; eorum coercere, sine quibus latro diutius latêre non potest. *Ait iurisconsultus*. Si sollicitè agat ut malis hominib. prouincia careat. *Huic concordat l. 3. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. proximè quæst. 2. reg. 1.*

Secunda regula. De facilem se præbendo, conseruata tamē authoritate, neq; affectibus indulgēdo, proponitur l. 19. ff. de officio præsidis, hisce uerbis: Obseruandum est ius reddēti, ut in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni non patiatur. Vnde mandatis adijcitur, ne præsides prouinciarum in ulteriorē familiaritatē prouinciales admittát. nam ex conuersatione æquali cótemptio dignitatis nascitur. Sed & in cognoscendo neq; excādescere aduersus eos quos malos putat: neq; precibus calamitosorú illachrymari oportet: id enim non est cóstantis & recti iudicis, cuius animi motum uultus detegit, & summatim ita ius reddere debet, ut authoritatē dignitatis ingenio suo augeat. *Concordat Nouell. c. 8. §. oportet igitur, his uerbis*: Oportet prouinciarú præsides, tāta à nobis potestate dignatos, ita se in āgēdis reb. gerere, ut (quoad tamē iusticia & leges permittunt) ab omnibus formidētur: scientes, quòd si malè & præter dignitatē à nobis commissæ is potestatis tradita administratione utantur, antedictis subiacebunt supplicijs: sustinentes scilicet ea, dum adbuc in officio sunt, maiorib. etiá tentādi periculis eo deposito.

Tertia regula. De consuetudine Romana non attendēda à præside prouinciæ, proponitur l. 12. ff. de offi. præsidis. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 8. in fine.

Quarta regula. De tributis exigendis, proponitur Nouell. c. 17. §. oportet igitur. ibi: Simulq; operam des, his uerbis: Simulq; operam des, ut primú quidem publica tributa uigilanter exigas, nihil circa fiscum prouidentiæ intermittens: sed requiras, ne qua in parte fiscus detrimē tum capiat, & suas illi res undiq; uindices. quemadmodum enim priuatis hominibus iniuria oppressis succurrimus, ita fiscú quoque inoffensum manere uolumus. Nam si collatores ab omni alia insultatione liberi cóseruentur, facilè illi quidem & expeditè tributa persoluēt: & si ea quib. antea per furta ablatis tributorú insuper debitores manebūt, in tributarias rationes cóferát, facilè tributorú nomine debitis liberabūtur. *Concordat d. c. 17. §. ipsas uerò, his uerbis*: Ipsas uerò publicorú tributorú exactiones etiá in sacris fieri (quatenus tñ decet) pcurabis: siquidē ipsę rationes publicæ, & militib. & priuatis, & ipsis sacris, & uniuersæ deniq; reip. utiles sunt, necessarię. Ferēt aūt tibi in hoc auxiliú Dei amátissimi Ecclesiarú defensores & œconomi, neminē eorú à quib. publica per pinciá exigūtur tributa, exactioni subtrahētes: sed neq; cómittentes, ut uiolentú aut per seditionē aliquid patiátur hi, qui exactioni incúbunt: scientes fore, si quid tale perpetrauerint, ut de suis facultatib. fisco satisfacere cogantur. *Plura de hac re dicetur j. suo loco de Tributis, nimirum Lib. 11. cap. 12.*

Quinta regula. De publica disciplina & subditis illæsis conseruandis, proponitur Nouell. c. 114. §. quēadmodú aūt, his uerbis: Quēadmodú phibemus, ne uicarij fiát: ita iubemus, ut pinciarum præsides, & eorú cohortes omne periculú sustineát, nisi publicorú tributorú profligationē, & publicá per loca disciplinam, neq; nó ut oís iniuria atq; damnú reprimatur, diligenter ad sollicitudinē suá reuocauerint.

Sexta reg. De cótrouersijs examinandis & finiēdis, proponitur Nouell. c. 134. §. sed & omnes, his uerbis: Omnes mouēdas cótrouersias, siue pecuniarias, siue criminales, quę tñ pinciarú pręsidib. cópetunt, in disquisitionē eos uocare pcipimus: ut & suo eas periculo examinēt, & more legitimo terminú ipsis imponant.

Septima reg. De cautione colligendarú pecuniarum præstanda, proponitur d. c. 134. §. ad hæc iubemus, his uerbis: Iubemus, ut prouinciarum præsides siue præsentes, siue absentes sint, antequá magistratú suscipiát, tam præfecturæ quam nostris largitionib. & comiti rerú priuatarum de colligendis unicuiq; prædictorum magistratuum pecunijs cautionem exponant: ita quidē, ut tametsi cautionē nó præstent, nihilominus tamē quasi cautione exposita, ita iubemus ipsos iuxtà & cohortes eorum prædictis obligari magistratibus.

Octaua reg. proponitur l. 6. §. 1. ff. de offic. præsidis, his uerbis: Ne quis iniquú lucrum aut damnú sentiat, præses prouinciæ prouideat. *Cócordat d. l. 6. §. ne potentiores, his uerbis*: Ne potentiores uiri humiliores iniurijs afficiant, neue defensores eorú calumniosis criminib. insectentur innocētes, ad religionē præsidis prouinciæ pertinet. *Cócordat item l. 11. C. de offic. rectoris prouinciæ, his uerbis*: Moderatores prouinciarú curá gerere iubemus, ne quid potētiú pcuratores perperam iniusteq; cómittant.

Nona reg. proponitur d. l. 6. §. illicita ministeria, his uerbis: Illicita ministeria sub ptextu adiuuátium

tium militares uiros ad concutiẽdos homines procedentia ꝓhibere, & deprehẽsa coercere pręses ꝓuincię curet: & sub specie tributorũ illicitas exactiones fieri prohibeat.

Decima regula proponitur d. l. 6. §. nec licita, his uerbis: Nec licita negociatione aliquos prohiberi, neq; prohibita exerceri, neq; innocẽtibus pœnas irrogari. ad solicitudinem suá præsea prouinciæ reuocet.

Vndecima regula proponitur d. l. 6. §. ne tenuis, hisce uerbis: Ne tenuis uitæ homines sub prętextu aduẽtus officiorũ uel militũ, lumine unico: uel breui supellectili ad aliorũ usus trãslatis, iniurijs uexentur, præses prouinciæ prouidebit. Nequid sub nomine militum, quod ad utilitates eorũ cõmune non pertinet, à quibusdam propria sibi cõmoda iniquè uindicantibus committatur, præses prouincię prouidebit.

Duodecima regul. Ne fines prouincie excedat, proponitur l. 15. ff. de officio presidis, hisce uerbis: Illud obseruãdũ est, ne qui prouinciá regit, fines eius excedat, nisi uoti soluendi causa: dum tamẽ abnoctare ei non liceat. *Cõcordat l. 9. C. de officio Rectoris prouinciæ, his uerbis*: Nullus prouinciæ moderator augustissimá urbẽ sine iussione nostra adire audeat. nã si patuerit quẽ cõtra decreti nostri pręcepta uenisse, is congrua condemnatione plectetur.

Reliqua presidis prouinciæ officia uide s. eod. Lib. cap. 2. Itẽ alibi in diuersis locis. Nã l. 2. ff. de offic. pręs. proponetur in loco Adoptionũ. l. 5. ff. eo. tt. proponetur in loco tutelæ. l. 6. in prin. eiusdẽ tituli. proponetur in actione Quod metus causa. Itẽ l. 7 ff. eod. tt. in loco de Aedificijs priuatis: & sic de alijs offi. inquirendũ.

DE MAGISTRATIBVS certarum prouinciarum.
Cap. XVII.

De *præfecto Augustali proponitur l. 2. C. de officio prefecti August. his uerbis*: Præfectus prætorio Augustali ordinariorũ sub se iudicũ examinãdi flagitia, & super his referẽdi, nona mouendi uel puniẽdi habeat potestatẽ. *De eodẽ proponitur l. 1. C. eo. tt. cuius uerba uide j. de Tributis. Item de eodem proponitur l. unic. ff eod. tt. cuius uerba uide s. eod. Lib. cap. 2. reg. 14.*

De procõsule Asiæ proponitur l. 2. C. de officio proconsulis, his uerbis: Impp. Honor. & Theodos. AA. Simplicio proconsuli Asiæ: Officiũ Hellesponti cõsularis æternę recordationis patrem serenitatis nostrę adijt, & expositis suis incommodis, in quibus à Vicarianis apparitoribus urgebatur, orauit sub imperio sublimatis tuæ agere potestatem. Cuius allegatiões humanæ procliuius piũ principẽ cõmouerũt, quas & nos obtinere cẽsemus.

De uicario Asianæ prouinciæ præside Phrygie Pacatianæ tractatur Nouell. c. 8. §. illud sanè decernimus, his uerbis: Illud decernimus, ne Asianæ prouinciæ uicarius, &c.

De præfecto pretoriorum Africæ proponitur l. 1. C. de officio præfecti pretor. Africæ, his uerbis: Quas gratias aut quas laudes, &c. *Sed & de eodem proponitur l. 2. C eod. tt. his uerbis*: In nomine Domini nostri Iesu Christi, &c.

De proconsule Cappadociæ proponitur Nouell. c. 30. his uerbis: Quam amplum nomen Cappadocũ gens habeat, & quanta Romanis negocia exhibuerit, priusquam in illorum ditionem redigeretur, non ignorant ueteris eruditionis studiosi. Certè olim totius fermè Ponti imperium tenuit, &c.

De proconsule Palestinæ tractatur Nouell. c. 103. his uerbis: Iam quidem & alios gentium pręsidatus maiores reddidimus, &c.

De moderatore Arabiæ tractatur Nouell. c. 102. his uerbis: Cum plerosq; alios prouinciarum magistratus, &c.

De quatuor præsidibus Armeniæ tractatur Nouell. c. 31. his uerbis: Perperàm effuseq; posita, si ad cõpetẽtem peruenıant ordinem, & bellè disponantur: aliæ propemodũ res apparent, speciosæ pro turpibus, ornatæ pro incultis.

De moderatore Helenopoati tractatur Nouell. c. 28. his uerbis: Quod pulchrè & longo antè tempore, &c.

De præside Pisidiæ tractatur Nouell. c. 24. §. Inuenimus, his uerbis: Inuenimus & olim Pisidarũ gentem uniuersæ illius terræ summum tenuisse imperiũ, & iam nunc maiore & uehementiore hanc prouinciã magistratu indigere, &c. *usq; ad finem constitutionis. Sed & de præside Pisidiæ tractatur Nouell. c. 145.*

De pretore Licaoniæ tractatur Nouell. c. 25. his uerbis: Cum ad prima illa principia, ex quibus Lycaonum gentem antiquarum rerũ scriptores & enarratores constitisse tradiderunt, respicimus, & quòd maximá cum Romanis affinitatẽ habeat, &c. *Item de pretore Lycaoniæ tractatur d. Nouell. c. 145.*

De pretore Thraciæ tractatur Nouell. c. 26. his uerbis: Illud in confesso est, quòd si quis Thracum regionẽ nominet, statim unà cum dicto uirilitas quędá animũ & militariũ copiarũ, bellorũ ac pugnæ cogitatio subeat. Sũt enim ista ingenita & quasi patrio quodam iure huic regioni attributa. Itaque & prius à nobis suscepta est cogitatio, &c.

De pretore Paphlagoniæ tractatur Nouel. c. 29. his uerbis: Paphlagonum gens & antiqua neq; ignobilis olim extitit: in tantum quidem, ut & magnas colonias deduxerit, & sedes in Venetijs Italorum fixerit, &c.

De pretore Siciliæ tractatur Nouell. constitutione 104. his uerbis: Habeto Sicilia pretorem, qui & res ciuiles tractet, & curam gerat militaris impensæ. Publica tributa Siciliæ non

nõ pertinent ad sollicitudinẽ Prætoris, sed censentur sub comite patrimonij Italiæ. Appellationes & decreta defensorũ & primorum ciuitatis Siciliç tractat & examinat Quæstor.

De Iuridico Alexandriæ proponitur prima regula l.1.ff. de officio iuridici, his uerbis: Adoptare quis apud iuridicum potest: quia data est ei legis actio.

Secunda regula proponitur l. 2. ff. eod. tit. his uerbis: Iuridico, qui Alexandriæ agit, datio tutoris constitutione diui Marci concessa est.

Tertia regula proponitur l. unica. C. de officio iuridici Alexandriæ, his uerbis: Iubemus apud Alexandrinæ dũtaxat clarissimæ ciuitatis Iuridicũ licitũ & concessum esse, singulis quibuscunque uolentibus, donationis conscriptæ solenniter instrumenta referare: eisdẽq; robur adijciet gestorum series apud eum uirum confecta, tanquam si apud uirum clarissimum moderatorẽ prouinciç, uel magistratus, uel defensores plebis habita fuisse dicerentur.

De comite Isauriæ tractatur Nouell. c.27. his uerbis: Quod quibusdã ante nos Imperatorib. ut in Isaurorum regione facerent, per imaginem & figuram in mentem uenit, &c.

De comite Orientis tractatur l. Vnica. C. de officio comitis orientis, his uerbis: Titulos, qui Lyciarchiæ & Syriarchiæ muneribus in prima Syria deputati sunt, per officia tam uiri spectabilis comitis Orientis, quàm uiri clarissimi rectoris ꝓuinciç flagitari præcipimus. Lyciarchiæ quidẽ ludi cura uiri spectabilis comitis Orientis & eius officio: Syriarchiæ uerò sollicitudine uiri clarissimi moderatoris prouinciã, eiusq; apparitionis exerceantur, nulliq; penitus curialiũ nec si uoluerint idẽ munus uel honorẽ subeũdi licẽtia permittatur.

De comite Galatiæ primæ tractatur Nouell. c. 8. §. hoc ipsum uerò, his uer. Hoc ipsum uerò & in altero uicariorũ, qui ante per Ponticũ tractũ erãt constituti definimus ut nõ duo, &c. *Ait Imperator:* Hoc ipsum: *de quo uide s. eod. cap. de rto Asianæ prouinciæ.*

DE VICARIIS, APPARITORIBUS & ministris Magistratuum & Iudicum in genere. Cap. XVIII.

Hactenus de Magistratib. tũ in genere, tũ in specie dictũ est. Sunt tamẽ præter iã enumeratas species & alij magistratus, puta Ecclesi. militares, & ciuitatũ, de quibus infrà suis locis dicetur, ubi de re Ecclesiastica, militari, & ciuitatũ tractabitur. Nũc de Vicarijs, adiutoribus, apparitoribus, & ministris magistratus, ac iudicum primum quidem in genere, deinde in specie est dicendum.

¶ *De Vicarijs. Prima regula. Vicarij regulariter prohibẽtur Nouel. c. 134. in prin. his uerbis:* Dũ sedulò circũspicimus, quæ ad subditorũ nostrorum utilitatem pertinent: deprehendimus uaria collatoribus nostris incommoda per uicarios importari, qui tã à ciuilibus, quàm à militaribus magistratibus instituuntur in prouincijs: deq; ea re pridem legem cõscripsimus, particularem quandã negocio correctionem adhibentes. Nunc uerò cũ perfectius nostris opẽ ferre collatoribus studeamus: sancimus, ne quàm licentiam habeãt orientalium pro tempore, Illyricianorumq; prætoriorum præfecti, aut comes largitionum, aut comes rerum priuatarum, ut uel uicarios in prouincias emittant, uel ipsos prouinciarum prçsides sui magistratus illic uicarios faciant. Sed neq; prouinciales magistratus, ut in concreditis sibi prouincijs per quamcunq; ciuitatẽ pro se uicarios instituant. *Concordat d. c. 134. §. 1. his uerbis:* Adhęc iubemus, ut neq; magistri militum, neque duces in prouincijs, in quibus cum imperio esse iussi sunt, uicarios aut uiolentijs cohibendis præpositos aut latrunculatores habeant. Si uerò usu ueniat ut necessitate exigente, uel magistri militum, uel duces iussu nostro mittantur ad alia loca, tunc uicarius in locũ absentis fiat, & hoc ex commissione nostra. *Item concordat d. c. 134. §. Porrò nulli. ibi, Scituris, hisce uerbis:* Scituris omnibus prędictis magistratibus, tam ciuilibus quàm militaribus, quòd si hęc contra factum aliquid fuerit: & is qui uicarios ꝓ se instituit, uiginti librarum auri pœnam dependet. neque non cingulo spoliabitur: & qui id factum in se admisit, bonis suis exutus subdetur exilio. *Concordat d. c. 134. §. Ad maiorem. cum sequentibus, hisce uerbis:* Ad maiorem autem dispositionis nostræ cautelam iubemus, ut locorum episcopi, & prouinciarum præsides, & item qui urbes incolunt, neminem contra præsentem nostram dispositionem suscipiant, siue uiolentijs cohibendis prępositus, siue latrũculator sit. In summa, neminẽ magistratuũ, neq; ciuiliũ, neq; militarium, qui quidẽ in ꝓuincia præsens sit, uicariũ pro se habere cõcedimus: & maximẽ iubemus, ut prouinciarũ præsides ita rectẽ se gerant, ita res pulchrè administrẽt, ne opus sit de quocunq; negocio, quod inquiri tractariúe debeat, alios in prouincias emittere. *Concordat item l. 10. C. de officio Rectoris prouinciæ, his uerbis:* Nullũ palarinis tibi obsecũdantibus cũ prouincialibus uolumus esse cõmerciũ: sed iudices scire debebũt, hoc sibi præcipuè esse cõmissum, ut ipsi à prouincialibus exigãt, & cõsueta deposcant: palarinũ uerò possessor nõ horreat, qui nõ sibi, sed iudicib. atq; officijs præceptus est imminere. *Itẽ cõcordat Nouell. c. 8. §. nulli quoq;, his uerbis:* Nulli quoq; iu-

dici penitus concedimus, neq; ciuili neq; militari, mittere per ciuitates prouinciæ quibus præsidet, eos qui uocãtur loci seruatores: scientibus, quod si quid tale fecerint, ipsi cadent administratione, præsumentes alios in suum officium eleuare. *Itẽ cõcordat d. c. 8. §. interdicimus, his uerbis:* Interdicimus & gloriosiss. per orientem magistro militũ & omnib. omnino magistratibus nostris, ne uel latrunculatores, uel uiolentijs cohibendis prępositos, uel exarmatores, uel eiusmodi alios in prouincias emittant. Sciant enim qui ad hoc institui post hanc nostrã legẽ præsumpserint, quoniã capti à nostris iudicibus prouinciarũ, & in uincula redigẽtur, & causa ad nos nunciata summũ à nobis periculum sustinebũt: & qui huiusmodi eis pręcepta tradiderint, triginta librarũ auri pœnã sustinebũt, & maiorẽ insuper ac uehementiorẽ nostrã indignationẽ experientur. *Concordat itẽ Nouell. c. 128. §. ad hæc sancimus, usq; ad §. ultra hæc, his uerbis:* Sancimus, in nullo reipub. nostræ loco eundem episcopũ & iudicem esse loci seruatorem gloriosiss. pręfectorum, aut magistrorum militaris cinguli: sed neq; aliquam exactionẽ fiscalium tributorum agentẽ loci seruatorem esse gloriosiss. pręfect. aut magistrorũ militum: & simpliciter dicendum est, nullum in prouincijs fieri loci seruatorem præfectorum, nisi per nostram iussionem in expeditionibus, ubi utilitas exigit loci seruatorem mitti eiusdẽ præfecturæ, qui debeat prouidere militaribus expensis Siquidem autem extra hoc delinquatur & committatur, qui quidem loci seruatorem suum fecit, triginta librarum auri pœna exigetur, restituturus omne dãnum, quod per eum qui ab eo directus est, aliquis pertulerit. Qui uerò fieri præsumpserit, proprio cingulo, & dignitate, & militia priuabitur, & decem librarũ auri pœna mulctabitur. Ad hęc prohibemus & in prouincijs existentes iudices, ciuiles & militares, in ciuitatibus aut castris loci seruatores in commissis sibi prouincijs facere, ex quo uidelicet in ꝓuinciã accesserint & in quãtũ in ea administrãt: quinq; librarũ auri pœna imminẽte tã facienti loci seruatorẽ iudicis, quàm fieri præsumenti. Antequàm uerò in prouincias ueniãt iudices, damus eis licẽtiã uices agẽtes suos instituere, qui debeãt omnia usq; ad sui pręsentiã agere, quę possunt ibi iudices facere, citra tamẽ nouissimũ supplicium, aut mẽbri incisionẽ. Sed si quis ex iudicibus secũdũ iussionẽ nostrã in aliã regionem mittatur, liceat ei per similẽ modũ loci seruatorẽ suũ facere. iubemus autẽ, ut omnes magistratus, tã militares, quàm etiã ciuiles ꝑ se requirãt eos, qui latrocinia, aut uiolẽtias, raptus uè rerũ aut mulierũ, aut quęcũque alia flagitia in ꝓuincijs delinquũt, legitimaq; ipsis irrogẽt supplicia, neq; his ꝓ causis quidquam consuetudinũ nomine perferant, ut collatores nostri ex omni parte conseruẽtur illęsi. Neq; enim ulli maiori aut minori, militari aut ciuili magistratui concedimus, ut uel latrunculatores, uel uiolentijs cohibendis præpositos, uel huiusmodi de causis tribunos, aut qui ullis debeant arma detrahere, in prouincijs designent: ne per eiusmodi occasiones prouincialibus plures uiolentię inferantur. Si quis uerò magistratuum ista non obseruauerit, cognoscito non solum fidei eius concredito se magistratu spoliatum iri, sed etiam decẽ librarum auri pœnam subiturum: illo, qui id negocij suscipere ausus fuerit, post tormẽta, & substantię publicationẽ, mittẽdo in exiliũ.

Hactenus leges quibus proposita regula approbatur sunt enumeratæ: nunc eius exceptiones dispiciẽdæ. Horum prima hæc esse uidetur: Nisi præses prouinciæ uicarium fecerit quæ tamen exceptio reprobatur Nouell. c. 17. §. illud etiam scire tc. ibi: Siquidem ne præsides, his uerbis: Ne præsides quidem per ciuitates prouinciæ, quam regunt: quos uocare solent uicarios, constituant, etsi spectabiles aut clarissimi, aut correctores sint, omnib. prohibemus modis. *Contradicere uidentur ea quæ habentur s. Lib. eod. cap. 4. quæst. 2. exc. 2. repl. 4. Secũda exc. est: Nisi per Osdroenã & Mesopotamiam prouincias, per has enim uicarij cõceduntur. quæ exc. approbatur Nou. c. 114. in prin. ibi: solũmodo, his uerbis:* Solũmodo iubemus ut per Osdroenã & Mesopotamiã ꝓuincias uicarij sint: & itẽ si usus postulet, ad alia loca expeditionis tẽpore aliquis ꝓ cõmeatu & alimonia exercitus mittatur: atq; hoc tñ nostro iussu. *Tertia except. est: Nisi necessitate exigẽte is qui in magistratu est, in alia loca mittatur. tũc enim uicariũ facere potest. quæ except. approbatur iã dictis uerbis hisce:* Et itẽ si usus postulet, &c. *Cui concordat d. c. 114. §. ad hæc iubemus. ibi: Si uerò usu ueniat. cuius uerba uide paulo superius ead. reg. in prin. Cõcordat itẽ Nouel. c. 128. §. ad hæc sancimus. ibi: nisi per nostrã iussionẽ. cuius uerba uide paulo superius. Quarta except. est: Nisi iudex seu magistr. ordinarius nondũ in prouinciã uenerit. quæ exc. approbatur d. c. 128. §. ad hæc prohibemus. ibi: Antequã uerò. cuius uerba paulo sup. proponuntur. Plura de reg. proposita uide s. eo. Lib. ca. 4. q. 2.*

Secũda reg. De nomine uicarij, proponitur Nouel. c. 134. §. quòd si necessitas, his uerbis: Quòd si necessitas postulauerit, ut aliqui per causam publicarũ exactionũ, aut quarũcunq; aliarũ emergentiũ quęst. in ꝓuincias uicarij mittãtur, neq; ordinẽ, neq; nomẽ uicarij habeto.

Tertia reg. De potestate uicarij. Neq; ult. supplicio quẽ punire potest, nec mẽbri incisione. quæ reg. approbatur Nou. c. 128. §. ad hæc prohibemus. ibi: citra tamẽ nouissimũ. cuius uerba uide s. eo. cap. reg. 1. sed & plura de reg. proposita uide s. eod. Lib. cap. 4. quæst. 3.

Quar-

Quarta regula de dignitate uicariorum, proponitur l.1.C. de offi. uicarij, his uerbis: In ciuilibus causis uicarios comitib. militũ cõuenit anteferri, in militaribus comites uicarijs anteponi: Quoties societas in iudicando contigerit. priore loco Vicarius ponetur, comes adiunctus accedat. Siquidem præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antestat, & uicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicat portionem: sacræ cognitionis habeat potestatẽ, & iudicationis nostrę soleat repræsentare reuerentiam.

Quinta regula. De officijs Vicarij, proponitur Nouell.c.134.§.simulatq; uerò, his uerbis: Simulatq; is, qui in prouinciã mittitur, ibi fuerit: nihil damni collatorib. irrogato, sed concreditã sibi functionẽ perficito, præside prouinciæ & cohorte eius auxiliũ illi præbentibus. Cęterùm, si contra accusatũ fortè præsidẽ mittatur, tunc iubemus, ut prorsus illi prouincialis cohors appareat.

Sexta reg. De relatoribus uicariorum, proponitur l.2.C de officio uicarij his uerbis: Relationes uicariorum, si quando usus attulerit, ad nostrã mansuetudinẽ referãtur. Relationes enim iudicum libẽter audimus, ne administratorum decrescere uideatur authoritas, si eorũ consulta ueluti profanorũ preces à nostris adytis repellamus.

¶De Apparitorib. & ministris iudicũ.

I. Quot constituendi? Definitur Nouell.c.82.§.his qui lites, his uerbis: His qui lites præparant, eadem forma militiæ existentib. ut hactenus definitum est: unoquoq; iudice duob. utente amanuensibus, & duobus qui lites præparent, & introducãt: nequeuntib. ipsis plurib. apparere iudicib. quàm omnino duobus. Atque hi per omnia fideles & probati sint, ne quid ab ipsis delinquatur, aut prodatur, aut cõficiatur dolo: sed periculo cohortiũ, scholarũ aut scriniorũ sint, quę illos deligunt, simul & huic ministerio adhibent: & quáuis ab ijs aliquid offendatur, proueniẽs inde periculũ ad eos qui istos designarunt, deuoluetur: qui omne damnum per illorũ causam illatũ, damno ab illis affectis resarcient. Necessitatẽ habentib. cõpetentib. magistratibus, si ea de re interpellationẽ patiãtur, procurare modis omnib. ut qui ex suis cohortibus, scholis aut scrinijs, apparitores designarunt, inde etiã emergens damnum oblæso resarciãt. Quòd si iudex aliquid improbè & maliciosè quenquã ministrorum suorũ agere senserit, expellat auditorio suo eos, qui non bonã habent in gerendis reb. opinionẽ, & alios in illorũ locũ sufficiat, iudicio & designatione eorũ, quibus (ut diximus) eius rei periculũ imminet. *Cõcordat l.4. C. de numer. actuarijs. cuius uerba uide ∫. quæst. 4. reg.*

1. Propositæ quæstionis species, proponitur l.9.C. de cohortalib. & principib. cornic. his uerbis: Per Illyricum, in quo plurima ac maxima necessitatum publicarũ emolumenta officijs cõstat prę sidialibus expediri: centeni numero singulis iudicibus obsecundent, nec ultra hũc modum uel ad militiam ullus adspiret, uel conniuentia iudicum perseueret. Adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorũ obsequia. non illi, qui uano militiæ nomine immania lucra sectentur, sed qui necessitatem officij sollicitudinibus debitis exequantur. *Sed & alia propositæ quæstionis regula proponitur l.13.C. de prox. sacr. scrin. cuius uerba uide ∫. cap. prox. membr. 2. reg 1.*

II. QVI ET QVALES Apparitores & ministri cõstituendi?

Prima reg. De diligentib. nõ negligẽtib. proponitur uerbis iã dictis hisce: Adhibẽdi aũt sunt ad huiusmodi ministeriorũ obsequia nõ illi, &c.

Secunda regula. De probatis ac fidelibus, proponitur Nouell.c.82.§.his qui lites. ibi: Atq; hi per omnia. *cuius uerba uide paulo superius quæst.1. in pr.*

Tertia regula. De ijs qui antea idem officium gesserunt, proponitur l.2.C. de diuersis officijs, hisce uerbis: Nullus ex his quos claruerit militia resolutos, indebita denuò sacramenta sine Augusti affatibus suscipiat. Si quis autem id per obreptionem fortè meruerit, quinq; librarum auri mulctetur incommodo. *Concordat l 3. ibi, uel qui iam. C. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius. item de regula proposita uide ∫. Lib. eod. cap. 1. quæst. 1. reg. 18.*

Quarta regula. De eo qui antea malè officiũ gessit, nec rationes reddidit, proponitur l.5.C. de diuersis officijs, hisce uerbis: Quicunq; apparitores ob culpam, uel negligentiam fuerint iudicato districti, ad nullam militiam habeant facultatem aspirãdi: nec ex rescripto his ullus aditus referetur, quos congruit pœnę grauissimæ subiugari, si contra inhibita quoq; sacratissimis constitutis adspirare contempserint. *Concordat l.1.C. eod. tt. his uerbis:* Si quãdo præfectus prætorio, uel uicarius, aut rector prouinciæ significauerit eum, qui chartis ac ratiocinijs publicis inuenitur obnoxius, ad præpositum castri ac militum transisse: retractus illi adsignetur officio, à quo ad necessitatem præstandi ratiocinij deuocatur: in reiecti uerò locũ is potissimũ destinetur, cui meritorũ ad stipulantur insignia. *Concordat item l.2.C. de palatinis sacrar. largit. his uerbis:* Nullus thesaurensis, uel officialis comitis thesaurorum, semel deprehensus euersor, quocunq; pacto aut repetat militiã suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, uel sese transferat ad aliam quamcunque militiam. *Item concordat l.11.C. de susceptor. his uerbis:* Si quid à susceptore uel

à tabellario fraudis admiſſum eſſe poſſeſſor deprehendat, nemo eorum ſemel interuerſione conuictus, id rurſus officium gerat, in quo antè decoxit: etſi reſcriptũ noſtrum elicitum clandeſtina ſupplicatione intulerit.

Quinta regula. De iniquis & lucri cupidis, proponitur l. 7. C. de diuerſis officijs hiſce uerbis: Ad ſplẽdidioris priuilegia militię, poſteaquã priorem continuo labore cõpleuerint, eos uenientes admittemus, qui ea uoto adipiſcẽdi honoris crediderint expetẽda: nõ eos, q̃ ſtudio exercẽdæ cupiditatis ambierint, uel ut in meliore fortuna poſiti, aut ea ſcelera quę prius cõmiſiſſe doceãtur occultent, aut alia deinceps poſsint impunè committere. *Cõcordat* Nouell. *c. 82. §. his qui lites. ibi*, *Quòd ſi iudex. cuius uerba uide ſ. quæſt prox. in prin. Item cõcordat l. 9. in fine. C. de cohortalib. & principib. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. in fine.*

Sexta regula. De pauperibus, proponitur l. 4. C. de diuerſis officijs, his uerbis: Qui uel exiguam rei familiaris ſubſtantiam habẽt, militare in apparitorum numero non uerentur.

Septima regula. De his qui non ſunt fidei catholicæ, proponitur l. 9. §. de his etiam. C. d. tt. cuius uerba proponentur paulo inferius.

Octaua reg. De eo qui eſt oriundus ex ea prouincia, in qua officiũ eſt adminiſtrandũ, uel in ea domiciliũ habet, proponitur l. 3. C. de diuerſis offic. hiſce uerbis: Nullus apparitor amplitudinis tuæ, uel de officijs Palatinis ad eam prouinciam ex qua oriundus eſt, uel in qua collocauerit larẽ, uel qui iam in huiuſmodi officio fuerit cõmoratus, obtẽtu publicę neceſsitatis uel executor priuati negocij dirigatur. Etenim officij tuæ celſitudinis primiſcrinius, tres libras auri fiſci utilitatib. ſine dilatione perſoluet, ſi ſtatuta fuerint temerata: Apparitor uerò, qui huic ſe muneri paſſus eſt deputari, militia ſpoliabitur. Hęc uerò pœna etiam cæteris irrogata eſt, ut ſi domeſticus, aut ꝓtector, aut ſtator, uel agẽs in reb. uel Palatinus utriuſq; officij, uel ad eandẽ prouinciã in qua natus eſt, uel ad eã in qua collocauerit larẽ, cum huiuſmodi uſurpatione perrexerit: matriculis quidẽ exẽptus ipſe, qui ſe uoluerit mitti, auri librã unã fiſci iurib. inferre cogetur. Adiutores uerò officiorũ, & Palatinorũ, ac numerarij comitũ illuſtrium uirorum, ſiue actuarij, librã auri, fiſci iurib. ſoluẽt, niſi ſtatuta fuerint cuſtodita. *Concordat l. ult. C. de offic. rectoris prouinciæ. cuius uerba uide ſ. Lib. eod. cap. 1. quæſt. 1. reg. 14.*

Nona regula. De tabularijs, ſcribis, logographis, horumq; filijs, proponitur l. 1. C. de tabularijs, ſcribis, &c. his uerbis: Nulli omnino ex tabularijs, uel ſcribis, uel logographis, eorũq; filijs in quocunq; officio militent: ſed ex omnibus officijs, necnon etiamſi intra noſtrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officijs municipalibus reddantur.

Decima regula. De negociatoribus, proponitur ſimul & diſtingantur l. unica. C. negociatores ne militent, his uerbis: Eos qui uel in hac alma urbe, uel in prouincijs, &c. *Plura de hac regula uide ſ. Lib. eo. cap. 1. quæſt. 1. reg. 11.*

III. A' QVIBVS, ET QVORUM AUTHORITATE CONSTITUENDI?

Prima regula. De authoritate & probatoria principis, proponitur l. 9. C. de diuerſis officijs, hiſce uerbis: Probatorias memorialiũ, & agentiũ in rebus, cæterorumq; nihilominus apparitorum prætorianæ per orientem ampliſsimę præfecturæ, etiam eorum qui in diuerſorũ iudicum officijs numerantur, ex ſacris probatorijs ſolito more militię ſacramenta ſortiri decernimus: non paſsim, nec licenter, ſolis authoritatibus, uel ſacrarũ militariũ literarum exemplaribus, ſed ex authenticis tantũ ſacris probatorijs, manu noſtra ſubſcriptis, & noſtro arbitrio præſtandis: ita, ut nullus his dolus aut fraus poſsit annecti. De his etiã, qui ſunt ueræ & catholicę fidei, iubemus admitti: aliter uerò militantes, niſi ex ijs ſint, quos ſolis authorib. apparitioni aggregari uetuſta cõſuetudo perdocuit, detecta fraude cuiuſcũq; accuſandi ſtudio, nõ ſolùm mendaci carere militia, ſed & ꝓſcriptionis ſtylo ſubiacere decernimus, & bonorum omnium amiſsione mulctamus. *Cõcordat l. 3. §. fin. C. de agentib. in reb. his uerbis*: Nemo aũt, ſine diuali probatoria, quã codices in ſacro noſtro ſcrinio memoriæ poſiti, debeãt inferendã accipere militarib. eiuſdem deuotiſsimæ ſcholæ ſtipendijs uel priuilegijs potiatur. *Concordat item l. 5. C. de officio magiſtri officiorum, his uerbis*: Iubemus eum ad militiã deuotiſsimorum, &c. *Item concordat l. 10. C. de diuerſis officijs, his uerbis*: Hac ſanctione decernimus, ut in poſterum nemini licẽtia ſit, edendi exemplaria his, qui ſociandi cuicunque militiæ, quam ſine diuinis probatorijs adipiſci non poſſunt: ſed periculo primatũ uniuſcuiuſque officij, ipſas authenticas ſacras, quæ diuinam noſtræ pietatis continent ad notationem cũ ſubſcriptione adminiſtrantium, ſub quorum iuriſdictione conſiſtunt, his qui militare uolunt, præſtari: exemplaribus uidelicet eorũ, cũ ſubſcriptione eorundem iudicum, apud ſingula quoque officia, prout conuenit, reſeruandis. Quamuis autem manifeſtum ſit, de huiuſmodi probatoriarum obſeruatione excepta eſſe cæterorum iudicum officia: tamẽ ne ulla ignorantiæ relinquatur occaſio, omniũ officiorũ, quibus neceſſe eſt per ſacras pro-

probatorias militiæ ſociari noticiam in ſacris apicibos ſubdendam eſſe, cenſuimus. Sub hac igitur obſeruatione, omnes qui ſiue in hoc ſacro palatio noſtro, ſiue in alijs quibuſcunque officijs deinceps militare cupiunt: qui tamen (ut dictum eſt) nõ poſſunt pro tenore ſacrarum conſtitutionum uel ueteri conſuetudine, niſi præcedentibus ſacris probatorijs militiæ ſociari: ſicut ſubiecta noticia demonſtret, adipiſci præcipimus. His ſcientibus, qui ex aliqua parte præſentis noſtræ ſerenitatis legis formam conuiuentia uel negligentia quadam colludere tentauerint: non tantum amiſsione bonorum omnium, ſed etiam capitis periculo, utpote criminis falſitatis obnoxios, ſemetipſos eſſe plectendos. Et eſt noticia hæc. Scriniæ memoriæ probatoriæ ſic: Agentium in rebus Palatinorum, ſacrarum largitionum, rerum priuatarum partis Auguſtæ. Item Scrinij Sacrarum epiſtolarum ſic: Officij uirorum illuſtrium præfectorum prætorijs Orientis & Illyrici, & urbi, officij proconſulis Aſiæ & Achaiæ, officij comitis Orientis, officij præfecti Auguſtalis, officij comitis diuinarum domorum, officij uicariorum Thraciæ, Ponti & Aſiæ, Macedoniæ, & Theſaurenſium claſsis. Item Scrinij ſacrorum libellorum ſic: Officij uirorum magiſtrorum militum utriuſque præfecturæ Orientis & Illyrici, inuitatorum, amiſsionalium, memorialium, omniumq́ue pædagogorum, cellariorum, menſorum, lampadariorum, eorum qui ſacris ſcrinijs deputati ſunt, decanorum partis Auguſti, & curſorum partis Auguſtæ, officij uirorum ſpectabilium ducum Palæſtinæ & Meſopotamiæ, nobilis comitis Phœnicis, Oſdroenæ, Syriæ & Auguſtæ Euphratenſis, Arabiæ & Thebaidis, Lybiæ, Pentapoleos, utriuſque Armeniæ, utriuſque Ponti, Scythiæ, Myſiæ primæ, ſecundæ Daciæ, Panoniæ, officij uirorum ſpectabilium comitis Aegypti, Pamphyliæ, Iſauriæ, Lycaoniæ & Piſidiæ. *Hactenus l. 10. Concordat inſuper propoſitæ regulæ l. 6. C. eod. tt. his uerbis*: In his officijs, id eſt uirorum ſpectabilium, proconſulis Aſiæ, comitis Orientis, præfecti Auguſtalis, & Vicariorum (quos etiã monuimus ſub triginta interminatione librarum auri) nemo aliter admittatur, niſi eum emiſſa ſacri ſcrinij probatoria cõſecrauerit. Quòd ſi quis talis ſub tua fuerit iudicatione conuictus: profectò irritis his, quæ uetita contrectauit, etiam congruam indignationem incurret. *Item concordat l. 2. C. de cohortalibus & principibus cornic. his uerbis*: Nullos iudicum quenquam ſine ſacra probatoria probare audeat, uel prouehere: excipimus tamen officia prouincialia, curſus publici ſollicitudinem ſuſtinentia. nec enim tanto muneri adminiculum denegari, publica permittit utilitas.

Secunda regula. De adiutore deficiente. Hic interdũ alium in locum ſuum poteſt ſurrogare. de qua re uide ĩ. cap. prox. membr. 2. reg. 2.

IIII. DE OFFICIIS APparitorum.

Prima regula. Ne alter alterius offic. ſe immiſceat, proponitur l. 2. C. de execut. et exact. his uerbis: Quicunq; ex palatio noſtro cuiuslibet tituli ad prouincias commeauerit compulſor, exactor, admonitor, portitor de præcepti, agẽs in reb. uel palatinus, uel apparitor illuſtriũ poteſtatum: hoc tantum poteſtatis arripiat, quod mandatũ curię ſuæ ſpecialiter adprobetur: nec quod iniunctum alteri fuerit collegæ, uſurpate alter iure præſumat: ne dum hæc ſibi inuicem mutui officij licentia partiuntur, agant cuncti, quod ſingulis credebatur. *Cõcordat l. 4. C. de numerarijs, actuarijs, &c. his uerbis*: In prouincijs ſingulis duo numerarij, qui & tabularij, collocentur: quò ad unũ fiſcalis arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeãtur: hoc ſciturí, quòd ſi ex alterius quidquã actibus ad alterã partẽ illicita fuerit uſurpatione tranſlatũ, is qui culpã iudicis diſsimulatione texerit, grauiſsimo ſit ſupplicio ſubiugãdus.

Secũda regula. Ne ſubditos lædant, uel iniuſtè quid ab eis exigant, proponitur l. 1. C. de lucris aduocatorũ, his uerbis: Si quis à ducennarijs, uel centenarijs, uel fiſci aduocatis læſum ſe eſſe cognoſcit, adire iudicia, & probare iniuriam non moretur: ut in eum qui cõuictus fuerit, competenti ſeueritate uindicetur. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Præter ſolennes & canonicas penſitationes multa à prouincialibus indignisſimè poſtulantur ab officialibus & ſcholaſticis, nõ modò in ciuitatib. ſingulis, ſed etiam manſionibus, dum ipſis & animalibus eorundem alimoniæ ſine precio miniſtrantur. Prouinciales itaq; cuncti iudices tueantur, nec iniurias inultas tranſire permittant. *Concordat item l. 3. C. eod. tt. his uerbis*: Quoties compulſor arguitur in deprædatione cõuictus, etiã nõ conſulta clementia noſtra pœnam ſubeat legibus competentem. *Item concordat l. 4. C. eod. tt. his uerbis*: Corialibus, & nauicularijs, omnibusq́; corporib. ita ſubueniri uolumus: ut nihil apparitorib. uniuerſorum iudicum liceat, quod ad prædam prouincialium pertinet. *Plura de hac re uide ĩ. eod. Lib. cap. 3. act. 5.*

Tertia regula. De reddenda ratione, proponitur ĩ. hoc capite quæſt. 2. reg. 4.

V. DE

V. DE ACTIONE ET POENA, quæ ex mala administratione apparitoris competit.

Prima regula. Ex delicto apparitoris actio datur aduersus eum qui apparitorem designauit. quæ regula approbatur Nouell. c. 82. §. *hus qui lites.ibi*: Atq; hi pet omnia. *cuius uerba uide 5. quæst.*

Secunda regula. De pœnis apparitorum, proponitur l. 11. C. de officio rectoris prouinciæ, his uerbis: Omnes prouinciarū apparitores pro inueterata authoritate iuxta motum iudicis nudatos uerberibus (si ita res tulerit) subiacere præcipimus: ut & facilius executio rerū publicarum fit, & officiorum insolentia cōprimatur, & iudicum seueritati competēs reddatur authoritas.

VI. *De salario horum. Mortuo legato salarium residui temporis eius comiti debetur: secus si ei ante tēpus fuerit successum. quæ regula approbatur l. 4. ff. de officio adsessoris, hisce uerbis*: Diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui temporis, quod legatis præstitutum est debetur: modò si non postea comites cum alijs eodē tempore fuerunt. Diuersum in eo seruatur qui successorē ante tempus accepit.

DE APPARITORIBVS & ministris Magistratuum, & Iudicum in specie. Cap. XIX.

I. DE APPARITORIBVS Proconsulis.

P*Rima regula. Qui constituendi uel non constituendi apparitores proconsulis, definitur l. 1. C. de apparitoribus procōsulis, his uerbis*: Officio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quēquam, nec ex cæteris corporibus uolumus aggregari: at si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos munijs debitis mox iubemus. *Concordat l. 2. C. eod. tt.*

Secunda regula. Quot constituendi, definitur d. l. 2. his uerbis: Impp. Valentin. Valens & Gratian. AAA. proconsuli Africæ: Apparitioni tuæ & legatorum quadringētos censuimus deputandos de his dūtaxat, quos esse sibi detractos reipub. membra non quærunt.

Tertia regula. De officio illorum, proponitur l. 3. C. eod. tt. his uerbis: In procōsulari prouincia officiū procōsulare postulet, qd' exigere cōsueuit: nec alienis se partib. impudēter inserat.

II. DE APPARITORIBVS & adiutoribus quæstoris.

Prima regula. Quot constituendi, definitur l. 11. in prin. C. de proximis sacror. scrin. his uerbis: Comperimus diuinitùs, pridem fuisse dispositū, uiros deuotos adiutores tuæ magnitudinis certos esse in numero, nec ad huiusmodi nomen uel operā plures licitū esse adspirare, quàm in scrinio quidē sacræ memoriæ duodecim tantū: septenos uerò in duob. reliquis scrinijs, id est, sacrarū epistolarū, sacrorūq; libellorū: sed posterioris licentiā tēporis, supra modū indulgēdo ambitionib. disturbasse rei merita, ac multitudine diuulgasse, ut inter memorialiū & adiutorū numerū nō longū penè interstit. Sācimus itaq; reduci eis ac renouari statutū ordinis terminū: nō ut eximātur adiutorib. hi, qui prædictā dispositionē in præsenti exuberāt, sed ut interea omnib. alijs interdicatur ab affectādo hoc nomē, donec exeuntib. singulis ac recedentib. decrescere possit uetita cōglomeratio, legitimusq; iā resideat numerus: nō phibēdis uiris deuotis adiutorib. desistētib. eodē officio, cū uel laterculēsis gradū in scrinio sacræ memoriæ prouecti fuerint, uel secundū locū obtinuerint, in duob. alijs scrinijs, postquā pximi creabūtur, licet nōdū redacta sit quātitas pristina: tamē alios quos pro se elegerint, subrogandos adiutores petere, qui posteriores erūt cæteris. *Cōcordat l. ult. §. penult. & ult. C. eo. tt. itē l. penult. §. fi. C. eod. tt. his uerbis*: Ad hoc illud obseruari sancimus, ne alius adiutor pter quācunq; ambitionē his qui in præsenti sunt, uel post eorū deminutionē, addatur, licet in uetere numerū redacti fuerint. *Planè de numero adiutorū quæstoris uariat Nou. c. 35. de adiutorib. quæstoris inscripta, his uerbis*: Sūt aūt adiutores uiginti sex quorū etiā hæredes idem ius obtinent.

Secūda reg. De alio in locū eius subrogādo, proponitur l. 13. §. sancimus itaq; ibi: Nō prohibēdis. *C. de prox. sacr. scr. cuius uerba uide 5. reg. prox. Cōcordat Nouell. c. 35. his uerbis*: Hęc cōstitutio designat, quòd his qui à sacra sunt memoria, liceat in locū suū adiutores cōstituere. *Sanè qui in locū suū alios surrogare possint, definitur l. 15. C. d. tt. his uerbis*: Certæ quidē sunt dispositiōes nostri numinis, quas super adiutorib. uiri illustris pro tempore quæstoris nostri palatij, quorū obsequio res agitur quæstoria, dedimus: quarum prima quidem ad supplicationem eorundem adiutorum emissam numero eorum, qui erant illo tempore, quo preces nobis obtulerunt, neq; aliquem eximi, neq; adijci præcipit, præterquam si quis eorum uel ad laterculensis gradū in scrinio sacræ memorię, uel ad secundum locum in duobus alijs scrinijs, id est, sacrarum epistolarū, sacrorūq; libellorū & cognitionū puectus fuerit. nam his licere desistentibus ab adiutorio officio alios pro se, quos uoluerint, adiutores subrogare, ultimū locū in ijsdem adiutoribus obtenturos, licet superiorē in memorialib. habeāt. Altera uerò per sacrā pragmaticā facta est. per quā excelsę memoriæ uiro Proculo uerbo suggerēte precipimus, illos etiam adiutores posse in suum locum

locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officiũ ualeant, ueluti senium, uel morbũ, uel aliã necessariam causam: quod ex ipsorum adiutorum petitione idem magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præsenti ab alijs memorialibus tam in scrinio sacræ memoriæ, quàm in cæteris duobus sacrarũ epistolarum sacrorumq́; libellorũ, & cognitionũ relatis adiri cõperimus, deminutionem eorundẽ adiutorum impediri per memoratam pragmaticam sanctionẽ, & insuper uenditioni quodammodo memorati officij locum introductũ esse. Quod ne de cætero fiat, præsentem sanctionẽ ad tuã magnitudinem mittimus, per quam iubemus illis tantum permissum esse secundũ prius nostræ serenitatis rescriptum, alios in suũ locum subrogare, qui uel lateruculensis gradũ in scrinio memoriæ, uel secundum locũ in alijs duobus scrinijs adepti fuerint: secunda nostra sanctione super hoc capitulo de cætero cessante: nulla danda licentia eorundem adiutorum, præterquã si ad memoratos gradus ascenderit, alium pro se, eisdem adiutoribus ex quocunq; fortuito casu connumerare, ut eo modo ad ueterem numerum ijdem adiutores redeãt. Et duodecim quidem in scrinio sacræ memoriæ, septem uerò in alijs duobus sint, id est, sacrarum epistolarum, sacrorumq́; libellorũ & cognitionum. Illo uidelicet obseruãdo, ne alius adiutor per quamcunq; ambitionem his qui in præsenti sunt, uel post eorũ deminutionem (licet in ueterem numerũ redacti fuerint) addatur. Nam si permutationem, licet fortuitus casus inciderit, prohiberi disposuimus: multo magis prioribus manentibus alios introduci uetamus, cæteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris.

Tertia regula. De modo in suum locum surrogandi alium, proponitur l.13.§.illud etiam. C. eod. tt. his uerbis: Illud etiam disponendum duximus, utpote nonnullis anterioribus exẽplis subnixum, nec nõ iustitiæ congruũ, ut ab his, quib. cõcessũ est adiutorũ agmini pro se sociare, libellus offeratur uiro illustri, ꝑ tẽpore quæstori, petendaq́; eius subscriptio, tẽpus, atq; hominẽ, nec non etiã rẽ ipsam cõtinẽs, id est, qđ inter adiutores ei quẽ ꝑ se surrogar mereri permissum est: ordinãdis uidelicet ijsdẽ adiutorib. ꝑ ratione tẽporũ quib. libelli porrecti sunt, ut etiamsi in memorialium matricula inferiore loco sit, qui prior in adiutoribus meruit, adiutor quidem habeatur superior, memorialis uerò posterior, pro utriusq; ordinis modo uel discrimine. quod etiam in alijs quoque penè omnibus officijs, obseruari dignoscitur.

Quarta regula. De annona apparitorum quæstoris, proponitur Nouell.c.80.§.Enimuerò.ibi, Propterea enim. cuius uerba uide 5.eod.Lib.cap.12.quæst.7.reg.8.

Quinta regula. De priuilegijs adiutorum quæstoris, proponitur l.14.C.de prox.sacr. scrin. his uerbis: Hac lege sancimus, si quando adiutores uiri magnifici, pro tempore quæstoris sacri nostri palatij, in accusationem ciuilis causæ uel criminalis deducti fuerint: strictũ iuris & integritatis congruũ ordinẽ conseruari: ut si sine scriptis conueniendi sint, nomen eius præcipientis ore designatũ esse sufficiat. Sin aũt scriptis in querimonia unus adiutorũ aut plures fortè ferẽdi sint, monumenta sententiarum in persona tantũmodo, cõueniendi adiutoris præcedentium æquum & iustum initium futuro præstent certamini. Et quoniã probationib. potius & exemplis, quàm indecoræ consuetudini deceat indulgeri: quod in uniuerso deuotissimorum scrinio libellensium euicisse monstratur, id in adiutores sacræ memoriæ, sacrarũ etiã epistolarũ transferẽdum censemus: ut qui liberã proficiscẽdi licentiã pronũciatione cõmeatus adepti fuerint, sine qualibet stipendiorũ aut emolumentorũ deductione peregrè degant. Etenim pro tẽpore uiris clarissimis proximis, & melloproximis, aut eorũ adiutorib. absentiæ causa uel offerre de suo ꝓprio, aut ex annonis seu stipẽdijs quidquã relinquere cogendis: quã us Ianuarias Calẽdas indultũ excedat spatium, & intra se festum diem contineat.

Sexta regula. De officio apparitorum quæstoris, et quales esse debeant, proponitur Nouell.c.80.§.enimuerò.ibi, Neq; apparitores. *cuius uerba uide 5.ca.12.quæst.7.reg.8.*

III. DE APPARITORIBVS comitis Orientis.

Quot esse debeant, definitur l.unica. C. de apparit. comitis Orientis lib.12.his uerbis: In officio comitis Orientis non amplius quàm sexcẽti apparitores habeãtur, quos quidẽ publicis necessitatibus nouimus abundè suppetere.

IIII. DE APPARITORIBVS Præfecti annonæ.

Prima reg. proponitur l.1.C.de apparitor. præfecti annonæ, his uerbis: Apparitores urbanæ præfecturæ annonario officio sese nõ inferãt: sed apparitorũ æmulatione secreta ministerio suæ annonæ præfecturæ fungantur.

Secũda regula proponitur l.2.C.eod.tt.his uerbis: Præfectus annonæ canonem, qui ad officiũ suũ pertinet, per cõpulsores suos exigat: & cum officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem deuotionis suæ exactionem non ostenderit.

V. DE

V. DE APPARITORIBVS præfecti Prætorio.

Prima regula. De officio horum, proponitur l. 2. C. de apparitoribus præf. prætorio, his uerbis: Præfectiarios ad perniciem prouincialium exactionibus in prouincijs, uel potius lucris & quæstibus suis sese immiscere uetamus. Preterea uel horreorum gerere custodiam, uel curiarum ius atq; arbitrium sibi præsumere his denegamus. Horum si quis præsentis legis temerator existat, uolumus eũ cõpetenti motu, & indignatione percelli.

Secunda regula. De dignitate horum & immunitate, proponitur l. 1. C. eod. tt. cuius uerba uide 3. Lib. eo. cap. 5. quæst. 1. reg. 30.

Tertia regula. Itidem de immunitate horum, proponitur l. 3. in prin. C. eod. tt. his uerbis: Cornicularij & primiscrinij, numerarij insuper, qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequijs militiæ terminatis desideratam laborum requiem sortiuntur: pro multis erga rempub. sudoribus ab omnibus indictionibus tam militarium quàm ciuilium iudicũ semper habeantur immunes: & ciuiliũ tantùm iudicum, non etiam militarium iurisdictioni subiaceant.

Quarta regula. De iudice horum competente, proponitur uerbis iam dictis hisce: Et ciuilium tantùm iudicum, non etiam militarium iurisdictioni subiaceant. *Sed & de eadem re proponitur regula d. l. 3. §. fin. his uerbis*: Scriniarijs autẽ, & exceptoribus, cæterisque qui in officio tui culminis merent, cum in legione prima adiutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis, in quibus pulsantur, tuæ celsitudinis deputamus: in prouincijs uerò commorantes, rectoribus earum eos respondere iubemus, nisi publicum officiũ aliquod eis iniunctum sit.

Quinta regula. De bonis horum uacantibus, proponitur d. l. 3. §. huic sanctioni, his uerbis: Huic sanctioni addendum esse censemus, ut si quis præfectiarius dum militat, uel post depositum cingulum, sine testamentò quod legibus comprobatur, nullisq; ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleuerit: omnes eius patrimonij facultates prouisione magnificæ tuæ sedis, non fisci iuribus, sed arcæ tui culminis rationibus uindicentur.

VI. DE APPARITORIBVS præfecti urbi.

Prima regula. De dignitate eorum, proponitur l. 1. C. de apparitor præfecti urbi, his uerbis: Præter eos qui de officio eminentium potestatum, numero stipendiorum, & curriculis euolutis, urbisq; præfecturæ & serenitatis nostræ annis singulis attingere purpuram uenerarique præcepti sunt: nulli prorsus eorum qui prouincialia officia peregerint, tranquillitaris nostræ muricem adorare sit liberata, omnium suffragiorum obreptione cessante.

Secunda regula. Si pistorem concusserit, proponitur l. 2. C. eod. tt. his uerbis: Quicunq; illustris urbanę sedis apparitor clandestina fraude pistorem concusserit, accusatus atq; conuictus, perpetui panificij nexibus addicetur.

VII. DE PRIMIPILAribus.

Prima regula. Ad nullam aliam dignitatem possunt adspirare quæ regula approbatur l. 13. C. de cohortalibus, his uerbis: Nullum ex primipilaribus, nullum ex principe cohortalis officij, uel ad aliam posse militiam adspirare, uel ministerijs sibi contra publicam utilitatem blandiri, uel ad quamlibet aliam dignitatem ad præiudicium præteriti status accedere cõcedimus. Quòd si contra hanc tam saluberrimam formam, uel responsa cœlestia, quęuis militia aut dignitas audacter eliciatur: pro in gestis haberi, etiamsi speciali adnotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse uideatur: nec assertionem ei quoquomodo patère, qui se memoratis artibus publicæ studet commoditati subtrahere: sed statim ciuitatis, unde oriundus est, curiæ tradi præcipimus.

Secunda regula. Commoda primipilatus etiam ad heredes transeunt, quæ regula approbatur l. 1. C. de primipilo, his uerbis: Commoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi: & si is qui ea percipere debuerit, prius reb. humanis eximatur, hæredibus petitio salua sit.

Tertia regula. De liberis primipilarij partim primipilo, partim curiæ addicendis, proponitur l. 5. C. de cohortalibus, his uerbis: Quicunque per Osdroenam primipilarius maiore lætatur numero filiorum, unum loco suo ueluti hæreditario iure substituat, alterum pro amore patriæ Osdroenæ curiæ tradat obsequijs, cæteris qua uoluerit militia prouisurus. Sin autem duos procreauerit, tantùm cohorti satisfacere cogatur, & curiæ. Quòd si unum procreauerit, eundem ordini patriæ resti tuat, nullo contra hanc formam beneficio ualituro. Damus sanè licentiam tam patribus eorum, quàm ipsis qui huius legis authoritate ciuitatum obsequio aggregantur, ut si quos curiales patrocinio principalium inuenerint excusari, in medium proferant, ut & ipsi similibus officijs deputati careant impetratis.

VIII. DE COHORTAlibus.

Prima regula. De suscipiendis cohortalibus, proponitur l. 10. C. de cohortalibus, his uerbis: Quicunq; chat-

chartas,uel tabulas,uel quodcũq; aliud miniſteriũ cohortalis optauerit: non antè accedere permittatur, niſi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit,pœna propoſita his,qui contra ſtatuta cœleſtia crediderint ſuſcipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum.

Secunda regula.Itidem de ſuſcipiẽdis cohortalibus antea ex eodem officio reiectis,proponitur l.11.C.cod.tt.bis uerbis: Si quis ex grege cohortalinorum urgente criminis inſectarione ſtipendijs fuerit exemptus, aut ocio traditus,quietis artibus immoretur: aut ſi ad priſtina ſacramẽta precum miſerarione maluerit repedare, indultum noſtræ maieſtatis oraculum ampliſsimæ tuæ ſedi offerat allegandum.

Tertia regula. De priuilegijs cohortalium,proponitur l.3.C.eo.tt.bis uerbis: Solita cohortalib.Syriç priuilegia. quç à diuo Diocleriano porrecta ſunt,atq; conceſſa,nos quoq; porreximus: aciubemus eos non ad ſollicitudinẽ baſtagiæ, non ad functionem nauicularum deuocandos, non inuitos curialibus cœtibus adſcribẽdos:uerùm peracto labore militiæ, poſt primipili competenti ſedulitate functionem tranſactam prçrogariuã his recuſationis offerimus.

*Quarta regula. Itidem de priuilegijs, proponitur l.4.C.cod.tt.bis uerbis:*Officia rectorum prouinciarum tuæ magnificentiæ literis uolumus admoneri, ut ſuſceptos in officio proprio uel probatos, cohortiũ nomine, uel legionum priuilegijs exiſtiment inſerendos.

Quinta regula.Cohortales ad nullam aliam militiam uel dignitatem adſpirare poßunt.de qua re uide ſ.cod.lib.cap.1.quæſt. 1.reg.16.

Sexta regula. De liberis cohortalium, proponitur l.7.C. de principib. agentium in reb. cuius uerba uide j. membr. 12.reg.12.

IX. DE PRIMICERIIS & notarijs.

*Prima regula.De officio primicerij, item quamdiu officium eius duret, & quo ordine ſuccedatur in primiceriatum,proponitur l.5.C.de officio præfecti urbi. cuius uerba cum ſimilibus uide ſ.cod.lib. cap.1. quæſt. 1.reg. 19. Sanè biennium primicerij officium durat,ut ex d.l. 5. apparet. Cui concordat l.2.in prin.C.de primicerio,bis uerbis:*Prçclaram nobilemque militiam ſpectabilium tribunorum notariorum, qui glorioſis obſequijs nonnihil reipub. cõmoditatis adferũt & decoris, diuerſis beneficiorum titulis muniendam credimus, & augẽdam.nam biennales metas uiro ſpectabili pro tempore primicerio agendi muneris duximus ſtatuendas.

Secunda regula.De dignitate & priuilegijs primiceriatus, proponitur l. 1. C. de primicerio.cuius uerba uide ſ.eo. Lib.cap.5.quæſt.3.reg 4.Sed & de dignitate eius,proponitur regula l. 2. §. fin. C. eod.tt.cuius uerba uide ſ.d.cap.5. quæſt.1.reg. 7.Huc item pertinere uidetur l.unica.C.de menſorib.bis uerbis: Primicerius menſorum biennio expleto agentis in rebus miliris militiam ſortiatur. *Cætera quoq; de Primicerio & notarijs ſuis ſubiecta ſunt locis.*

X. DE IRENARCHIS.

Prima regula.De his nominandis,horumque officio, proponitur l. unica.C.de Irenarchis,biſce uerbis: Irenatchç,qui ad prouinciarum tutelã,quietis ac pacis per ſingula territoria faciũt ſtare concordiam, à decurionibus iudicio præſidum prouinciarum idonei nominentur.

Secunda regula.De genere huius muneris.Perſonale munus eſt.quæ regula approbatur l.18.§.Irenarchæ. ff. de muneribus & honoribus, bis uerbis: Irenarchæ quoque,qui diſciplinæ publicç & corrigendis moribus præficiuntur,perſonalibus muneribus funguntur.

*Tertia regula.De officio horum,proponitur l.6.ff. de cuſtodia & exhibitione reorum,his uerbis:*Diuus Hadrianus Iulio ſecundo ita reſcripſit: Et aliâs reſcriptum eſt, non eſſe utique epiſtolis eorum credendum, qui quaſi damnatos ad præſidem remiſerint. Idem & de Irenarchis præceptum eſt,quia non omnes ex bona fide elogia conſcribere compertum eſt. Sed & caput mandatorum extat, quod diuus Pius cum prouinciæ Aſiæ præeſſet,ſub edicto propoſuit, ut Irenarchæ cum apprehẽderint latrones, interrogẽt eos de ſocijs, & receptoribus, & interrogationes literis incluſas atque obſignatas ad cognitionẽ magiſtratus mittant. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi ſunt: etſi per literas miſsi fuerint,uel etiã per Irenarchas perducti. Et ſic diuus Pius & alij principes reſcripſerunt,ut etiam de his qui requirendi adnotati ſunt, non quaſi pro damnatis,ſed quaſi re integra quæratur,ſi quis erit qui eum arguat. Et ideo cum quis ἀνάκρισιν (id eſt,adhibita quæſtione profeſsionem) fecerit, iuberi oportet uenire Irenarcham, & quod ſcripſit exequi.Et ſi diligenter ac fideliter hoc fecerit, collaudandum eum: ſi uerò parum prudenter,non exquiſitis argumentis,ſimpliciter denotare Irenarchã minus retuliſſe. Sed etſi quid malignè interrogaſſe, aut non dicta retuliſſe pro dictis eum compererit,ut uindicet in exemplum, ne quid & aliud poſteà tale facere moliatur. *Concordat j.reg.prox.*

XI. DE STATIONARIJS.

Prima regula.De probando eo quod intendunt,proponitur l. 1. C. de curioſis, biſce uerbis: Curioſi & Stationarij, uel quicunque funguntur hoc munere,crimina iudicibus nuncianda meminerint,

munerint, & sibi necessitatem probationis incumbere: nec citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. Cesset ergo praua consuetudo, per quam carceri aliquos immittebant. *Cócordát ea quæ dicta sunt s̃. reg. proxima.*

Secunda regula. Ne homines carceribus includant. Hæc regula approbatur uerbis iam propositis hisce: Cesset praua consuetudo per quam carceri aliquos immittebant. *Concordat l.1.C.de cohortalibus, his uerbis:* Omnes stationatij neque super exactionem audeant, neque carcerem habeant: neue quis personam (licet, pro manifesto crimine) apud se habeat in custodia, sciens quòd si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est.

XII. DE AGENTIBVS in rebus.

Prima regula. De principibus agentium in rebus, ad quos principatus pertinent ad eos scilicet quos ordo uocat. quæ regula approbatur l.1. in prin. C.de præpositis agentium in rebus. cuius uerba uide paulo inferius, reg. 8. Huius regulæ exceptio: Nisi posterior ordine, post uiginti quinque annorum curricula, ob aduersam ualetudinem militiæ finem non possit consequi: tunc enim iisdem priuilegijs gaudet, quibus princeps agentium. quæ exceptio approbatur. l. 4. §. etsi quis agens. C. de princip. agentium in reb. cuius uerba uide s̃. Lib.eo.cap.5.quæst.1.reg 22. Secunda exceptio est: Nisi posterior filium procreauerit. quæ exceptio approbatur l.7. in prin. C.eod. tt. cuius uerba proponentur paulo inferius. reg.12.

Secunda reg. De officio principis agentium in rebus, proponitur l.1.C.de princip. agentium in rebus, hisce uerbis: Agentes in rebus post palmam laboris emeriti, principatus honore remuneramus: atq; ideo officiales tam ad necessitates publicas, quàm priuatas, non nisi principe mittantur authore, nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum, etiamsi intercessio in locis degentis officij fuerit impertita Causarum etiam patronos ita uolumus esse conuentos, ne ignorante principe ullam postulationem introducant, neue sub unius persona suscepti, fraude quadam aliena negocia inferenda esse pertentent. Quod si fuerit definitio contempta, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri.

Tertia regula. Itidem de officio & potestate principis agentium in rebus, proponitur l.2.C.de principib. agentium in rebus, his uerbis: Omnia citatoria, omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriæ dignitatis, ad principes specialiter reuocari præcipimus: actus uerò cæteros, qui à sacratissimo cœtu senatus tractari consueuerunt, censualium sollicitudine celebrari, nec aliquod præiudicium ex subreptitio rescripto supplicibus inferri.

Quarta regula. De domesticis principis, proponitur l.4. in prin. C.eod.tt. his uerbis: Ex agentibus in rebus principalibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorũ fidem industriamque probatam sibi existimant, etsi sæpè eodem officio fuerint antè perfuncti.

Quinta regula. De dignitate principis agentium in rebus, proponitur l.3.l.5.& l. 6. C. eod. tt. De qua re uide s̃. Lib.eod. cap.5. quæst.1. reg. 21.

Sexta regula. De priuilegio principis agentium in rebus, circa sportulas iudiciorũ & executionum præstandas, proponitur l. 8.C. de principib. agentiũ in rebus, his uerbis: Multis deuotissimæ scholæ agentium in rebus, &c.

Septima regula. De priuilegio principis circa liberos, proponitur l. 7. §. si uerò postquam. C.eod.tt. cuius uerba paulo inferius proponentur.

Octaua regula. De ambarum sollicitudine, ad quos pertineat, definitur l.1.C.de præpositis agentium in rebus, his uerbis: Agentes in rebus, qui per ordinem consequi solent principatus insignia, in unoquoq; scrinio fabricarum & barbariorum quaternos sub ambarum sollicitudine per annum duntaxat integrum procedentes gradatim subire, hac in æternum ualitura lege decernimus: exceptis uidelicet uniuersis negociatoribus, quibuslibet mercimonium pro se gerentibus, interpositasúe personas, cum eis ante sacratissimis constitutionibus interdictum sit militare: exceptis nihilominus his, qui possessionum alienarum sollicitudinẽ procurationemúe susceperint. Eos enim ad hæc officia uolumus adspirare, quorum labores scholæ agentiũ in rebus testimonio comprobãtur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostræ mãsuetudinis excludendi, qui cum scholæ eidem socientur, in sacris scrinijs, quib. uir spectabilis primicerius & tertiocerius præsunt, adiuuantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur: & duobus officijs operam suam adhibere non possunt. nam præter emolumenta, quæ ex prædictis scrinijs consequuntur, principatus etiam solatio debent esse contenti. Quòd si morbo, uel ætatis senio capti, & imperiti huiusmodi rerum, uel quocunque alio uitio præpediti, per se memorati officij curam subire nequiuerint: consideratis præcedentib. eorum laboribus, per substitutum chartulatium eiusdem scrinij, cui præfuturus est ipse idoneum, & tam moribus optimis præditum, quàm scientiam peritiamque rerum habentem, electionem suam, suarumque periculo facultatum, præfatum munus eos implere præcipimus.

Nona regula. De numero agentium in rebus quot sint

ſint conſtituendi, definitur l. 1. in prin. C. de agentibus in rebus, his uerbis: Matriculam agentium in rebus à tua celſitudine confectam admittentes, iubemus, ne ducennarij pluſquam quadraginta octo in cingulis habeantur in poſterum, & numerum centenariorum ducenti uiri, quos uacante tempore gradus competentes admiſerint: pariq; modo * biarchorum nomen meritumq; ducenti quinquaginta uiri duntaxat: præterea circitorum trecenti, & equitũ quadringenti quinquaginta impleant.

Decima regula. De remouendis & eximendis agẽtibus in rebus, proponitur l. 2. C eod. tt. biſce uerbis: Nulli poſthac ſine noſtræ maieſtatis authoritate diſcingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia, niſi probata ſchola & animaduerſione ueteris iudicis, & nullam timere debent contumeliam uilitatis.

Vndecima regula. De priuilegijs agentium in rebus circa ſportulas iudicales & alia, proponitur l. 2. C. de præpoſitis agentium in rebus, his uerbis: Hac ſaluberrima ſanctione decernimus, agentes in rebus pro conuentionibus, & modo ſportularum executoribus pręb endarũ, pro quantitate ſumptuum, quæ circa litigia ſibimet ab alijs inferenda, uel à ſe contra alios per ſemetipſos, ſeu per ordinandos à ſe procuratores exercenda, cõuenit ab ijs agnoſci: ac beneficijs, quæ in ſacro noſtro militantibus miniſterio, iam pridem per diuinas ſanctiones indulta ſunt, perpotiri: & fideiuſſorem idoneum de eadem ſchola, non autem extraneum offerre compelli. Ita tamen, ut priuilegia quæcunque centenarijs ſeu ducennarijs, uel chartularijs, ſeu uiris clariſsimis principibus, poſt depoſitam quoq; militiã iam per diſpoſitiões principales impertita, & nunc uſq; obſeruata eſſe noſcuntur, intacta inuiolataque cuſtodiantur. cum per abſurdum perq; temerarium ſit, hanc noſtræ liberalitatem pietatis (quanquam aſtuta interpretatione) non ad augmentum anteriorum priuilegiorum, ſed deminutionẽ conuertere concedi. Simili uidelicet forma pro matribus & uxoribus eorum, nec non etiam liberis ſub eorum poteſtate conſtitutis, nec aliam ſortitis uel ſorti turis militiam nec non etiam ſeruis ad eos pertinentibus ſeruanda: ita ut in prouincijs quoque ſupra dictę perſonæ degẽtes ſimili beneficio perfruantur. Sportulas tamen, & litium expenſas pro tertia ſuperius parte enarratæ, quantitatis ſoluturæ: denarum librarum auri cõdemnatione, aliaq; grauiſsima indignatione his feriendis, quicunq; noſtra iuſſa quolibet modo ſeu tempore uiolauerint, ſeu uiolare conceſſerint.

Duodecima regula. De liberis agentium in rebus, proponitur l. 7. C. de principib. agentium in rebus, his uerbis: Quicunq; ex corpore cohortaliũ militans, in ſchola agentium in rebus filium procreauerit, antequam ad metas militiæ ſuæ perueniat, principatus honore decoretur: & licet ipſe poſt finitam militiam, utpote liber. nulla debeat huiuſmodi cõuentione pulſari: filium tamen cohortali cõditioni relinquat obnoxium. Si uerò poſtquam adeptus fuerit principatum, ediderit filiũ, is, qui natus eſt, etiam ſi in ſchola deuotiſsimorum agentium in rebus militiam ſortitus non fuerit: ita liber ſit ac ſecurus, ut nec ullis cohortalis officij nexibus obligetur: quaſi iam ex patre libero, & ab hac cõditione penitùs alieno progenitus.

Decimatertia reg. De officio agentium in rebus circa curſum publicum, proponitur l. 2. C. de curioſis & ſtationarijs, his uerbis: Agentes in reb. in curis agendis, & euectionibus publici curſus inſpiciendis, noſtrorum memores præceptorum credimus in omnibus uelle profutura reipub. Ideoq; ſolos ãgetes in rebus in hoc genere iuſsimus obſequium adhibere, & non ab alio penitus officio. Hi uerò peruigili dilig ẽtia prouidebũt, ne quis contra euectionis authoritatẽ moueat curſum, uel amplius poſtulet, quàm cõceſsit euectio. Quiſquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit, improbi cœpti priuetur effectu: demonſtretur etiã iudicibus uel curioſis euectio, etiãſi quis nobis iubentibus feſtinare memoret in obſequium neceſſariũ, nec præualeat cõtumacia uel dignitas. Ergo numum iã uetamus expoſci pro animalibus in curſum minimè conſtitutis. Quod ſi fortè aliquis exiſtimauerit perpetrandũ: eius quadruplũ, qđ accepit, inferre cogatur. *Concordat l. ult. C. eod. tt. cuius uerba ſequuntur. 3. reg. prox.*

Decimaquarta regula. Itidem de officio agentium in rebus, proponitur d. l. ult. his uerbis: Agentes in rebus ſingulos per ſingulas prouincias mittendos eſſe cenſemus, quibus inſpiciendarum euectionum tantũ debeat cura mandari: ut nihil prorſus commune aut cum iudicibus aut cum prouincialibus habeant: nec naues debebũt illicita concuſsione uexare nec libellos, aut atteſtationes, uel conteſtationes litis gratia ſuſcipere, aut in carcerem quẽquam trudere, ſed curſui ſolùm uacare.

Decimaquinta regula. Sententia præfecti, contra agentes in rebus, lata eo tempore quo curſus publici ſollicitudinem ſuſtinent, irrita eſt. quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur l. 3. C. de curioſis. biſce uerbis: Per id tempus quo curſus tuendi ſollicitudinem ſuſtinetis, condemnationes præfectorum circa eos ſolos irritæ ſunt futurę, qui ſeruauerint honeſtatem: erga eos uerò, qui inhoneſtè & contrà decus ſeculi uel ho

norem militię uersabuntur, non solum condemnatio mansura est, uerùm etiam grauior pœna est statuenda.

XIII. DE STATORIBUS.

Regula de Statorum annona seu sportulis, proponitur l. unica. C. de statoribus, his uerbis: Per omnes prouincias edictum generale misimus, ut statoribus unus tantum solidus proprio nomine posceretur, & in offerendis equis certam formam statutam æqualē prouinciales nostri custodiendam esse cognoscant. Quos etiam fisco certo modo solidorū obnoxios facimus, si quod statores petere interdictum est, illi dare statoribus non timerent. Officium quoq; grauitatis tuæ centū argenti libris mulctabitur, si sciens prædictā rem gestam fuisse, non illico eam seueritati iudiciariæ prodiderit.

XIIII. DE CASTRENSIARIIS, & Ministerianis.

Regula proponitur l. 2. C de castrensiar. & minist. his uerbis: Si quis primæ, uel secundę, uel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradū cœlitùs ualuerit impetrare, super numerarijs ultimus formæ tertiæ in matriculis habeatur. *Reliquae eius tituli leges alijs subiectæ sunt locis.*

XV. DE DECANIS.

Regula de Decanis proponitur l. 1. C de decanis, his uerbis: Quatuor, qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint, biennij spacio primiceriatus gerant officium, neq; ulterius cuiquam liceat in hoc immorari: ut omni gratia & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes.

XVI. DE REFERENDARIIS sacri Palatij.

De numero Referendariorum regula proponitur Nouell. c. 11. his uerbis: Inter cætera, quæ in decentem ordinem reduximus, neque ea, quę spectabiles nostros referendarios concernunt, extra prouidentiæ nostræ terminos relinquenda putauimus: idque eò magis, quò pluribus in rebus magno nobis esse solent usui. Nam cum initio non amplo admodum numero inclusi essent, nos, quò magis multos illorum interuentu adiuuaremus, facilius singulorum desideria perdiscētes, ut plures essent quam dudum, effecimus. Cæterùm extiterunt quidam, qui liberalitatem nostram ad immensum prouocantes, partim multis introducēdo, cui nobis supplicarent, partim multis utendo precibus, dignitatis plenissimam rem quotidianis additamentis penè ad infinitum deduxerunt: neque enim antè petendi finem fecerunt, quàm in quantuordenarium usq; illorum numerus euaderet. Ne igitur quod iure à nobis in precio habitum est, si ad multitudinem effundatur, suam amittat dignitatem: placuit nobis ad certum illorum numerum mensuram contrahere, non utijs, qui hoc tempore sunt, concessa derogemus (neque enim regiæ hoc magnificentiæ proprium est) præsertim cum neminē eorum, qui nobis placeant, quique nobis honestè subseruiunt, nostro expellere ministerio ullo unquā modo soleamus: sed manere illos sub eadē, qua modò sunt, forma sancimus: neq; omnino quisquam apponatur, donec intra octo uiros illorum mensura consistat, ut perpetuò octo existant, nullo quidem, neque modo neq; tēpore eo numero augendo, semper autem contendentibus illis, ut circa nos obsequio & erga Imperatoriam maiestatem beneuolentia alter alterum uicissim superent: nemine licentiam habente, ut eis generis aliquid de cętero petat, sciente, quòd neque ea quæ perit, assequetur: & quia petere ausus est, non solùm decem libratum auri pœnæ erit obnoxius, sed etiam propria excidet militia. Volumus enim, ut ad prædictum usque numerum intra mē suram cohibeantur, semperque iusticia & alijs augeantur, magisque ac magis illustrētur uirtutibus. Nullā enim dignitatem obtinet multitudo, quæ solo spectatur numero: quandoquidem ex tam multis uix paucos reperias, in quibus uita secundum uirtutem salua sit. Quapropter maneant quidem (ut diximus) nunc sub hac forma. Cognoscens uerò ea excellentia tua ita custodiat, ut nullo unquam tempore transilirī eorum aliquid, quæ à nobis sancita sunt, permittat: quin potius ab ijs, qui hęc contra quid faciunt, prædictam pœnam exigat, utpote qui ea expetant, quæ neque petere licitum, neque dari possibile est. Atque ita prorsus nostra hæc lex multitudine depulsa uirtutem inducat, quæ non admodum in multis elucescit, præsertim in ijs uiris: qui tametsi bonis prognati sunt parentibus, fortunas tamen ac facultates suas in exponendis supplicum precibus, & impetrando illis à nobis auxilio repositas habēt. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram exprimuntur legem, ea studeat excellentia tua ad effectum deducere, certoque fini tradere.

XVII. DE NUMEratijs.

Prima regula. De numero & officio Numerariorum, proponitur l. 4. C. de numerarijs, cuius uerba uide §. cap. prox. de apparitoribus, quæst. 4. reg. 1. Concordat

cordat l. 13. C. de susceptoribus, his uerbis: Duos tabularios seu numerarios, & susceptores totidem per uniuersas prouincias oportere constitui, clementia nostra præcepit: scire autem uolumus prætorianam amplissimam præfecturam, & eos qui aurum largitionale susceperint, nihil cum arcæ ratiocinijs habere commune. Iudices autem prouinciarum quinque libris auri mulctandos, & primates officiorum capitali pœna plectendos, si hoc non fuerit custoditum.

Secunda regula. De nomine numerariorum & officio, proponitur l. 2. C. eod. tt. his uerbis: Qui numerarij appellari consueuerunt consularium atque præsidum, duntaxat tabularij post hanc nostram sanctionem uocabuntur: scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, uel his, qui prouecti nostro iudicio ad prouincias uenerint, uel exactorib. debitorum aut reliquorum nomen & modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione. Quos scire oportet, cum his, qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. Triennij tantum spacio tabulariorum decet tempus omne concludi. *Concordat d. l. 4. ibi: qui & tabularij.*

Tertia regula. Quamdiu durct officium numerariorum, definitur triennium uerbis iam propositis hisce: Triennij tantùm spacio tabulariorum decet tempus omne concludi. *Mutatur hoc. l. 11. C. eod. tt. his uerbis*: Officio tuæ magnitudinis datis precibus postulante, ut numerariorum actus non in biennium, sed in unũ annum statuatur: nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens, dispositionem quæ super biennio promulgata fuerat, super uno tantummodo anno reuocauit.

Quarta regula. Ne ad pecuniam mutuam sumendam, aut ad polliccendum pro publicis expensis cogantur: neq; post depositam militiam inquietentur, proponitur l. 8. C. de numerarijs, his uerbis: Scriniarios uel numerarios officij tuæ magnitudinis iubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere, aut polliceri cuiquã pro publicis expensis cogi, quos nullam postpositam militiam inquietudinem sustinere uolumus.

Quinta regula. De dignitate numerariorum, proponitur l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide s. eod. Lib. cap. 5. quæst. 1. reg. 28.

Sexta regula. De pœna numerariorum, proponitur l. 1. C. eod. tt. his uerbis: Vorax & fraudulentum numerariorum propositũ, qui diuersis obsequijs rectoribus obsequuntur, ita inhibendũ est, ut antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus, conditioni eos subdi tormentorum, & aculeis atque lacerationibus subiacere.

XVIII. DE EXCEPTORIBVS.

Prima regula proponitur l. 5. C. de numerarijs, hisce uerbis: Exceptores omnes iudicibus prouincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere uidentur, neque à fisco ullas consequuntur annonas; absque metu dare cœptis operam (etiamsi decuriones sint) minimè prohibemus dummodo munera propriç ciuitatis agnoscant, & peracto secundum morem officio exceptionis, ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant.

Secunda regula. De iudice horum competente proponitur l. 3. §. fin. C. de apparitorib. præfect. prætor. cuius uerba uide s. eod. cap. membr. 5. reg. 4.

XIX. DE ACTVARIIS.

Prima regula. De ordinandis his, proponitur l. 7. C. de numerarijs, hisce uerbis: Actuarios tam clarissimç urbis Constantinopolitanæ quàm Antiochiç, quanquam curialium ciuitatum diuersarum, non aliter nisi (ut consueuerant) & manus sanxerit principalis, sublimitas tua præcipiat ordinari. Quòd si quis talis sub tua fuerit, iudicatione conuictus: profectò irritis his, quç uetita contrectauerit, etiã congruam indignationem incurrat.

Secunda regula. Qui ordinandi actuarij?, de ijs qui in militia alia numerantur, proponitur regula l. 9. C. eod. tt. his uerbis: Nemini licere deinceps iubemus in quacunque militia connumerato, sollicitudinem actuarij subire, uel post depositam eandem curam ad militiam aspirare: quatenus inter priuatos agens, omnique militari priuilegio denudatus, nihil nundinationis uel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare ualeat.

Tertia regula. Actuarius etiam post depositam curam ad militiam aspirare non potest. quæ regula approbatur iam propositis uerbis hisce: Vel depositam eandem curam ad militiam aspirare.

XX. DE CHARTVlarijs.

Prima regula proponitur l. 10. C. de numerarijs. cuius uerba uide paulo inferius de Scriniarijs. reg. 5.

Secunda regula. De dignitate horum, proponitur l. ult. ibi: Ita tamen ut primi. *C. eod. tt. cuius uerba itidem paulo inferius proponentur.*

XXI. DE SCRINIARIIS.

Prima regula. Quamdiu agere debeant, definitur l. 6. C. de proxmis sacr. scrin. his uerbis: Pro biennio annum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scrinijs memoriæ, epistolarum, libellorumque ordine ac merito stipẽdiorũ ad gradum peruenerint proximorum. *Concordat l. 11. C. de palatinis sacrar. largit. cuius uerba uide J. Lib. 11. cap. 1. membr. 3. reg. 12.*

Secunda regula. De numero horum quot esse debeant, proponitur l. 10. C. eod. tt. his uerbis: Hac par

te ſtatutos memoriales præcipimus eſſe in ſcrinio quidem memoriæ ſexaginta duos, epiſtolarum uerò triginta quatuor, libellorũ quoq; triginta quatuor: antiquarios uerò qui habentur in ſcrinijs memoriæ, nunquam minus eſſe quàm quatuor. *Similis regula proponitur l.13.in prin.C.eod. tt.cuius uerba uide ĩ.eod Cap.membr.2.reg.1.*

Tertia regula. De dignitate horũ poſt depoſitã militiam, proponitur l.ult.C de numer. his uerbis: Per hãc diuinã pragmaticã ſanctionem decernimus, quod antea tribunis prętorianis, dum dignitas eis, qui in ſcrinijs ſeu gradibus officij tuæ celſitudinis deponunt militiã, præbebatur, & cuſtodirum ſuiſſe dignoſcitur: hoc ſuper honore quoq; comitiuæ dignitatis eis impertiri, ut ſententia pro fine eorũ militiæ proferenda, dignitatis etiã mentionẽ cõtineat. Hæc quoq; tantummodo & ſine ſpeciali codicillorũ uel diuinorũ apicũ ſanctione ad eandẽ dignitatẽ adipiſcendã, & priuilegia eam ſequentia ſufficiant: ita tamẽ, ut primi ordinis comitiuã per interlocutionẽ eiuſdẽ poteſtatis mereantur hi. id eſt, Cornicularius & chartularius, & primiſcrinius, & numerarius ſcrinij Macedoniæ, & ſcrinij Daciæ, & ſcrinij operum. & ſcrinij auri. Hoc eodẽ in his etiã, qui poſt nouellã diſpoſitionẽ diuæ memoriæ Zenonis, quæ de eiſdem pœnis loquitur: & de eiſdẽ perſonis, quæ depoſuerunt militiã, obtinente.

Quarta regula proponitur l.8.C.eod.tt.cuius uerba uide paulo ſuperius membr.17.reg 4.

Quinta regula. Scriniarij adiutores numerariorũ quatenus eſſe poßint, definitur l.10.in prin. C. de numerarijs, his uerbis: Nulli ſcriniario liceat ꝑ tẽpore numerarios plus quàm quaternis uicibus, nec bis tamẽ cõtinuandis adiuuare. Idẽq; hoc ſuper chartularijs, præbẽda ꝑ tẽpore numerarijs opera, obſeruari decernimus: ita ut adiutorũ quidẽ biennij, chartulariorũ uerò unius anni interuallo cõtinuatio interrumpatur.

Sexta regula. Ne ſcriniarij adiutores chartularij munus gerant, proponitur d.l.10.§.nulla adiutoribus, his uerbis: Nulla adiutoribus ad chartulariorum ſollicitudinẽ, quam ſemel dedignati ſunt, deſcendendi danda licentia.

Septima reg. Ex quibus ſcriniarijs adiutores numerariorum eligẽdi ſint, proponitur d.l.10. §. ita ut, his uerbis: Ita ut orientalis quidẽ tractus ꝑ tẽpore numerarijs non niſi ab his ſcriniarijs, qui intra triginta uiros à numerario retrò numerandos: Aſianæ uerò diœceſeos numerarijs, nõ niſi ab his, qui intra quinquaginta à numerario ſimiliter retrò numerãdos inueniuntur: Põticæ uerò & Thraciçę diœceſeos pariter & ꝑ ſuo libitu ex omni multitudine eligendorum adiutorũ tribuatur facultas.

Octaua regula. De officio ſcriniariorum adiutorum circa instrumenta, proponitur d.l.10.§.omnia, his uerbis: Omnia ſanè cõmonitoria, uel præceptiones, aut euectiones, ſeu quælibet publica inſtrumenta, non ſolùm adiutoribus, uerum etiam prouinciæ illius, de qua diſponitur tractatori inſpiciendi, itidemq; ſubſcribendi, aliorum quoq; qui unà cum eo tractant in eadem ſubſcriptione mentione habenda, neceſsitatem incumbere. Si quid autem ſine hac obſeruatione ex orientali, uel Aſiano, uel Thraciano ſcrinio fuerit emiſſũ, falſi ſuſpicione nõ careat: exceptis publicis inſtrumentis, quæ à ſcrinio Ponticæ diœceſeos emittuntur: quod in ijſdem inſtrumẽtis ſolum numerariũ eiuſdem diœceſeos, eiuſq; adiutorem, & chartulariũ ſubſcribere magnitudo tua diſpoſuit: ita ut ſi quid huius legis fuerit uiolatũ, numerarij quidem tam gradus ſui, quàm ſolennitatum, ſeu ſolatiorũ uniuerſi unius anni iacturam: adiutores uerò, quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri pœnam ſubeant. *Reliqua ſcriniariorum iura ſuis ſubiecta ſunt locis.*

XXII. DE TRACTATORIIS & ſtatiuis.

De his regula proponitur l.unica.C.de tractatorijs & ſtatiuis, hiſce uerbis: Tractatoriæ cũ ſtatiuis ſolitis tantummodo bidui tempus accipiant: nulli uerò penitùs cum neceſſarijs ſibi perſonis prębeatur, niſi his tantũmodo, qui animalia, atq; equos ſacro uſui neceſſarios, perſequuntur: ita tamen, ut his dimiſsis in tractatoriarũ corpore quinq; dierum numerus adſcribatur, ut nullus ultra hoc temporis ſpatium ad reſidendum, in quæ libitum fuerit loca, copiam nanciſcatur.

XXIII. DE TABVlarijs.

Prima regula De ordinandis tabularijs: qui ordinãdi? Non ſerui, ſed liberi. quæ regula approbatur l.3.C. de tabularijs, ſcribis, his uerbis: Generali lege ſancimus, ut ſiue ſolidis prouincijs, ſiue ſingulis ciuitatibus neceſſarij fuerint tabularij, liberi homines ordinentur: neque ulli deinceps ad hoc officium pateſcat aditus, qui ſit obnoxius ſeruituti. Sed & ſi quis dominorum ſeruum ſuum, ſiue colonum ſuum chartas publicas agere permiſerit (conſenſum enim, non ignorantiam uolumus obligari) ipſum quidem in quantum interfuerit publicæ utilitatis pro ratiocinijs, quæ ſeruo, ſiue colono agẽte tractata ſunt, obnoxium detineri: ſeruum autem, competentibus affectum uerberibus, fiſco addici. dominorum enim interfuit ab initio prouidere, ne publicis actibus priuata ſeruitia immiſcerentur.

Secun la regula. Ne tabularij ad aliam militiam adspirent, proponitur l.1. C eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox. de apparit. quæst. 2. reg. 9. Postremò tabularij dicuntur numerarij, de quibus dictum est s hoc Capite, membr. 17.

Hactenus de apparitoribus & ministris magistratus ac iudicū, tam in genere, quàm in specie sit dictū. Sed & plures horū species uide sub suis magistratibus. Item de procuratore Cesaris, Comite rerū priuatarū, de Palatinis, Exactorib. Susceptoribus & simulib. dicetur infrà in iure Imperatoris & Fisci. Nūc ad iudicia transeamus primùm publica, deinde priuata.

DIGESTORVM LIBER TERTIVS.

DE IVDICIIS PVBLICIS IN GENERE.

In hoc generali publicorum iudiciorum libro primùm proponetur definitio seu ratio nominis publicorum iudiciorum. Deinde, diuisio. Tertiò, species. Quartò, proprium. Quintò, quibus competant. Sextò, aduersus quos. Septimò, per quos. Octauò, ubi & apud quem. Nonò, quando & quamdiu competant. Decimò, ad finia remedia. Vndecimò, causæ publicorum iudiciorum cum suis exceptionibus. Duodecimò, de eo quod in publica iudicia uenit. Decimotertiò, actus & adiuncta publicorum iudiciorum. Postremò, euentus & consequentiæ. Quibus locis pertractatis, ad specialem publicorum iudiciorum tractatum transibimus,

DE PVBLICIS IVDICIIS in genere. Cap. I.

DEfinitio seu ratio nominis, proponitur Instit. de publicis iudicijs. §. 1. his uerbis: Publica aūt dicta sunt, quòd cuiuis ex populo executio eorū plerunq; datur.

II. *Diuisio publicorū iudiciorū, proponitur Inst. d. tt. §. 2 his uerbis:* Publicorū iudiciorū quędā capitalia sunt, quædā nō capitalia. Capitalia dicimus, quę ultimo supplicio adficiunt homines, ueluti aquæ & ignis interdictione, uel deportatione, uel metallo. Cætera si quam infamiā irrogant cum damno pecuniario, hæc publica quidem sunt, nō tamen capitalia. *Concordat l. 2. ff eod. tt. his uerbis:* Publicorum iudiciorū quędā capitalia sunt, quędam nō capitalia. Capitalia sunt, ex quibus pœna, mors, aut exiliū est: hoc est, aquæ & ignis interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. nā cętera nō exilia, sed relegationes propriè dicuntur. tunc enim & ciuitas retinetur. Nō capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coerctio pœna est.

III. *Species publicorum iudiciorum enumerantur l. 1. ff. de publicis iudicijs, hisce uerbis:* Non omnia iudicia, in quibus crimen uertitur, publica sunt: sed ea tantùm, quæ ex legib. iudiciorū publicorū ueniunt, ut lex Iulia maiestatis, Iulia adulterij, Cornelia de sicarijs & ueneficis, Pompeia parricidij, Iulia peculatus, Cornelia de testamentis: Iulia de ui publica, Iulia de ui priuata, Iulia ambitus, Iulia repetundarū, Iulia de annona. *Concordat Inst. eod. tt. § publica autem, cum sequētibus: ubi adduntur duæ aliæ species, nimirum lex Fauia de plagiarys, & Iulia de residuis. de quibus omnibus infrà in altera huius Commentarij parte dicetur.*

IIII. *Proprium publicorum iudiciorum, proponitur Inst. de publicis iudicijs, in prin. his uerbis:* Publica iudicia neque per actiones ordinantur, nec omnino quidquam simile habent cum cæteris iudicijs, de quibus locuti sumus: magnaq; diuersitas eorū est, & in instituendis, & in exercendis. *Concordat l. 8. ff. eod tt. his uerbis:* Ordo exercendorum publicorum iudiciorum capitalium in usu esse desijt, durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina probantur.

V. QVIBVS COMPETANT iudicia publica, seu accusationes?

Huius loci regula est: quòd omnibus accusare nolentibus competant. Quæ regula approbatur Instit. de publicis iudicijs. §. 1. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin. Huius regulæ exce. prima hæc est: Nisi mulierib. quæ exceptio approbatur l. 8. ff. de accus. cuius uerba hæc sunt: Qui accusare possunt, intelligemus, si scierimus qui nō possunt. Itaq; prohibentur accusare alij propter sexum uel ætatem, ut mulier, ut pupillus: alij propter sacramentū, ut qui stipendiū merētur: alij ppter magistratū, potestatéue, in qua agentes, sine fraude in ius euocari non possunt: alij propter delictum propriū, ut infames: alij ppter turpé quæstū, ut qui duo iudicia

aduersus duos reos subscripta habet, nummos'ue ob accusandum, uel non accusandũ accepit: alij propter conditionem suam, ut filij circa parẽtes, & liberti circa patronos. *Hisce uerbis non solùm exceptio proposita, sed & aliæ plures approbantur, de quibus singulis in sequentibus dicetur. Concordat exceptioni propositæ l.1.ff. eod.tt.l.5.C qui accusare non possunt, his uerbis*: Senatusconsulto permissum non est, mulieri legis Corneliæ crimine reum facere, nisi res ad eam pertineat. Cũ igitur filij tutores & curatores habent: ipsi deliberare debent, an instrumenta, ex quibus aduersarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. *Concordat item l.12.C. eod. tt. his uerbis*: De crimine quod publicorũ fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certis ex causis: id est, si suam suorumque persequatur iniuriam, secundum antiquitùs statuta tantum, de quibus specialiter eis concessum est, non exacta subscriptione. Vnde aditus Præses prouinciæ in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibeatur. *Hisce uerbis, præterquam quòd exceptio proposita approbatur, simul & prima eius replicatio denotatur, talis scilicet: Nisi mulier suam suorum'ue iniuriam persequatur. hoc enim casu publica ei accusatio competit. Cui concordat l.1.ff. de accusationibus, his uerbis*: Non est permissum mulieri, publico iudicio quenquam reum facere, nisi scilicet parentum liberorumque, & patroni & patronæ, & eorum filij, filiæ'ue, nepotis, neptis'ue mortem exequatur. *Concordat l.2.ff. eod. tt. his uerbis*: Certis de causis concessa est mulieribus publica accusatio: ueluti, si mortem exequantur eorum earumque, in quos ex lege publicorum iudiciorum testimonium inuitæ non dicunt. Idem & in lege Cornelia testamentaria Senatus statuit. Sed & de testamento paterni liberti, uel materni, mulieribus publico iudicio dicere permissum est. *Concordat item replicationi propositæ l.4. C. qui accusare non possunt, his uerbis*: Vxor tua si consobrini sui necem uindicandam existimat, adeat Præsidem prouinciæ. *Item concordat l.9. C. eod. tt. his uerbis*: Non ignorat competens iudex, eam quæ ultionem & mortem filij sui persequi allegat, non temerè ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probauerit. *Planè replicatio proposita non admittitur in casu, de quo ĵ. repl. 5. dicetur. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi mulier ex lege Cornelia testamentaria accuset. hoc enim ei permittitur. quæ replicatio approbatur l.2.§. Idem & in lege. ff. de accusationibus. cuius uerba uide paulo superius. De qua re uide item ĵ. Lib. prox. cap. 8, quæstione 2. regula 1.*

Tertia replicatio est: Nisi mulier crimen læsæ maiestatis deferat. quæ replicatio approbatur l.8. ff. ad l. Iul. maiestatis, his uerbis: In quæstionibus læsæ maiestatis etiam mulieres audiuntur: & coniurationem deniq; Lucij Catilinæ Fuluia mulier detexit, & Marcum Tullium cõsulem indicio suo instruxit.

Quarta replicatio est: Nisi mulier ex l. Iulia de annona accuset. Hæc replicatio cum alijs quibusdam approbatur l.13. ff. de accusationibus, his uerbis: Mulierem propter publicam utilitatem ad annonam pertinentem, audiri à Præfecto annonæ deferentem diuus Hadrianus & Antoninus rescripserunt: famosi quoque, accusantes sine ulla dubitatione admittantur: milites quoque, qui causas alienas defendere non possunt, qui pro pace excubant, uel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. Serui quoque deferentes audiuntur. *Concordat l.3.§. fin. ff. ad l. Iul. de annona, his uerbis*: Impp. Seuerus & Antoninus in hæc uerba rescripserunt: Etsi non solent hoc genus nunciationis mulieres exercere: tamen quia demonstraturam te ea, quæ ad utilitatem annonæ pertinent, polliceris: præfectum annonæ docere potes.

Quinta replicatio est: Nisi mulier ex lege Iulia de adulterijs maritum uel adulteram accuset. Hæc replicatio reprobatur l.1.C. ad l. Iul. de Adulterijs, his uerbis: Publico iudicio non habere mulieres adulterij accusationem, quamuis de matrimonio suo uiolato queri uelint, lex Iulia declarat: quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem fœminis priuilegium detulit. *Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus sunt dicta.*

Secunda exceptio est: Nisi pupillus accusare uelit. quæ exceptio approbatur l.8. in princip. ff. de accusationibus. cuius uerba uide ŝ. exceptione proxima, in princip. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pupillus patris, uel aui iniuriam persequatur, mortem puta, uel testamentum eius. Hæc replicatio approbatur l.2.§. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Pupillis ex consilio tutorum patris mortem, item pupillæ aui sui mortem exequi concessum est lege testamentaria. nam & de patris quidem testamento pupillis agere diuus Vespasianus permisit: sed etsi non exhibeantur tabulæ, per interdictum possunt experiri.

Tertia exceptio est: Nisi seruus accuset. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, & approbatur l.26.C. ad l. Iul. de Adult. cuius uer. uide ĵ. Lib. prox. cap. 7. q. 2. except. 8. repl. 2. Verùm eius replicatio prima hæc est: Nisi ex lege Iulia maiestatis seruus accuset. quæ replicatio approbatur l.7. in princip. ff. ad l. Iul. maiestatis. cuius uerba uide ĵ. exceptione quinta, repl. 1.

Secun-

Secũda replicatio est: Nisi ex lege Iulia de annona seruus accuset. Hæc replicatio approbatur l.13.§.fin.ff.de accusat.cuius uerba uide s̄.except.1. repl.4.

Quarta exceptio est: Nisi pauper sit is qui accusat. Hæc exceptio approbatur l.10.ff. de accusat. his uerbis: Nonnulli prohibentur accusare propter paupertatẽ, ut sunt qui minus quàm quinquaginta aureos habent.

Quinta exceptio est: Nisi miles accuset. Hæc exceptio approbatur l. 8. ibi: Alij propter sacramentum. *ff. de accusat. cuius uerba uide s̄. except. prima in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex lege Iulia maiestatis miles accuset. quæ replicatio approbatur l.7. in prin. ff. ad l. Iul. maiest. his uerbis:* Famosi, qui ius accusandi non habent, sine ulla dubitatione admittũtur ad hãc accusationem. Sed & milites, qui causas alias defendere non possunt. nam qui pro pace excubant, magis ad hãc accusationem admittendi sunt: serui quoq; deferentes audiuntur, & quidem dominos suos, & liberti patronos. *Secunda replicatio est: Nisi ex l. Iulia de annona miles accuset. Hæc replicatio approbatur l.13. ff. de accusat. cuius uerba uide s̄ except.1. repl. 4. Tertia replicatio est: Nisi miles suam suorum'ue iniuriam persequatur. Hæc replicatio approbatur l. 8. C. qui accusare non possunt, his uerbis:* Non prohibentur milites accusationem, quæ publici iudicij instar obtineat, intẽdere, si suas suorumq; iniurias exequantur. Ideoq; consobrini tui necẽ defendere tibi permittimus.

Sexta exceptio est: Nisi magistratus accuset. Hæc exceptio approbatur l.8. ff. de accusationibus, ibi: Alij propter magistratum. *Cuius uerba uide s̄. except.1. in prin.*

Septima exceptio est: Nisi is qui accusat infamis sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 8. ibi: Alij propter delictum proprium, ut infames. *Concordat l. 4. ff. eod. tt. item l.15. C. qui accusare non possunt. cuius hæc sunt uerba:* Criminis accusationem instituere cum periculo calumniæ, si tibi existimatio integra est, minimè prohiberis. *Huius exce. replicatio prima hæc est: Nisi infamis ex lege Iulia maiestatis accuset. quæ replicatio approbatur l.7. in prin ff. ad l. Iul. maiestatis cuius uerba uide s̄. ext. 5. repl.1. Secunda replicatio est: Nisi ex l. Iulia de annona accuset infamis. Hæc replicatio approbatur l. 13. ff. de accusat. cuius uerba uide s̄. except.1. repl.4. Tertia replicatio est: Nisi infamis suam suorum'ue iniuriã persequatur. Hæc replicatio approbatur l.4. in prin. ff. de accusationib. his uerbis:* Is qui iudicio publico damnatus est, ius accusandi non habet, nisi liberorũ uel patronorum suorum mortem eo iudicio, uel rem suam exequatur.

Octaua exceptio est: Nisi is qui accusat, calumnia notatus sit, uel præuaricatus. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. hisce uerbis: Sed & calumnia notatis, ius accusandi ademptum est. *Cui concordat l.9. ff. eod. tt. his uerbis:* Alij propter suspicionẽ calumniæ prohibentur accusare, ut illi qui falsum testimonium subornari dixerunt. *Concordat item d. l. 4. in fine, his uerbis:* Sed & ius accusandi ademptum est ijs, qui præuaricationis, calumniæ'ue causa quid fecisse iudicio publico pronunciatus fuerit, qui'ue ob accusandum negociumúe cui facessendum pecuniam accepisse iudicatus erit. *Concordat item l. 5. ff. de præuaricatoribus, his uerbis:* Accusator de præuaricatione conuictus, postea ex lege non accusat.

Nona exceptio est: Nisi accusator antea ob accusandum uel non accusandũ pecuniam acceperit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce: Qui'ue ob accusandum negociumúe cui facessendum pecuniam accepisse iudicatus erit. *Concordat l. 8. ibi:* numosúe. *ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except.1. in prin.*

Decima exceptio est: Nisi accusator plures reos habeat. Hæc exceptio approbatur d. l. 8. §. alij propter turpem. cuius uerba uide s̄. d. except. 1. in princ. Concordat l. 16. C. qui accusare non possunt, his uerbis: Cum rationibus iuris congruit desiderium tuum, postulantis accusationem tertiam ei, qui duos reos delatos habet, non permitti contra legis præscripta, nisi suas suorumque iniurias quis persequatur. *Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi suas suorumue iniurias persequatur. quæ replicatio patet ex uerbis iam propositis. Cui concordat l.12. §. lege Iulia. ff. de accusat. his uerbis:* Lege Iulia iudiciorum publicorũ cauetur, ne eodem tempore de duobus reis quis quæratur, nisi suarum iniuriarũ causa. *Secunda replicatio est: Nisi mariti iure quis adulterij crimen intendat. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. fin. ff. ad l. Iul. de Adulterijs, hisce uerbis:* Maritus etsi duos reos ex alio crimine habeat, poterit iure uiri tertium accusare: quoniam ea causa non cedit in numerum cæterorum.

Vndecima exceptio est: Nisi is accusare uelit, qui cum bestijs pugnat, uel rem ludicram, siue lenocinium exercet. Hæc exceptio approbatur l.4. ff. de accusat. his uerbis: Item ius accusandi ademptum est his qui cum bestijs depugnandi causa in arenam intromissi sunt, qui'ue artem ludicram uel lenocinium fecerint. *Concordat l. 8. ibi:* Alij propter turpem *ff. eod. tt.*

Duodecima exceptio est: Nisi is qui accusat, familiaris uel domesticus aut cognatus sit eius qui accusatur. Hæc exceptio approbatur l. 8. in fine. ff. de accusationib. cuius uerba uide s̄. exception. 1. in princip. Concordat l. 20. C. qui accusare nõ possunt, his uerbis: Si quis ex familiaribus uel ex seruis cuiuslibet domus cuiuscunque criminis delator atque accusator emerserit, eius existimationem, caput atque fortunas petiturus, cuius familiaritati uel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium anteq; examinationem

tionem iudicij in ipſa expoſitione criminum arque accuſarionis exordio ultore gladio feriatur. uocem enim funeſtam intercidi oportet potius quàm audiri: maieſtatis autem crimen excipimus. *Ex his patet quod ſeruus dominum de crimine capitali accuſare non poßit. Cui concordat l. 1. §. quod autem dictum, ibi:* Hoc enim nequaquam. *ff. de officio præfecti urbi. Item quod liberi parentes accuſantes exceptione remouentur. Cui concordat l. 8. in fine. ff. de accuſat. Item l. 5. C. ad l. Cornel. de Falſis, hiſce uerbis:* Falſi qnidem crimen uel aliud capitale mouere uos matri ueſtræ, ſecta mea nõ patitur. Sed ea res pecuniarium compendium non aufert. ſi enim de fide ſcripturæ unde marer ueſtra fideicommiſſum ſibi uindicat, dubitatio eſt: inquiri fides ueritaris, etiam ſine metu criminis poteſt. *Idem in fratre fratrem accuſante locum habet: quod exemplum proponitur l. 11. C. qui accuſare nõ poſſunt, his uerbis:* Si magnum & capitale crimen, ac non leuo frarer contra fratrem inſtituit, non ſolùm audiendus non eſt, ſed etiam exilij pœna plectendus. *Ait Imp.* Si magnum & capitale crimen ac non leue. *Ex hiſce uerbis replicatio elici poteſt in exemplo propoſito, talis ſcilicet: Niſi non capitale crimen ſit: cui replicationi concordat l. 18. C. eod. tit. his uerbis:* Si ſororem tuam leuiorum commiſſorum ream facis: accuſationem non prohiberis exercere in iudicio præſidiali, quo temerariè, commiſſa congrua ulrione plectantur. *Quartum propoſitæ exceptionis exemplum eſt in liberto patronum eius'ue liberos accuſante: quod exemplum proponitur l. 8. in fine. ff. de accuſationibus. cuius uerba uide ſ. exceptione 1. in princip. Concordat l. ult. C. qui accuſare non poßunt, his uerbis:* Si liberti accuſatores manumiſſorum hæredumúe eſſe præſumpſerint, eodem quo ſerui ſupplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium. *Planè propoſitæ exceptionis in exemplo propoſito replicatio hæc eſt: Niſi libertus patronum iure mariti uelit accuſare. quæ replicatio approbatur l. 38. §. liberto. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 4. quæſt. 1. except. 10. repl. 7. Quintum exemplum eſt in alumno, quod proponitur l. 17. C. eod. tit. his uerbis:* Iniquũ & longè eſſe à beatitudine ſeculi noſtri credidimus, ut Thaumaſius accuſandi eius habeat facultatem, in cuius domo eum (licet ingenuum) à prima tamen ætato fuiſſe conſtabat. Quare ex nomine Thaumaſij mentio ſuper conflictu criminali Symmacho conquieſcat. Si quam ſanè ciuilem petitionem idem Thaumaſius ſibi competere confidit, iudicio præſidali poterit experiri. *Hactenus exempla propoſitæ exceptionis enumerata ſunt: nunc eius replicationes uideamus. Harũ prima hæc eſt: Niſi ciuiliter non criminaliter de ſuis rebus agant. quæ replicatio approbatur l. 11. §. 1. ff. de accuſation. his uerbis:* Liberi libertique non ſunt prohibendi ſuarum rerum defendendarum gratia de facto parentum patronorumúe queri, ueluti ſi dicant: ui ſe de poſſeſsione ab his expulſos, ſcilicet non ut crimen eis intendãt, ſed ut poſſeſsionem recipiant. nam & filius quidem non prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat ſuppoſitum ab ea partũ, quò magis cohæredẽ haberet, ſed eam reã lege Cornelia facere permiſſum ei nõ eſt. *Concordat l. 1. §. quod autem dictum. ff. de officio præfecti urbi. l. 5. C. ad l. Cornel. de falſis. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. except. in prin. Secunda replicatio eſt: Niſi dominus ſeruum, non ſeruus dominum accuſet. quæ replicatio approbatur l. 5. ff. de accuſationib. his uerbis:* Sed & ex reſcripto diui Marci etiã aduerſus propriũ ſeruum, accuſationẽ dominus inſtituere poteſt. Poſt hoc igitur reſcriptum accuſandi neceſsitas incubet domino ſeruum ſuum. Cæterùm iuſte mulier nupta præſcriptione utetur. *Tertia replicatio eſt: Niſi non filius patrem, ſed pater filiũ accuſet. Hæc replicatio approbatur l. 14. C. qui accuſare non poſſunt, his uerbis:* Propter inſidias quas tuæ uitæ paratas contendas, accuſationem apud Præſidem prouinciæ contra filium tuum (ſi pietas & ratio naturalis animi tui intentionẽ non reuocat) conſtituere potes. *Quarta replicatio eſt: Niſi ex lege Iulia maieſtatis accuſet. Hæc replicatio approbatur l. 20. in fine. C. qui accuſare non poſſunt. cuius uerba uide ſ. ead. except. in princip. Quinta replicatio eſt: Niſi ſeruus queratur quòd tabulæ teſtamenti, in quibus ſibi libertas relicta ſit, à domino ſupprimantur. Hæc replicatio approbatur l. 7. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis:* Nullo modo ſerui cum dominis ſuis conſiſtere poſſunt, cum omnino, &c. *Sexta replicatio eſt: Niſi de annona ſeruus dominum accuſet. quæ replicatio approbatur l. 1. ff. ad l. Iul. de annona. cuius uerba uide J. Lib. 12. cap. 12. reg 10. queſt. 2.*

Decimatertia exceptio eſt: Niſi is qui accuſat, procurator fuerit eius quem accuſat. Hæc except. approbatur l. 18. §. itẽ decreuerũt. ff. de iure fiſci, his uerbis: Diui Seuerus & Antoninus decreuerũt, nulla cõſtitutione ꝓhibitũ eſſe ꝓcuratorẽ interrogari, ſed accuſare eũ, cuiꝰ negocia geſsit.

Decimaquarta exceptio eſt: Niſi is qui accuſare uolet, reus criminis ſit factus ab eo, quẽ uolet accuſare. Hæc exceptio approbatur l. 5. in prin. ff. de publicis iudicijs, hiſce uerbis: Is qui reus factus eſt, purgare ſe debet, nec antè poteſt accuſare, quàm fuerit excuſatus. cõſtitutionib. enim obſeruatur, ut nõ relatione criminũ, ſed innocentia reus purgetur. *Concordat l. 2. §. qui hoc dicit. ff. ad l. Iul. de Adult. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 7. quæſtione 2. exceptione generali 8. replicat. 1. Concordat l. 19. C. qui accuſare non poſ. his uerbis:* Neganda eſt accuſatis, qui nõ ſuas ſuorũq;

iniu-

iniurias exequuntur, licentia criminandi in pari uel minori crimine, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita ueterum Iuris conditorum: ita tamen, ut & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. *Propositæ except. replicatio prima hæc est: Nisi iudicium, quo accusare uolens reus factus est, sit finitum. Hæc replicatio ex iam propositis potest elici. cuius tamen replicationis duplicatio hæc est: Nisi accusare uolens non absolutus sit, sed damnatus. tunc enim nec finito iudicio accusatorem suum potest accusare. quæ duplicatio ut ipso iure subsistit, ita duas recipit triplicationes, quarum prima hæc est: Nisi damnatus ciuitatem & libertatem retinuerit. quæ triplicatio approbatur l. 5. §. 1. ff. de publ. iudic. his uerbis:* Illud incertum est, utrum ita demum accusare possit, si fuerit liberatus: an etsi pœnam subierit. est enim constitutum ab Imperatore nostro, & Diuo patre eius, post damnationem, accusationem quem inchoare non posse. Sed hoc puto ad eos demum pertinere, qui uel ciuitatem, uel libertatem amiserunt. *Altera triplicatio est: Nisi ante damnationem accusatio fuerit inchoata. Hæc triplicatio approbatur d. l. 5. §. fin. his uerbis:* Inchoatas planè delationes ante damnationem, implere eis & post damnationem permissum est. *Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi accusator de maiore crimine accusetur. Quæ replicatio approbatur l. 1. C. qui accusare non possunt. cuius uerba uide j. Lib. 7. capite octauo. quæstione 1. regul. 3. Tertia replicatio est: Nisi inscriptiones tantum pendente accusatione reus deponere uelit. Hæc replicatio approbatur l. 19. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide itidem s. ead. except. in principio. Quarta replicatio est: Nisi reus suam suorum'ue iniuriam persequi uelit. Hæc replicatio elici potest ex d. l. 19. in prin. Quinta replicatio est: Nisi causam fisco reus deferre uelit. Hæc replicatio approbatur l. 21. ff. de accusationibus, his uerbis:* Capitis reus suspenso crimine causam fisco deferre non prohibetur. *Sexta replicatio est: Nisi uxor à marito adulterij accusata, lenocinij crimen illi obijciat. hoc enim casu maritus quoque accusator damnari potest. quæ replicatio approbatur l. 2. §. si publico. ff. ad l. Iuliam de adulter. cuius uerba uide j. Lib. prox. capite septimo, quæstion. 2. except. generali 8. repl. 1.*

Decimaquinta exceptio est: Nisi is qui accusare uolet, antea alia accusatione aduersus eundem instituta, calumniatus est. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. si tamen. ff. de accusationibus, his uerbis: Si alio crimine postuletur ab eodem, qui in alio crimine eum calumniatus est, puto non facilè admittendum eum, qui semel calumniatus sit: quamuis filium accusatoris admitti oportere, aliam accusationem instituentem aduersus eum, quem pater accusauerat, diuus Pius Iulio Cãdido rescripserit.

Decimasexta exceptio est: Nisi accusator ab instituta semel accusatione destitit. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. ad Senatusc. Turpil. his uerbis: Qui destitit agere amplius, & accusare prohibetur. *Concordat l. 6. C. qui accusat. non poss. his uerbis:* Accusationem à qua discedere te professus es, repetere non debes. *Concordat l. 7. C. eod. tit. cuius uerba uide infrà cap. prox. except. 14. item concordat l. 4. §. fin. ff. ad Senatusconsul. Turpill. his uerbis:* Post abolitionem idem crimen ab eodem in eundem instaurari non potest. *Concordat item l. 15. §. si propter, in fine. ff. eod. tit. Concordat item l. 3. C. ad S. C. Turpill. his uerbis:* Quamuis eũ ordinem scriptura cõtineat, ut primò abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur: non obseruantibus tamen aduersarijs pactorum fidem, instaurare accusationem minimè potes, à qua ipse destitisti. *Concordat item l. 4. C. eod. tit. his uerbis:* Si is de quo supplicas contra parentes uestros desertam, ut dicis, accusationem cœperit persequi: præscriptio illi in iudicio præsidis destitutæ rei poterit opponi. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi animum accusandi non deposuerit. Hæc replicatio approbatur l. 6. C. eod. tit. his uerbis:* In executionibus criminum obtinuisse uidetur, illos destitisse, qui animum accusationis implendæ prorsus deseruerunt. Cum igitur alijs ex causis, uel simplicitatis ratione, nec dum te ad finem uindictæ peruenisse preces tuæ testentur: poteris postposita formidine impedimenti super aliquantulo silentio, institutam accusationem secundum leges perferens, quam probabis tibi debitam uindictam reportare. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi intra præstitutum terminum reum non peregerit. quæ duplicatio approbatur l. 3. C. ut intra certum tempus criminalis quæst. terminetur. de quo j. dicetur cap. prox. exception. 14. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi Imperator accusatori denuò accusationem permiserit. quæ replicatio approbatur l. 1. in fine. C. de abolitionibus, his uerbis:* Præses prouinciæ si perspexerit abolitionem ad omnia crimina, quæ mota sunt, pertinentem à se impetratam, ne semel finita instaurentur, intercessione authoritatis suæ prospiciet: supplicatione uerò porrecta, nutui principali, præfata abolitione crimen ab eadem persona renouari potest. *Tertia replicatio est: Nisi reus pactis non obtemperauerit. Hæc replicatio reprobatur l. 3. C. ad Senatusconsul. Turpill. cuius uerba uide s. ead. except. in prin. Reliqua huc pertinentia uide j. cap. prox. except. 16.*

Decimaseptima exceptio est: Nisi plures de eodem crimine eundem accusare uelint, hoc enim non permittitur. Quæ exceptio approbatur l. 9. in prin.

princip. C. de accusat. his uerbis: Qui de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest. *Concordat l. 16. ff. eod. tit. his uerbis*: Si plures existant, qui eundem publicis iudicijs accusare uolunt, iudex eligere debet eum qui accuset, causa scilicet cognita, æstimatis accusatorum personis, uel de dignitate, uel ex eo quod interest, uel ætate, uel moribus, uel alia iusta de causa. *Concordat item l. 11. §. fin. ff. eod. tit. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi de diuersis criminibus ex eodem facto ortis, plures uelint accusare. quæ replicatio approbatur d. l. 9. his uerbis*: Si tamen ex eodé facto plurima crimina nascuntur, & de uno crimine in accusationem fuerit deductum, de altero non prohibetur ab alio deferri. Iudex autem super utroque crimine audientiam accommodabit: nec enim licebit ei separatim de uno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiet. *Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alius accusator destiterit, uel accusare amplius non possit. tunc enim alter ad accusandum admittitur. quæ replicatio approbatur l. 11. §. fin. ff. de accusationibus, his uerbis*: Ab alio delatū alius deferre non potest: sed eum qui abolitione publica uel priuata interueniente, aut desistéte accusatore de reis exemptus est, alius deferre non prohibetur. *Plura de hac replicatione uide J. cap. prox. except. 13. item except. 15. repl. 3.*

REPLICATIONES PRAECEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Hactenus exceptiones propositæ regulæ cum suis replicationibus enumerasse sufficiat. de quibus plura uide J. Lib. 11. cap. 2. quæst. 1. Planè sunt aliquot replicationes istarum exceptionum generales & communes hic nō omittendæ. Harum replicationū prima hæc est: Nisi accusare prohibitus, suam suorum'ue iniuriā persequi uelit. hoc enim casu ad accusationem admittitur. Quæ replicatio approbatur l. 11. in princip. ff. de accusationibus, his uerbis: Hi tamen omnes si suam iniuriam exequantur, mortemúe propinquorum defendant, ab accusatione nō excluduntur. *Huius replicationis exempla sunt §. except. 1. repl. 1. except. 2. repl. 1. except. 5. repl. 3. except. 7. repl. 1. except. 1 repl. 1. except. 14. repl. 3. Secunda replicatio est: Nisi ex crimine læsæ maiestatis accuset. Et hæc replicatio communis est omnium, ut in singulis suprapositis cernere licet. Tertia replicatio uidetur esse: Nisi seruus accusetur. Verùm hæc replicatio reprobatur l. 5. in prin. ff. de accus. his uerbis*: Seruos quoque adulterij posse accusari, nulla dubitatio est: sed qui prohibentur adulterij liberos homines accusare, ijdé seruos quoq; prohibebuntur. *Hactenus quibus accusatio publica competat, sit dictum.*

VI. ADVERSUS QVOS publica accusatio competat?

Huius loci regula prima est. De alio quàm qui crimē commisit, alius pro alio puniri non debet. quæ regula approbatur Nouell. const. 134. §. cum uerò contigerit, his uerbis: Cum uerò contigerit adulteria, raptusúe mulierum, aut cædes, aut quæcunque alia crimina in prouincijs admitti: iubemus, ut prouinciarum Præsides omnia secundum leges uindicent, & ipsos qui deliquerunt, non alios pro alijs capiant, aut ex regionibus, unde qui deliquerunt, ducunt originem, alium pro alio comprehendant, damnumúe importent ipsorum prædijs. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alius mandauit ut crimen cōmitteretur. hic enim quāuis nihil ultrà commiserit, puniendus. quæ exceptio approbatur l. 5. C. de accusat. his uerbis*: Non ideo minus crimine, seu atrocium iniuriarū iudicio teneturis, qui in iustam accusationē incidit, quia dicat alium se huius facti mandatorem habuisse. nanque hoc casu præter principalem reum, mandatorem quoque ex sua persona conueniri posse, ignotum non est. *De hac exceptione uide insuper J. cap. prox. except. 4. distinct. 1. Secunda exceptio est: Nisi hæres sit eius qui crimen commisit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur, admittitur autem in casu, de quo uide J. reg. prox.*

Secunda regula. De hærede eius qui crimen commisit. Hic regulariter non tenetur. quæ regula approbatur l. 20. ff. de pœnis, hisce uerbis: Si pœna alicui irrogatur, receptum est commenticio iure, ne ad hæredes transeat: cuius rei illa ratio uideture esse, quia pœna cōstituitur in emendationem hominū, quæ mortuo eo, in quē constitui uidetur, desinit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi lis cum defuncto sit contestata, & defunctus damnatus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 20. ff. de accusation. de qua re J. dicetur in publicr. bonor.*

Reliquas huius loci regulas uide J. cap. prox. except. 1. cum sequentibus.

VII. PER QVOS IVDICIA PUBLICA COMPETANT?

Prima huius loci regula est. Quòd per alium accusator accusare non possit. quæ regula approbatur l. 13. ff. de publicis iudicijs, hisce uerbis: Ad crimen iudicij publici persequendum frustra procurator interuenit, multoque magis ad defendendum. Sed excusationes absentium ex Senatusconsulto iudicibus allegantur, etsi iustam rationem habent, sententiam differunt. *Propositæ regulæ exceptio prima uidetur esse talis: Nisi causa absentiæ per procuratorem reddatur. Hæc exceptio uerbis iam propositis approbatur. Concordat l. 71. ff. de procuratoribus, his uerbis*: Absens reus causas absentiæ per procuratorem

ratorem reddere potest. *Secunda exceptio est: Nisi accusator pupillus sit, uel minor uiginti quinque annis, aut aliàs sub cura alterius: hoc enim casu uidetur, quòd per tutorem suum uel curatorem accusare posit. Et hæc replicatio reprobatur, ita ut tutores & curatores suo, non pupilli uel adolescentis nomine accusare debeant. quod approbatur l. 2. C. qui accusare non possunt, his uerbis:* Si cautiones, quibus Secundinus solutam Eugenio pecuniam probare se dicit, tutores uel curatores tui suspectas ut falsas habent, proprio nomine (cũ non liceat alieno) non prohibentur in crimine falsi subscribere. nec enim facilè uel tutores uel curatores, qui officio & periculo res pupillorum uel adolescentium administrant, sententia notantur, nisi euidens eorum calumnia iudicanti apparebit. *Concordat l. 5. C. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst. 5. except. 1. in prin.* *Tertia exceptio est: Nisi accusator in illustri dignitate sit positus. Hæc exceptio reprobatur l. 15. C. de accusat. his uerbis:* Tunc conuenit potentiores uiros adesse iudicijs, cum eorum præsentiam in criminibus publicis per inscriptionem causa deposcat: licet in pecuniarijs causis per procuratores litem sustineant. *Planè admittitur exceptio proposita in actione iniuriarum criminali. quæ distinctio approbatur l. ult. C. de iniurijs, hisce uerbis:* Si quando iniuriarũ actio, quam inter priuata delicta ueteris iuris authores connumerant, à quibuslibet illustribus uiris, militantibus, seu sine cingulo constitutis, uel uxoribus eorum, uel liberis masculini sexus, uel filiabus (superstitibus uidelicet patribus aut maritis illustribus) uel si aduersus aliquam huiusmodi personam criminaliter fortè mouetur: ipsos quidem qui super iniuria querũtur, inscribere, aliaque omnia quæ in huiusmodi causis de more procedunt, solenniter obseruare decernimus. Licere autẽ illustri accusatori uel reo, uel uxori, uel liberis masculini sexus, seu filiæ itidem illustris superstitis, causam iniuriarum in quocunque iudicio competenti per procuratorem criminaliter suscipere, uel mouere: sententiam iudice contra eum, qui procuratorem dederit (etsi ipse non adesset iudicio, sed causam per procuratorem diceret) legibus prolaturo: ita tamen, ut nullus alius idem sibi audeat uindicare, uel à nostro nomine postulare, sed in cæteris mos iudiciorum qui hactenus obtinuit, in posterũ seruetur intactus. *Quarta exceptio est: Nisi conclusa iam disputatione causæ, de absentia accusatoris excipiatur. Hæc exceptio approbatur l. 19. C. ad l. Iul. de adult. his uerbis:* Quamuis indubitati iuris sit, quoties adulterij crimen intenditur, præsentiam accusatoris præcedere oportere: tamen quoniam ex literis tuis cognouimus, materiam Propositi uiatoris uxorem, habitis quæstionibus, cum Iuliano quandam adulterium commisisse, detectam sub ipsa prolatione sententiæ, uiatoris ipsius præsentiam postulasse: nõ putauimus confecto penè iudicio, facinore etiam agitata quæstione cõuicto, Propositum ab excubijs limitis reuocandum. *Quinta exceptio est: Nisi patronus libertum ut ingratum accusari, ut libertus per procuratorem respondeat. Hæc exceptio approbatur l. 35. §. 1. ff. de procurat. his uerbis:* Et patronus libertum, &c.

Altera propositi loci regula est: Quod per alium reus se defendere non poßit. quæ regula approbatur l. 13. ff. de publicis iudicijs. cuius uerba uide s. reg. prox. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus lateat: tunc enim quiuis uerba pro eo faciens est audiendus. quæ replicatio approbatur l. 33. §. publicè. ff. de procuratorib. cuius uerba cum alijs similibus uide j. Lib. 5. cap. 6 quæst. 4. ex. 1. repl. 2. Concordat l. 3. C. de accusationib. his uerbis: Reos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt. *Secunda propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi seruus sit accusatus: hic enim per procuratorem & per dominum potest defendi. quæ exceptio approbatur l. 11. ff. de publicis iudicijs, hisce uerbis:* Seruus etiam per procuratorem domini æquè ac per dominum defendi potest. *Concordat l. 1. C. de accusationib. his uerbis:* Si cuidam crimini obnoxius seruus postulatur, dominus eũ defendere potest, & in iudicio sistere, accusatoris intentionibus responsurum. Post probationes autem criminis non ipse dominus, sed seruus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo seruum suum domino defendere permissum est, ut pro eo posit competentes allegationes offerre. *Concordat item l. 19. ff. de pœnis, his uerbis:* Si non defendantur serui à dominis: non utiq; statim ad supplicium deducentur, sed permittetur eos defendi uel ab alio: & qui cognoscit, debebit de innocentia eorum quærere. *Tertia propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi mulier rea sit. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 134. §. necessarium autem, cum sequentibus. cuius uerba uide j. cap. 6. act. 4. quæst. 3. reg 2. except. 2. Concordat l. 1. C. de officio diuers. iudicum. Seruus tamen iure antiquo, l. 11. §. ea quæ. ff. ad l. Iul. de adult. Vbi Papinianus:* Ea quæ inter reas adulterij recepta est (inquit) absens defendi non potest. *Reliquas exceptiones uide s. reg. prox.*

VIII. VBI ET APVD QVEM competant publica iudicia?

Prima regula. De loco ubi crimen est commissum, ibi regulariter reus est accusandus & puniendus. quæ regula approbatur l. ult. ff. de accusation. his uerbis: Alterius prouinciæ reus apud eos accusatur & damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur: quod etiam in militibus

esse obseruandum, optimi principes nostri generaliter rescripserunt. *Concordat l. 7. ff. de custodia & exhib. reorum, his uerbis*: Solent præsides prouinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur, & desiderare, ut cum persecutoribus ad se remittantur: & id quoq; quibusdā rescriptis declaratur. *Concordat l. 11. ff. eod. tit. his uerbis*: Non dubium est, quin cuiuscunq; prouinciæ sit homo, qui ex custodia producitur, cognoscere debeatis qui ei prouinciæ præest, in qua prouincia agitur. Illud à quibusdam obseruari solet, ut cum cognouit & constitit, remittat illum cū elogio ad eū qui prouinciæ præest, unde is homo est: quod ex causa faciendum est. *Concordat item l. 3. in prin. ff. de militari, his uerbis*: Desertorem auditum ad suum ducem cum elogio Præses mittet, præterquam si quid grauius ille desertor in ea prouincia, in qua est repertus, admiserit: ibi enim eum plecti pœna debere, ubi facinus admissum est, diui Seuerus & Antoninus rescripserūt. *Cōcordat item l. 1. C. ubi de criminib. agi oportet. cuius uerba uide paulo inferius reg. prox. Concordat item l. 7. §. idem Imper. ff. de accusat. his uerbis*: Idem Imper. rescripsit, seruos ibi puniendos, ubi deliquisse arguantur, dominumq; eorum (si uelit eos defendere) nō posse reuocare in prouinciā suam sed ibi oportere defendere, ubi deliquerunt. *Itē cōcordat d. l. 7. §. fin. his uerbis*: Cū sacrilegiū admissum esset in aliqua sua prouincia, deinde in alia minus crimē, diuus Pius Pōtio Proculo rescripsit, postquam cognouisset de crimine in sua prouincia admisso, ut reū in eā prouinciā remitteret, ubi sacrilegium admisisset. *Concordat deniq; l. 12. C. ad l. Iul. de adult. his uerbis*: Si dū in tuo matrimonio uxor tua esset, se adulterio polluit, in ea prouincia, in qua id factū est, adulteriū more solito persequi debes.

Secūda regula. De loco ubi reus reperitur, ibi quoq; accusari potest. quæ regula approbatur l. 1. C. ubi de criminib. agi oportet. his uerbis: Quæstiones eorū criminū, quæ legibus aut extra ordinē coercētur, ubi cōmissa inchoata sunt, uel ubi reperiuntur qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere satis notum est.

Tertia regula. De domicilio rei, ibi quoq; accusari potest. quæ regula approbatur l. 5. in prin. C. de iurisdict. omniū iud. his uerbis: In criminali negocio rei forum accusator sequatur. *Concordat l. 2. C. ubi de criminib. agi oportet, his uerbis*: Sciēs liberū uenūdādo, plagij crimē cōmittit. Ab eo itaque, qui super eo queri potest, aditus cōpetens iudex (si is quē puerū ingenuū uēdidisse proponis ibi degit) ibi causam cognoscet. *Cōcordat l. 7. §. interdicere, cū sequentibus. ff. de interdictis & relegatis, cuius uerba uide j. ca. 3. quæst. 4. de interdictone alicuius loci. in prin. De iudice originis uide d. l. 7. §. dubitatū, in fine. cuius uerba uide ibidem j. d. quæst. 4. de interdictione.*

Quarta regula. De stationarijs, apud hos nō cōpetunt. quæ regula approbatur l. 8. C. de accusat. his uerbis: Si quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit, & querelā deferre uoluerit, nō ad stationarios decurrat: sed præsidalē adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens.

Quinta reg. De iudice ad quē causæ pecuniariæ pertinent. Ad hanc regulariter causæ criminales non pertinent. Cuius regulæ exceptio hæc est: Nisi crimen morte rei sit extinctū, ita tamē, ut heres de publicatione bonorum, uel de eo quod ad eam peruenit teneatur. quæ exceptio approbatur l. 6. in fine. ff. de publicis iudicijs, hisce uerbis: In quacunq; causa criminis extincti debetis cognoscere, cuius de pecuniaria re est cognitio.

Sexta regula. Vbi decuriones & illustres personæ accusandæ, definitur l. 27. §. de decurionibus. ff. de pœnis, hisce uerbis: De decurionib. & principalib. ciuitatū, qui capitale quid admiserunt, mandatis cauetur, ut si quis admisisse uideatur, ppter qd relegandus extra prouinciā in insulā sit, imperatori scribatur sententia à Præside. Alio quoq; capite mandatorum in hęc uerba cauetur: Si qui ex principalibus alicuius ciuitatis latrociniū fecerint aliúdúe qd facinus, ut capitalē pœnā meruisse uideantur, cōmiserint, uinctos eos custodies, & mihi scribes, & adijcies quid quisq; cōmiserit. *Idem statuitur de personis illustribus l. 16. C. de dignitatib. his uerbis*: Si grauius ullum facinus admittatur, nocentem personā extra carceralem custodiā sub fide iussione habita, super illustribus quidē nobis suggeri iubemus, super cæteris uerò quadam minore dignitate decoratis, ad tui referri culminis noticiā, ut ita demum quid de admisso crimine constitui oporteat, iudicetur.

Septima reg. De comitibus proconsulis uel legati, à quo puniendi sint, definitur l. 6. §. si quos. ff. de pœnis hisce uerbis: Si quos comitum, uel legati sui reos Proconsul inuenerit, utrū punire eos debeat, an successori seruare, quęri potest: sed multorū extāt exēpla, qui non tantū officialiū suorū, nec sub se agētiū, uerū quoq; suos seruos pœna adfecerūt: quod quidem ideo faciendum est, ut exemplo deterriti minus delinquant. *Reliquas huiusmodi regulas uide j. cap. 12. quæst. 1. except. 1. Sed & milites delinquētes ad magistros militum remittuntur, de quo alibi in re militari.*

DE COGNITIONE DE PLANO.

Est insuper huius loci, quòd crimina regulariter pro tribunali sint cognoscenda. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi leue sit crimen: quæ exceptio approbatur l. 6. ff. de accus. his uerbis: Leuia crimina audire

audire & discutere de plano proconsulem oportet, & uel liberare eos quibus objiciuntur, uel fustibus castigare, uel flagellis seruos uerberare. *Secunda exceptio est: Nisi quæstiones habendæ sint, & custodiæ audiendæ sint. Hæc exceptio approbatur l. 18. §. fin. ff. de quæstionib. his uerbis:* Custodiæ non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt atq; damnari. *Tertia exceptio est: Nisi libellus accusatorius detur. hic enim de Plano quoq; dari potest. quæ exceptio approbatur l. 31. §. sexaginta. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 7. q. 3. reg. 1. exc. [illegible] repl. 4. in fine.*

IX. QVANDO ET QVAMDIV publica iudicia competant?

Prima regula. Intra biennum finiri debent. quæ regula approbatur l. 3. C. ut intra certi tẽp. crim. quæst. term. his uerbis: Criminales causas omnimodo intra duos annos à contestatione litis cõnumerandos finiri cẽsemus, nec ulla alia occasione ad ampliora produci tẽpora, sed post biennij excessum minimè ulterius litẽ durante accusatũ absolui. Scientibus iudicibus eorũq; officijs, quòd si litigatoribus admonẽtibus, ipsi litis introductionẽ uel examinationẽ distulerint, pœna uicenarũ librarũ auri ferientur. *Concordat item l. 2. §. fin. C. eod. tit. his uerbis:* Iudicũ autẽ debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis à reo uel accusatore dilatio postuletur, urgeant taliũ causarũ notionem, uõ expectatis moris. *Item concordat l. 11. in prin. C. de iudicijs. Pœna iudicum causas criminales prorogantium quæ sit, ex propositis constat. Pœna autem accusatoris non persequentis causam, proponitur l. 2. cum lege sequente. C. d. tit. Vt intra cert. temp. quarũ legum uerba proponentur infrà cap. 11. quæst. 2. causa. 3.*

Secũda regula. Etiã feriatis diebus custodiæ audiri possunt. quæ regula approbatur l. 12. ff. de publicis iudicijs, hisce uerbis: Custodias auditurũ tã clarissimos uiros, quàm patronos causarũ (si omnes in ciuitate prouinciæ quã regit agũt) adhiberi debere: & feriatis diebus custodias audiri posse, rescriptũ est: ita ut innoxios dimittat, & nocentes, qui duriore animaduersione indigent, differat.

Tertia regula. Viginti annorũ præscriptione publicæ accusationes excludũtur. quæ regula approbatur l. 12. C. ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap 8. quæst. 6.

Quarta reg. De quadraginta diebus paschale tempus præcedentib. proponitur l. 6. C. de ferijs. hisce uerbis: Quadraginta diebus, qui auspicio ceremoniarum, &c.

X. ADFINIA PVBLICORVM IVdiciorum remedia.

Prima reg. Adfinia remedia sunt iudicia priuata. quæ reg. approb. l. 7. §. si dicatur. ibi, atqui solemus. ff. de iniur. hisce uerbis: Solemus dicere, ex quib. causis publica sunt iudicia, ex his causis nõ esse nos prohibẽdos, quo minus & priuato agamus. *Concordat l. unica. in prin. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet. item l. 15 ff. de accus. his uerbis:* In eũ cuius dolo malo hominibus coactis dãni quid datũ esse dicetur, non debet cogi actor omissa actione ciuili, crimen intendere. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi de ea re agatur, quæ habeat publicã animaduersionẽ quæ excep. approbatur d. uers. atqui solemus, his uerbis:* Et est hoc uerum, sed ubi non principaliter de ea re agitur, quæ habet publicam executionem. *Plura de hac re dicetur aliquando in actionẽ Iniuriarum.*

Secunda regula. In notorijs & ijs quæ per officium denunciãtur, solennitas iudicij necessaria nõ est. quæ regula approbatur l. 7. C. de accusation. his uerbis: Eà quidẽ quæ per officiũ præsidibus denunciantur, & citra solennia accusationum posse perpendi, incognitum non est. Verùm si falsis nec notorijs insimulatus, id est, accusatus sit, perpenso iudicio dispici debet.

Tertia regula. Si leuia sint crimina, uel custodiæ audiendæ, sufficit cognitio de Plano. de qua re uide s. quæst. 8. in fine.

DE CAVSIS IVDICIORVM publicorum, earumq́; exceptionibus. Cap. II.

V*Ndécimus Publicorũ iudiciorũ locus est de causis illorũ, & causarũ exceptionibus. de quibus nunc dicendum. Causæ autem publicorum iudiciorum generales, enumerantur l. 16. in prin. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Aut facta puniuntur, ut furta, cædesq́; aut dicta, ut conuicia, & infide aduocationes: aut scripta, ut falsa, & famosi libelli: aut consilia, ut coniurationes, & latronũ cõscientia; quosq́; alios suadendo iuuisse sceleris est instar. *Hæ sunt causæ publicorũ iudiciorũ generales: species singularũ causarũ uide infrà in altera huius Cõmentarij parte speciali. Planè ex cogitatione iudicium publicũ nõ nascitur. quod approbatur l. 18. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Cogitationis pœnam nemo patitur. *Sed & propositæ causæ suas habent exceptiones, quæ approbantur d. l. 16. §. 1. his uerbis,* Sed hæc quatuor genera cõsiderãda sunt septẽ modis, causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. *Quarum singularum exempla seu species sequuntur.*

I. *Exceptio. Nisi non iniuriæ faciendæ, sed emendationis causa fecerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 16. §. causa, his uerbis:* Causa, ut in uerberibus, quæ impunita sunt à magistrato allata, uel parente: quoniam emendationis non iniuriæ gratia uidentur adhiberi: puniuntur cũ quis per irã ab extraneo pulsatus est. *Cõcordat l. unica. C. de emendatione propinquorum, his uerbis:* In corrigendis minoribus pro qualitate delicti, seniorib. propinquis tribuimus potestatem, ut quos ad uitæ decora domesti-

cæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi emendationis causa enormiter læserit. Hæc replicatio approbatur d. l. unica, his uerbis*: Neq; tamen nos in puniẽdis minorum uitijs potestatem in immensum extendi uolumus, sed iure patrio authoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduersione compescat: quod si atrocitas facti ius domesticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. *Concordat l. 5. §. fin. cum lege sequente. ff. ad l. Aquiliam.*

II. *Exceptio. Nisi sine dolo malo, & non certo proposito fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 53. in prin. ff. de furtis, hisce uerbis*: Qui iniuriæ causa ianuam effregit, quamuis mihi per alios res amotæ sint, non tenetur furti: nam maleficiã uoluntas & propositum delinquentis distinguit. *Declaratur exceptio proposita l. 11. §. delinquunt. ff. de pœnis, hisce uerbis*: Delinqunt autẽ aut proposito, aut impetu, aut casu. Proposito delinquunt latrones, qui factionem habent: impetu autẽ, cũ per ebrietatem ad manus, uel ad ferrum uenitur: casu uerò, cũ in uenando telum in feram missum, hominẽ interficit. *Concordat l. 16. §. euentus. ff. de pœnis. cuius uerba uide J. except. 9. Item concordat l. 108. ff. de reg. iuris, his uerbis*: Ferè in omnibus pœnalibus iudicijs, & ætati, & imprudentiæ succurritur. *Concordat item l. 11. §. notatur ff. de his qui notãt. infam. his uerbis*: Notatur etiam qui in eã duxit: sed sciens. Ignorantia enim excusatur non iuris, sed facti. *Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi abortionis aut amatorium poculũ dederit. Hæc replicatio approbatur l. 38. §. qui abortionis. ff. de pœnis, hisce uerbis*: Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant: tamen (quia mali exempli res est) humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam, amissa parte bonorum, relegantur: quòd si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur. *Vide insuper J. Lib. prox. cap. 4. quæst. 1. except. 1.*

III. *Exceptio. Nisi per ebrietatem aut lasciuiam fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. per uinum. ff. de re militari, his uerbis*: Per uinum aut per lasciuiam lapsis, capitalis pœna remittenda est, & militiæ mutatio irroganda. *Concordat l. 11. §. delinquunt. ibi, impetu. ff. de pœnis. cuius uerba uide §. except. prox. Item concordat l. unica. ibi, ac temulentia. C. si quis Imp. maledix.*

IIII. *Exceptio. Nisi mandatu alterius, cui parêre necesse fuit, fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 130. ff. de reg. iuris, his uerbis*: Is damnum dat, qui iubet dare: eius uerò nulla culpa est, cui parêre necesse sit. *Cõcordat l. 11. §. fin. ff. de his qui notantur infamia, his uerbis*: Excusatur qui iussu eius in cuius potestate erat, duxerit uxorem intra tẽpus luctus, & ipse qui passus est ducere notatur. Vtrunque rectè. nam & qui obtemperauit, uenia dignus est: & qui passus est ducere, notatur ignominia. *Concordat item l. 199. in prin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis*: Ad ea quæ nõ habent atrocitatem facinoris uel sceleris, in his ignoscitur seruis, si uel dominis, uel his qui uice dominorum sunt (ueluti tutoribus & curatoribus) obtemperauerint. *Sed & aliud propositæ exceptionis exemplum est. Si iussu magistratus uel iudicis fecerit. quod exemplum proponitur l. 127. §. fin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis*: Qui iussu iudicis aliquid facit, non uidetur dolo malo facere: quia parêre necesse habet. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi atrox crimen sit. Quæ replicatio approbatur exemplo serui l. 19. ff. de action. & oblig. his uerbis*: Seruus non in omnibus rebus sine pœna domino dicto audiens esse solet, sicuti si dominus hominem occidere, aut furtum alicui facere seruum iussisset. Quare quamuis seruus domini iussu piraticam fecisset, iudicium in eum post libertatem reddi oportet: & quodcunque ui fecisset, quæ uis à maleficio non abesset, ita oportet eum pœnas dependere. Sed si aliqua rixa ex litibus & contentione nata esset, aut aliqua uis iuris retinẽdi causa facta esset, & ab his reb. facinus abesset, tum non conuenit prætorem, quod seruus iussu domini fecisset, de ea re in liberum iudicium dare. *Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi patri uel domino iubenti fuit licitum, puta adulterum occidere: tunc enim filius quoque uel seruus, domino uel patri, quamuis in atroci crimine parens, excusatur. Hæc duplicatio approbatur l. 4. §. idemq; filijs. C. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 4. quæst. 1. except. 9. in fine. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ei, qui alterius iussu fecit, non fuit necesse parêre. quæ replicatio approbatur l. 5. C. de accusat. cuius uerba uide. §. cap. prox quæst. 6. reg. 1. except. 1.*

V. *Exceptio. Nisi is qui fecit, minor sit ætate. Hæc exceptio approbatur l. 108. ff. de reg. iuris cuius uerba uide §. except. 2. Concordat l. 16. §. persona, in fine. ff. de pœnis. cuius uerba uide J. cap. 4. de persona delinquentis. Huius exemplum proponitur l. 12. ff. ad l. Corneliam de sicarijs, hisce uerbis*: Infans uel furiosus si hominem occiderit, legis Corneliæ non tenetur: cum alterum innocentia consilij tuetur, alterum fati infœlicitas excusat. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi minor ætate doli sit capax. quæ replicatio approbatur l. 7. C. de pœnis, hisce uerbis*: Impunitas delicti propter ætatem non datur, si modò in ea quis sit, in quam crimen quod intenditur, cadere potest. *Declaratur replicatio hæc l. 111. in prin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis*: Pupillũ qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi, & iniuriæ faciendæ. *Concordat replicationi propositæ l. 23. ff.*

l. 25. ff. de furtis. ubi Vlpianus: Impuberem furtum facere posse, si iam doli capax sit, Iulianus scripsit, &c.

VI. EXCEPTIO. *Nisi seruus crimē fecerit. Hæc exce. reprobatur l. 12. §. si seruum. ff. de accusat, his uerbis*: Si seruus reus postulabitur, eadem obseruanda sunt quæ si liber esset, ex Senatuscon sulto Cotta & Messala consulibus. *Concordat l. 5. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Seruos quoque adulterij posse accusari, nulla dubitatio est. *Planè ex quibusdam legibus seruus reus fieri non potest. quæ enumerantur d. l. 12. §. omnib. his uerbis*: Omnibus autem legibus serui rei fiunt, excepta lege Iulia de Vi priuata: quia ea lege damnati partis tertiæ bonorum publicatione puniuntur, quæ pœna in seruum non cadit. Idemq; dicendum est in cæteris legibus, quibus pecuniaria pœna irrogatur, uel etiam capitis, quæ seruorum pœnis non cōuenit, sicuti relegatio. Item nec lex Pompeia parricidij: quoniam caput primum eos adprehendit, qui parentes, cognatosúe, aut patronos occiderint: quæ in seruos (quantum ad uerba pertinet) non cadunt: sed cū natura est communis, similiter & in eos animaduertetur. Item Cornelia iniuriarū seruum nō debere recipi reum, Cornelius Sylla author fuit: sed durior ei pœna extra ordinem imminebit. *Concordat l. 16. §. persona. ibi, aliter enim. ff. de pœnis.*

VII. EXCEPTIO. *Nisi princeps uel Augusta commiserit. Hæc exceptio approbatur l. 10. ff. de legibus, hisce uerbis*: Princeps legibus solutus est: Augusta autem licet legibus soluta non est, princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ & ipse habet. *Plura de hac re dicetur aliquando in Comment. de Legibus.*

VIII. EXCEPTIO. *Nisi magistratus populi Romani, Legatus, Præses, uel is qui reipub. causa abest, commiserit. Hæc exceptio approbatur l. 12. in prin. ff. de accusat. his uerbis*: Hos accusare non licet: Legatum Imperatoris, item Præsidem prouinciæ ex sententia Lentuli, dicta Sylla & Tirone consulibus. Item legatum prouincialem, eius duntaxat criminis, quod autè commisit, quàm in legationem uenit: item magistratum populi Romani, eumúe qui reipub. causa abfuerit, dum non detrectandi leges causa abest. Hoc etiam beneficio in reos recepti uti possunt, si abolitione interueniente repeti se non debere contendant, secundum epistolam diui Hadriani ad Glabrionem consulem scriptam. *Concordat l. 38. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis*: Si quis in honore, ministeriouè publico sit, reus quidem postulatur, sed differtur eius accusatio, ut cautione in iudicio sistendi causa promittatur in finem honoris: & hoc ita Tyberius Cęsar rescripsit. *Approbatur insuper, simul & distinguitur exceptio proposita l. 15. §. legis Iuliæ. ff. eod. tt. his uerbis*: Legis Iuliæ de Adulterijs capite septimo ita cauetur: Nequis inter reos referat eum, qui tunc sine detrectatione Reipub. causa aberit: neque enim æquum uisum est, absentem reipub. causa inter reos referri, dum Reipub. operatur. Necessariò dicitur, Sine detrectatione: cæterùm si quis euitandi criminis causa id egerit, ut, &c.

IX. EXCEPTIO. *Nisi crimen propositū non perfecerit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. ff. ad l. Corneliam de sicarijs, hisce uerbis*: Diuus Hadrianus in hęc uerba rescripsit: In maleficijs uolūtas spectatur, non exitus. *Concordat l. 7. in prin. ff. eod tt. his uerbis*: In lege Cornelia dolus pro facto accipitur *Concordat item l. 1. §. diuus Hadrianus. ff. eod. tt. Item l. 14. C. qui accusare non possunt. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quest. 9. except. 12. repl. 3. Itē concordat l. 5. in prin. ibi, eadem enim. C. ad l. Iul. maiestatis. Item l. 8. & l. 9. C. ad. l. Cornel. de sicarijs. Huius etiā loci uidetur esse l. 79. ff. de reg. iuris. hisce uerbis*: Fraudis interpretatio semper in Iure ciuili nō ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur. *Hæc de legibus concordantibus, & quibus exceptio proposita reprobatur. Contradicere autē istis, & approbari uidetur exceptio proposita l. 16. §. 1. ibi. euētu. ff. de pœnis. cuius uerba uide s̄. eod. cap. in prin. Sed euentū ibi uocat Iurisconsultus casum fortuitū, non consultò factum. quod approbatur d. l. 16. §. euentus, his uerbis*: Euentus spectatur ut à dementissimo quoq; facta: quanquā nō minus lex eum, qui occidendi hominis causa cum telo ferit, quàm eum qui occidit, puniat. Et ideo apud Gręcos exilio uoluntario fortuiti casus luebantur, ut apud præcipuum Poetarum scriptum est:

Quo puerum me tempore uestras duxit ad ædes
Ex Opoente pater, dira pro cæde patrata:
Ob tales nempe ira percitus, Amphidamantis
Cūm gnatum imprudens simul inuitusq; peremi.

Sed & contradicere uidetur prædictus l. 1. §. fin. ff. quod quisque iuris in alterū. ubi Vlpianus: Quid enim obfuit conatus (inquit) cum iniuria nullum habuerit effectum? *Sed hoc illius loci est speciale. Planè solum cogitationis pœnam nemo patitur, ut dictum s̄. hoc cap. in prin.*

X. EXCEPTIO. *Nisi is qui crimen commisit mortuus sit. Hæc exceptio approbatur l. 3. ff. de publicis iudicijs, hisce uerbis*: Publica accusatio reo uel rea ante defunctis non permittitur. *Concordat. l. 6. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Defuncto eo qui reus fuit criminis, & pœna extincta est. *Item concordat l. 2. C. si reus uel accusator mortuus sit. item l. 4. C. eod. tt. his uerbis*: Defunctis reis publicorum criminum, siue ipsi per se ea commiserunt, siue alijs mandauerunt, pendente accusatione, præterquam si sibi mortem consciuerint, bona successoribus eorum non denegari, notissimi iuris est. *Propo*

sitæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi crimen læsæ maiestatis sit commissum. Hæc replicatio approbatur l.6.in prin C. ad l. Iul. maiestatis, his uerbis: Meminisse oportebit, si quid cōtra maiestatem Imperatoris commissum dicatur, etiā post mortem rei id crimen instaurari solere, posteaquā diuus Marcus Drunciani utpote senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat, bona post mortē fisco uindicari iussit, & nostro tēpore multis hæredib. ablata sunt. *Concordat l.7.C.eod.tt.his uerbis:* Post diui Marci constitutionem hoc Iure uti cœpimus, ut etiā post mortē nocentium, hoc crimē inchoari possit, ut cōuicto mortuo, memoria eius damnetur, & bona eius successori eius eripiātur. nā ex quo sceleratissimū, &c. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi non perduellionis reus sit quæ approbatur l.ult.ff.ad l.Iul. maiestatis, hisce uerbis:* Is qui in reatu decedit, integri status decedit. extinguitur enim crimen mortalitate, nisi quis fortè maiestatis reus fuit. nā hoc crimen nisi à successoribus purgetur, hæreditas fisco uindicatur. Planè nō quisquis legis Iuliæ maiestatis reus est, in eadē conditione est: sed qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus rēp. uel principē animatus. Cæterùm si quis ex alia causa legis Iuliæ maiestat. reus sit, morte crimine liberatur. *Secunda proposita exceptionis replicatio est: Nisi & alij eiusdem criminis rei sint. Hæc replicatio approbatur l.1.C. si reus uel accusat. mort. fu. his uerbis:* Etsi Marcellus, qui crimine falsi postulabatur, uita functus est, ac per hoc crimē in persona eius sit extinctū, accusatio tamē nō est abolita: cum tam uxorem eius, quàm te eodē crimine postulatos ppo nas. *Concordat l.3.C.eod.tt.his uerbis:* Si, ut proponis, causa pecuniaria ad emolumentum tuū spectat, licet Anuianus, cui falsi crimen auctor tuus intendebat, uita functus sit: nō prohiberis, si quis aduersus te instrumēto, quod in dubiū uocatur, uti cœperit, accusationē instituere. Quamuis enim in persona principalis rei morte subducti iā subsistere non possit: tamen si quis illo uti uoluerit, intelligit se periculo criminis esse subiectū. *Similia exempla uide J. Lib. prox. cap.7. quæst.2. except.12. Tertia replicatio est: Nisi sententia uiuo reo sit lata: tunc enim quamuis appellatione pēdente mortuus sit, nilominus iudiciū propter id quod interest fisci uel alterius duret. quæ replicatio approbatur l.2. C. si pend. appell. mors inter. his uerbis:* Etiam post mortē eius qui appellauit, necesse est hæredibus eius, uel reddere causas prouocationis, uel statutis adquiescere. *Sed & replicatio hæc approbatur, simul & distinguitur l.3. C. si pend. appell. mors inter. his uerbis:* Si is, qui adēptis bonis in exilium datus est, appellauerit, ac pēdente prouocatione defunctus est, quamuis crimen in persona eius euanuerit, tamē causam bonorum agi oportet. nam multū interest, utrum capitalis pœna irrogata bona quoq; reo adimat, quo casu morte eius extincto crimine nulla quæstio superesse potest: an uerò non ex damnatione capitis, sed speciali præsidis sententia bona auferantur: tunc etenim subducto reo sola capitis causa perimitur, bonorū remanente quæstione. *Concordat l. unica.ff.eod tt.his uerbis:* Appellatore defuncto, siquidem sine hærede, cuiuscunque generis appellatio fuerit, euanescit. Quod si appellatori hæres extiterit, siquidē nullius alterius interest causas appellationis reddi, cogendus non est peragere appellationem. Si uerò fisci, uel alterius, contra quem appellatum est, intersit, heres causas appellationis reddere necesse habet. Nullius autem interest, ueluti cum sine ademptione bonorū relegatus est. nam si ademptis bonis relegatus, uel in insulam deportatus, uel in metallū damnatus, prouocatione interposita decesserit. Imp. noster Alexander Pilletorio militi ita rescripsit: Quamuis pendente appellatione morte rei crimen extinctum sit, data tamē etiam de parte bonorum eius sententia proponitur, aduersus quam non aliter is, qui emolumentum successionis habet, obtinere potest, quàm si in reddendis causis appellationis iniquitatem sententiæ detexerit. *Concordat item l.9.ff.de iure fisci, his uerbis:* Lucius Titius fecit hæredes sororem suam ex dodrante, uxorem Mæuiam & socerum ex reliquis portionibus: eius testamentum posthumo nato ruptum est: qui posthumus breui pòst & ipse decessit, atq; ita omnis hæreditas ad matrem posthumi deuoluta est: soror testatoris Mæuiam ueneficij in Lucium Titium accusauit, cum nō obtinuisset, prouocauit: interea decessit rea, nihilominùs tamen apostoli redditi sunt: quærò, an putes extincta rea congnitionem appellationis inducendam propter hæreditatem quæsitam? Modestinus respondit, mortua rea crimine extincto. persecutionem eorum, quæ scelere adquisita probari possunt, fisco competere posse. *Concordat item l.ult. C. si reus uel acusator mort. fu. his uerbis:* Si quis cum capitali pœna, uel deportatione damnatus esset, appellatione interposita, & in suspenso constituta, fati diem functus est, crimen morte finitum est. Idem obseruatur, etsi accusator, pendente appellatonis tempore, ultimum diem obijsset. Sin autem relegationis pœnā sustinuit, & in parte bonorum damnatus, appellatione usus est, & post mortem eius

nihi-

nihilominus appellationis ratio examinatur, cum desideratur, utrum ualeat nec'ne, particularis publicatio. Ex hisce quæ hactenus proposita sunt, non solùm proposita replicatio approbatur, sed etiam eius prima duplicatio introducitur, talis scilicet: Nisi fisci uel alterius nihil intersit sententiam confirmari. tunc enim etiam sententia lata morte ei finitur iudicium. quæ duplicatio cùm ex alijs tum potißimum ex d.l.unica. ibi, quòd si appellatori.ff.si pendente appellat.mors interuenit, constat. Concordat item l. 20. ff.de pœnis. cuius uerba uide s.cap.1.quæstion. 6.reg.2. Interest autem fisci propter publicationem bonorum damnati. Secunda duplicatio est: Nisi non specialiter in sententia bona sint ablata. tunc enim quamuis ipso iure publicatio bonorum capitalem pœnam sequeretur, & ob id uideretur fisci interesse, non tamen ob id causa appellationis mortuo reo durat. quæ duplicatio approbatur d.l.3.ibi, nam multùm interest. C.si pend. appellatione mors interuenit. Concordat l. 2.C.eod.tit. his uerbis: Eius qui requirendus adnotatus appellauit, & ante actam causam mortuus est, bona ad successorem pertinere, parentibus meis placuit. Sed & elici potest duplicatio hæc ex d. l. unica. §. nullius autem. ff. eod. tit. Tertia duplicatio est: Nisi reus sine hærede decesserit. tunc enim quamuis intersit fisci, propter publicationem bonorum sententiæ specialiter insertam, tamen nihilominus finitur iudicium. quæ duplicatio approbatur d.l.unica. in princip. Et ratio est, quia reo sine hærede mortuo, alia ratione bona ad fiscum pertinent, tanquam uacantia, & ob id quasi confusione obligationis, tollitur iudicium. Quarta propositæ replicationis duplicatio est: Nisi non sententia lata sit, sed requirendus adnotatus. tunc enim reo intra annum mortuo, causa expirat. quæ duplicatio approbatur l.1.§.fin.ff.de requirendis reis, hisce uerbis: Sed & Papinianus respondit, requirendum adnoratum, si prouinciæ præsidem intra annum adierit, & satis obtulerit, non facere locum mandatis, ut bona fisco uindicentur. nam etsi intra annum mortuus sit, criminis causa expirat & perit, & bona eius ad successores transmittuntur. Concordat l. 2.C.si pend.appell.mors inter. cuius uerba uide s. duplicat. 2. Hæc de tertia propositæ exceptionis replicatione sunt dicta. Quarta eius replicatio est: Nisi reus antè accusatus, accusatorem corrupit. tunc enim nihilominus post mortem eius causa potest retractari. quæ replicatio approbatur l.29.§. planè etsi.ff. de iure fisci. cuius uerba uide j. eod. cap. in fine repl. gener.2.dupl.2. Plura de exceptione proposita uide j.cap.13.quæst.1.except.7.

XI. EXCEPTIO. Nisi reus alium eiusdem criminis socium, qui nō accusatur, nominauerit, uel prodiderit. Hæc exceptio reprobatur l.17.§.nemo tamē. C.de accusat. cuius uerba proponentur j.cap.7. act.2. quæst.2.reg.2.

XII. EXCEPTIO. Nisi reus conspirationem sociorum, qui ruptis uinculis, & effracto carcere euadere conati sunt, detexerit. Hæc exceptio approbatur l.13.in fine ff.de custod. & exhib. reorum. cuius uerba uide j.in fine huius capitis.

XIII. EXCEPTIO. Nisi accusator mortuus sit, uel ex alia causa impediatur accusationem prosequi. Hæc exceptio approbatur l.10 in prin. ff.ad S. C. Turpill. his uerbis: Tertio genere lege fit abolitio, mortuo accusatore, uel ex iusta causa impedito, quo minus accusare poßit. Cōcordat l.ult. §. idem obseruatur. C.si reus uel accusator mor. fuerit. cuius uerba uide s. except.10 repl 3. Item concordat l.3.§.fin.ff.de accusat. his uerbis: Si accusator decesserit, aliaue causa eum impedierit, quo minus accusare poßit, & si quid simile est, nomē rei aboletur postulante reo: idq; ex lege Iulia de Vi, & Senatusconsulto cautū est, ita ut liceat alij ex integro repetere reū. Sed intra quod tēpus uidebimus? & utiq; triginta dies utiles obseruādi sunt. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi alius postea eundem reum de eodē crimine accusare uelit. tunc enim non obstat exceptio proposita. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Ita ut liceat alij ex integro repetere reum. Concordat l. 13. in prin ff.de pub.iud. his uerbis: Accusatore defuncto, reus ab alio, iudicante Præside prouinciæ, peragi potest. Item concordat l 11.§.fin.ff.de accusat. cuius uerba uide s.cap.1.quæst 5. except 17. repl.2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi post triginta dies elapsos alius reum uelit repetere. quæ duplicatio approbatur uerbis l.3 §.fin.ff.de accusationibus, paulo superius propositis hisce: Sed intra quod tempus uidebimus? & utique triginta dies utiles obseruandi sunt. De hac re uide j.except.16.repl.1.

XIIII. EXCEPTIO. Nisi iudicium cœptum intra tempus statutum non sit finitum. tunc enim reus est absoluendus. quæ exceptio approbatur l. 3. C. ut intra certum tempus crimin. quæst. terminetur. cuius uerba uide s.cap.1.quæstione 9. reg.1. Concordat l. 7.C.qui accusare non possunt, his uerbis: Si ea quæ crimen intendit, cognitionem moratur, certa perferendæ accusationis tempora competens iudex præstet, intra quæ si agere supersederit, renunciasse causæ intelligitur. Concordat item l. 18. ff. de accusationibus, his uerbis: Cum Titia testamentū fratris sui falsum arguere minaretur, & solēnia accusationis nō impleßet intra tempus à Præside prouinciæ definitū: Præses iterū pronunciauit, non posse illam amplius de falso testamento dicere: aduersus quam sententiam Titia non prouocauit, sed dixit, se post finitū tēpus de irrito testamento dicere: quæro an Titia, quę nō appellauit aduersus sentētiā Præsidis, poßit ad falsi accusationē postea reuerti? Modestinus respondit, nihil apertè pponi, ppter qđ aduersus sententiæ autho-

authoritatem de falso agens audienda sit. *Plura de hac re uide ī.cap.1.quæst.5.excep.16. Est autem propositæ exceptionis replicatio eadem quæ superioris proximæ.*

XV. EXCEPT. *Nisi eadē accusatio antea quoq; in iudiciū fuerit deducta, uel eiusdem criminis nomine actū. Hæc exceptio approbatur, simul ac distinguitur l.7.§.iisdem.ff.de accusationib.his uerbis*: Iisdē criminibus quibus quis liberatus est, non debet præses pati eundē iterū accusari: & ita diuus Piuus Saluio Valenti rescripsit. Sed hoc utrū ab eodem, an nec ab alio accusari posit, uidendū est: & putē (quoniā res inter alios iudicatæ alij nō præiudicant) si is qui nūc accusator extitit, suū dolorē persequatur, doceatq; se ignorasse accusationem ab alio institutā, magna ex causa admitti eū ad accusationē debere. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi absente accusatore, & causa nondum cognita reus in priore iudicio fuerit absolutus. Hæc replicatio approbatur l.4.C. de accusationibus, his uerbis*: Si accusatoribus absentibus, & non per contumaciam adesse iudicio cessantibus, ex una postulatione aditus Præses prouinciæ, non causa cognita sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detulistis, liberandum existimauit: criminatione etiam nunc perseuerante, quæ contumacia uel cessatione accusatorum nō interueniente auferri non potuit, causa intentati criminis apud eundem, uel successorem eius, more iudiciorum tractabitur. *Secunda replicatio est: Nisi prior accusator præuaricationis fuerit conuictus, & reus per corruptelam accusationis fuerit absolutus. Hæc replicatio approbatur l.3.§.si tamen posteaquam.ff.de liber. hom. exhibendo, his uerbis*: Nec in publicis iudicijs permittitur amplius agi postquam semel actum est, quam si præuaricationis fuerit damnatus prior accusator. *Concordat l.1. C. de aduocatis diuers.iud. item l.3. in prin.ff. de præuaric. l. 11. C. de accusationibus. Propositæ replicationis duplicatio hæc esse uidetur: Nisi reus mortuus sit. hoc enim casu non uidetur causa retractanda. Verum duplicatio hæc reprobatur l. 29.§. planè etsi.ff.de iure fisci. cuius uerba uide J.eod.cap. in fine repl. general. 2.dupl.2. Tertia replicatio est: Nisi is qui postea accusare uolet, suam iniuriam persequatur, doceat'que se ignorasse accusationem ab alio institutam fuisse. quæ duplicatio approbatur l. 7. §. iisdem.ff. de accusationibus. cuius uerba uide ī.except. hac in princip. Quarta replicatio est: Nisi antea ciuiliter, non criminaliter sit actum. Hæc replicatio approbatur l. unica. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet, his uerbis*: A' plerisque prudentium generaliter definitum est, quoties de re familiari & ciuilis & criminalis competit actio, utraque licere experiri, siue prius criminalis, siue ciuilis actio moueatur: nec si ciuiliter fuerit actum, criminalem posse consumi, & similiter è contrario. Sic denique & per uim possessione deiectus, si de ea recuperanda interdicto Vnde ui fuerit usus, non prohibetur tamen etiam lege Iulia de Vi, publico iudicio instituere accusationem. Et ex suppresso testamento cum ex interdicto de Tabulis exhibendis fuerit actum, nihilominus ex lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri. Et cum libertus se dicit ingenuum, tam de operis ciuiliter, quàm etiam lege Viscellia criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur Furti actio, & legis Fauię constitutum. Et plurima alia sunt, quæ numerari non possunt, ut cum altera prius actio intentata sit, per alteram quæ superfuerit, iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione non ambigitur, etiam falsi crimen, de quo ciuiliter iam actum est, criminaliter esse repetendum. *Propositæ replicationi contradicere uidetur l.4.ff.de publ. iud. his uerbis*: Interdum euenit ut præiudicium publico iudicio fiat, sicut in actione legis Aquiliæ, & Furti, & Vi bonorum raptorum, & interdicto Vnde ui, & de Tabulis testamēti exhibendis. nam in his de re familiari agitur. *Hæc lex uidetur per dictam l.unicam sublata, quanquam glossa aliam huius antinomiæ adfert solutionem. Quinta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alia lege postea agatur, quàm qua actum est prius. Hæc replicatio approbatur l. 14. ff. de accusationibus, his uerbis*: Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. *Concordat l. 41. ff. de pœnis. cuius uerba uide J.cap.4.de reliq. circumstant. regula 12. Sexta replicatio est: Nisi ex alio crimine, ex eodem facto orto, nunc accusetur quàm antea. Hæc replicatio approbatur l.9.§.si tamen. C. de accusationibus. cuius uerba uide ī.cap.1.quæstion.5. exception. 17.repl.1. Plura de replicatione proposita uide in Commentarijs Liberationum, cap.19. except. 5. distinct.3.*

XVI. EXCEPTIO. *Nisi abolitio criminis interuenit. Hæc exceptio approbatur l.12. in fine. ff. ad Senatusconf. Turpill. his uerbis*: Eximitur autem reus publica abolitione interueniente. *Leges concordantes uide ī.cap.1.quæstion. 5.except.16. Quid autem sit abolitio, & quomodo fiat, dicetur J. cap.11.quæst.2.except.22. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alius, quàm qui abolitionem impetrauit, reum repetere uelit. Hæc replicatio approbatur l.11.§.fin.ff.de accusat. cuius uerba uide ī.cap.1. quæstion.5.except.17.repl.2. Concordat l.3.§.fin.ibi, Ita ut liceat.ff.eod.tt. cuius uerba uide ī. hoc cap. except.13.repl.1. Reliquas propositæ exceptionis replicationes uide ī.cap.1.quæst.5.except.16. Item J.cap.11.quæst.2.except.22. Harum autem replicationum dupli-*

duplicatio generalis hæc est: Nisi post triginta dies elapsos reum repetere uelit. tunc enim submouetur præscriptione. quæ duplicatio seu præscriptio approbatur d. uers. ita ut liceat. Concordat l. 1. C. de generali abolitione, his uerbis: Qui potentatus & uis, aliorumque criminum reum fecit, si post abolitionem ex forma solita reorum factam, & post edicta proposita intra diem statutum repetere supersederit, persequi crimina uolens est audiendus. *Propositæ duplicationis triplicatio prima hæc est :* Nisi *facultas accusandi non fuerit. Hæc triplicatio approbatur l. 10. §. triginta. ff. ad Senatuscons. Turpill. his uerbis:* Triginta dies repetendi rei diuus Traianus utiles esse interpretatus est, ex die scilicet quo feriæ finitæ sunt : & senatus censuit eos dies cedere, quibus quisque reum suum repetere possit. *Concordat d. l. 10. §. fin. his uerbis:* Hoc autem repetendi rei tempus nõ aliter cedit, quàm si accusator quoque potuit adire. *Secunda triplicatio est: Nisi post primam abolitionem alia postea abolitio superuenerit. Hæc triplicatio approbatur l. 15. § fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Cum prius reum quis detulerit, & post abolitionem antequam reus repeteretur, alia abolitio superuenerit, non ex superiore, sed ex secunda abolitione dies triginta computantur. *Tertia triplicatio est: Nisi generali abolitione facta accusatio, de qua quæritur, eo tempore non fuerit in iudicium deducta. Hæc triplicatio approbatur l. 2. C. de generali abolit. his uerbis :* Cum eo tempore, quo indulgentis nostra crimina extinxit, accusatio à te instituta non fuerit : publicæ abolitionis præscriptio cessat. *Quarta triplicatio est:* Nisi *seruus reus sit. quæ triplicatio approbatur l. 16. ff. ad Senatuscons. Turpill. his uerbis :* Domitianus rescripsit, quod de ferijs & de abolendis reis dicitur, non pertinere ad seruos, qui accusati in uinculis esse iubentur, ne iudicium finiatur. *Concordat l. 1. §. dubitationem auget. ff. de custodia reorũ. cuius uerba uide* ℈. *cap. 6. act. 4. quæst. 1. except. 1*

XVII. Exceptio : *Nisi reus absens sit. Hæc exceptio approbatur, simul et distinguitur per ea quæ dicuntur* ℈. *eod. Lib. cap. 7. act. 2. reg. 2.*

REPLICATIONES PRAECEDENtium aliarumq; similium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aliquot generales propositæ sunt, quæ accusationib. publicis solẽt opponi. Earũ aũt exceptionũ & si quæ sunt similes, aliquot sunt replicationes generales, quæ plerisq; illis possunt opponi. Harũ replicationũ prima hæc est : Nisi *reus ruptis uinculis, & effracto carcere, euadere fuerit conatus. Hæc replicatio approbatur l. 13. ff. de cust. reorũ, his uerbis:* In eos, qui cũ recepti essent in carcerẽ, cõspirauerũt, ut ruptis uinculis & effracto carcere euadãt, amplius quàm causa, in qua recepti sunt, reposcit, cõstituendũ est: & quãuis innocẽtes ex eo crimine inueniantur, propter quod impacti sunt in carcerem, tamen puniendi sunt. Eos uerò, qui conspirationem eorum detexerint, releuandos. *Secunda replicatio generalis est : Nisi reus delatorem corrupit. Hæc replicatio approbatur sub conditione l. ult. ff. de præuaricatoribus, hisce uerbis:* In omnibus causis, præterquam in sanguine, qui delatorem corrupit, ex senatuscõsulto pro uicto habetur. *Concordat l. 1 in princ. ff. de bonis eorum qui ante sentent. his uerbis :* Impp. Seuerus & Antoninus Aulo Iulio : Eos qui latrones nominati corruptis accusatorib. diem suum obierint, ut confessos de crimine, non relinquere defensionẽ hæredibus, rationis est. *Item concordat l. 4. ff. de iure fisci, his uerbis :* In fisci causis pacti cum delatoribus pro confessis habentur, si modò precium uel modicũ dederint. *Concordat item l. 29. in prin. ff. eod. tit. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi reus de uita periclitetur. quæ duplicatio constat ex uerbis paulo antè propositis hisce:* Præterquam in sanguine. *Cui concordat l. 1. ff. de bonis eorum qui ante sent. his uerbis:* In capitalibus criminib. à Principibus decretum est, non nocere ei qui aduersariũ corruperit, sed in his demum quæ pœnam mortis continent. nam ignoscendũ censuerunt ei, qui sanguinẽ suũ qualitercunq; redemptũ uoluerit. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi tanquam latro fuerit accusatus. quæ triplicatio approbatur l. 2. ff. d. tit. cuius uerba uide paulo superius. Secunda duplicatio est: Nisi reus qui accusatorẽ corrupit, ante sentẽtiã latã fuerit mortuus. tũc enim hæredi eius corruptela nõ nocet, nisi crimẽ probetur. quæ duplicatio approbatur l. 29 in prin. ff. de iure fisci, his uer.* Eius q delatorẽ corrupit, ea cõditio est, ut ꝓ uicto habeatur. nã in fiscalib. causis id constitutũ est. Sed enim hęc pœna magis est, ut aduersus ipsum locum habeat, qui delatorẽ redemit. Cęterùm aduersus hęredẽ eius trãsire nõ debet. nec enim exinde perit causa, ex quo redẽpta est, uel actio perimitur, uel cõdẽnatio facta dicitur: uerùm oportet cõstare prius de crimine. & pronũciare. Planè etsi fortè de retractãda causa agatur, quæ semel iudicata est per delatoris corruptelã, mortuus corruptor non efficiet quò minus agi possit, atq; retractari causa. hic enim nõ pœnæ, sed causæ restitutio est. *Tertia replicatio est: Nisi præscriptiones non sint ante abolitionẽ criminis obiectæ. hæ enim nec postea repetito reo possunt obijci. quæ replicatio approbatur l. 7. in pr. ff. ad S. C. Turp. his uerbis:* Si quis repetere uelit crimẽ publica abolitione interueniẽte, eodẽ iure repetit, quo accusabat. neq; .n. possũt pręscriptiones obijci ei, quę ante abolitionẽ nõ sunt obiectæ : & ita diuus Had. scripsit.

scripsit. *Huius replicationis exemplū uidetur proponi l.10.§.abolitione.ff.eod.tt.his uerbis*: Abolitione publicè facta, non retractabitur in iudicio repetendo de mariti iure. *Quarta replicatio est: Nisi populus uelit reum condemnari. Hæc replicatio reprobatur l.12.C.de pœnis.cuius uerba uide J.cap.4.de Liberis decurionum. Quinta replicatio est: Nisi reus seipsum interficere uoluit. Hæc replicatio approbatur l.3.§.sic autem hic distinguitur ff.de bonis eorum qui ante sententiam. cuius uerba uide J. cap.13.quæst.1.except.7.repl.6. Sexta replicatio est: Nisi reus requirendus sit adnotatus. Hæc replicatio reprobatur l.6.§.& sic diuus Pius.ff.de custod.reorum. cuius uerba uide s̄.Lib.2.cap.19.de Irenarchis,reg.3.*

DE EO QVOD VENIT in iudicia Publica seu de Pœnis. Cap. III.

D*Vodecimus Publicorum iudiciorum locus sequitur, de eo quod in ea uenit, seu de Pœnis, quæ in hoc capite sunt describendæ.*

I. *Ratio pœnæ est hominum emendatio. quæ ratio proponitur l.20.ff.de pœnis. cuius uerba uide s̄. cap.1.quæst.6.reg.2.in prin. Huius etiam loci est l.70.§.id quod uulgò.ibi, nam pœnas.ff.de fideiussorib. cuius hæc sunt uerba*: Pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet. *Itē l.11.§. quod si quis absurdè.ff.ad l.Aquiliam.ubi Iulianus*: Neque impunita maleficia esse oportet, inquit.

II. *Differentia pœnæ, & fraudis, proponitur l.131. in prin.ff.de uerb.signif.his uerbis*: Aliud est fraus, aliud pœna. fraus enim sine pœna esse potest, pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ uindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.

Differentia pœnæ & mulctæ, proponitur d. l. 131. his uerbis: Inter mulctam autē & pœnā multum interest: cum pœna generale nomē sit omniū delictorum coercitio: mulcta specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est. Pœna autem non tantùm pecuniaria, uerùm capitis & existimationis irrogari solet: & mulcta quidē ex arbitrio eius uenit, qui mulctam dicit, pœna non irrogatur, nisi quæ qua lege, uel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est: quinimò mulcta ibi dicitur, ubi specialiter pœna non est imposita. Item mulctam is dicere potest, cui adiudicatio data est: magistratus solos & præsides prouinciarū posse mulctam dicere, mandatis permissum est: pœnam autē unusquisq; irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit. *Hisce uerbis triplex inter pœnā & mulctam differentia proponitur. Prima differentia est: quòd pœna sit generale uocabulū, mulcta speciale. nam mulcta dicitur pœna tantùm pecuniaria. Secunda differentia est: quòd mulcta sit in arbitrio iudicantis, pœna autem non sit in eius arbitrio, sed in authoritate legis. Cui differentiæ concordat l.244.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis*: Ex hoc quoq; earum rerum dissimilitudo apparere poterit: quia pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt, mulctæ contrà: quia eius iudicis potestas est quātam dicat, nisi cùm lege est constitutum quantam dicat. *Concordat etiam huic differētiæ l.1.§.calumniatorib. ibi, nam siquidem. ff.ad S.C.Turpill.his uerbis*: Quamuis nihil de pœna subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur. nā ut Papinianus respondit: Facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ uerò persecutio non eius uoluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. *Tertia inter pœnam & mulctā differenda est. quòd mulctam magistratus & præsides prouinciarum dicere possunt, cæteri iudices non possunt mulctam dicere, sed pœnam. quæ differentia patet ex uerbis supradictis hisce*: Item mulctam is dicere potest, cui adiudicatio data est: magistratus solos, &c. *De hac re plura uide J. cap.12.quæst.1.exception.1.de iure mulctæ dicendæ. Quarta differentia est: quòd à mulcta prouocatio est. à pœna non est prouocatio. quæ differētia proponitur l.244. ff.de uerb.signif. his uerbis*: Si qua pœna est, mulcta est: si qua mulcta est, pœna est. Paulus: Vtrunq; eorum falsum est. nanq; harum rerum dissimilitudo ex hoc quoq; apparet, quòd de pœna prouocatio non est: simulatq; enim uictus quis est, eius maleficij cuius pœna est statuta, statim ea debetur. At mulctæ prouocatio est, nec antè debetur, quàm aut nō est prouocatū, aut prouocator uictus est: nec aliter quàm si is dixit, cui licet dicere. *De hac re uide plura J.cap. 12. quæst. 1. except.2.*

III. *Diuisio pœnæ. Diuiditur pœna in capitalē, & non capitalem: de qua re uide s̄ cap.1. in prin. Declaratur etiā hæc diuisio l.28.in prin.ff.de pœnis, his uerbis*: Capitaliū pœnarū ferè isti gradus sunt. Summū suppliciū esse uidetur ad furcā damnatio, item uiui crematio: quod quanquā summi supplicij appellatiōe meritò cōtinetur, tamē eo quòd postea id genus pœnæ adinuentū est, posterius primo uisum est: itē capitis amputatio. Deinde ꝓxima morti pœna metalli coercitio, deinde in insulam deportatio. Cæteræ pœnę ad existimationē, non ad capitis periculum, pertinent: ueluti relegatio ad tempus, uel in perpetuum, uel in insulā, uel cū in opus publicū quis datur ad tempus, uel cum fustiū ictui subijcitur.

Alia pœnæ diuisio habetur l.6. §.fin. cū sequentib. ff. eod.tt.his uerbis: Nūc genera pœnarū nobis enumerāda sunt, quib. Pręsides adficere quēquā possint. Et sunt pœnæ, quæ aut uitā adimāt, aut seruitutē adiūgāt, aut ciuitatē auferāt, aut exiliū, aut coercitionē corporis cōtineāt: ueluti fustium admonitio, flagellorū castigatio, uinculorū uerberatio: aut dam-

num

num cum infamia, aut dignitatis alicuius depositionem, aut alicuius actus prohibitionem.

IIII. *Species pœnarum quæ sint, & quæ cuiuslibet speciei natura sit atq; proprietas.*

De pœna capitali. Definitio pœnæ capitalis, proponitur l. 2. in prin. ff. de pœnis, hisce uerbis: Rei capitalis damnatum sic accipere debemus, ex qua causa damnato uel mors, uel etiã ciuitatis amissio, uel seruitus contingit. *Concordant ea quæ habentur* ĩ. *cap. 1. in prin. Species autem pœnæ capitalis etiam proponuntur l. 28. in princ. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius quæst. 3. Sed & species eius proponitur l. 11. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Capitis pœna est bestijs obijci, uel alias similes pœnas pati.

De ultimo supplicio, seu pœna qua uita adimitur. Definitur ultimum supplicium l. 21. ff. de pœnis, hisce uerbis: Vltimum supplicium esse mortem solam interpretamur. *Huius species proponuntur l. 28. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ĩ. *quæst. 3. in prin. Item species huius proponuntur & modi l. 8. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Vita adimitur, utputa si damnatur aliquis, ut gladio in eũ animaduertatur: sed animaduerti gladio oportet, non securi, uel telo, uel fusti, uel laqueo, uel quo alio modo. Proinde nec liberam mortis facultatem concedendi ius Præsides habent: multò minus uel ueneno necandi. Diui tamen fratres rescripserunt, permittẽtes liberam mortis facultatem. Hostes autem, item transfugæ, ea pœna adficiuntur, ut uiui exurantur. Nec ea quidem pœna dãnari quem oportet, ut uerberibus necetur, uel uirgis interimatur: nec tormentis quãuis plerique dum torquentur, deficere solent. *Porrò effectus propositæ pœnæ, proponuntur l. 29. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Qui ultimo supplicio damnãtur, statim & ciuitatẽ & libertatem perdunt. Itaque præoccupat hic casus mortem, & nonnunquam longum tempus occupat: quod accidit in personis eorum qui ad bestias damnãtur. Sæpè etiam ideo seruari solent post damnationem, ut ex his in alios quæstio habeatur.

De pœna qua libertas adimitur, proponitur l. 17. in prin. ff. de pœnis. cuius uerba uide paulo inferius in pœna metalli. Huc pertinet l. 12. ff. eod. tt.

De pœna qua ciuitas amittitur. Eius effectus proponuntur l. 3. ff. de interd. & releg. his uerbis: Eum qui ciuitatẽ amitteret, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quòd ab ipso peruẽturũ esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur: hoc est, hæreditatẽ eius & libertos, & si quid aliud in hoc genere reperiri potest. Quæ uerò nõ à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerũ natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Itaq; & fratres fratrib. fore legitimos hæredes, & adgnatorũ tutelas, & hæreditates habituros. nõ enim hoc fratrẽ, sed maiores eius eis dedisse. *Videtur lex iam proposita, quoad amißionẽ bonorũ attinet, sublata esse per ea quæ dicẽtur* J. *de publ. bonorũ. Porrò propositæ pœnæ species est: si quis hostib. dedatur. cuius exceptio hæc est: Nisi hostes eũ nõ recipiant. quæ exceptio approbatur l. ult. ff. de legationib. Quæ sunt iuris ciuilis, is qui ciuitatem amisit, nõ habet, quæ iuris gẽtium sunt: habet. quæ regula approbatur l. 17. in fin. ff. de pœnis.*

De pœna quæ corporis coercitionem continet. Eius species proponuntur l. 6. §. fin. cum lege sequente. ff. de pœnis. cuius uerba uide ĩ. *quæst. 3. De pœna metalli et operis metalli, proponitur l. 8. §. est pœna. ff. de pœnis, his uerbis:* Est pœna quæ adimat libertatẽ, huiusmodi: utputa si quis in metallum uel in opus metalli damnetur. Metalla autẽ multa numero sunt, & quædam quidẽ prouinciæ habent, quædam non habent. Sed quæ non habent, in eas prouincias mittũt, quæ metalla habent. *Concordat l. 17. in princ. ff. eod. tt. his uerbis:* Quidam sunt serui pœnæ, ut sunt in metallũ dati, & in opus metalli. Et si quid eis testamẽto datũ fuerit, pro non scripto est, quasi nõ Cæsaris seruo datũ, sed pœnæ. *Item concordat l. 36. ff. eod. tt. his uerbis:* In metallum & in ministerium metallorum damnati, serui efficiuntur, scilicet pœnæ. *Sed & de eadem pœna proponitur d. l. 8. §. inter eos, his uerbis:* Inter eos qui in metallum, & eos qui in opus metalli damnantur, differentia in uinculis tantùm est: quòd qui in metallum dãtur, grauioribus uinculis premuntur: qui in opus metalli, leuioribus: quodq; refugæ ex opere metalli in metallum damnantur, ex metallo grauius coercentur. *Item de eadem pœna proponitur d. l. 8. §. ser. his uerbis:* Seruos in metallum, uel in opus metalli, item in ludũ uenatorium dari solere, nulla dubitatio est: etsi dati fuerint, serui pœnæ efficiuntur, nec ad eum pertinebunt, cuius fuerunt antequam damnarentur. *Ad speciem quoq; propositam pertinet l. 28. §. diuus Hadrianus. ff. de pœnis. cuius hæc sunt uerba:* Diuus Hadrianus in hæc uerba rescripsit: In opus metalli ad tempus nemo damnari debet, sed qui ad tẽpus dãnatus est, etiamsi faciat metallicum opus, non in metallum damnatus esse intelligi debet. huius enim libertas manet, quẽadmodũ etiã his, qui nõ in perpetuũ opus dãnãtur. Proinde & mulieres hoc modo damnatæ liberos pariũt. *Postremò inter pœnã metalli, & operis metalli quid intersit, definitur l. 4. §. fin. ff. de extraord. cognit. cuius uerba uide* J. *Lib. 5. cap. 1. quæst. 5. Cetera ad pœnã propositã pertinentia, suis locis sunt subiecta.*

De pœna calcariæ, uel sulfurariæ, proponitur d. l. 8. §. in calcariam, his uerbis: In calcariam quoque uel sulfurariam damnari solent: sed hæ pœnæ metalli magis sunt.

De pœna ludi uenatorij tractatur l. 8. §. quicunq; ff. de pœnis, hisce uerbis: Quicunq; in ludum uenatorium damnati sunt, uidendum est an serui pœnæ efficiantur. Solent enim iuniores hac pœna affici. Vtrum ergo serui pœnæ efficiantur isti, an permaneant in libertate, uidendum est. Et magis est, ut hi quoq; serui efficiantur. Hoc enim distant à cæteris, quòd instituũtur uenatores, aut pyrrhicarij, aut in aliam quam uoluptatem gesticulandi, uel aliter se mouendi gratia. *Concordat d. l. 8. §. seruos. cuius uerba uide paulo superius in pœna metalli.*

De pœna operis publici, proponitur l. 3. C. de pœnis, hisce uerbis: Etiam in opus perpetuum damnati non dissimilis conditionis sunt ab ijs, qui deportantur in insulam. *Ad propositam speciem pertinet l. 14. in prin. ff. eod. tt. cuius hæc sunt uerba*: Seruus in opus publicum perpetuò, ac multo magis temporarium non datur. Cum igitur per errorem in opus temporarium fuisset datus, expleto tempore, domino seruum esse reddendum, Papinianus respondit. *Huc etiam pertinet l. 8. §. quisquis. ff. eod. tt. de quo infrà dicetur.*

De pœna qua quis curiæ aut alij corpori addicitur. Reprobatur hæc pœnæ species l. 19. C. de pœnis, hisce uerbis: Ne quis pro coercitione delicti uel pistoribus, uel cuicunque alteri corpori (cum alterius sit corporis) addicatur: sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum congruæ seueritatis excipiat. *Concordat l. 38. C. de decurionibus & filijs eorum, his uerbis*: Ne quis officialium pœnæ specie atq; æstimatione curiæ dedatur, nisi si quis fortè curiam defugiens, ob hoc cœperit militare, ne ingenitis fungatur officijs. Omnes itaq; omnino iudices tuæ censuræ subditos admonebis, ne quis eorum existimet, curiæ, loco supplicij, quenquam deputandum: cum utique unumquenq; crimino sum non dignitas debeat, sed pœna comitari. *Planè ut quis negocietur, interdum pœna iniungi potest. quæ exceptio approbatur l. 9. §. sed & damnari. ff. de pœnis, hisce uerbis*: Sed & damnari quis ut negocietur an possit, uideamus. Et sunt quidem hæ pœnæ, si quis generaliter tractare uelit, inciuiles, inuitum hominem iubere facere, quod facere non potest. Sed si quis specialiter tractauerit, potest esse iusta causa compellendi cuius ad negociationem: quòd si fuerit, sequenda erit sententia.

De pœna, ut de saxo præcipitetur. Reprobatur hæc pœna l. 25. §. fin. ff. de pœnis, hisce uerbis: Non potest quis sic damnari, ut de saxo præcipitetur.

De pœna membri alicuius amputandi. Hæc pœna reprobatur Nouell. const. 134. §. quia uerò. cum sequentibus, his uerbis: Quia uerò humani nos generis imbecillitatem oportet protegere, ut corporales pro parte pœnas minuamus: interdicimus, ne utraq; manus slicui, aut etiã uterq; pes amputetur, aut huiusmodi supplicia inferantur, per quæ resoluantur artus: quandoquidem artuum resolutio grauior est, quàm utriusq; manus amputatio. Quapropter iubemus, ut si quid huiusmodi delicti admittatur, propter quod leges delinquentibus mortem inferunt, pro teno re legum is ipse pœnas sustineat. Si uerò eiusmodi delictũ fuerit, quod morte dignũ non sit, alia ratione castigetur, aut mittatur in exilium. Si delicti qualitas amputationẽ membri exigat, una duntaxat manus amputetur. Pro furto autem prorsus nolumus ut ullum membrum amputetur, aut mors irrogetur, &c.

De pœna faciei deformandæ. Reprobatur hæc species pœnæ l. 17. C. de pœnis, hisce uerbis: Si quis in metallum fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minimè in eius facie scribatur: cum & in manibus, & in suris possit pœna damnationis una subscriptione comprehendi, quò facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minimè maculetur.

De pœna quæstionis habendæ. Et hæc pœna reprobatur l. penult. ff. de quæstionibus, his uerbis: Quæstionis habendæ causa neminem esse damnandum, diuus Hadrianus rescripsit.

De pœna carceris. Hæc pœna reprobatur l. 8. §. solent præsides. ff. de pœnis, hisce uerbis: Solent Præsides in carcerem continendos damnare, ut in uinculis contineantur: sed id eos facere non oportet. nam huiusmodi pœnæ interdictæ sunt. Carcer enim ad cõtinendos homines, non ad puniendos haberi debet.

De perpetuis uinculis. Hæc pœna prohibetur l. 35. ff. de pœnis, hisce uerbis: Mãdatis principalibus, quæ præsidib. dantur, cauetur, ne quis perpetuis uinculis damnetur: idque & diuus Hadrianus rescripsit. *Concordat l. 6. C. eod. tt. his uerbis*: Incredibile est quod allegas, liberũ hominem ut uinculis perpetuis contineretur, esse damnatum. hoc enim uix in sola seruili conditione procedere potest. *Per hæc uerba posteriora exceptio propositæ regulæ approbatur, hæc scilicet*: *Nisi seruus reus sit. hic enim in perpetua uincula damnari potest. Cui concordat l. 10. C. eod. tt. de quo* J.

DE EXILIO ET RElegatione.

1. *Quibus relegandi ius competat, dicetur* J. *cap. 12. quæstione 1. exceptione 1. Item qui relegandi, uide* J. *cap. prox.*

2. *Officium relegantis, proponitur l. 7. §. his qui relegantur. ff. de interdictis & relegatis, hisce uerbis*: His qui

qui relegantur, dies excedendi à Præſidibus dari & poteſt & ſolet. Etenim moris eſt ita pronunciari: Illum prouincia illa inſuliſque eius relego, excedereque debebit intra illum diem. Relegatum plane libellum dare poſſe principi, etiam diui fratres reſcripſerunt.

3. *Euentus relegationis. Relegatus omnia ſua iura retinet. quæ regula approbatur l. 4. ff. de interdictis & relegatis, his uerbis*: Relegati in inſulam in poteſtate ſua liberos retinent: quia & alia omnia ſua iura retinent: tantùm enim inſula eis egredi non licet, & bona quoq; ſua omnia retinent, præter ea ſi qua eis adempta ſunt. Nam eorum qui in perpetuum exilium dati ſunt, uel relegati, poteſt quis ſententia partem bonorum adimere. *Concordat l. 7. §. ad tempus. ff. eod. tt. his uerbis*: Ad tempus relegatis neq; tota bona, neq; partem adimi debere, reſcriptis quibuſdam manifeſtatur, reprehenſæq; ſunt ſententiæ eorum, qui ad tempus relegatis ademerunt partem bonorum uel bona: ſic tamen: ut, non infirmarentur ſententiæ, quę ita ſunt prolatę. *Concordat item l. 1. ff. eod. tt. de qua J. plura. Relegatus ciuitatem Romanam retinet, & ius teſtamenti faciendi. quæ regula approbatur l. 7. §. ſiue ad tempus. ff de interd. & releg. his uerbis*: Siue ad tempus, ſiue in perpetuum quis fuerit relegatus, & ciuitatem Romanam retinet, & teſtamenti factionē non amittit. *Si relegatus exilio non obtemperauerit, quomodo puniatur, definitur l. 4. ff. de pœnis, hiſce uerbis*: Relegati, ſiue in inſulam deportati, debent locis interdictis abſtinere: & hoc iure utimur, ut relegatus interdictis locis nō excedat: alioquin in tempus quidem relegato in perpetuum relegationis, in inſulā relegato deportationis, in inſulam deportato pœna capitis irrogatur. Et hæc ita, ſiue quis non exceſſerit in exilium intra tēpus, intra quod debuit: ſiue etiā aliàs exilio nō obtemperauerit: nam contumacia eius cumulat pœnam, & nemo poteſt commeatū, remeatūue dare exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa. *Concordat l. 28. §. in exulibus. ff. eod. tt. hu uerbis*. In exulib. gradus pœnarū cōſtituit edictū diui Traiani: ut qui ad tempus relegatus ſit, ſi redeat, in inſulā relegetur: qui relegatus in inſulam exceſſerit, in inſulam deportetur: qui deportatus euaſerit, capite puniatur. Ita & in cuſtodijs gradū ſeruandū eſſe, idem princeps reſcripſit: id eſt, ut qui in tempus damnati erant, in perpetuū damnarentur: qui in perpetuum damnati erāt, in metallum damnarentur: qui in metallū damnati: id admiſerant, ſummo ſupplicio adficerentur. *Plura de hac re uide J. cap. 12. quæſt. 6. reg. 2.*

4. *Diuiſio relegationis proponitur l. 5. ff. de interdictis & relegatis, hiſce uerbis*: Exilium triplex eſt: aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum præter certū locū, aut inſulæ uinculum, id eſt relegatio in Inſulam. *Concordat l. 7. in prin. ff. eod tt. his uerbis*: Relegatorum duo ſunt genera: ſunt quidam qui in inſulam relegantur, & ſunt qui ſimpliciter, ut prouincijs eis interdicatur, non etiam inſula adſignetur. *De hiſce duabus ſpeciebus nunc ordine tractandum ſpecialiter, & primùm de interdictione alicuius loci, uel prouinciæ non adſignata inſula.*

De interdictione alicuius loci, uel prouinciæ, non adſignata inſula. Huius ſpeciei ſeu regulæ exceptio hæc eſt: Niſi quis alia prouincia reo interdixerit, quàm cui præeſt. quæ exceptio approbatur l. 7. §. interdicere. ff. de interdictis & relegatis, hiſce uerbis: Interdīcere autem quis ea prouincia poteſt, quam regit, alia non poteſt, & ita diui fratres reſcripſerūt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi alia prouincia quam non regit, ſit uel patria ipſius damnati, uel in ea domicilium habeat. Hæc replicatio approbatur d. §. interdicere, his uerbis*: Vnde eueniebat, ut qui relegatus eſſet ab ea prouincia in qua domicilium habuit, morari apud originem ſuam poſſet. Sed Imp. noſter cū diuo patre ſuo huic rei prouiderūt: Mætio enim Probo, prçſidi prouinciæ Hiſpaniæ reſcripſerunt, etiam ea prouincia interdici, unde quis oriundus ſit, ab eo, qui regit eam prouinciam ubi quis domicilium habeat. Sed & eos, qui cum incolæ eſſent, in ea prouincia quid admiſerint, æquū eſt ad reſcripti authoritatem pertinere. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi non ea prouincia cui præeſt, interdixerit, alia interdixerit: hoc enim caſu uidetur interdictio nullius eſſe momēti, quāuis prouincia qua interdictū eſt, uel patria ſit damnati, uel domiciliū in ea habeat. Hæc duplicatio reprobatur d. l. 7. §. dubitatū, his uerbis*: Dubitatū eſt, an interdicere quis alicui poſsit prouincia, in qua oriūdus eſt, cum ipſe eidem prouincię præſit, quam incolit, dum ſua non interdicit (ut ſolent Italia interdicere qui patria non interdicunt) uel per conſequentias uideatur etiam ea prouincia interdixiſſe, cui præeſt? quod magis erit probandum. *Secunda propoſitæ replicationis duplicatio eſt: Niſi is, qui origini præeſt, interdicat prouincia in qua domicilium reus habet. Hæc duplicatio approbatur d. §. dubitatū. in fine, his uerbis*: Per contrarium autem is, qui originis prouinciæ præeſt, non eſt nactus ius interdicēdi ea prouincia, quam incolit is qui relegatur. *Hæc de prima propoſitæ exceptionis replicatione ſunt dicta. Secunda eius exceptionis replicatio eſt: Niſi præſes Syriæ aut Daciæ, alia etiā, quam ea cui præeſt, prouincia interdicat. hoc enim ei eſt permiſſum. quæ exceptio approbatur d. l. 7. §. quibuſdam, his uerbis*: Quibuſdam tamen prę-

sidibus, ut multis prouincijs interdicere posint, indultum est, ut præsidibus Syriarum & Daciarum.

2. *Quibus locis sit interdictum, seu abstinere se debeat, is cui prouincia est interdictum? Qui alicui interdixit alia prouincia, quàm ea cui præest, etiam ea cui præest, interdixisse uidetur. Quæ regula approbatur l.7.§.dubitatum.ff.de interd. & relegatis.cuius uerba uide paulo superius repl. 1. dupl.1.*

Item cui interdictum est ea prouincia, in qua crimen commisit, etiam ea quam incolit, & ex qua originem ducit, se debet abstinere. quæ regula approbatur d.l.7.§.si quis eam, bis uerbis: Si quis eam sententiã admiserit, ut is qui in alia ꝓuincia cõmisit, posit relegari ab eo qui ei ꝓuinciç prçest, eueniat ut relegatus iste trib. prouincijs præter Italiã debeat abstinere: & in qua deliquit, & in qua incolit, & originis: & si ex diuersis prouincijs oriri uideatur, propter cõditionem uel suã, uel parẽtis, patronorũue: uel pluribus prouincijs consequenter interdictum ei dicemus. *Concordat l.1.§.penult.ff.de officio præfecti urbi. cuius uerba uide 3.Lib.prox.cap. 11.quæst.4.reg.1. Alia huius loci regula proponitur d.l.7.§. constitutum, bis uerbis:* Constitutum est, eum cui patria interdictum est, etiam urbe abstinere debere. Contrà autem si cui urbe fuerit interdictum, Patria sua interdictũ non uidetur: & ita multis constitutionibus cauetur. Si cui planè non patria sua, sed aliqua ciuitate interdictũ sit, uidẽdum est an etiam patria sua, itemq; urbe interdictum dicamus, quod magis est.

3. *Species propositæ pœnæ proponitur d.l.7.§.solet, bis uerbis:* Solet præterea interdici quibusdam, ne intra patriæ territorium, uel muros morẽtur: ne excedant patriam, uel in uicis quibusdam morentur.

De in insulã relegatione, altera scilicet specie exilij.

1. *Species huius pœnæ proponitur l.7.§.est quoddam. ff. de interdictis & relegatis, bisce uerbis:* Est quoddam genus quasi in insulam relegationis in prouincia Ægypto, in nouas relegare.

Est insuper propositæ pœnæ species deportatio in insulam. Hæc species approbatur l 7.§.hæc est diff.ff. de interdictis & releg. bis uerbis: Hæc est differentia inter deportatos & relegatos, quòd in insulam relegari & ad tempus, & in perpetuum quis potest. *Quasi dicat iurisconsultus: Si in perpetuum quis in insulam relegatus est, deportatio dicitur, si ad tempus sit relegatus, generali nomine appellatur relegatio. Est igitur duplex relegatio: Deportatio scilicet, & relegatio specialis. Deportatio est relegatio in insulam in perpetuum facta: relegatio specialis est, quando scilicet quis uel ad tempus, uel in perpetuum ab aliquo loco relegatur, non tamen in certam insulam: aut relegatur quidam in certam insulam, sed ad tempus, non in perpetuum. Quando ergo differentia in iure proponitur inter deportatos & relegatos, de hac speciali relegatione est intelligenda. De deportatione autem paulo inferius dicetur: nunc ea quæ uel ad generalem, uel ad specialem relegationem in insulam factam pertinent, persequenda.*

2. *In quem locum relegatio facienda, definitur l.7. §.1. ibi, Cæterùm.ff. de interd. & relegatis, bisce uerbis:* Cæterùm non possunt damnare in eam insulam, quam in ea prouincia, cui prçsunt, non habent. *Concordat.l.7.§.sicut, bis uerbis:* Sicut autem relegare in insulam quisquam, quæ non est sub se, non potest: ita neque in prouinciam quidẽ relegandi habet ius, quæ non est sub se: fortè Præses Syriæ in Macedoniam non relegabit, sed intra prouinciam suam potest relegare.

Alia huius loci regula proponitur d.§.sicut, in fine, bis uerbis: Item in parte certa prouinciæ moraturum relegare potest, ut fortè non excedat ciuitatem aliquam, uel regionem aliquam non egrediatur: sed & in eas partes prouinciæ, quæ sunt desertiores, scio præsides solitos relegare.

De deportatione in Insulam.

1. *Quid sit deportatio, & in quo differat à relegatione, dictum est paulo inferius.*

2. *Qui autem deportandi ius habeant. 3. Item qui deportari posint, uel non, infrà suis locis dicetur.*

4. *Hic effectus deportationis sunt proponendi. Horum primus est, quòd si deportatus legi deportationis non obtemperet, puniatur capite. de quo uide 3. de exilio 3.*

Deportatus ciuitatem amittit. quæ regula approbatur l. 6. in prin ff. de interdictis & relegatis, bisce uerbis: Inter pœnas est etiam insulæ deportatio, quç pœna adimit ciuitatem Romanam. *Concordat. l. 17. in fine. ff. de pœnis. l. 2. §. constat. ff. eod. tt. ubi etiam exceptio propositæ regulæ proponitur, talis scilicet:* Nisi is deportauerit, cui deportãdi ius nõ est. *de qua re infrà dicetur cap. 12. quæst. 1. except. 1.*

Matrimonium deportatione non soluitur quæ regula approbatur l. 5. §. quod si. ff. de bonis damnatorum. de qua re in Commet. de Nuptijs.

Status deportati detrahenda. quæ regula approbatur l. 24. ff. de pœnis. bisce uerbis: Eorum qui relegati uel deportati sunt ex causa maiestatis, statuas detrahendas scire debemus.

Deportatus manu mittere non potest. quæ regula approbatur l. 2 ff. de interd. & relegatis. de quo in Cõment. Manumissionis. Hactenus de deportatione. Sequuntur nunc aliæ pœnæ species

De pœnis quibus alicui aliquo actu interdicitur, tractatur l. 9. in prin. usq; ad. § sed & damnare. ff. de pœnis, bisce uerbis: Moris est, aduocationibus quoque Præsides interdicere, & nonnunquam in perpetuum interdicunt, nonnunquam ad tempus uel annum metiũtur, uel etiam tempore quo prouinciam regunt: nec non ita

ita quoque interdici poteſt alicui, ne certis perſonis adſit: poteſt & ita interdici cui, ne apud tribunal Præſidis poſtulet, & tamen apud legatum, uel procuratorem, non prohibeatur agere, ſi tamen apud legatum prohibitus fuerit poſtulare, credo per conſequentias, nec quidem apud Præſidem reliƈtam illi poſtulandi facultatē. Nonnunquã nō aduocationibus cui interdicitur, ſed foro: plus eſt autē foro, quàm aduocationib. interdicere: ſiquidem huic omnino forenſibus negocijs accōmodare ſe non permittitur. Solet autem ita uel iuris ſtudioſis interdici, uel aduocatis, uel tabellionibus ſiue pragmaticis. Solet & ita interdici, ne inſtrumenta omnino forment, neue libellos concipiant, uel teſtationes conſignent. Solet & ſic, ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archiuo fortè, uel grammatophylacio. Solet & ſic, ut teſtamēta ne ordinēt, uel ſcribant, uel ſignent. Erit & illa pœna, ne quis negocijs publicis interueniat: hic enim priuatis quidem intereſſe poterit, publicis prohibetur, ut ſolent quibus ſententia præcipitur. Sunt autem & aliȩ pœnæ, puta ſi negociatione quis abſtinere iubeatur, uel ad conductionem eorum quæ publicè locantur accedere, ut ad uectigalia publica. Interdici autem negociatione plerunq;, uel negociationibus ſolet. *Propoſitæ ſpeciei ſeu regulæ exceptio hæc eſt: Niſi tempus adminiſtrationis eius pœnam indixit, finitum ſit: tunc enim pœna quoq; finitur. quæ exceptio approbatur l. ult. in prin. ff. de pœnis, hiſce uerbis:* Imperator Antoninus Aurelio Atiliano reſcripſit: Præſes ultra adminiſtrationis ſuæ tēpus interdicere alicui arte ſua uti non poteſt. *Contradicit l. 1 C. de poſtulando, his uerbis:* Cū à præfecto Ægypti perpetuò cauſas agere prohibitus non appellaueris, placitis obtempera.

De pœna, ne patriam excedat, uel ne de domo ſua procedat. de illa proponitur l. 7. §. ſolet præterea. ff. de interdictis & relegatis. cuius uerba uide paulo ſuperius de interdictione 1. De ha proponitur l. 9. ff eod. tt. his uerbis: Poteſt Prȩſes quendam damnare, ne de domo ſua procedat.

De honorum & munerū interdictione, proponitur l. 7. §. ſolet decurionib. uſq; ad finem legis, cum lege ſequente. ff. de interdictis & relegatis, hiſce uerbis: Solet decurionibus ordine interdici, uel ad tēpus, uel in perpetuū. Item poteſt alicui pœna iniungi, ne honores adipiſcatur: nec ea res facit, ut decurio eſſe deſinat, cū fieri poſſit, ut quis decurio quidem ſit, ad honores autē non admittatur. nã & ſenator quis eſſe poteſt, & tamē honores non petere. Poteſt alicui & uno honore interdici, ſic tamen, ut ſi cui honore uno interdictum ſit, non tantùm eū honorem petere non poſſit, uerum nec eos quoq; qui eo honore maiores ſunt: eſt enim porquàm ridiculum, eū qui minoribus pœnæ cauſa prohibitus ſit, ad maiores adſpirare. Maiores tamen prohibitus, minores petere non prohibetur. Sed minoribus ſi quis pœnæ cauſa fuerit prohibitus, nihil ualebit ſententia: neq; enim immunitatem pœna tribuere debet. Ergo etſi honoribus quis in pœnam fuerit prohibitus, poterit dici (ſi honores iſti habuerint miſtam muneris grauem impenſam) eam infamiam illi ad hoc non profuturam Sed honore quidem illum arceri puto, cæterùm impendia debere præſtare. *Hactenus pœnæ ſpecies ſunt propoſitæ & deſcriptæ. Sequitur quintus & ultimus pœnæ locus. Quæ ſcilicet pœna cuique ſit irroganda.*

QVAE POENA CVIQVE ſit irroganda? Cap. IIII.

Pœna pro uarietate circūſtantiarū criminis uel delicti eſt iniungenda. quæ regula approbatur l. 9. §. iſta ferè. ff. de pœnis, hiſce uerbis: Iſtæ ferè ſunt pœnæ quæ iniungi ſolent: ſed enim ſciendum eſt, diſcrimina eſſe pœnarum: neq; omnes eadem pœna adfici poſſe. *Concordat l. 11. in prin. ff. eod. tt. hiſce uerbis:* Reſpiciēdum eſt iudicanti, ne quid durius aut remiſsius cōſtituatur, quàm cauſa depoſcit: nec enim aut ſeueritatis, aut clementiȩ gratia adfectanda eſt: ſed perpenſo iudicio, prout quæque res poſtulat, ſtatuendum eſt. *Concordat item l. 16. §. 1 ff. eod. tt. ubi cum enumerata eſſent quatuor genera criminum, quæ puniuntur, ſubijcit Iuriſconſultus hæc uerba:* Sed hȩc quatuor genera conſideranda ſunt ſeptem modis: cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. *Concordat deniq; l. 4. §. penult. ff. de incendio, ruina, his uerbis:* Et omnino ut in cæteris, ita in huiuſmodi cauſis, ex perſonarum conditione, & rerum qualitate, diligenter pœnȩ ſunt æſtimandæ: ne quid aut durius aut remiſsius conſtituatur, quàm cauſa poſtulabit.

DE PERSONA DELINQVENTIS, Regulȩ.

De decurionibus puniendis, regula prima proponitur l. 9. §. Iſtæ ferè. ff. de pœnis, hiſce uerbis: Nam in primis decuriones in metallum damnari nō poſſunt, nec in opus metalli, nec furcæ ſubijci, uel uiui exuri: & ſi fortè huiuſmodi ſententia fuerint adfecti, liberandi erunt. Sed hoc non poteſt efficere, qui ſententiã dixit: uerùm referre ad principem debet, ut ex authoritate eius pœna aut permutetur, aut liberetur.

Secūda. De decurionibus regula proponitur l. 15. ff. eod. tt. his uerbis: Diuus Hadrianus eos, qui in numero decurionum eſſent, capite puniri

prohibuit, niſi quis parentem occidiſſet. Verùm pœna legis Corneliæ puniendos mandatis pleniſsime cautum eſt.

Tertia regula proponitur l. 6. §. fin. ff. de interdictis & relegatis, hiſce uerbis: Decuriones ciuitatũ, propter capitalia crimina deportandos, uel relegandos, diui fratres reſcripſerunt. Deniq; Priſcum in homicidio & incendio nominatum ante quæſtionem confeſſum, in inſulam deportari iuſſerunt.

Quarta regula proponitur l. 3. C. de pœnis, hiſce uerbis: Decurionem in opus publicum dari non oportere, manifeſtum eſt.

Quinta regula proponitur l. 16. C. de quæſtionib. his uerbis: Decuriones ſiue ob alienum, ſiue ob ſuum debitum exortes omnino earum uolumus eſſe pœnarũ, quas fidiculæ & tormenta conſtituunt. Quod quidem capitalis iudicij erit, ſi in cõtumeliam ordinis exitiumq; tentetur. Maieſtatis tantummodo reos, & (quæ nefanda dictu ſunt) conſcios aut molientes ex ordine municipali maneat tam cruenta conditio.

Sexta regula proponitur l. 5. C. ex quib. infamia irrog. his uerbis: Decuriones quidem, item filios decurionum fuſtibus caſtigari prohibitũ eſt. Verùm ſi iniuriam te feciſſe proconſul uir clariſsimus pronũciauit, ignominia notatus es.

De parentibus decurionum regula proponitur l. 9. §. parentes. ff. de pœnis. cuius uerba uide J. reg. prox.

De liberis decurionum regula prima proponitur d. §. parentes, his uerbis: Parentes quoque & liberi decurionũ in eadem cauſa ſunt. id eſt, eodẽ priuilegio circa pœnas utuntur, quo ipſi decuriones. *Concordat l. 9. C. de pœnis, hiſce uerbis*: Si matrem tuam decurionis filiam fuiſſe probatum fuerit, apparebit eam non oportuiſſe in miniſterium metallicorum, nec in opus metalli dari. *Concordat item l. 5. C. ex quib. infamia irrogat. cuius uerba uide paulo ſuperius reg. 6. Propoſitæ regulæ exceptio prima uidetur eſſe talis: Niſi non filius, ſed nepos ſit decurionis, uel pronepos. Reprobatur hæc exceptio d. §. parentes, his uerbis*: Libros non tantùm filios accipere debemus, uerùm omnes liberos. *Concordat l. 11. C. de quæſtionib.*

Secunda exceptio eſt: Niſi liberi ante decurionatum fuerint ſuſcepti. Hæc exceptio reprobatur ibidẽ, his uerbis: Sed utrum hi, qui poſt decurionatum ſuſcepti ſunt, his pœnis non adficiantur, an uerò omnes omnino liberi, etiam in plebeia familia ſuſcepti, uidendum eſt? & magis puto, omnibus prodeſſe debere. *concordat l. 2. §. in filijs. ff. de decurionib. his uerbis*: In filijs decurionum quæſtio eſt, Vtrum is ſolus decurionis filius eſſe uideatur, qui conceceptus & natus eſt ex decurione: an uero & is, qui antea natus eſt quàm pater decurio fieret? Et quidem quantum pertinet, ne fuſtib. caſtigetur, & ne in metallũ detur, non nocet plebeio patre eſſe natum, ſi poſtea honor decurionis patri eorum acceſſerit.

Tertia exceptio eſt: Niſi liberi poſt decurionatum amiſſum fuerint ſuſcepti. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis: Planè ſi parens decurio eſſe deſierit, ſiquidem iam ex decurione fuerit editus, proderit ei ne adficiatur: enimuerò ſi poſteaquam plebeius factus eſt, tunc ſuſcipiat filium, quaſi plebeius editus, ita erit plectendus.

Quarta exceptio eſt: Niſi parens decurio eſſe deſierit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis.

Quinta exceptio eſt: Niſi filius ob delictũ aliquod honorem filij decurionis amiſerit. Hæc exceptio approbatur l. ult. §. fin. ff. de pœnis, hiſce uerbis: Imp. Antoninus reſcripſit, eum qui ſuo admiſſo decurionis filij honorem amiſit, non poſſe in pœnis euitandis decurionis filij honorem uindicare.

Sexta exceptio eſt: Niſi populus exclamauerit, filium decurionis pœna capitali eſſe puniendum. Hæc exceptio reprobatur l. 12. C. de pœnis, hiſce uerbis: Imp. Dioclet. & Maximinianus in conſiſtorio dixerunt: Decurionum filij non debent beſtijs ſubijci. Cumque à populo exclamatũ eſſet, iterum dixerunt, Vanæ uoces populi non ſunt audiendæ: nec enim uocibus eorum credi oportet, quando aut obnoxium crimine abſolui, aut innocentem condemnari deſiderant. *Plures propoſitæ regulæ exceptiones uide J. Lib. 12. cap. 2. quæſt. 2. reg. 22.*

De militibus & paganis prima regula proponitur l. 14. ff. de pœnis, his uerbis: Quædam delicta pagano aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant: militi uerò grauiorem, ita tamen, ut ſi miles artem ludicram fecerit, uel in ſeruitutem ſe uenire paſſus ſit, capite puniendum Menander ſcribat.

Secunda de militibus regula proponitur l. 3. §. pœnæ. ff. de re militari, his uerbis: Pœnæ militum huiuſmodi ſunt: Caſtigatio, pecuniaria mulcta, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominioſa miſsio. nam & in metallum, aut in opus metalli non dabuntur, nec torquentur.

Tertia regula. Miles non torquebitur, neque ad beſtias uel in furcã damnabitur, niſi ad hoſtes transfugerit. Hæc regula approbatur d. l. 3. §. is qui ad hoſtem. cuius uerba uide J. Lib. 11. cap. 13. reg. 24.

De ueteranis & liberis illorum, prima regula proponitur l. 1. ff. de ueteranis, hiſce uerbis: Veteranorum priuilegium inter cætera etiam in delictis habet prærogatiuam, ut ſeparentur à cæteris in pœnis: nec ad beſtias utiq; ueteranus datur, nec fuſtibus cęditur.

Secunda regula proponitur l. 3. ff. eod. tt. his uerbis: Veteranis & liberis ueteranorum idem ho-

nor habetur, qui & decurionibus. Igitur nec in merallum damnabuntur, nec in opus publicum, uel ad bestias, nec fustibus cæduntur. *Concordat l. 5. C. de pœnis, hisce uerbis:* Honor uereranis eriam in eo habitus est, ut liberi eorum usque ad primum duntaxar gradum pœna metalli, uel operis publici nō afficiantur, sed in insulam relegentur.

De famosis & integræ famæ hominibus, regula proponitur l. 28. §. fin. ff. de pœnis, hisce uerbis: Maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos quàm liberos, famosos quàm integræ famæ homines punierunt.

De in metallum damnatis, regula proponitur l. 10. §. qui ex causa. ff. de pœnis, hisce uerbis: Qui ex causa in merallum damnati sunt, & post hoc deliquerint, in eos tanquam metallicos constitui deber: quamuis nondum in eum locum perducti fuerint, in quo operari debent. nam statim ur senrentia de his dicta est, conditionem suam permutant.

De pauperibus regula proponitur l. 1. §. fin ff. de pœnis, hisce uerbis: Generalirer placet, in legibus publicorum iudiciorum uel priuatorum crimiñ, qui exrra ordinem cognoscūt præfecti, uel præsides, ur eis qui pœnam pecuniariam egenres deludunr, coercitionem exrraordinariam indicant. *Concordat l. 6. §. fin. C. de modo mulctarum. cuius uerba uide* ꝫ. *eod. cap. de reliquis circumst. reg. 11. except. 2. Itē concordat l. 4. §. quod si ad. C. de seruis fugitiuis, hisce uerbis:* Quod si ad prædictam pœnam soluendam is qui susceperir minimè sufficiat: æstimatione competentis iudicis castigatio in eum procedat. *Concordat item lib. 2. feud. tit. 53. §. qui uerò, his uerbis:* Qui uerò ad prædictam pœnam persoluendam inopia dinoscitur laborare, corporis sui correctionē cum uerberib. patiatur: & procul ab eo loco quem inhabitat, quinquaginra miliaria per quinquennium uiram agat.

De liberis hominibus humilioribus & honestioribus puniendis, prima regula proponitur l. 28. §. non omnes. ff. de pœnis, hisce uerbis: Non omnes fustibus cædi solenr, sed hi dunraxar qui liberi sunt, & quidem tenuiores homines: honestiores uerò fustibus non subijciuntur, idque principalibus rescriptis specialirer exprimitur.

Secunda regula proponitur d. l. 28. §. igni, his uerbis: Igni cremanrur plerunque serui, qui saluti dominorum suorum insidiari erunr: nōnunquam etiam liberi plebeij, & humiles personæ.

Tertia regula proponitur l. 6. C. de pœnis. cuius uerba uide s̄. *cap. prox. quæst. 4. de perpetuis uinculis.*

Quarta regula proponitur l. 11. C. eod. tit. his uerbis: Metalli suppliciū tā ad personas liberas, quàm etiam ad seruiles pertinet personas.

De seruis prima regula proponitur l. 16. §. personæ. ff. de pœnis. cuius uerba uide ꝫ. *De personis eorum in quos delinquitur. in prin.*

Secunda regula proponitur l. 10. in prin. ff eod. tit. his uerbis: In seruorum persona ita obseruatur, ut exemplo humiliorum puniantur. Sed ex quibus causis liber fustibus cęditur, ex his seruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur: & ex quibus liber fustibus cæsus in opus publicum damnatur, ex his seruus sub pœna uinculorum, ad eius temporis spacium, flagellis cæsus, domino reddi iubetur. Si sub pœna uinculorum domino reddi iussus, non recipiatur à domino, uenundari: & si emptorem non inuenerit, in opus publicum, & quidem perpetuum, dari iubetur.

Tertia regula proponitur l. 28. § fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo superius de famosis.

Quarta regula proponitur l. 34. in prin. ff. de pœnis. cuius uerba uide s̄. *cap. prox. de pœna operis publici.*

Quinta regula proponitur l. 8. §. seruos. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. *cap. prox. quæst. 4. de pœna metalli Concordat l. 11. C. eod. tit.*

Sexta regula de pœna pecuniaria, & capitis, relegatione, &c. proponitur l. 12. §. fin. ff. de accusationib. cuius uerba uide s̄. *cap. 2. except. 6.*

De statulibero regula unica proponitur l. 9. §. fin. ff. de pœnis, hisce uerbis: Sratuliberum quasi iam liberum puniēdum, diuus Pius Saluio Martiano rescripsit. *Concordat l. 14. ff. de quæstionib. hisce uerbis:* Saruliber in delicto repertus, sperandæ libertatis prærogatiua, non ur seruus ob ambiguum condirionis, sed ur liber puniendus est.

De eo cuius conditio est mutata tempore sententiæ ferēdæ, proponitur regula l. 1. in prin. ff. de pœnis, hisce uerbis: Quoties de delicto quæritur, placuit non eam pœnam subire quem debere, quam conditio eius admirtit eo tempore, quo sententia de eo ferrur: sed eam causam sustinere, quam sustinerer si eo rempore esser sententiā passus, cum deliquit. Proinde si seruus crimen commiserit, deinde libertatem consecurus dicetur, eam pœnam sustinere debebit, quam sustineret, si tunc sentētiam passus fuisser, cum deliquisset. Per contrarium quoque si in deteriorem conditionē fuerit redactus, eam pœnam subire eum oportebit, quam sustineret, si in cōditione priore durasset.

De ijs qui fustibus cædi prohibentur, regula proponitur l. 28. §. & ut generaliter. ff. de pœnis, hisce uerbis: Er ut generalirer dixerim, omnes q fustib. cædi ꝓhibērur, eādē habere honoris reuerentiā debent, quam decuriones habēt. est enim incōstās dicere eū, quē principales

constitutiones fustibus subijci prohibuerũt, in metallum dari posse.

De fœminis regula prima proponitur l. 8. §. in ministerium. ff. de pœnis, his uerbis: In ministerium metallicorum fœminæ in perpetuum uel ad tempus damnari solent, simili modo & in salinas. Et si quidem in perpetuum fuerint damnatæ, quasi seruæ pœnæ constituuntur: si uerò ad tempus damnantur, retinent libertatem.

Secunda regula. De muliere carceri non includenda, proponetur J. *de Custodijs reorum.*

De ijs qui eius roboris & artificij sunt, ut populo exhiberi possint, regula proponitur l. 31. in princip. ff. de pœnis, hisce uerbis: Ad bestias damnatos fauore populi præsides dimittere non debet. Sed si eius roboris uel artificij sint, ut dignè populo Roman. exhiberi possint, principem consulere debent.

DE PERSONIS EORVM, IN quos crimen est commissum, Regula.

Huius loci regula proponitur l. 16. §. persona. ff. de pœnis, hisce uerbis: Persona dupliciter spectatur, eius qui fecit, & eius qui passus est: aliter enim puniuntur ex ijsdem facinoribus serui, quàm liberi: & aliter qui quidquam in dominum parentemúe ausus est, quàm qui in extraneum, in magistratum, quàm in priuatum. In huius rei consideratione ætatis quoque ratio habeatur. *Concordat l. 28. §. omnia. ff. eod. tt. his uerbis:* Omnia admissa in patronum, patroniúe filium, patrem, propinquum, maritum, uxorem, cæterasq; necessitudines, grauius uindicanda sunt, quàm in extraneos.

DE CAVSA ET MODO delicti seu criminis.

Huius loci regula proponitur l. 5. §. fin. ff. de pœnis, hisce uerbis: Refert & in maioribus delictis consultò aliquid admittatur, an casu: & sanè in omnibus criminibus distinctio hæc pœnam aut iustam eligere debet, aut temperamentum admittere. *Concordat l. 11. §. delinquunt. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ȷ̃. *cap. 2. exc. 2. Alias huius loci regulas uide* ȷ̃. *cap. 2. except. 1. cum aliquot sequentibus.*

DE RELIQVIS CIRCVMSTANtijs & qualitatibus pœnas uariantibus: seu de reliquis propositæ quæstionis regulis.

De causa leuiore & grauiore, regula prima proponitur l. 16. §. qualitate. ff. de pœnis, hisce uerbis: Qualitate cum factũ uel atrocius, uel leuius est, ut furta manifesta à nec manifestis discerni solent, rixæ à grassaturis, expilationes à furtis, à uiolentia, petulantia. Qua de re maximus apud Græcos orator Demosthenes sic ait: Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργήν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία, οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν (καίπερ ὂν δεινὸν) ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. ταῦτα κινεῖ. ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. hoc est: Non enim plaga iram concitauit, sed ipsa facti indignitas: neq; tam ingenuis graue est cædi (quanquã graue sit) quàm per contumeliam cædi. Siquidẽ multa is qui aliũ cædit admittere potest, quorũ magnã partẽ is qui uerberibus adfectus est, habitu corporis, uultu, uociferatione, nunc ut contumeliam inferens, nunc ut inimicum se gerens, nunc pugnum ducens, nunc in malam cædens, alteri renunciare ac repræsentare nequit. hæc ipsa mouent, hæc de statu mentis deturbant homines, propudij ac suggillationis non assuetos.

Secunda huius loci regula proponitur l. 11. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis: Planè in leuioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus pœnis seueritatem legum cum aliquo temperamento, benignitatis subsequi.

Tertia regula. De rei quantitate, proponitur l. 16. §. quantitate. ff. de pœnis, hisce uerbis: Quantitas discernit furem ab abigeo. nam qui unum suem subripuerit, ut fur coercebitur: qui gregem, ut abigeus. *Huius etiam exemplum proponitur l. 28. §. incendiarij ff. eod. tt. de quo alibi de incendijs.*

Quarta regula. Locus etiam delictiauget uel minuit pœnam. quæ regula approbatur l. 16. §. locus. ff. de pœnis, hisce uerbis: Locus facit, ut idem uel furtum uel sacrilegium fit, & capite luendum uel minore supplicio. *Concordat d. l. 16. §. euenit. hisce uerbis:* Euenit ut eadem scelera in quibusdam prouincijs grauius plectantur, ut in Africa messium incisores, in Misia uitium, ubi metalla sunt, adulteratores monetæ.

Quinta regula. Tempus item pœnam auget uel minuit. quæ regula approbatur d. l. 16. §. tempus, his uerbis: Tempus discernit emansorem à fugitiuo, & effractorem uel furem diurnum à nocturno.

Sexta regula. Si reus antè aliquoties in eodem delicto apprehensus sit, & tractatus clementius, augenda est pœna. quæ regula approbatur exemplo l. 28. §. solent quidam. ff. de pœnis, de quo J. *Lib. prox. cap. 2. quæst. 4. reg. 8.*

Septima regula. Si propositum non habuit euentum. de hoc uide ȷ̃. *cap. 2. except. 9.*

Octaua regula. Si aliquid post crimen commissum eueniat peius, ob id pœna non est augenda. quæ regula ap-

la approbatur l.180.§.fin.ff. de reg. iuris, his uerbis: Nunquam crescit ex pòst facto prçteriti delicti æstimatio. *Huius regulæ exempla & exceptiones uide in gloss.*

Nona regula est. Si nimium multis grassantibus exemplo est opus, pœnæ sunt augendæ. quæ regula approbatur l.16.§.fin.ff.de pœnis, hisce uerbis: Nonnunquam euenit, ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimiũ multis personis grassantibus exemplo opus sit. *Huius regulæ exemplum proponitur l.1.in prin.ibi: puniuntur.ff. de abigeis.*

Decima regula. Si reus diu in reatu fuit, pœna est lenienda. quæ regula approbatur l.25. in prin.ff.de pœnis, hisce uerbis: Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit. Sic etiam constitutum est, non eo modo puniendos eos esse, qui longo tempore in reatu agunt, quo eos qui in recenti sententiam excipiunt. *Concordat l.23.C.de pœnis, hisce uerbis:* Omnes, quos damnationis conditio diuersis exilijs destinatos metas temporis præstituti, in carceris implesse custodia deprehenderit, solutos pœna, uinculisq; laxatos, custodia liberari præcipimus, nec formidare miserias ullas exilij: sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicia: ne hi qui diu priuati sunt auræ communis haustu, & lucis aspectu, non intra breue spacium catenarũ ponderibus prægrauati, etiam exilij pœnam sustinere iterum compellantur.

Vndecima regula. Si iudicium ordinarium sit, & crimini certa pœna à legibus statuta, hanc iudex sequetur, non eam quæ sibi uidebitur. quæ regula approbatur l.1.§.calumniatoribus.ibi, nam ut Pedianus. ff.ad S.C.Turpill. his uerbis: Facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis: pœnæ uerò persecutio non eius uoluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. *Concordat l.13.in prin.ibi, cum facti.ff.ad municipalem, his uerbis:* Cum facti quidem quæstio sit in potestate iudicantium, iuris autem authoritas non sit. *Concordat item l.131.§.& mulcta quidem.ff de uerb.signif.cuius uerba uide s̄.cap.3.quæst.2. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi crimen sit extraordinarium. Hæc exceptio approbatur certo modo l.13.ff.de pœnis, hisce uerbis:* Hodie licet ei, qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam uult sententiam ferre, uel grauiorem, uel leuiorem: ita tamen, ut in utroque modo rationem non excedat. *Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi mulcta seu pœna pecuniaria sit irrogãda. Hæc exceptio approbatur l.131.§.& mulcta quidem.ff.de uerb.signif.cuius uerba (ut dixi) uide s̄.cap.3.quæst.2. Huic concordat l.244.in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* Pœnæ certæ singulorũ peccatorum sunt, mulctæ contrà: quia eius iudicis potestas est quantã dicat, nisi cũ lege est constitutum quantam dicat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi iudex cui pro suo arbitrio mulctæ dicendæ ius est, modum excedat. Hæc replicatio approbatur, simul & quis modus esse debeat, definitur l.6.C.de modo mulctarum, his uerbis:* Eos qui ordinario prouincias iure moderãtur, erga eorũ personas, quos culpa reddit obnoxios, ultra duarum unciarũ auri summã condemnare non patimur. Proconsularem uerò potestatem si mulctandi necessitas imminebit, senarum unciarum auri summa cohibebit: in qua forma etiam comes Orientis atq; Præfectus Augustalis erit. Cçteri uerò spectabiles iudices, & qui uice uestra administrationis gubernacula susceperunt, ultra tres auri uncias sibi intelligant licentiã denegatam. Id quoq; obseruandum à moderatore esse censemus, ut in unius correctione personç (si ad id continuatio peccati impulerit) trinæ tantùm in anno condemnationis sub præstituta summa seueritas exerceatur. Quòd si quis prædictum modũ excesserit, huius author admissi condemnato ad dupli restitutionem, fisco uerò nostro ad inferendam eam quantitatem, quã mulctæ nomine inflixerit, tenebitur. Nec tamen ad huius legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatibus aut manubijs, id est, deprçdationibus, aut concussionibus, furtis, alijsq; flagitijs, quæ coerceri seuerius conuenit, fuerint deprehensi. Scilicet ut scripta per iudices memoratos, in cuiuslibet fuerit dirigenda compendium, sententia proferatur. Nec putent factu facilè esse, ut aut præcipiti persuasione cõdemnent, quem culpa non ingrauet, aut erubescenda uarietate iudicij pro arbitrio proprio immutandum esse quod iusserint, nisi paupertas condemnati hoc persuaserit. *Concordat l.4.C.eod.tt. his uerbis:* Illustres uiros præfectos prætorio usque ad quinquaginta librarum auri mulctam, cum peccatum grauissimum erit, peruenire sinimus. *Propositæ replicationis in modo proposito, duplicatio hæc est: Nisi peculatus crimen, concussionis, furtum, aliud'ue crimen, quod seuerius coerceri conuenit, puniatur. tunc enim licebit iudici in mulcta irroganda modum præscriptum excedere. quæ duplicatio approbatur in uerbis supra propositis hisce:* Nec tamen ad huius legis moderationem, &c.

Duodecima regula. Si idem crimen diuersis legibus & pœnis coerceatur, siquidem alia pœna generali lege, alia speciali sit definita, non utraq;, sed specialis in specie criminis est irrogãda. quæ reg. approbatur l.41.ff.de pœnis, his uerbis: Sãctio legũ, quç nouissimè certã pœnã irrogat ijs, qui legis pçceptis nõ obtẽperauerint, ad eas species pertinere nõ uidetur, quib. ipsa lege pœna specialiter

addita eſt, nec ambigitur in cæterò omni iure ſpeciem generi derogare: nec ſanè ueri ſimile eſt, delictum unũ eadem lege uarijs æſtimationib. coerceri. *Concordat l.14. ff. de accuſ. cuius uerba uide ſ. cap. 2. except. 15. repl. 5.*

Decimatertia regula. Si lex qua pœna crimini conſtituitur, obſcurior ſit, uel quod ad uerba attinet, uel quod ad eius ſenſum, pœna interpretatione eſt molliendà. quæ regula approbatur l. 42 ff. de pœnis, hiſce uerbis: Interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius, quàm exaſperandæ.

Decimaquarta regula. Si reus in iudicium uocatus, intra anni ſpacium non uenerit, poſtea apprehenſus ſeueriori ſententiæ ſubiugetur. quæ regula approbatur l. 2. C. de requir. reis. cuius uerba uide J. cap. 6. actu. 1. quæſt. 2. modo 1. except. 4. repl. 1.

Hactenus regulæ, quibus definitur qua quiſq; pœna ſit puniendus, ſunt enumeratæ. Sed ultra iſtas regulas, etiam ex perſona iudicis interdũ iſtud eſt æſtimandum. nec enim omnis iudex quamlibet pœnam poteſt irrogare. de qua re dicetur J. cap. 12. quæſtion. 1. exceptione 1. Item pro uarietate criminum, pœnæ uariantur, eſtq; cuilibet crimini ſua pœna à legibus conſtituta. de quo tractabitur J. in altera huius Commentarij parte ſpeciali. Nunc ad actus & adiuncta publicorum iudiciorum tranſeundum.

DE ACTIBVS ET OFficijs accuſatoris. Caput V.

ACtus iudiciorum publicorum uarij ſunt, poſſuntq; non incommodè iuxta iudicij perſonas, hoc eſt accuſatoris. rei, & iudicis diſtribui, eoq; ordine tractari. Accuſatoris ergo actus & officia ſunt: Libelli inſcriptio: Satiſdatio ſe permanſurum uſque ad terminum litis cuſtodia: Ne ſe abſentet: ne calumnietur: ne præuaricetur, & ne tergiuerſetur.

I. DE LIBELLI INſcriptione.

1. *Ratio & cauſa inſcriptionis, proponitur & approbatur l. 7. in prin. ff. de accuſationibus, his uerbis:* Si cui crimen obijciatur, præcedere debet in crimen ſubſcriptio: quæ res ad id inuenta eſt, ne facilè quis proſiliat ad accuſationem, cum ſciat multam ſibi accuſationem non futuram. Caueant itaque ſinguli quod crimen obijciant, & præterea perſeueraturos ſe in crimine uſq; ad ſententiam. *Concordat l. 3. in prin. C qui accuſare non poſſunt, his uerbis:* Qui crimen publicum inſtituere properát, non aliter ad hoc admittátur, niſi prius inſcriptionum pagina proceſſerit, & fideiuſſor de exercenda lite adhibitus fuerit. *Concordat l. 16. C de accuſationibus, his uerbis:* In cauſis criminalibus dignum eſt, ut inſcriptiones præponantur, quæ magnitudinem uidelicet criminis tempusq; deſignent, ut alterutram partem digna legũ terrere poſsit authoritas. Quòd ſi ſtatutum fortè fuerit contemptum, hi qui ex officio ingrediuntur ſecretarium, quinque libratum auri condemnatione ferientur. *Concordat item l. 17. in prin. C. eod. tit. his uerbis:* Accuſationis ordinem iam dudum legibus inſtitutũ ſeruari iubemus, ut quicunque in diſcrimen capitis arceſsitur, nõ ſtatim reus, qui accuſari potuit, exiſtimetur, ne ſubiectam innocentiam feriamus: ſed quiſquis ille eſt qui crimen intendit, in iudiciũ ueniat, nomẽ rei indicet, uinculum inſcriptionis accipiat, cuſtodiæ ſimilitudinem (habita tamen dignitatis exiſtimatione) patiatur, nec impunitã fore nouerit licentiã mentiendi, cum calumniãtes ad uindictã poſcat ſimilitudo ſupplicij. *Concor. item l. 10. C. qui accuſare non poſsint, hiſce uerbis:* Si crimen ad tuam tuorumq; iniuriam pertinens exequeris, ſolennibus te inſcriptionibus adſtringe, ut Præſidem prouinciæ habere iudicem poſsis. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi mulier ſuam ſuorum'ue iniuriam perſequens, accuſare uelit. illa enim onere inſcriptionis non grauatur. quæ exceptio approbatur l. 12. C. qui accuſare non poſsint. cuius uerba uide ſ. cap. 2. quæſt. 5. except. 1. in prin. Secunda exceptio eſt: Niſi maritus uxorem adulteram accuſet. quæ exceptio approbatur l. 30. §. in primis. C. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide J. Lib. proxim. capite ſeptimo, quæſtione 3. reg. 1. in princip. Tollitur hæc exceptio Nouell. conſt. 117. §. ſi de adulterio, his uerbis:* Si de adulterio maritus putet ſuam cõuinci poſſe uxorem, cõuenit, ut maritus prius contra uxorem aut etiam adulterum in crimen ſubſcribat.

2. *Modus & forma inſcriptionis: item quæ deſignanda uel inſcribenda ſint, definitur l. 3. in principio. ff. de accuſationibus, his uerbis:* Libellorum inſcriptionis conceptio talis eſt: Conſul & dies. Apud illum prætorem uel proconſulem Lucius Titius profeſſus eſt, ſe Mæuiam lege Iulia adulterij ream deferre, quòd dicat eam cum Caio Seio in ciuitate illa, domo illius, menſe illo, conſulibus illis, adulterium commiſiſſe. Vtique enim & locus deſignandus eſt, in quo adulterium commiſſum eſt, & perſona, cum qua admiſſum dicitur, & menſis. hoc enim lege Iulia publicorum cauetur, & generaliter præcipitur omnibus qui reum aliquem deferunt. Neque autem diem, neque horam inuitus comprehendet. *Huc pertinet d. l. 3. §. ſed & ſi aliud. cuius hæc ſunt uerba:* Sed & ſi aliud crimen obijciat, ueluti quòd domum ſuã præbuit, ut ſtuprum materfamiliãs pateretur, quòd adulterum deprehenſum dimiſerit, quòd precium pro comperto ſtupro acceperit, & ſi quid ſimile, id ipſum libello comprehendendum erit.

Ad

Ad formam quoque inscriptionis pertinet libelli subscriptio. quod approbatur d. l. 3. §. item subscribere, his uerbis: Item subscribere debebit is qui dat libellos, se professum esse: uel alius pro eo, si literas nesciat.

3. Quando in crimen sit inscribendum.

Prima regula. Antequam acciatur, inscribendum est. quæ regula approbatur l. 2. §. 1. C. de exhib. reis, hisce uerbis: Ex longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti, id est, accusatori accommodetur assensus, quàm solenni lege se uinxerit. *Concordat l. 7. in princip. C. de calumniatoribus.*

Secunda regula. Antequam quæstio habeatur inscribendum. quæ regula approbatur l. 13. C. de accusationibus. de quo uide J. de Quæstionibus. ca. 8. quæst. 1. except. 3.

Tertia regula. Si reus accusatorem quoque accusare uelit, etiam pendente accusatione, qua ipse accusatur, inscribere in crimen potest. quæ regula approbatur l. 19. in fine. C. qui accusare non possint. cuius uerba uide š. cap. 1. quæst. 5. except. 14.

4. *Euentus pœna. Si in crimen non sit inscriptum, uel non legitimè, rei nomen aboletur. quæ regula approbatur tertio modo l. 3. §. quòd si. ff. de accusationib. his uerbis:* Quòd si libelli inscriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi accusator inscriptionem emendare sit paratus. Hæc exceptio approbatur sub conditione l. 35. ff. ad l. Iul. de Adulterijs, hisce uerbis:* Accusaturus adulterij si circa inscriptionem errauerit, siquidē tempora largiantur, emendare nō prohibetur, ne causa aboleatur. *Secretarius quinque libris auri punitur. quæ regula approbatur l. 16. in fine. C. de accusationibus. cuius uerba uide paulo superius quæst. 1. Fideiussor quatenus teneatur, si stipulatio commissa sit, definitur l. 2. C. ad Senatusconsultum Turpillianum.*

II. DE CAVTIONE ACCVsatoris se permansurum usq; ad terminum litis.

Hæc quoq; cautio ab accusatore præstanda. quæ regula approbatur l. 7. in princip. ff. de accusationibus. cuius uerba uide š. eod. cap. in prin. Concordat l. 3. in principio. C. qui accusare non possint. cuius uerba uide ibidem.

III. Accusator custodiæ similitudinem patietur, quod ius approbatur l. 17. in prin. C. de accusationib. cuius uerba uide paulo superius eod. cap. in princip. Concordat l. 2. §. fin. C. de exhib. reis.

Hactenus de tribus actibus seu officijs accusatoris est dictum: reliqui actus seu officia eius, puta, Ne calumnietur, præuaricetur, tergiuersetur, &c. tractabuntur J. inter Euentus.

i

DE ACTIBVS ET OFficijs circa reum. Cap. VI.

I. DE REQVIRENDIS reis & adnotandis.

1. *Causæ ex quibus requirendi adnotandi rei, si absint, uel latitent. quod approbatur l. 1. in prin. ff. de requirendis reis, hisce uerbis:* Diui Seueri & Antonini Magni rescriptum est, ne quis absens puniatur: & hoc iure utimur, ne absentes damnentur. neque enim inaudita causa quenquam damnari æquitatis ratio patitur. Si autem grauius quis puniatur, puta in opus metalli, uel similem pœnam, siue capitalem, hoc casu non est irroganda in absentem pœna: sed absens requirendus adnotandus est, ut copiam sui præstet. Præsides autem prouinciarum circa requirendos adnotatos & hoc debent facere, ut eos quos adnotauerint, edictis adesse iubeant, ut possit innotescere qui adnotati sint. Sed & literas ad magistratus ubi consistunt mittere, ut per eos possit innotescere, requirendos eos esse adnotatos: & ex hoc annus computatur ad se purgandos. *Concordat l. 1. C. eod. ti. his uerbis:* Cum absenti reo grauia crimina intentantur, sententia festinari non solet: sed adnotari ut requiratur, non utiq; ad pœnam, sed ut potestas ei sit purgādi se, si potuerit. *Cōcordat item Nouell. const. 134. §. cæterum si quis eorum, his uerbis:* Si quis eorū, qui de criminibus postulati rei sunt, uel latitet, uel illam prouinciam in qua crimē cōtraxit reliquerit, iubemus, ut legitimis à Præside edictis euocetur: & nisi obtemperauerit, illa contra ipsum procedant, quæ nostris definita sunt legibus. *Concordat item l. 6. in prin. C. de accusationibus.*

2. Modus requirendi absentis quis sit?

Ex hisce quæ iam proposita sunt, non solùm requirendum reum constat, sed etiam duplex requirendi eius modus patet: quorum primus est, ut adnotetur reus. hoc est, ut bona eius describantur in publicum, & obsignentur. Cui concordat l. ult. ff. de requirendis reis, hisce uerbis: Mandatis cauetur intra annum requirendorum bona obsignari, ut si responderint & se purgauerint, integram rem suam habeant: si neq; responderint, neq; qui se defendant habuerint, tunc post annum bona in fiscum cogantur. Et intra annum medio tempore mouētia si qua sunt (ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant) uenire debere, preciumq; eorū in deposito esse, diui Seuerus & Antoninus sanxerunt. Sed & diuus Traianus inter mouentia fructus quoq; haberi rescripsit. Curandum est autem, ne quid

ei qui

ei qui profugit, medio tempore à debitoribus eius soluatur, ne per hoc fuga eius instruatur.

Modus ergo requirendi rei primus hic est: ut bona eius obsignentur, & nisi uenerit, ea fisco addicantur. Cuius iuris exceptio prima hæc est: Nisi accusator in crimen nondum inscripserit. quæ exceptio approbatur argumento l. 2. §. 1. C. de exhibendis reis. cuius uerba uide s. cap. prox. act. 1. quæst. 3. Secunda exceptio est: Nisi non edictis uel literis ad magistratus missis adnotatio publicè innotuit. quæ exceptio elici potest ex l. 1. §. præsides. ff. de requirendis reis. cuius uerba uide paulo superius eod. cap. in princip. Tertia exceptio est: Nisi non sit graue crimen quo reus sit adnotandus. Hæc exceptio elici potest ex d. l. 1. §. si autem grauius puniatur. cuius uerba uide d. loco. Concordat l. 1. C. de requirend. reis. Quarta exceptio est: Nisi reus redierit, & se purgauerit, uel satis obtulerit. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. de requirend reis paulo superius proposita Concordat l. 2. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Sed & Papinianus respondit, requirendum adnotatum: si prouinciæ Præsidem intra annum adierit, & satis obtulerit, non facere locum mandatis ut bona fisco uindicentur. nam etsi intra annum mortuus sit, criminis causa expirat & perit, & bona eius ad successores transmittuntur. *Concordat l. 1. C. de requirend. reis, hisce uerbis:* Postquam uerò requirendus factus intra annum redierit, si se crimine purgauerit, res arbitrio iudicis signatas recipiat. Sin uerò intra id tempus reuersus, post intimationem suam fuerit defunctus, etsi necdum se purgauerit, ad hæredes proprios res transmittat. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi post annum elapsum redierit reus, & se purgare sit paratus. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. de requirend. reis, hisce uerbis:* Quicunque ex eo die, quo reus in iudicio fuerit petitus, intra anni spacium noluerit adesse iudicio, res eius fisco uindicentur: etsi postea repertus fuerit deprehensus, seuериori sententiæ subiugetur. Sed etsi argumentis euidentibus & probatione dilucida innocentiam suam purgauerit, nihilominus facultates eius penes fiscum remaneant. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi nondum annus elapsus sit, ex eo tempore, quo primum uel edicto, uel literis ad magistratus missis, adnotatio innotuit. Hæc duplicatio uidetur reprobari uerbis iam propositis hisce:* Ex eo die quo reus in iudicio fuerit petitus. *Verùm approbatur l. 4. in princip. ff. de requirend. reis, hisce uerbis:* Annus exinde computandus est: ex quo ea adnotatio, uel edicto, uel etiam literis ad magistratus factis, publicè innotuit. *Concordat l. 1. §. præsides, ibi: & ex hoc annus. cuius uerba uide s. eod. cap. in princip.*

Secunda duplicatio est: Nisi iustas absentiæ causas habuerit, easq; absens per alium proposuerit. Hæc duplicatio approbatur argumento l. 10. ff. de public. iud. de quo infrà. Concordat l. 13. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 7. reg. 1.

Tertia duplicatio est: Nisi post annum elapsum non tam bona recuperare, quàm se defendere reus uelit. hoc enim illi non est denegandum. quæ duplicatio approbatur l. 4. in fine. ff. de requirend. reis, his uerbis: In summa sciendum est, nulla temporis præscriptione à causæ defensione submoueri eum, qui requirendus adnotatus est.

Quarta propositi iuris exceptio est: Nisi reus intra annum fuerit mortuus. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. fin. ff. de requirend. reis. & l. 1. in fine. C. eod. tt. quarum legum uerba uide paulo superius exceptione prox. in prin.

Quinta exceptio est: Nisi fiscus intra uiginti annos bona adnotati non occupauerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. cum lege sequente. ff. de requir. reis, hisce uerbis: Anni spaciũ ad occupanda bona eius, qui requirẽdus adnotatus est, pertinet. Sed si per uiginti annos fiscus bona eius nõ occupauerit, postea uel ab ipso reo, uel ab hæredibus eius submouebitur. Quamcunque enim quæstionem apud fiscum (si non alia sit propria præscriptio) uiginti annorũ silentio præscribi, diui Principes uoluerũt. *Sanè anni isti uiginti, ab eo tempore quo adnotatio publicè innotuit, numerantur. quod approbatur l. 4. ff. eod. tt. his uerbis:* Ergo & uiginti annorum tẽpus exinde fisco numeratur, ex quo adnotatio publicè innotuit.

Sexta exceptio propositi iuris hæc est: Nisi pœna indulgentia Principis sit remissa. Hæc exceptio approbatur l. 10. C. de sententiam passis, hisce uerbis: Cùm indulgentia nostra interueniente sis reuersus ad lares tuos: frustra uereris, ne ex adnotatione Præsidis, quæ iam abolita est, calumniam patiaris.

Hæc de primo requirendi rei modo sunt dicta. Alter modus est: ut si compertum sit in qua prouincia degat, præses eius prouinciæ, in qua crimen commissum est, scribat alterius prouinciæ, in qua degit, Præsidi: ad apprehendendũ & transmittendum reum. Qui modus approbatur Nouell. constitut. 134. §. ceterùm, ibi: At si compertum, hisce uerbis: At si compertum fuerit, quòd is in alia degat prouincia: iubemus, ut eius prouinciæ Præses, in qua huiusmodi delictum admitti cõtigerit, publica utatur epistola ad illius prouinciæ præsidem, in qua persona, quæ id peccatum in se admisit, degit. Ille uerò qui publicas accipit literas, suo periculo & cohortis suæ talem comprehendat, & eum ad prouinciæ Præsidem transmittat in qua deliquit, legibus expressa subiturum supplicia. Sed & si is, qui publicam accepit epistolam, omisso id ipsum

animo

animo fecerit,aut cohortales eius conſiliũ ptodiderint, aut impetata facere neglexerint:tunc & ipſum Præſidẽ tres auri libras, & item cohortẽ eius alteras tres pro pœna ſoluere iubemus. Siue aũt Præſes, ſiue aliquis de eius cohorte,lucri cauſa talẽ perſonã nõ prehenderit,aut prehenſum nõ trãſmiſerit,& hoc feciſſe conuictus erit, denudatus cingulo in exilium traditor. *Tertius requirendi rei modus,proponitur l.2.C.de iis qui latrones uel alios,&c.cuius uerba uide paulo inferius act.3. Hactenus de primo huius capitis actn.*

II. DE REIS APPREhendendis.

De eo in iam propoſita conſtitutione tractatum eſt. Concordat l.1.§.fin.ff.de receptoribus.cuius uerba uide J.proximè.

III. DE REIS NON REcipiendis nec occultandis.

De receptoribus regula proponitur d.l.1.bis uerbis: Peſsimum genus eſt receptorum, ſine quibus latère nemo diu poteſt: & præcipitur,ut perinde puniãtur atque latrones. In pari cauſa habendi ſunt,qui cum apprehendere latrones poſſent,pecunia accepta, uel ſubreptorum parte,dimiſerunt.*Concordat l.1. C.de iis qui latrones uel alios occulta. bis uerbis:* Eos qui ſecum alieni criminis reos occulrando, eum eamde ſociauerunt, par ipſos & reos pœna expectet, & latrones quiſquis ſciens ſuſceperit,uel offerre iudicibus ſuperſederit,ſupplicio corporali,aut diſpendio facultatum pro qualitate perſonę,& iudicis æſtimatione plectetur. *Alia de receptoribus regula proponitur l.2.C.eo.tt.bis uerbis:* Si qui latrones, nel alijs criminibus obnoxij in poſſeſsione degũt,ſeu latitant: dominus poſſeſsionis ſi præſto eſt,anr procuratores ſi dominus abeſt,ſeu primates poſſeſsionis ultro eos offerãt:aut ſi ſcientes hoc ſponte non fecerint, conueniantur à ciuili officio,ut tradant ꝓuinciali iudicio eos qui requiruntur ſub examine iudicis arguendos,& pœnas poſt documenta congruas ſubituros. Sin uerò exhibere eos domini uel procuratores aut primates poſſeſsionis diſtulerint,tunc ad detinendos eos adito rectore Prouinciæ, omnia ciuilia dirigantur auxilia. Sin aũt ꝑpter multitudinem fortè eorum, qui in prædio ſunt,ciuile adminiculum ſufficere non poſſe conſtiterit,& memorati audaces executorib.obiecerint manus,uel aliàs parêre diſtulerint:tunc iudex ꝓuinciæ memor periculi ſui,à uiro deuoto tribuno ſeu primatibus militũ, qui in locis ſunt, auxiliũ poſtulet,ut per militatẽ manũ correpti, accuſati ſine damno atq; læſione cuiuslibet,legibus offerãtur,& cõuicti pœnas ſubeant competentes,nõ ignaro iudice : quòd ſi aduerſus innocẽtes ob aliã cauſam præter lattonum uel aliorũ nocentiũ inueſtigationem militare auxilium poſtulauerit,aut diſpẽdijs affici prouinciales conceſſerit,cõmotione ſeueriſsima, pro ut tua celſitudo iudicauerit, ferietur. Tribuni etiã ſeu primates numerorũ,qui in locis ſunt,admoniti per lireras iudicis, ſi adminiculum militare præbere noluerint, aut ſi ab ipſis militib. damna ꝓuincialibus inflicta fuerint,& damna & læſiones teſtituent,& acerrima condemnatione,pro arbitrio uirorũ illuſtriũ magiſtrorum militum,ferientur. Domini etiam prędiorũ,ſeu procuratores , uel primates poſſeſsionum impunes non manebunt, ſi pręſentes & ſcientes ultrò non obtulerint nocentes,uel admoniti eos exhibere diſtulerint.nam dominus quidem poſſeſsionũ dominio priuabitur: ꝓcurator uerò ſeu primates perpetuo exilio ſubiacebunt. Ipſi quoq; procuratori uel domino ſeu primatibus poſſeſsionis,ſi ſe ad comprimendam multitudinem ruſticanorum ſufficere non poſſe firmauerint,& id prouinciali iudicio palàm fecerint , militare auxilium Rector ꝓuinciæ à tribuno uel primatibus numeri faciat dari,ſi ciuilia ſufficere non poſſe perſpexerit. Sin uerò poſt exhibitionem eorum qui accuſantur,innocenres eos eſſe,& nihil criminis admiſiſſe patuerit,accuſatores pœnam,quæ in calumniatores exercenda eſt, ſubire cogentur. exemplo enim graue eſt, ſic latronem requirere,ut innocentibus periculum fiat.

Alia deniq; pœna in receptores,cõſtituitur l.3.§.fin. ff.de abigeis,hiſce uerbis: Receptores abigeorũ qua pœna plecti debeant,epiſtola diui Traiani ita cauetur, ut extra terram Italiam decem annis relegenrur. *Planè pœnarum de receptoribus iam propoſitarum exceptio generalis hæc eſt: Niſi is qui recepit & occultauit, adfinis uel cognatus ſit rei recepti.quæ exceptio approbatur l.2.ff. de receptoribus,hiſce uerbis:* Eos apud quos adfinis uel cognatus latro conſeruatus eſt,neque abſoluendos,neq; ſeuerè admodũ puniendos Paulus ait: non enim par eorũ eſt delictum & eorum qui nihil ad ſe pertinẽtes latrones recipiunt.

IIII. DE CVSTODIA reorum.

I.Rei apprehenſi cuſtodiendi ſunt. quæ reg.approbatur l.2.§.fin.C.de exhib.reis,bis uerbis: Qui poſteaquam ad iudicẽ uenerit, adhibita aduocatione ius debebit explorare quæſitum , ac tamdiu pari cũ accuſatore fortuna retineri, donec repererit cognitio celebrata diſcrimẽ. *Concordat l.2.in pen.ff.de cuſt.reorũ.bis uerb.* Si ſeruus capitali crimine poſtuletur, lege publi-

publicorum iudiciorum cauetur, ut ſiſtendum uel ab extero ſatiſdato promittatur, qui ſi non defendatur, in uincula publica cõijci iubetur, ut ex uinculis cauſam dicat. *Iam dictæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi iudicio ſiſti ſatiſdare paratus ſit reus. quæ exceptio ex iam dictis conſtat. Sed & approbatur l.1.ff.d.tt. his uerbis:* Diuus Pius ad epiſtolam Antiochenſium Græcè reſcripſit, non eſſe in uincula conijciendum eum, qui fideiuſſores date paratus ſit, niſi ſi tam graue ſcelus admiſiſſe eũ conſtet, ut neque fideiuſſoribus, neque militibus committi debeat, uerùm hác ipſam carceris pœnam ante ſupplicium ſuſtinere debere. *Concordat l.16.C.de dignitatibus. Item concordat d.l.2.§.ſolet itaq;, his uerbis:* Solet itaq; tractari, an poſtea domino permittendum ſit oblata ſatiſdatione ſeruum ſuum uinculis liberare: dubitationem auget edictum Domitiani, quo cautum eſt, abolitiones ex ſenatuſconſulto factas ad huiuſmodi ſeruos non pertinere. uam & lex ipſa prohibet eũ abſolui, priuſquam de eo iudicetur. Sed hæc interpretatio perdura & pernimium ſeuera eſt, in eo cuius dominus abſens fuit, uel quòd per inopiam illo momento tẽporis ſatiſdationem implere non potuit. neq; enim pro indefenſo derelictus rectè dici poteſt, qui dominum præſentem non habuit, uel habuit paratum defendere, pauperem tamen: quod utique facilius admitti poterit, ſi non poſt longum temporis ſpacium hoc deſideretur. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſt longum tempus ſatiſdatio offeratur quæ replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si non poſt longum temporis ſpacium hoc deſideretur. *Secunda replicatio eſt: Niſi tam graue ſcelus ſit, ob quod in uincula reus coniectus eſt, ut neque fideiuſſoribus, neq; militibus cõmitti debeat. quæ replicatio approbatur l.3. paulo ſuperius propoſita.*

Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi reus abſolutus ſit, aut conuictus. Hæc exceptio approbatur l.5. in prin. C. de cuſtodia reorum, hiſce uerbis: De his, quos tenet carcer incluſos, id aperta definitione ſancimus, ut aut conuictum uelox pœna ſubducat, aut liberandum cuſtodia diuturna non maceret.

Tertia exceptio eſt: Niſi reus pœnam luit, tẽpuſq; pœnæ ſit finitum. Hæc exceptio approbatur l.24.C.de pœnis, hiſce uerbis: Rectores prouinciarũ cõuenire præcipimus, ut hi qui pro ſuo crimine pœnam exilij ſub certo temporis ſpacio ſubire decreti ſunt, exacto præfinito temporis ſpacio, nec clauſtris carceralibus, nec in locis quib. exules uerſati ſunt, teneãtur.

2. *A quibus rei cuſtodiendi ſunt?*

Prima regula. De Commentarienſi, eiuſq; adiutore, proponitur l.4.C.de cuſtod. reorum, his uerbis: Ad Commentarienſem receptarum perſonarũ cuſtodia obſeruatioq; pertineat: nec putet hominem abiectum atque uilem obijciendum eſſe iudici, ſi reus modo aliquo elapſus fuerit. nam ipſum uolumus eiuſmodi pœna conſumi, qua obnoxius docebitur fuiſſe qui fugerit. Si uerò Commentariẽſis neceſsitate aliqua ab officio egerit, adiutorem eius pari iubemus inuigilare cura, & eadẽ ſtatuimus legis ſeueritate conſtringi.

Secunda regula. De cuſtodia tyroni non facilè committenda, proponitur l.14. in prin. ff. de cuſtodia reorum, his uerbis: Non eſt facilè tyroni cuſtodia credenda. nam ea perdita is culpæ reus eſt, qui eam commiſerit.

Tertia regula. De uni cuſtodia non committenda, proponitur ibidem, his uerbis: Nec uni, ſed duobus cuſtodia committenda eſt: qui ſi negligentia amiſerint, pro modo culpæ uel caſtigantur, uel militiam mutant, &c.

3. *Qua cuſtodia rei ſint cuſtodiendi?*

Prima regula. Qua cuſtodia reus ſit cuſtodiendus, eſt in arbitrio proconſulis. quæ regula approbatur l.1. ff. de cuſtod. reorum, his uerbis: De cuſtodia reorum Proconſul æſtimare ſolet, utrum in carcerẽ recipienda ſit perſona, an militi tradẽda, uel fideiuſſoribus committenda, uel etiam ſibi. Hoc autẽ uel pro criminis, quod obijcitur, qualitate, uel propter honorem, aut propter ampliſsimas facultates, uel pro innocentia perſonæ, uel pro dignitate eius qui accuſatur, facere ſolet.

Secunda regula. De carcere & uinculis. Si graue crimen ſit, in carcerem eſt conijciendus. quæ regula approbatur iam dictis uerbis hiſce: Pro criminis quod obijcitur qualitate. *Concordat l.2.C. de cuſtodia reorum, his uerbis:* Si quis in ea culpa uel crimine fuerit deprehẽſus, quo dignus clauſtris carceris & cuſtodiæ ſqualore uideatur, auditus apud acta, cum de admiſſo conſtiterit, pœnam carceris ſuſtineat, atque ita poſtmodum eductus apud acta audiatur. ita enim quaſi ſub publico teſtimonio commemoratio admiſsi criminis fiet, ut iudicibus immodicè ſæuientibus fræni quędam temperies adhibeatur. *Ait Imp.* Cum de admiſſo conſtiterit, pœnam carceris ſuſtineat. *Ex hiſce uerbis prima propoſitæ regulæ exceptio elicitur, talis ſcilicet: Niſi de crimine accuſati nondum conſtet. tunc enim in carcerem uel in uincula publica conijciendus nõ eſt. Cui cõcordat l.5. ff. eod. tt. his uerbis:* Si confeſſus fuerit reus, donec de eo pronuncietur, in uincula publica cõijciendus eſt. *Concordat item l.2. in prin. C. de exhibendis reis, hiſce uerbis:* Nullus in carcerẽ, priuſquam conuincatur, omnino uinciatur. *Item concordat l.1.§. interea uerò. C. de cuſtodia reorum. cuius legis uerba hæc ſunt:* In quacunq; cauſa reo exhibito, ſiue accuſator exiſtat, ſiue

eum

eum publicæ sollicitudinis cura produxerit: statim debet quæstio fieri, ut noxius puniatur innocēs absoluatur. Quòd si accusator aberit ad tēpus, aut sociorū præsentia necessaria uideatur, id quidē debet quàm celerrimè ꝓcurari. Interea uerò exhibitum nō per ferreas manicas & inhærētes ossib. mitti oportet: sed ꝓlixiores catenas (si criminis qualitas etiā acerbitatē catenarū postulauerit) ut & cruciatio desit, & permaneat sub fida custodia. Nec uerò sedis intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce uegetari ac subleuari, & ubi nox geminauerit custodiā, in uestibulis carcerū & salubrib. locis recipiatur: atq; reuertente iterū die, ad primum solis ortū illicò ad publicum lumen reduci, ne pœnis carcerū perimatur, quod innocentibus miserū, noxijs non satis seuerum esse dinoscitur. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi seruus reus nō defendatur. Quæ replicatio approbatur l. 2. in prin. ff. de custod. reor. cuius uerba uide §. actu eod. quarto, in prin. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi mulier rea sit. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 114. §. necessarium autem, cum sequentib. hisce uerbis:* Necessariū aūt putamus, ut & illud competente auxilio corrigatur, ne qua omnino mulier ab ullo magistratu qualibet de re includatur carcere, deturúe in custodiam. Sed si quidem mulier pro publicis priuatisúe debitis secundū legē actione petatur, uel per maritū, uel per se, uel per quácunq; tandem personam uoluerit, legitimè in iure respondeto, causamq; agitato. Sed etsi uidua sit, aut uiro neq; initio nupserit, consimiliter mulieri licitū esto, ut uel per se, uel per quācunq; personā uoluerit, secundū legem iura sua proponat. Qui uerò prædictorum aliquid hæc cōtra facere præsumpserit, eū iubemus, si maior magistratus sit, uiginti librarū auri: si minor, decē librarū auri pœnæ obnoxiū esse. Qui uerò in prædictis functionib. ministeriū ipsis prębuerūt, hi denudati cingulo, tormētis subdātur, mittanturq; in exiliū. Cæterum si mulier post legitimā citationē neminem instituere uoluerit, qui pro ipsa respondeat, aut etiam in iure litem persecuta cōdemnetur: ne sic quidē in carcerem includatur, tradaturúe custodiæ, sed ea quę leges iubent, in rebus ad ipsam pertinētibus procedāt. Enimuerò si crimē mulieri intentetur, propter quod necesse sit eā tradi in custodiā, siquidē fideiussorem dare poterit, qui pro persona eius spondeat, habeatur ei sanè fides. Sin iurauerit fideiussorē se dare nō posse, iuratoriam cautionē exponat de obseruatione iudicij. Si grauissimū crimen inueniatur, de quo instituitur accusatio, in monasteriū aut asceterium cōijciatur, aut tradatur mulierib. per quas possit pudicè & liberaliter asseruari, tātisper dum cognitio interponatur in causa, tuncq; demum cōtra ipsam procedant illa, quæ legibus definita sunt. Nullam enim mulierē ꝓ pecuniaria causa, siue publica, siue priuata, proúe criminali ullo modo in carcerē mitti, aut uiris custodiendā dari, concedimus: ne per huiusmodi occasiones, pudicitia illarum deprehendatur affici contumelijs. Monastriam planè, aut ascetriam nullo actionis genere è suis abstrahi monasterijs aut asceterijs, concedimus. *Concordat l. 1. C. de officio diuers. iud. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi priuatus carcer sit. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. de priuatis car. inhib. hisce uerbis:* Iubemus, nemini penitùs licere per Alexandrinam splendidissimā ciuitatē, uel Ægyptiacam diœcesim aut quibuslibet imperij nostri prouincijs, uel in agris suis, aut ubicūq; domi priuati carceris exercere custodiā: uiro spectabili ꝓ tēpore pręfecto Augustali, & clarissimis omnium prouinciarū rectorib. daturis operam, semperq; futuris in speculis, ut sępè dicta nefandissimorū hominum arrogātia modis omnibus opprimatur. Nā post hanc saluberrimā constitutionē, & uir spectabilis pro tempore Augustalis, & quicunq; prouinciæ moderator, maiestatis crimen proculdubiò incursurus est, qui cognito huiusmodi scelere, læsam nō uindicauerit maiestatē: primarib. insuper officiorum eiusdē criminis laqueis constringēdis, qui simul atq; nouerint memoratū interdictū facinus, in quocunq; loco committi, proprios iudices de opprimendo nefandissimo scelere non protinus curauerint instruendos. Nam illud perspicuum est, eos qui hoc criminum genus commiserint, pro ueterum etiam legum & cōstitutionum tenore, tanquam ipsius maiestatis uiolatores, ultimo subiugandos esse supplicio.

4. De officijs custodum & reliquo custodiæ Iure.

Prima regula. De maribus & fœminis in carcere separandis, proponitur l. 3. C. de custodia reorum, his uerbis: Quoniam unum carceris conclaue permisto sexu criminosos includit: hac lege sancimus, ut etiamsi qualitas pœnæ permistione ihiungenda est, sexu tamen dispares, diuersa claustrorum tutamina habere iubeantur.

Secunda regula. De ingerendo singulis triginta diebus personarum numero, delictis, ordine, ætate, proponitur l. 5. §. iubemus. C. eod. tit. his uerbis: Iubemus aūt, ut intra tricesimum diem semper Commentariensis ingerat numerum personarum, uarietatem delictorum, clausorum ordinem, ætatemq; uinctorum. Quòd si hæc

prætermiserit, officium quidem uiginti libras auri ærario nostro iubemus inferre: iudicem uerò desidem, ac resupina ceruice tantùm titulum gerẽtem, extorrem impetrata fortuna, decem libris auri mulctandũ esse censemus. *Pœna quæ hic subijcitur, non tãtum ad propositam regulã pertinet, sed etiã ad ea quæ dicta sunt paulo superius quæst. 1. except. 2.*

Tertia regula. De incarceratis inhumanius nõ tractandis, proponitur l. 10. C. de episcopali audientia, bisce uerbis: Iudices Dominicis diebus productos reos de custodia carcerali uideant, & interrogent, ne ijs humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur. Victualem substantiam non habentibus, faciant ministrari libellis duobus aut tribus diurnis, uel quot existimauerint Cõmentarienses, decretis: quorum sumptibus proficiant alimoniæ pauperum, quos ad lauacrum sub fida custodia duci oportet: mulcta iudicibus uiginti librarum auri, & officijs eorũ eiusdem ponderis constituta: ordinibus quoq; trium librarum auri mulcta proposita, si saluberrima statuta cõtempserint: nec deerit antistitum cura laudabilis Christianæ religionis, quæ ad obseruationẽ cõstituti iudicis ingerat hanc monitionem.

Quarta regula. De uictu & strato in carceratis dando, cum ex uerbis iam propositis constat, tum approbatur etiam l. 34. ff. de re iudicata, his uerbis: Si uictum uel stratum inferri quis iudicato nõ patiatur, utilis in eum pœnalis actio danda est, uel (ut quidam putant) iniuriarum cum eo agi poterit.

Quinta regula. De curando ne sine uinculis custodia agat: item ne ferrum uel uenenũ inferatur, proponitur l. 8. ff. de custod. reorum, his uerbis: Carceri præpositus, si precio corruptus, sine uinculis agere custodiam, uel ferrum, uel uenenum, in carcerem inferri passus est, officio iudicis puniendus est. Si nescit, ob negligẽtiam remouendus est officio.

Sexta regula. Si custodia euaserit quis, & qua pœna puniendus, definitur l. 4. C. de custodia reorum. cuius uerba uide §. eod. actu 4. quæst. 2. reg. 1. Planè qui in uincula coniectum emiserit, lege Iulia maiestatis fit reus: quod approbatur l. 4. §. penult. ff. ad l. Iul. maiestatis. cuius uerba uide J. l. ib. prox. cap. 2. quæst. 1. casu 12. Sed & custos qui custodiam deseruit, capite punitur. quod approbatur l. 38. §. miles. ff. de pœnis. cuius uerba uide paulo inferius reg. prox. Præterea ad regulam propositam pertinet l. 12 ff. de custod. reor. cuius hæc sunt uerba: Milites si amiserint custodias, ipsi in periculum deducuntur. nam diuus Hadrianus Statilio Secundo legato rescripsit: Quoties custodia militib. euaserit, exquiri oportere, utrũ nimia negligentia militum euaserit, an casu: & utrũ unus ex pluribus, an unà plures, & ita demum adficiendos supplicio milites, quibus custodia euaserit, si culpa eorum nimia deprehendatur: alioquin pro modo culpæ in eos statuendum est. Saluio quoq; legato Aquitaniæ idem princeps rescripsit, in eũ qui custodiã dimisit, aut ita sciẽs habuit, ut posset custodia euadere, animaduertendum. Si tamen per uinum aut desidiam custodis id euenerit, castigandum eum, & in deteriorem militiam dari. Si uerò fortuitò amiserit, nihil in eum statuendum. Si paganus euaserit custodiam, idem puto exquirendum, quod circa militis personam explorandum retulit. *Postremò ad regulam propositã pertinet l. 14. ff. eo. tt. cuius uerba hæc sunt*: Non est facilè tyroni custodia credenda. nam ea perdita, is culpæ reus est, qui eam ei commiserit: nec uni, sed duobus custodia committenda est: qui si negligentia amiserint, pro modo culpæ uel castigantur, uel militiam mutant. Quòd si leuis persona custodiæ fuit, castigati restituuntur. Nam etsi miseratione custodiam quis dimiserit, militiam mutat: fraudulenter autem si fuerit uersatus in dimittenda custodia, uel capite punitur, uel in extremũ gradum militiæ datur. Interdum uenia datur. nam cum custodia simul cum altero custode fugisset, alteri uenia data est. Solet præterea amissa culpa custodia (si tamen interfit eam adprehendi) tempus causa cognita militi dari ad eam requirendam, adplicito ei alio milite. Quòd si fugitiuum domino reddendum perdiderit, si facultates habeat, domino precium reddere iubetur. Saturninus probat.

Septima regula. De pœna custodiæ erumpentis & effringentis proponitur l. 11. ff. de cust. reorum. cuius uerba uide §. cap. 2. in fine repl. generali 1. Huc pertinet l. 1. in princip. ff. de effractoribus, bisce uerbis: De his qui carcere effracto euaserũt, sumendum supplicium diui fratres Aemilio Tyroni rescripserunt. Saturninus etiam probat, hos qui de carcere eruperunt, siue effractis foribus, siue conspiratione cum cæteris qui in eadem custodia erãt, capite puniendos: quod si per negligentiam custodum euaserint, lenius puniendos. *Concordat l. 38. § miles. ff. de pœnis, bisce uerbis*: Miles qui ex carcere dato gladio erupit, pœna capitis punitur. Eadem pœna tenetur & qui eum quem custodiebat deseruit.

Octaua regula. De morte custodiæ, proponitur l. 14. §. sed si custod. ff. de custod. reorum, bisce uerbis: Sed si custodia se interfecerit uel præcipitauerit, militis culpæ adscribitur, & castigabitur. Quòd si ipse custos custodiam interfecerit, homicidij reus est. Ergo si casu custodia defuncta dicatur, testationibus id probandũ est, & sic uenia dabitur. *De eo si custos*

custodiam

custodiã interfecerit, uel fame necauerit. habetur etiã l.1.§.illud etiam.C.eod.tt. his uerbis: Illud etiã obseruabitur, ut neq; ijs qui statorum funguntur officio, neq; ministris eorum liceat crudelitatem suam accusatoribus uendere, & innocentes intra carcerum septa leto dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere. Non enim existimationis tãtum, sed etiam periculi metus iudici imminebit, si aliquem ultra debitum tempus inedia, aut quocunq; modo aliquis statorum exhauserit, & non statim eum penes quem officiũ custodię est, atq; eius ministros, capitali pœnæ subiecerit.

Nona regula. De custodia non facilè à magistratu dimittenda, proponitur l.10.ff. de custod. reorum, his uerbis: Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat, mandatis ita cauetur. Si quos ex his qui in ciuitatibus sunt, celeriter & sine causa solutos à magistratibus cognoueris, uinciri iubebis: & his qui soluerint, mulctã dices. nam cum scierint sibi quoq; molestiæ futurum magistratũ, si facilè soluerint uinctos, non indifferenter de cætero facient. *Hactenus de Reis custodiendis.*

V. DE REIS EXHIBENDIS.

Prima regula. Huius loci proponitur l.3.C. de exhiben. reis, hisce uerbis: Neminẽ in iudicio exhibendum esse præcipimus, nisi de cuius exhibitione iudex pronunciauerit.

Secunda regula proponitur l.4.. ff. de custod. reor. cuius uerba uide j. Lib.6.cap.9.in fine.quæst.4.reg 3.

Tertia regula. In una causa exhibitus, non recipitur reus in alia. quæ regula approbatur simul & distinguitur l.2.§.fin.ff.d.tt. his uerbis: Qui exhibẽdi postulati sunt, propter aliam causam alterius criminis, quod ante admissum est, rei non recipiuntur ex senatusconsulto: quod in priuatis quoq; causis, & hominibus sub fideiussore factis, obseruatur, nisi ex hoc tẽporalis actio in periculum cadat.

VI. DE IVRE ET OFFICIJS REI CIRCA BONA SUA.

Huius loci regula proponitur l.46.§.in reatu.ff. de iure fisci, hisce uerbis: In reatu constitutus bona sua administrare potest, eiq; debitor rectè bona fide soluit. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus in fuga sit, eiusq; bona adnotata, tunc enim ne ei soluatur cauendum. quæ exceptio approbatur l.ult. in fine.ff. de requirend. reis. cuius uerba uide s̄. eod. cap. actu 1. quæst. 2. in prin. Secunda exceptio est; Nisi repetundarum uel maiestatis reus sit. quæ exceptio approbatur l.20.§. adeò ut diui Seuerus.ff. de accusationibus. cuius uerba uide j. in Publicat. bonor. cap.13. quæst.1. exceptione 7. Concordat l.5.§. emancipatio. C. ad l. Iul. maiest. cuius uerba uide j. Lib. prox. cap.1. quæst.6. reg.4.*

VII. *De remittendis reis uide s̄. cap.1. quæst.8.*

VIII. *Reo damnato quid iuris sit, uide j. cap.12. quæstione 1.*

DE ACTIBVS ET OFFICIJS IUDICIS. CAPUT VII.

I. DE CVSTODIIS AVDIENDIS & CRIMINIBUS COGNOSCENDIS.

1. *Antecedens proponitur l.18.§. cogniturum.ff. de quæstionibus, hisce uerbis:* Cogniturum de criminibus Præsidem, oportet ante diem palàm facere custodias se auditurũ: ne hi qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus opprimantur: quamuis defensionem quocunq; tempore postulante reo negari nõ oportet: adeò ut propterea & differantur, & proferantur custodiæ.

2. *Quibus præsentibus custodiæ audiendæ, proponitur l.12. in prin. ff. de pub. iudicijs. cuius uerba uide s̄. cap.1. quæst.9 reg.2.*

3. *Quando custodiæ audiendæ sint? Etiam feriatis diebus audire potest. quæ regula approbatur d. l.12.*

Quandocunque reus suas defensiones opponere uolet, audiendus est. Quæ regula approbatur l.18. §. cogniturum, in fine. ff. de quæstionibus. cuius uerba uide paulo superius. Concordat l.4. in fine. ff. de requir. reis, cuius uerba uide s̄. cap. prox. actu 1. quæst. 2. modo 1. except.4. repl.1. dupl.3.

4. *Vbi audiendæ? Non solùm pro tribunali, sed etiam de plano custodias audire potest, atq; damnare. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. cap. 1. quæst. 8. in fine.*

5. *De dilationibus reo ad defendendum dandis, proponitur l.18.§. cogniturum ff. de quæstionibus. cuius uerba uide paulo superius.*

II. DE SENTENTIA FERENDA.

1. *Quando & quibus præsentibus sententia ferenda? Prima huius loci regula est, de sententia nõ præcipitanda. quæ approbatur l.6.§.fin.C. de modo mulctarum cuius uerba uide s̄. cap.4. de reliquis circumstan. reg.11. except.2. repl.1. Concordat l.1. in prin. C. de requir. reis. cuius uerba uide s̄. cap. prox. in principio. Item concordat l.2. in prin. C. de sententijs ex breuiculo recitandis. Huius etiam loci est, quod ad rescriptum principis non statim sit damnandus reus, sed per triginta dies sententia inhibenda: quod proponitur l.20. C. de pœnis. de quo j. cap.12. quæst.2. reg.1. except. 1. Huic quodammodo contra dicit l.18. C. de pœnis, hisce uerbis:* Cum reis manifesta probatione conuictis, spacium temporis ante sententiam datur: facultas supplicandi uel quibusdam malignis artibus, tam pręsidum quàm officialium pœnas euitandi criminosissimis patet: cum in homicidij crimine, & in alijs detectis grauioribus causis, ultio differenda non sit. Igitur de cætero iuxta criminis qualitatem, legem oportet, &c.

Secunda regula. De absente & indefenso non damnando, proponitur l.5. in prin. ff. de pœnis, hisce verbis: Absentem in criminibus damnari non debere, diuus Traianus Iulio Frontoni rescripsit. *Concordat l.1. in prin. ff. de requir. reis. cuius uerba uide s. cap. prox. in prin. item concordat l.6. in prin. C. de accusat. his uerbis:* Absentem capitali crimine accusari non posse, sed requirendũ tãtummodo adnotari solere, si desit, uetus ius est. Et ideo cum absentem te & ignorantem, cui nunquam ullum crimen denũciatum esset, per iniuriam à præside prouinciȩ in metallum damnatum dicas, quo magis in prȩsenti te agente, ut ad seueras, iam nũc fides ueri posit illuminari: Præfectũ prætorio adire cura, qui quod nouo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iusticia reformabit. *Item concordat l.10. ff. de publicis iud. hisce uerbis:* Inter accusatorem & reum cognitione suscepta, excusatio pro absente iustis rationibus admittitur: nec per triduum per singulos dies ter citatus reus damnatur, uel de accusatoris absentis præsente reo calumnia pronuncistur. *Concordat item l.13. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap.1. quæst. 7. in prin. Concordat denique l.15. C. ad l. Iul. de Adult. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap.7. quæst.3. reg.1. except.11. repl.4. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus contumax sit. quæ excep. approbatur l.5. §. aduersus. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Aduersus contumaces uerò, qui neq; denunciationibus, neq; edictis Præsidum obtemperassent, etiam in absentes pronunciari oportet, secundum morem priuatorum iudiciorum. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi capitis pœna absenti irrogetur. quæ replicatio approbatur ibidem, hisce uerbis:* Potest & quis defendere hæc non esse cõtraria. quid igitur est? Melius statuitur, in absentes pecuniarias quidem pœnas, uel eas quæ existimationem contingunt (si sæpius admoniti per contumaciam desunt) statui posse, & usque ad relegationem procedi: uerùm si quid grauius irrogandum sit, puta in metallum, uel capitis pœnam, nõ esse absentibus irrogandam. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi accusator per contumaciam absens damnandus sit, in hunc enim grauius constitui potest. quæ duplicatio approbatur ibidem, hisce uerbis:* In accusatorem autem absentem nonnunquam grauius statuendum, quàm Turpilliani senatusconsulti pœna irrogatur, dicendum est. *Sed de accusatore absente uide J. in Senatusconsulto. Turpilliano. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi in eos qui spadones fecerint, sententia ferenda sit. nam hi etiam absentes ex lege Cornelia damnari possunt. quæ exceptio approbatur l.4. §. idem diuus. ibi, & qui hoc crimine. ff. ad l. Corneliam de Sicarijs. cuius uerba uide J.*

Tertia exceptio est: Nisi in apparitores perfidos sententia sit ferenda. hi enim absentes quoque damnari possunt. quæ exceptio approbatur l. 11. C. de pœnis, hisce uerbis: Ne diu apparitorũ praua admodum, uænalisq; perfidia impunè in publica commoda desæuiret, censuimus & in absentes eos pro competenti ultione debere consurgi.

Quarta exceptio est: Nisi post litem contestatam sese absentauerit reus. quæ exceptio approbatur exemplo l.14. C. ad l. Iul. de adult. his uerbis: Adulteram, si posteaquam crimen contra eam inchoatum est, prouinciam excessit, etiam absentem inter reos recipi posse, explorati iuris est. *Tertia propositi loci regula est: Quod si plura crimina ex eodem facto nascantur, & à diuersis deferantur, non liceat iudici separatim de quo crimine sententiam ferre, priusquam plenißima examinatio super altero quoq; crimine fiat. quæ regula approbatur l.9. in fine. C. de accusat. cuius uerba uide s. cap.2. quæst.5. except.17. repl.2.*

2. Secundum quæ iudici iudicandum sit, & sententia ferenda. Item de Probationibus.

Prima regula. Secundum apertas probationes, & luce clariores, & ipsius rei confeßiones, reus damnandus. Quæ regula approbatur l.25. C. de probationib. hisce uerbis: Sciant cuncti accusatores, eam se rem deferre debere in publicam notionẽ, quæ munita sit idoneis testibus, uel instructa apertissimis documẽtis, uel indicijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita. *Concordat l.5. §.2. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari, diuus Traianus Aufidio Senero rescripsit: Satius enim esse impunitũ relinqui facinus nocentis, quàm innocẽtem damnari. *Item concordat l.16. C. de pœnis, hisce uerbis:* Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat seueramq; sententiam, quàm in adulterij, uel homicidij, uel maleficij crimen aut sua cõfessione, aut certè omnium qui tormentis uel interrogationibus fuerint dediti in unum conspirantes, concordantesq; rei finem conuictus sit: & sic in obiecto flagitio deprehensus, ut uix etiam ipse ea quæ commiserit, negare sufficiat.

Secunda regula. De indicio eius qui de se tortus ac confessus, alium indicat. Huic fides habenda non est. quæ regula approbatur l.17. §. fin C. de accusationib. hisce uerbis: Nemo sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in quæstione cõfessus, ueniã sperans ꝑpter flagitia adiuncti, uel per cõmunionem criminis consortium personȩ superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorũ suorũ sorte satiandus, aut eripi se posse cõfidẽs, aut studio aut priui-

priuilegio nominari: cum ueteris iuris authoritas, de se cōfessos, ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super aliena conscienria scrutetur. *Plura de hac regula uide ȷ.cap.prox. quæst.2. reg. 2. except.3. replicat.6.*

Tertia regula. De *populi acclamatione non attendenda, proponitur l.12.C.de pœnis, hisce uerbis*: Vanæ uoces populi non sunt audiendæ, neć enim uocibus eorum credi oportet: quando aut obnoxium crimine absolui, aut innocentem damnari desiderant.

Quarta regula. De *suffragijs decretorum, aut relationibus publicarum personarum non facilè credendis, proponitur l.14. C. de accusationibus, hisce uerbis*: Singuli uniuersique ludices cognoscant, in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragijs decretorum, aut relatiouibus à publicis personis destinandis credere, sed rei ueritatem requirere.

Quinta regula. De *iudicio Irenarchæ & aliorum, proponitur l.6.ff.de custodia reorum. cuius uerba uide s̄.Lib.2.cap.19.membr. 10.reg.3.*

2 *Sexta regula.* De *rescripto Imperatoris, proponitur l.20. C.de pœnis. cuius uerba proponentur ȷ.*

Septima regula. De confeßione rei & tormentis quatenus fides habenda sit, uide ȷ. capite proxim. quæstion.8.

3. *Quæ pœna irroganda sit, uide s̄.capite quarto, per totum.*

DE QVÆSTIONIBVS & tormentis. Cap. VIII.

AD actus & officia Iudicis, pertinent etiam quæstiones & tormenta, de quibus in hoc capite tractandum.

1. Causa quæstionis habeudæ cum suis exceptionibus.

Causa habendæ quæstionis est: Si aliæ probationes euidentes desunt. quæ causa approbatur l. 8. in princip.ff.de quæstionibus, hisce uerbis: Edictum diui Augusti, quod proposuit Iunio Auito & Lucio Aproniano Coss. in hunc modum extat: Quæstiones neque semper, neque in omni causa, & persona desiderari debere arbitror: sed cum capitalia & atrociora maleficia non aliter explorari & inuestigari possunt, quàm per seruorum quæstiones, quas & efficacissimas esse, ad requirendam ueritatem existimo & habendas censeo. *Concordat l 9. in princip. ibi: sed si aliter.ff.eod.tt. cuius uerba uide ȷ.except.2. Sed & exemplum proponitur l.1.§. in causa.ff. de quæstionibus, hisce uerbis*: In causa tributorum, in quibus esse reipublicæ neruos nemini dubium est, periculi quoque ratio, quod seruo fraudis conscio capitalem pœnam denunciat, eiusdem professionem instruat. *Propositæ causæ seu regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus nullis alijs argumentis sit suspectus. quæ exceptio approbatur l. 1. in prin.ff.de quæstionibus, hisce uerbis*: In criminibus scrutandis quæstio adhiberi solet, sed quando, uel quatenus id faciendum sit, uideamus. Et non esse à tormentis incipiendum diuus Augustus constituit, neque adeò fidem quæstioni adhibendam, eriam epistola diui Hadriani ad Seruium Sabinū continetur. Verba rescripti ita se habent: Ad tormenta seruorum ita demum ueniri oportet, cum suspectus est reus, & alijs argumenris ita probationi admouetur, ut sola confessio seruorum deesse uideatur. Idem diuus Hadrianus Claudio Quartino rescripsit: quo rescripto illud expresßit, à suspectißimo incipiendum, & à quo facillimè posse uerum sciri iudex crediderit. *Concordat d.l.1.§. ijdem, his uerbis*: Diui fratres Cornelio Proculo rescripserunt, non utique in serui unius quæstione fidem rei con stituendam, sed argumentis causam examinandam. *Item concordat d.l.1.§. diuus Seuerus, hisce uerbis:* Diuus Seuerus rescripsit, confeßiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. *Concordat item l.10.§. tormenta.ff. de quæstionibus, hisce uerbis*: Nec debet initium probarionum de domo rei accusator sumere, dum aut libertos eius quem accusat, aut seruos in testimonium uocat. *Concordat etiam l. 18. §. in ea causa ff.eod.tt. his uerbis*: In ea causa in qua nullis reus argumentis urgeatur, tormenta non facilè adhibenda sunt: sed instandum accusatori, ut id quod intendit, probet, atque sic conuincat. *Item concordat l.ult.ff.eod. tt. his uerbis*: Qui sine accusatoribus in custodiam recepti sunt, quæstio de eis babenda non est, nisi aliquibus suspicionibus urgeantur. *Item concordat l.3.C.de quæstionibus, hisce uerbis*: Primum serui alieni interrogabūtur, si præstita fuerint ex tanto scelere argumenta, ut uideātur accedere ad uerisimilia causæ crimina, ipsa quoque mulier torquebitur. neque enim ægrè feret, si torqueatur, quæ uenenis suis uiscera hominis exrinxit. *Concordat item l.17. in fine. C.ad l.Cornel.de falsis, hisce uerbis*: Si itaque de fide delicti uel per accusationem uel per priuatum iudicium quereris, Rector prouinciæ tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri potest, iubebit, si prius cæteris indicijs fuerit commotus. *Concordat denique l.8. §. oportet. C.de quæstionibus, hisce uerbis*: Oportet autem iudices nec in ijs criminibus quæ publicorum iudiciorum sunt, ad inuestiga-

tionem ueritatis à tormentis initium sumere, sed argumentis primùm uerisimilibus, probabilibusq; uti: & si de his ueluti certis indicijs ducti, inuestigandæ ueritatis gratia ad tormenta putauerint esse ueniendũ, tunc id demum facere debebunt, si personarum conditio patietur. hac etenim ratione etiam uniuersi prouinciales nostri fructum ingenitæ nobis beneuolentiæ consequentur. *Ex his quæ hactenus proposita sunt, constat, ad quæstionem & tormenta non ueniendum, nisi reus quibusdam argumentis suspectus sit factus, uel factum (ut nostri loquuntur) semiplenè sit probatum. Quæ autem argumenta sufficiant ad suspicionem mouendam, uel semiplenè probãdum, ut quæstioni possit esse locus, anxiè conantur definire legum doctores: uerùm ea res certis regulis definiri ac concludi non potest, sed arbitrio iudicis est relinquenda.*

a l.3.§. quæ argumenta. ff. de testib. — a *Planè unius testis testimonium ad inducendam quæstionem non sufficit, quod approbatur l. 20. ff. de quæst. hisce uerbis:* Maritus quidam hæres uxoris suæ petebat à Suro pecuniam, quam apud eum deposuisse defunctam se absente dicebat, & in eam rem unum testem liberti sui filium produxerat: apud procuratorem desiderauerat quæstionem haberi de ancilla. Surus negabat se accepisse, & testimoniũ non oportere unius hominis admitti, nec solere à quæstionibus incipi, & si aliena esset ancilla. Procurator quæstionem de ancilla habuit. Cum ex appellatione cognouisset Imperator, pronunciauit, quæstione illicitè habita, unius testimonio nõ esse credendum, ideoq; rectè prouocatum. *Hæc de prima propositæ causæ exceptione sint dicta.*

Secunda exceptio est: Nisi causa, de qua disceptatur, pecuniaria sit, non criminalis publica: tunc enim quæstio habenda non est. Hæc exceptio reprobatur l.9. in prin. ff. de quæstionibus, hisce uerbis: Diuus Pius rescripsit, posse de seruis haberi quæstionem in pecuniaria causa, si aliter ueritas inueniri non possit, quod & alijs rescriptis cauetur. Sed hoc ita est, ut non facilè in re pecuniaria quæstio habeatur. Sed si aliter ueritas inueniri non possit, nisi per tormenta, licet habere quæstionem, ut & diuus Seuerus rescripsit. *Propositæ exceptionis reprobatæ exemplum proponitur l.18. §. iudex. ff. eod. tt. his uerbis:* Iudex cum de fide generis instrui non potest, poterit de seruis hæreditarijs habere quæstionem. *Concordat l.9. C. de quæstionibus, hisce uerbis:* Super statu ingenuitatis per omnia interrogationum & quæstionum uestigia decurrendum est: ne alienæ fortè sordidæ stirpes, splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari, uel propria ac debita per compositam quæstionem, quibus competit, successio denegetur.

Tertia exceptio est: Nisi accusator nondum in crimen subscripserit. Hæc exceptio approbatur l.13. C. de accusationibus, hisce uerbis: Si quis seruos credideritaccusandos, non prius ad corporum tormenta ueniatur, quàm se uinculo subscriptionis adstrinxerit.

Quarta exceptio est: Nisi de seruo in quæstionem dando, nondum præstita sit cautio. Hæc exceptio approbatur l.13. ff. de quæstionibus, his uerbis: Certo precio seruum in quęstionem dari interposita stipulatione, rescriptum est.

Quinta exceptio est: Nisi semel in ea causa fuerit tortus. Hæc exceptio reprobatur l.16. in princip. ff. de quæstionibus, his uerbis: Repeti posse quęstionem, diui fratres rescripserunt. *Concordat l.18. §.1. ff. eod. tt. his uerbis:* Reus euidentioribus argumentis oppressus, repeti in quæstionem potest, maximè si in tormẽta animum corpusq; obdurauerit.

II. QVI TORQVENDI, item pro quibus, & aduersus quos?

Non passim quiuis, pro uel contra quemuis torquendus est: quod approbatur l.8. §. fin. C. de quæstionibus, his uerbis: Etsi his ueluti certis incidijs ducti, inuestigandæ ueritatis gratia ad tormenta putauerint esse ueniendum: tunc id demum facere debebunt, si personarum conditio patietur. *Proinde qui, pro quibus, & contra quos, torqueri possint, uel non possint, sciendũ est. De qua re notandæ sunt regulæ seq.*

Prima regula. De seruis. Hi regulariter possunt torqueri. quæ regula approbatur l.9. §. licet itaque. ff. de quæstionibus, hisce uerbis: Licet itaque & de seruis alienis haberi quæstionem, si ita res suadeat. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi se liberum dicat seruus. Hæc exceptio approbatur l.12. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis, ne quæstio de eo agatur, liberũ se dicat, diuus Hadrianus rescripsit, non esse eum ante torquendum, quàm liberali iudicio experiatur.

Secunda exceptio est: Nisi statu liber sit, uel seruo in testamento libertas relicta. Hæc exceptio approbatur l.19. ff. de quæstionibus, hisce uerbis: Is cui fideicommissaria libertas debetur, non aliter ut seruus quæstioni adplicetur, nisi aliorum quæstionibus oneretur. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur simul, & eius replicatio prima, quæ talis est: Nisi aliorũ quæstionib. oneretur. Secũda replicatio est: Nisi mors testatoris sit uindicãda. quæ tamen replicatio reprobatur l.5. C. eod. tt. his uerbis:* Nec si mors testatoris uindicanda est, quæstioni indiscretè subijciuntur hi, qui libertatem supremo iudicio acceperint. *Tertia replicatio est: Nisi de hæreditate, uel rebus hæreditarijs inter hæredes sit controuersia. quæ replicatio approbatur l.18. C. eod. tt. his uerbis:* De tormentis hæreditariorum seruorum sancimus, nullo discrimine secundum anteriores leges, & con-

constitutiones interposito, siue de iure hæreditatis aliqua moueatur inter hæredes quæstio, siue de corporibus tantum hæreditarijs, siue de utroq; eorum: seruos de corporibus tantùm hæreditarijs interrogari: & licere seruos eos tantummodo, qui res eas gerendas detinent, siue in seruitute relicti sunt, siue libertatem adipisci per ultimam testatoris uoluntatem præcepti sunt in quæstionem rerum hæreditariarum deduci, & ex his ea quæ occulta sunt reuelari: prius tamen sacramento super his à nobis statuto præstando. *Concordat l. 10. C. eod. tt. his uerbis*: Cum testamentum falsum esse proponas, ad illuminandam ueritatem seruos hæreditarios (etsi libertas eis ab eo qui se hæredem esse affirmat, præstita est) etiam per tormenta interrogari, constitutionibus principum est permissum.

Quarta replicatio est: *Nisi quæstio adulterij moueatur. Hæc replicatio approbatur l. 8. §. fin. ff. de quæstionib. hisce uerbis*: Statuliber in adulterio postulari poterit, ut quæstio ex eo habeatur, quod tantisper seruus hæredis est: sed spem suam retinebit.

Quinta replicatio est: *Nisi conditio libertatis defecerit. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis*: Sed nec de statulibero in pecuniarijs causis quæstio habenda est, nisi deficiente conditione.

Tertia propositæ regulæ exceptio est: *Nisi seruus pro domino suo sit torquendus. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. de quæstionib. hisce uerbis*: Pridem placuit, domestica seruorum seu libertorum propriorum uel paternorum interrogatione in causis ad dominos uel patronos pertinentibus abstinendum esse: ut neque pro ijs, neque aduersus eos in capitalibus uel pecuniarijs quæstionibus ueritatis uim obtinere posit, quod in confessionem ab eis fuerit deductum. *Concordant ea quæ habentur j. except. proxima, repl. 5.*

Huius exceptionis replicatio prima hæc est: *Nisi amplius dominus eius non sit. Hæc replicatio reprobatur l. 14. C. eod. tt. his uerbis*: Seruos non solum pro dominis, sub quorum dominio sunt constituti: sed nec pro ijs, quorum antea fuerunt, interrogari posse constat.

Secunda replicatio est: *Nisi uniuersitatis, non singulorum sit seruus: tunc enim pro singulis potest torqueri. quæ replicatio approbatur l. 6. §. uniuersitatis, in fine ff. de diuis. rerum. cuius uerba uide alibi.*

Quarta exceptio est: *Nisi seruus contra dominum suum sit torquendus. Hoc enim casu torquendus seruus nõ est. quæ exceptio approbatur l. 1. §. Antoninus. ff. de quæstionib. his uerbis*: Antoninus & Verus, Sulpitio Antigono ita rescripserunt: Cum quæstio de seruis contra dominos neque haberi debeat, neque si facta sit, dicturi sententiam consilium instruat: multo minus indicia seruorum contra dominos admittenda sunt. *Concordat d. l. 1. §. si serui, hisce uerbis*: Si serui quasi sceleris participes in se torquerentur, deq; domino aliquid fuerint confessi apud iudicem, prout causa exegerit, ita pronunciare eum debere, diuus Traianus rescripsit: quo rescripto ostenditur, grauari dominos cõfessione seruorum. Sed ab hoc rescripto recessum constitutiones posteriores ostendunt. *Concordat deniq; l. 6. C. eod. tt. cuius uerba uide s. exce. prox. Propositæ except. replicatio prima hæc est*: *Nisi dominus serui negetur, uel non sit. Hæc replicatio approbatur l. 18. §. sanè. ff. de quæstionib. hisce uerbis*: Sanè quoties quæritur, an serui in caput domini interrogandi sunt, prius de eorũ dominio oportet inquiri. *Concordat l. 1. §. si quis dicatur. ff. eod tt. his uerbis*: Si quis dicatur nullo iure emptus, non prius torqueri poterit, quàm si constiterit uenditionẽ non ualuisse: & ita Imperator noster cũ diuo patre suo rescripsit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est*: *Nisi bonæ fidei possessor sit serui uel liberi hominis. Hæc duplicatio approbatur d. l. 1. §. si seruus bona, hisce uerbis*: Si seruus bona fide mihi seruiat, etiam si dominium in eo non habui, potest dici torqueri eum in caput meum non debere. Idem est & in libero homine, qui bona fide seruit. *Secunda duplicatio est*: *Nisi alij seruum uindicanti satis dedit. Hæc duplicatio approbatur l. 15. §. fin. ff. de quæstionib. hisce uerbis*: Eum qui uindicanti seruum cauit, domini loco habendum: & ideo in caput eius seruos torqueri non posse, diuus Pius in hęc uerba rescripsit: Causam tuam alijs probationibus instruere debes. nam de seruis quæstio haberi non debet, cum possessor hæreditatis, qui petitori satisdedit, interim domini loco habeatur. *Tertia duplicatio est*: *Nisi dominus serui fuit. tũc enim quamuis dominus esse desierit, nihilominus in caput eius seruus torquendus non est. quæ duplicatio approbatur l. 18. §. seruus in. ff. eod. tt. his uerbis*: Seruus in caput eius domini, à quo distractus est, cui aliquando seruiuit, in memoriam prioris domini interrogari non potest. *Cõcordat l. 11 ff. eod. tt. his uerbis*: Etiamsi redhibitus fuerit seruus, in caput emptoris non torquebitur. *Sed & aliud propositæ duplicationis exemplum proponitur l. 17. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis*: De seruo in metallum damnato, quæstionem contra eum qui dominus fuit, non esse habendã, Papinianus respondit: nec ad rem pertinere, si ministrũ se facinoris fuisse confiteatur. *Item aliud exemplum est, si à domino sit manumissus. quod proponitur l. 1. §. si seruus ad. ibi, dummodo in caput. ff. eod. tt. Propositæ duplicationis triplicatio hæc est*: *Nisi per damnationem domini seruus eius esse desierit: tunc enim in caput eius potest torqueri. quæ triplicatio*

approbatur l.1.§.item Mummio.ff. de quæstionibus, hisce uerbis: Diuus Traianus Mummio Lolliano rescripsit, damnati seruos, qui desierint esse ipsius, posse in eum torqueri.

Quarta duplicatio est: Nisi seruus hæreditarius sit: hic enim quamuis hæredis nondum sit, quia nondum ab eo hæreditas adita sit, tamen in eius caput torqueri non debet. Cuius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi de ipsa hæreditate sit controuersia. hoc enim casu, in eum qui se dicit hæredem, potest torqueri. quæ triplicatio approbatur l.2.ff. de quæstionibus, hisce uerbis: Hæreditarij serui, quamdiu incertum est ad quem bona pertineant, non possunt uideri in caput domini torqueri. *Concordat l.13.in princip.C.eod.tt. item l.10 & l.18. C.eod.tt.quarum legum uerba uide s.ead. reg.exception.2.repl.3. Item concordat l.6.§.fin.ff.eod. tt.his uerbis:* Cum de falso testamento quæritur, hæreditarij serui possunt torqueri. *Item concordat l.17.§.de quæstione, & l.18.§. iudex ff.eod.tit.*

Quinta duplicatio est: Nisi seruus sit filij eius, in quem est torquendus. tunc enim, quamuis eius, in cuius caput torquendus est, non sit, nihilomagis tamen contra eum est torquendus. quæ duplicatio approbatur l.10.§.potest.ff.de quæstionibus, hisce uerbis: Potest quæri, an de seruis filij castrensis peculij in caput patris quæstio haberi non possit. nam patris non debere torqueri in filium constitutum est: & puto rectè dici, nec filij seruos in caput patris esse interrogandos. *Concordat l.2.C.eod.tt.*

Sexta duplicatio est: Nisi seruus sit patris eius, in quē est torquendus. Et hæc duplicatio patet ex uerbis iam propositis. Concordat l.6.C.eod.tt. cuius uerba uide s. ead.reg.except.3.

Septima duplicatio est: Nisi seruus sit pupilli eius, cuius tutor est, is in quē torquendus est. quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur l.2. C. de quæst. his uerbis: Insolitum est, & graue exemplo, audiri seruos aduersus tutores, uel matrem dominorum suorum, nisi tutelæ agatur.

Octaua duplicatio est: Nisi seruus mariti in caput uxoris torqueatur. Hæc duplicatio reprobatur l.1.§.seruum mariti. ff de quæstionibus, hisce uerbis: Seruum mariti in caput uxoris posse torqueri, diuus Traianus Seruio Quarto rescripsit. *Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationib. sunt dicta.*

Secunda eius replicatio est: Nisi tempore susceptæ cognitionis, seruus eius in quem est torquendus, non fuerit. Hæc replicatio approbatur l.1.§. si seruus ad.ff.de quæstionibus, hisce uerbis: Sed & eum, qui cognitionis susceptæ tempore alienus fuit, licet postea rei sit effectus, torqueri in caput eius posse, diui fratres rescripserunt.

Tertia replicatio est: Nisi pro parte tantum eius sit, contra quem est torquendus. Hæc replicatio reprobatur l.3.ff.de quæstionib. his uerbis: Constitutione Imperatoris nostri, & diui Seueri placuit, plurium seruum in nullius caput torqueri posse. *Concordat l.13.C.eod.tt.his uerbis:* Hoc quod placet, si de hæreditate quæratur, hæreditarios seruos interrogari, tibi opitulari non potest. ibi enim, dum de dominio incertum est, ad quem ex hæreditate pertineat, meritò per interrogationem hæreditarij serui ad ueritatis indaginem peruenitur. Tu autem adseuerādo seruum cōmunem esse, non dubitas ad eum portionem pertinere, contra quem interrogari eū cupis. Quæ res quæstionem ab eo haberi non permittit: cum nec communis seruus aduersus dominum communem, qui non socium occidisse dicatur, interrogari possit. *Ait Imp.* Qui non socium occidisse dicatur. *Ex hisce uerbis elicitur distinctio, qua replicatio proposita approbatur, hæc scilicet: Nisi in causa alterius domini contra alterum quæstio sit habenda, tunc enim de cōmuni seruo quæstio potest haberi. Cui concordat l.17.§.de quæstione, in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* De quæstione suppositi partus, uel si petat hæreditatem, quem cæteri filij non esse fratrem suum contendunt, quæstio de seruis hæreditarijs habebitur: quia non contra dominum (cæteros filios) sed pro successione domini defuncti quæritur. Quod congruit ei quod diuus Hadrianus rescripsit. Cum enim in socium cædis socius postularetur, de communi seruo habendam quæstionem rescripsit, quod pro domino fore uideretur. *Alia distinctio, qua replicatio approbatur, est 5.replicatio proxima.*

Quarta replicatio est: Nisi seruus municipum sit, uel alterius corporis. hic enim in ciuium capita potest torqueri. Hæc replicatio approbatur l.1.§.seruum municipum.ff.de quæst. his uerbis: Seruū municipū posse in caput ciuiū torqueri, sæpissimè rescriptum est: quando non sit illorū seruus, sed reip. Idemq; in cęteris seruis corporum dicendum est: nec enim plurium seruus uidetur, sed corporis. *Concordat l.6.§.uniuersitatis.ff.de diuis.rer. cuius uerba uide alibi.*

Quinta replicatio est: Nisi dominus seruum offerat ultrò torquendum. Hæc replicatio reprobatur l.18.§.seruus nec.ff.de quæstionibus, his uerbis: Seruus nec si à domino ad tormenta offeratur, interrogandus est. *Concordat l.7.C.eod.tt.his uerbis:* Seruos, qui proprij indubitatè tui iuris probabuntur, ad interrogationem nec offerēte te produci sineremus: tantū abest, ut & inuita te contra dominam uocem rūpere cogantur.

Sexta replicatio est: Nisi is qui seruum contra dominum torqueri desiderat, precium serui deponat. Et hæc replicatio reprobatur l.1.§. cum quidam. ff. de quæstionibus, hisce uerbis: Cum quidam deponere precium serui paratus esset,

esset, ut seruus torqueretur contra dominũ Imperator noster cumdiuo patre suo, id non admisit. *Septima replicatio est: Nisi seruo contra dominum torto, alijs probationibus etiam factum contra dominum sit probatum, tunc enim probatio non infirmatur ob id, quod seruus contra dominum sit tortus. quæ replicatio approbatur l. 1. §. in cæteris. C. de quæstionib. hisce uerbis:* In cæteris autem, quã quam ea quæ seruus contra dominum dixit, iudicaturi sententiam formare non debeant: tamen si alijs quoque probationibus fides ueritatis inuestigetur, præscriptionis inuidia euanescit. *Octaua replicatio est: Nisi in causa criminis læsæ maiestatis seruus contra dominum sit torquendus. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. fin. C. ad l. Iul. maiestatis, hisce uerbis:* In hoc item crimine, quod ad læsam maiestatem Imperatoris pertinet, etiam in caput domini serui torquentur. *Concordat l. 7. §. penult. C. eod. tit. his uerbis:* Magnus etiam Antoninus rescripsit: in hac causa in caput domini serui torquentur. *Concordat l. 8. §. seruus scilicet. C. de repudijs. itẽ l. 1. in prin. C. de quæstionib. hisce uerbis:* Quæstionem de seruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati census accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principis pertinet. *Nona replicatio est: Nisi crimen adulterij sit. Hæc replicatio patet ex uerbis iam propositis, hisce:* Exceptis adulterij criminibus. *Cui concordat l. 8. §. seruus scilicet. C. de repudijs. Concordat item l. 17. in prin. ff. de quæstionibus, hisce uerbis:* Extrario quoque accusante seruos in adulterij quæstionem contra dominum interrogari placuit: quod diuus Marcus, & postea maximus Princeps noster iudicantes secuti sunt. *Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi non adulterium, sed stuprum sit commissum. Hæc duplicatio approbatur d. l. 17. §. 1. his uerbis:* Sed & in quæstione stupri aduersus dominum serui non torquentur. *Plura de hac re uide §. Lib. prox. cap. 7. quæst. 9. qui torquendi. reg. 1. Decima replicatio est. Nisi de incesti crimine quæstio sit: Hæc replicatio reprobatur l. 4. ff. de quæstionib. hisce uerbis:* De incesto (ut Papinianus respondit & est rescriptum) seruorum tormenta cessant: quia & lex Iulia cessat de adulterijs. *Planè admittitur replicatio proposita, si per adulterium incestum sit commissum. quæ distinctio approbatur l. 5. ff. eod. tit. his uerbis:* Si quis uiduam, uel alij nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, corruperit, in insulam deportandus est: qui duplex crimen est, Incestum, quia cognatam uiolauit contra fas, & adulterium uel stuprum adiungit. denique hoc casu serui in personam domini torquentur. *Concordat l. 39. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. hisce uerbis:* De seruis in dominos incesti postulatos, quæstionem ita demum habendam Papinianus respondit: si per adulterium incestum esse contractum dicatur. *Vndecima replicatio est: Nisi uxor marito, uel contrà maritus uxori insidias struxisse, uel occidere uoluisse, dicatur. Hæc replicatio approbatur l. 9. C. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis:* Si fortè mulier marito mortis parasse insidias, uel quolibet alio genere uoluntatem occidendi habuisse inueniatur, uel fortè maritus eo modo insectetur uxorem: in eadem quæstione ab omni familia non solum mariti, sed etiam uxoris (quæ tamen tunc temporis domi fuerit) sine cuiusquam defensione quærendum est. *Duodecima replicatio est: Nisi fraudati census crimen intentetur. Hæc replicatio approbatur l. 1. in prin. C. de quæstionib. cuius uerba uide. s. repl. 8. in fine. Concordat l. 1. §. in causa. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin. Decimatertia replicatio est Nisi plagij crimen intentetur. Hæc replicatio approbatur l. 8. §. seruis scilicet, in fine. C. de repudijs, de quo alibi dicetur. Concordat l. 4. §. sanè mancipium. C. de seruis fugitiuis, hisce uerbis:* Mancipium torqueri oportet, ut manifestetur, utrum propter lucrum capiendum callidè à domino, ad domum, uel agrum eius qui suscepit immissus sit, an non? Quod si malignè factum esse ex serui interrogatione patuerit: seruo etiam suo ipsum qui hoc fecerit priuari oportet, & ad fiscum pertinere mancipium. *Decimaquarta replicatio est: Nisi de rebus hæreditarijs quæratur: hoc enim casu uidetur quod seruus hæredis torqueri poßit, secundũ ea quæ dicta sunt paulo superius repl. 1. dupl. 4. Verum replicatio hæc reprobatur l. 1. §. diui fratres. ff. de quæstionib. his uerbis:* Diui fratres Leuiano Longino rescripserunt, de seruo hæredum non esse habendam quæstionẽ in res hæreditarias: quàmuis inspectum fuisset, quod imaginaria uenditione dominium in eo quæsijsse hæres uideretur. *Decimaquinta replicatio est: Nisi in causa pecuniaria quæstio habeatur. Hæc replicatio uidetur approbari l. 1. §. fin. C. de quæstionib. hisce uerbis:* In pecuniarijs uerò causis ex inopia probationum seruos contra dominos interrogari posse, manifestũ est. *Huic contradicit glossa in d. §. fin. sed & contradicit l. 6. ibi: uel pecuniarijs. C. eod. tit. cuius uerba uide s. ead. reg. except. 1. Decimasexta replicatio est: Nisi seruus de se tortus, aliquid etiam de domino confiteatur. Hæc replicatio reprobatur l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæstionib. hisce uerbis:* Diuus Antoninus & diuus Hadrianus Seruio Sabino rescripserunt: cum serui pariter cum domino aurum & argentum exportasse dicerentur, non esse de domino interrogandos, nec quidem si ultrò aliquid dixerint obesse hoc domino. *Concordat d. l. 1. §. si serui. cuius uerba uide s. ead. except. 4. in prin.*

Hactenus de quarta propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus est dictum.

Quinta

Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi seruus de seipso interrogetur, & torqueatur. Hæc exceptio reprobatur l.15.C.de quæstionibus, hisce uerbis: Interrogari seruos de facto suo, non solùm in criminali causa, sed etiam in pecuniaria (uelutì quando per eum depositi uel commodari nomine, uel in alijs causis legibus cognitis res alijs permissæ sunt) posse, cõstat. *Concordat l.7.ff.de probationib.his uerbis*: Cum probatio prioris fugæ deficit, serui quæstioni credendum est. In se enim interrogari, non pro domino, aut in dominum uidetur. *Cõcordat item l.1.§.diuus Hadrianus ff. de quæstionibus, his uerbis*: Diuus Hadrianus Calphurnio Celeriano in hæc uerba rescripsit: Agricola Põpeij Valentis seruus de se potest interrogari. At si dum quæstio habetur, amplius dixerit, rei fuerit iudicium, non interrogationis culpa. *Item concordat l.12. C. eod. tt. his uerbis*: Quoties de dominio mancipiorum tractatur, si alijs probationibus ueritas illuminari non possit, de seipsa esse cum tormentis interroganda, iuris authores probant. *In causis sanè liberalibus ij de quorum statu quæritur, de seipsis torquendi non sunt l.10.§.fin.ff. de quæstionib. Sexta propositæ regulæ exceptio est: Nisi seruus contra patrem, filium, maritum, uel uxorem domini sui, torqueatur. De hisce exceptionibus cum alijs similibus uide s.ead.reg.except.4.repl.1. eiusq; duplicat. Sed & plures huiusmodi exceptiones uide j.reg.prox.except.3.repl.1. cum sequentib. Hactenus ergo de Seruis, prima scilicet regula quæstionis propositæ.*

SECVNDA REGVLA. *De libero homine.*

Liber homo regulariter torquendus non est. quæ regula approbatur l.15.in prin ff.de quæstionibus, hisce uerbis: Ex libero homine pro testimonio nõ uacillante, quæstionem haberi nõ oportet. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi de statu eius dubitetur. quæ tamen exceptio reprobatur l.10.§.fin ff.eo.tt.his uerbis*: In causis quoq; liberalibus non oportet per eorum tormẽta, de quorum statu quæritur, ueritatem requiri. *Concordat l.12.ff.eod.tt. cuius uerba uide s. reg.prox.except.1. Secunda exceptio est: Nisi ideo manumissus sit, ne torqueatur. Hæc exceptio approbatur l.1.§.si seruus ad.ff.eod.tt.his uerbis*: Si seruus ad hoc erit manumissus ne torqueatur, dũmodo in caput domini nõ torqueatur, posse eum torqueri, diuus Pius rescripsit.

Tertia exceptio est: Nisi obscuri sint, & in testimonio dicendo uel respondendo suspecti. tunc enim torqueri possunt. quæ exceptio approbatur Nouell const. 90.§.corroborantes igitur, in fine. cuius hæc sunt uerba: Corroborantes igitur rataque facientes omnia, quæ à ueteribus de prohibẽdis his, quos ipsi à dicendo testimonio arcent, prodita sunt: sancimus, & maximè in ampla hac & alma urbe, ubi (quod authore Deo dictum esto) honestorum bonorumq; uirorũ summa existit copia, ut qui in testimoniũ adhibentur, illæsa existimatione sint, atq; tales, qui ob constantẽ, sibiq; consentientem famã dignitatis, militiæ, opulentiæ, aut professionis omnẽ longè calumniã superent: aut si tales non sint, saltem ab alijs quod fide digni existant, testimoniũ habeant: non aũt sedentarij, aut humi repentes, & prorsus reiectæ conditionis homines ad dandum testimoniũ procedant: sed quorũ studia facilè possint (si quid incidat dubij) eorum uitam, qui ad dicendũ testimonium accesserunt, inculpatam ac honestam ostẽdere. Si uerò ignoti sint & undiquaq; obscuri, uideanturq; omnino aliquid de ueritate in proferendo testimonio corrũpere uoluisse, possint etiam tormentis subijci: & iudices, si cum magistratu sint, ipsi hoc faciant: si alij quidam, præter eos qui magistratus gerũt: hic quidẽ assumãt apparitorẽ magnificentiss. Prætoris plebeij, in prouincijs uerò locorũ defensorẽ, perq; eos adhibeant illis tormentorum periculũ, ut hac saltem uia nihil de ueritate occultent, aut hac etiam ratione deprehendantur, accepta pecunia testimonium dixisse, aut alioqui dolo circa ipsam uersati esse. *Concordat d.c.90.§. si eiusmodi, his uerbis*: Si eiusmodi testes non sint quales antea diximus, etiam tormẽtis eos subijcere iubemus. *Concordat item l.21.§.si ea rei.ff. de testib.his uerbis*: Si ea rei conditio sit, ut arenarium testem uel similem personã admittere cogamur, sine tormentis testimonio eius credendum non est. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi testes facto non interuenerint. Hæc replicatio approbatur l. 18.§.testes. ff. de quæstionibus, hisce uerbis*: Testes torquendi nõ sunt, conuincendi mendacij, aut ueritatis gratia, nisi cum facto interuenisse dicuntur. *Secunda replicatio est: Nisi testis in testimonio perhibendo non uacillet, nec suspectus sit. Hæc replicatio elici potest ex l.15.in prin.ff.de quæstionibus. cuius uerba uide s.eod.reg.in princip. Tertia replicatio est: Nisi minor sit quatuordecim annis. Hæc replicatio approbatur d.l.15. §.1.his uerbis*: De minore quoque quatuordecim annorum, in caput alterius quæstionem habendam non esse, diuus Pius Mecilio rescripsit: maximè cũ nullis extrinsecus argumẽtis accusatio impleatur. Nec tamen consequens esse, ut etiam sine tormentis eidem credatur. nam ætas (inquit) quæ aduersus asperitatẽ quæstionis eos interim tueri uidetur, suspectiores quoq; eosdem facit, ad mentiendi facilitatẽ. *Cõcordat l.10.in prin.ff.eod.tt.his uerbis*: De minore quatuordecim annorũ quæstio habẽda non est, ut & diuus Pius Cæcilio Iubentiano rescripsit. *Quarta replicatio est: Nisi mulier sit. Hæc replicatio reprobatur l.3.C.de quæstionibus.*

nib. cuius uerba uide ī. *eod. cap. quæst.* 1. *except.* 1. *Quinta replicatio est: Nisi mulier prægnans sit. Hæc replicatio approbatur l.* 3. *ff. de pœnis. cuius uerba uide* J. *cap.* 12. *quæst.* 2. *excep.* 4. *Sexta replicatio est: Nisi is qui torquendus est de se confessus sit, hic enim non debet torqueri in alium. quæ replicatio approbatur l.* 16. *ff. de quæstionib. hisce uerbis:* Is qui de se confessus est, in caput aliorum non torqnebitur, ut diuus Pius rescripsit. *Concordat l. ult. §. fin. C. de accusationib. cuius uerba uide* ī. *cap.* 7. *actu* 2. *quæst.* 2. *reg.* 2. *Septima replicatio est: Nisi in insulam sit deportatus. Hæc replicatio approbatur l.* 9. *§. fin. ff. de quæstionib. hisce uerbis:* De eo qui in insulam deportatus est, quæstio habenda nō est, ut diuus Pius Cæcilio Iubentiano rescripsit. *Octaua replicatio est: Nisi miles uel ueteranus sit, aut militis filius. Hæc replicatio approbatur simul & distinguitur l.* 8. *in prin. C. eod tt. his uerbis:* Milites neque tormētis, neq; plebeiorū pœnis in caussis criminū subiugari concedimus, etiamsi nō emeritis stipendijs suis uideantur esse dimissi: exceptis scilicet ijs, qui ignominiose sunt soluti. Quod & in filijs militū & ueteranorum seruabitur. *Nona replicatio est: Nisi uiri sint eminentes & clarissimi, horumq; liberi: item nisi decuriones sint, decurionūue liberi. Hæc replicatio probatur l.* 10. *C. de dignitatibus, hisce uerbis:* Seueram indignationem per tormenta quærendi à clarissimo homine submouemus. *Sed & approbatur l.* 11. *C. de quæstionib. his uerbis:* Diuo Marco placuit, eminentissimorū quidē, nec non etiā perfectissimorū uirorū usq; ad pronepotem liberos plebeiorū pœnis uel quæstionibus non subijci: si tamē propioris gradus liberos, per quos id priuilegium ad ulteriorem gradū trāsgreditur, nulla uiolati pudoris macula adspergit. In decurionibus autem & filijs eorum hoc obseruari, uir prudentissimus Domitius Vlpianus in publicarū Disputationū libris ad perennē scientiæ memoriā refert. *Concordat l.* 16. *C. eod. tt. cuius uerba uide* ī. *cap.* 4. *de Decurionib. reg.* 5. *Item concordat l.* 17. *C. eod. tt. his uerbis:* Nihil sibi deflectens à iusticia indignatio cognitorum, nihil uēnalis exigentium terror in eas, quæ aut innocentia securæ, aut principali sunt honore munitæ, intelligat licere personas ad inferendas iniurias corporales. Habeat hanc mercedē laboris multorū munerum testimonijs cōmendata deuotio. Idēq; est si munia decurionatus quis deposuit. nam & ipse propter pristinam dignitatem quæstionem non patitur. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi instrumentum, quod decurio, cū adhuc tabellio esset, conscripsit, falsum dicatur: tūc enim quæstioni quamuis decurio subiacet. quæ duplicatio approbatur l.* 21. *C. ad l. Cornel. de falsis hisce uerbis:* Si quis decurio, testamentū, uel codicillos, aut aliquā deficiētis scripserit uoluntatē, uel cōscribēdis publicis priuatisq; instrumētis præbuerit officiū, si falsi quæstio moueatur, decurionatus honore seposito, quæstioni (si ita poposcerit causa) subdatur. Sed non statim desinit esse decurio, &c. *Secunda duplicatio est: Nisi ob magiam uel similes artes sit accusatus. Hæc duplicatio approbatur l.* 7. *C. de malefic. cuius uerba uide* J. *Lib. prox. cap.* 9. *causa.* 1. *Plura hac de re uide* J. *cap.* 2. *lib* 12 *quæst.* 2. *reg.* 16. *Decima replicatio est: Nisi clerici sint uel presbyteri. Hæc replicatio in clericis quidē reprobatur, approbatur autē in presbyteris l.* 8. *C. de episcopis & clericis. hisce uerbis:* Presbyteri, citra iniuriam quęstionis, testimoniū dicant, ita tamen, ut falsa nō simulēt: cæteri uerò clerici, qui eum deinde gradū uel ordinē sequuntur, si ad testimonium dicondū petiti fuerint, prout leges præcipiunt audiantur, ut salua tamen sit litigatorib. falsi actio, si fortè presbyteri, qui suo nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquā corporalem iniuriā sunt pręcepti, hoc ipso quod nihil metuant, uera suppresserint: multo magis enim pœna digni sunt, quibus quàm plurimū honoris per nostram iussionem delatum est, si in occulto inueniatur crimen. *Vndecima replicatio est: Nisi torquendus de domo sit accusatoris. Hæc replicatio approbatur l.* 1. *§. ad quæstionē. ff. de quæstionib. hisce uerbis:* Ad quæstiones non esse pruocandos eos, quos accusator de domo sua produxerit. *Duodecima replicatio est: Nisi torquendus libertus uel seruus sit, eius pro quo est torquendus. Hæc replicatio approbatur l.* 6. *C. de quæstionib. cuius uerba uide* ī. *ead. quæst.* 2. *reg.* 1. *except.* 1. *Decimatertia replicatio est: Nisi torquendus inimicus sit ei cōtra quem est torquendus. Hæc replicatio approbatur, certo tamē modo l.* 1. *§. prætereа. ff. de quæstionib. hisce uerbis:* Prætereа inimicorū quæstioni fides haberi non debet: quia facilè mentiuntur. nec tamen sub prætextu inimicitiarū detrahēda erit fides quæstioni, sed causa cognita, aut habenda fides, aut non habenda. *Ait Iuriscōsultus:* Sed causa cognita, aut habenda fides, aut non habenda. *Huius exemplum ibidem subijcitur, de quo* J. *Lib.* 7. *cap.* 4 *de Exceptionib. cōtra testes, except* 21 *Decimaquarta replicatio est: Nisi quis torquendus sit in eum, contra quem inuitus testimoniū dicere nō cogitur. Hæc replicatio approbatur l.* 1. *§. si seruus bona. ff. de quæstionibus, hisce uerbis:* Sed nec libertum torqueri in patroni caput constitutum est, nec quidem fratrem in fratris, Imperator noster cum patre suo rescripsit, addita ratione: quod in quem quis inuitus testimonium dicere non cogitur, in eum nec torqueri debeat. *Concordat l.* 6 *C. eod. tt. cuius uerba uide.* ī. *ead. quæst reg.* 1. *except.* 1.

Duplicatio pręcedentium Replicationum generalis.

Iam propositar. replicat. duplicatio general. hæc est: Nisi

Nisi de crimine læsæ maiestatis agatur. Hæc duplicatio approbatur l.10.in prin.ff.de quæstionib. hisce verbis: Sed omnes omnino in maiestatis crimine (quod ad personas principum attinet) si ad testimonium prouocentur, cum res exiget, torquentur. *Concordat l.4.C.ad l.Iul.maiestatis, hisce uerbis:* Nullus omnino, cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum tormenta inferuntur, militiæ generis aut dignitatis uti defensione prohibeatur, excepta tãtum maiestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est. *Concordat item l.5.ibi: cum in huiusmodi.C.eod. tt.l.16.in fine. C.de quæstionib. cuius uerba uide s̄. cap. 4. de Decurionib.reg. 5. Hæc de Secunda regula.*

TERTIA REGVLA. *De accusatore & reo torquendo. In crimine læsæ maiestatis non solum testes, sed etiam accusator, reus & instigator sunt torquendi. Quæ regula approbatur d. l.3.C.ad l.Iul.maiestatis, hisce uerbis:* Si quis alicui maiestatis crimen intenderit, cum in huiusmodi re conuictus, minimè quisquam priuilegio dignitatis alicuius à strictiore inquisitione defendatur, sciat se quoq; tormentis esse subdendum (si alijs manifestis indicijs accusationem suam non potuerit comprobare) cum eo, qui huius esse temeritatis deprehenditur. Illum quoque tormentis subdi oportet, cuius consilio atque instinctu ad accusationem acccessisse uidebitur, ut ab omnibus commissi conscijs instituta uindicta possi reportari.

De ipsa quoque rea muliere torquẽda, proponitur l. 3. C. de quæstionibus, cuius uerba uide s̄. eod.cap. quæst.1.except.2.

III. QVI QVAESTIONEM habere, & torquere debeant.

Hactenus ex quibus causis, item qui, pro quibus, & aduersus quos, torquendi sint, est dictum. Sequuntur nunc reliqui quæstionis habendæ loci. Quæstionem ergo habere debet ipse iudex, siquidem cũ magistratu est, sin autem sine magistratu est, assumere sibi debet loci defensorem. quæ regula approbatur Nouell.c.90. §. corroborantes, in fine. cuius uerba uide s̄. quæst. prox.2.reg.2.except. 5. in prin.

IIII. QVIBVS PRAESENTIbus quæstio habenda.

Prima regula. De præsentia clarissimorum uirorũ & patronis causarum, proponitur l.12. in prin.ff.de publ. iud. cuius uerba uide s̄.cap.1.quæst.9.reg.2.

Secunda regula. De præsentia accusatoris & sociorum, proponitur l.1. in prin.ibi: Quòd si accusator.C. de custodia reorum cuius uerba uide s̄.cap.6.actu 4. quæst.3.reg.2 except.1.

V. QVANDO QVAESTIO habenda est.

Prima regula. Statim exhibito reo quæstio est habenda. quæ regula approbatur d. l. 12. in prin.

Secunda Regula. Etiam feriatis diebus haberi potest. quæ regula apprpbatur d. l.12.ff.de publ. iud.

VI. QVOMODO QVAESTIO HAbenda est, & de officijs torquentis.

Prima regula huius loci proponitur l.18.in prin.ff. de quæstionib. hisce uerbis: Vnius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior est, uel teneræ ętatis uidetur. *Similis regula proponitur l. 1. §. 1. ibi: Idem diuus Hadrianus.ff.eod tt.cuius uerba uide s̄ eod. cap.8.quæst.1.excep.1.*

Secunda regula proponitur l.7.ff.eod.tt.his uerbis: Quæstionis modus magis est iudices arbitrari oportere. Itaque quæstionem haberi oportet, ut seruus saluus sit, uel innocentia, uel supplicio. *Cõcordat l.10.§.tormenta ff. eod. tt. his uerbis:* Torméta adhibenda sunt, non quanta accusator postulat, sed ut moderatę rationis temperamenta desiderant.

Tertia regula proponitur l. 1. §. qui quæstionem. ff.d.tt.his uerbis: Qui quæstionem habiturus est, nõ debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit: sed generaliter, quis id fecerit: alterũ enim magis suggerentis quàm requirentis uidetur. & ita diuus Traianus rescripsit.

VII. QVOTIES QVAESTIO habenda est.

Plus quàm semel torqueri potest. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. eod. cap. quæst.2. except.5.

VIII. EVENTVS TORTVRAE.

Prima regula. Vtrum quæstioni fides habenda sit nec ne? est in arbitrio ipsius iudicis. Quæ regula approbatur l.1.§.quæstioni ff.de quæstionib hisce uerbis: Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam, constitutionibus declaratur. Etenim res est fragilis & periculosa, & quæ ueritatem fallat. nam plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo possit: alij, tanta sunt impatientia, ut quoduis mentiri, quàm pati tormenta uelint. Et ita fit ut etiam uario modo fateantur, & non tantum se, uerum etiam alios criminentur.

Secunda regula. Vnde autem iudex arbitrari possit definitur l.10.§.plurimum.ff.eod.tt.his uerbis: Plurimum quoq; in excutienda ueritate etiam uox ipsa, & cognitionis subtilis diligentia adfert. nã & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione, quid diceret, uel cuius existimationis quisque in ciuitate sua est, quædam ad illuminandam ueritatem in lucem emergunt.

Tertia regula. Sanè regulariter quidem quæstioni & confessioni patris fides est habenda. quæ regula approbatur l.8. ibi: quas & efficacissimus.ff.de quæstionib. cuius uerba uide s̄. eod.cap.in prin. Cuius regulæ

except.

exceptiones & replicationes ſunt ea quæ dicta ſunt ſ. eod. cap. quæſt. 1. & quæſt. 2. hic repetenda. item ea quæ dicentur j. de Teſtibus & confeſſis lib. 7. Sed & eius exceptio hæc eſt: Niſi tortus non ſatis conſtanter cõfeſſus ſit, nec in eo perſeuerauerit. hoc enim caſu, regulæ proximè præcedentes maximè locum habere uidentur. Item propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi tortus non ſimpliciter confeſſus ſit, ſed qualitate aliqua adiecta, puta, ſe defendẽdi ſui cauſa homicidiũ feciſſe. hoc enim caſu, confeſſio cum ſua qualitate eſt accipienda eſtq; hæc communis doctorum opinio. Conſultus ergo de quadam cauſa, qua reus ſe direptioni oppidi interfuiſſe confeſſus erat, ſed caſu interueniſſe nec diripiendi propoſito, nec etiam quidquam ſe diripuiſſe: reſpondi cum reus nullis alijs argumentis urgeretur, quàm propria ſua confeſſione eũ eſſe abſoluẽdũ. Propoſitæ except. replicatio hæc eſt: Niſi qualitas cõfeſſioni adiecta nõ ſit probabilis, ſed à reliquis circumſtantijs & negocij qualitatibus diſcrepet. quæ replicatio ſubſiſtit per ea quæ dicta ſunt paulo ſuperius reg. 2 Ratione huius rei ſ. rationis in cauſa quadam: reſpondi reum eſſe damnandum, qui cum coniecturis quibuſdam urgeretur, tortus confeſſus erat, ſe homicidiũ feciſſe, ſed ſui defendẽdi cauſa: cum tamen ex actis conſtaret, & ipſum initium rixandi feciſſe, occaſionemq; præbuiſſe, & ipſum occiſum nulla arma præter ſecurim habuiſſe, tam poſt, quàm ante homicidium perpetratum, aliquot ſaccis oneratam implicitamq; & ad uim inferandam non ſatis idoneam.

Quarta regula. Seruis tortis & abſolutis, duplum domino ab accuſatore eſt præſtandum. Quæ regula approbatur l. 6. C. de calumniatorib. his uerbis: Dominis ſeruorum per accuſatoris calumniam tortorum, aduerſus eum pœna dupli lege Iulia prouidetur. *Concordat l. ult. ff. eod. tt. his uerbis:* De ſeruo qui accuſatur, ſi poſtuletur quæſtio, habetur: quo abſoluto, in duplum precij accuſator domino damnatur. Sed & citra precij æſtimationem quæritur de calumnia eius. Separatum eſt enim calumniæ crimen à damno, quod in ſeruo propter quæſtionem domino datum eſt. *Concordat item l. 6. ff. de quæſtionib. hiſce uerbis:* Patre uel marito de adulterio agente, & poſtulãte, ut de ſeruis rei quæſtio habeatur: ſi cauſa perorata, teſtibus prolatis abſolutio ſecuta fuerit, mancipiorum quæ mortua ſunt æſtimatio habetur: ſecuta uerò damnatione quæ ſuperſunt, publicantur. *Concordat ſimul & diſtinguitur l. 27. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide j. Lib. prox. cap. 7. quæſt 9. Euent. reg. 4.*

DE CALVMNIATORIBVS. Cap. IX.

Hactenus decimustertius publicorum Iudiciorum locus tractatus eſt, continens actus & adiuncta publicorum iudiciorum, ſeu officia accuſatoris, rei & iudicis: Sequitur nunc decimusquartus & ultimus locus, continens euentus & conſequentia: quorum alia ſunt reo abſoluto, alia reo damnato, alia denique reo reſtituto, & à pœna liberato. de quibus ſingulis ordine diſpiciendum.

Euentus itaque & conſequentia reo abſoluto proponũtur l. 1. in prin. ff. ad Senatuſ. Turpillianum, his uerbis: Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubijcitur. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur. *De Calumniatorib. eorumq; pœna in hoc capite dicetur: de Præuaricatorib. & tergiuerſantib. in Capitibus ſequentibus.*

I. Cauſæ ex quib. calumniæ pœna eroganda ſit.

Prima & principalis cauſa eſt. Si accuſator fuerit calumniatus. quæ cauſa definitur d. l. 1. §. 1. his uerbis: Calumniari, eſt falſa crimina intendere.

Secunda cauſa. Si nõ probat accuſator quod intẽdit. Hæc cauſa reprobatur d. l. 1. §. calumniatoribus, his uerbis: Sed non utique qui non probat quod intendit, protinus calumniari uidetur. nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis cõmittitur, qui reo abſoluto de accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mẽte ductus ad accuſationem proceſſerit: & ſiquidem eius iuſtũ errorem reperit, abſoluit eum: ſi uerò in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat. quorum alterutrũ ipſis uerbis pronunciationis manifeſtatur. nam ſiquidem ita pronunciauerit: Non probaſti, pepercit ei: Si autem pronunciauit, Calumniatus es, condemnauit eum: & quàmuis nihil de pœna ſubiecerit, &c. *Reliqua uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. differentia 2. in fine Concordat cauſæ propoſitæ reprobatæ l. 3. C. de calumniatorib. his uerbis:* Qui non probaſſe crimẽ quod intendit pronunciatur, ſi calumniæ non damnetur, detrimentum exiſtimationis non patitur: non enim ſi reus abſolutus eſt, ex eo ſolo etiam accuſator qui poteſt iuſtam habuiſſe ueniendi, ad crimen rationem, calumniator credendus eſt.

Tertia cauſa. Si temerè accuſauit. Et hæc cauſa reprobatur l. 1. §. quæri poteſt. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis: Quæri poteſt, ſi ita fuerit interlocutus: Lucius Titius temerè uidetur accuſaſſe, an calumniatorem pronunciaſſe uideatur? & Papinianus temeritatem facilitatis ueniam continere, & inconſultum calorem calumniæ uitio carere, & ob id hunc nullam pœnam ſubire oportere, reſpondit.

Quarta cauſa proponitur l. 6. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Calumniæ cauſa puniuntur, qui in fraudem alicuius librum, uel teſtimonium, aliudue quid conquiſiuiſſe, uel cõſcripſiſſe, uel in iudicium protuliſſe dicuntur. *Hactenus cauſæ ſunt enumeratæ, quarum duæ approbãtur; duæ reprobantur. Prima autẽ & principalis cauſa eſt: Si accuſator fuerit calumniatus. cuius cauſæ exceptio*

nes nunc proponendæ, eiusq; definitio penitius cognoscenda est.

I. EXCEPTIO *est. Nisi per iustum errorem accusauit falso. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. calumniatoribus ff. ad S. C. Turpill. cuius uerba uide paulo superius causa 2.*

II. EXCEPTIO. *Nisi inconsultò accusauit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. quæri potest. cuius uerba uide ibidem paulo superius causa 3.*

III. EXCEPTIO. *Nisi alieno nomine & mandato alterius accusauit. Hæc exceptio reprobatur l. 8. C. de calumniatoribus, his uerbis:* Nostris, & parétum nostrorum constitutionibus comprehensum est: eos, qui accusationem alienis nominibus præsumpsissent, delatorum numero esse ducẽdos, atq; ideo calumniosissimum caput, & personam iudicio irritæ delationis infamiæ supplicium sequatur: quo posthac singuli uniuersiq; cognoscát, non licere in eo, quod non posit ostendi, iudiciũ animos cõmoueri. *Huius exceptionis reprobatæ ratio hæc est, quòd non liceat alieno nomine accusare. de quo s̄. cap. 1. quæst. 7.*

IIII. EXCEPTIO. *Nisi tutor uel curator in causa pupilli accusauerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. in fine. C. qui accusare non possunt. cuius uerba uide s̄. d. quæst. 7. reg. 1.*

V. EXCEPTIO. *Nisi liberorũ mortẽ uindicauit. Hæc exceptio approbatur l. 14. ff. de publ. iud. his uerbis:* Generi seruis à socero ueneficij accusatis, Præses ꝓuinciæ patrẽ calumniã intulisse pronunciauerat. inter infames patrem defunctæ nõ habendũ, Papinianus respondit: quoniam etsi publicũ iudiciũ inter liberos de morte filiæ constitisset, citra periculum pater uindicaret. *Concordat l. 2. C. de calumniatorib. his uerbis:* Mater inter eas personas est, quæ sine calumniæ timore necem filij sui uindicare possunt: idq; beneficium senatusconsulti & in alijs publicis iudicijs seruatum est.

VI. EXCEPTIO. *Nisi patris mortẽ uindicauit filius. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. eod. tt. his uerbis:* Calumniæ pœna in paternæ mortis accusatione cessat.

VII. EXCEPTIO. *Nisi hæres testatoris mortem uindicet. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. his uerbis:* Sed & extraneus hęres, qui suspicionẽ, quã de morte sua habuisse defunctus cauit, exequitur, hoc nomine à calũnia excusatus est: cũ inter uoluntariam accusationem, & officij necessitatem hæredis multum intersit.

VIII. EXCEPTIO. *Nisi in priuatis & extraordinarijs criminib. sit calumniatus. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de calumniat. his uerbis:* Qui calũniatores pronunciantur, in publicorũ duntaxat iudiciorum quæstionibus, nõ etiam in liberalib. causis, quæ priuatas disceptationes cõtinẽt, periclitari solent. *Concordat l. 7. §. fin. ff. ad S. C. Turpill. Planè hoc casu calumnia extraordinem punitur: quod approbatur l. 3 ff. d. tt. his uerbis:* Et in priuatis & in extraordinarijs criminibus omnes calumniosi extraordinem pro qualitate admissi puniuntur.

IX. EXCEPTIO. *Nisi abolitio petita sit, uel interuenerit. Hæc exceptio reprobatur l. 9. C. de calumniat. his uerbis:* Fallaciter incusantibus maximè post exhibitionem accusati, nullius iuris color, ueluti deriuata excusatione, proficiat, non publica abolitio: nõ priuata, talib. proficiat subueniatq; personis, non specialis indulgentiæ. nec beneficiũ quidẽ generale eos subducat. *Concordat l. 15. in prin. ff. de iure fisci, hisce uerbis:* Senatus censuit, si delator abolitionem petat, quod errasse se dicat: ut idem iudex cognoscat, an iusta causa abolitionis sit. & si errasse uidebitur, det imprudentiæ ueniã: Si aũt calumniæ, hoc ipsum iudicet, eaq; causa accusatori perinde cedat, ac si causam egisset, & perdidisset. *Vide insuper J. cap. 11. q. 2. except. 22. repl. 4.*

X. EXCEPTIO. *Nisi accusator serui, accusati nomine duplum præstiterit. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. de calumniatorib. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 8. reg. 4.*

XI. EXCEPTIO. *Nisi de causa accusationis pronunciatum sit, nulla calumniæ mentione facta. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. de calumniatorib. his uerbis:* Calumnia eo tẽpore coerceri solet, quo de causa præsente accusatore iudicatur. Et ideo, postquam de causa iudicatum est, cõtra consuetudinem calumniam accusatoris puniri desideras. *Concordat l. 1. §. calumniatoribus, ibi: quorum alterutrum. ff. ad S. C. Turpill. cuius uerba uide s̄. eod. cap. causa 2.*

XII. EXCEPTIO. *Nisi iudex pronunciauit ita:* Calumniatus es, *non adiecta pœna. Hæc exceptio reprobatur d. §. calumniatorib. ibi, & quamuis. cuius uerba uide s̄. cap. 3. quæst. 2. differ. 2. in fine.*

XIII. EXCEPTIO. *Nisi iure mariti uel patris, adulterij accusationẽ instituerit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. §. fin. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis:* Iure mariti qui accusant, calumniæ periculũ nõ euitant. *Concordat l. 30. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Pater sine periculo calumniæ agere non potest.

XIIII. EXCEPTIO. *Nisi minor uigintiquinque annis accusauerit. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. lex Iulia. ibi: Sanè si iuuenili. ff. ad l. Iul. de Adulter. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 7. question. 3. reg. 4. except. 4.*

II. QVIBVS POENA CAlumniæ irroganda?

De eo qui mandauit, regula proponitur l. 24. ff. de iure fisci, hisce uerbis: Non tantum delator punitur, si non probauerit, sed & mandator, quem exhibere debet delator.

III. QVOMODO, ET QVANDO irrogetur pœna.

Reo absoluto, iudex de accusatoris incipit consilio quærere, qua mente ductus ad accusationem præcesse rit: & siquidem eius iustum errorem reperit, absoluit eùm: si uerò in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat. quæ regula approbatur d. §. calumniatorib. cuius uerba uide s̄. d. different. 2. in fine. Postquam de accusatione proposita iudicatum est, non peculiare iudicium de calumnia instituitur. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt paulo superius except. 11.

IIII. QVO IVRE CALVMnia puniatur.

Definitur l. 1. §. calumniatorib. ff. ad S.C Turpill. his uerbis: Calũniatoribus pœna lege Rhemmia irrogatur.

V. QVAE POENA SIT IRROGANganda, & adfinia eius remedia.

Prima regula. Eadem pœna calumniator puniendus est, qua reus punitus esset si esset damnatus. quæ regula approbatur l. ult. C. de calumniatorib. his uerbis: Si quis crimen intendit, non impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad uindictam poscat similitudo supplicij. *Concordat l. 7. C. eod. tt. his uerbis:* Non prius quenquam sinceritas tua ad tuæ sedis examen iubebit adduci, quàm solennibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris adserere: cum iuxta formam iuris antiqui, ei qui cœperit arguere, aut uindicta proposita sit, si uera detulerit: aut supplicium, si fefellerit. *Concordat item l. 17. in prin. ibi, nec impunitam. C. de accusationib. cuius uerba uide s̄. cap. 5. actu. 1. quæst. 1. Item concordat l. 7. in prin. C ad l. Iul de Vi publica, his uerbis:* Non ignarus accusator, eam se sententiam subiturum, si crimen obiectũ non potuerit comprobare, quam reus debet excipere.

Secunda regula. Si seruus per calumniam accusatus & tortus est, dupli æstimatio domino serui præstanda. de qua re uide s̄. cap. prox. quæst. 8. reg. 4.

Tertia regula. Si quis ob accusandum pecuniam accepisse dicetur, in quadruplum actio competit. de quo ff. de calumniatoribus.

Quarta regula. In priuatis & extraordinarijs criminibus, calumniosi extra ordinem puniuntur pro qualitate admissi. quæ regula approbatur l. 3. ff. ad S.C. Turpill. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. except. 8.

VI. Genus non est publicum iudicium. Quod approbatur l. 45. §. si qua calumniæ. ff. de ritu nuptiarũ.

DE PRAEVARICATOribus. Cap. X.

ALterum crimen accusatorum reo absoluto, est Præuaricatio, de qua cum suo iudicio nunc tractandum.

I. Diuisio huius iudicij, proponitur l. 3. ff. de præuaricatorib. hisce uerbis: Præuaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus inductum est. nam si reus accusatori publico iudicio ideo præscribat, quòd dicat, se eodem crimine ab alio accusatum, & absolutum: cauetur lege Iulia publicorum iudiciorum, ut non prius accusetur, quàm de prioris accusatoris præuaricatione constiterit, & pronunciatum fuerit. Huius ergo præuaricationis pronunciatio publici iudicij intelligitur. Quod si aduocato præuaricationis crimẽ intendatur, publicũ iudicium nõ est: nec interest, publico an priuato iudicio præuaricatus dicatur. *Concordat l. 43. §. si qua calumniæ. ff. de ritu nuptiarum.*

II. CAVSA HVIVS IVDICII.

Si accusator præuaricatus sit. Hæc causa approbatur l. 1. in prin. ff. ad S.C. Turpill. cuius uerba uide s̄. cap. prox. in prin. Declaratur hæc causa definitione præuaricationis d. l. 1. §. 1. his uerbis: Pręuaricari, est uera crimina abscondere. *Concordat l. 1. ff. de præuaricatorib. his uerbis:* Præuaricator est, quasi uaricator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. Quod nomen Labeo à uaria certatione tractum ait. nam qui præuaricatur, ex utraque parte constitit, quinimò ex altera. *Concordat l. 4. §. Præuaricator. ff. de his qui notantur infamia, his uerbis:* Præuaricator autem est, quasi uaricator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. quod nomen Labeo, &c. *Concordat item l. 1. §. præuaricatorem. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis:* Præuaricatorem esse eum ostendimus, qui colludit cum reo, & translatici munere accusandi defungitur: eo quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas uerò rei excusationes admitteret.

Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi non in publico iudicio, sed in priuato fuerit præuaricatus. quæ exceptio approbatur l. 1. §. his autẽ. ff. de præuaricatorib. his uerbis: Is autem præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accusauerit. *Secunda exceptio est: Nisi is præuaricatus sit, de cuius calumnia agi prohibetur. Hæc exceptio reprobatur l. 4. ff. eod. tt. his uerbis:* Si is, de cuius calumnia agi prohibetur, præuaricator in causa iudicij publici pronunciatus sit, infamis erit. *Tertia exceptio est: Nisi non ipse accusator, sed aduocatus præuaricatus fuerit. Hæc exceptio approbatur. l. 1. §. fin. ff. de præuaricatorib. his uerbis:* Cæterùm aduocatus nõ propriè præuaricator dicitur. Quid ergo de eo fiet siue priuato iudicio siue publico præuaricatus est? hic extra ordinem solet puniri. *Concordat l. 3. §. quod si aduocato. ff. eod. tt.*

III. QVID VENIAT IN HOC iudicium, seu quæ sit pœna Præuaricationis.

Huius criminis pœna extraordinaria est. quæ regula

probatur l.2.ff.eod.tt.his uerbis: Sciendum est, quòd hodie ijs qui præuaricati sunt, pœna iniungitur extraordinaria. *Concordat l.6.ff.d.tt.his uerbis*: Ab Imperatore nostro & patre eius rescriptum est, ut in criminib. quæ extra ordinem obijciũtur, præuaricatores eadem pœna adficiantur, qua tenerentur, si ipsi in legem cõmisissent, qua reus per prȩuaricationem est absolutus.

IIII. EVENTVS HVIVS iudicij.

Prima regula. Si accusator præuaricationem non probauerit, fit infamis. quæ regula approbatur l.1.in fin.C.de aduocatis diuer.iud.his uerbis: Quòd si nõ docueris præuaricatum, & calumnia notaberis, & rebus iudicatis, à quibus non est prouocatum, stabitur.

Secunda regula. Reus præuaricationis damnatus fit infamis. quæ regula approbatur l.4.ff.de præuaricatoribus cuius uerba uide paulo superius except.2.

Tertia regula. Præuaricationis conuictus postea ex lege non accusat. quæ regula approbatur l.5.ff.eod.tt. cuius uerba uide s.cap.1.quæst.5.except.8.

Quarta regula. Si præuaricatum sit, reus repeti potest. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s.cap.1.except.15.repl.2.

DE TERGIVERSATIONE *accusatoris, & de Abolitionibus.* *Cap. XI.*

TErtium *crimen accusatorum, est tergiuersatio, cuius accusatio atque iudicium nunc tractabitur.*

I. GENVS HVIVS iudicij.

Priuatum est, non publicum. quod approbatur l.1.§.fin.ff.de præuaricat.hisce uerbis: Si ideo quis accusetur, quòd dicatur crimen iudicij publici destituisse, iudicium publicum non est: quia neque lege aliqua de hac re cautũ est, neque per senatusconsultum, quo pœna quinq; librarum auri in desistentem statuitur, publica accusatio inducta est.

II. CAVSAE HVIVS IVdicij quæ sint.

Prima & principalis huius iudicij causa est: Si accusator sit tergiuersatus: quæ causa approbatur l.1.in prin.ff.ad Senatusconsul. Turpill. cuius uerba uide s.cap.9.in prin. Hæc causa declaratur d.l.1.§.1.his uerbis: Tergiuersari, est in uniuersum ab accusatione desistere. *Concordat d.l.1.§.si quis, his uerbis*: Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur. *Concordat l.22.§.fin.ff.de iure fisci.his uerbis*: Sicut nunciare causam nemo cogitur, ita liberum arbitrium desistendi ei non datur, qui detulit: & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt: & idem esse, licet alieno mandato detulisset. *Concordat l.15.in prin.ff.ad S.C.Turpill.his uerbis*: In senatusconsultum Turpillianũ incidunt, qui subiecissent accusatores, aut subiecti postulassent, nec peregissent reos, aut aliter quàm abolitione facta destitissent: quique chirographum ob accusandũ dedissent, pactionemúe aliquam interposuissent. Hoc autem uerbũ PEREGISSENT, ad uniuersos suprascriptos pertinere dicendum est.

Secunda causa est. Si cum aduersario de compositione criminis locutus est accusator. quæ causa approbatur l.6.in prin.ff.eod tt.his uerbis: Ab accusatione destitit, qui cum aduersario suo de cõpositione eius criminis, quod intendebat, fuerit locutus. *Concordare uidetur l.10.C.de accusationibus, his uerbis*: Qui explicandi negocij spem (cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est) pollicetur, nõ minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quàm qui ad huiusmodi promissionis commercium, contra disciplinam publicam adspirauit.

Tertia causa est. Si intra præfinitum à Præside tẽpus accusator accusationem non peregerit. Hæc causa approbatur l.6.§.destitisse.ff ad S.C.Turpill.his uerbis: Destitisse uidetur, qui intra præfinitum accusationis à Præside tempus, reum suum non peregerit. *Concordat l.1.C.ut intra certum tẽpus crim.quæst.term.his uerbis*: Quisquis accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit, si intra statutum tempus accusationẽ cœptam persequi supersederit, uel (quod est contumacius) ultimo die adesse neglexerit, quarta bonorum omnium parte mulctatus, aculeos consultissimæ legis incurrat, scilicet manente infamia, quam ueteres iusserant sanctiones. *Concordat l.3.C.eod.tt.his uerbis*: Nouerint iudices, cuilibet culmini honoriúe præsidẽtes, necessarijs utriq; parti (si petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus scilicet inscriptionibus, intra certum tempus criminales causas limitandas: quo emenso, subeat accusator, qui destitit pœnam legibus constitutam: & si persona uilior fuerit, cui damnum famæ non sit iniuria, pœnam patiatur exilij: nisi fortè intra statutas temporis metas consensus partium abolitionem poposcerit. Iudicum autem debet esse deligentia, ut si nulla rationabilis à reo. uel accusatore, dilatio postuletur: urgeant talium causarum notionem, non expectatis moris.

Quarta causa est. Si accusator sit absens. quæ causa approbatur l.1.ibi: uel quod est contumacius. C.ut intra certum tempus, &c. Cuius uerba uide s.causa prox. Sed & uide de hac causa, eod.cap.quæstione 5. Nunc exceptiones harum causarum ordine sunt proponendæ.

IEX.

I. EXCEPTIO *est. Nisi distulit, non destitit in totum accusator. quæ exceptio approbatur l. 10. ff. de iudicijs, hisce uerbis*: Destitisse is uidetur, non qui distulit, sed qui liti renunciauit in totum. Desistere enim, est de negocio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. *Concordat l. 6. §. animo. ff. ad S. C. Turpill. his uerbis*: Animo ab accusatione destitit, qui adfectum & animum accusandi deposuit. *Item concordat l. 13. ff. eod. tt. his uerbis*: Destitisse eum accipimus, qui in totum animum agendi deposuit, non qui distulit accusationem. *Item concordat l. 6. C. ad Senatusconsul. Turpill. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 5. exceptione 16. replicat. 1.*

II. EXCEPTIO. *Nisi errore lapsus, postea cognita rei ueritate noluit in improba lite perseuerare. Hæc exceptio approbatur l. 10. in fine. ff. de iudicijs, hisce uerbis*: Planè si quis cognita rei ueritate, suum negocium deseruit, nolens in lite improba perseuerare, quam calumniæ causa non instituerat, is destitisse non uidetur. *Concordat l. 15. in princip. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s. cap. 9. except. 9. Item concordat l. 2. in prin. C. de abolitionib. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi abolitionem non petierit. quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur j. exceptione octaua.*

III. EXCEPTIO *est: Nisi reus mortuus sit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur l. 15. §. si propter. ff. ad Senatus. Turpill. his uerbis*: Si propter mortem rei accusator destiterit, non potest hoc senatuscõsulto teneri: quia morte rei iudicium soluitur: nisi tale crimen fuit, cuius actio & aduersus hæredes durat, ueluti maiestatis. Idem in accusatione repetundarum est: quia hæc quoq; morte nõ soluitur. *Concordat l. 2. C. si reus uel accusator mortuus fuerit, his uerbis*: Si is, quem homicidij seu cuiusuis criminis postulasti reum, uita functus est, frustra ob pœnam desertæ accusationis conueniris, cum morte eius crimen cum pœna sit extinctum, ac per hoc tibi adempta est necessitas accusationis. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi tale sit crimen, cuius accusatio aduersus hæredes durat. quæ replicatio approbatur, simul & exemplis declaratur, uerbis paulo superius propositis hisce*: Nisi tale crimen fuit, cuius actio, &c. *Secunda replicatio est: Nisi accusator ante mortem rei destiterit quæ replicatio approbatur d. §. si propter. ibi: Ceterum si. his uerbis*: Si posteaquã accusator destitit, reus decesserit, non ideo magis delictum accusatoris releuatur.

IIII. EXCEPTIO. *Nisi accusator sit mortuus. Hæc exceptio approbatur l. 19. ff. de accusationibus, his uerbis*, Diui fratres rescripserunt, non debere cogi hæredes, accusatorum exequi crimina.

V. EXCEPTIO *est: Nisi pupillus, cuius nomine accusationem instituerat, mortuus sit. Hæc exceptio approbatur l. 14. ff. ad S. C. Turpill. his uerbis*: Diuus Hadrianus Fuluio Caro, proconsuli Cretæ rescripsit: tutorem, qui pupilli causa instituerat accusationem, defuncto pupillo, cuius causa accusare cœperat, non esse cogendum accusationem implere.

VI. EXCEPTIO. *Nisi accusator mandatorem sibi subtractum, queratur. Hæc exceptio approbatur l. 21. §. fin. ff. de iure fisci, his uerbis*: Planè diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, delatorẽ audiendum uolentem à lite desistere, si sibi mandatorem subtractum queratur. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi initio accusationis mandatoris mentionem nullam fecerit. Hæc replicatio approbatur l. 23. ff. eod. tt. his uerbis*: De eo delatore, qui causam solus agere instituerat, non habita mentione mandatoris, si postea desistat, prætendens mandatorem causæ decessisse, puniendum diui fratres rescripserunt.

VII. EXCEPTIO. *Nisi & alios reos accusator habeat. Hæc exceptio approbatur l. 19. ff. de accusationibus, his uerbis*: Non oportere compelli accusatorem plures reos facere, diuus Hadrianus rescripsit.

VIII. EXCEPTIO. *Nisi accusator præscriptione aliqua ab accusatione submoueri possit. Hæc excep. approbatur simul & distinguitur l. 1. §. si accusationem, cum sequentibus. ff. ad S. C. Turpill. his uerbis*: Si accusationẽ intulit, qui præscriptione submoueri poterat, ut quilibet, adulterij masculo post quinq; annos cõtinuos ex die cõmissi adulterij, uel fœminę post sex menses utiles ex die diuortij: an si destiterit, hoc senatusconsulto plecti debeat accusator, bellè dubitatur. Mouet, quod penè nulla sit accusatio, quam tẽporis spaciũ, aut personę uitiũ omnimodò remoueat, reoq; securitatẽ timoris ac periculi promittat. Econtrariò mouet, quod qualiscunq; accusatio illatà, cognoscentis authoritate, non accusantis uolũtate, aboleri debeat, maioreq; odia dignus existimetur, qui temerè ad tam improbam accusationem processisset. Ergo uerius est, eum quoque, de quo loquimur, in senatusconsultum incidere oportere. Atquin Papinianus respondit, mulierem, quæ idcirco ad falsi accusationem non admitteretur, quòd suam suorumúe iniuriam non persequeretur, desistentem, senatusconsulto Turpilliano non plecti: num ergo & in cæteris idem responsurus sit? quid enim interest, propter sexus infirmitatem, an propter status turpitudinem, temporisúe finem, ad accusationem aliquam non admittatur? multoque magis excludendi sunt, quòd mulieris quidem accusatio uel

propter proprium eius dolotem effectum habere potuerit: illorum uerò accusatio uoce duntaxat tenus interuenerit. Arquin idē aliàs scribit: non posse aliquem duos eodem tempore adulterij accusare, marem & fœminam: & tamen si utrumq; simul denunciauerit, in utriusq; personam abolitionem eum perere debere, ne in hoc senatusconsultum incidat. Quid porrò refert propter causas supra scriptas accusatio non ualuerit, án propter numerum personarum non tenuerit? an hoc intersit, plenam habuerit aliquis accusandi facultaté, sed propter personarum coniunctionem ab hac accusarione submoueatur, an uerò stricta ratione quibusdam accusandi facultas non competat? Meritò itaque dicendum est, omnes (excepta muliere & minore) nisi abolitionem petierint, in hoc senatusconsultum incidere. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur. simul et eius replicatio, quæ talis est: Nisi abolitionem non petierit. de qua re J. dicetur. Concordat exceptioni propositæ l. 11. ff. eod. tt. his uerbis*: Quærebatur, an hi qui ab accusatione tempore exclusi essent, in senatusconsultum Turpillianum inciderent? Paulus respondit, non oportere dubitari, calumnia nō puniri eos, qui præscriptione temporis exclusi, causam adulterij perferre non potuerunt.

IX. EXCEPTIO. *Nisi mulier ab accusatione desistat. Hæc exceptio approbatur l. 4. in prin. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis*: Mulier, quæ falsi crimen iniuriæ propriæ post interpositam denunciationem desistens omisit, ex senatusconsulto Turpilliano teneri non uidetur. *Contradicit l. 5. C. eod. tt. his uerbis*: Si fœmina suam suorumq; iniuriam exequatur, cum ipsa pacto contra uetitum destitisse profiteatur, in senatusconsulti Turpilliani pœnam incidisse certi iuris est.

X. EXCEPTIO. *Nisi ex iusta causa absit. Hæc exceptio approbatur l. 10. ff. de publicis iud. cuius uerba uide 5. cap. 7. actu 2 quæst. 1. reg. 2. concordat l. 13. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ibidem.*

XI. EXCEPTIO. *Nisi ob iudicis occupationes, uel aliam iustam causam accusationem intra statutum tempus finire non poßit. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. penult. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis*: Qui post inscriptionem, ante litem contestatam, uel anno, uel biennio agere non potuerunt: uarijs præsidum occupationibus, uel etiam ciuilium officiorum necessitatibus districti, in senatusconsultum non incidunt.

XII. EXCEPTIO. *Nisi iudicium priuatum fuerit, non publicum à quo destitit. Approbatur hæc exceptio l. 1. C. ad S.C. Turpill. his uerbis*: Is demum in senatusconsultum incidisse uidetur, qui crimen publici iudicij detulit, & causa criminis ordinata, id est inscriptionibus depositis, & fideiussore de exercenda lite præstito, eoq; qui accusatur, sub custodia officij facto, non impetrata abolitione ab executione criminis destitit. *Concordat l. 7. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis*: Si Stellionatus quis, uel expilatæ hæreditatis crimen obiecit, & destitit, pœnam Senatusconsulti Turpilliani non subibit, quemadmodum nec furti, uel iniuriarum: sed officio iudicis culpa eius coercebitur.

XIII. EXCEPTIO. *Nisi à suspecti tutoris postulatione destitit. Hæc exceptio approbatur l. 1. § suspecti. ff. ad S C. Turpill. his uerbis*: Suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantum examinari potest, & nullus alius de huiusmodi quæstione, quàm præses, pronunciare potest: & tamen qui ab ea destitit, senatusconsulto non tenetur.

XIIII. EXCEPTIO. *Nisi ab extraordinario iudicio destitit. Hæc exceptio reprobatur l. 15. §. An ad eos. ff. ad Senatusconsultum Turpillianum, his uerbis*: An ad eos, qui hodie de iudicijs publicis extra ordinem cognoscunt, senatusconsultum pertineat, quæritur? sed iam hoc iure ex sacris cōstitutionib. utimur, ut pertineat, & ex singulis causis singulæ pœnę irrogētur.

XV. EXCEPTIO. *Nisi ab accusatione Senatusconsulti Turpilliani destitit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. item si dicat. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis*: Item si dicat aliquis, in senatuconsultum incidisse Turpillianum, Præsidis est super ea re notio, & tamen contra desertorem Senatuscō sulti non interuenit coercitio. qui enim dicit quem in hoc senatusconsultum non incidisse, accusator non est.

XVI. EXCEPTIO *est: Nisi nunciator fuerit qui destitit, non accusator. Hæc exceptio reprobatur l. 6. §. Nunciatores. ff. eod tt. his uerbis*: Nunciatores qui per notoria indicia produnt, notorijs suis adsistere iubentur.

XVII. EXCEPTIO. *Nisi nondū causa ordinata destitit. Hæc exceptio approbatur simul & declaratur l. 1. C. ad S.C. Turpill. cuius uerba uide 3. except. 12. Huius exemplum proponitur l. 5. ff. eod. tt. his uerbis*: Quæsitum est, an is qui libello principi dato, falsum se obiecturum minatus est, si non obiecisset, Senatusconsulto Turpilliano teneretur. Paulus respondit, uerbis Senatusconsulti Turpilliani eum, de quo quæritur, non contineri

XVIII. EXCEPTIO. *Nisi post latam sententiam destitit. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi à sententia fuerit prouocatum. quæ replicatio approbatur l. 1. §. fin. ff. ad S C. Turpill. his uerbis*: Reus condemnatus prouocauit, deinde acusator destitit, an in hoc Senatusconsultum incidit? propè est, ut incidisse uideatur: quia prouocationis remedio cōdēnatiōis extinguitur pnūciatio.

XIX.

XIX. EXCEPTIO. *Niſi de calumnia eius qui deſtitit, queri non poßit. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. eos. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis:* Eos, de quorũ calumnia agi non permittitur, ſi deſtiterint, non iucidere in pœnam huius Senatuſ conſulti, conſtitutionibus cauetur.

XX. EXCEPTIO. *Niſi poſtea rurſus accuſare ſit paratus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 15. §. ſi propter, in fine, his uerbis:* Eum qui ſemel deſtitit, ſi poſtea paratus accuſare ſit, non eſſe audiendum, diuus Seuerus & Antoninus ſtatuerunt.

XXI. EXCEPTIO. *Niſi permiſſu Imperatoris deſtitit. Hæc exceptio approbatur l. 13. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis:* Sed qui permiſſu Imperatoris accuſatione deſtitit, impunitus eſt.

XXII. EXCEPTIO. *Niſi abolitione petita, uel interueniente deſtitit: & de abolitionibus. Hæc exceptio approbatur l 12. ff. ad S. C. Turpill. his uerbis:* Sin interueniente publica abolitione, ex Senatuſconſulto (ut fieri aſſolet) uel ob lætitiã aliquã, uel honorem domus diuinæ, uel ex qua alia cauſa, ex qua ſenatus cẽſuit abolitioné reorũ fieri, nec intra dies pręſtitutos reum repetierit, dicendum eſt, ceſſare Turpillianũ ſenatuſconſultũ. nec enim uidetur deſiſtere, qui exemptum reum non defert: eximitur autẽ reus publica abolitione interueniente. *Concordat l. 2. § niſi fortè. C. ut intra cert. temp. crim. quæſt. termin. cuius uerba uide ĩ. cad. quæſt. 2 cauſ. 3. Hæc exceptio declaratur l. 8. cum ll. ſequentib ff. ad S.C. Turpill. his uerbis:* Abolitio aut publicè ſit, ob diem inſignem, aut ob publicam gratulationem, uel ob rem proſperè geſtam, aut priuatim actore poſtulante. Tertio genere lege fit abolitio, mortuo accuſatore, uel ex iuſta cauſa impedito, quo minus accuſare poſsit. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi crimen leſæ maieſtatis, patriæ expugnatæ, peculatus, uel ſimile in iudicium ſit deductum, huic enim abolitio non competit. quæ replicatio approbatur l. 3. §. fin. C. de abolitionibus, his uerbis:* Sin autem teſtibus tormenta minimè ſunt illata, etiam ſic abolitio non dabitur in illis criminibus (ut in uiolata maieſtate, aut patria oppugnata, uel prodita, aur peculatus admiſſo, aut ſacramentis deſertis, omniaq; quæ iure uetere cõtinentur) in quib. iudex non minus accuſatorẽ ad docẽda, quæ detulit, quàm reum ad purganda, quæ negat, debet urgere. *Concordat l. 3. C. de epiſcopali audientia, his uerbis:* Nemo deinceps tardiores for taſsis affatus noſtræ perennitatis expectet, exequantur iudices, quod indulgere conſueuimus. Vbi primus dies Paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum: omniũ uincula diſſoluãtur. Sed ab his ſecernimus eos, à quibus contaminari potius gaudia lætitiamq; cõmunem, ſi dimittãtur, animaduertimus. Quis enim ſacrilego diebus ſanctis indulgeat? quis adultero, uel ſtupri uel inceſti reo tempore caſtitatis ignoſcat: quis non raptorem uirginis in ſumma quiete & gaudio communi perſequatur inſtantius? nullam accipiat uinculorum requiem, qui quieſcere ſepultos quadam ſceleris immanitate non ſinit. Patiatur tormenta ueneficus, maleficus, adulter, uiolatorq; monetę, homicida & parricida, quòd fecit expectet: reus etiam maieſtatis, de domino, aduerſus quem talia molitus eſt, ueniam ſperare nõ debet. His ergo tali ſub adſtrictione damnatis, indultum ſerenitatis noſtræ eo præcepti fine concludimus, ut remiſsionem ueniæ crimine, niſi ſemel commiſſa, nõ habeant: nec in eos liberalitatis auguſtæ referatur humanitas, qui impunitate ueteris admiſsi, non emendationi potius, quàm conſuetudini deputauerint. *Præterea ad replicationem propoſitam pertinet etiam falſi crimẽ. quod approbatur l. 17. ff. ad Senatuſconſ. Turpill. his uerbis:* Lucius Titius Seiũ reum falſi fecit, & priuſquam perſequeretur, indulgentia reorum crimina abolita ſunt: quæro, ſi poſtea eum iteratò reum non fecerit, an in Turpillianum ſenatuſconſultum inciderit? Modeſtinus reſpondit, abolitionem reorum, quæ publicè indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere. *Hæ leges iam propoſitæ loquuntur de publica abolitione. Videtur ergo priuata abolitione, omne omnino crimen aboleri poſſe, quod duplicationis loco notandum.*

Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi accuſator pecunijs à reo corruptus, uel per deceptionem abolitionem petijt. Hæc replicatio approbatur l. 2. §. ſin autem. C. de abolitionibus, his uerbis: Sin autem per deceptionem, uel pecunijs à reo corruptus, ad poſtulandam abolitionem uenit: redemptæ miſerationis uox minimè admittatur, ſed aduerſus nocentem reum, inquiſitione facta, pœna competens ingeratur.

Tertia replicatio eſt: Niſi falſam cauſam allegando abolitionem impetrauit accuſator, ueluti dicendo, cauſam eſſe pecuniariam, cum eſſet criminalis. Hæc replicatio approbatur l. ult. §. fin ff. ad S.C. Turpill. his uerbis: Impp. Antoninus & Seuerus Auguſti reſcripſerunt: cum in crimine capitali abolitionem, ut in re pecuniaria petitam eſſe diceretur, reſtaurandam eſſe nihilominus cognitionem: & ſi non probaſſet hoc quod proponeret, non impunè eam laturum.

Quarta replicatio eſt: Niſi fallaciter & calumnioſe accuſauit. Hæc replicatio approbatur l. 3. in prin. C. de abolit. his uerbis: Fallaciter incuſantibus accuſationis abolitio non dabitur. *Concordat l. 9. C. de calumniat. cuius uerba cum alijs quibuſdam uide ĩ. cap. 9. quæſt. 1. except. 9.*

Quinta replicatio : Nisi inuito aduersario abolitionem petierit accusator. Hæc replicatio approbatur l. 8. in pr. & §. 1. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis: Impp. Antoninus & Seuerus Augusti Iulio Seuero rescripserunt: cum satis diu litem traxisse diceretur, inuito aduersario non posse eum abolitionem accipere. Item rescripserunt, nisi euidenter probaretur consentire aduersarium, abolitionem non dari. *Concordat l. 3. in prin. C. de abolitionibus, his uerbis*: Sin autem sincera mente accusationem instituerit, & reus aliquid iniuriæ inscriptionibus illatæ tolerauerit: id est, si uel carceres sustinuerit, uel tormenta, uel uerbera, uel catenas, abolitio non petetur: nisi fortè ille qui hæc passus est, suum consensum ad petendam abolitionem accommodauit. *Huius replicationis duplicatio hæc est : Nisi reus nullam iniuriam corporalem passus fuerit. Hæc duplicatio approbatur d. l. 3. his uerbis*: Quando aũt reus nihil tale passus est, postquam fuerit officij custodiæ traditus, intra dies triginta accusatori petẽti, etiã inuito reo dari permittitur: post hoc uerò tẽpus, nisi reus cõsentiat, cẽsemus non esse tribuendã. *Hisce uerbis duplicatio proposita approbatur, simul & eius triplicatio, quæ est: Nisi non intra triginta dies, postquã reus custodiæ traditus est: sed post triginta dies, abolitio sit petita. Sexta replicatio est: Nisi testes qui torti sunt, abolitioni nõ cõsentiant. Hæc replicatio approbatur d. l. 3. §. quod si ingenuorum, his uerbis*: Quòd si ingenuorum licet plebeiorum, qui cõscij & participes criminum non erant, testimonij gratia corpora fuerint laceràta uerberibus, tormentisq; uexata, abolitionem etiam duarum partiũ consensu petitam iubemus uigore iudicis denegari, & crimen propositum, cuius examen tormentis iam cæperat, agitari.

Septima replicatio est: Nisi suam suorumq; iniuriam persecutus sit accusator, uel cognatos suos accusauit. Hæc replicatio reprobatur l. 2. §. fin. C. de abolitionibus, his uerbis: Hi autem qui suas suorumque iniurias defendunt, & qui cognatos suos in accusationẽ deduxerunt, omnimodò abolitionem petere non prohibentur. *Concordat l. 30. in prin. ibi: sed & his personis. C. ad l. Iul. de Adult. Octaua replicatio est: Nisi seruus reus fuerit. Hæc replicatio uidetur approbari l. 16. ff. ad S.C. Turpill. cuius uerba uide s̄. ca. 2. except. 16. dupl. generali. 1. tripl. 4. Nona replicatio est: Nisi non omnium criminum, uel omnium reorũ abolitio petita sit. Hæc replicatio approbatur l. 1. § si plura. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis*: Si plura crimina idem eidem intulerit, singulorum abolitionem debet petere: alioquin prout quid omiserit, eius nomine senatusconsulti pœnam patietur. *Concordat l. 39. § duos. ff. ad l. Iul. de Adult. cuius uerba uide inferius repl. gener. Decima replicatio est: Nisi causa non cognita abolitio sit indulta. Hæc replicatio approbatur l. 2. in pr. C. de abol. his uerbis*: Abolitio p̃sentib. partibus causa cògnita non à principe, sed à competenti iudice postulari debet: id est, si per errorem, seu temeritatem, seu calorem, ad accusationem prosiluerit. Hæc enim accusator explanans, abolitioni locum faciet. *Vndecima replicatio est : Nisi absente aduersario abolitio sit petita. Hæc replicatio approbatur uerbis supra proximè propositis. Duodecima replicatio est: Nisi non pro tribunali, sed de plano sit impetrata abolitio. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. abolitio. ff. ad Senatus. Turpill. his uerbis*: Abolitio priuatim à præside postulari ac impetrari solet: item pro tribunali, non de plano: nec præses hanc cognitionem alteri demãdare potest. *Decimatertia replicatio est: Nisi à non competente iudice abolitio sit impetrata. Hæc replicatio approbatur l. 2. in prin. C. de abolitionibus. cuius uerba uide paulo superius repl. 10. Quis autem sit iudex competens, declaratur uerbis s̄. proximè propositis. Cui concordat l. 16. in prin. C. ad l. Iul. de Adul. his uerbis*: Abolitionem adulterij criminis postulans, Pręsidem in cuius officio accusatio fuerit statuta, adire debes. *Hactenus replicationes exceptionis propositæ sunt enumeratæ. reliqua abolitionis iura uide s̄ cap. 1. quæst. 5. except. 16. item cap. 2. except. 16. Quæ ergo sint exceptiones aduersus actionem ex Senatusconsulto Turpilliano descendentem, de tergiuersatione accusatoris, ex ijs quæ hactenus sunt proposita patet.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Planè istarum exceptionum replicatio generalis hæc est : Nisi abolitio non sit petita, nec impetrata. tunc enim quamuis accusator errore lapsum se dicat, uel eum cuius nomine accusationem instituerit mortuum esse. uel sibi accusanti exceptionem obstare, uel aliam similem exceptionem opposuerit: tamen si abolitionem non petierit & impetrauerit, proposita actione tenetur. quæ replicatio approbatur l. 1. §. si accusationem. ibi : è contrario mouet. & uers. fin. l. ff. ad Senatuscons. Turpill. cuius uerba uide paulo superius exceptione 8. Concordat l. 16. §. 1. C. ad l. Iul. de Adulterijs, hisce uerbis : Erras tu marite, existimans, etiamsi simpliciter & sine abolitione destitisses, senatusconsulto in persona tua futurum locum non fuisse. diuersum enim diui principes sæpè sanxerunt. *Concordat l. 39. §. duos. ff. ad l. Iul. de Adulterijs, hisce uerbis* : Duos quidem adulterij, marem & fœminam, propter commune crimen simul non iure nec à uiro postulari conuenit. Cum tamen duobus denunciatum fuisset, ab eo qui postea desistere uolebat, abolitionem esse necessariam in utriusque persona, Papinianus respondit. *Concordat d. §. si accusationem. ibi*: Atquin idem aliàs scribit.

Proposita

Propositæ replicatiõis duplicatio prima hæc est: Nisi mulier accusans, præscriptione remoueri possit. huic enim non est opus petere abolitionem. Secunda duplicatio est: Nisi minor annis accusans destitit nam & huic non est opus specialiter abolitionem petere. Hæ duæ duplicationes approbantur d. §. si accusationem, in fine. Tertia duplicatio est: Nisi publica abolitione crimen sit abolitum. tunc enim priuata abolitione non uidetur esse opus. ex l. 8. cum ll. sequentib. ff. ad S.C. Turpill. cuius uerba uide s. except. 12. in prin. Quarta duplicatio est: Nisi propterea destitit accusator, quia uel mortuus sit, uel ex alia iusta causa impeditus. tunc enim ipso iure crimen aboletur. quæ duplicatio approbatur l. 10. in prin. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis: Tertio genere lege fit abolitio, mortuo accusatore, uel ex iusta causa impedito, quo minus accusare possit

III. ADVERSVS QVOS COMpetit ex tergiuersatione actio.

Prima regula. De fideiussore accusatoris proponitur l. 2. C. ad S.C. Turpill. his uerbis: Si pro eo qui in crimen subscripsit, fidẽ tuam adstrinxisti, isq; destitit, & commissa stipulatio est, nõ ultra quantitatem quam spopondisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilominus notando, & extra ordinem secundum iudicialem motum puniendo.

Secunda regula. De eo qui accusatorẽ submisit, instigauit, instruxit, aut ei mandauit: & de ipso accusatore proponitur l. 2. §. incidit in hoc. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis: Incidit in hoc senatusconsultum, & qui accusatorem submittit, aut instigat, aut mandat alicui, & instruit eum ad accusationem capitalem, dando probationes; allegando excusationes, & meritò. nam diffitendo criminis quod mouet. & eximendo se periculo calumniæ uel desertionis, meritò calumniantis & desistentis pœnæ subijci debuit, nisi subornatus accusator probauerit crimen, quod intendere suscepit: nec interest, per se mandauit accusationem, an per alium. Verùm hunc, qui hoc ministerio usus est, ad mandandam accusationem, nõ ex uerbis, sed ex sententia senatusconsulti puniri, Papinianus respondit. submissus enim accusator similiter eodem senatusconsulto plectitur: id est, propter hoc solum punitur, quòd ministerium alieni timoris receperit. *Concordat l. 15. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst. prox. causa 1. item concordat l. 34. §. fin. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Eos quoque delatoris pœna ex sententia senatusconsulti teneri Papinianus respondit, qui per suppositam personam delatori causam dederunt. *item concordat l. 24. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s. cap. 9. quæst. 2.*

IIII. APVD QVEM competat.

Apud Præsidem prouinciæ. quæ regula approbatur l. 1. §. suspecti. ibi: Item si dicat. ff. ad S.C. Turpill. cuius uerba uide s. quæst. 2. except. 15. *Apud procuratorem Cæsaris non competit. quæ regula approbatur l. 1. C. ubi causæ fiscales, &c. his uerbis:* Procurator meus, qui uice præsidis prouinciæ nõ fungitur, sicut exigere pœnam desertæ accusationis non potest, ita iudicare ut ea inferatur, sententia sua non potest.

V. QVID VENIAT IN hanc actionem.

Prima regula. Ex S.C. Turpilliano pœna est quinq; librarum auri. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. de præuaricatoribus. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin.

Secunda regula. Punitur item quarta bonorum parte. quæ regula approbatur l. 1. C. Vt intra cert. temp. crim. quæst. term. n. cuius uerba uide s. eod. cap. quæst. 2. causa 3.

Tertia regula. Item exilio punitur, si persona sit humilis. quæ pœna approbatur l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide d. causa 1.

Quarta regula. Etiam extra ordinem punitur, & sumptus restituere cogitur. quæ regula approbatur l. 3. §. fin. uerò C. qui accusare non poss. his uerbis: Sin uero post satisdationem accusatores præsentes non fuerint, edicto admonendi sunt ut ueniant ad causam ingerendam: etsi nõ adfuerint, non solum extra ordinem puniendi sunt, sed etiam sumptus quos in eã rem, & circa ipsum iter ad litem uocati fecerunt, dependere cogentur. *Concordat l. 2. in fine. C. ad S.C. Turpill.*

Quinta regula. Interdum grauius puniendus est accusator. quàm pœna senatusconsulti Turpilliani. quæ regula approbatur l. 5. §. in accusatorem ff. de pœnis. cuius uerba uide s. cap. 7. actu 2. quæst. 1. reg. 2. except. 1. repl. 1. dupl. 1.

VI. EVENTVS HVIVS iudicij.

Prima regula. Damnatus fit infamis. quæ regula approbatur l. 2. in fine. C. ad S.C. Turpill. cuius uerba uide s. quæst. 3. in prin. Concordat l. 1. in fine. C. ut intra certa temp. crim. quæstio term.

Secunda regula. Qui destitit amplius agere, & accusare prohibetur. Quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s. capit. 1. quæst. 5. except. 16.

VII. AD FINE REMEdium.

Si ob negocium non faciendum pecuniam accepisse dicatur, in quadruplum aduersus eum actio competit. de qua ff. de Calumniatoribus.

DE EXECVTIONE *sententiæ reo damnato.*

Cap. XII.

HActenus euentus Iudiciorum publicorum tractati sunt, reo scilicet absoluto: nunc euentus tractandi sunt reo damnato. Inter quos primum locum obtinet sententiæ executio. Sit igitur prima huius Capitis quæstio.

I. An sententia exequenda reo damnato?

Regulariter quidem exequendam eam esse nõ dubitatur, uerùm eius regulæ exceptiones dispiciẽdæ sunt.

I. EXCEPTIO. *Nisi is damnauit, cui ius damnandi non est. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. fin. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Si ab eo qui ius damnandi non habuit, rei capitalis quis damnatus sit, in ea causa erit, ut damnatus non uideatur. damnatus enim ille est, ubi damnatio tenuit. *Concordat l. 244. §. at mulctæ, in fine. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Nec aliter mulcta debetur, quàm si is dixit, cui licet dicere. *Hoc igitur loco sciendum est. Quis ius damnandi & pœnæ irrogandæ competat: quod quamuis supra pro parte sit dictum, nimirum cap. 1. quæst. 8. tamen non omnis pœna à quouis iudice potest irrogari. Hoc ergo hic explicandum est.*

De ultimo supplicio. Hac pœna magistratui municipali damnandi ius non competit. quæ regula approbatur l. 12. ff. de iurisdictione. his uerbis: Magistratibus municipalibus supplicium à seruo sumere nõ licet: modica autem castigatio in eis non est deneganda.

De iure deportandi. Ius deportandi quibus competat, definitur l. 2. §. constat. ff. de pœnis, his uerbis: Cõstat, postquã deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit, nõ prius amittere quem ciuitatem, quàm princeps deportatũ eum in insulã statuerit: Præsidem enim deportare nõ posse, nulla dubitatio est. Sed Præfectus urbi ius habet deportandi, statimq; post sententiã præfecti amisisse ciuitaté uidetur. *Concordat l. 6. §. 1. ff. de interdictis & relegatis. hisce uerbis:* Deportandi in insulã ius Præsidibus prouinciæ nõ est datũ, licet Præfecto urbi detur. Hoc enim epistola diui Seueri ad Fabium Chilonem præfectum urbi, expressum est. Præsides itaq; ꝓuinciæ quoties aliquem in insulã deportandũ putant, hoc ipsum adnotare debent: nomen uerò eius scribendũ principi ut in insulã deportetur: sic deinde principi scribere missa plena opinione, ut Princeps æstimet, an sequẽda sit eius sentẽtia, deportariq; in insulã debeat. Medio aũt tempore dũ scribitur, iubere debet eũ in carcere esse. *Concordat l. 1. §. relegandi ff. de officio præfecti urbi.*

De iure relegandi. Ius relegandi Præsidi prouinciæ competit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 7. §. 1. ff de interdictis & relegatis, his uerbis: In insulam relegare Præsides prouinciarum possunt, sic tamen, ut siquidem insulam sub se habeant, id est, ad eius prouinciæ formã pertinentem, quam administrant, etiã specialiter insulã adsignare possunt, inq; eam relegare: si uerò non habeant, pronuncient quidem in insulam se relegare, scribant autem Imperatori, ut ipse insulam adsignet. Cæterùm non possunt damnare in eam insulam, quàm in ea ꝓuincia cui præsunt, nõ habent. Interim quoad insulam, Imperator adsignet militi, tradendus est relegatus. *Hisce uerbis regula proposita approbatur, simul eius exceptio, quæ est: Nisi in aliam insulam quàm sub se habet relegauerit. Cui concordat d. l. 7. §. sicut autem. cuius uerba uide s̃. cap 3. quæst. 4. de Relegatione in insulam, quæst. 2. Quæ autem inter deportationem & relegationem sit differentia, uide in d. quæst. 4. de relegatione. in prin. Porrò procuratori Cæsaris ius relegandi non competit. Quod approbatur l. 2. C. de pœnis. hisce uerbis:* Procurator meus qui uice Præsidis non fungebatur, exilij tibi pœnam nõ potuit irrogare. Ac propterea frustrà uereris sentẽtiam, quæ nulla iuris ratione subnixa est.

De iure in metallũ damnandi. Hoc ius Præfecto urbi competit: quod approbatur l. 8. §. præfecto. ff. de pœnis, hisce uerbis: Præfecto urbi specialiter competere ius in metallum damnandi, ex epistola diui Seueri ad Fabium Chilonem exprimitur. *Item præsidi prouinciæ cõpetit: quòd approbatur l. 6. §. pen ff. de officio præsidis. cuius uerba uide s̃. Lib. 2. cap. 16. membr. 2. quæst. 3.*

De iure cõfiscandi, seu bona publicandi, cui competat, definitur l. unica C. ne sine iussu principis certis iudic. liceat cõfiscare, hu uerbis: Nulli iudiciũ liceat, exceptis ijs qui in summa administrationis sunt positi potestate, ꝓscriptionis tempestate totius substãtiæ aliquẽ percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur.

De iure mulctæ dicendæ. Quibus competat hoc ius, definitur l. 2. §. fin. ff. de iudicijs. hisce uerbis: His datur mulctæ dicẽdæ ius, quib. publicũ iudicium est, & non alijs, nisi hoc specialiter eis permissum est. *Concordat l. 131. §. fin. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s̃. cap. 3. quæst. 2. Item concordat l. 2. C. de modo mulctarum. quæ à iud. inflig. his uerbis:* Procuratores meos, uel rationales, mulctæ indicendæ ius non habere, sæpè rescriptum est. *Concordat item l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Curator reipublicæ, qui Græco uerbo Legista nuncupatur, mulctandi ius non habet. *Quantam autem mulctam indicere possint ij, quibus dicendæ eius ius est, dictum s̃. cap. 4. de reliquis circumstantijs. reg. 11. except. 2.*

De iure uerberandi, degradandi'ue senatores ac decennarios, proponitur l. 1. in princip. C. de priuilegijs scholarum, his uerbis: Viris spectabilibus comi-

comitibus ſcholarum, uerberandi, degradandiúe ſenatores, ac ducennarios, licentiam denegamus. ea nanq; quę tali commotione digna ſunt, ad tuæ ſublimitatis uolumus referri noticiam. *Concordat l.3.C.de offi.magiſtri officiorum, his uerbis*: Scholarium noſtrorum, &c. *De iure puniendi in genere. Procurator Cæſaris ius pœnæ conſtituendæ non habet. quæ regula approbatur l.3.in prin.ff.de officio procur. Cæſ. cuius uerba uide ȝ.Lib.11.cap.1.de procur.Cæſ.reg.2.*

II. EXCEPTIO. *Niſi à ſententia ſit prouocatum. Hæc exceptio approbatur l.2.§. eum accepimus. ff.de pœnis hiſce uerbis*: Eum accepimus damnatum, qui non prouocauit: cæterùm ſi prouocet, nondum damnatus uidetur. *Concordat l.7.§.his qui relegantur. ibi: relegatum planè. ff.de interd. & relegatis. cuius uerba uide s̄.cap.3. quæſt.4. de Exilio. Item concordat l.6.ff.de appellat. item l.29. & l.30.C.de appellationibus. l.6.§.fin.C.de epiſcopali aud. de quibus uide ȝ.Lib.8.cap.1.quæſt.2.except.11. Propoſitæ autem exceptionis prima replicatio hæc eſt: Niſi reus crimen ultrò ſit confeſſus. quæ replicatio approbatur l.2.C.quorum appellat. non recipiuntur, his uerbis*: Obſeruare curabis, ne quis homicidarum, ueneficorum, maleficorũ, adulterorum, itemq; eorum qui manifeſtá uiolentiam commiſerunt, argumentis cõuictus, teſtibus ſuperatus, uoce etiã propria uitium ſcelusq; confeſſus, audiatur appellás. Sicut enim hoc obſeruari diſpoſuimus, ita æquũ eſt, ut teſtibus productis, inſtrumẽtis prolatis, aliiſq; argumentis præſtitis, ſi ſententia contra eum lata ſit, & ipſe qui cõdemnatus eſt, aut minimè uoce ſua confeſſus ſit, aut formidine tormentorum territus, contra ſe aliquid dixerit, prouocandi licentiam ei non denegamus. *Concordat replicationi propoſitæ l.244. in prin.ff.de uerb.ſignif. cuius uerba uide s̄.cap.3.quæſt.2.diff.4. Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi mulcta dicta ſit, nõ pœna capitalis. tunc enim quamuis confeſſus ſit, prouocatio eſt. quæ duplicatio approbatur d.l.244. in prin. Secunda duplicatio eſt: Niſi tormentis coactus ſit cõfeſſus. quæ duplicatio approbatur iam dictis uerbis hiſce*: Sicut enim hoc obſeruari diſpoſuimus, ita æquũ eſt, ut teſtib. productis inſtrumentis prolatis, &c. *Secũda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi quis uim fecerit, unde homo ſit interemptus. Hæc replicatio approbatur l.6.in fine.C.ad l.Iul.de Vi pub. cuius uerba uide ȝ.Lib.prox.cap.2.quæſt.4.reg.2. Tertia replicatio eſt: Niſi raptus crimen ſit, de quo ſententia eſt lata. Hæc replicatio approbatur l.unica.§.quibus etſi C. de raptu uirg. cuius uerba uide ȝ.Lib.prox.cap.3.q.4. Quarta replicatio eſt: Niſi damnatum ſtatim puniri, publicè interſit. Hæc replicatio approbatur l.16.ff.de appell. his uerbis*: Cõſtitutiones, quæ de recipiẽdis nec'ne appellationib. loquũtur, ut nihil noui fiat, locũ nõ habẽt in eorũ perſona, quos dãnatos ſtatim puniri publicè intereſt. Vt ſunt inſignes latrones, uel ſeditionum concitatores, uel duces factionum. *Quinta replicatio eſt: Niſi alius non damnatus appellet. Hæc replicatio approbatur l.6.ff.de appellat. cuius uerba uide ȝ.Lib.8.cap.1.quæſt.3.except.8.*

III. EXCEPTIO. *Niſi ſententia ſit mutata & reſciſſa. Hæc exceptio approbatur ipſo iure: ſiquidem iudex appellationis ſententiam mutauit ac reſcidit, uel Imperator pœnam remiſit, de quo ȝ. dicetur. alioquin ſi ipſe qui ſententiam tulit, poſtea eam mutauit, reprobatur. Proinde exceptionis huius replicatio hæc eſt: Niſi is qui ſententiam tulit, eam mutauerit. hoc enim non licet. quæ replicatio approbatur l.27. in prin. ff. de pœnis, hiſce uerbis*: Diui fratres Aruntio Siloni reſcripſerunt, non ſolere Præſides prouinciarum ea quę pronunciauerunt, ipſos reſcindere. Vetinæ quoq; Italicenſi reſcripſerũt, ſuam mutare ſententiam neminem poſſe: idq; inſolitum eſſe fieri. *Concordat l.15.C.de pœnis, hiſce uerbis*: Pœnam ſua dictã ſententia, Præſidi prouinciæ reuocare non licet. *Item concordant ea quæ dicentur ȝ.cap.15.quæſt.2. Huius replicationis duplicatio eſt: Niſi legitima ſubſit cauſa. quæ duplicatio approbatur exemplo l.6.§.fin.ff.de officio præſidis. cuius uerba uide ȝ. exceptione 9.*

IIII. EXCEPTIO. *Niſi damnatus de ſe mentitus ſit, petatq; in integrum reſtitutionem. Hæc exceptio approbatur l.27.in prin. ibi, ſi tamen de ſe. ff.de pœnis. cuius uerba uide ȝ.except.prox.*

V. EXCEPTIO. *Niſi poſtea alia probationũ inſtrumenta reperiantur. Hæc exceptio approbatur d.uerſ. ſi tamen de ſe, his uerbis*: Si tamen de ſe quis mentitus fuerit, uel cum non haberet probationum inſtrumenta, quæ poſtea repererit, pœna adflictus ſit, nonnulla extant principalia reſcripta, quibus uel pœna eorũ minuta eſt, uel in integrum reſtitutio conceſſa eſt. Sed id duntaxat à Principibus fieri poteſt.

VI. EXCEPTIO. *Niſi tempus illud quod exilio deſtinatum erat, in carcere uel cuſtodia impleuerit. Hæc exceptio approbatur l.23.C.de pœnis. cuius uerba uide s̄.cap.4.de reliquis circumſt. reg.10.*

VII. EXCEPTIO. *Niſi tempus pœnæ finitum ſit. Hæc exceptio approbatur l.33. ibi: quia temporaria. ff.de pœnis, hiſce uerbis*: Temporaria coercitio, quæ deſcẽdit ex ſententia, pœnæ eſt abolitio. *Cõcordat l.3.in fin.C.de cauſ.ex quib.inf.irrog. cuius uerba uide ȝ.cap.14.except.gener.9. Item concordat l.24.C.de pœnis. cuius uerba uide s̄. cap. 6. actu 4.quæſt.1.except.3. Sed & concordat l.8.ff.de poſtulando. cuius uerba uide ȝ.Lib.5.cap.4. quæſt.2.reg.9. exceptione 3.*

VIII. EXCEPTIO. *Niſi in metallum damnatus, operi faciendo inutilis deprehendatur. Hæc exceptio approbatur l.22.ff.de pœnis, hiſce uerbis*: In metallũ damnati, ſi ualetudine aut ętatis infir-

infirmitate inutiles operi faciundo deprehendantur, ex rescripto diui Pij à Præside dimitti poterunt: qui æstimabit de his dimittendis, si modò uel cognatos uel ad fines habuerint, & non minus decem annis pœna sua functi fuerint.

I X. *Exceptio: Nisi mulcta indicta, ex facultatibus damnati redigi non possit. Hæc exceptio approbatur l.6.§.fin.ff.de officio præsidis, hisce uerbis*: Præses prouinciæ, si mulctam quam irrogauit, & præsentibus facultatibus eorum quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit, necessitatem solutionis moderetur reprehensa exactorum illicita auaricia. Remissa propter inopiam mulcta, à prouincias regentibus exigi non debet. *Plures huiusmodi exceptiones uide §.cap.4.item cap.7. actu 2.*

II. QVANDO SENTENTIA EST EXEQUENDA?

Regulariter statim exequenda est. quæ regula approbatur l.5.in prin.C.de custodia reorum. cuius uerba uide §.cap.6.actu 4. quæst.1.except.2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi princeps rescripsit reum damnandum: tunc enim pœna per triginta dies est differenda. quæ exceptio approbatur l.20.C.de pœnis, his uerbis: Si uindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum fors & fortuna suspensa sit. Reos sanè excipiat uinciatque custodia, & excubijs solertibus uigilanter obseruet.

Secunda exceptio est: Nisi damnatus prius res suas uelit cõponere. quæ except. approbatur l.2.§. ei uerò qui.C.de exhiben.reis, his uerbis: Ei uerò qui reduendus erit, ad disponendas res suas componendosq; mœstos penates, spacium coram loci iudice, aut etiam magistratibus sufficientium dierum, nõ minus tamen triginta tribuatur, nulla remanẽte apud eum qui ad exhibendum missus est, copia nundinãdi. *Sanè uerba hæc loquuntur de reo nondum damnato, ut ex uerbis ibidem subiectis constat. Tertia exceptio est: Nisi seruo damnato dominus rationes ab eo sibi dari desideret. Hæc exceptio approbatur l.1. C.de bonis proscriptorum, his uerbis*: Seruorum, capitis crimine damnatorum, peculia dominis non auferri notum est, sed quod seruum dominus habuisse probauerit recipiet, preciumque rerum si quæ ab eo distractę sunt. Ipsius quoque præsentiæ potestas ei dabitur, quoad rationes per eum administratæ reddantur, ac disponantur: sed meminisse dominum oportebit, ut id uelocius fiat, ut pœnæ suæ reddi possit. *Quarta exceptio est: Nisi mulier damnata sit prægnans. Hæc exceptio approbatur l.3.ff.de pœnis, his uerbis*: Prægnantis mulieris consumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat. Ego quidem (Vlpianus) & ne quæstio de ea habeatur, scio obseruari, quamdiu prægnans est. *Concordat l.18.ibi: & solitum esse. ff. de statu hominum, his uerbis*: Imp. Hadrianus Publio Marcello rescripsit, liberam quæ prægnans ultimo supplicio damnata sit, liberum parére, & solitum esse seruari eam dum partum ẹderet. *Quinta exceptio est: Nisi damnatus dicat se habere quod Principi referat. Hæc exceptio reprobatur l.6. in prin.ff.de pœnis, his uerbis*: Si quis fortè ne supplicio adficiatur, dicat se habere quod Principi referat salutis ipsius causa, an remittendus sit ad eum, uidendum est: & sunt plerique Præsidum tam timidi, ut etiã post sententiam de eo dictam, pœnam sustineant, nec quidquam audeant: alij omnino nõ patiuntur quidquam tale allegantes: nonnulli neque semper, neque unquam remittũt, sed inquirunt quid sit quod allegare principi uelint, quidq; pro salute ipsius habeant dicere: post quod aut sustinent pœnam, aut non sustinent. quod uidetur habere mediã rationem. Cæterùm (ut mea (Vlpiani) fert opinio) prorsus eos non debuisse posteaquã semel damnati sunt, audiri, quidquid allegent. quis enim dubitat, eludendæ pœnæ causa ad hæc eos decurrere? magisque esse puniendos, qui tamdiu conticuerunt, quod pro salute principis habere se dicere iactant? nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reticere. *Sexta exceptio est: Nisi ex damnato in alios quæstio sit habenda. Hæc exceptio approbatur l.29. in fine.ff.de pœnis. cuius uerba uide §.cap.3. quæst.4. de Vltimo suppl.*

III. QVAE ET QVANTA damnato pœna sit irroganda?

Prima regula. Si pœna in sententia non sit expressa, legis pœna est irroganda. quæ regula approbatur l.1.§.calumniatoribus, ibi: & quamuis. ff.ad Senatuscons. Turpill. cuius uerba uide §.cap.3.quæstione 2.differ.2.in fine.

Secunda regula. Si pœna in sententia non adiecta, alia lege alia pœna statuatur, mitior lex erit sequenda quæ regula approbatur l.32.ff.de pœnis, hisce uerbis: Si Præses uel iudex ita interlocutus sit, Vim fecisti, siquidem ex interdicto, non erit notatus, nec pœna legis Iuliæ sequetur: si uerò ex crimine, aliud est: q\[d] si non distinxerit Præses, utrum Iulia publicorum, an Iulia priuatorum, tunc ex crimine erit ęstimãdum. Sed si utriusq; legis crimina obiecta sint, mitior lex, id est, priuatorum erit sequenda.

Tertia regula. Si sine temporis præfinitione damnatus sit reus, uel in metallum, uel in uincula, &c. decennium præfinitum esse uidetur. quæ regula approbatur l.23.ff.de pœnis, hisce uerbis: Sine præfinito tem-

tempore in r e:a'lũ dato imperitia dantis, decennij tempora præfinita uidentur. *Huic contradicere uidetur l. 10. C. eod. tt. his uerbis:* Seruus sub pœna uinculorum sine temporis præfinitione domino reddi iussus, sententia Præsidis prouinciæ, perpetuò uinctus esse debet.

IIII. VBI EXECVTIO SENtentiæ fieri debeat.

Ibi puniendus latro, ubi deliquit. quæ regula approbatur l. 28. §. famosos. ff. de pœnis, hisce uerbis: Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos quã pluribus placuit, ut & conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinioribus, & solario sit cognatis & adfinibus interemptorum, eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia fecissent. Nonnulli eriam ad bestias hos damnauerunt

V. QVOMODO FIERI debeat executio.

Si quis ad mortem damnatus est, quomodo interficiendus uel non, definitur l. 8. §. 1. ff. de pœnis. cuius uerba uide s̄. cap. 3. quæst. 4. de ult. supplicio.

VI. EVENTVS ET CONSEquenria.

Prima regula. De cadaueribus punitorum sepeliendis. Quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt. quæ regula approbatur l. 3. ff. de cadaucrib. punitorum, his uerbis: Corpora animaduersorum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt. *Concordat l. 1. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Corpora eorum qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt: & id obseruasse se eriam, diuus Augustus libro decimo de Vira sua scribit. *Concordat item l. 11. C. de religiosis, hisce uerbis:* Obnoxios criminum, digno supplicio subiectos, sepulturæ tradi nõ uetamus. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex causa lesæ maiestatis, uel simili damnatus fuerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. & nonnunquam, his uerbis:* Et nonnunquam non permittitur ut sepeliantur, maximè maiestatis causa damnatorum.

Secunda exceptio est: Nisi corpus fuerit exustum. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. fin. his uerbis: Eorum quoque corpora qui exurendi damnãtur, peti possunt: scilicet ut ossa & cineres collecta, sepulturæ tradi posint. *Tertia exceptio est: Nisi non fuerit petitũ neq; permissum. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. hodie, his uerbis:* Hodie autem eorum in quos animaduertitur, corpora non aliter sepeliuntur, quàm si fuerit petitum & permissum. *Concordat l. 1. ff. eod. tt. his uerbis.*

Secunda regula. De pœnis damnatorum qui sententiæ non obtemperant. proponitur l. 28. §. in exulibus. ff. de pœnis. cuius uerba uide s̄. cap. 3. quæst. 4. de exilio. 1. Cõcordat l. 4. ff. eod. tt. cuius uerba uide ibidẽ. Similis pœna proponitur l. 8. §. inter eos qui, in fine ff. de pœnis. cuius uerba uide s̄. d. quæst. 4. de pœna metalli. Sed & similis pœna proponitur d. l. 8. §. quisquis autem, his uerbis: Quisquis autem in opus publicum damnatus refugit, duplicato tempore damnari solet. Sed duplicare eũ id temporis oportèt, quod ei superest cum fugit, scilicet ne illud duplicetur, quo apprehensus in carcere fuerit: etsi in decem annos damnatus sit; aut perpetuari debet ei pœna, aut in opus metalli transmitti. Planè si decennio damnatus fuit, & initio statim fugit: uidendũ est, utrum duplicari ei tempora debeant: an uerò perpetuari, uel trãsferri in opus metalli? & magis est, ut transferantur aut perpetuentur. Generaliter enim dicitur, quoties decennium excessura est duplicatio, nõ esse tempore pœnam artandam.

Tertia regula. De relegatis cõmeatum remeatumùe nõ concedendo sine permißu Principis, proponitur l. 4. in fine. ff. de pœnis, his uerbis: Nemo potest cõmeatum remeatũùe dare exuli, nisi imperator ex aliqua causa. *Concordat l. 31. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Ex prouincia autem in prouinciam transduci damnatos sine permissu Principis non licere, diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Quarta regula. De pœnæ remißione proponetur J. capite 15.

DE PVBLICATIONE bonorum. Cap. XIII.

Eventus publicorum iudiciorum reo damnato, e iam est publicatio eius bonorum, de qua in hoc Capite agendum.

I. CAVSA PVBLICATIONIS bonorum quæ sit.

Publicationis bonorum causa est, si reus sit damnatus: tunc enim regulariter bona eius iuri antiquo publicabantur. quæ causa approbatur l. 1. in prin ff. de bonis damnat. his uerbis: Supplicij damnatione bona publicantur, cùm aut uita adimitur, aut ciuitas, aut seruilis cõditio irrogatur. *Cõcordat l. 3. in prin ff. de interd. & relegatis. item exemplum proponitur l. 4. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 15. quæst. 3. reg. 3. Hoc ius mutatum est iure nouo, de quo J. in fin. Capitis dicetur. Sed & aliæ publicationis bonorum causæ erant olim, de quibus dicetur J. eod. cap. except. 7. Nunc exceptiones propositæ causæ uideamus. Prima eius exceptio est: Nisi damnatus uitã & ciuitatem retineat. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis. cuius exemplũ proponitur l. 8. C. de pœnis, hisce uerbis:* Deportatorũ in insulã ab eo, cuĩ id faciẽdi ius erat, bona fisco uindicãtur: relegatorũ autẽ non, nisi sentẽria specialiter adepta fuerint. *Hæc ideo, quia deportati ciuitatẽ amittũt, relegati eam retinent. de quo dictum s̄. Concordat l. 97. ff de reg. iuris, hisce uerbis:* Ea sola deportationis sententia aufert, quę ad fiscum perueniunt. *Item concordat exemplo propo*

ſito l.1.ff.de interdictis & relegatis,hiſce uerbis: Caput ex reſcripto diui Traiani ad Didiũ Secundum: Scio relegatorum bona auaricia ſuperiorum temporum fiſco uindicara: ſed aliud clemenriæ meæ conuenit, qui inter cætera quidem innocentia ac ratione meorum temporum hoc quoq; remiſi exemplũ. *Concordant item exemplo propoſito ea quæ dicta ſunt s̄.cap.3.quæſt.4.de exilio 3.* *Propoſitæ exceptionis quoad relegatos replicatio hæc eſt*: *Niſi relegatis ſpecialiter ſententia bona ſint adempta. quæ replicatio approbatur ſupradictis uerbis hiſce*: Niſi ſententia ſpecialiter adempta fuerint. *Hæc replicatio uidetur iam dicta l.1.ff. de interdictis,tolli ac reprobari,diſtinguitur ſanè l.7.§. ad tempus. ff. de interdictis & relegatis,hoc modo*: *Niſi ad tempus fuerit relegatus. uerba iſtius paragraphi uide s̄.d. quæſt. 4. de exilio 3.* *Huic diſtinctioni concordat l 4.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ibidem.* *Item concordat l.39.in prin ff.de iure fiſci.his uerbis*:Bona fiſco citra pœnam exilij perpetuam adiudicari ſententia non oportet. *Secunda propoſitæ cauſæ exceptio eſt:Niſi ſeruus uel filiusfamiliâs ſit dãnatus. Hæc exceptio approbatur l.1.C.de bonis damnatorum.cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæſt. 2. except.3. Concordat l.3.C.eod. tt.his uerbis*: Si filius tuus , cum eſſet in poteſtate,in inſulam deportari meruit,peculium eius nec quod in caſtris adquiſiuit , uel quod ei militaturo donaſti,auferri tibi debet.

Tertia exceptio eſt: *Niſi decurio ſit damnatus.quæ exceptio approbatur l.10. §.decurioni C.eod. tt.cuius uerba uide j.except.prox.repl.1.dupl.2.*

Quarta exceptio eſt: *Niſi damnatus liberos habeat.Hæc exceptio approbatur l.7. in princip. ff. de bonis damnatorum,his uerbis*: Cum ratio naturalis quaſi lex quædam tacita,liberis parentum hæreditatem adijciat, uelut ad debitam ſucceſsionem eos uocando, propter quod & in iure ciuili ſuorum hæredum nomen eis inditum eſt, ac ne iudicio quidem parentis,niſi meritis de cauſis, ſubmoueri ab ea ſucceſsione poſsint: æquiſsimè exiſtimarum eſt,eo quoque caſu quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio,rationem haberi liberornm,ne alieno admiſſo grauiorem pœnam luerent, quos nulla contingeret culpa, interdum in ſummam egeſtatem deuolui. Quod cum aliqua moderarione definire placuit, ut qui ad uniuerſitatem uenturi erant iure ſucceſsionis,ex ea portiones conceſſas haberent. *Concordat l.9.§.quod uerò. ibi*: Vt illud quoque addatur utrum filios habeat qui damnatus eſt.*C.eod.tt.Ait Iuriſconſultus*: Ex ea portiones conceſſas haberent. *In his uerbis notanda eſt prima aduerſus exceptionem propoſitam replicatio hæc:Quòd quamuis damnatus liberos habeat, tamen non in ſolidum ad eos bona damnati pertineant, ſed dimidia illorum pars nihilominus publicetur. Cui concordat l.10.in prin. C.eod. tt. his uerbis*: Quando quis quolibet crimine damnatus , capitalẽ pœnam, deportationemue ſuſtineat,ſiquidẽ ſine liberis mortuus ſit, bona eius ad fiſcum perueniant:Sin uerò filij,uel filiæ, uel nepotes,ex defunctis filijs relicti erunt, dimidia parte ærario uindicata,alia eis reſeruetur.Idem eſt,etſi poſthumos dereliquerit. *Ait Imp.* Siquidem ſine liberis mortuus ſit,ſcilicet morte ciuili. nam de morte naturali hæc uerba non ſunt intelligenda: cum etiam uiuo damnato bona eius publicentur. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt*: *Niſi damnatus plures liberos habet:tunc enim omnia remanent apud liberos , nihil ad fiſcum peruenit. quæ duplicatio approbatur l.7.§.ſi plures.ff. de bonis damnator.his uerbis*: Si plures liberos damnatus habeat,feruntur exempla, per quæ pluribus liberis omnia bona damnati conceſſa ſunt.Sed & diuus Hadrianus in hanc ſententiam reſcripſit : Fauorabilem apud me cauſam liberorum Albini filiorum numerus facit: cum ampliari imperium hominũ adiectione potius , quàm pecuniarũ copia malim.Ideoq; illis paterna ſua concedi uolo,quæ manifeſtabunt tot poſſeſſores,etiã ſi acceperint uniuerſa. *Secunda duplicatio eſt*: *Niſi damnatus decurio ſit:tunc enim uniuerſa bona ad liberos pertinent . quæ duplicatio approbatur, ſimul et diſtinguitur l.10.§.decurioni.C.de bonis præſcript. his uerbis* : Decurioni uerò,qui hoc incurrerit,ſi liberos non habeat, ſuccedar curia:bonaq; uniuerſa detineat, aut ipſa per ſe,aut ſuo ordinarura periculo munera ſubiturum.Sin autem erit ſoboles curiali , etſi ea necdum procreata eſt,inregris patris fortunis fulciatur.Si filia uel filię fuerint, pars dimidia ad eas deuoluatur facultatum, altera dimidia ad curiam. Sin autem mares curiales fuerint intermiſti,dimidia pars eis curiæ nomine deferatur, & alia quam in cõmune omnibus tribuit indulgentia principalis,pro uirili diuidarur portione. *Hæc de prima replicatione,eiuſq; duplicationibus ſint dicta.* *Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt*: *Niſi liberi tempore damnationis nondum fuerint nati.quæ replicatio reprobatur l.1.§.etiam hi.ff.de bonis damnatorum, his uerbis*: Etiam hi qui ante concepti,& poſt damnationẽ nati ſunt,portionem ex bonis patrum damnarorũ accipiunt.*Concordat l.10.in prin.ibi*: *Idem eſt.etſi poſthumos dereliquerit.C.eod.tt. cuius uerba uide s̄.repl. 1.item concordat d.l.10.§.decurioni.ibi* : *etſi ea necdũ procreata eſt.cuius uerba uide paulo ſuperius.* *Tertia replicatio eſt*: *Niſi liberi ex iniuſtis nuptijs ſint procreati.Hæc replicatio approbatur l.1.§.liberis autem. ff.de bonis damnatorum,his uerbis*: Liberis autem ita demum portio attribuitur, ſi iuſtis nu-

ptijs

ptijs nati sunt. *Quarta replicatio est: Nisi adoptiui sint liberi. Hæc replicatio reprobatur sub conditione l.7. §. ex bonis. ff. eod. tt. his uerbis*: Ex bonis damnatorum portiones adoptiuis liberis (si non fraudis causa facta est adoptio) non minus quàm naturalibus concedi æquum est. Fraudis autem causa adoptio facta uidetur, etiamsi non in reatu, sed desperatione rerum per conscientiam metu imminentis accusationis quis adoptet, in hoc, ut ex bonis, quæ se amissurum cogitat, portio detrahatur. *Quinta replicatio est: Nisi nõ omnia bona damnato auferantur, sed pars tantum. Hæc replicatio approbatur l.1.§.fin.ff. eod.tt.his uerbis*: Liberis eius cui pars dimidia duntaxat bonorum ablata est, partes non dantur: idq; & diui fratres rescripserunt. *Sexta replicatio est: Nisi maiestatis crimine sit damnatus. Hæc replicatio approbatur l.10.§.fin C eod tt. his uerbis*: Excepta sola maiestatis quæstione, quam si quis sacrilego animo sumpserit, iustè pœnã ad suos etiam posteros transmittet. *Concordat l.5.& l.ult.C.ad l.Iul.maiestatis. item Nouell cõst. 134.§ fin.cuius uerba uide] except.5. Contradicit l. 9.ff.ad l.Iul.maiest.his uerbis*: Eorum, qui Maiestatis crimine damnati sunt, libertorum bona liberis damnatorũ conseruari diuus Seuerus decreuit: & tunc demũ Fisco uindicari, si nemo damnati liberorum existat. *Septima replicatio est: Nisi mater damnata sit, nõ pater. Hæc replicatio approbatur l.6. C. eod. tt. his uerbis*: De bonis matris deportatę filijs nihil deberi, iuris absolutissimi est.

Ad quos liberos pertineat pars bonorum damnati.

Prima regula. De liberis qui sunt in potestate, & emancipatis, proponitur l.8. C.de bonis præscript. his uerbis: Si deportatus suos & emancipatos filios habuerit, pars quæ ex bonis eius liberis concessa est, ad eos tantũ qui in potestate erant, transferatur: si emancipati ea quæ consecuti erant emancipationis tempore, damno suo existimant conferenda. Sin aũt confusionem bonorum & donationis elegerint, omnia ea quæ fiscus liberis damnati concedit, æquæ diuisionis partibus sortiãtur. Quæ regula, etiã in dote filię uel neptis ex filio deportati conferenda, custodienda erit.

Secunda regula De filijs & filiabus decurionis damnati, proponitur l.10. §. decurioni. C.eod. tt. cuius uerba uide paulo superius repl.1.dupl.2.

Tertia regula. De liberis illegitimis, posthumis & adoptiuis uide paulo superius repl. 2.3 & 4.

Quorum bonorum pars ad liberos pertineat.

Huius loci regula proponitur l.7. §. fin. ff. de bonis damnatorum, his uerbis: Præterea ex his quę per flagitium damnatus adquisiuit, portiones liberorum non augentur: ueluti si cognatũ suũ interimi curauerit, & eius hæreditatem adijt, uel bonorum possessionem accepit, nam ita diuus Pius rescripsit. Cui cõsequenter illud idem Princeps constituit, cum filiafamiliãs ueneno necasse conuinceretur eũ, à quo hæres instituta erat, quãuis iussũ patris, cuius in potestate esset. *Concordat Nouell.c.134.§.ut autem non solùm.ibi: exceptis ijs.cuius uerba uide]. proximè. Hæc de quarta propositæ causæ exceptione sunt dicta.*

Quinta exceptio est: Nisi damnatus ascendentes habeat uel uxorem. Hæc exceptio approbatur d.Nouell. c.134.§.ut autem non solùm, his uerbis: Vt autẽ nõ solùm corporales pœnę, sed etiam pecuniariæ moderatiores fiant, sancimus, si illi, qui in iudicio postulantur de criminibus, in quibus leges publicationem bonorum, aut mortẽ definiunt, conuincantur, aut cõdemneutur, ne bona ipsorũ uel magistratibus, uel eorũ cohortibus, lucro cedant: sed neq; secundum ueteres leges addicantur fisco, sed si quidem descendentes habeant, ut hi bona obtineãt, exceptis ijs, quæ per tale ipsis delictũ accesserũt. Si nulli defendentes subsint, sed ascẽdẽtes usq; ad tertiũ gradũ, & ipsi obtineãt. Sin uerò qui ita dãnati sunt uxores habeãt, omnib. modis iubemus, ut hæ tam dotẽ quàm donationẽ nuptialẽ capiãt. Sed etsi sine dote huiusmodi personę fuerint in matrimonio, legib. nostris definitã portionẽ ex uniuerso damnati patrimonio capiant, siue liberos habeant, siue non. Quod si neminem prędictorũ habeat is qui deliquit, tunc fisco bona eius addici uolumus. In his tamẽ qui perduellionis crimine damnati sunt, ueteres conseruari leges uolumus. *Concordat d.c.134.§.præterea de subst.cuius uerba uide]. quæst.3.reg.3.*

Sexta exceptio est: Nisi damnatus pœna fuerit liberatus. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ dicentur]. cap.15. quæst.3. reg.2.

Septima exceptio est: Nisi reus non fuerit damnatus: tũc enim quãuis in reatu decesserit, ipsius bona nõ publicãtur. Hæc exceptio approbatur l.2.ff.de bonis damnatorũ, his uerbis: Nõ ut quis in carcerẽ ductus est, spoliari eũ oportet, sed post condemnationẽ: idq; diuus Had. rescripsit. *Cõcordat l.2. §.fin.ff.de bonis eorũ qui ante senten.cuius uerba uide paulo inferius repl.4. Item concordat l.3.§.sic aũt. uers.fin.ff.eod.tt.his uerbis*: Si qui aũt sub incerto causæ euentu in uinculis, uel sub fideiussorib. decesserint, horũ bona nõ esse cõfiscanda, mãdatis cauetur. *Item cõcordat l.2.C.de bonis eorũ qui mort.sibi consciuerũt, his uerbis*: Eorũ qui in reatu diem suũ functi sunt, si nõ perduellionis causam sustinuerũt, nec ob metũ criminis mortẽ sibi consciuerunt, bona ad successores trãsmittuntur. *Concordat item l.ult.C.*

de iure fisci, his uerbis: Eorum patrimonia mortuorum, qui uitę suæ tempore diuersis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, fisci rationibus nequaquam competere, uel ab alio alieuari consemus, nisi post publicam accusationem eos constiterit fuisse conuictos. *Cōcordat l. 45. §. 1. ff. de iure fisci, his uerbis*: Bona eorū qui in custodia uel in uinculis uel cōpedibus decesserūt hęredibus eorū nō auferūtur, siue testato siue intestato decesserunt. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi crimine læsæ maiestatis reus decesserit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. de bonis eorum qui mortem sibi consc. cuius uerba uide paulo superius. Concordat l. 20. ff. de accusationib. his uerbis*: Ex iudiciorum publicorum admissis, non aliàs] transeunt aduersus hæredes pœnæ bonorū ademptionis, quàm si lis cōtestata, & condemnatio secuta fuerit: excepto repetūdarum, & maiestatis iudicio, quę etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exercere placuit, ut bona eorum fisco uindicentur: adeò ut diui Seuerus & Antoninus rescripserint, ex quo quis aliqđ ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare aut manumittere eum posse. Ex cæteris uerò delictis pœna incipere ab hærede ita demum potest, si uiuo reo accusatio mota est, licet non fuerit condemnatio secuta, *Item concordat l. ult. ff. ad l. Iul. maiestatis, cuius uerba cum propositæ replicationis distinctione, uide s. cap. 2. except. 10. repl. 1.*

Secūda replicatio est: Nisi ex lege repetundarum reus fuit. Hæc replicatio approbatur l. 20. ff. de accusationib. paulo superius proposita.

Tertia replicatio est: Nisi pendente appellatione fuerit mortuus reus. De hac re uide s. ca. 2. exc. 10. repl. 3.

Quarta replicatio est: Nisi reus postquam de pœna Imperatori scriptum est, decesserit. Hæc replicatio reprobatur l. 2. §. si is. ff. de bonis eorum qui ante sentēt. his uerbis: Si is, de cuius pœna Imperatori scriptū est (ueluti quod decurio fuerit, uel qđ in insulam deportari debuerit) antequam rescriberetur, decesserit: potest quæri num ante sententiam decessisse uideatur? argumēto est senatusconsultū, quod factū est de his qui Romā transmissi, ante sententiam decessissent. cuius uerba hæc sunt: Cum cōdemnatus nemo uideri posset in hūc annū, antequàm de eo fortè iudiciū Romæ redditū & pronunciatū esset, neq; cuiusquā mortui bona antequam de eo Romę pronunciatum esset, publicanda esse, eaq; bona hæredes possidere debent.

Quinta replicatio est: Nisi reus accusatorem corrupit. Hæc replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s. cap. 2. in fine replicat. generali. 2.

Sexta replicatio est. Nisi reus sibi ipsi mortem consciscere uoluit. Hæc replicatio approbatur cū distinctione l. 3. §. sic autē. ff. de bonis eorū qui ante senten. his uerbis: Sic autem hic distinguitur, interesse qua ex causa quis sibi mortē consciuit: sicuti cum quęritur, an is qui sibi manus intulit, & non perpetrauit, debeat puniri quasi de se sententiam tulerit. nam omnino puniendus est, nisi tædio uitæ uel impatientia alicuius doloris coactus est hoc facere: & meritò si sine causa sibi manus intulit, puniendus est. Qui enim sibi non pepercit, multo minus alij parcet. *Septima replicatio est: Nisi reus sibi ipsi ante sententiā mortem cōsciuit. Hæc replicatio approbatur l. 3. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Qui rei postulati, uel qui in scelere deprehēsi, metu criminis imminētis mortē sibi cōsciuerint, hęredē nō habēt. *Concordat l. 45. §. eius bona. ff. de iure fisci, his uerbis*: Eius bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem cōsciuit, & manus intulit, fisco uindicātur. Quòd si id tędio uitæ, aut pudore æris alieni, uel ualetudinis alicuius impatiētia admisit, nō inquietabūtur, sed suo successori relinquūtur. *Hisce uerbis replic. proposita approbatur simul et eius prima duplicatio, quæ est: Nisi nō metu criminis, sed ob aliquā aliā causam mortē sibi cōsciuit: cui duplicationi cōcordat l. 3. §. sic autē. ff. de bonis eorū qui ante sent. cuius uer. uide s. repl. prox. Itē cōcordat d. l. 3. §. si quis autē, his uerbis*: Si quis autē tædio uitæ, uel impatiētia doloris alicuius, uel alio modo finierit uitā, successorem habere diuus Antoninus rescripsit. Videri aūt & partē qui sibi manus intulisset, quod diceretur filiū suū occidisse, magis dolore filij amissi mortē sibi irrogasse: & ideo bona eius nō esse publicāda diuus Hadrianus rescripsit. *Itē cōcordat l. 45. §. eius bona. ff. de iure fisci, his uerbis*: Eius bona qui sibi mortē cōsciuit, nō ante ad fiscū cogūtur, quàm prius cōstiterit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit. *Cōcordat itē l. 1. C. de bonis eorū qui mortē sibi cōsciuerūt. his uerbis*: Eorū demū bona fisco uindicātur, qui cōscientia delati admissiq; criminis, metuq; futuræ sentētiæ, manus sibi intulerūt. Ea ꝓpter fratrē uel patrē tuum, si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio uitæ, aut furore uel insania, aut aliquo casu, suspendio uitā finijsse cōstiterit, bona eorū tā ex testamento, quàm ab intestato ad successores pertinebūt. *Itē cōcordat l. 2. C. eod. tit. & l. 12. C. de accusat. his uerbis*: Factū spontè se præcipitantis, innocenti criminis periculū adferre nō potest. *Secūda propositæ replicationis duplicatio est: Nisi is qui mortem sibi metu criminis cōsciuit, nōdū fuerit accusatus. Hæc duplicatio approbatur l. 3. §. 1. ff. de bonis eorū qui ante sent. his uerbis*: Papinianus libro XVI. Responsorū ita scribit: Qui rei criminis nō postulati manus sibi intulerint, bona eorū fisco non uindicētur,

tur. nõ enim facti celeritatẽ esse obnoxiam, sed cõscientiæ metũ in reo uelut de cõfesso teneri placuit. Ergo aut postulati esse debét, aur in scelere deprehensi, ut si se interfecerint, bona eorũ cõfiscentur. *Hisce uerbis duplicatio proposita approbatur, simul eius triplicatio, quæ est: Nisi is qui sibi mortem consciuit, in ipso scelere fuerit deprehensus: tunc enim quamuis nondum fuerit accusatus, nihilominus eius bona publicantur. Tertia duplicatio est: Nisi eius criminis reus postulatus fuit, ob quod cõuictus, bonis tamẽ nõ careret. Hæc duplicatio approbatur l.3. §. ut aũt diuus, cũ §. sequẽte. ff. de bonis eorũ qui ante sent. his uerbis*: Vt aũt diuus Pius tescripsit, ita demũ bona eius qui in reatu mortẽ sibi cõsciuit, fisco uindicãda sunt: si eius criminis reus fuir, ut si damnaretur, morte aut deportatione adficiendus esset. Idẽ rescripsit, eũ qui modici furti reus fuisset, licet uitã suspẽdio finierit, nõ uideri in eadẽ causa esse. ut bona hæredib. adimenda essent: sicuti neq; ipsi adimerentur, etsi cõpertũ in eo furtũ fuisset. Ergo ita demum dicendũ est bona eius qui manus sibi intulit fisco uindicari: si eo crimine nexus fuerit, ut si cõuinceretur, bonis careat. *Quarta duplicatio est: Nisi hæres paratus sit defunctũ defendere. quæ duplicatio approbatur d.l.3. §. fin his uerbis*: De illo uideamus, si quis conscita morte, nulla iusta causa ꝓcedẽte, in reatu decesserit, an, si parati fuerint hæredes causam suscipere, & innocentẽ defunctũ ostẽdere, audiẽdi sunt, nec prius bona in fiscũ cogẽda sunt, quàm si de crimine fuerit ꝓbatũ, an uerò omnimodò publicãda sunt? Sed dius Pius Modesto Taurino rescripsit: Si parati sint hęredes defensionẽ suscipere, nõ esse bona publicãda, nisi de crimine fuerit ꝓbatũ. *Hæc de septima propositæ exceptionis replicatione sunt dicta. Sed & plures huiusmodi replicationes uide s̄. cap. 2. exce. 10. item in fine eiusdem capitis repll. generales. Hactenus ergo primus publicationis bonorum locus est explicatus, scilicet causa cum suis exceptionibus.*

II. ANTECEDENTIA ET ADIVNcta Publicationis bonorũ quę sint.

Prima regula. De referendo prius Imperatori proponitur l. unica. C. ne sine iussu principis certis iud. liceat confis. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 1. except. 1. de iure confiscandi.

Secũda reg. De inuentario bonorũ cõficiendo. proponitur l.7. C. de bonis proscr. his uerbis: Si quis intra ꝓuinciã pro qualitate delicti stylũ ꝓscriptionis incurrerit, per ordinatij officij sollicitudinẽ, bonorũ eius indago diligentissimè celebretur, ne quid rei priuarę cõmodis per gratiã atq; colludium furto subducatur: & plena descriptio cõprehẽdat, qđ spaciũ, & qđ ruris sit iugetũ, quid aut incultũ sit, aut colatur, quid in uineis, oliuetis, aratorijs, pascuis, syluis fuerit inuẽtũ, quę etiã gratia, & quę amœnitas sit locorũ, q̃s in ędificijs ac possessionib. sit ornatus, quotúe mãcipia in ꝓsidijs occupatis, uel urbana uel rustica, uel quarũ artiũ generibus imbuta teneantur: & quot sint cęsuarij, uel coloni, quot boũ iuga exercitijs terrã atq; uomerib. instruentium, qnot pecorũ & armẽtorũ greges, & in qua diuersitate numerati sint, quantum auri, & argẽti, uestiũ ac moniliũ, uel in specie uel in põdere, & in quib. speciebus, quidúe in apothecis sit repertũ. Tũc demũ omnia ea, quę uelle nos perspicia inquisitione constricta, rationalis rei priuatæ tradãtur officio, ant Palatinis super hac causa missis nostro nectẽda patrimonio. Mox uerò ad nos sub literis publici iudicis sigillatim de omnibus, nominatimq; referatur, ꝓculdubiò negligẽtia mulctãda. Nã si quid post factã à prædicto officio inuestigationẽ rationalis rei priuatæ, cui inquisitio secũda mãdata est, amplius fortassis inuenerit: officiũ fraudulẽtũ ea cõdemnatione ferietur, ut aliud tantum, quantum fuerat subtractum, ex proprijs facultatibus inferatur.

III. QVAE BONA QVIBVS publicanda sint, & distribenda.

Prima regula. De dimidia bonorum parte liberis relinquenda, dictum est s̄. eod. cap. quæst. 1. except. 4.

Secunda regula. De parte bonorum patrono damnati relinquenda, proponitur l.7. §. si in libertinũ. ff. de bonis damnatorum, his uerbis: Si in libertinum animaduersum erit, patrono eius, id quod in bonis illius habiturus esset, si is in quem animaduersum est, sua morte decessisset, eripiendum non erit: reliqua pars bonorum quæ ad manumissorem non pertinebit, fisco est uindicanda.

Tertia regula. De rebus uxoris damnati de dote ante nuptiali & alia uxori facta donatione, proponitur l.9. in prin. C. de bonis proscript. Si quis posthac stylum (quod absit) proscriptionis exceperit, uxor eius res proprias ex quocunq; titulo sibi quæsitas, uelut manu iniecta, mox uindicet, ant certè à quoquo occupatas statim recipiat. Dos etiã nõ quę aliquoties inaniter dotaliũ instrumentorũ tenore cõscribitur, sed quã se corporaliter tradidisse docuerit, repræsentetur. Ea etiã quæ ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit, uel durãte matrimonio largitione uiri ad eã ante proscriptionẽ peruenerint, apud eã firmiter permaneãt. *Cõcord. Nouell. c. 134. §. preterea, his uerbis*: De substantia adulteri si uxorẽ habeat, dos ei donatioq; ante nuptias cõseruetur: aut si dotalia instrumẽta nõ interuenerint, portio, quæ ꝓdicta defertur lege. Reliquã eius substantiam descẽdẽtes aut ascẽdẽtes (si qui sunt) usq; ad teriũ gradũ capiant: secundũ ordinẽ & gra-

dus suos. Si nulli huiusmodi supersint, fisco hæc addici iubemus. *Item cõcordat d.c.114.§.ut aũt.ibi: Sin uerò qu:.cuius uerba uide 5. 10. cap. quæst. 1.except.5. Item concordat Nouell.c. 117.§. si de adult. ibi: At si quidẽ adult. De ijs quæ maritus ex bonis damnatæ consequitur, uide d.§.si de adul.*

Quarta reg. De dote mulieris dãnatæ, proponitur l. 5.cum duabus ll.seq.ff.de bonis damnatorũ, his uerbis: Quinq; legib. damnatæ mulieri dos publicatur, maiestatis, uis publicæ, particidij, ueneficij, de sicarijs: & oẽs omnino maritus actiones saluas habet contra fiscum. At si alia lege capitis punita sit, quæ dotẽ nõ publicat, quia prius serua pœnæ efficitur, uerũ est dotẽ mariti lucro cedere, quasi mortua sit. Quòd si deportata sit filiafamiliâs, Marcellus ait (quæ sentẽtia etiã uera est) non utiq; deportatione dissolui matrimoniũ. nã quũ libera mulier remaneat, nihil ꝓhibet & uirũ mariti affectionẽ, & mulierẽ uxoris animũ retinere. Si igitur eo animo mulier fuerit, ut discedere à marito uelit, ait Marcellus, tũc patrem de dote acturum: sed si materfamiliâs, & interim constante matrimonio fuerit deportata, dotem penes maritũ remanere: postea uerò soluto matrimonio posse eam agere quasi humanitatis intuitu hodie nata actione.

Quinta reg. De eo quod damnatus in liberos ante reatum contulit, proponitur l.9.§.si quid etiam. C.de bonis proscript. his uerbis: Si quid etiam in emãcipatos liberos ante tempus criminis ac reatus, patrem contulisse claruerit, integrũ ijsdem citra inquietudinẽ reseruetur. Quod uerò nec uxor, nec emancipati liberi potuerint uindicare captum à publicis personis, ita ad nos referri specialiter censemus, ut illud quoq; addatur, utrum filios habeat qui damnatus est: simulq; adijciatur, utrum ijdem apud se ex causa donationis aliquid uindicauerint.

Sexta reg. De ijs quæ post pœnã irrogatã damnatus adquisiuit, proponitur l.2.C.de bonis proscr. his uerbis: Deportati nec earũ quidẽ rerũ, quas post pœnam irrogatam habuerint, hæredem habere possunt, sed & hæ publicabuntur.

Septima regula. De pannicularijs & spolijs, proponitur l.6 ff.de bonis proscript. his uerbis: Diuus Hadrianus Aquilio Braduæ ita rescripsit: Pannicularia causa quemadmodum intelligi debeat, ex ipso nomine apparet. non enim bona damnatorum pannicularia significari quis probè dixerit: nec si zonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi uindicare debebit: sed uestem qua is fuerit, indutus, aut nummulos in uectarales quos uictus sui causa in promptu habuerit: aut leues annulos id est, qui rẽ nõ excedãt aureorũ quinque: alioquin si quis dãnatus in digito habuerit aut sardonycha, aut aliã gemmã magni precij, uel si quod chirographũ magnæ pecuniç in sinu habuerit: nullo iure illud in pannicularia ratione retinebitur. Pannicularia sunt ea, quæ in custodia receptus secũ attulit: spolia quibus indutus est, quũ quis ad suppliciũ ducitur, ut ipsa appellatio ostẽdit. Itaq; neq; spiculatores ultrò sibi uindicent, nec optiones ea desiderent, quib. spoliatur, quo momento quis est punitus. Hãc rationem non in cõpendium suum debent pręsides uertere, sed nec pati optiones, siue cõmentariẽses ea pecunia abuti: sed debẽt ad ea seruari, quæ iure præsidum solent erogari: utputa charisticon quibusdã officialib. inde subscribere, uel si quid fortiter fecerint milites, inde donare eis. Barbaros etiã inde munerare uenientes ad se, uel legationis uel alterius rei causa. Plerunq; etiã inde corrosas pecunias Præsides ad fiscum trãsmiserunt: quod per quàm nimiæ diligentię est, cum sufficiat si quis non in usus proprios uerterit, sed ad utilitatem officij patiatur deseruire.

Octaua regula. De ære alieno deducendo, proponitur l.11.ff.de iure fisci. cuius uerba uide 5. Lib. 11. cap. 8. quæst. 4. reg. 5.

IIII. EVENTUS PUBLICAtionis bonorum.

Actiones creditorum damnati aduersus fiscum competunt. quæ regula approbatur exemplo l.4.ff.de bonis damnat. cuius uerba uide 5. quæst. 3. reg. 4. Sed & aliud exemplum proponitur l.5.C. eod. tit. his uerbis: Si, ut proponis, bona eius qui tutelam tuã administrauit, sententiam passi ad fiscum sunt deuoluta, procuratorem nostrum adire cura: qui si quid iure posci animaduerterit, non negabit. *Planè si pars bonorum tantum sit publicata, pro parte tantum fiscus tenetur, pro parte damnatus. quod approbatur l.1.C.de fideiussoribus, de qua cum alijs similibus uide Comment. Liberationum, cap. 23.*

De Iure nouo, quo Publicatio bonorum tollitur.

Hactenus de iure antiquo quo Publicatio bonorum approbatur, eiusq; exceptionibus est dictum, idq; plenius descriptum. Illud autem ius alio iure posteriore mutatum ac sublatum est, nimirum Nouell. constitut. 17. §. oportet autem, his uerbis: Oportet autem omnino & huius te rei prouidentiam gerere, ut si quis pœna dignus esse uideatur, ne sumpto de illo supplicio bona eius attingas, sed ad progeniem eius, & legem, legeq; introductum ordinem deferri ea patiaris. nam non bona, sed bonorum possessores delinquunt. Sed qui eum ordinem subuertunt, illi pœna quidẽ dignos dimittunt, bonaque eorum auferunt: alios uerò quos ad illorum fortè successionẽ lex uocabat,

cabat,in illorum locum obijciunt supplicio. *Propositi iuris noui duæ potißimum sunt exceptiones. Prima exceptio est: Nisi damnatus, neq; liberos,neque parentes, neq; uxorē habeat:tunc enim bona secundum ius antiquum ad fiscum pertinent. Altera exceptio est: Nisi ob maiestatis crimen fuerit damnatus Hæ duæ exceptiones approbātur Nouell. c. 114.§.penult.ibi: quòd si neminem. cuius uerba uide s.eod.cap.quæst.1.except.5.*

DE INFAMIA.
Cap.XIIII.

INter euentus Publicorum iudiciorum reo damnato numeratur & infamia,de qua nunc sequitur.

I. CAVSAE EX QVIBVS infamia notantur.

Prima causa.Si iudicio publico quis sit damnatus, infamia notatur. quæ causa approbatur l.7.ff.de publicis iud.his uerbis: Infamem non ex omni crimine sentētia facit, sed ex eo quod iudicij publici causam habuit.Itaq; ex eo crimine, quod iudicij publici non fuit, damnatum infamia non sequetur: nisi id crimen ex ea actione fuit, quæ etiam in priuato iudicio infamiam condemnato importat: ueluti Furti, Vi bonorum raptorū, & iniuriarum. *Concordat l.1.§.qui iudicio.ff.de his qui notantur infamia. Propositæ causæ exemplum proponitur l.2.§.miles.ff.de his qui notantur infamia, his uerbis:* Miles qui lege Iulia de Adulterijs fuerit damnatus, ita infamis est, ut etiam ipsa sententia eum sacramento ignominiæ causa soluat.

Secunda causa.Si ob crimen priuatum fuerit condemnatus.Hæc causa reprobatur sub conditione tamē l.7.paulo superius proposita.

Tertia causa.Si ob calumniam uel præuaricationē fuerit condemnatus quis. Hæc causa approbatur l.1.§.qui iudicio. ff. de his qui not. infa.his uerbis: Qui iudicio publico calumniæ, præuaricationisúe causa quid fecisse iudicatus erit,infamia notatur.*Huius causæ exceptio prima est: Nisi calumniæ causa nondum fuerit damnatus. quæ exceptio approbatur l.4.§.calumniator.ff.eod.tt.his uerbis:* Calumniator ita demum notatur, si fuerit calumniæ causa damnatus. neque enim sufficit calumniatum. Item præuaricator. *Quid sit Præuaricator uide s. cap.10. in princip. Secunda propositæ causæ exceptio est:Nisi alieno nomine accusauerit is,qui calumniatus dicitur. Hæc exceptio reprobatur l.8.C.de calumniatoribus. cuius uerba uide s.cap.9.quæst.1.except.3.*

Quarta causa.Si furti,ui bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malō & fraude fuerit condemnatus quis,uel pactus.Hæc causa approbatur l.1.§. qui furti. ff.de his qui notant.inf.his uerbis: Qui furti, ui bonorum raptorum,iniuriarum, de dolo malo & fraude suo nomine damnatus,pactúsue erit.infamia notatur.*Concordat l.4.§.fin.cū l.sequente.ff.eod.tt.his uerbis:* Si quis furti, ui bonorum raptorum, iniuriarū, de dolo malo suo nomine damnatus,pactusúe erit, similimodo infamis est. Quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur. *Concordat l.7.ff.de publ.iud.cuius uerba uide paulo superius causa 1.Item quoad iniuriarum actionem attinet,concordat l.5 C.de causis ex quibus infamia irrogatur. cuius uerba uide s. cap.4. de Decurionib.reg 6.Concordat deniq; Inst.de pœna temerè litigantium.§. ex quibusdam,his uerbis:* Ex quibusdam iudicijs damnati ignominiosi fiant,ueluti furti, ui bonorum raptorum,iniuriarum,de dolo,itē tutelæ,mandati,depositi directis nō contrarijs actionib.Itē pro socio.quæ ab utraq; parte directa est,& ob id quilibet ex socijs eo iudicio dānatus ignominia notatur. Sed furti quidem,aut ui bonorū raptorū, aut iniuriarum,aut de dolo,nō solùm damnati notantur ignominia,sed & pacti:& rectè. plurimum enim interest,utrum ex delicto aliquis,an ex contractu debitor sit. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est:Nisi furti non manifesti sit actum.Hæc exceptio reprobatur l.6. in prin. ff. de his qui notantur infamia,his uerbis:* Furti accipe, siue manifesti sit, siue nec manifesti. *Secūda exceptio est: Nisi ideo fuerit condemnatus quod res furtiua apud eū ignorantem fuerit reperta.Hæc exceptio approbatur l.8.C.eod.tt.his uerbis:* Furti si cōdemnata es, citra uerbera quoq; fustiū famæ damnū subijsti: quod si res furtiua,quā alter surripuit, apud te ignorantē cōperta est,nō lædit existimationē tuā sentētia durior. *Tertia exceptio est:Nisi ob id quod seruo iniuriā fecerit,fuerit cōdemnatus. Hæc exceptio reprobatur l.10.C.eod.tt.his uerbis:* Iniuriarum ex persona quoq; serui dānatus,infamia notatur. *Quarta exceptio est:Nisi nullo dato precio precib.impetrauit,ne furti secū ageretur,uel iniuriarū Hæc exceptio approbatur l.6.§.pactus'ue.ff.de his qui notantur infamia,his uerbis.* Pactusúe (inquit) erit. Pactū sic accipimus,si cū precio quantocunq; pactus est:alioquin & qui precib.impetrauit ne secū ageretur,erit notatus,nec erit ueniæ ulla ratio:quod est inhumanū. *Concordat l.18. C.de causis ex quib.inf.irrog.his uerbis:* Nō damnatos quidē iniuriæ,sed pactos quoq; perpetuum edictū infamat:uerùm pactos eos demum, qui ullos aduersarijs numos ꝓ mala cōsciētia ex trāsactione numerassent, in hac causa placuit intelligi. Cęterùm simplex rei gratia integrā pacti æstimationē illibatāq; conseruat. *Quinta exceptio est:Nisi iussu prætoris pactus est,ne ageretur.Hæc exceptio approbatur d.l.6.§. qui iussu,his uerbis:* Qui iussu Prætoris precio dato pactus est,nō notatur. *Sexta exceptio est: Nisi iureiurādo delato iurauit se non fecisse. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed & si iureiurando delato iurauerit quis non deliquisse,nō erit notatus.nam quodammodo

innocentiam suam iureiurãdo adprobauit. *Concordat l.18.in fine.C.eod.tt. his uerbis*: Quòd si iureiurando decisa contentio sit, nemo dubitauerit, quin religionem absolutio iudicantis sequatur. *Septima exceptio est: Nisi in actione quæ ex contractu oritur, pactus sit ne agatur. Hæc exceptio approbatur l. 7.ff. de his qui notantur inf. his uerbis*: In actionib. quæ ex cõtractu ꝓficiscuntur, licet famosæ sunt, & dãnati notantur, attamen pactus non notatur: meritò, quoniam ex his causis non tam turpis est pactio, quàm superiorib. *Concordat Inst. de pœna temerè litig. §. ex quibusdam, in fine. cuius uerba uide paulo superius ead. causa, in prin. Hæc de quarta causa, eiusq; exceptionibus.*

Quinta causa. Si expilatæ hæreditatis iudicio sit damnatus. Hæc causa approbatur l.11. C. de causis ex quib. inf. irrog. his uerbis: Si te expilasse hæreditatem sententia Præsidis constitit, nõ ex eo quòd non & alia tibi pœna irrogata est, furis improbioris infamiam euitasti.

Sexta causa. Si in iudicio stellionatus fuerit condemnatus. Hæc causa approbatur l.13. §. fin. ff. de his qui notant. inf. his uerbis: Crimen stellionatus infamiam irrogat damnato, quamuis publicum iudicium non est.

Septima causa. Si ex militari delicto fuerit notatus. Hæc causa reprobatur sub cõditione l.7. C. de re militari, his uerbis: Frustra uereris, ne nota, quæ ꝓpter delictũ militare intercesserit, æstimationem tuã iam ueterani læsisse uideatur: maximè cũ nec ex eo delicto, quod in paganorum potest cadere personá, notatos milites post missionem placuerit esse famosos.

Octaua causa est. Si pro socio, tutelæ, mandati, depositi iudicio quis fuerit condemnatus. Hæc causa approbatur l.1. §. qui pro socio. ff. de his qui not. inf. his uerbis: Qui pro socio, tutelæ, mandati, depositi suo nomine, non cõtrario iudicio damnatus erit, infamia notatur. *Concordat Inst. de pœna temerè litig. §. ex quibusdam. cuius uerba uide paulo superius causa 4. in prin. Item concordat l. 6. §. mandati. ff. de his qui not. inf. his uerbis*: Mandati uerbis edicti notatur, non solùm qui mandatũ suscepit, sed & is qui fidem quam aduersarius secutus est, non præstat: utputa fideiussi pro te, & solui, mandati, si te condẽnauero, famosum facio. *Item concordat l. 21. C. eod. tt. his uerbis*: Fidem rumpens societatis, cũ infamiæ periculo suo nomine pro socio cõuentus, ad faciendũ satis urgetur. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi non suo, sed alieno nomine cõuẽtus cõdẽnatus sit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis paulo superius propositis hisce*: Suo nomine. *Proinde hæres, qui defuncti nomine pro socio, uel tutelæ, aut simile actione cõuentus est, & cõdemnatus, non fit infamis. Interdũ tamen etiã suo nomine hæres in illis actionib. cũ defuncto contractis tenetur. quod approbatur l. 6. §. illud planè. ff. eod. tt. his uerbis*: Illud planè addendũ est, quod interdũ & hęres suo nomine damnatur: & ideò infamis fit, si in deposito uel in mandato malè uersatus sit. Nõ tamen in tutelá uel pro socio hęres suo nomine damnari potest: quia hæres neq; in tutelá, neq; in societatem succedit, sed tantum in æs alienum defuncti. *Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi non directa, sed cõtraria actione sit actũ. Hæc exceptio approbatur uerbis suprà in principio huius causæ propositis hisce*: Non contrario iudicio. *Cui concordat Instit. de pœna temerè litig. §. ex quibusdam. cuius uerba uide s. causa 4. in prin. Item concordat d. l. 6. §. fin. his uerbis*: Contrario iudicio damnatus non erit infamis, nec immeritò. nam in cõtrarijs nõ de perfidia agitur, sed de calculo qui ferè in iudicio solet dirimi.

Nona causa. Si miles ignominiæ causa sit dimissus. Hæc causa approbatur l.1. in prin. ff. de his qui not. inf. his uerbis: Prætoris uerba dicunt: INFAMIA NOTATVR, QVI AB EXERCITV IGNOMINIAE CAVSA AB IMPERATORE, EO'VE, CVI DE EA RE STATVENDI POTESTAS FVERIT, DIMISSVS ERIT. *Hæc causa declaratur & distinguitur l. 2 in princip. cum sequent. ff. eod. tt. his uerbis*: Quod ait Prætor: QVI AB EXERCITV DIMISSVS ERIT: dimissum accipere debemus militem caligatum, uel si quis alius usque ad centurionem uel pręfectum cohortis uel alæ uel legionis dimissus est. Hoc amplius Pomponius ait, etiam eum qui exercitui præest (licet consularibus insignibus utitur) ignominiæ causa ab Imperarore missum, hac nota laborare. Ergo etsi dux cum exercitui præest, dimissus erit, notatur. Etsi princeps dimiserit, & adiecerit ignominiæ causa, se mittere (ut plerunque facit) non dubitabitur & hoc edicto Prætoris eum infamia esse notatum. Non tamen, si citra indignationem Principis successor ei datus est. Exercitum autem non unam cohortem, neque unam alam dicimus, sed numeros multos militum. Nam exercitui præesse dicimus eum, qui legionem uel legiones cum suis auxilijs ab Imperarore commissas administrat: sed etiam eum, qui ab aliquo numero militum missus est, quasi ab exercitu missum sic accipiemus. IGNOMINIAE CAVSA. Hoc ideò adiectum est, quoniam multa genera sunt missionum. Est honesta, quæ emeritis stipendijs, uel antè ab Imperarore indulgetur: est causaria, quæ propter ualetudinem laboribus militiæ soluit: est ignominiosa. Ignominiosa autem missio toties est, quoties is qui mittit, addidit nominatim, ignominiæ causa se mittere. semper enim debet addere, cur miles mittatur. Sed etsi ita exauthorauerit,

ut in-

ut insignia militaria detraheret, inter infames efficit, licet nō addidit ignominiæ causa se ita exauthorasse. Est & quartum genus missionis, si quis euitandorum munerum causa militiam subijsset. Hæc autem missio existimationem non lædit, ut est sæpissimè rescriptum.

Decima causa. Si miles exauthoratus fuerit. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis hisce: Sed & si ita exauthorauerit, ut insignia militaria detraheret, inter infames efficit, &c.

Vndecima causa. Si artis ludicræ, pronunciandi'ue uel quæstus causa in scenam prodierit. Hæc causa approbatur l.1.§.1.ff.de his qui notāt. inf. his uerbis: Qui artis ludicræ, pronunciandiúe causa in scenam prodierit infamia notatur. *Hæc causa declaratur l.2.§.fin.ff.eo.tt.his uerbis:* Ait Prętor, QVI IN SCENAM PRODIERIT. Scena est (ut Labeo definit) quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco, ubi quis consistat, moueaturq́;, spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico, priuatoúe uel in uico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittat. Eos enim qui quæstus causa in certamina descendunt, & omnes propter præmium in scenam prodeuntes, famosos esse, Pegasus & Nerua filius respōderunt. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi propositum non habuerit euentum. Hæc exceptio approbatur l.3.ff.eod.tt.his uerbis:* Qui autem operas suas locauit, ut prodiret artis ludicræ causa, neque prodijt, non notatur: quia non est ea res adeò turpis, ut etiam consilium puniri debeat. *Secunda exceptio in athletis & similibus, proponitur l.4. in princip. ff. eod.tt.his uerbis:* Athletas autem Sabinus & Cassius responderunt, omnino artem ludicram non facere. Virtutis enim gratia hoc eos facere: & generaliter ita omnes opinantur. & utile uidetur, ut neque Thumelici, neque Xystici, nec agitatores, nec qui aquā equis spargunt, cæteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Designatores autem, quos Græci βραβευτὰς (id est arbitratores sacrorum certaminum) appellant, artem ludicrā non facere. Celsus ꝓbat: quia ministeriū, non artem ludicram exerceant. Et sanè locus iste à Principe hodie non pro modico beneficio datur. *Tertia exceptio est: Nisi is qui fecit, minor ætate fuerit. Hæc exceptio approbatur l.21.C.de causis ex quibus infam.irrog.his uerbis:* Si fratres tui minores duntaxat ætate, in ludicræ artis ostensione spectaculum sui populo præbuerunt, inuiolatam existimationem obtinent.

Duodecima causa. Si lenocinium fecerit quis, fit infamis. Hæc causa approbatur l.1.§.qui lenocinium. ff.de his qui notat.infam. his uerbis; Qui lenocinium fecerit, infamia notatur. *Hæc causa declaratur l.4.§.ait Prætor.ff.eod.tt. his uerbis:* Ait Prætor, QVI LENOCINIVM FECERIT. Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habet. Sed & qui hunc quæstum in liberis exercet, in eadem causa est. Siue autem principaliter hoc negocium gerat, siue alterius negociationis accessione utatur, utputa si caupo fuerit uel stabularius, & mancipia talia habuerit ministrantia, & occasione ministerij quæstum facientia, siue balneator fuerit, & (ueluti in quibusdam prouincijs fit) in balneis ad custodienda uestimenta conducta habeat mancipia, hoc genus obseruantia in officina, lenocinij pœna tenebitur. Pomponius eum qui in seruitute peculiaria mancipia prostituta habuit, notari & post libertatem ait. *Concordat l.43.§.lenocinium, cum sequentibus.ff.de ritu nuptiarum, his uerbis:* Lenocinium facere nō minus est quàm corpore quæstum exercere. Lenas autem eas dicimus, quę mulieres quęstuarias prostituunt. Lenam accipiemus & eam, quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercet. Si qua cauponam exercens, in ea quæstuaria corpora habet (ut multæ adsolent sub prætextu instrumenti cauponarij prostitutas mulieres habere) dicendum hanc quoque Lenæ appellatione contineri. *Plura de causa proposita uide J. Lib.prox. cap.7.quæstione secunda, causa 4.*

Decimatertia causa. Si mulier intra annum luctus nuptias iterauerit. Hæc causa approbatur l.1.§.qui eam.ff.de his qui notant. inf. his uerbis: Qui eam quæ in potestate eius esset, genero mortuo (cum eum mortuum esse sciret) intra id tēpus, quo lugere uirum moris est, antequam uirum elugeret, in matrimonium collocauerit, eamúe sciens quis uxorem duxerit, non iussu eius in cuius potestate est: & qui eum quem in potestate habet, eam de qua supra comprehensum est, uxorem ducere passus fuerit, infamia notatur. *Ratio huius causæ proponitur l.11.§.1.ff.eod. tt. cuius uerba uide J.exceptione 5. Concordat l.15.C. de causis ex quibus inf.irrogatur, his uerbis:* Decreto amplissimi ordinis luctu fœminarum deminuto, tristior habitus cæteraque hoc genus insignia mulieribus remittuntur, nō etiam intra tēpus, quo elugere maritum moris est, matrimonium contrahere permittitur: cum etiamsi nuptias alias intra hoc tempus secuta est, tam ea, quàm is qui sciens eam duxit uxorem, etiamsi miles sit perpetuò edicto labem pudoris contrahat. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi ignorans quis talem uxorem duxit, aut filium suum ducere passus est, aut eam nubere. Hæc exceptio ex uerbis suprà propositis constat. Concordat l.8.in princip ff.eod.tt.*

his

bis uerbis: Genero (inquit) mortuo: meritò adiecit Prætor, CVM EVM MORTVVM ESSE SCIRET: ne ignorantia puniatur. *Item concordat l. 11. §. notatur. ff. eod. tt. his uerbis*: Notatur etiam qui eam duxit, sed sciens. Ignorantia enim excusatur non iuris, sed facti. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simul & eius replicatio prima, quæ est: Nisi ignorantia iuris, non facti sit lapsus. Secunda replicatio est: Nisi postea cognoscens ratam habuit. Hæc replicatio reprobatur l. 13. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Quid ergo si non ducere passus, posteaquam duxit, ratũ habuit? ut puta initio ignorauit talem esse, postea scit? non notabitur: Prætor enim ad initium nuptiarum se retulit. *Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi eo tempore quo nubit uel ducit, annus à morte prioris mariti præterierit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerum eius replicatio uidetur esse talis: Nisi ab eo tempore quo primum cognouit maritum mortuum, nõdum annus excesserit. Hæc replicatio reprobatur l. 8. in fine. ff. eod. tt. his uerbis*: Sed cum tempus luctus continuum est, meritò & ignoranti cedit ex die mortis mariti: & ideo si post legitimũ tempus cognouit, Labeo ait, ipso die & sumere ipsam lugubria & deponere. *Tertia exceptio est: Nisi princeps permiserit mulieri intra tempus luctus nubere. Hæc exceptio approbatur l. 10. ff. eod tt. his uerbis*: Solet à principe impetrari, ut intra legitimum tempus mulieri nubere liceat. *Quarta exceptio est: Nisi non nuptias, sed sponsalia intra tẽpus luctus contraxerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 10. his uerbis*: Quæ uirum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet. *Quinta exceptio est: Nisi talis fuerit maritus defunctus, quem lugeri non oportet. Hæc exceptio reprobatur l. 11. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis*: Etsi talis sit maritus, quem more maiorum lugeri non oportet, non poterit tamen nuptum intra legitimum tempus collocari. Prætor enim ad id tempus se retulit, quo uir elugeretur, qui solet elugeri propter turbationem sanguinis. *Concordat d. l. 11. §. non solent, his uerbis*: Non solent autem lugeri (ut Neratius ait) hostes, uel perduellionis damnati, nec suspendiosi, neque qui manus sibi intulerint non tædio uitæ, sed mala conscientia. Si qua ergo post huiusmodi exitum mariti se nuptum collocauerit, infamia notetur. *Concordat item l. 35 ff. de religiosis, hisce uerbis*: Minimè maiores lugẽdum putauerunt eum, qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos uenit. Quòd si filius patrem, aut pater filiũ occidisset sine scelere: etiã pręmio adficiẽdum omnes constituerunt. *Sexta exceptio est. Nisi post partum intra lugendi tempus editum nupserit. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis*: Vnde Pomponius eam, quæ intra legitimum tempus partum edidit, putat uel statim posse se nuptum collocare: quod uerum puto, Vlpianus ait. *Septima exceptio est: Nisi iussu patris, in cuius potestate est, uel nupserit uel duxerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 11. §. fin. his uerbis*: Excusatur qui iussu eius, in cuius potestate erat, duxerit, & ipse qui passus est ducere, notatur: utrũq; rectè. nã & qui obtemperauit, uenia dignus est & qui passus est ducere, notatur ignominia. *Huius exceptionis replicatio uidetur esse talis: Nisi postquam patria potestate est liberatus, nuptam retinuit. Sed hæc exceptio reprobatur l. 12. ff. eod. tt. his uerbis*: Qui iussu patris duxit, quamuis liberatus patria potestate eam retinuit, non notatur. *Octaua exceptio est: Nisi defunctus non maritus, sed sponsus fuerit. Hæc exceptio approbatur l. 9. ff. eod tt. his uerbis*: Sponsi nullus luctus est. *Nona exceptio est: Nisi non uxor, sed maritus post mortem uxoris superstes, intra annum nuptias iterauerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 9. his uerbis*: Vxores uiri lugere non compelluntur. *Decima exceptio est: Nisi ea quæ nuptias iterat, non maritum, sed uel liberos, uel parentes defunctos lugeat. Hæc exceptio approbatur l. 11. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Liberorum autem & parentum luctus, impedimento nuptijs non est.

Decimaquarta causa. Si non parentes uel liberos defunctos quis eluxerit. Hæc causa reprobatur l. 23. ff. de his qui notantur infamia, de quo alibi.

Decimaquinta causa. Si bina sponsalia binasúe nuptias eodem tempore habuerit, uel filium filiamúe habere passus sit. Hæc causa approbatur l. 1. §. fin. ff. de his qui notãtur inf. his uerbis: Qui suo nomine non iussu eius in cuius potestate, est eius úe nomine, quẽ, quãúe in potestate habet, bina sponsalia, binasúe nuptias eodem tempore constitutas habuerit: infamia notatur. *Concordat l. 2. C. de incestis & inutil. nupt. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi non suo, sed alieno nomine binas nuptias eodem tempore constituerit. Hæc exceptio elici potest ex uerbis iam propositis hisce*: Qui suo nomine. *Sed & approbatur l. 13. §. 1. ff eod. tt. his uerbis*: Si quis alieno nomine bina sponsalia constituerit, non notatur: nisi eius nomine constituat, quem, quamúe in potestate habet. Certè qui filium uel filiam constituere patitur, quodammodo ipse uidetur cõstituisse. *Hisce uerbis præterquam quòd exceptio proposita approbatur, simul & distinguitur hoc modo: Nisi filij, filiæúe suæ nomine, quem, quamúe in potestate habet constituat. Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi non eodem tempore constituat. Hæc exceptio declaratur d. l. 13. §. quod ait, his uerbis*: Quod ait Prætor EODEM TEMPORE, non initia sponsaliorum eodem tempore factorum accipiendum, sed si in idem tempus cõcurrant. *Tertia exceptio est: Nisi alteri spõsa alteri nupta sit, non utrique nupta. Hæc exceptio reprobatur d. l. 13. §. item si, his uerbis*: Itẽ si alteri sponsa alte-

alteri nupta sit, ex sententia edicti punitur. *Quarta exceptio est: Nisi cum altera ei matrimonium esse non possit. Et hæc exceptio reprobatur d.l.13.§. cum autem, his uerbis:* Cum autem factum notetur, etiamsi cũ ea quis faciat nuptias uel sponsalia constituat, quam uxorem ducere non potest, uel fas non est, erit notatus. *Plura de causa proposita uide j. Lib. prox. ca. 7. quæst. 2. causa 18.*

Decimasexta causa est: Si per calumniam uentris nomine in possessionem mulier missa est, uel pater eam mitti passus est. Hæc exceptio approbatur l. 15. cum ll. sequentibus. ff. de his qui notant. infam. his uerbis: Notatur quæ per calumniam uentris nomine in possessionem missa est, dum se adseuerat prægnantem, cum non prægnans esset, uel ex alio concepisset. Debuit enim coerceri, quæ Prætorem decepit. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi mulier in potestate fuerit parentis. quæ exceptio approbatur l.17. in fine. ff. eod. tt. his uerbis;* Sed ea notatur, quæ cum suæ potestatis esset, hoc fecit. *Planè hoc casu parens, in cuius est potestate notatur. quod approbatur l.19. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Idque erit & in patre seruandum, qui calumniæ causa passus est filiam, quam in potestate habebat, in possessionem uentris nomine mitti. *Secunda exceptio est: Nisi errore potius quàm dolo se mitti passa est mulier. Hæc exceptio approbatur l.18. ff. eod. tt. his uerbis:* Ea, quæ falsa existimatione decepta est, non potest uideri per calumniam fuisse in possessione. *Tertia exceptio est: Nisi, non fuerit pronunciatum, mulierem calumniæ causa fuisse in possessione. Hæc exceptio approbatur l.19. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Nõ alia autem notatur, quàm ea, de qua pronunciatum est, calumniæ causa eam fuisse in possessionem missam. Idq; erit & in patre seruandum.

Decimaseptima causa. Si alicuius testis testimoniũ in iudicio fuerit reprobatum. Hæc causa reprobatur l.21. ff. de his qui notantur inf. his uerbis: Lucius Titius crimen intendit C. Seio, quasi iniuriam passus, atque in eam rem testationem apud Præfectum Prætorio recitauit: Præfectus fide non habita testationi, nullam iniuriam Lucium Titium passum esse à C Seio pronunciauit Quæro an testes, quorum testimonium reprobatũ est, quasi ex falso testimonio inter infames habeantur? Paulus respondit: Nihil proponi cur hi de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant, cum non oporteat ex sententia (siue iusta siue iniusta) pro alio habita, alium prægrauari.

Decimaoctaua causa. Si cum plus debiti nomine tributorum exegisset, in duplum sit condemnatus. Hæc causa reprobatur l.2. C. de causis ex quibus inf. irrogatur, his uerbis: Neque Furti, neque Vi bonorum raptorum, neque Peculatus damnatus intelligi potest: qui cum plus debiti nomine tributorum exegisset, in duplum à Præside condemnatus est.

Decimanona causa. Si bonis paternis se abstinuit. Hæc causa reprobatur l.7. C. eod. tt. his uerbis: Nemo ob id, quod bonis paternis se abstinuit, infamis est.

Vicesima causa. Si bonis cessit. Et hæc causa reprobatur l.11. C. eod. tt. his uerbis: Qui bonis cesserũt, licet ex ea causa bona eorum uenierint, infames non fiunt.

Vicesimaprima causa. Si pater filios suos in testamento obiurgauit. Et hæc causa reprobatur l.13. C. eo. tt. his uerbis: Ea quę pater testamento suo filios increpãs scripsit, infames filios quidem iure nõ faciũt: sed apud bonos & graues opinionem eius, qui patri displicuit, onerãt.

Vicesimasecunda causa est. Si improbum fœnus exercet. Hæc causa approbatur l.20. C. eod. tt. his uerbis: Improbum fœnus exercentibus & usuras usurarum illicitè exigentibus, infamiæ macula irroganda est.

Vicesima tertia causa est. Si mulier corpore palàm quæstum facit. Hæc causa ipso quidem iure approbatur: uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi non in lupanario, sed alibi corpore quæstum faciat. Hæc exceptio reprobatur l.43. in prin. ff. de ritu nuptiarũ, his uerbis: Palàm quæstum facere dicimus, non tantum eam quę in lupanario se prostituit, uerum etiam si qua (ut solet) in taberna, caupona, uel aliàs pudori suo nõ parcit. *Secũda exceptio est: Nisi nõ cũ quouis rem habeat, sed cũ delectu quæstũ faciat. Hæc exceptio approbatur d. l.43. §. 1. his uerbis:* Palàm aũt sic accipimus passim, hoc est, sine delectu: nõ si qua adulteris uel stupratorib. se cõmittit, sed quę uicẽ prostitutæ sustinet. Itẽ quę cũ uno & altero se pecunia accepta cõmiscuit, nõ uidetur palàm corpore quæstũ facere. *Planè hoc casu quamuis nõ sit infamis, probrosa tamẽ censetur. quod approbatur l.41. ff. de ritu nuptiarũ, his uerbis:* Probrũ intelligitur in his mulierib. esse, quæ turpiter uiuerent, uulgoq; quæstum facerent, etiãsi nõ palàm. Et si qua se in cõcubinatũ alterius, quàm patroni tradidisset, matrisfamiliâs honestatem non habuisse eam dico. *Tertia exceptio est: Nisi sine quæstu se prostituerit. Hæc exceptio reprobatur d.l.43. §. rectissimè. his uerbis:* Rectissimè tamen Octauenus ait, etiam eam quæ sine quæstu palàm se prostituerit, debuisse his connumerari. *Quarta exceptio est: Nisi ob paupertatẽ quæstũ faciat. Hæc exceptio reprobatur d.l.43. §. nõ est, his uerbis:* Non est ignoscendũ ei quæ obtẽtu paupertatis turpissimã uitã egit. *Quinta exceptio est: Nisi non amplius faciat. Hæc exceptio reprobatur d.l.43. §. non solum, his uerbis:* Non solùm aũt ea quę facit, uerũ ea quoq; quæ fecit, & facere desijt,

lege

lege notatur. neque enim abolerur turpitudo, quæ postea intermissa est. *Planè admittitur exceptio hæc in casu, qui proponitur l.24. ff. de his qui notant. inf. his uerbis*: Imp. Seuerus rescripsit, non obfuisse mulieris famæ quæstum eius in seruitute factum.

Vicesimaquarta causa. Si ictus fustium sustinuit. Hæc causa reprobatur l. 22. ff. de his qui not. inf. his uerbis: Ictus fustium infamiam non importat, sed causa propter quam id pati meruit, si ea fuit quę infamiam damnato irrogaret. In cæteris quoque generibus pœnarum eadem forma statuta est. *Concordat l.14. C. de causis ex quibus inf irrog. his uerbis*: Nullam existimationis infamiā auunculus tuus pertimescat, ictui fustium subiectus, ob crimen quæstione habita, si sententia non præcessit, ignominiæ maculum irrogans. *Hisce uerbis causa proposita reprobatur, sub hac tamen cōditione: Nisi causa subsit, uel sententia præcesſit, ex qua infamia solet irrogari. Cui distinctioni concordat l.16. C. eod. tit. his uerbis*: Fustibus cæsum cui per præconem ita dictum est: *ἰουνεφαίτογας*, calumniatorem uideri notatum: ideoq; esse famosum, manifestum est.

Vicesimaquinta causa. Si in carcerem uel in uincula fuerit coniectus. Hæc causa reprobatur l.1. C. eod. tit. his uerbis: Infamiæ detrimentum minimè tibi adfertur, ob id solum, quòd in carcerem coniectus es, uel uincula tibi iussu legitimi iudicis iniecta sunt.

Vicesimasexta causa. Si reus adnotatus non uenerit. Hæc causa approbatur l.3. C. de requir. reis, hisce uerbis: In pecuniarijs causis edictum contra latentem propositum, existimationem eius non lædit: criminalis uerò programmatis tenor, hanc tantam ferat de iure censuram, ut inter reos adnotati non tantum patrimonium debeat transferre, sed & famæ existimationem lædere.

Vicesimaseptima causa. Si negocia publica patriæ suæ non defendit. Hæc causa reprobatur l.9. C. de causis ex quib. inf. irrogatur, his uerbis: Neminem sequitur infamia ob non defensa negocia publica patriæ suæ.

Vicesimaoctaua causa. Si mulcta alicui fuerit irrogata. Hæc causa reprobatur l.1. C. de modo mulctarum, his uerbis: Mulcta damnum famæ non irrogat.

Vicesimanona causa. Si mulier in adulterio fuerit deprehensa. Hæc causa approbatur l.43. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nuptiarum. Hactenus causæ ex quibus infamia irrogatur, sunt enumeratæ: sequuntur nunc harum causarum, præsertim quæ in condemnatione consistunt, exceptiones generales.

Exceptiones generales eius generis causarum, si quis ex causa famosa fuerit condemnatus.

Prima exceptio est: Nisi condemnatus non fuerit, tunc enim quamuis homicidium fecerit, furtum, rapinam, &c. tamen infamis non fit. Hæc exceptio approbatur exemplo l.4. §. calūniator. ff. de his qui not. inf. cuius uerba uide s̄. causa 1. Sed & alio exemplo approbatur l.19. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. causa 16. except.3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi is qui crimen commisit, pactus sit ne agatur. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s̄. causa 4.

Secunda exceptio est: Nisi condemnatus appellauit. Hæc exceptio approbatur sub conditione l.6. §.1. ff. eod. tit. his uerbis: Sed si furti uel alijs famosis actionibus quis condemnatus prouocauerit, pendente iudicio nondum inter famosos habetur. Si autem omnia tempora prouocationis lapsa sunt, retrò infamis est: quāuis si iniusta appellatio eius uisa sit, hodie notari puto, non retrò.

Tertia exceptio est: Nisi non suo, sed alieno nomine fuerit condemnatus. Hæc exceptio approbatur l.6. §. si quis alieno. ff. de his qui not. inf. his uerbis: Si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia: & ideo nec procurator, uel defensor, uel curator, uel tutor, uel hęres, furti, uel ex alia simili specie condemnatus, infamia notabuntur: nec ego, si ab initio per procuratorem causa agitata est. *De hac exceptione uide etiam s̄. causa 8. except.1. Item s̄. causa 3. except.2.*

Quarta exceptio est: Nisi seruus liber factus, ex suo delicto noxali actione tanquam hæres domini conuentus, & condemnatus sit. Hæc exceptio approbatur l.24. ff. de his qui not. inf. his uerbis: Seruus, cuius nomine noxale iudicium dominus acceperat, deinde eundem liberum & hæredem instituerat, ex eodem iudicio damnatus, non est famosus: quia non suo nomine cōdemnatur, quippe cum initio lis in eū contestata non sit.

Quinta exceptio est: Nisi per procuratorem causa defensa est, procuratorq; condemnatus. Hæc exceptio approbatur l.6. §. si quis alieno, in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo superius except.3. Concordat l.2. ff. de obsequijs liberorum.

Sexta exceptio est: Nisi arbiter compromissarius condemnauit. Hæc exceptio approbatur l.13. §. ex cōpromisso. ff. eod. tit. his uerbis: Ex compromisso arbiter infamiam non facit: quia non per omnia sententia est.

Septima exceptio est: Nisi non causa cognita, sed extrinsecus iudex quid fuerit elocutus. Hæc exceptio approbatur d.l.13. §. quantum, his uerbis: Quantū ad infamiam pertinet, multum interest in causa quæ agebatur, causa cognita aliquid pronunciatum sit, an quædam extrinsecus sint elocuta. nam ex his infamia non irrogatur. *Concordat l.17. C. de causis, ex quibus inf. irrogatur, his uerbis*: Verbum precibus insertū, potius uerecundiam onerare, quàm ullam existi-

existimationi maculam uidetur adspergere: etenim cum non causa cognita dictum est συνωμοτικῶς, sed ad postulatum patroni interlocutione iudicis responsum sit, nequaquã hoc infamiam irrogat. *Item concordat l. 19. C. eod. tt. his uerbis*: Interlocutio præsidis quæ dicta est, infamem eum de quo quęris, fecisse non uidetur: cum non specialiter ob iniuriã, uel admissam uim dãnatus sit, sed ita Præsidis uerbis grauatus & admonitus, ut ad melioris uitæ frugem se reformet. *Itẽ concordat l. 20. ff. de his qui not. infamia, his uerbis*: Ob hæc uerba sententiæ Præsidis Prouinciæ CALLIDO COMMENTO VIDERIS ACCVSATIONIS INSTIGATOR FVISSE: pudor potius oneratur, quàm uidetur irrogari ignominia. non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur.

Octaua exceptio est: Nisi pœna grauior quàm lex statuit, damnato sit imposita. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. pœna. ff. de his qui not. infam his uerbis: Pœna grauior ultra legẽ imposita, existimationem conseruat, ut & constitutum est & respõsum: utputa si eum qui parte bonorum mulctari debuit, præses relegauerit, dicendum erit duriore sententia cum eo transactum de existimatione eius: idcircoq; non esse infamem. *Concordat l. 4. C. eod tt. his uerbis*: Si Possidonium in tempus anni relegandũ sententiam non excessisse Proconsulis probaueris, quinque annis exilio temporali damnatum, inter infames haberi non oportet: quoniam sententiæ seueritas cum cæteris damnis transigere uideatur. *Item concordat l. 10. §. fin. ff. de pœnis. hisce uerbis*: In personas tam plebeiorum, quàm decurionum, illud constitutũ est: ut q maiore pœna adficitur, quàm legibus statuta est, infamis non fiat. Ergo etsi opere temporario quis mulctatus est, uel tantum fustibus cæsus, licet in actione famosa, ueluti furti, dicendum erit infamem non esse: quia & solus fustium ictus grauior est, quàm pecuniaria damnatio. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pœna pecuniaris grauior sit irrogata, quàm lex statuit. Hæc replicatio approbatur d. l. 13. § pœna, his uerbis*: Sed si in causa furti nec manifesti, in quadruplum iudex condemnauerit, onerat quidem reum pœna aucta (nam ex furto nec manifesto in duplum conueniri debuit) uerùm hac re existimationẽ ei non conseruat: quamuis, si in pœna non pecuniaria eum onerasset, transactum cum eo uideretur.

Nona exceptio est: Nisi mitior pœna irrogata sit, quàm lex statuit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de causis ex quib. inf. irrogatur, his uerbis: Etsi seuerior sententia dici debuit, tamen cum Procõsul uir clarissimus, certis rationibus motus mitiorem sententiam dixit, & ordine decurionum te biennio abstinere iussit, transacto tempore non esse te in numero infamium palàm est, eo quòd post biennium remisisse tibi prohibitionem decurionatus iudex uidetur.

Decima exceptio est: Nisi pœna in sententia non fuerit adiecta. Hæc exceptio reprobatur l. 12. C. eod tt. cuius uerba uide s. eod. cap. causa 5.

Vndecima exceptio est: Nisi tempus pœnæ præstitutum, finitum sit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de his qui in exilium dati, his uerbis: Quibus posthac ordini suo, uel aduocationibus ad tempus interdicetur, post impletũ temporis spacium, non prorogabitur infamia. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Ad tempus exulare decurio iussus, & impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem: ad nouos uerò honores non admittitur, nisi tanto tempore abstinuerit, quanto per fugam abfuit. *Concordat l. 3. C. de causis ex quib. inf. irrog. cuius uerba uide paulo superius except. 9. Item concordat l. 5. ff. de decurionib. cuius uerba uide ꝭ Lib. 12. cap. 2. quæst. 3. caus. 6. Item concordat l. 13. §. ordine. ff. ad l. Cornel. de falsis. hisce uerbis*: Ordine decurionum decem annis aduocatum motum, qui falsum instrumentum cognoscente Pręside recitauit, post finem temporis dignitatem recuperare Papinianus respondit: quoniã in Corneliam falso recitato non facto incidit. Eadem ratione plebeium ob eandem causam exilio temporario punitum, decurionem post reditum rectè creari. *Huius exceptionis replicatio proponitur l. 6. C. de causis ex quib. inf. irrogatur, his uerbis*: Ad tempus in opus publicum damnati, pristinum quidem statum retinẽt, sed damno infamiæ post impletum tempus subijciuntur.

Duodecima exceptio est: Nisi damnatus fuerit restitutus. De hac exceptione uide s cap. prox. quæst. 3. reg. 8.

Decimatertia exceptio est: Nisi condictione rei furtiuæ uel simili sit actum. Hæc exceptio approbatur l. 35. ff. de actionibus & obligat. his uerbis: Cessat ignominia in condictionibus, quamuis ex famosis causis pendeant.

II. QVI NOTENTVR INFAMIA.

Hactenus causæ infamiæ cũ suis exceptionibus propositæ sunt. Sequitur nunc secundus infamiæ locus. Qui scilicet ea notẽtur. Huius ergo loci prima regula de filijs & cognatis notati, proponitur l. 26. ff. de pœnis, hisce uerbis: Crimẽ uel pœna paterna nullã maculã filio infligere potest. nã unusquisque ex suo admisso sorti subijcitur, nec alieni criminis successo constituitur: idq; diui fratres Hierapolitanis rescripserunt. *Cõcordat l. 2. §. nullum. ff. de decurionibus, his uerbis*. Nullum patris delictũ innocenti filio pœnę est ideoq; nec ordine decurionum, aut cęteris honoribus, propter eiusmodi causam prohibetur.

hibetur. *Concordat item l. 22. C. de pœnis, hisce uerbis:* Sancimus, ibi esse pœnã, ubi & noxia est: propinquos, notos, familiares, procul à calumnia submouemus, quos reos sceleris societas nõ facit: nec enim adfinitas, uel amicitia, nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant authores, nec ulterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum. Hoc singulis quibuscunque iudicibus intimetur.

Secunda regula. Si is, eáue, qui, quęue, in alterius potestate est, quid admiserit, ex quo infamia irrogatur: eius iussu uel concessu, in cuius est potestate: non is qui fecit, sed parens qui iussit, aut concessit, infamia notatur. quæ regula approbatur exemplo eorum quæ dicta sunt s. eod. cap. causa 13 & causa 15.

DE POENAE REMISSIONE.

Item euentus Publicorum iudiciorum reo restituto, & pœna liberato.

Cap. X V.

HActenus duo genera euentuum Publicorum iudiciorum exposita sunt, reo scilicet absoluto & damnato. Superest ergo tertium genus euentuũ, scilicet reo pœna liberato.

I. CAVSAE EX QVIBVS pœna remittenda est.

Pœna remittitur uarijs ex causis: Puta, si in metallum damnatus operi faciendo sit inutilis: quæ causa approbatur l. 22. ff. de pœnis. cuius uerba uide s. cap. 12. quæst. 1. except. 8. Item, si tempus pœnæ sit finitum. quæ causa approbatur l. 15. C de pœnis, cuius uerba uide s. cap. 4. de reliquis circumst. reg. 10. Item concordat l. 24. C. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. 6. actu 4. quæst. 1. except. 3. Item concordat l. 3. in fine. C. de causis, ex quib. inf. irrogatur. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 1. except. generali 9. concordat deniq; l. 33. ibi, quia temporaria. ff. de pœnis. cuius uerba uide s. cap. 12. quæst. 1. except. 7. Postremò remittitur pœna indulgentia principis. Hoc autem loco notandum, quòd pœna non facilè sit remittenda. quæ regula approbatur l. 14. C. de pœnis, hisce uerbis: Si operis publici temporalis pœnæ sententia præfinitus nondũ excessit dies, hunc expectari conuenit: cum non remitti pœnam facilè publicè intersit, ne ad maleficia temerè quisq; prosiliat.

II. A' QVIBVS POENA REmittenda est.

Solus Imperator pœnæ remittendæ, & liberandi ius habet. Quæ regula approbatur l. 4. §. fin. ff. de pœnis, hisce uerbis: Nemo potest commeatum, remeatumúe dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa. *Concordat l. 9. §. istæ ferè in fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. 4. de Persona delinquentis. in prin. Item cõcordat l. 31. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. 4. de ijs qui eius roboris, &c. & cap. 11. quæst. 6. reg. 3. Itẽ cõcordat l. 1. §. fin. ff. de quæstionib. his uerbis:* Præses prouinciæ, eum quem damnauit, restituere non potest, cum nec pecuniariã sententiam suam reuocare possit. Quid igitur? Principi eum scribere oportet, si quando ei qui nocens uidebatur, postea ratio innocentiæ constitit. *Concordant insuper ea quæ dicta sunt s. cap. 12. quæst. 1. except. 3.*

III. EVENTVS POENA REMISSA, & reo liberato: seu quæ restituantur reo pœna liberato.

Prima regula. Restituere, est honoribus, ordini & omnibus cæteris restituere. quæ regula approbatur l. 1. C. de sentent. passis & rest. his uerbis: Imp. Antoninus A. cũ salutatus esset, ab Gentiano, & Aduento & Opilio Macrino præfectis pretorio clarissimis uiris, itẽ amicis & principalibus officiorum, & utriusq; ordinis uiris, & processisset, oblatusq; esset ei Iulianus Licinianus, ab Opilio Vlpiano tunc legato in insulam deportatus: tunc Antoninus Augustus dixit, Restituo te in integrũ prouincię tuæ: & adiecit, Vt autẽ scias quid sit in integrum restituere, restituo te honoribus, & ordini tuo & omnibus cæteris. *Concordat l. 13. §. fin. C. eod. tit. Planè proposita regula uidetur intelligenda sub hac conditione: Si specialiter honorem & ordinem concesserit. quæ distinctio approbari uidetur l. 11. §. senator. ff. ad municipalem, his uerbis:* Senator ordine motus ad originalem patriam (nisi specialiter hoc impetrauerit) non restituitur.

Secunda regula. De bonis publicatis. Iu hæc non restituitur. quæ regula approbatur l. 2. C. de sentent. passis & rest. his uerbis: Cum patrem tuum in metallũ damnatum fuisse proponas, eiusque bona meritò à fisco occupata sint, non ideo quòd ex indulgentia mea pœna tantũmodo metalli liberatus esset, etiã bonorum restitutionem impetrauit, nisi speciale beneficium super hoc fuerit impetratũ. *Concordat l. 4. C. de bonis proscript. his uerbis:* In metallum damnatus, pœnæ seruus efficitur: & ideo eiusmodi sententiam passi, bona uindicantur rationib. fisci. Quare si quid rerum habuit is, quem postea nostra indulgentia liberatum esse proponis, ad ius fisci potius quàm ad ipsius dominium pertinet. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi specialiter in bona quoque sit restitutus. Quæ exceptio approbatur uerbis paulo superius propositis, hisce:* Nisi speciale beneficium super hoc fuerit impetratum. *Iuxta hãc exceptionẽ interpretanda uidetur suprà regula proxima, item l. 13. §. fin. C. eod. tit.*

Tertia regula. De actionibus, quæ restituto ante damnationem competierunt. Hæ ei non restituuntur ratione regulæ præcedentis. Cui concordat l. 5. C. de sent. passis & rest. his uerbis: Si ademptis bonis in insulam deportatus es, quamuis ex indulgentia communi redijsti, actiones tamen quascunq; habuisti, remanent in causa bonorum publicatorũ: nec ex ordine est, quod petis, ut contra hæredes tutorum actiones tibi præstentur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi bona*

ſi bona etiam ei fuerit reſtituta. quæ exceptio approbatur l. 21 ff. de uerb. ſignif. his uerbis: Princeps bona concedendo, uidetur etiam obligationes concedere. *Concordat l. 11. C. de ſentent. paßis & reſt. his uerbis:* Caſus eius, qui fundi mouerar quæſtionem, & ex benignitare noſtra facta in eum cum bonis reſtitutio, ſtatum priſtinum cauſæ non murauit.

Quarta regula. De actionibus, quæ aduerſus reſtitutum ante damnationem competierunt. hæ aduerſus eum non reſtituuntur. quæ regula approbatur l. 2. ff. de ſentent. paßis & reſtit. his uerbis: Si deportatus reſtitutus dignitatem quidem indulgentia principis recuperauit, in ſua autem omnia bona nō eſt reſtitutus, nec à creditorib. nec publico nomine cōueniri poteſt. *Cōcordat itē l. 3. ff. eod. tt. his uerbis:* In inſulā deportati bona, fiſcus pœna remiſſa retinuit, creditores ex ante geſto nō habere cū eo, qui debitor quōdam fuit, actiones, conſtitit. *Item concordat l. 4. C. eod. tt. his uerbis:* Tutor filiorum tuorum, quorum te bonorum poſſeſsionē accepiſſe dicis, in metallum damnatus, & poſtea ex indulgentia generali regreſſus, quanquam locupletior ſit, actione tutelę adminiſtratæ tibi non tenetur: ſi non gratia ſententiæ facta ſpecialiter ſtatum priſtinum cum bonis omnibus recuperauit. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi in bona quoque fuerit reſtitutus. quæ exceptio ex iam dictis conſtat. Cui concordat d. l. 3. in fine. ff. de ſentent. paßis & reſtitutis, his uerbis:* Quòd ſi bona cum dignitatis reſtitutionē conceſſa recuperauerit, utiles actiones neceſſarię non erunt, cum & directæ competunt. *Concordat l. 12. C. eod. tt. his uerbis:* Si deportationis ſententiæ ueniam indulgentia noſtra conſecutā ſuam recepit ſubſtantiam, ſe protegere ſceleris pœna contra creditores, quo minus iure debitum ſoluat, improbè conatur. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi bona reſtituta relinquere maluit, quàm creditoribus teneri. Hæc replicatio reprobatur l. 2. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Sed ſi cum ei facultas oblata eſſet à principe bona quoq; ſuà recuperandi, maluerit ea derelinquere, & actionibus exuere ſe, quibus ante ſententiam ſubiectus fuerat, non poterit. *Secūda replicatio eſt: Niſi non omnia bona recuperauit, ſed aliquid ex ijs. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Si debitor pœnam ſententiæ paſſus eſt, quam bonorum ademptio ſecuta eſt, quãuis poſtea ciuitati Romanę reſtitutus, non totam ſubſtãtiam, ſed aliquid ex indulgentia Principis ut haberet, impetrauit, æris tamen alieni ex præcedenti tempore pœna liberatus eſt. Si uerò partem bonorum accepit, pro rata portione eius tenetur. *Hæc de prima exceptione ſunt dicta. Secunda exceptio eſt: Niſi ob pecuniam fiſco debitam bona eius ſint occupata: tunc enim ne reſtitutus quidem in bona, creditoribus tenetur. quæ exceptio approbatur d. l. 3. in fine, his uerbis:* Quòd ſi ob pecuniam debitam fiſco bona eius occupata ſunt, mãſit unà cum ſuis fideiuſſoribus proprijs creditoribus obligatus. *Tertia exceptio eſt: Niſi reſtitutus locupletior ſit factus. hoc enim caſu uidetur, quamuis in bona non fuerit reſtitutus, nihilominus cū creditoribus priſtinis teneri. Verùm exceptio hæc reprobatur l. 4. C. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. reg. in prin.*

Quinta regula. De dominica poteſtate. Si ſeruus reſtitutus ſit, in domini poteſtatem reuertitur. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. de quæſtionib. his uerbis: Epiſtola diuorum fratrum ad Voconium Saxam ſignificatur, quòd ſi ſeruus damnatus fuiſſet reſtitutus, ad eum pertineret, cuius fuiſſet antequam damnaretur. *Verba huius Epiſtolæ uide J. Lib. 7. cap. 5. de Cōfeßis. quæſt. 11. except. 9. Concordat l. 10. in prin. ff. de pœnis. cuius uerba uide ſ. eod. lib. cap. 4. de ſeruis. reg. 2. Item concordat l. 28. §. ſerui. ff. eod. tt. his uerbis:* Serui cæſi ſolēt dominis reddi. *item concordat l. 34. in prin. ff. de pœnis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 4. de pœna operis publici. Concordat etiam l. 13. de pœnis, hiſce uerbis:* Seruo ex ſententia damnato, ſi quoquo modo ex ſententia proprietatis ius amputatum non ſit, domino ſuo eum obſequi par eſt. *Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſeruus in metallum damnatus fuit, & ita ſeruus pœnæ effectus: tunc enim reſtitutus ad dominum non reuertitur. quæ exceptio approbatur l. 8. §. fin ff. de pœnis, hiſce uerbis:* Cum quidam ſeruus in metallū damnatus, beneficio principis eſſet iam pœna liberatus, Imp. Antoninus rectiſsimè reſcripſit: quia ſemel domini eſſe deſierat, pœnæ ſeruus factus, non eſſe eum in poteſtatem domini poſtea reddendum. Sed ſiue in perpetua uincula fuerit damnatus ſeruus, ſiue in temporaria, eius remanet, cuius fuit, antequam damnaretur. *Concordat l. 5. C. de ſentent. paßis & reſt. his uerbis:* Fruſtrà adhuc ſeruum eſſe tui iuris exiſtimas, qui in metallū damnatus, pœna eius poſtea liberatus eſt. per huiuſmodi enim indulgentiæ occaſionem, integrari dominium prius non placuit. Verùm idcirco tamen impunè tibi eum Præſes prouincię iniurioſum eſſe non patietur. Quòd ſi quid rerum tuarum tenet, procurator uobis iudex erit: fiſci enim cœpit eſſe mancipium.

Sexta regula. De patria poteſtate. Si filius damnatus reſtitutus ſit, non recidit in patriam poteſtatem. quæ regula approbatur l. 6. C. de ſent. paſſ. & reſt. his uerbis: In inſulam deportato filio, hacque ratione uinculo paternæ poteſtatis exempto, ſi poſtea ex indulgentia diui Alexandri (ut proponis) reditus in patrium ſolum, præcedensque dignitas reſtituta ſit, poteſtas

tamen patria repetita non uidetur. *Si pater damnatus restitutus est patriam potestatem non recipit, nisi specialiter ei sit concessa. quæ regula approbatur l. 9. C. eod. tt. his uerbis*: Si pater uester in insulam deportatus, generali indulgentia restitutus est, nec ut liberos in potestarem reciperet specialiter impetrauit, in dubium non uenit, hærediraris commodũ per uos ei adquiri, quos fenrentia contra eum prolata patresfamiliarum effecit nequaquã potuisse. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi specialiter bona quoq; patri sint restituta. quæ exceptio approbatur l. 13. C. eod. tt. cuius hæc sunt uerba*: In quæstione restamenti, quod deportati filius remeante patre fecisser, remotis Vlpiani, atque Pauli notis, Papiniani placet ualere sententiam: ut in patris sir filius potestate, cui dignitas ac bona restituta sunr: ita tamen, ut gesta per filium, cuius consilium legitima ætas firmauerat, rata sint eodem in potestatem parriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat (quod est maximè absurdum) eodem tempore nec in patris, nec in sua quẽquam fuisse potestate. Minores enim ætate iure quidquam agere prohibentur. Quibus si damnaro patre tutor datus est, necesse est, ut ab officio suo recedat regresso eo, quẽ non solùm nomine redire: sed etiam officium suum nulla prauitate corruptũ liberis præbere oportet, ut eorum bona tueatur & augeat. Nam si patria potestate ad corrumpendi, atq; effundendi patrimonij licenriã abuteretur, ut furioso ac dementi, item prodigo, libidinum omniumque uitiorum seruo, non est eorum pecunia committenda, quin ab administratione fugiat, neque tutor esse desinat, omniaq; minoris dispendia suis ipse damnis præstet. Sententia uerò deportationis nullo patrem præiudicio deminuat, quem si comperta integriras, ut naturæ, ira officio liberis restituerit: ei gubernacula rerum tradenda sunt, cuius ad imitarionem publici iuris prouisa custodia est: quæ nisi patrib. bonis detur, luctuosior erir filijs reditus quàm discessus. Ideoq; tantum ad restitutionem indulgentia ualear, quantum ad correctionẽ sententia ualuit: utq; deportationis ipsum per se nomẽ rerum omnium spoliatio est: ita indulgentiæ restitutio, bonorũ àc dignitatis uno nomine amissorum omniũ, sit recuperatio: Et filij emancipationem à patribus officijs petant, ut libertatem non damnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant.

Septima regula. De iure patronatus, quod nec extinguitur sententia. quæ regula approbatur l. 1. ff. de sentent passis & rest. his uerbis: Ad successionem liberti patronus deportatus & restitutus admittitur. Sed & si in metallũ damnatus restituatur, nunquid seruitus pœnæ extinguat ius patronatus etiam post restitutionem? & magis est, ut non extinguat seruitus ius patronatus.

Octaua regula. Infamia per restitutionem non tollitur. quæ regula approbatur l ult. C. de generali abolit. his uerbis: Indulgentia (Parres conscripti) quos liberat, notat: nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. *Concordat l. 7. C. de sentent pass. & rest. his uerbis*: Generalis indulgentia nostra reditum exulibus seu deportatis tribuit, non etiam loca militiæ prĩdem adempta, concessit, neque in integrã, atq; illibatam existimationem reseruauit. *Contradicit l. 1. §. pro qua sententia. ff. de postulando, his uerbis*: Si quis famoso iudicio condemnatus, per in integrum restitutionem fuerit absolutus, Pomponius putat hunc infamia eximi.

Nona regula. De locis militiæ per pœnam ademptis. Hi non restituuntur, ut ex iam proposita lege constat.

Decima regula. Ex muliere damnata natus, postea restituta matre, ad libertatem quoque & cognationem restituitur: de quo in dominica potestate & seruitute dicetur.

Vndecima regula. Restitutus in militiam medici tẽporis stipendia non accipit. quæ regula approbatur l. 10. ff de re militari, his uerbis: Ex causa desertionis restitutus in militiam, non aliter medij temporis stipendium & donatiua accipit, nisi hæc ei liberalitas principalis specialiter indulserit. *Concordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis*: Cũ allegatis septem annos, &c. *Huius regulæ exceptio est: Nisi constiterit desertorem non fecisse. Approbatur, l. 15. ff. eod. tt. his uerbis*: Ex causa, &c.

DIGESTO-

DE IVDICIIS PVBLICIS IN specie.

Hactenus de Publicis iudicijs in genere est actum: adiuncta, euentus, & consequentia publicorum iudiciorum exposita. Sequuntur nunc Publicorum iudiciorum species.

DE LEGE IVLIA MAIEstatis, eiusq́; iudicio. Cap. I.

I. CAVSAE HVIVS iudicij.

PRIMA *& principalis, seu generalis huius iudicij causa est, crimen Lesæ maiestatis: quod crimẽ definitur inst. de publ iud. §. publica, his uerbis:* Publica aũt iudicia hæc sunt, lex Iulia Maiestatis, quæ in eos qui contra Imperatorẽ uel rempub. aliquid moliti sunt, suũ uigorem extendit. *Sed & definitur crimen lesæ maiestatis l. 1. cum l. sequente. ff. ad l. Iul. maiestatis, his uerbis:* Proximũ sacrilegio crimen est, quod maiestatis dicitur. Maiestatis autẽ crimen est illud, quod aduersus populum Romanum, uel aduersus securitatem eius cõmittitur, quo tenetur is, cuius opera dolo malo consilium initum erit, quo obsides iniussu principis interciderint: quo armati homines cũ telis lapidibusúe in urbe sint, cõueniantúe aduersus rempub. locaúe, occupent, uel templa: quoúe cœtus cõuentusúe fiat, hominesúe ad seditionem conuocẽtur: cuiusúe opera & consilio dolo malo cõsilium initum erit, quo quis magistratus populi Romani, quiúe Imperium potestatemúe habet, occidatur: quoúe quis contra rẽpub. arma ferat: quiúe hostibus populi Romani nuncium, literasúe miserit, signumúe dederit, feceritúe dolo malo, quo hostes populi Romani consilio iuuentur aduersus Rempublicã: quiúe milites sollicitauerit concitaueritúe, quo seditio tumultusúe aduersus rempub. fiat. Quiúe de prouincia cum ei successum esset, non discessit: aut qui exercitum deseruit, uel priuatus ad hostes perfugit: quiúe sciens falsum conscripsit uel recitauit in tabulis publicis. nam & hoc capite primo legis maiestatis enumeratur. *Concordat l. 3. §. 1. ff. eod. tit.*

Secunda causa est. Si seditionem aut tumultum mouerit quis. quæ causa approbatur supradictis, uerbis hisce: Quo armati homines cum telis lapidibusúe, &c. *Concordat l. 2. C. de seditiosis, hisce uerbis:* In nullis locis aut ciuitatibus tumultuosis clamoribus cuiusquam interpellatio cõtumeliosa procedat: nec ad solam cuiusquã inuidiam petulantia uerba iactentur, scituris ijs qui huiusmodi uoces emiserint, mouerintq́; tumultus, se quidem fructũ ex ijs quæ postulant nullatenus habituros. Subdendis autem pœnis ijs, quas de seditiosũ & tumultus authoribus uetustissima decreta sanxerunt. *Concordat item d. l. 1. §. fin. ff. ad l. Iul. maiest. Vide insuper s. cap. prox. quæst. 1. causa 1. item quæst. 4. reg. 11.*

Tertia causa. Si quis plebem uel rusticanos in patrocinium susceperit. Hæc causa approbatur l. 1. C. de seditiosis, hisce uerbis: Si quis contra euidentissimam iussionem suscipere plebem, & aduersus publicam disciplinã defendere fortasse tentauerit, mulctam grauissimam sustinebit.

Quarta causa proponitur l. 5. in prin. C. ad l. Iul. maiestatis, hisce uerbis: Quisquis cum militibus uel priuatis, uel barbaris etiam scelestã inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramẽtum, uel dederit, de nece etiam uirorum illustrium qui consilijs & consistorio nostro intersunt, senatorũ etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) uel cuiuslibet postremo qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim seueritate uoluntatem sceleris qua effectum puniri iura uoluerunt) ipse quidem utpote maiestatis reus, gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis.

Quinta causa. Si cuius opera factũ sit, quo quis cõtra rempub. arma ferat, uel faciat. Hæc causa approbatur l. 1. uers. quo'ue quis contra. ff. ad l. Iul. maiest. cuius uerba uide s. causa 1. Concordat l. 4. in prin. ff. eod. tit.

Sexta causa. Si iniussu Principis bellũ gesserit. Hæc causa approbatur l. 3. §. eadem lege. ff. ad l. Iul. maiest. his uerbis: Eadem lege tenetur, & qui iniussu principis bellum gesserit, delectumúe habuerit, exercitumúe comparauerit: qui úe cum ei in prouincia successum esset, exercitum successori non tradiderit: quiúe imperium exercitumúe populi Romani deseruerit: qui úe priuatus pro potestate magistratu úe quid sciens dolo malo gesserit: quiúe eorum quę suprà scripta sunt, facere curauerit. *Propositæ causæ concordat l. unica. C. uti armorũ usus inscio princip. his uerbis:* Nulli prorsus no-

bis inſcijs atq; in conſultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur.

Septima cauſa Si cuius opera factum ſit, quo magiſtratus populi Romani, qui ue Imperium poteſtatemue habet, occidatur. Hæc cauſa approbatur l.1.ibi: cuius'ue opera. ff. ad l.Iul. maieſtatis. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. Concordat l.5. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 4.

Octaua cauſa. Si cuius dolo factum ſit, quo obſides iniuſſu principis interciderint. Hæc cauſa approbatur d.l.1. verſ. quo tenetur.

Nona cauſa. Si hoſtes populo Romano fecerit uel ex amicis hoſtes. Hæc cauſa approbatur l.4. uerſ. ut'ue ex amicis ff ad l.Iul. maieſtat. cuius uerba uide paulo inferius, cauſa 12.

Decima cauſa. Si hoſtem concitauit. Hæc cauſa approbatur l.3. ff eod. tt. cuius uerba hæc ſunt: Lex duodecim Tabularũ iubet eum qui hoſtẽ concitauerit, quiúe ciuem hoſti tradiderit, capite puniri. Lex aũt Iulia maieſtatis præcipit, eũ qui maieſtatẽ publicã læſerit teneri: qualis eſt ille, qui in bellis ceſſerit, hoſtemúe arcere tenuerit, aut caſtra conceſſerit.

Vndecima cauſa. Si hoſtibus populi Romani nuncium literas'ue miſerit, ſignum dederit, fecerit'ue quo hoſtes populi Romani conſilio iuuentur contra rempub. Hæc cauſa approbatur l.1. uerſ. qui'ue hoſtibus. ff ad l.Iul. maieſt. cuius uerba uide ſ. cauſa 1.

Duodecima cauſa eſt: Si cuius dolo malo hoſtes commeatu, armis, telis, equis, pecunis, &c. adiuti ſint. Hæc cauſa cum alijs ſimilib. approbatur l.4 ff ad l.Iul. maieſtatis, hiſce uerbis: Lege Iulia maieſtatis tenetur, cuius dolo malo iureiurando quis adactus erit, quo aduerſus remp faciat: cuiusúe dolo malo exercitus populi Romani in inſidias deductus, hoſtibusúe proditus erit: cuiusúe dolo malo factum dicitur, quo minus hoſtes in poteſtatem populi Romani ueniant: cuius úe opera dolo malo hoſtes populi Romani commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliáue qua de re adiuti erũt: ut úe ex amicis hoſtes populi Rom. fiant, cuiusúe dolo malo factum erit, quo rex exteræ nationis populo Romano minus obtẽperet: cuius úe opera dolo malo factũ erit, quo magis obſides, pecunia, iumenta hoſtibus populi Romani dentur aduerſus rempub. Item qui confeſſum in iudicio reum, & propter hoc in uinc..la cõiectũ, emiſerit.

Decimatertia cauſa. Si aurum arma, uinum, &c. ad hoſtes. uel barbaros trãſtulerit, uel ijs uendiderit. Hæc cauſa approbatur l.1. C. quæ res exportari nõ debeãt, his uerbis: Ad barbaricũ transferendi uini, olei, & liquaminis nullam quiſquam habeat facultatem. nec guſtus quidem cauſa, aut uſus cõmerciorum. *Concordat l. 2. C. eod. tt his uerbis:* Nemo alienigenis barbaris cuiuſcũq; gentis ad hãc urbem ſacratiſsimam ſub legationis ſpecie, uel ſub quocunque alio colore uenientibus, aut in diuerſis alijs ciuitatibus, uel locis, loricas, ſcuta, arcus, ſagittas, & ſpathas & gladios uel alterius cuiuſcunq; generis arma audeat uenundare, nulla prorſus ijſdem tela, nihil penitùs ferri, uel facti iam, uel adhuc infecti ab aliquo diſtrahatur. Perniciofum nanque Romano imperio, & proditioni proximum eſt, barbaros, quos indigere conuenit telis, eos, ut ualidiores reddantur, inſtruere. Si quis autem aliquod armorum genus quarumcunque nationum barbaris alienigenis contra pietatis noſtræ interdicta ubicunq; uendiderit, bona eius uniuerſa protinus ad fiſcũ adijci, ipſum quoque capitalem pœnã ſubernire decernimus. *Concordat l.2. C. de commercijs & mercatoribus. his uerbis:* Non ſolùm barbaris aurum minimè præbeatur, ſed etiam ſi apud eos inuentum fuerit, ſubtili auferatur ingenio. Sed ſi ulterius aurum pro mancipij s uel quibuſcunque ſpeciebus, ad barbaricum fuerit translatum à mercatoribus, non iam damnis, ſed ſupplicijs ſubiugentur: & ſi id iudex repertum non uindicat, tegere ut conſcius crimiñoſa feſtinat. *Concordat denique l. unica. C. de litorum & itinerum cuſtod. his uerbis:* Saluberrima ſanctione cenſemus, ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferantur, & quæcunq; naues ex quolibet portu, ſeu litore dimittuntur, nullam concuſsionem uel damna ſuſtineant: ita tamen, ut earum naucleri deponant in quam prouinciam ituri ſunt, ut hoc manifeſtato, nulla contra eos poſtea indignatio, ſeu cõcuſsio quoquo modo procedat.

Decimaquarta cauſa. Si barbaros conficiendi naues artem docuerit. Hæc cauſa approbatur l. ult. C. de pœnis, hiſce uerbis: His qui conficiendi naues incognitam ante peritiam barbaris tradiderint, capirale ſupplicium proponi decernimus.

Decimaquinta cauſa eſt: Si prouinciam uel ciuitatem hoſtibus prodidit. Hæc cauſa approbatur l.10. ff. ad l. Iuliam maieſtatis, hiſce uerbis: Maieſtatis crimen accuſari poteſt, cuius ope, conſilio, dolo malo prouincia, uel ciuitas hoſtibus prodita eſt.

Decimaſexta cauſa eſt: Si in bello fugerit, uel caſtra hoſti conceſſerit. Hæc cauſa approbatur l.3. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 10.

Decimaſeptima cauſa. Si ciuem hoſti tradiderit. Hæc cauſa approbatur d.l.3. in princip. cuius uerba uide d. cauſa 10.

Decimaoctaua cauſa. Si hoſtem fugientem ſuſceperit, uel diſsimulauerit. Hæc cauſa approbatur l. 40. ff. de pœnis, hiſce uerbis: Methrodorum cum hoſtem fugientem ſciens ſuſceperit, in inſulam deportari: Philocteten quod occultari eum non ignorans, diu diſsimulauerit,

rit, in insulam relegari placet.

Decimanona causa. Si cuius dolo malo factum sit, quo minus hostes in potestatem populi Romani perueniant. Hæc causa approbatur l. 4 ff. ad l. Iul. maiestatis. cuius uerba uide s̄. causa 12.

Vicesima causa. Si ad hostes fugit. Hæc causa approbatur l. 2. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 1. De hac causa uide plura j. de Re militari.

Vicesimaprima causa. Si imperiũ exercitũue populi Rom. deseruerit. Hæc causa approbatur d. l. 2. ibi: aut qui exercitũ. itẽ l. 3. ibi: qui'ue Imperiũ. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 6. Vide insuper de desertoribus j. in re militari.

Vicesima secũda causa. Si Imperatori maledixit. Hæc causa reprobatur, certa tamen cõditione l. unica. C. Si quis Imperat. maledixerit, his uerbis: Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo petulãtiq; maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulẽtus obtrectator tẽporũ nostrorũ fuerit, eũ pœnę nolumus subiugari, neq; durũ aliquid nec asperũ sustinere: quoniã si id ex leuitate processit, cõtemnendũ est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab iniuria, remittendum. Vnde integris omnibus ad nostrã scientiam referatur, ut ex personis hominũ dicta pensemus, & utrũ prætermitti an exquiri debeant, censeamus. *Hactenus causæ propositi iudicij enumerasse sufficiat. Sequuntur nunc harũ causarum exceptiones generales.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Prima exceptio est: Nisi sine dolo malo sit factum per temeritatem fortè uel dementiam. Hæc exceptio approbatur l 7. §. hoc tamen. ff. ad l. Iul. maiestatis, hisce uerbis: Hoc tamen crimen à iudicibus nõ in occasione ob principalis maiestatis uenerationem habendum est, sed in ueritate. nã & persona spectanda est, an potuerit facere, & an antè quid fecerit, & an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit: nec lubricum linguę ad pœnã facilè trahẽdum est. Quanquã enim temerarij digni pœna sint, tamen ut insanis illis parcendum est, si nòn tale sit delictum, quod uel ex scriptura legis descendat, uel ad exemplum legis iudicandum sit.

Secunda exceptio est: Nisi socios criminis prodiderit, & coniurationem detexerit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. fin. C. ad l. Iul. maiestatis, hisce uerbis: Si quis ex his in exordio initæ factionis studio ueræ laudis accensus initam prodiderit factionem, pręmio & honore donabitur. Ipse uerò qui usus fuerit factione, si uera tamen incognita adhuç consiliorum arcana patefecerit, absolutione tãtum ac uenia dignus habebitur. *Plures huiusmodi exceptiones uide s̄. Lib. prox. cap. 2. Nunc ad reliquas propositi iudicij circumstantias transeundum.*

II. Quibus competat hæc accusatio? De hac re uide s̄. Lib. prox. cap. 1. quest. 5.

III. ADVERSVS QVOS competat.

Prima regula. De ijs qui quid prædictorum curant fieri, licet ipsi nõ faciant, proponitur l. 1. §. fin. ad l. Iul. maiestatis. cuius uerba uide s̄. quest. 1. causa 6.

Secunda regula. De filijs damnatorum, proponitur l. 5. §. filij uerò eius. C. eod. tt. cuius legis principium uide s̄. quest. 1. causa 4. Ei principio subijciuntur hæc uerba: Filij uerò eius quibus uitam Imperiali specialiter lenitate concedimus (paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hæreditarij criminis exempla metuentur) à materna uel auita, omnium etiam proximorum hęreditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos unquam honores, nulla sacramenta perueniant: sint postremò tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & uita supplicium.

Tertia regula. De ijs qui pro damnato intercesserunt, proponitur d. l. 5. §. denique, his uerbis: Denique iubemus etiam eos notabiles esse sine uenia, qui pro talibus unquã apud nos interuenire tentauerint.

Quarta regula. De satellitibus & conscijs huius criminis, proponitur d. l. 5. §. id quod. his uerbis: Id quod de prædictis eorumque filijs cauimus, etiã de satellitibus, conscijs ac ministris, filijsq; eorum simili seueritate censemus. *De reliquis uide j. eod. cap. quest. ult.*

IIII. QVID VENIAT IN hoc iudicium.

Prima regula. De morte rei, proponitur Inst. de publ. iud. §. publica, in fine. his uerbis: Legis Iulię maiestatis pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. *Concordat l. 5. in prin. C. ad l. Iul. maiestatis. cuius uerba uide s̄. questione 1. causa 4. Item concordat l. 3. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quest. 1. causa 16.*

Secunda regula. De memoria rei damnanda, proponitur d. §. publica, his uerbis: Et memoria rei etiam post mortem damnatur. *Concordat l. 7. in principio. C. ad l. Iuliam maiestatis. cuius uerba uide s̄. Libro proximo, capite secundo, exceptione 10. replicat. 1.*

Tertia regula. Augetur pœna in persona militis. quæ regula approbatur l. 7. §. fin. ff. ad l. Iul. maiestatis, hisce uerbis: Crimine maiestatis facto, uel uiolatis statuis uel imaginibus, maximè exacerbatur in milites.

De reliquis pœnis uide paulo inferius questione ultima.

V. *Adiuncta seu officium iudicis in hoc iudicio, proponitur l.7. §. hoc tamen. ff. ad l. Iul. maiestatis. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. excep. generali 1.*

VI. EVENTVS HVIVS iudicij.

Prima regula De publicatione bonorum damnati, proponitur l. 5. in prin. ibi: bonis eius omnib. fisco nostro addictis. C. ad l. Iul. maiestatis. cuius reliqua uerba uide superius eod. cap. quæst. 1. causa. 4. Concordat l. 6. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 2. excep. 10. repl. 1. Concordat l. 7. C. eod. tt. cuius uerba uide d. repl. 1.

Secunda regula. De filijs damnatorum, proponitur l. 5. §. filij uerò. C. ad l. Iul. maiestatis. cuius uerba uide superius quæst. 3. reg. 2.

Tertia regula. De filiabus damnatorum, proponitur d. l. 5. §. ad filias sanè, his uerbis: Ad filias sanè eorum, quotlibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris siue testato siue intestato defecerit uolumus peruenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quàm intsgrum emolumentum, ac nomen hæredis: mitior enim circa eas debet esse sentẽtia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras confidimus. *concordat d. l. 5. §. uxores, in fine. de quo paulo inferius.*

Quarta regula. De emancipatione & alienationibus à reo factis, non ualent. quæ regula approbatur d. l. 5. §. emancipatio, his uerbis: Emancipatio quę à prædictis siue in filios (post legem duntaxat latam) siue in filias fuerit collata, non ualeat. Dotes, damnationes, quarumlibet postremò rerum alienationes, quas ex eodem tempore qualibet fraude uel iure factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione ac societate cogitauerint, nullius statuimus esse momẽti. *Concordat l. 7. §. sic & diuus. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 2. except. 10. repl. 1.*

Quinta regula. De dote & damnatione uxori facta proponitur d. l. 5. §. uxores. hisce uerbis: Vxores sanè prædictorum, recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quæ à uiris titulo donationis acceperunt, filijs debeant reseruare: tempore quo usus fructus absumitur, omnia fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quæ iuxta legem debebantur: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantummodo, non etiam filijs deputata.

Sexta regula. De ijs qui pro reo interuenerunt. hi quoque notabiles fiunt. quæ regula approbatur d. l. 5. §. denique iubemus. cuius uerba uide s̄. quæst. 3. reg. 3.

Septima regula. De præmio delatori præstando, proponitur d. l. 5. §. sanè si quis. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. in fine. except. generali 2.

DE LEGE IVLIA, DE Vi publica & priuata.

Cap. II.

I. CAVSAE HVIVS iudicij.

PRima & generalis causa est, si quis uim uel armatã, uel sine armis commisit. Quæ causa approbatur Inst. de publ. iud. §. itẽ lex Iulia de ui, his uerbis: Lex Iulia de Vi publica seu priuata aduersus eos exoritur, qui uel armatá, uel sine armis cõmiserint. *Cõcordat l. 194. in prin. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Hoc iure utimur, ut quidquid omnino per uim fiat, id aut in ius publicæ aut priuatæ crimen incidat.

Secunda causa est. Si quis arma coegerit uel gesserit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 1. ff. ad l. Iul. de ui pub. his uerbis: Lege Iulia de Vi publica tenetur, qui arma, tela, domi suæ, agroúe, uel in uilla, præter usum uenationis, uel itineris, uel nauigationis, coegerit. *Concordat l. 3. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit. *Hæc causa declaratur definitione telorum l. 11. §. telorũ. ff. eod. tt. his uerbis:* Telorũ autẽ appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur. *Cõcordat huic definitioni l. 9. ff. eod. tt. his uerbis:* Armatos nõ utique eos intelligere debemus, qui tela habuerint: sed etiã eos qui habent quod nocere potest. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi in usum uenationis arma coegerit. Secunda exceptio est: Nisi itineris uel nauigationis causa arma coegerit. Hæ duæ exceptiones approbãtur supradicta l. 1. Sed & priori exceptioni concordat l. 10. §. exceptus est. ff. eod. tt. his uerbis:* Exceptus est, qui propter uenationem habeat homines qui cum bestijs pugnent: ministros enim ad ea habere conceditur. *Tertia exceptio est: Nisi promercij causa arma coegerit. Quarta exceptio: est Nisi in hæreditate arma inuenerit. Hæ duæ exceptiones approbãtur l. 2. ff. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis:* Excipiuntur etiam arma quæ quis promercij causa habuerit, hęreditate ue ei obuenerint.

Quinta exceptio est: Nisi tutandæ salutis suæ causa gesserit arma. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Qui telum tutandæ salutis suæ causa gerunt, non uidentur hominis occidendi causa portare.

Tertia causa est. Si quis turbæ seditionisúe consilium inierit, aut homines in armis habuerit. Hæc causa approbatur l. 3. in prin. ff. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis: In eadem causa sunt, qui turbæ seditionisúe faciendæ consilium inierint, seruosúe aut liberos homines in armis habuerint. *Concordat l. ult. C. eod. tt. his uerbis:* Omnibus per ciuitates & sgros, habendi

Bucellarios uel Iſauros, armatosq; ſeruos licentiam uolumus eſſe præcluſam. Quòd ſi quis præter hæc, quę noſtra manſuetudo ſalubriter ordinauit, armata mancipia, ſeu Bucellarios aut Iſauros, in ſuis prædijs, aut iuxta ſe habere tentauerit, poſt exactam cētum librarum auri condemnationem, uindictam in eos ſeuerisſimam proferri ſancimus. Viri quoq; clarisſimi prouinciarū rectores in ſpeculis eſſe debebunt, ne quis audeat ſtatuta noſtræ manſuetudinis in aliquo uiolare, ſciētes, quòd ex disſimulatione, dignitatis & adminiſtrationis cingulo priuabūtur: & poſt centū librarū auri mulctā, ſalutis uitæq; ſuæ periculū ſuſtinebunt: primatib. uidelicet apparitionis ſuæ perſonis, præter amisſionem fortunarum ſuarū, capitali quoque ſupplicio faciendis. *Declaratur cauſa propoſita l. 9. ff. eod. tt. cuius uerba uide 5 cauſa prox.*

Quarta cauſa. Si conuocatis hominibus uim fecerit, quò quis uerberetur pulſetur'ue. Hæc cauſa approbatur l. 10. §. hac lege ff. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis: Hac lege tenetur, & qui conuocatis hominib. uim fecerit, quo quis uerberetur & pulſetur, neq; homo occiſus ſit *Concordat l. 2. ff. ad l. Iul. de ui priuata, his uerbis:* Hac lege tenetur, qui cōuocatis hominibus uim fecerit, quo quis uerberetur, pulſetur, neq; homo occiſus erit. *Item concordat l. 4. §. ſed quoniam. C. eo. tt. his uerbis.* Sed quoniam à Fiſcinulo etiam te uerberib. afflictum adſeueras, ſi hominibus coactis hoc fecerit, de hoc etiam, ſi leges Iulię de Vi priuata reum deferendum putaueris, apud Præſidem age: non ignarum, quēadmodum criminibus probatis res uindicari debeat. *Propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi homo ſit occiſus: tunc enim grauiore pœna affligitur is, qui uim fecit Hæc exceptio elici poteſt ex uerbis ſuprà propoſitis hiſce:* Neque homo occiſus ſit: *de qua re uide ſ eod cap. quæſtion. 4. reg. 2. Secunda exceptio eſt: Niſi ſeruos conuocauerit, non liberos homines. Et hæc exceptio reprobatur l. 2. in pr ff. ad l. Iul. de ui priuata, his uerbis:* Nec intereſt liberos an ſeruos ſuos, an alienos quis ad uim faciendam conuocauerit.

Quinta cauſa eſt. Si poſſeſſorem domo, agroue uel naui ſua deiecerit. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. fin. ff. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis: Eadē lege tenetur, qui hominibus armatis, poſſeſſorē, domo, agroue ſuo, uel naui ſua deiecerit, excuſſerit, expugnauerit, ut ue id fieret, homines commodauerit. *Concordat l. 5. ff ad l. Iul. de ui priuata, his uerbis:* Si quis aliquem deiecerit ex agro ſuo, hominibus congregatis, ſine armis, uis priuatæ poſtulari poterit.

Sexta cauſa. Si uillas uel ædes expugnauerit, expilauerit, effregerit. Hæc cauſa approbatur l 3. §. eadem lege ff. ad l. Iul. de ui publica, his uerbis: In eadem cauſa ſunt, qui peſsimo exemplo conuocata ſeditione, uillas expugnauerint, & cum telis ac armis bona rapuerint. *Concordat l. 11. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Hi qui ædes alienas, aut uillas expilauerint effregerint, expugnauerint, ſiquidem in turba cum telis fecerint, capite puniuntur.

Septima cauſa. Si ui alicuius bona rapuerit. Hæc cauſa approbatur d. §. eadem lege, dictis uerbis hiſce: Et cum telis ac armis bona rapuerint. *Concordat l. 5. in fine. ff. ad l Iul. de ui priuata, hiſce uerbis:* Sed & ſi nulli conuocati, nullique pulſati ſunt, per iniuriam tamen ex bonis alienis quid ablatum ſit, hac lege teneri eum qui id fecerit.

Octaua cauſa. Si hominem incluſerit, obſederit uel rapuerit. Hæc cauſa approbatur cum alijs l. 5. in princip. ff. ad l. Iul. de ui publica, his uerbis: Eadem lege tenetur, qui cœtu, concurſu, turba, ſeditione incendium fecerit: quique hominem dolo malo incluſerit, obſederit, quiue fecerit quo minus ſepeliatur, quo magis funus diripiatur, diſtrahatur: quiue per uim ſibi aliquem obligauerit. nam eam obligationem lex reſcindit. *Concordat l. 6. ff. eod. tt. his uerbis:* Et eum qui puerum ingenuum rapuit, puniendum, diuus Pius reſcripſit in hæc uerba: Exemplum libelli dati mihi à Domitio Syluano, nomine Domitij Syluani patrui ſubijci iusſi: motus querela eius, qua ſignificauit filium ſuum ingenuum, iuuenem admodum, raptum, atque concluſum, mox uerberibus ac tormentis uſque ad ſummum periculum afflictum. Gemine chariſsime uelim audias eum, & ſi compereris hæc ita admiſſa, rem ſeuerè exequaris. *Concordat l. 3. C eod. tit. his uerbis:* Si confidis ſponſam filij tui raptam eſſe, uel filium tuum incluſum, inſtituere ſolenni more legis Iuliæ de Vi accuſationem apud Præſidem prouincię non prohiberis.

Nona cauſa. Si fœminam uel puerum per uim ſtuprauit. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. præterea. ff. ad l. Iul. de ui publica, his uerbis: Præterea punitur huius legis pœna, qui puerum uel fœminam, uel quenquam per uim ſtuprauerit. *Concordat l. 3. C. eod. tt. Item l. 29. §. fin. ff. ad l. Iul. de Adulterijs coercendis. de qua re uide exemplum infrà cap prox. Planè mutatur hoc ius l. unica. § fin. C. de raptu uirginum.*

Decima cauſa. Si per uim incendium fecit. Hæc cauſa approbatur l. 5. in prin ff. ad l. Iul. de ui publ. cuius uerba uide ſuperius cauſa 8.

Vndecima cauſa. Si ex incendio quid rapuerit. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. item tenetur. ff. ad l. Iuliam. de ui publica, his uerbis: Item tenetur qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam.

Duode-

Duodecima causa. Si in incendio cum telo fuerit, uel dominum res suas auferre prohibuerit. Hæc causa approbatur d. l. 5. §. sed & qui. his uerbis: Sed & qui in incendio cũ gladio aut telo rapiendi causa fuerit, uel prohibendi res suas dominum seruare, eadem pœna tenetur.

Decimatertia causa. Si ex naufragio quid rapuerit, uel nautis uim fecerit. Hæc causa approbatur l. 1. §. eadem pœna. ff. ad l. Iul. de ui priuata, his uerbis: Eadem pœna adficiuntur, qui ad pœnam legis Iuliæ de ui priuata rediguntur, & si quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit. Sed & ex constitutionibus Principum extra ordinem, qui de naufragijs aliquid diripuerint, puniuntur. nam & diuus Pius rescripsit, nullam uim nautis fieri debere: & si quis fecerit, ut seuerissimè puniatur.

Decimaquarta causa proponitur l. 8. ff. ad l. Iuliã. de ui publica. his uerbis: Lege Iulia de ui publica cauetur, ne quis reum uinciat, impediatúe, quo minus Romæ intra certum tempus adsit.

Decimaquinta causa proponitur l. 4. ff. ad l. Iul. de ui priuata, his uerbis: Legis Iuliæ de ui priuata crimen committitur, cum cœtum aliquis & concursum fecisse dicitur, quo minus quis in ius produceretur: & si quis quæstionẽ de alterius seruo habuisset. Et ideo moderatius edicto Prætoris de Iniurijs utendũ esse, Labeo ait.

Decimasexta causa. Si facit, quo minus iudicia tutò exerceantur. Hæc causa cum alijs quibusdam approbatur l. 10. in prin ff. ad l. Iuliam de ui publ. his uerbis: Qui dolo malo fecerit, quo minus iudicia tutò exerceantur, aut iudices, ut oportet, iudicent: uel is qui potestatem imperiumúe habebit, aliter quàm ei ius erit, decernat, imperet, faciat. Qui ludos pecuniamúe ab aliquo inuito polliceri publicè, priuatimque per iniuriam exegerit. Item, qui cũ telo dolo malo in concione fuerit, aut ubi iudicium publicè exercebitur, lege Iulia de ui publica tenetur.

Decimaseptima causa. Si cum telo dolo malo in cõcione fuerit, aut ubi iudicium publicè exercetur. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis.

Decimaoctaua causa. Si per uim sibi aliquem obligauerit. uel pecuniam exegerit. Et hæc causa iam propositis uerbis approbatur. Concordat l. 5. in prin. ff. eo. tt cuius uerba uide 5. causa 8.

Decimanona causa. Si fecerit, quo minus homo sepeliatur, uel quo magis funus diripiatur distrahatur' ue. Hæc causa approbatur d. l. 5. in prin. Concordat l. 8. ff. de sepulchro uiolato.

Vicesima causa. Si sepulchrũ uiolauit. Hæc causa approbatur d. l. 8. hisce uerbis: Sepulchri uiolati crimẽ, potest dici ad legem Iuliã de ui publica pertinere, ex illa parte, qua de eo cauetur, qui fecerit quid, quo minus quis funeretur, sepeliaturúe: quia & qui sepulchrũ uiolat, facit quo minus quis sepultus sit.

Exceptiones præcedentium causarum generales.

❡ *Hactenus causæ legis Iuliæ de ui publica & priuata sunt propositæ: sequuntur nunc aliquot exceptiones istarum causarum generales.*

Prima exceptio est: Nisi magistratus uim fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 10. in pr. ff. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis: Lege Iulia de ui publica tenetur & is. qui cũ potestatem, imperiumúe habebit, aliter quàm ius erit, decernat, imperet, faciat. *Cõcordat l. 7. ff. eod. tt. his uerbis:* Lege Iulia de ui publica tenetur, qui cũ imperiũ, potestatéue haberet, ciuẽ Romanũ aduersus prouocationẽ necauerit, uerberauerit, iusseritúe quid fieri, aut quid in collũ iniecerit, ut torqueatur. Itẽ quod ad legatos, oratores comitesúe attinebit, si quis quem eorũ pulsasse, aut iniuria affecisse arguatur.

Secunda exceptio est: Nisi hostibus uim fecerit. Hæc exceptio recipit hanc replicationem: Nisi legatis hostium aut legatorum comitibus uim fecerit: tunc enim nihilominus tenetur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Item quod ad legatos, oratores, &c. *Cui concordat l. ult. ff. de legationibus, his uerbis:* Si quis legatum hostium pulsasset, contra ius gentium id commissum esse existimatur: quia sancti habentur legati. Et ideo si legati apud nos essent gentis alicuius, cum bellum eis indictum sit, responsum est liberos manere. Id enim Iuri gentium conueniens esse. Itaque eum qui legatum pulsasset, Quintus Mutius dedi hostibus, quorum erant legati, utilius esse solitus est respondere: quem hostes si non recepissent, quæsitum est, an ciuis Romanus remaneret? quibusdam existimantibus manere, alijs contrà: quia quem semel populus iussisset dedi, ex ciuitate expulisse uidetetur, sicut faceret cum aqua & igni interdiceret. In qua sententia uidetur Publius Mutius fuisse. Id autem maximè quæsitum est in Hostilio Mancino, quem Numantini sibi deditum non acceperunt: de quo tamen lex postea lata est, ut esset ciuis Romanus, & præturam quoque gessisse dicitur.

Tertia exceptio: Nisi is qui uim fecit, suo iure sit usus. Hæc exceptio approbatur l. 197. §. non uidetur. ff de reg. iuris, hisce uerbis: Non uidetur uim facere, qui iure suo utitur, & ordinaria actione experitur.

Quarta exceptio: Nisi creditor rem sibi debitã per uim occupauerit uel exegerit. Hæc exceptio reprobatur l. 8 ff. ad l. Iul. de ui priuata, his uerb. Si creditor sine authoritate iudicis res debitoris occupet, hac lege tenetur, & in tertia parte bonorũ mulctatur, & infamis fit. *Cõcor. l. 5. C. eo. tt. his uerbis:*

uerbis: In poſſeſſionē fundi licet creditor p uim ingrediatur, Iuliç legis uis priuatç reus deferri poteſt. *Item concordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis*: Si quis ad ſe fundum uel quodcunque aliud adſerit pertinere, ac reſtitutionem ſibi competere poſſeſsionis putat, aut ciuiliter ſuper poſsidendo agat, aut impleta ſolennitate iuris, crimen uiolentiæ opponat: non ignarus, eam ſe ſententiam ſubiturum, ſi crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quòd ſi omiſſa interpellatione uim poſsidenti intulerit, ante omnia uiolentiæ cauſam examinari præcipimus, & in ea requiri, quis ad quem uenerit poſsidentem, ut ei quem conſtiterit expulſum amiſſæ poſſeſsionis iura reparentur: eademque protinus reſtituta, ſi criminalis quæſtio agitetur, uiolentus pœnæ non immeritò deſtinatus, in totius litis terminum differatur, ut agitato negocio principali, ſi contra eum fuerit iudicatum, in inſulam deportetur, bonis omnibus abrogatis.

Quinta exceptio eſt: Niſi cum ita inter creditorem & debitorem conueniſſet, ut non ſoluto debito liceret creditori propria authoritate rem occupare, creditor ui huius pacti rem occupauerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de pignoribus, his uerbis: Creditores, qui non reddita ſibi pecunia, conuentionis legem, ingreſsi poſſeſsionem, exercēt, uim quidē facere nō uidentur: attamen authoritate Præſidis poſſeſsionem adipiſci debēt.

Sexta exceptio eſt: Niſi uim ui repulerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. uim ui. ff. de ui & de ui armata, his uerbis: Vim ui repellere licere Caſsius ſcribit, idq; ius natura cōparatur. Apparet autem (inquit) ex eo arma armis repellere licere. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi nō in continenti, ſed ex interuallo uim ui repulerit. quæ replicatio approbatur l. 3. §. eum igitur. ff. eod. tt. his uerbis*: Eum igitur qui cum armis uenit, poſſumus armis repellere: ſed hoc confeſtim, non ex interuallo: dummodo ſciamus non ſolùm reſiſtere permiſſum, ne deijciatur: ſed & ſi deiectus quis fuerit eundem deijcere nō ex interuallo, ſed ex cōtinenti poſſe. *Propoſitæ replicationis exemplum proponitur l. 7. C. ad l. Iul. de Vi publ. & priuata. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 4.*

Septima exceptio: Niſi ſeruus iuſſus domini uim fecerit. Hæc exceptio reprobatur l. 8. ibi: ſeruos uerò. C. eod. tt. cuius uerba uide ǂ.

II. ADVERSVS QVOS competat hoc iudicium.

Prima regula. De eo qui homines ad uim faciendā cōmodauit, proponitur l. 4. ff. ad l. Iul. de Vi publ. his uerbis: Ea de lege tenetur, qui, uti uis fieret, homines commodauerit.

Secunda regula. De eo qui homines ad uim faciendā cōuocauit, & de cōuocatis, proponitur l. 2. cū l. ſequente. ff. ad l. Iul. de ui priuata, his uerbis: Hac lege tenetur, qui conuocatis hominib. uim fecerit, quo quis uerberetur, pulſetur: neq; homo occiſus erit: nec minus hi qui conuocati ſunt, eadem lege tenentur.

Tertia regula. De eo qui raptā rem ſeruat & cuſtodit, proponitur l. 9. C. eod. tt. his uerbis: Crimen non diſsimile eſt rapere, & ei qui rapuit, raptam ſcientem delictum ſeruare.

Quarta regula. De domino ſerui delinquentis, & ipſo ſeruo: non cōtra dominum, ſed cōtra ſeruum competit. quæ regula approbatur l. 4. in prin. C. ad l. Iul. de Vi publ. his uerbis: Si criminis accuſationē ꝓpter res à ſeruo raptas intendendam putaueris, non contra dominum, ſed contra eū quem facinus commiſiſſe proponis, hāc inſtituere debes. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſeruus iubente domino uim fecerit: tunc enim aduerſus utrunq; datur. quæ exceptio approbatur l. 8. C. eod. tt. his uerbis*: Seruos, qui feciſſe uiolentiam confeſsionibus teſtium aut proprijs docebuntur, ſi id inſcio domino cōmiſerint, poſtrèmo ſupplicio deditos, luere perpetrata cenſemus. Quòd ſi illi metu atq; exhortatione dominorum uiolētiam admiſerint, palàm eſt, ſecundum legem Iuliam, dominum infamem pronunciatum, loci atq; originis ꝓpriç dignitate non uti: ſeruos uerò quos furoribus talibus paruiſſe conſtiterit, metallo poſt ſententiam dedi.

III. APVD QVEM competat.

Apud Præſidem Prouinciæ. quæ regula approbatur l. 3. C. ad l. Iul. de Vi publ. cuius uerba uide ǂ. quæſt. 1. cauſa 8. Concordat l. 4. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide d. quæſt. 1. cauſa 4.

IIII. QVID VENIAT IN hoc iudicium, ſeu de Pœna.

Prima huius loci regula proponitur Inſtit. de publ. iud. §. item lex Iulia de Vi, hiſce uerbis: Siquidem armata uis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de Vi publica irrogatur: ſi uerò ſine armis, in tertiam partem bonorum ſuorū publicatio imponitur. *Concordat l. 1. ff. ad l. Iul. de Vi priuata. cuius uerba uide ǂ. quæſt. 1. cauſa 5. Item concordat l. 1. in prin. ff. eod. tt.*

Secunda regula. Si quis tumultu per uim facto ſit interfectus, ultimo ſupplicio punitur is, qui tumultū concitauit. quæ regula approbatur l. 6. C. ad l. Iul. de Vi publ. his uerbis: Quoniam multa facinora ſub uno uiolentiæ nomine continentur, cum alijs uim inferre certantibus, alijs cum indignatione reſiſtentibus, uerba cædesque crebrò deteguntur admiſtæ: placuit, ſi fortè quis uel ex parte poſsidentis, uel eius qui poſſeſsionem temerare tentauerit, interemptus ſit, in eum ſupplicium exer-

exerceri, qui uim facere tentauerit, & alterutri parti causam malorum præbuerit: & non iam relegatione aut deportatione insulæ plectatur, sed supplicium capitale excipiat: nec interposita prouocatione, sententiam, quæ in eum fuerit dicta suspendat. *Plura de regula proposita uide s̄. eod. cap. quæst. 1. causa 4. except. 1.*

Tertia regula proponitur l. 10. §. fin. ff. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis: Damnato de Vi publica, aqua & igni interdicitur.

Quarta regula. Si quis homines armatos habuerit, etiam centum librarum auri mulcta punitur l. ult. C. ad l. Iul. de ui publ. cuius uerba uide s̄. quæstione 1. causa 3.

Quinta regula. Serui ultimo supplicio puniuntur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 8. C. eod. tit. cuius uerba uide paulo superius quæstione 2. regul. 4.

Sexta regula. De uilibus personis & ijs qui sæpius uim fecerunt, proponitur d. l. 8. §. uiles, hisce uerbis: Viles autem infamesque personæ, & ij qui bis aut sæpius uiolentiã perpetrasse conuincentur, constitutionum diualium pœna teneantur.

Septima regula. Si quis legatum hostium pulsauerit, hostibus deditur. quæ regula approbatur l. ult. ff. de legationibus. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. in fine, except. generali 2.

Octaua regula. De seditiosis, proponitur l. 28. §. solent quidam. ff. de pœnis, hisce uerbis: Solent quidam, qui uulgò se iuuenes appellãt, in quibusdam ciuitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare: qui si amplius nihil admiserint, nec antè sint à Præside admoniti, fustibus cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur: quòd si ita correcti in ijsdem deprehendantur, exilio puniendi sunt. Nonnunquam capite plectendi, scilicet cum sæpius seditiose & turbulenter se gesserint, & aliquoties apprehensi tractati clementius, in eadem temeritate propositi perseuerauerint.

Nona regula. De grassatoribus, proponitur d. l. 28. §. grassatores, hisce uerbis: Grassatores, qui prędæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur: utique, si sæpius, atque in itinerib. hoc admiserunt: cæteri in metallum dantur, uel in insulas relegantur.

Decima regula. De latronibus, proponitur d. l. 28. §. famosos. cuius uerba uide s̄. Lib. proxim. capite 12. quæstione 4.

Vndecima regula. Si author quis seditionis ac tumultus fuerit, proponitur l. 38. §. authores. ff. de pœnis, hisce uerbis: Authores seditionis & tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcã tolluntur, aut bestijs obijciuntur, aut in insulam deportantur. *Vide et super s̄. reg. 8. item s̄. quæst. 2. causa 3. Reliquas huiusmodi regulas uide s̄. d. quæst. 1. in singulis causis.*

V. EVENTVS HVIVS iudicij.

Prima regula. Damnatus fit infamis. quæ regula approbatur l. 1. in pr. ff. ad l. Iul. de ui priuata, his uerbis: De ui priuata damnati, pars tertia bonorũ ex lege Iulia publicatur: & cautum est, ne senator sit, nec decurio, aut ullum honorem capiat, neúe in eum ordinem sedeat, neúe iudex sit: & uidelicet omni honore quasi infamis ex senatusconsulto carebit. *Concordat l. 8. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. in fine, except. gener. 4. Item concordat l. 8. §. quòd si. C. eod. tit. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæstione 2. regul. 4.*

Secunda regula. De pœna iudicis uim non punientis, proponitur d. l. 8. §. fin. his uerbis: Iudicem uerò nosse oportet, quod graui infamia sit notãdus, si uiolentiæ crimen apud sese probatũ distulerit, omiserit, uel impunitati donauerit, aut molliorem quàm præstituimus, pœnam protulerit.

Tertia regula. Tertia parte bonorum damnati publicata transit pro ea portione actio aduersus fiscum, quæ aduersus damnatum competit. quæ regula approbatur l. 2. C. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis: Tutoris tui lege Iulia de Vi priuata damnati, si tertia pars bonorum fisco uindicata est, tutelę actionem pro ea portione aduersus fiscum dirige: modò si nulla præscriptio locum habeat nam successio pro oneribus portionis suæ respondet.

VI. ADFINIA REmedia.

Primum adfine remedium est Actio ciuilis. quod approbatur l. 7. in princip. C. eod. tit. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæstione 1. in fine, exceptione generali 4. Est autem ciuilis actio uel interdictum unde Vi, uel actio Vi bonorum raptorũ, uel actio, Quod ui metus'ue causa, &c.

Secundum adfine remedium legis Iuliæ de Vi, sunt constitutiones Principum. quod approbatur l. 1. §. fin. ff. ad l. Iul. de ui priuata. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæstione 1. causa 13. Sed & alias huiusmodi constitutiones uide s̄. passim præcedentibus insertas, item j. cap. prox.

DE RAPTV FOEMInarum. Cap. III.

RAptus fœminarum quamuis per uim fiat, & ob id lege Iulia de Vi publica coerceatur, ut ostensum s̄. cap. prox. quæst. 2. causa 9. tamen punitur etiam peculiari constitutione, quæ habetur l. unica. C. de raptu uirginum. De hoc igitur crimine, eiusq; iudicio hic specialiter tractandum.

I. CAVSA HVIVS IVDICII quæ ſit.

Si quis mulierem per uim rapuerit & ſtuprauerit, ex dicta conſtitutione iudicium datur. quæ regula approbatur d. l. unica, in prin. his uerbis: Raptores uirginum honeſtarum uel ingenuatum, ſiue iam deſponſatæ fuerint, ſiue non, uel quarumlibet uiduarum fœminarum, licet libertinæ, uel ſeruæ alienæ ſint, peſsima crimina peccantes, capitis ſupplicio plectendos decernimus: & maximè ſi Deo fuerint uirgines uel uiduæ dedicatæ, quòd non ſolum ad iniuriam hominum, ſed ad ipſius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur: maximè cũ uirginitas uel caſtitas corrupta, reſtitui non poſsit: & meritò mortis damnantur ſupplicio, cum nec ab homicidij crimine huiuſmodi raptores ſint uacui. *Concordat inſt. de publ. iud. §. item lex Iulia de ui, in fine. his uerbis*: Si autem per uim raptus uirginis uel uiduæ, uel ſanctimonialis, uel alterius fuerit perpetratus, tunc & raptores, & ij qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, ſecundum noſtræ Conſtitutionis definitionem, ex qua hoc apertius poſſibile eſt ſcrire. *Concordat item l. 5. §. fin. ff. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis*: Qui uacantem mulierem rapuit, uel nuptam, ultimo ſupplicio punitur: & ſi pater iniuriam ſuam precibus exoratus remiſerit, tamen extraneus ſine quinquennij præſcriptione reum poſtulare poterit: cum raptus crimen, legis Iulię de Adulterijs poteſtatem excedat. *Concordat item l. 41. in prin. C. de epiſcopis & clericis. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi parẽtes mulieris patiãtur, uel crimen remittant. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Etſi patet iniuriam ſuam precibus exoratus remiſerit, tamen, &c. *Concordat l. unica. §. penult. C. de raptu uirginum.*

Secunda exceptio eſt: Niſi quinquennium à commiſſo crimine prætererit. Et hæc exceptio reprobatur uerbis ſuprà propoſitis hiſce: Sine quinquẽnij præſcriptione. *Concordat l. 29. §. fin ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis*: Eum autem qui per uim ſtuprũ intulerit uel mari uel fœminæ, ſine præfinitione huius temporis accuſari poſſe, dubium non eſt: cum eum publicam uim committere, nulla dubitatio ſit. *Vide inſuper J. cap. 7. quæſt. 2. except. generali 17. repl. 3.*

Tertia exceptio eſt: Niſi puer raptus ſit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam dictis hiſce: Vel mari.

Quarta exceptio eſt: Niſi ancilla rapta ſit. Hæc exceptio reprobatur l. unica, in prin. C. de raptu uirginum, cuius uerba uide paulo ſuperius eod cap. in prin.

Quinta exceptio eſt: Niſi ſanctimonialis fœmina rapta ſit. Et hæc exceptio reprobatur d. l. unica, in prin. Concordat d. l. unica. §. fin. item l. 5. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis: Si quis, non dicam rapere, ſed attentare tantummodo iungendi cauſa matrimonij ſacratiſsimas uirgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur. *Item concordat l. 41. C. eod. tit. his uerbis*: Raptores uirginum uel diaconiſſarum uel uiduarum, quæ Deo fuerint dedicatæ, &c. *Item concordat Nouell. c. 123. §. ſi quis aſcetriam. cuius uerba uide J. Lib. 10. cap. 7. de mulierib. reg. 5.*

Sexta exceptio eſt: Niſi nupta ſit, quæ eſt rapta. Et hæc exceptio reprobatur l. unica. §. quæ multo magis. C. de raptu uirginum, his uerbis: Quæ multo magis contra eos obtinere ſancimus, qui nuptas mulieres auſi fuerint rapere: quia duplici crimine tenentur, tam adulterij quàm rapinæ: & oportet acerbius adulterij crimen ex hac adiectione puniri.

Septima exceptio eſt: Niſi ſponſus ſponſam ſuam rapuerit. Et hæc exceptio reprobatur d. §. quæ multo magis, in fine. his uerbis: Quibus connumerauimus etiam eum, qui ſaltem ſponſam ſuam per uim rapere auſus fuerit.

Octaua exceptio eſt: Niſi uolens rapta ſit. Hæc except. reprobatur d. l. unica. §. pœnas. his uerbis: Huic pœnæ capitali omnes ſubiaceant, ſiue uolentibus ſiue nolentibus uirginibus, ſiue alijs mulieribus tale facinus fuerint perpetratum. Si enim ipſi raptores metu uel atrocitate pœnæ ſe ab huiuſmodi facinore temperauerint, nulli mulieri ſiue uolenti ſiue nolenti peccandi locus relinquetur: quia hoc ipſum uelle mulieris, ab inſidijs nequiſſimi hominis, qui meditatur rapinã, inducitur. Niſi etenim eã ſollicitauerit, niſi odioſis artibus circumuenerit, non facit eam uelle in tantum dedecus ſeſe prodere. *Concordat l. 41. §. fin. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis*: Huic pœnæ omnes ſubiaceant, ſiue uolentibus ſiue nolentibus ſanctimonialibus uirginibus, ſiue alijs ſupradictis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum.

II. QVIBVS COMPETIT HAEC accuſatio.

Huius loci regula eſt, quod etiam extraneis competat. quæ regula approbatur l. 5. §. fin. ff. ad l. Iul. de ui publ. cuius uerba uide S. eod. cap. quæſt. 1. in prin.

III. ADVERSVS QVOS competat.

De ijs qui auxilium præbuerunt. Item de conſcijs & ſuſceptoribus, proponitur l. unica. §. pœnas. C. de raptu uirginum, his uerbis: Pœnas autem quas prædiximus, hoc eſt mortis & bonorum amiſsionem, non tantũ aduerſus raptores: ſed etiam contra eos qui hos comitati, in ipſa inuaſione & rapina fuerint, conſtituimus. Cæteros autem omnes qui conſcij & miniſtri huiuſmodi criminis reperti & conuicti fuerint, uel qui eos ſuſceperint, uel quamcunque opem eis intulerint, ſiue ma

sculi, siue fœminę sunt, cuiuscunque conditionis, uel gradus, uel dignitatis: pœnæ tantummodo capitali subijcimus, ut huic pœnæ omnes subiaceant, &c. *Cætera uide paulo superius except. 8. Concordat l. 41. §. Pœnas. C. de episcopis & clericis.*

IIII. APVD QVEM competat.

Sine fori præscriptione competit. quæ regula approbatur d. l. unica. §. sin autem post. hisce uerbis: Sin autem post commissum tam detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga euadere potuerit, in hac quidē regia urbe, tam uiri excelsi, præfecti prætorio, quàm uir gloriosissimus Pręfectus urbi: in prouincijs autem tam uiri eminentissimi præfecti prætorio per Illyricum & Africam, quàm magistri militum, per diuersas nostri orbis regiones, nec non uir spectabilis Præfectus Aegypti, uel comes orientis, & uicarij & proconsules, & nihilominus omnes uiri spectabiles duces, & uiri clarissimi, rectores prouinciarum, nec non alij cuiuslibet ordinis iudices, qui in illis locis inuenti fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas, & iuri cognitas probationes, sine fori pręscriptione, durissimis pœnis adficiant, & mortis condemnet supplicio. Quibus etsi appellare uoluerint, nullam damus licentiam, secundum antiquæ Constantinianę locis definitionem. *Concordat l. 41. §. sin autem post. C. de episcopis & cler.*

V. QVID VENIAT IN HOC IVdicium, seu de Pœna.

Prima regula. De ultimo supplicio proponitur & approbatur per ea quæ dicta sunt 5. eod. cap. quæst. 1. in prin.

Secūda reg. Seruus reus uel minister huius criminis concremandus est. quæ regula approbatur l. unica. §. fin. C. de raptu uirginum, his uerbis: Et si quis inter hæc ministeria seruilis conditionis fuerit comprehensus, citra sexus discretionem eum concremari iubemus: cum hoc etiam Constantiniana lege rectè fuerit prospectum.

Tertia regula. De addictione bonorum damnati uide 3. quæst. prox.

Quarta regula. Si nondum uiri potentes uirgines corrupit. quæ pœna competet, definitur l. 38. §. qui nondum. ff. de pœnis, hisce uerbis: Qui nondum uiri potentes uirgines corrūpunt, humiliores in metallum damnantur: honestiores in insulam relegantur, aut in exilium mittuntur.

VI. EVENTVS HVIVS. iudicij.

Prima regula. Damnati bona, mulieri raptæ uindicantur. quæ regula approbatur simul & distinguitur l. unica. §. Et siquidem, cum sequentib. C. de raptu uirginum, his uerbis: Si quidem ancillæ uel libertinæ sint, quæ rapinam passæ sunt, raptores tantummodo supra dicta pœna plectentur, substantijs eorum nullam deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles seu immobiles, & se mouentes, tā raptorum, quàm etiam eorum qui eis auxilium præbuerunt, ad dominium raptarum mulierum liberarum transferantur, prouidentia iudicum, & cura parentum earum, uel maritorum, tutorum, seu curatorum. Et siue nō nuptæ mulieres alij cuilibet præter raptorem legitimè coniungentur, in dotem mulierum liberarum easdem res uel quantas ex ijs uoluerint, procedere: siue maritum nolentes accipere in sua pudicitia remanere uoluerint, pleno dominio eis sancimus applicari: nemine iudice uel alia quacunque persona hæc audente contemnere. *Concordat l. 41. §. bona. C. de episcopis & clericis, hisce uerbis:* Bona autem eorum si hoc commissum fuerit in sanctimonialem uirginem, quæ uel in asceterio uel monasterio degit, siue eadem uirgo diaconissa constituta sit, siue non, eidem monasterio uel asceterio, ubi consecrata est, addicantur, ut ex rebus & ipsa solatium habeant, dum uiuit sufficiens, & res omnes sacrosanctum asceterium seu monasterium pleno habeat dominio. Sin autem diaconissa cuiuscunque Ecclesię sit, in nullo tamen monasterio constituta, sed per se degit, raptoris eius substantia ecclesiæ, cuius diaconissa est, adsignetur: ut ex his facultatib. ipsa quidem usum fructum, dum superest, ab eadem Ecclesia consequatur. Ecclesia uerò omnem proprietatem & plenam possessionem earundem rerum nostro habeat beneficio: nemine uel iudice uel quacunque alia persona hæc audente contemnere. *Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi mulier rapta raptori suo nupserit, tunc enim eius bona ei non addicuntur. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 143. cuius inter alia hæc sunt uerba:* Sancimus, si rapta mulier cuiuscunque sit conditionis uel ætatis, raptoris nuptias eligendas esse consueuerit, parentibus præsertim non consentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex testamento raptoris hęreditatem suscipere, uel quocunque modo substantiam uindicare: sed pręmium, quod per legem nostram raptæ mulieri datum est, ut raptoris & eorum qui ei auxilium tempore inuasionis prębuerint bona

bona

bona uindicet, hoc ad parentes, si ambo uel unus superstit, qui nuptijs specialiter non probantur consensisse, ex tempore raptus, ipso iure trãsferri, & patrimonium raptoris non raptã iam habere mulierẽ, quæ coniugio se raptoris inquinare non piguit: sed in personas transferri, quas superius nominauimus, ei non consentientes coniugio. Nã nefarios huiusmodi coitus pœnis corrigi, non præmijs honorari conuenit. Quòd si parentes iam decesserunt, uel huiusmodi sceleri consenserunt, substantia raptoris nec non & aliorũ, qui facinoris fuerint participes, fisci iuribus uindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodò casibus, uerùm in præteritis etiam ualere sancimus, tanquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali à nobis promulgata fuisset. *Concordat Nouell. c. 150.*

Secunda regula. Rapta raptori suo nubere non potest. quæ regula cùm ex iam dictis constat, tum tractabitur etiam suo loco, nimirum de Nuptijs.

Tertia regula. De pœna parentum raptum non uindicantium, proponitur l. 1. §. pœnas autem, in fine. C. de raptu uirginum, bis uerbis: Parentibus, quorum maximè uindicta intererat, si patientiam præbuerint, ac dolorem remiserint, deportatione plectendis. *Concordat Nouell. c. 143. §. illo quoque specialiter, in fine. & §. qui enim tale stare.*

VII. ADFINIA REMEDIA.

Prima regula. De lege Iulia de ui publica, proponitur l. 3. §. præterea. ff. ad l. Iul. de ui publ. cuius uerba uide s̃. cap. prox. quæst. 1. causa. 9. Hoc remedium cum alijs similib. tollitur l. unica. §. fin. C. de raptu uirginum bis uerbis: Omnibus legis Iuliæ capitulis, quæ de raptu uirginum uel uiduarum siue sanctimonialium: siue antiquis legum libris, siue in sacris constitutionibus posita sunt de cætero abolitis, ut hæc tantummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus, & uirginibus, & uiduis locum habere sancimus.

Secunda regula. Adfine quoque remedium propositæ legi unicæ. C. de raptu uirginum, esse uidetur l. 4. C. de episcopis & clericis. cuius uerba quædam præcedentibus sunt inserta.

Tertia regula. De iudicio adulterij, proponitur d. l. unica. §. quæ multo magis. cuius uerba uide s̃. eo. cap. q. 1. exce. 6. Concordat l. 5. §. fin. ff. ad l. Iul. de ui publ. cuius uerba uide s̃. eod. cap. quæst. 1. in prin.

Quarta regula. De iure occidendi raptorem, proponitur d. l. unica §. ne igitur, bis uerbis: Ne igitur sine uindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem: ut hi, qui huiusmodi crimen commiserint, & qui eis auxiliũ inuasionis tempore præbuerint: ubi inuenti fuerint, in ipsa rapina, & adhuc flagrante crimine comprehensi, & à parentibus uirginum ingenuarum, uel uiduarum uel quarumlibet fœminarum, aut earum cõsanguineis, aut à tutoribus, uel curatoribus, uel patronis, uel dominis conuicti, interficiantur. *Concordat l. 41. §. 1. C. de episcopis & clericis.*

DE LEGE CORNELIA de Sicarijs & ueneficis: eiusq́ iudicio. Cap. IIII.

I. CAVSAE, EX QVIBVS HOC iudicium competit.

PRima causa. *Si quis hominem sica uel ueneno occiderit. quæ causa approbatur Inst. de publ. iud. §. item lex Cornelia, bis uerbis:* Lex Cornelia de sicarijs, homicidas ultore ferro persequitur. *Concordat Inst. eod. tt. §. eadem lege, bis uerbis:* Eadem lege & uenefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam uenenis, quàm susurris magicis homines occiderint, uel mala medicamenta publicè uendiderint. *Concordat item l. 1. in prin. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis:* Lege Cornelia de sicarijs & ueneficis tenetur, qui hominem occiderit: cuiusúe dolo malo incendium factum erit: quiúe hominis occidendi, furtiúe faciendi causa cum telo ambulauerit: quiúe cum magistratus esset, publicoúe iudicio præesset, operàm dederit, quo quis falsum indicium profiteretur, ut quis innocens conueniretur, condemnaretur. *Declaratur causa proposita Inst. de publ. iud. §. sicarij, bis uerbis:* Sicarij autem appellantur à sica, quod significat ferreum cultrum.

Secũda causa. Si hominis occidendi, uel furti faciendi causa cum telo ambulauerit. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis hisce: Quiúe homines occidendi, furtiúe faciendi causa cum telo ambulauerit. *Concordat l. 7. C. eod. tt. bis uerbis:* Is qui cum telo ambulauerit hominis necandi causa, sicut is qui hominem occiderit, uel cuius dolo malo factum erit commissum, legis Corneliæ de sicarijs pœna coercetur. *Concordat item Inst. de publ. iud. §. item lex Cornelia, bis uerbis:* Lex Cornelia de sicarijs homicidas ultore ferro persequitur, uel eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. *Declaratur hæc causa definitione teli, Inst. d. tt. §. Telum autem, bis uerbis:* Telum autem (ut Caius noster ex interpretatione legum XII. Tabul. scriptum reliquit) uulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. Sed & omne significat, quod manu cuiusq; iacitur. Sequitur ergo ut lignũ, & lapis & ferrum hoc nomine contineatur, dictum ab eo, quòd in longinquum mittitur, à Græca uoce τηλοῦ figuratum. Et sic hanc significationem inuenire possumus & in Græco

nomine . nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. Admonent nos epigrammata in Xenolopho urbis faustissimè scripta. *Sed & definitur causa proposita l. 11. §. telorum. ff. ad l. Iul. de ui publ. his uerbis:* Telorum appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt accipiũtur. *Cõcordat item l. 233. §. telum. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Telum uulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. Sed nunc omne significatur, quod mittitur manu. Itàque sequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur, dictum ab eo quòd in longinquum mittatur, figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ: & hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eoq; nomine uulgò quidem id significatur, quod ab arcu mittitur. Sed non minus omne significatur, quod mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι: & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα uocatur, apud nos autem communi nomine & telũ appellatur.

Tertia causa. Si quis hominis necandi causa uenenum confecerit, dederit, uendiderit, habuerit. Hæc causa cum alijs similibus approbatur l. 1. §. præterea ff. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis: Præterea tenetur, qui hominis necandi causa uenenum confecerit, dederit, quiúe falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur: quiúe magistratus iudexúe quęstionis, sub capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. *Concordat l. 3. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Eiusdem legis Corneliæ de sicarijs & ueneficis capite quinto: Qui uenenum malum necandi hominis causa fecerit, uel uendiderit, uel habuerit, plectitur. Eiusdem legis, pœna adficitur, qui in publicum mala medicamenta uendiderit, uel hominis necandi causa habuerit. *Declaratur causa proposita d. l. 3. §. Adiectio, his uerbis:* Adiectio autem ista ueneni mali, ostendit esse quędam, & non mala uenena. Ergo nomen medium est, & tam id quod ad sanandum, quàm id quod ad occidendum paratum est, continet: sed & id quod amatorium appellatur. *Concordat l. 236. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Qui uenenum dicit, adijcere debet, malum an bonum sit. nam & medicamenta uenena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, eius naturam cui adhibitum esset, mutat: cum id quod nos uenenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt: apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocẽt, hoc nomine cõtinẽtur. Vnde adiectione alterius nominis distinctionẽ fieri, admonet nos summus apud eos poetarũ Homer. nã sic ait: φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. id est, Noxia permistim neq; nõ bona multa uenena. *Concordat causæ propositæ l. 1. §. fin. cum lege sequente. ff. ad l. Pompeiam de parricidijs, hisce uerbis:* Præterea huius legis pœna adficitur, qui emit uenenum, ut patri daret, quamuis non potuerit dare. Frater autem eius qui cognouerat tantum, nec patri indicauerat, relegatus est, & medicus supplicio adfectus est. *Concordat item l. 38. §. uenenarij. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Venenarij capite puniendi sunt: aut si dignitatis respectu agi oportuerit, deportandi.

Quarta causa. Si mortis causam præbuit. Hæc causa approbatur l. 15. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis: Nihil interest, occidat quis, an causam mortis præbeat. *Huius causæ exempla sunt causæ sequentes.*

Quinta causa. Si falsa indicia professus sit, profitendaúe curauit, quo quis innocens condemnaretur. Hæc causa approbatur l. 3. §. Item qui autor, in fine. ff. eod. tit. his uerbis: Pœna huius legis tenetur, qui falsa indicia professus fuerit, profitẽdaúe curauerit, quo quis innocens circumueniretur. *Concordat l. 1. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 1.*

Sexta causa. Si falsum testimonium dixit, quo quis publico iudicio reus capitis damnaretur. Hæc causa approbatur d. l. 1. §. Præterea. cuius uerba uide s̄. causa 3.

Septima causa. Si magistratus uel iudex pecuniam acceperit, quo quis publica lege reus fieret. Hæc causa approbatur d. §. Præterea.

Octaua causa est. Si mulier uisceribus uim intulit, uel medicamenta adhibuit, quo partum abigeret. Hæc causa approbatur l. 8. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis: Si mulierem uisceribus suis uim intulisse, quo partum abigeret, constiterit, eam in exilium Præses prouinciæ exiget. *Concordat l. 4. ff. de extraord. criminib. hisce uerbis:* Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt, eam quę data opera partum abegisset, à Pręside in temporale exilium dandã: indignũ enim uideri, impunè eam maritum liberis fraudasse. *Concordat item l. 39. ff. de pœnis, hisce uerbis:* Cicero in oratione pro Cluentio habita scripsit: Milesiam quandam mulierem cum esset in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibi medicamentis ipsa abegisset, rei capitalis esse damnatam. Sed & si qua uisceribus suis post diuortium (quod prægnans fuit) uim intulerit, ne iam inimico marito filium procrearet, ut temporali exilio coerceatur, ab optimis Impp. nostris rescriptum est.

Nona causa. Si uim ac tumultum excitauit, unde quis interemptus sit. Hæc causa approbatur l. 6. C. ad l. Iul. de ui publ. cuius uerba uide s̄. cap. 2. quæst. 4. reg. 2.

Decima causa. Si author seditionis fuit. Hæc causa approbatur l.3.§.item qui author.ff.ad l.Cornel.de sicarijs, hisce uerbis: Pœna huius legis tenetur, qui author seditionis fuerit, & qui naufragium suppresserit.

Vndecima causa. Si naufragium suppresserit. Hæc causa approbatur uerbis iam propositis.

Duodecima causa. Si cuius familia eo sciente arma sumpserit. Hæc causa approbatur d.l.3.§.item is cuius, hisce uerbis: Item is cuius familia sciente eo recuperandæ & adipiscendæ possessionis causa arma sumpserit, pœna huius legis tenetur.

Decimatertia causa. Si homo sine iudice ad bestias sit datus. Hæc causa approbatur l.11.§.1.ff.ad l.Cornel.de sicarijs, hisce uerbis: Seruo, sine iudice ad bestias dato, non solùm qui uendidit: uerùm & qui comparauit, tenebitur. *Concordat d.l.11.§.fin.his uerbis*: Post legem Petroniam & Senatusconsulta ad eam legem pertinentia, dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio seruos tradere: oblato tamen iudici seruo (si iusta sit domini querela) sic pœnæ tradetur.

Decimaquarta causa. Si hominem castrauerit. Hæc causa approbatur l.3.§.qui hominem.ff.ad l.Cornel.de sicarijs, hisce uerbis: Qui hominem libidinis uel promercij causa castrauerit, ex senatusconsulto pœna legis Corneliæ punitur. *Concordat l.4.§.idem diuus.ff.eod.tit. his uerbis*: Diuus Hadrianus rescripsit, &c. *Concordat l.6.ff eod.tit.his uerbis*: Is qui, &c.

Decimaquinta causa. Si filios suos circumciderit. Hæc causa approbatur l.11.in princip.ff.eod.tit.his uerbis: Circumcidere filios suos Iudæis tantum rescripto diui Pij permittitur. In non eiusdem religionis qui hoc fecerit, castrantis pœna irrogatur.

Decimasexta causa. Si thlibias fecerit. Hæc causa approbatur l.5.ff.ad l.Cornel. de sicarijs, his uerbis: Hi quoq;, qui thlibias faciunt, ex constitutione diui Hadriani ad Nonium Hastam in eadem causa sunt, qua hi qui castrant.

Decimaseptima causa. Si partum abijcit, eiq; alimoniam denegat. Hæc causa approbatur l.4.ff.de agnosc.liberis, hisce uerbis: Necare uidetur non tantum is, qui partum præfocat: sed & is, qui abijcit, & alimoniam denegat, & qui publicis locis misericordiæ causa exponit, quam ipse non habet.

¶ *Hactenus causæ propositi iudicij sunt enumeratæ: quanquam & plures eiusmodi causæ sunt, ueluti: si incendium quis fecerit: de quo in lege Aquilia dicetur. Item, si mala sacrificia fecerit, de quo infrà in re Ecclesiastica, & ita de alijs. Nunc ergo prædictarum causarum exceptiones generales sunt proponendæ, præsertim primæ causæ.*

I. EXCEPTIO: *Nisi non occidendi animo fecerit. Hæc causa approbatur l.1.§.diuus.ff.ad l.Cornel.de sicarijs, hisce uerbis*: Diuus Hadrianus rescripsit, eum qui hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit, absolui posse. *Concordat l.1.C.eod.tit. his uerbis*: Frater uester rectius fecerit, si se Præsidi prouinciæ obtulerit, qui si probauerit, non occidendi animo hominem à se percussum esse, remissa homicidij pœna, secundum disciplinam militarem sententiam proferet: crimẽ enim contrahitur, si & uoluntas nocendi intercedat. Cæterùm ea quæ ex improuiso casu potius, quàm fraude accidũt: fato plerunque, non noxæ imputantur. *Concordat item l.5.C.eod. tit. his uerbis*: Eum, qui adseuerat homicidium se non uoluntate: sed casu fortuito fecisse, cũ calcis ictu mortis occasio præbita uideatur, si hoc ita est, nec super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id quod adnotatione nostra comprehensum est, uolumus liberari. *Huius etiam exempla, proponuntur l.7.ff.eod.tit.his uerbis*: In lege Cornelia dolus pro facto accipitur: neq; in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. Quare si quis ab alto se præcipitauerit, & super alium uenerit, eumque occiderit: aut putator ex arbore cũ ramum deijceret, non proclamauerit, & prætereuntem occiderit, ad huius legis coercitionem non pertinet. *Concordat item l.1.§.sed si claui.ff.eod.tit.cuius uerba uide paulo inferius. Planè interdum & culpa punitur: quod approbatur l.3.§.sed hoc solum, cum sequentibus. ff. ad l.Cornel.de sicarijs, hisce uerbis*: Sed hoc solum notatur in ea lege, quod hominis necandi causa habet. Sed ex senatusconsulto relegari iussa est ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ acceperat decessit. Alio senatusconsulto effectum est, ut pigmentarij, si cui temerè cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas, buprestim, mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa dederint, pœna teneãtur huius legis. *Simile exemplum quo culpa punitur æquè ac uoluntas, proponitur l.38.§.qui abortionis.ff.de pœnis.cuius uerba uide 5. Lib. prox.cap.2.except.2.repl.1. Aliud exemplum proponi,l.4.§.1.ff.ad l.Cornel.de sicar. hisce uerbis*: Cũ quidam per lasciuiam causam mortis præbuisset, comprobatum est factum Ignatij Taurini proconsulis Beticæ à diuo Hadriano, quòd eum in quinquennium relegasset. *Sed & aliud exemplum est. Si imperitia medici homo mortuus sit. quod exemplum proponitur l.6.§.sicuti medico.ff. de officio præsidis, hisce uerbis*: Sicuti medico imputari euentus mortalitatis non

debet: ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet. prætextu enim humanæ fragilitatis, delictum decipientis in periculo hominis, innoxium esse non debet. *Sanè utrum occidendi animo factum sit nec ne, ex re constituendum esse diuus Hadrianus rescripsit l. 1. §. diuus Hadr. his uerbis*: Ex re constituendũ hoc. nam si gladium strinxerit, & eo percusserit, indubitatè occidendi animo id eum admisisse: sed si claui percussit, aut cucuma, in rixa, quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam eius qui in rixa casu magis, quàm uoluntate homicidium admiserit.

II. EXCEPTIO: *Nisi seruus iussu domini occiderit. Hæc exceptio accipienda est secundum ea quæ dicta sunt s̄. Lib. prox. cap. 2. except. 4.*

III. EXCEPTIO: *Nisi tutandæ salutis suæ causa interfecerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis*: Is qui aggressorem, uel quemcunq; alium, in dubio uitę discrimine constitutus, occiderit, nullam ob id factum, calumniam metuere debet. *Concordat l. 3. C. eod. tt. his uerbis*: Si quis percussorem ad se uenientem, gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defensor proprię salutis in nullo peccasse uidetur. *Item concordat l. 4. C. eod. tt. his uerbis*: Si (ut allegas) latrocinantem peremisti, dubium non est, eum qui inferendæ cædis uoluntate præcesserat, iure cæsum uideri. *item concordat l. 4. in prin ff. ad l. Aquiliam his uerbis*: Si seruum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero. nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere. *item concordat l. 5. in prin. ff eod. tt. his uerbis*: Sed etsi quemcunque alium ferro se petentem quis occiderit, non uidebitur iniuria occidisse, etsi metu, &c.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi latronem ac depopulatorem agrorũ occiderit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. quando liceat unic. sine iudice uindicare se, his uerbis*: Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicunq; militum uel priuatorum, ad agros nocturnus populator intrauerit, aut itinera frequentata insidijs aggressionis obsederit, permissa cuicunque licentia, digno illico supplicio subiugetur, & mortem quam minabatur excipiat, & id quod intendebat incurrat. Melius est enim occurere in tempore, quàm post exitum uindicare. Nostram igitur uobis permittimus ultionem, & quod serum est punire iudicio subiugamus edicto, ut nullus parcat militi cui obuiare telo oporteat ut latroni.

V. EXCEPTIO: *Nisi desertorem militiæ occiderit. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Opprimendorum desertorum facultatem prouincialibus iure permittimus, qui si resistere ausi fuerint. in his uelox ubicunque iubemus esse supplicium. Cuncti etenim aduersus latrones publicos, desertoresque militiæ, ius sibi sciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum.

VI. EXCEPTIO: *Nisi transfugam occiderit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis*: Transfugas licet (ubicunque inuenti fuerint) quasi hostes interficere.

VII. EXCEPTIO: *Nisi furem nocturnum occiderit. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. ad l. Aquil. his uerbis*: Lex XII Tabul. furem noctu deprehensum occidere permittit, ut tamen id ipsum cum clamore testificetur. Interdiu autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat: ut tamen ęquè cum clamore testificetur. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simul & prima eius replicatio, quæ est: Nisi clamore id ipsum non testificetur. Secunda replicatio est: Nisi furi quamuis nocturno, parcere sine suo periculo potuit. quæ replicatio approbatur l. 9. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis*: Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impunè feret, si parcere ei sine suo periculo non potuit. *Tertia replicatio est: Nisi furem non nocte, sed interdiu deprehenderit quæ replicatio ipso quidẽ iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi se telo defendat. quæ duplicatio constat ex uerbis supra dictis hisce*: Interdiu autem deprehensum ita permittit occidere si is se telo defendat, ut tamen æquè cum clamore testificetur. *Concordat l. 56. §. furem. ff. de furtis, hisce uerbis*: Furem interdiu deprehensum, non aliter occidere lex XII. Tabul. permisit, quàm si telo se defendat. Teli autem appellatione & fustis & ferrum & lapis & denique omne quod nocendi causa habetur significatur. *Concordat item l. 5. in prin. ff. ad. l. Aquil. his uerbis*: Etsi metu, quis mortis furem occiderit, non dubitabitur quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est ut iniuria fecisse uideatur. Ergo & lege Conelia tenebitur.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi stuprum sibi uel suis inferentem occiderit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis*: Diuus Hadrianus rescripsit, eum qui stuprum sibi uel suis per uim inferentem occidit, dimittendum.

IX. EXCEPTIO *Nisi adulterũ cũ filia sua deprehensum occiderit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 20. cum l. sequente. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis*: Patri datur ius occidendi adulterum simul cum filia, quam in potesta

te habet. Itaque nemo alius ex parentibus idem iure faciet, sed nec filiusfamiliâs pater. Sic eueniet, ut nec pater nec auus posſit occidere, nec immeritò. in ſua enim poteſtate non uidetur habere, qui non eſt ſuæ poteſtatis. *Concordat l. 4. in princip. C. eod. tt.* *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non ſimul & filiam cum adultero pater interfecerit. Hæc replicatio conſtat ex uerbis iam dictis hiſce:* Simul cum filia. *Sed & approbatur replicatio hæc l. 32. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Nihil intereſt, adulteram filiam prius pater occiderit, an non, dum utrunque occidat. Nanque ſi alterum occidit, lege Cornelia reus erit. *Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi altero occiſo alter ſit uulneratus. Hæc duplicatio approbatur d. l. 32. in princip. hiſce uerbis:* Quòd ſi altero occiſo alter uulneratus fuerit, uerbis quidem legis non liberatur: ſed diuus Marcus & Commodus reſcripſerunt, impunitatem ei concedi: quia licet interempto adultero mulier ſuperuixerit poſt tam grauia uulnera, quæ ei pater inflixerat, magis facto quàm uoluntate eius ſeruata eſt: quia lex parem in eos qui deprehenſi ſunt, indignationem exigit & ſeueritatem requirit. *Hæc de prima replicatione.*

Secunda replicatio eſt: Niſi non incontinenti, ſed ex interuallo pater filiam quoque occidat. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 23. §. fin. ff. ad l. Iuliam de Adulter. his uerbis: Quòd ait lex: INCONTINENTI FILIAM OCCIDAT, ſic erit accipiendum: ne occiſo hodie adultero reſeruet, & poſt diem filiam occidat, uel contrà. Debet enim propè uno ictu, & uno impetu utrunque occidere, æquali ira aduerſus utrunque ſumpta. Quòd ſi non adfectauit, ſed dum adulterum occidit profugit filia, & interpoſitis horis apprehenſa eſt à patre qui perſequebatur, incontinenti uidebitur occidiſſe.

Tertia replicatio eſt: Niſi non prius filiam pater occiderit. Hæc replicatio reprobatur l. 32. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſuperius repl. 1.

Quarta replicatio eſt: Niſi filia in patris occidentis poteſtate non fuerit. Hæc replicatio approbatur l. 20. cum l. ſequente. ff. ad l. Iul. de adulter. cuius uerba uide ſ. ead. except. in prin.

Quinta replicatio eſt: Niſi non naturalis, ſed adoptiuus ſit pater. Hæc replicatio reprobatur l. 22. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Nec in ea lege naturalis pater ab adoptiuo ſeparatur.

Sexta replicatio eſt: Niſi tempore contracti matrimonij filiam non habuerit in poteſtate. Hæc replicatio reprobatur l. 23. §. ſufficit. ff. eod. tt. his uerbis: Sufficit patri, ſi eo tempore habeat in poteſtate, quo occidit, non quo in matrimonium collocauit. finge enim poſtea redactã in poteſtatem.

Septima replicatio eſt: Niſi pater qui occidit, iure patris accuſare adulterum non potuit. Hæc replicatio approbatur l. 24. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Illud in utroque tam patre quàm marito ex ſententia legis quæritur, an patri magiſtratum occidere liceat? Item, ſi filia ignominioſa ſit, aut uxor contra leges nupta, an id ius nihilominus pater maritusúe habeat? & quid ſi pater, maritusúe leno, uel aliqua ignominia notatus ſit? & rectius dicetur, eos ius occidendi habere, qui iure patris, maritiúe accuſare poſſunt.

Octaua replicatio eſt: Niſi non in ipſo opere pater adulterum cum filia deprehenderit. Hæc replicatio approbatur l. 23. in princip. ff. ad l. Iul. de Adulterijs, his uerbis: Quod ait lex: CVM IN FILIA ADVLTERVM DEPREHENDERIT, nõ otioſum uidetur. uoluit enim ita demum hanc poteſtatem patri competere, ſi in ipſa turpitudine filiam cum adultero deprehendat: Labeo quoque ita probat, & Pomponius ſcribit in ipſis rebus Veneris deprehenſum occidi: & hoc eſt, quod Solon & Draco dicunt, οἱ ἔργῳ.

Nona replicatio eſt: Niſi non domi ſuæ, uel generi ſui, filiam deprehenſam cum adultero occiderit, ſed alibi. Hæc replicatio approbatur d. l. 23. §. quare, his uerbis: Nõ ubicunq; deprehẽderit pater, permittitur ei occidere: ſed domi ſuę, generiúe ſui tantum. Illa ratio redditur: quod maiorem iniuriam putauit legislator, quòd in domo patris, aũt mariti auſa fuerit filia adulterum inducere. *Concordat l. 22. §. ius occidendi. ff. eod. tt. his uerbis:* Ius occidendi patri conceditur domi ſuæ, licet ibi filia non habitet, uel in domo generi.

Decima replicatio eſt: Niſi in domo ſua, in qua non habitat pater deprehenderit. Hæc replicatio approbatur d. §. ius occidendi, his uerbis: Sed domus & pro domicilio accipienda eſt, ut in lege Cornelia de iniurijs. *Concordat d. l. 23. §. quare, in fine. his uerbis:* Sed ſi pater alibi habitet, habeat autem & aliam domum, in qua non habitet, deprehenſam illò filiam, ubi nõ habitat, occidere non poterit.

DVPLICATIO PRAECEDENTIUM REPLICATIONUM GENERALIS.

¶ *Duplicationis loco aduerſus iam dictas replicationes notandum, quòd quamuis pater in dictis caſibus propoſita exceptione nõ defendatur ad pœnã euitandã: tamen mitiorẽ ei pœnã, quàm alij homicidæ ei irrogãdã. quæ duplicat. approbatur l. 4. C. ad l. Iul. de Ad. his uerb.* Gracchus, quẽ Numerius in adulterio noctu deprehenſum interfecit, ſi eius

conditionis fuit, ut per legem Iuliam impunè occidi potuerit, quod legitimè factum est, nullam pœnam meretur. Idemque filijs eius qui patri paruerunt, præstandum est. Sed si legis authoritate cessante in consulto dolore adulterum interemit, quamuis homicidium perpetratum sit: tamen quia & nox & dolor iustus factum eius releuat, in exilium dari potest.

X. EXCEPTIO: *Nisi adulterũ cum sua uxore deprehensum maritus interfecit. Hæc exceptio approbatur, simul & distingitur l. 24. in prin ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis:* Marito quoque adulterum uxoris suæ occidere permittitur, sed non quẽ libet, ut patri. nam hac lege cauetur, ut liceat uiro deprehensum domi suæ (non etiã soceri) in adulterio uxoris occidere eum qui leno fuerit, quiúe artem ludicram fecerit, uel in scenam saltandi, cantandiúe causa prodierit, iudicioúe publico damnatus, neque in integrum restitutus erit, quiúe libertus eius mariti, uxorisúe patris, matris, filij, filiæúe utrius eorum fuerit (nec interest proprius cuius, eorum an cum alio communis fuerit) quiúe seruus erit. Et præcipitur ut is maritus, qui horum quem occiderit, uxorem sine mora dimittat. Cæterùm sui iuris quis, an filiusfamiliâs sit maritus, nihil interesse à plerisq; dictum est. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alibi quàm domi suæ deprehensum adulterum, & non in ipso opere maritus occiderit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Liceat uiro deprehensum domi suæ, non etiam soceri, &c. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi maritus antea occisum de adulterio suspectum habens, tres illi denunciationes miserit: tunc enim, si eum postea, quamuis non domi suæ, nec in ipso actu, sed cum uxore sua colloquentem deprehensum, occidit, impunitum est. Hæc duplicatio approbatur certo modo Nouell. c. 117. §. ad hæc uerò. his uer.* Illud apponimus. Si quis (ut potest fieri) suspicetur aliquem uelle uxoris suæ castitati illudere, & tres illi denũciationes scripto comprehensas transmiserit, quæ fide dignorum uirorum habeant testimonia, & post hasce tres scripto comprehensas denunciationes, deprehendat ipsum cum uxore sua, uel in suis ædibus, uel ipsius uxoris, uel adulteri uel in popinis, uel in suburbanis habere cõmercium, ut licentia marito sit proprijs hunc conficere manibus, nihil exinde periculi formidanti. Si uerò alio in loco talem cum uxore sua fabulari deprehenderit, non minus tribus fidedignis aduocatis testibus, per quos cõprobare possit, quòd ipsum cum uxore sua deprehenderit, tradat eum magistratui, qui crimina examinet. Ille autem si reuera cognouerit hunc post tres scripto comprehensas denunciationes, cum istiusmodi muliere deprehensum, talem quidem perinde quasi hoc solo facto in crimen adulterij inciderit, nulla alia probatione requisita, supplicio adficiat. Marito uerò licentia sit, ut uoluerit uxorem suam accusare, & crimen intentatum secundum leges ad terminum usque persequi. *Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi in adulterio à marito deprehensus non sit infamis, nec libertus mariti uel uxoris, nec seruus, etc. Hæc replicatio approbatur l. 24. in pr. ibi, cũ qui leno. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide paulo superius ead. except. in pr. Ratio autem propositæ replicationis proponitur l. 22. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Ideo autem patri, non marito, mulierem & omnem adulterum permissum est occidere, quod plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit: cæterùm mariti calor & impetus facilè decernentis fuit refrenandus.

Tertia repl. est: Nisi libertus adulter ius aureorũ annulorum impetrauit. Hæc replicatio reprobatur l. 42. ff. eod. tt. his uerbis: Si is qui ius annulorum aureorum impetrauit, adulterium commiserit in patroni uxorem, aut in patronam suam, aut in eius, eamúe, cuius libertus patris, aut matris, filij, filiæúe fuit, an ut libertus puniri debeat? etsi deprehensus sit in adulterio, an impunè occidatur? & magis probo, pœnæ subijciendum libertinorum: quoniam lege Iulia de Adulterijs coercendis ad tuenda matrimonia pro libertinis eos haberi placuit: & deteriorem causam per istud beneficium patronorum haberi non oportet. *Quarta replicatio est: Nisi maritus occiso adultero, uxorem non statim dimiserit. Hæc replicatio approbatur l. 24. §. & præcipitur. ff. ad l. Iuliam de Adulterijs. cuius uerba paulo superius ead. except. in princip. sunt proposita, hæc scilicet:* Præcipitur, ut is maritus qui horum quem occiderit, uxorem sine mora dimittat. *Quinta replicatio est: Nisi maritus filiusfamiliâs sit, non sui iuris. Hæc replicatio reprobatur d. l. 24. §. cæterùm, hisce uerbis:* Sui iuris quis an filiusfamiliâs sit maritus, nihil interesse à plerisque dictum est. *Sexta replicatio est: Nisi eum occiderit maritus, quem iure mariti accusare adulterij non potuit. Hæc replicatio approbatur d. l. 24. §. fin. cuius uerba uide s̃ exceptione proxima, replicat. 7. Septima replicatio est: Nisi patronum suum maritus occiderit. Hæc replicatio approbatur l. 38. §. penult. ff. ad l. Iuliam de Adulterijs, his uerbis:* Liberto patroni famam lacessere non facilè conceditur: sed si iure mariti uelit adulterij accusare, permittendum est, quomodo si atrocem iniuriam passus esset. Certè si patronum qui sit ex

eo

eo numero, qui deprehenſus ab alio interfici poſſet, in adulterio uxoris deprehenderit, deliberandum eſt, an impunè poſsit occidere? quod nobis durum eſſe uidetur. nã cuius famæ, multo magis uitæ parcendum eſt. *Hæc de decima exceptione, eiusq; replicationibus ſint dicta. Sanè duplicatio generalis, in fine præcedentis exceptionis propoſita, ad iam dictas quoque replicationes pertinet.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi maritus uxorem in adulterio deprehenſam occiderit. Hæc exceptio approbatur l.38.§.imperatores.ff.ad l.Iul.de Adult. his uerbis:* Impp. Marcus Antoninus & Commodus filius reſcripſerunt: Si maritus uxorem in adulterio deprehenſam impetu tactus doloris interfecerit, non utiq; legis Corneliæ de ſicarijs pœnam excipiet. nã & diuus Pius in hæc uerba reſcripſit Apollonio: Ei qui uxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidiſſe ſe non denegat, ultimum ſupplicium remitti poteſt, difficillimum cum ſit iuſtũ dolorem temperare: & magis quia plus fecerit, quàm quia ſe uindicare nõ debuerit, puniendus ſit. Sufficiet igitur, ſi humili loco ſit, in opus perpetuum eum tradi: ſi quidem honeſtior, in inſulam relegari. *Concordat l.1.§.fin.ff.ad l.Cornel.de ſicarijs, hiſce uerbis:* Sed & in eum, qui uxorem deprehenſam in adulterio occidit, diuus Pius leniorem pœnam irrogandam eſſe reſcripſit: & humiliore loco poſitum, in exilium perpetuum dari iuſsit: in aliqua dignitate poſitũ, ad tempus relegari.

XII. EXCEPTIO: *Niſi maleficum occiderit. Hæc exceptio reprobatur l. ult.C.de maleficis, hiſce uerbis:* Quicunq; maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit, illico ad publicum protrahat, & iudiciorum oculis communis hoſtem ſalutis oſtendat. Quòd ſi quiſquam ex agitatoribus, id eſt, aurigis, ſeu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum uenire tentauerit, aut clandeſtinis ſupplicijs etiam manifeſtum eum maleficæ artis oppreſſerit, ultimum ſupplicium non euadat, geminæ ſuſpicionis obnoxius, qđ aut publicum reum, ne facinoris ſocios publicaret, &c.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus occiſus ſit, uel alius infimæ conditionis homo. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.& qui hominem.ff.ad l.Cornel.de ſicarijs, hiſce uerbis:* Et qui hominem occiderit, punitur non habita differentia, cuius conditionis hominem interemit.

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi dominus ſeruum occiderit. Hæc exceptio reprobatur Inſtit. de his qui ſui uel alieni iuris ſunt.§.in poteſtate, his uerbis:* In poteſtate dominorum ſunt ſerui: quæ quidem poteſtas iuris gentium eſt. Nam apud omnes peræquè gẽtes animaduertere poſſumus, dominis in ſeruos uitę neciſq; poteſtatem eſſe: & quodcunque per ſeruum adquiritur, id domino adquiritur. Sed hoc tẽpore nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſine cauſa legibus cognita in ſeruos ſuos ſupra modum ſæuire. Nam ex conſtitutione diui Pij Antonini, qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minus puniri iubetur, quàm ſi alienum ſeruum occiderit. *Concordat l.unica.C. de emendat ſeruor. his uerbis:* Si uirgis aut loris dominus ſeruum afflixerit, aut cuſtodiæ cauſa in uincula cõiecerit, dierum diſtinctione ſiue interpretatione depulſa, nullum criminis metum ſeruo mortuo ſuſtineat. Nec uerò immoderatè ſuo iure utatur, ſed tunc reus homicidij ſit, ſi uoluntate eum ictu fuſtis aut lapidis occiderit: uel certè telo uſus, uulnus letale inflixerit, aut ſuſpendi laqueo præceperit, uel iuſsione tetra præcipitandum eſſe mandauerit, aut ueneni uirus infuderit, uel dilaniauerit pœnis publicis corpus ferarum unguibus latera perſecando, uel exurẽdo oblatis ignibus membra, aut tabeſcentes artus atro ſanguine permiſta ſanie defluẽtes propè in ipſis adegerit cruciatibus, uitam relinquere ſæuitia immanium barbarorũ.

XV. EXCEPTIO: *Niſi magiſtratus occiderit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi contra leges occiderit. quæ replicatio approbatur l.4.in prin.ff.ad l. Cornel. de ſicar.hiſce uerbis:* Lege Cornelia de ſicarijs tenetur, qui cũ in magiſtratu eſſet, eorũ quid fecerit contra hominis necem, quod legibus permiſſum non eſt.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi furioſus uel infans occiderit. Hæc exceptio approbatur l.12.ff. eod.tt. hiſce uerbis:* Infans uel furioſus ſi hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur: cum alterum innocentia conſilij tuetur, alterum fati infœlicitas excuſat.

XVII. EXCEPTIO: *Niſi minor uiginti quinque annis occiderit. Hæc exceptio reprobatur l.6. C.eod. tt.his uerbis:* Si quis te reum Corneliæ legis de ſicarijs fecerit, innocentia purgari crimen, non adulta ætate defendi cõuenit.

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi infans occiſus ſit. Et hæc exceptio reprobatur l.8.C. eod. tt. his uerbis:* Si quis necandi infantis piaculum aggreſſus aggreſſaue ſit, ſciat ſe capitali ſupplicio eſſe puniendum.

XIX. EXCEPTIO: Niſi *decurio occiderit. Hæc exceptio reprobatur l.15.ff. de pœnis. cuius uerba uide ĩ.Lib.prox.cap.4.de Decurionib.reg 2.*

XX. EXCEPT. *Niſi in rixa uel tumultu quis ſit occiſus. Hæc exceptio reprobatur l. ultim.ff.ad l.*

Cor-

Cornelia de sicarijs, hisce uerbis: Si in rixa percussus homo perierit, ictus uniuscuiusq; in hoc collectorum contemplari oportet. *Hactenus de causis propositi iudicij earumq; exceptionibus est dictum: sequuntur nunc reliquæ eius quæstiones.*

II. ADVERSVS QVOS competat hæc accusatio.

Prima regula. Si in rixa atq; tumultu quis occisus sit, tam is qui occidit tenetur, ut patet ex ijs quæ dicta sunt paulo superius except. prox. quàm is qui author fuit tumultus, ut ostensum superius causa 9..

Secunda regula. Seruo sine iudice ad bestias dato, tam emptor quàm uenditor tenetur. de quo uide §. *causa 11.*

Tertia regula. De eo cuius dolo malo alius hominem occidit. Hic quoque tenetur. quæ regula approbatur l. 7. C. ad l. Cornel. de sicarijs. cuius uerba uide §. *causa 2.*

III. QVID VENIAT IN hoc iudicium, seu de pœna Homicidij.

Prima regula proponitur l. 3. §. penult. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, hisce uerbis: Legis Corneliæ de sicarijs & ueneficis pœna, insulæ deportatio est, & omnium bonorum ademptio. Sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, quàm ut pœnam legis sustineant. Humiliores enim solent uel bestijs subijci, altiores uerò deportantur in insulam. *Concordat l. 16. ff. eod. tit. his uerbis*: Qui cædem admiserunt sponte dolóue malo, in honore aliquo positi, deportari solent: qui secundo gradu sunt, capite puniuntur. Facilius hoc in decuriones fieri potest, sic tamen, ut consulto prius principe, & iubente id fiat, nisi fortè tumultus aliter sedari non possit. *Concordat item l. 28. §. uenenarij. ff. de pœnis. cuius uerba uide* §. *quæstione 1. causa 3. Item concordat l. 8. C. ad l. Cornel. de sicarijs. cuius uerba uide paulo superius quæst. 1. excep. 17. Item concordat Inst. de publ. iud. §. item lex Cornelia de falsis.*

Secunda regula proponitur l. 1. C. de maleficis, hisce uerbis: Plus est hominem extinguere ueneno, quàm occidere gladio.

Tertia regula. De latronibus puniendis, proponitur l. 28. §. famosos. ff. de pœnis. cuius uerba uide §. *Lib. prox. cap. 12. quæst. 4.*

De reliquis huiusmodi regulis uide §. *quæstione 1. in singulis causis & exceptionibus. Nam propter exceptiones superius propositas non semper eximitur reus damnatione: sed interdum nihilominus damnatur deminuta tamen pœna, ut* §. *exceptione 9. in fine. item except. 11.*

DE LEGE POMpeia de Parricidijs. Caput V.

I. CAVSA HVIVS IVDICII quæ sit.

C*Ausa proponitur l. 1. ff. ad l. Pompeiam de Parricidijs, hisce uerbis*: Lege Pompeia de Parricidijs cauetur, si quis patrē, matrem, auum, auiam, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinam, uirum, uxorem, generum, nurum, socerū, socrum, uitricum, priuignum, priuignam, patronum, patronam occiderit, cuiusúe dolo malo id factum erit, ut pœna ea teneatur, quæ est legis Corneliæ de sicarijs. Sed & mater quæ filium, filiamúe occiderit, huius legis pœna adficitur, & auus qui nepotem occiderit. *Ait lex*: Vt pœna ea teneatur, quæ est legis Corneliæ de sicarijs *At omnis homicida quamuis seruum occiderit, ea pœna tenetur, ut suprà capite prox. est ostensum. quæ igitur fuit ratio legis Pompeiæ specialiter constituendi in certis personis, quod generaliter obtinet in omnibus? Glossa dubitat. & ipse sum incertus. Si compilator ipsa legis Pompeiæ uerba inseruisset, fortè constaret ratio, quæ nunc nobis est coniectanda. Sed de hac re plura* J. *quæst. 3. dicentur: nunc exceptiones propositæ causæ uideamus.*

I. EXCEPTIO: *Nisi alias personas præter suprà enumeratas occiderit quis: tunc enim lege Pompeia non tenebitur, sed lege Cornelia de Sicarijs. quæ exceptio approbatur Instit. de publ. iud. §. alia deinde, in fine. hisce uerbis*: Si quis aūt alias cognatione uel adfinitate personas coniunctas necauerit, pœnam legis Corneliæ de sicarijs sustinebit. *Concordat l. 9. §. qui alias personas ff. ad l. Pomp. de Parricidijs, hisce uerbis*: Qui alias personas occiderant præter patrem, & matrē, & auum, & auiam, quos more maiorum puniri suprà diximus, capitis pœna plectūtur, aut ultimo supplicio mactantur. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi patrem cum consobrino aut propiorem gradu occiderit: item nisi nouercam & sponsam occiderit. Hæ enim personæ quāuis suprà non sint enumeratæ nec uerbis legis Pompeiæ, sententia tamen eius continentur. quæ replicatio approbatur l. 3. cum lege sequente. ff. d. tit. his uerbis*: Sed sciendum est, Pompeia lege de consobrino comprehensum esse: sed non eos etiam pariter complecti qui pari propiore úe gradu sint. Sed & nouercæ & sponsæ personæ omissæ sunt, sententia tamen legis continentur. Cum pater & mater sponsi & sponsæ socerorum, ut liberorum sponsi generorum appellatione contineantur.

II. EX-

II. EXCEPTIO: *Nisi in auditum & inobedientem filium pater occiderit. Hæc exceptio reprobatur l.2.ff.ad l.Cornel.de sicar.hisce uerbis*: Inauditum filium pater occidere non potest, sed accusare eum apud Præfectum, Præsidemúe prouinciæ debet *Concordat l.unica, in fine. C.de emendatione propinq. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 2. except. 1.*

III. EXCEPTIO: *Nisi pater filium quòd nouercam adulterauerit, occidit. Hæc exceptio reprobatur l.5.ff.ad l Pomp.de parricidijs, hisce uerbis*: Diuus Hadrianus fertur cum in uenatione filium suum quidã necauerat, qui nouercam adulterabat, in insulã eũ deportasse, quòd latronis magis quàm patris iure eum interfecisset. nam patria potestas in pietate debet non atrocitate consistere.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi per furorẽ parentẽ occiderit. Hæc exceptio approbatur l.9.§.fin.ff ad l. Pomp.de parricid, hisce uerbis*: Sanè si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus est, ut diui fratres rescripserũt super eo qui per furorem matrem necauerat. nam sufficere furore ipso eum puniri, diligentiusq; custodiendum esse, aut etiam uinculis coercendum. *Concordat l.13.§.fin. ff. de officio præsidis, hisce uerbis*: Sanè excutiendum diui fratres putauerunt, in persona eius qui parricidiũ admiserat, utrum simulato furore facinus admisisset, an uerò cum re uera compos mentis non esset, ut si simulasset, plecteretur: si fureret, in carcere contineretur. *Concordat l.14. in princip. ff. eod. tt. his uerbis*: Diuus Marcus & Commodus Scapulæ Tertylio rescripserunt in hæc uerba: Si tibi liquidò compertum est, Aelium Priscum in eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec subest ulla suspicio matrem ab eo simulatione dementiæ occisam, potes de modo pœnæ eius dissimulare, cum satis furore ipso puniatur: & tamen diligentius custodiendus erit, aut (si putabis) etiam uinculo coercendus: quoniam non tam ad pœnam, quàm ad tutelam eius & securitatem proximorum pertinebit. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simul & prima eius replicatio, quæ est: Nisi furor simuletur. Secunda replicatio est: Nisi medio tempore, quo furor intermiserat, parricidium fecerit. quæ replicatio approbatur d.l.14.§. si uerò, his uerbis*: Si uerò (ut plerunque assolet) interuallis quibusdam sensu sanior est, nũ fortè eo momento scelus admiserit, nec morbo eius danda sit uenia, diligenter explorabis, & si quid tale compereris, consules nos, ut æstimemus, an per immanitatem facinoris, si cum posset uideri sentire, commiserit, supplicio adficiendus sit. *Tertiæ replicationis loco notandum, quod quamuis parricida propter furorem excusetur, ij tamen qui eum custodire debuerunt sint, puniendi, non quidem pœna legis Pompeiæ, sed mitiore. quæ replicatio approbatur d.l. 14. §. cum aũt, his uerbis*: Cum aũt ex literis tuis cognouerimus, tali eum loco, atque ordine esse, ut à suis uel etiã in propria uilla custodiatur, rectè facturus nobis uideris, si eos à quibus illo tempore obseruatus est, uocaueris, & causam tantæ negligentiæ excusseris, & unumquemq; eorum prout tibi leuari uel onerari culpa eius uidebitur, constitueris. nam custodes furiosis non ad hoc solum adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur, sed ne alijs quoque exitio sint: quòd si committatur, non immeritò culpæ eorum adscribendum est, qui negligentiores in officio suo fuerint.

V. EXCEPTIO: *Nisi temporis præscriptio obstet. Hæc siue exceptio, siue præscriptio reprobatur l.ult.ff. ad l.Pompeiam de parricidijs, hisce uerbis*: Eorum qui parricidij pœna teneri possunt, semper accusatio permittitur.

VI. EXCEPTIO: *Nisi reus mortuus sit. Hæc exceptio approbatur sub conditione l.8. ff. eod tt. his uerbis*: Parricidij postulatus, si interim decesserit, siquidem sibi mortem cõsciuit, successorem fiscum habere debebit: sin minus, eum quem uoluit si modo testamentum fecit: si intestatus decesserit, eos hæredes habebit qui lege uocantur. *Plura de exceptione proposita uide s. Lib. prox. cap. 2. except. 10.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi occisus ad patriam defendam uenit, uel ad parentes & liberos interficiendos. Hæc exceptio approbatur l.35. in fine. ff. de religiosis. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 14. causa 15. except. 5.*

II. ADVERSVS QVOS COMpetat accusatio ex lege Pompeia.

Prima regula. De eo cuius dolo malo parricidium factum est, proponitur l.1. ibi: cuius'ue dolo malo. ff. ad l.Pomp. de parricidijs. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin. Concordat Inst. de publ. iud. §. alia. ibi: nec non is. cuius uerba uide paulo inferius quæst. 3.

Secũda regula. De conscio parricidij quãuis extraneo, proponitur l. 6. ff. ad l. Pompe. de parricid. hisce uerbis: Vtrum qui occiderint parentes, an etiã conscij pœna parricidij adficiãtur, quæri potest? Et ait Martianus, etiam cõscios eadem pœna adficiendos, non solùm parricidas. Proinde cõscij etiã extranei eadẽ pœna adficiẽdi sunt. *Concordat. Instit. de publ. iud. §. alia deinde. ibi: uel conscius. de quo j. Item concordat l. 2. ff. d. tt. ad l. Pomp. cuius uerba uide s. capite prox. quæstione 1. causa 3. Item concordat l. 7. ff. eod. tt. hisce uerbis*: Si sciente creditore ad scelus cõmittendum pecunia sit subministrata: utputa, si ad ueneni mali comparationem, uel etiam ut latronibus aggressoribus ue dare-

daretur qui patrem interficerent, parricidij pœna tenebitur, quique quæsierit pecuniã, quique eorum ita crediderit, aut à quo ita cauerit.

III. QVID VENIAT, SEV de pœna Parricidij.

Pœna parricidij proponitur l. 9. in princip. ff. ad l. Pomp. de parricidijs, hisce uerbis: Pœna parricidij more maiorum hæc instituta est. Parricida uirgis sanguineis uerberatus, deinde culleo insuitur cum cane, gallo gallinaceo, uipera & simia, deinde in mare profundũ culleus iactatur: hoc ita si mare proximum sit, alioquin bestijs obijcitur, secundum diui Hadriani constitutionem. *Concordat l. unica. C. de his qui par. uel lib. occi. his uerbis*: Si quis parentis, aut filij, aut omnino affectionis eius, qui nuncupatione Parricidij continetur, fata properauerit: siue clàm, siue palàm id fuerit enisus, pœna parricidij punietur, neque gladio, neq; ignibus, neque ulli alij solenni pœnæ subiugetur, sed insutus culleo, cum cane, & gallo gallinaceo, & uipera & simia: & inter eas ferales angustias cõprehensus, serpentium contubernijs misceatur, & ut regionis qualitas tulerit, uel in uicinum mare, uel in amnem proijciatur, ut omni elementorum usu uiuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. *Concordat item Inst. de publ. iud. §. alia deinde, hisce uerbis*: Alia deinde lex asperrimum crimen noua pœna persequitur, quæ Pompeia de Parricidijs uocatur: qua cauetur, ut si quis parẽtis, aut filij, aut omnino affinitatis eius, quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparauerit (siue clàm, siue palàm id ausus fuerit) nec non is cuius dolo malo id factum est, uel conscius criminis existit, licet extraneus sit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alij solenni pœnæ subijciatur, sed insutus culleo cũ cane, & gallo gallinaceo, & uipera & simia, & inter eas ferales angustias cõprehensus (secundum quod regionis qualitas tulerit) uel in uicinum mare, uel in amnem proijciatur, ut omnium elementorum usu uiuus carere incipiat: & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur. *Hæc de pœna proposita, cui contradicere uidetur l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricidijs. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin. Planè propositæ pœnæ seu regulæ exceptio hæc est: Nisi alias personas quàm quæ parentum, liberorum'ue locum obtinent occiderit. hoc enim casu non* lex Pompeia *locum habet, sed legis* Corneliæ *pœna cõpetit. de qua re uide superius eod. cap. except. 1. Iuxta iam dictam exceptionem fortè intelligenda est d. l. 1. quam tamen interpretationem non magnoperè defendo. Sed & alia parricidij pœna, proponitur l. 2. ff. ad l. Pomp. de parr. cuius uerba uide s. cap. prox. quæstion. 1. causa 5. Nunc ad reliquas publicorum iudiciorum species transeundum.*

DE LEGE FLAVIA de Plagiarijs. Cap. VI.

I. GENVS HVIVS iudicij.

P*vblicum iudicium est: quod approbatur l. 13. C. ad l. Fauiam de plagiarijs, hisce uerbis*: Plagij criminis accusatio publici sit iudicij. *Concordat Inst. de publ. iud. §. est & inter.*

II. CAVSAE HVIVS iudicij.

Prima causa. Si liberum hominem uel seruum alienum suppresserit quis, celauerit, uel in uinculis habuerit. Hæc causa approbatur l. 6. §. fin. ff. ad l. Fauiã de plagiar. hisce uerbis: Lege Fauia cauetur, ut liber qui hominem ingenuum uel libertinum inuitum cælauerit, in uinculis habuerit, emerit sciẽs dolo malo, q́ue in earũ qua re socius erit: quiq; seruo alieno, seruǽue persuaserit, ut à domino, dominaúe fugiat, uel eum eamúe inuito uel insciente domino, dominaúe cælauerit, in uinculis habuerit, emerit sciens dolo malo, quiúe in ea re socius erit, eius pœna teneatur. *Concordat l. 5. C. ad l. Fauiam de plag. hisce uerbis*: Si fratrem tuum aduersarius supprimit, legis eum Fauiæ adito Præside prouinciæ reum debes postulare. *Concordat l. 9. C. eod. tit. his uerbis*: Eum qui mãcipium alienum celat, Fauiæ legis crimine teneri, non est incerti iuris. *Item concordat l. 2. C. eod. tit. his uerbis*: Si ab Aeliano seruum tuum susceptum, & aliquamdiu occultatum, moxq; eo suadente fugæ datum, probare potes: legis Fauiæ crimen per te, uel actionem ad eam rem propositam: id est, serui corrupti, per procuratorem tuum persequi potes. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi ignorans bona fide alienum seruum uel liberum hominem possideat. Hæc exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. ad l. Fauiam de plag. hisce uerbis*: Legis Fauię crimine suppresi mancipij, bona fide possessor non tenetur: id est, qui ignorabat seruum alienum, & qui uoluntate domini id putabat eum agere: & ita de bonæ fidei possessore ipsa lex scripta est. nam adijcitur, SI SCIENS DOLO MALO HOC FECERIT: & sæpissimè à principibus Seuero & Antonino constitutum est, ne bonæ fidei possessores hac lege tenerentur. *Concordat l. 4. §. quòd si seruus. C. de seruis fugitiuis, his uerbis*: Si seruus ingenuũ se esse mentitus, sub mercede apud aliquem fuerit: nihil is qui eum habuit, poterit incusari. *Planè exceptio proposita replicationem recipit in colonis Illyricanis l. unica. ibi: nec sit ignorantiæ locus. & ibi: ignorationis excusatione sublata. C. de colonis Illyricanis. de*

qua

de qua alibi. *Secunda exceptio est: Nisi suum hominem putans, detinuerit. Hæc exceptio species est exceptionis præcedentis, & approbatur l. 14. C. ad l. Fauiam de plagiar. hisce uerbis:* Plagij criminis accusatio cessat, si suos seruos uel liberos adseuerent, qui suppresisse dicantur, non commissi celandi causa, sed ad hanc opinionem iusta ducti ratione. *Concordat l. 8. C. eod. tt. his uerbis:* Præses prouinciæ discreto prius iure dominij, intelligat, audiendum sit plagij crimen, nécne? nam si proprietatis ruæ mancipium esse constiterit, expirasse criminis intentionem emersa dominij luce manifestabit. Si uerò seruum alienum esse constiterit, post disceptatam proprietatis, quæstionem & criminis causa audiet. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi celandi criminis causa, proprietatis quæstionem fecerit. Quæ replicatio tum ex præcedentibus constat, tum approbatur etiam l. 5. ff. eod. tt. his uerbis:* Eum qui fugitiuum alienũ suscepisse & cælasse doceatur, ex eo quod proprietatis quæstionem referret, crimen (si probetur) euitare minimè posse, Modestinus respondit. *Tertia exceptio est: Nisi seruus fugitiuus ut pasceretur, detentatori operas suas locauerit, idq; antea alij quoq; fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. idem princeps. ff. ad l. Fauiam de plag. his uerbis:* Diuus Hadrianus de eadem re in hæc uerba rescripsit: Apud quem unus alter fuerit fugitiuus inuentus, qui operas suas locauerit ut pasceretur, & utique si idem antea apud alios opus fecerit, hunc non iure quis suppressorem dixerit. *Quarta exceptio est: Nisi debiti nomine liberum hominẽ detineat, locet, uel pignori capiat. Hæc exceptio reprobatur Nouell. c. 134. §. quoniam uerò & hoc, hisce uerbis:* Quoniam uerò & hoc impietatis genus in diuersis reipub. nostræ locis admitti cognouimus, quod creditores debitorum filios ausint pignoris loco, uel ad seruile detinere ministerium, aut etiam ipsorum locare operas, omnibus id modis prohibemus. Et iubemus, si quis tale quid deliquerit, ut non solum debito excidat, sed & in alterum tantum condemnetur, dandum ei qui ab ipso detentus fuit aut parentibus eius, & insuper à locorum magistratibus corporalibus subdatur supplicijs: quandoquidem liberam personam debiti nomine detinere, locareue, aut pignori capere, præsumpsit. *Concordat l. 12. C. de oblig. & action. hisce uerbis:* Ob æs alienum seruire liberos creditoribus, iura compelli non patiuntur. *Quinta exceptio est: Nisi homo suppressus, mortuus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. §. fin. ff. ad l. Fauiam de pl. giar. hisce uerbis:* Illud non est omittendum, quod exemplo legis Aquiliæ si is propter quem quia in Fauiam commisit decesserit, adhuc accusatio & pœna legis Fauiæ superest, ut diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt. *Sexta exceptio est: Nisi ciuiliter actum sit. Et hæc exceptio reprobatur l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Pater tuus aduersus eum, à quo sollicitam ancillam plagio quoque facto exportatam, quæritur apud suum iudicem ciuiliter in rem actione instituta consistat. Si in causa tenuerit, etiam legis Fauiæ crimen persequi poterit. Quòd si per uiolentiam mancipium abreptum est, accusationem eius nõ prohibetur intendere. *Hæc de prima ac principali propositæ accusationis causa, eiusq; exceptionibus, sint dicta.*

Secunda causa. Si liberum hominem uel seruum alienum quis emerit, uendiderit, donauerit, aliòue modo alienauerit. Hæc causa approbatur l. 1. ff. ad l. Fauiam de plag. hisce uerbis: Si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex lege Fauia de plagio nascitur, quò uẽditor quoq; sit obnoxius, si sciẽs liberũ esse uendiderit. *Concordat l. 4. ff. eod. tt. his uerbis:* Lege Fauia tenetur, qui sciẽs hominem liberum donauerit, uel in dotem dederit. Item, qui ex earum qua causa sciens liberum esse acceperit, in eadem causa haberi debet, qua uenditor & emptor habetur. Idem etsi pro eo res permutata fuerit. *Item Concordat l. 15. C. eod. tt. his uerbis:* Liberum, sciens ditionem eius, inuitum uenundãdo plagij criminis pœna tenetur. *Item concordat l. 2. C. ubi de criminib. agi oportet. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 1. quæst. 8. reg. 3.*

Tertia causa: Si seruum alienum intercepit quis. Hæc causa approbatur certo modo l. 6. in prin. ff. ad l. Fauiam de plag. hisce uerbis: Non statim plagiarium esse, qui furti crimine ob seruos alienos interceptos tenetur, diuus Hadrianus in hæc uerba rescripsit: Seruos alienos qui sollicitauerit aut interceperit crimine plagij, quod illi intenditur, teneatur nec ne, facit quęstionem? Et ideo non me consuli de ea re oportet, sed quod uerissimum in re præsenti cognoscitur, sequi iudicem oportet. Planè autem scire debet posse aliquem furti crimine ob seruos alienos interceptos teneri, nec idcirco tamen statim plagiarium esse existimari. Idem princeps de eadem re, &c. *Cætera uide s̄. causa 1. except. 3.*

Quarta causa. Si seruo alieno persuaserit ut à domino fugeret. Hæc causa approbatur l. 6. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. causa 1. in prin. Concordat l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide d. causa 1. in prin.

Quinta causa. Si dominus seruum suum fugitiuum uendiderit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 6. C. ad l. Fauiam de plag. hisce uerbis: In fuga seruum constitutum, neque uendere neque donare licet. Vnde intelligis te in legem incidisse, quæ super huiusmodi delictis certam pœnam fisco inferendam statuit: exceptis cohæredibus & socijs, quibus in diuisi-

one communium rerum licitationem de fugitiuo seruo inuicem facere permissum est. *Concordat l.2. §.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. proximè except. 2.Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi cohæredes uel socij, in diuisione rerum communium, licitationem & ad iudicationem serui fugitiui faciant. quæ exceptio uerbis iam propositis approbatur.Secunda exceptio est:Nisi ita dominus fugitiuum uendidit,ut si fuerit deprehensus, uenditio ualeat. Hæc exceptio approbatur d. l.6. §.fin.hisce uerbis*,Ita uero licear fugitiuum uendere,ut rũc uẽditio ualeat,quãdo ab emptore quæsitus fuerir deprehensus. *Concordat l. 2. §.fin. ff. eod. tt.his uerbis*: Hoc amplius dicendum est,etsi quis mandauir Titio seruum fugitiuum deprehendendum, ut si adprehendisser eum, emptum haberer, cessare senatusconsultum.Hoc etenim senatusconsultum, domini continentur,qui fugam seruorum suorũ uendiderunt. *Tertia exceptio est: Nisi dominus seruum fugitiuum mandauit apprehendendum & uendendum. Hæc exceptio approbatur d.l.2.§.1.hisce uerbis*: Irem sciendum est, legem Fauiam non pertinere ad eum qui mandauir seruum fugitiuum persequendum & distrahendum: nec enim fugam uendidit. *Concordat l.35.§.si quis amcio. ff. de contrah.empt. his uerbis*: Si quis amico peregrè eunti mandauerit,ut fugitiuum seruum quærat,& si inuenerit,uendat: nec ipse contra senatusconsultum commisit, quia non uendidir, neque amicus eius, quia præsentem uendidit.Emptor quoque qui præsenrem emit,rectè negocium gerere intelligitur. *Quarta exceptio est: Nisi absentem,non fugitiuum uendiderit. Hæc exceptio approbatur d.l. 2. in prin.hisce uerbis*:Sciendum est legem Fauiam ad eos non pertinere, qui cum absentes seruos haberent, eos uendiderunt. aliud enim est abesse, aliud in fuga esse. *Hactenus causæ propositæ accusationis, earũq; exceptiones sunt enumeratæ.*

III. ADVERSVS QVOS COMpetat hæc accusatio.

Prima regula. De socio criminis proponitur l. 6. §.fin.ibi: Quiúe in earum qua re socius erit. *ff.ad l. Fauiam de plag.cuius uerba uide s̄.quæst.prox. causa 1. in prin.*

Secunda regula. De eo cui homo contra legem Fauiam alienatus est.& hic tenetur perinde,ac is qui alienauit. Quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. quæst. prox. causa 2. concordat d. l. 6. §.fin.ibi, Emerit sciens dolo malo. *Huius regulæ exceptio est: Nisi ignorãs bona fide comparauerit. Quæ exceptio ex uerbis iam propositis constat. cui concordat l. 10. C. eod. tt. his uerbis*: Comparantem ab eo qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri conuenit.

IIII. PER QVOS COMpetat.

Per procuratorem non competit: quod innuitur l. 2. ibi,Legis Fauiæ crimen per te.*C ad l. Fauiam de plag. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. causa 1. in prin. de qua re uide plura s̄. Lib. prox. cap. 1. quæst. 7.*

V. VBI, ET APVD QVEM competat.

Prima regula. Apud Præsidem prouinciæ non procuratorem Cæsaris competit. quæ regula approbatur l.4.C.ad l. Fauiã de plagiar.hisce uerbis:Non ualet procuratoris sententia, si uicem Præsidis non tueatur, qui legi Fauiæ locum esse pronunciauit, cum eius legis disceptatio ad Præsidis prouinciæ pertineat notionem. *Concordat l. 12.C.eod.tt.*

Secunda regula. De domicilio rei conuenti,proponitur l. 2. C. ubi de criminib. agi oporteat.cuius uerba uide s̄.Lib.prox.cap.1.quæst.8.reg.3.

VI. QVID VENIAT IN HOC iudicium.

Prima regula. Legis Fauiæ pœna pecuniaria fuit. quæ in usu esse desijt, & pro ea extraordinaria pœna est introducta. quæ regula approbatur l. ult.ff. ad l. Fauiam de plag. hisce uerbis: Pœna pecuniaria statuta lege Fauia in usu esse desijt.nam in hoc crimine derecti, pro delicti modo coercentur,& plerunque in merallum damnantur. *Concordat Inst. de publ. iud.§.est & inter,hisce uerbis*:Est & inter publica iudicia lex Fauia de plagiarijs,quę inrerdum capitis pœnam ex sacris Constirutionibus irrogat, interdum leuiorem.

Secunda regula. De pœna metalli proponitur d.l. ult. Cui concordat l. 16. in prin. C. eod. tt.de quo J. proximè.

Tertia regula. Serui & libertini bestijs subijciuntur, ingenui gladio puniuntur.quæ regula approbetur d.l.16.hisce uerbis: Plagiarij qui uiuentium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, meralli pœna cum cæteris ante cognitis supplicijs teneantur. Si quis tamen eiusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine claruerit, seruus quidem uel libertate donatus,bestijs subijciatur,ingenuus aurem gladio consumatur.

Quarta regula. De capitis pœna proponitur Inst. de publ.,iud. §.est & inter.cuius uerba uide paulo superius reg.1.Concordat l.7.C.ad l.Fauiam de plag. hisce uerbis: Quoniam seruos à plagiarijs alienari ex urbe significas, atque ira interdum ingenuos homines eorũ scelere absportari solere perscribas,eorum te delictorum licentiæ maiore seuerirate occurrendum esse decernimus.Ac propterea,si quem in huiusmodi facinore deprehenderis, capite eũ plecti nõ dubitabis:ut pœnæ genere deterreri cæteri possint, quo minus istiusmodi

auda-

audacia seruos uel liberos, ab urbe distrahere atque alienare audeant.

Quinta regula. Si creditor debitoris filios pignoris iure detineat, qua pœna sit puniendus definitur Nouell. c. 134. §. quoniam uerò & hoc. cuius uerba uide s. eod. cap. quæst. 2. causa 1. except. 4.

Sexta regula. De alio seruo pari cum occultato uel uiginti solidis restituendis, proponitur l. 4. in prin. C. de seruis fugitiuis, his uerbis: Quicunque fugitiuum seruum in domum uel in agrum, &c.

Septima regula. Si seruum fisci occultauerit pœna; proponitur l. 7. C. de seruis fugitiuis, hisce uerbis: Si quis seruum fiscalem putauerit occultandum, &c.

Octaua regula. De quadrupli pœna proponitur l. unica. §. fin. C. de coloris Illyricanis. cuius uerba alibi proponentur.

VII. ADIVNCTA HVIVS iudicij.

Definiuntur l. 3. C. ad l. Fauiam de plag. hisce uerbis: Vt legis Fauię pœna debeatur, in crimen subscriptio & accusatio & sententia necessaria est.

De quæstione habenda, proponitur l. 4. §. sanè. C. de seruis fugitiuis. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 8. quæst. 2. reg. 1. except. 4. repl. 13.

VIII. ADFINIA REMEdia.

Primum est. Ciuilis in rem actio. quod approbatur l. 1. C. ad l. Fauiam de plagiarijs. cuius uerba uide s. quæst. 2. causa 1. except. 6.

Secundum, est accusatio de ui publica & priuata: quod approbatur d. l. 1. in fine.

Tertium, est Furti actio. quod approbatur l. 12. C. eod. tt. hisce uerbis: Si quis seruum fugitiuum sciens cum rebus furtiuis susceperit, cum horum nomine furti actione teneatur, hæc tibi rector prouinciæ cum solita pœna restitui efficiet. Sed etsi criminis plagij accusationem institueris, tibi audientiam præbere non dubitabit. *Concordat l. 6. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. eod. cap. quæst. 2. causa 3. Item concordat l. 1. in prin. ff. de fugitiuis, hisce uerbis:* Is qui fugitiuum cælauit, fur est.

Quartum adfine remedium est actio serui corrupti: quod approbatur l. 2. C. ad l. Fauiam de plag. cuius uerba uide s. quæst. 2. causa 1. in prin.

DE LEGE IVLIA DE Adulterijs & stupro. Cap. VII.

I. *Quo authore iudicium de Adulterijs sit introductum, definitur l. 1. ff. ad l. Iul. de adult. hisce uerbis:* Hæc lex lata est à diuo Augusto.

II. CAVSAE HVIVS ACCVSATIOnis, ex quibus competat.

Prima & principalis causa huius iudicij est. Si adulterium uel stuprũ sit commissum. Quæ causa declaratur differentia adulterij & stupri proposita l. 6. §. lex stuprum. ff. d. tt. his uerbis: Lex stuprum & adulterium promiscuè & καταχρηστικώτερον (id est abusiuè aliquàtum) appellat: sed propriè adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine: stuprum uerò in uirginem uiduamúe committitur, quod Græci φθορὰν (id est corruptionem) appellant. *Concordat l. 34. §. fin. ff. eod. tt. hisce uerbis:* Adulterium in nupta admittitur, stuprum in uidua, uel uirgine, uel puero.

Secunda causa. Si mulierem cupidinis, non matrimonij causa detinet. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur d. l. 34. in prin. hisce uerbis: Stuprum committit qui liberam mulierem cupidinis causa, non matrimonij continet, excepta uidelicet concubina.

Tertia causa. Si domum uel agrum adulterio committendo præbuit. Hæc causa approbatur l. 8. in prin. ff. ad l. Iul. de adult. hisce uerbis: Qui domum suam ut stuprum, adulteriumúe cum aliena matrefamiliàs, uel cum masculo fieret, sciens præbuerit: uel quæstum ex adulterio uxoris suę fecerit, cuiuscunque sit conditionis, quasi adulter punitur. *Declaratur uocabulum domus d. l. 8. §. fin. his uerbis:* Appellatione domus habitationem quoque significari palàm est. *Declaratur item uocabulum* Materfamiliàs *l. 10. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Mater autem familiàs significatur, nõ tantum nupta, sed etiam uidua. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi non suam sed alienum domum præbuerit. Hæc exceptio reprobatur l. 9. in prin. ff ad l. Iul. de adult. hisce uerbis:* Etsi amici quis domum præbuerit, tenetur. Sed etsi quis in agro alieno ut stuprum fieret præbuisset, comprehendi debet. *Secunda exceptio est: Nisi non admissum sit adulterium in ea domo. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit. uerùm eius replicatio hæc est: Nisi de adulterio in domo ista sit tractatum. Hæc replicatio approbatur d. l. 9. his uerbis:* Sed etsi in domum aliquam soliti fuerint conuenire ad tractandum de adulterio, etsi eo loco nihil admissum fuerit, ueruntamen uidetur is domum suam, ut stuprum, adulteriumúe committeretur, præbuisse: quia sine colloquio illo adulterium non committeretur. *Tertia exceptio est: Nisi non uir & mulier domum præbuerit. Hæc exceptio reprobatur l. 10. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Mulieres quoque hoc capite legis quod domum suam præbuerunt, uel pro comperto stupro aliquid acceperunt, tenentur.

Quarta causa. Si lenocinium fecerit. Hæc causa approbatur l. 2. §. lenocinij. ff. ad l. Iul. de adult. hisce uerbis: Lenocinij quidem crimini lege Iulia de Adulterijs pręscriptũ est: cum sit in eundem maritum pœna statuta, qui de adulterio uxoris suæ quid acceperit: item in eum qui in adulterio deprehensam retinuerit. Cæterùm qui patitur uxorem suam delin-

quere, matrimoniumque suum contemnit, quique contaminatione non indignatur, pœna adulterij non affligitur. *Sed & lenocinium prohibetur* Nouell. c. 14. *his uerbis*: Vsq; adeò uetustis legibus & his qui ante nos Imperium tenuerunt, uidetur lenocinium, re & nomine, odio fuisse habitum: ut pleræque adhuc leges contra eos qui talia delinquũt, conscriptæ extent. Sed & nos pœnas, &c. *Declaratur causa proposita definitione lenocinij l. 4. §. ait prætor. ff. de his qui notant. infamia. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 14. quæst. 1. causa 12. Porrò & alia lenocinij pœna proponitur l. ult. C. de spectaculis & scenicis, lib. 11. hisce uerbis*: Lenones patres & dominos qui suis filiabus uel ancillis peccandi necessitatem imponunt, nec iure frui dominij, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis iure frui ualeant, neue quid eis ita possit adquiri, sed ancillis filiabusq; si uelint, cõductisue pro paupertate personis, quas sors damnauit humilior episcoporum liceat iudicum etiam defensorumq; implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui: ita ut si insistendũ eis lenones esse crediderint, uel peccãdi ingerant necessitatem inuitis, amittant non solum eam quam habuerin potestatem, sed proscripti pœnæ mancipentur exilij, metallis addicendi publicis, quæ minor pœna est, quàm si præcepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. *Concordat l. 12. C. de episcopali aud. his uerbis*: Si lenones patres & domini suis filiabus uel ancillis peccãdi necessitatem imposuerint, liceat filiabus & ancillis episcoporum implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolui. *Plura de lenocinij crimine uide s. Lib. prox. cap. 14. causa 12.*

Quinta causa. Si maritus de adulterio uxoris, uel contrà uxor de adulterio mariti quid acceperit. Hæc causa approbatur l. 2. §. lenocinij. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide s causa prox. in prin. Concordat l. 8. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 3. item concordat l. 33. §. fin. ff. eod. tt. hisce uerbis: Si uxor ex adulterio uiri præmium acceperit, lege Iulia quasi adultera tenetur. *item concordat l. 11. in prin. ff. eod. tt. hisce uerbis*: Miles qui cum adultero uxoris suæ pactus est, solui sacramento deportarique debet. *Concordat item l. 29. §. qui quæstum. ff. eod. tt. hisce uerbis*: Qui quæstum ex adulterio uxoris suæ fecit, plectitur: nec enim mediocriter deliquit, qui lenocinium in uxorem exercuit. Quæstum autem ex adulterio uxoris facere uidetur, qui quid acceperit ut adulteretur uxor: & siue sæpius, siue semel accepit, nõ est eximendus. Quæstum enim de adulterio uxoris facere propè ille existimãdus est, q aliquid accepit ut uxorẽ pateretur adulterari meretricio quodam genere. *Propositæ causæ exceptio hæc est: Nisi sine quæstu maritus uxorẽ patiatur adulterari. Hæc exceptio approbatur d. §. qui quæstum, in fine. hisce uerbis*: Quod si patiatur uxorem delinquere non ob quæstum, sed ob negligentiam, uel culpam, uel quandam patientiam, uel nimiam credulitatem, extra legem positus uidetur. *Concordat l. 2. §. lenocinij, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. d. causa prox. in prin.*

Sexta causa. Si maritus uxorem patiatur adulterari. Hæc causa reprobatur per ea quæ iam dicta sunt causa prox. in fine.

Septima causa. Si quis pro comperto stupro aliquid acceperit. Hæc causa approbatur l. 29. §. plectitur. ff. ad l. Iul. de adult. hisce uerbis: Plectitur & qui precium pro comperto stupro acceperit, nec interest, utrum maritus sit qui acceperit, an alius quilibet. Quicunque enim ob conscientiam stupri accepit aliquid, pœna erit plectẽdus. Cæterùm si gratis quis remisit, ad legem non pertinet. *Concordat l. 10. §. mulieres. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa. 3. except. 3. Concordat item l. 10. C. eod. tt. hisce uerbis*: De crimine adulterij pacisci nõ licet, & par delictum est accusatoris præuaricatoris, & refugientis ueritatis inquisitionem. Qui autem precium pro comperto stupro accepit, pœna legis Iuliæ de Adulterio tenetur. *Concordat item l. 24. §. fin. C. eod. tt.*

Octaua causa. Si maritus adulterum deprehensum dimisit. Hæc causa approbatur simul & distinguitur l. 29. in prin. ff. ad l. Iul. de adult. hisce uerbis: Mariti lenocinium lex coercuit, qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit, adulterumq; dimisit. debuit enim uxori quoque irasci, quæ matrimonium eius uiolauit. Tunc autem puniendus est maritus eius, cum excusare ignorantiam suam non potest, uel adumbrare patiẽtiã prætextu incredulitatis: Idcirco .n. lex ita locuta est: ADVLTERVM IN DOMO DEPREHENSVM DIMISERIT quod uoluerit in ipsa turpitudine deprehẽsum, maritũ coercere. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi maritus adulterium factum ignorauit, uel non credidit. quæ exceptio ex iam dictis constat. Secunda exceptio est: Nisi alius quàm maritus adulterum deprehensum dimiserit. Hæc exceptio approbatur d. l. 29. §. plectitur, in fine. cuius uerba uide superius causa 7.*

Nona causa. Si cuius ope doloue malo factũ sit, ut deprehensus in adulterio pecunia se redimeret. Hæc causa approbatur l. 14. in prin. ff. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis: Is, cuius ope & consilio dolo malo factum est, ut uir fœminaue in adulterio deprehensi pecunia, aliaue qua pactione se redimerent, eadem pœna damnatur, quæ constituta est in eos qui lenocinij crimine damnantur. *Concordat l. 32. §. fin. ff. eod. tt.*

Deci-

Decima causa. Si uir infamandæ uxoris causa adulterũ subiecerit, ut ipse deprehenderet. Hæc causa approbatur d. l. 14. §. 1. hisce uerbis: Si uir infamãdæ uxoris suę causa adulterũ subiecerit, ut ipse deprehenderet, & mulier & uir adulterij crimine tenentur, ex senatusconsulto de ea re facto.

Vndecima causa. Si is cui tres denunciationes à marito missæ erant, ne cum uxore eius rem haberet, cum uxore eius colloquens fuerit deprehensus. hoc enim ipso in crimẽ adulterij incidit. Hæc causa approbatur Nouell. c. 117. §. adhæc uerò, ibi: Ille aũt si reuera. cuius uerba uide ꝟ. cap. 4. q. 1. except. 10. repl. 1. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi in templo cum ea confabulatus sit, ac deprehensus. Hæc exceptio reprobatur d. §. ad hæc uerò, ibi: Quoniã uerò, hisce uerbis: Quoniam uerò nõnulli reperiũtur tam impij, ut in uenerandis etiam sacris ædib. immiscere tantis se sceleribus audeant, & illic de peccatis captare cõsilia: ubi qui Deũ timent, solent peccatorũ suorũ neniá postulare: Iubemus, ut si quis huiusmodi hominẽ, de quo suspicio est, post tres (ut dictum est) denunciationes, cũ aliena uxore fabulari deprehenderit, licentia sit huius marito utranq; personá defensori ecclesiæ, aut alijs clericis tradere, ut ipsorum periculo separatim ij habeãtur in custodia, donec loci magistratus re cõperta, mittat ad ciuitatis episcopum, quo magis hi sibi tradantur, excepturi supplicia secundũ leges, quę uetãt ne adulteri ex sacrosanctis ecclesijs impunitaté & defensioné habeát, neq; ullá hac parte aliá de adulterio probationé requirẽte iudice, nisi tres (ut superius diximus) denũciationes. Ná si hæ tres denunciationes emissæ cõprobentur, omnib. illi modis, ut adulteri subdũtor supplicijs. Neq; enim istiusmodi personæ ex uenerãdo loco impunitaté obtinere debẽt, quẽ ipsi proprio scelere habuerunt despicatui. Si enim eos, qui alibi mulierum raptus & adulteria cõmittunt, ad oratoria cõfugientes leges nostræ ab his defendi non permittunt: quomodo illis, qui huiusmodi flagitia perpetrare in ipsa student ecclesia, permitteremus ex ecclesiasticis terminis aliqđ inuenire præsidiũ? ac non potius omnib. modis tradi hos magistratib. ut suppliciũ sustineát, quo digni sunt, qui sacrosancta pręsumũt polluere loca? Ná quis ibi delinquit, ubi saluté petat? Et generaliter disponimus, ut si quis deprehẽderit uxorem suá, aut filiá, aut nepté, aut nurũ cũ aliquo in uenerandis locis confabulari, suspiceturq; turpi aliqua de causa ipsos inter se habere cõmerciũ, tradat eos defensori aut alijs sacrosanctæ eius ecclesiæ clericis, ut ipsi suo periculo utráq; personá diuisim tãtisper custodiát, donec magistratus hos suscipiat, & secũdũ leges negociũ dispiciat. Quæ igitur per præsentem & in perpetuũ ualituram legem, nostra disposuit tranquillitas, &c.

Duodecima causa. Si maritus uxorem in adulterio deprehensam retinuerit. Hæc causa approbatur l. 2. §. lenocinij, ibi: Item in eũ. ff. ad l. Iul. de Adult. cuius uerba uide ꝟ. causa 4. Concordat l. 29. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide superius causa 8. Item concordat l. 2. C. eod. tt. hisce uerbis: Crimẽ lenocinij cõtrahunt, qui deprehẽsam in adulterio uxoré in matrimonio detinuerint, nõ qui suspectã adulterá habuerũt. *Item cõcordat l. 2. §. si publico, ibi: Vnde quæri. ff. ad l. Iul. de Adul. Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi uxor adulterij nondũ sit damnata, sed tantum suspecta. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Non qui suspectã adulterá habuerũt. *Cui concordat l. 30. §. in primis. C. eod. tt. hisce uerbis:* Si eá tãtũ suspicatur, penes se detinere nõ ꝓhibetur. *Cõcordat l. 26. ff. eod. tt. cuius uerba uide ꝟ. except. generali. 13. Cõcordat itẽ l. 34. §. reã adulterij. ff. de ritu nupt. his uerbis:* Reá adulterij, quá uir iure mariti postulauit, nõ prohibetur post abolitioné denuò uxoré ducere. Sed & si nõ iure mariti reá postulauit iure contractũ matrimoniũ uidebitur. *Secũda exceptio est: Nisi nõ ob adulteriũ, sed ob aliud crimen uxor fuerit damnata. Hæc exceptio approbatur l. 19. §. mulierẽ. ff. eod. tt. his uerbis:* Mulieré ob latronũ societaté exulare iussam, citra pœnę metum in matrimonio posse retineri, Papinianus respõdit: quia nõ fuerit adulterij dánata. *Planè causa proposita iure nouo mutatur ac tollitur Nouell. c. 134. §. si quando adulterij crimen, ibi: Mulier uerò. cuius uerba proponentur ꝟ. eod. cap. quæst. 7. reg. 2.*

Decimatertia causa. Si adulterũ, quem habet in sua potestate cũ uxore sua deprehensum, retinuerit, nec dimiserit. Hæc causa approbatur l. 33. §. si quis. ff. ad l. Iul. de Adul. hisce uerbis: Si quis adulterũ non dimiserit, sed retinuerit (forsitan filium in nouercam, uel etiam libertum uel seruũ in uxorem) ex sententia legis tenetur, quamuis uerbis non contineretur.

Decimaquarta causa. Si uxorem adulterã dimissã reduxerit. Hæc causa approbatur d. §. si quis, in fine. hisce uerbis: Sed & si dimissam uxoré reduxerit uerbis non tenetur: sed tamen dicendum est, ut teneatur, ne fraus fiat. *Concordat l. 7. ibi: Reduxit. C. eod. tt. Propositæ causæ exceptio hæc est: Nisi uxor de adulterio non fuerit damnata. Hæc exceptio approbatur l. 17. C. eo. tt. hisce uerbis:* Sine metu legis Iuliæ de Adulterijs coercendis reuocare in matrimoniũ potes uxoré, cum nihil amplius quàm libellos accusationis obtulisti: quia postea cõperisse te affirmas, ut uana indignatione ad accusationé incitatus fueris. Is enim cõmittit in pœná, quam lex certo capite denunciat, qui uel publicè adulterio damnatá habet, uel adulterá sci-

ena, ut ignorantiá simulare posſit, retinet uxoré. Cõcordant ea quæ dicta sunt s̄. causa 12. ex. 1.

Planè causa proposita mutatur ac tollitur per ea quæ dicta sunt superius d. causa 12. in fine.

Decimaquinta causa. Si quis damnatam adulterij duxerit in uxorem, uel contrà mulier adultero nupserit. Hæc causa approbatur l. 29. §. quod ait lex. ff. ad l. Iul. de adult. de quo paulo inferius. Concordat l. 7. C. eod. tit. hisce uerbis: Castitati temporum meorũ conuenit, lege Iulia de pudicitia damnatũ, in pœnis legitimis perseuerare. Qui autem adulterij damnatam, si quocunque modo pœnam capitalem euaserit, sciens duxit uxorem, uel reduxit, eadem lege ex causa lenocinij punietur. Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi non adulterij sed stupri nomine mulier fuerit dãnata. Hæc exceptio reprobatur d. §. quod ait lex, hisce uerbis: Quod ait lex DAMNATAM ADVLTERII SI QVIS DVXERIT VXOREM EA LEGE TENETOR: an & ad stuprum referatur uideamus. quod magis est. Secunda exceptio est: Nisi ob aliam causam quàm uel adulterij uel stupri fuerit damnata. Hæc exceptio approbatur d. §. quod ait lex, hisce uerbis: Certè si ob aliam causam ea lege sit condemnata, impunè uxor ducetur. Tertia exceptio est: Nisi non in uxorem duxerit, sed in concubinam. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. qui etiam. ff. de concubinis, hisce uerbis: Qui adulterij damnatam in concubinatu habuit, non putat Vlpianus lege Iulia de Adulterijs teneri: quamuis si uxorem eam duxisset, teneretur. Quarta exceptio: Nisi de adulterio nondum fuerit conuictus uir uel mulier. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. licet mulier. ff. ad l. Iul. de adult. hisce uerbis. Licet mulier ei qui in suspicionem adulterij incidit, nupsisse dicetur. non ante accusari poterit, quàm adulter fuerit cõuictus: alioquin ad hoc uel maximè uiri confugient. uolentes benè concordatum sequens matrimonium dirimere, ut dicant, cũ adultero mulierem nuptias contraxisse. Huius exceptionis replicatio est: Nisi rea adulterij sit, eiusq; uir adhuc uiuat. Hæc replicatio approbatur l. 26. ff. de ritu nuptiarum, his uerbis. Reas adulterij factas nec ante damnationem uiuente marito uxores duci posse Modestinus ait.

Decimasexta causa. Si incesti crimẽ sit contractum. Hæc causa ipso iure subsistit. Declaratur autem definitione incesti l. 39. ff. de ritu nuptiarũ, his uerbis: Si quam ex his, quas moribus prohibemur uxores ducere, duxerit, incestum dicitur cõmittere. Concordat l. ult. ff. eod. tit. Item Inst. de nuptijs §. ergo non omnes. Huius regulæ exceptio prima est, quòd quamuis uir, qui incestas nuptias contraxit, puniatur, mulier tamen excusetur & ab ea pœna excipiatur. quæ exceptio approbatur l. 38. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult. de quo inferius. Concordat d. l. 38. §. fratres denique, ibi: nã & mulieres. Itẽ concor. d. l. 38. §. incestũ autẽ, hisce uerbis: Incestũ autẽ qđ per illicitã matrimonij coniunctionem admittitur, excusari solet uel sexu, uel ætate, uel etiam puniendi correctione, quę bona fide interuenit: utique si error allegatur, & facilius si nemo reum postulauerit. Quod ait Iurisconsultus Vel sexu, eo exceptionẽ propositã denotat. Huius aũt exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mulier sciens incestas contraxerit nuptias. quæ replicatio elici potest ex uerbis iam propositis hisce: Vtique si error allegatur. Secunda replicatio est: Nisi non per nuptias, sed per adulteriũ uel stuprum incestum sit cõmissum. Hoc enim casu etiam mulieres perinde ac mares puniuntur. Quæ replicatio approbatur d. l. 38. in prin. hisce uerbis: Si adulterium cum incestu committatur, ut puta cum priuigna, nuru, nouerca, mulier similiter quoque punietur: id enim remoto etiam incestu eueniret. Concordat d. l. 38. §. 1. hisce uerbis: Stuprum in sororis filiam si committatur, an adulterij pœna sufficiat meritò considerandum est, occurrit quod hic duplex admissum est: quia multum interest errore matrimonium illicitè contrahatur, an contumacia iuris & sanguinis contumelia concurrant. Quare mulier tunc demum eam pœnam quam mares sustinebit, cum incestum iure gentium prohibitum admiserit. nam si sola iuris nostri obseruatio interueniat. mulier ab incesti crimine erit excusata. Hæc de prima propositæ causæ exceptione. Secunda exceptio est: Nisi is qui incestas contraxit nuptias minor fuerit ætate. Hæc exceptio approbatur uerbis s̄. except. prox. in principio, propositis hisce: Vel ætate. Cui concordat d. l. 38. §. nonnunquam, cum sequentib. hisce uerbis: Nonnunquam tamen & in maribus incesti crimina (quanquam grauiora sint natura) humanius quàm adulterij tractari solent, si modò incestum per matrimonium illicitum contractum sit. Fratres denique Impp. Claudiæ crimen incesti propter ætatem remiserunt, sed distrahi coniunctionem illicitam iusserunt: cum aliàs adulterij crimen, quod pubertate delinquitur, non excusetur ætate. nam & mulieres in iure errantes, incesti crimine non teneri, suprà dictum est: cum in adulterio commisso nullam habere posſint excusationem. Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simul & eius replicatio, quæ est: Nisi non per matrimonium, sed per aulterium uel stuprum incestum sit commissum: tunc enim quemadmodum non sexus, ita nec ætatis excusatio admittitur. Tertia exceptio est: Nisi antequam reus postulatus sit diuortium fecerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 38. §. Iidẽ Impp. cum §. sequente, hisce uerbis: Iidem Impp. rescripserunt: Post diuortiũ, quod cũ nouerca bona fide priuignus fecerit, nõ esse crimẽ admitten-

mittendũ incesti. Iidem Pollioni in hęc uerba rescripserũt: Incestę nuptię cõfirmari nõ solent, & ideo abstinenti tali matrimonio, pœnã præteriti delicti, si nondũ reus postulatus est, remittimus. *Quarta exceptio est: Nisi morte mulieris matrimoniũ incestuosum sit solutum. Hæc exceptio reprobatur l. fin. ff. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis*: Defuncta quoq; socru, gener incesti postulabitur ut adulter, post morté mulieris. *Quinta exceptio uidetur esse: Nisi nõ per matrimonium incestũ sit cõmissum, sed per simplex stuprũ. Hæc exceptio reprobatur l. 11. §. 1. ff. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis*: Militẽ qui sororis filiã in cõtubernio habuit (licet nõ in matrimonio) adulterij pœna teneri rectius dicitur. *Cõcordat l. 56. ff. de ritu nupt. his uerbis*: Etiãsi cõcubinam quis habuit, sororis filiam licet libertinã, incestum committitur. *Hæc de 16. causa.*

Decimaseptima causa. Si tutor pupillam, uel curator adultã suã in uxorem duxerit. Hæc casu approbatur, simul & distinguitur l. 7. in prin. ff. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis: Qui pupillam suam duxit in uxorẽ, cõtra senatusconsultũ nec matrimonium est, & potest adulterij accusari: qui tutor uel curator fuit, & intra uicesimum sextum annum duxerit uxoré non à patre desponsatam uel destinatam, uel in testamento denominatam.

Decimaoctaua causa. Si quis duas uxores simul habeat, uel mulier duos maritos, adulterij crimine tenetur. quæ causa approbatur, simul & distinguitur l. 18. C. ad l. Iul. de Adult. his uerbis: Eum qui duas simul habuit uxores, sine dubitatione comitatur infamia: in ea nanq; re non iuris effectus, quo ciues nostri matrimonia contrahere plura prohibentur, sed animi destinatio cogitatur. Veruntamẽ ei qui te ficto cœlibatu, cũ aliã matremfamiliãs in prouincia reliquisset, sollicitauit ad nuptias: crimẽ etiam stupri, à quo tu remota es, quòd uxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur. Certè res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonij simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis à Rectore prouinciæ. nam ea quidem quæ se tibi, ut sponsæ daturum promisit, quomodo repetere cum effectu potes quasi sponsa? *Concordat l. 2. C. de incestis & inutilib. nupt.* Ait Imp. Comitatur infamia. *De hac re dictum §. Lib. prox. cap. 14. quæst. 1. causa 15. Ait insuper Imp.* Crimen etiam stupri inferetur. *Hisce uerbis causa proposita approbatur. Distinguitur autem, hisce uerbis*: A' quo tu remota es, quod uxorem te esse credebas. *Hisce uerbis prima propositæ causæ exceptio approbatur, hæc scilicet: Nisi per errorem & ignorantiam sit factum. Cui concordat l. penult. ff. ad l. Iuliam de Adulter. hisce uerbis*: Si ex lege repudium missum non sit, & idcircò mulier adhuc nupta esse uideatur: tamen si quis eam uxorem duxerit, adulter non erit, idque Saluius Iulianus respondit: Quia adulterium (inquit) sine dolo malo non committitur: quanquam dicendum est: ut is qui sciret eam ex lege repudiatam non esse, dolo malo committat. *Item concordat l. 11. §. mulier. ff. eod. tit. hisce uerbis*: Mulier cum absentem uirum audisset uita functum esse, & alij se iunxisset, mox maritus reuersus est: quæro quid aduersus eam mulierem statuendum sit? Papinianus respondit tam iuris quàm facti quæstionem moueri. nam si longo tempore transacto, sine ullius stupri probatione falsis rumoribus inducta quasi soluta priore uinculo legitimis nuptijs secundis iuncta est: quod uerisimile est, deceptam eam fuisse, nihil uindicta dignum uideri potest. Quòd si ficta mariti mors argumentum faciendis nuptijs præstitisse probabitur, cũ hoc facto pudicitia laboret, iudicari debet pro admissi criminis qualitate. *Hisce uerbis posterioribus replicatio propositæ exceptionis approbatur talis scilicet*: Nisi error & ignorantia fingatur. *Secunda exceptio est: Nisi mulier uni desponsata, alteri in matrimonium sit tradita. ob hoc enim adulterij crimen non contrahitur. quæ exceptio approbatur l. 11. § quærebatur ff. ad l. Iul. de Adulter. his uerbis*: Quærebatur, an iure mariti posset accusare uir, eam fœminam quæ, &c.

Decimanona causa. Si mares cum maribus coierint. Hæc causa approbatur Inst. de publ. iud. §. item lex Iul. de Adult. hisce uerbis: Lex Iulia de adulterijs coercendis, non solùm temeratores alienarũ nuptiarum gladio punit, sed & eos qui cũ masculis nefandam libidinem exercere audent. *Concordat l. 31. C. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis*: Cum uir nubit, in fœmina uiros paritura quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est, id quod non proficit scire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quæritur, nec uidetur? Iubemus insurgere leges, armari iura gladio ultore, ut exquisitis pœnis subdantur infames qui sunt, uel qui futuri sunt. *Concordat item Nouell. constitut. 141.*

EXCEPTIONES PRAECEDENtium causarum generales.

¶ *Hactenus causæ ex quibus accusatio lege Iulia de Adulterijs introducta competat, sunt propositæ: sequuntur nunc istarum causarum Exceptiones generales.*

I. EXCEPTIO: *Nisi inter seruos & cum ancilla stuprum uel adulterium sit commissum. Hæc exceptio approbatur l. 6. in princip. ff. ad l. Iuliam de Adulter. his uerbis*: Inter liberas tantum personas adulterium, stuprumúe pas-

ſas, lex Iulia locum habet. Quod autem ad ſeruas pertinet, & legis Aquiliæ actio facilè tenebit, & iniuriarum quoq; competit: nec erit deneganda prętoria quoq; actio de Seruo corrupto: nec propter plures actiones parcendum erit in huiuſmodi crimine reo. *Concordat l.25.C. eod. tt. his uerbis*: Etſi libidine intemperatæ cupiditatis ex actorum lectione exarſiſſe te cognitum eſt, tamen cū ancillas te comprehendiſſe, & non liberas ſtuprasse, detectum ſit: ex huiuſmodi ſententia grauatam potius opinionem tuá, quàm infamia afflictam eſſe, manifeſtum eſt. *Item concordat l.29.C eod. tt. his uerbis*: Quæ adulterium commiſit, utrum domina cauponę, an miniſtra fuerit, requiri debebit, & ita obſequio famulata ſeruili (ut plerunq;) ipſa intemperantiæ uina præbuerit: ut ſi domina tabernæ fuerit, non ſit à uinculis iuris excepta. Si uerò potantibus miniſteriū præbuit, pro utilitate eius quæ in reatum deducitur accuſatione excluſa, liberi qui accuſantur abſcedant: cum ab ijs fœminis pudicitię ratio requiratur, quæ iuris nexibus detinentur, & matrisfamiliæ nomen obtinent. Hæ autem immunes ab iudiciaria ſeueritate & ſtupri & adulterij præſtentur, quas uilitas uitæ dignas, legum obſeruatione non credidit. *Concordat item l.25. ff. de iniurijs.*

II. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus adulteriū uel ſtuprum fecerit. Hæc exceptio reprobatur l.5. in princip. ff. de accuſationibus. cuius uerba uide ſ. Lib. prox. cap. 1. quæſt. 5. in fine. Concordat l.26. §. fin. C. ad l. Iul. de Adult. cuius uerba uide J. except. 8. repl. 2.*

III. EXCEPTIO: *Niſi non in nuptam, ſed in uirginem uel uiduam ſit commiſſum. Hæc exceptio reprobatur Inſt. de publ. iud. §. item lex Iul. de Adult. hiſce uerbis*: Sed eadem lege Iulia etiam ſtupri flagitium punitur, cum quis ſine ui, uel uirginem, uel uiduam honeſtè uiuentē, ſtuprauerit. *Vide in super ſ. eod. cap. cauſa 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi minor annis adulteriū uel ſtuprum commiſerit. Hæc exceptio reprobatur l. 37. §. fin. ff. de minoribus uigintiquinq; annis. hiſce uerbis*: Sed (ut ad legis Iuliæ de Adulterijs coercendis præcepta ueniamus) utiq; nulla deprecatio adulterij pœnæ eſt, ſi ſe minor annis adulterium fateatur commiſiſſe: ſed nec ſi quid eorum commiſerit, quæ pro adulterio eadem lex punit: ueluti ſi adulterij damnatam ſciens uxorem duxerit, aut in adulterio deprehenſam uxorem non dimiſerit, quæſtumúe de adulterio uxoris fecerit, preciumúe pro comperto ſtupro acceperit, aut domū præbuerit, ad id ſtuprum adulteriumúe in eam committendum: & nō ſit ætatis excuſatio aduerſus præcepta legū ei, qui dū leges inuocat, cōtra eas cōmittit. *Concordat l.36. ff. ad l. Iul. de Adulter. hiſce uerbis*: Si minor annis adulteriū cōmiſerit, lege Iulia tenetur: quoniam tale crimen poſt pubertatem incipit. *Concordat item l.38. §. fratres, ibi*: Cum aliàs. *ff. eo. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius cauſa 16. except. 2.*

V. EXCEPT. *Niſi nondū uiripotentes uirgines corrupit. hæc exceptio reprobatur l. 38. §. qui nōdum. ff. de pœnis. cuius uerba uide ſ. Lib. eod. cap. 3. quæſt. 5. reg. 4.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi cum meretrice aut aliàs muliere ignominioſa ſtuprum ſit commiſſum. Hæc except. approbatur l.23. C. ad l. Iul. de adult. hiſce uerb.* Si ea quæ ſtupro tibi cognita eſt, & paſsim uenalem formam exhibuit, ac proſtitutam meretricio more uulgò ſe præbuit, adulterij crimen in ea ceſſat. *Concordat l. 29. C eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 1. Propoſitæ exceptionis prima replicatio hæc eſt: Niſi euitandæ pœnæ cauſa mulier infamem ſe præbuerit. Quæ replicatio approbatur l.10. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis*: Mulier quæ euitandæ pœnæ adulterij gratia lenocinium fecerit, aut operas ſuas in ſcenam locauerit, adulterij accūſari, damnariq; ex ſenatuſconſulto poteſt. *Secunda replicatio eſt: Niſi mulier nupta ſit: tunc enim nihilominus iure uiri accuſatio competit. quæ replicatio approbatur l. 13. §. ſed & in ea. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 3. reg. 1. except. 5.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi is qui adulterium cōmiſit, in honore, miniſteriove publico ſit. Hæc exceptio reprobatur l.38. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. de quo J.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi lenocinio mariti adulterium ſit cōmiſſum. Hæc exceptio approbatur l. 28. ibi: & lenocinij. C. ad l. Iul. de adult. cuius uerba proponentur J. Concordat l. 47. in fine. ff. ſoluto matrimonio, hiſce uerbis*: Cum mulier uiri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinet. Cur enim improbet maritus mores, quos ipſe aut antè corrupit, aut poſtea probauit? Sed etſi ex mente legis ſumat quis, ut nec accuſare poſsit, qui lenocinium uxori præbuit, audiendus eſt. *Concord. item l.39 ff. eod. tt. Huius exceptionis replicat. prima hæc eſt: Niſi accuſatus uel accuſata, inter reos receptus receptaúe ſit. quæ replicatio approbatur l. 15. §. præſcriptiones. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba J. proponētur. Concordat l. 2. §. qui hoc dicit. ff. ad l. Iul. de adult. hiſce uerbis*: Qui hoc dicit, lenocinio mariti ſe feciſſe, reuelare quidem uult crimen ſuum, ſed non eſt huiuſmodi compenſatio admiſſa: ideo ſi maritum uelit reus adulterij lenocinij reum facere, ſemel delatus non audietur. *Ratio huius replicationis propoſita eſt ſ. Lib. prox. cap. 1. quæſt. 5. except. 14. Concordat d. l. 2. §. ſi publico, hiſce uerbis*: Si publico iudicio maritus uxorem ream faciat, an lenocinij allegatio repellat maritum ab accuſatione. & putat Vlpianus non repellere. Lenocinium igitur mariti ipſum onerat, non mulierem excuſat.

Vnde

Vnde quæri poteſt, an is qui de adulterio cognoſcit, ſtatuere in maritum ob lenocinium poſsit: & putat Vlpianus poſſe. Nam Claudius Gorgus, uir clariſsimus uxorem accuſans, cum detectus eſſet uxorem in adulterio deprehenſam retinuiſſe, & ſine accuſatore lenocinij damnatus eſt, à diuo Seuero. Extraneus autem nequaquam lenocinium obijciens, poſteaquam reus factus eſt, ſe reuelabit, nec maritum pœnæ ſubijciet. *Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi accuſatus ſeruus ſit, uel ſeruus eſſe dicatur. Hæc replicatio approbatur l.26.C. ad l.Iul. de Adult. his uerbis:* Quoniam Alexandrũ qui in crimẽ uocatur, etiam præſcriptionem eſſe pollicitum eo nomine, quod accuſator uxorẽ poſt deprehenſam, &c.

IX. EXCEPTIO: *Niſi maritus infamandæ uxoris cauſa adulterum ſubiecerit. Hæc exceptio reprobatur l.14.§.ſi uir.ff.ad l.Iul.de Adult.cuius uerba uide ſ.cauſa 10.*

X. EXCEPTIO: *Niſi matrimonium interceſſerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, cum inter maritum & uxorem non poßit committi adulterium uel ſtuprũ: ſed cius replicatio prima hæc eſt: Niſi matrimonium non ſit legitimum. Quæ replicatio conſtat ex iis quæ dicta ſunt ſ.eod.cap.cauſa 16.cum duabus cauſis ſequentibus. Secunda replicatio eſt: Niſi poſt commiſſum ſtuprum uel adulterium, matrimonium interceſſerit. Hæc replicatio approbatur l.27.C.ad l.Iul.de Adult.biſce uerbis:* Cõmiſſum adulteriũ cũ eo, cui ſe poſtea nuptijs ſociauit, uelamento matrimonij non extinguitur.

XI. EXCEPTIO: *Niſi per uim ſtuprũ uel adulterium ſit factum. Hæc exceptio approbatur l.13.§.ſi quis planè, in fine.ff ad l.Iul. de Adult. his uerbis:* Quæ uim patitur nõ eſt in ea cauſa, ut adulterij uel ſtupri damnetur. *Concordat l.39. in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Vim paſſam eſſe mulierem ſententia Præſidis prouinciæ continebatur. In legem Iuliam de Adulterijs non cõmiſiſſe Papinianus reſpondit, licet iniuriam ſuam protegendæ pudicitię cauſa cõfeſtim marito renunciari prohibuit. *Item cõcordat l.20.C.eod.tt.his uerbis:* Fœdiſsimam earũ nequitiam, quæ pudorem ſuum alienis libidinibus proſternunt, non etiá quæ per uim ſtupro comprehẽſæ ſunt, irreprehenſa uoluntate leges ulciſcuntur: quinetiam inuiolatæ exiſtimationis eſſe, nec nuptias earum alijs interdici, meritò placuit. *Planè hoc caſu is qui uim intulit, alia lege tenetur. de qua ſ. cap.3. eſt dictum.*

XII. EXCEPTIO: *Niſi is, ea ue, qui, quæ ue adulterium commiſit, deceſſerit: tunc enim extinguitur adulterij crimen ſecundum ea quæ dicta ſunt ſ. Lib.prox.cap.2.except.10. Huius exceptionis inter alias replicationes d.except.10.enumeratas numeratur & hæc: Niſi alter ex iis qui adulterium commiſerunt ſuperſit. hic enim nihilominus accuſari poteſt, morte alterius non obſtante. Hæc replicatio approbatur l.17.§.fin.cum ll.ſequẽtibus.ff.ad l.Iul de Adult. his uerbis:* Si antequam condemnetur, uel antequam cum eo agi cœperit, adulter diem ſuum obierit, conſtitutum eſt, etiam mortuo adultero ſine præſcriptione mulierem poſſe accuſari. Sed & ſi non mors: ſed pœna alia rẽ ſubtraxerit, adhuc dicimus poſſe mulierem conueniri. *Concordat l.11.§.adulterij.ff eod.tt.his uerbis:* Adulterij reum, intra quinque annos continuos à die criminis admiſsi, defuncta quoque muliere poſtulari poſſe, palàm eſt. *Item concordat l.39.§.in matrimonio.ff.eod.tt.biſce uerbis:* In matrimonio quoq; defuncta uxore uir iure adulterũ inter eos recipi poſtulat. *Concordat item l.fin. ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cauſa 16.except.4.*

XIII. EXCEPTIO: *Niſi mulier adultera in eodem matrimonio perſeuerauerit. Hæc exceptio approbatur l.11.§.uolenti.ff.ad l.Iul.de Adult biſce uerbis:* Volenti mihi ream adulterij poſtulare, quæ poſt cõmiſſum adulterium in eodem matrimonio perſeuerauerat, contradictum eſt: quæro an iuſtè reſponſum ſit? Papinianus reſpondit. Ignorare non debuiſti, durãte eo matrimonio, in quo adulterium dicitur eſſe commiſſum, non poſſe mulierem ream adulterij fieri: ſed nec adulterum interim accuſari poſſe. *Concordat l.26.ff.eod.tt. his uerbis:* Cõſtante matrimonio ab his qui extra maritum ad accuſationem admittuntur accuſari mulier adulterij non poteſt: probatam enim à marito uxorem & quieſcens matrimonium non debet alius turbare atque inquietare, niſi prius lenocinij maritum accuſauerit: derelictam uerò à marito accuſationem etiam ab alio excitari utile eſt. *Concordat item l.11 C.eod.tt. Contradicit l.39.§.1.ff.eod.tt. his uerbis:* Nupta quoque muliere tametſi lenocinij uir prior non poſtuletur, adulterij tamen crimen contra adulterum ab extero poterit inferri. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi maritus de lenocinio ſit accuſatus & conuictus. quæ replicatio approbatur iam dictis uerbis hiſce:* Niſi prius lenocinij maritum accuſauerit. *Cui concordat l.33.§.ſi quis, ibi: quæ autem.ff.eod. tt.biſce uerbis:* Quæ autem retinetur, punitur. *Secunda replicatio eſt: Niſi in alio non in eo matrimonio in quo nunc eſt mulier, adulterium ſit commiſſum. Hæc replicatio approbatur l.5.ff.ad l.Iuliam de Adulterijs. cuius uerba uide ī.eod.capite, quæſtione quinta, regul.3.*

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi accuſatio ſemel in iudiciũ deducta fuerit, et reus abſolutus, uel accuſatio deſerta. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ.Lib.prox.cap.2.exc.15.in prin. Proinde is qui accuſationem in iudicium deduxit, & ab ea deſtitit, poſtea*

rurſus

rursus accusare uolens, non auditur: de quo infrà dicetur. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alius accusationem ab alio desertam repetere uelit. quæ replicatio approbatur l. 26. § fin. ff. ad l. Iul. de Adulter. his uerbis*: Derelictam uerò à marito accusationem, etiam ab alio excitari utile est. *Secunda replicatio est: Nisi accusatio aduersus alterum antea fuerit instituta. ex eo enim alter, qui postea accusator, non defenditur. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 17. §. quæritur. ibi: Expectabit igitur. ff. ad l. Iul. de Adulter. hisce uerbis*: Expectabit mulier sententiam de adultero latam: Si absolutus fuerit, mulier per eum uincet, nec ultra accusari poterit: si condemnatus fuerit: mulier non est condemnata, sed aget causam suam: fortassis & obtinere uel gratia, uel iusticia, uel legis auxilio poterit. Quid enim si adulter inimicitijs oppressus est, uel falsis argumentis, testibusque subornatis apud Præsidem grauatus, qui aut noluit, aut non potuit prouocare, mulier uerò iudicem religiosum sortita pudicitiam suam defendat.

Concordat item replicationi propositæ d. l. 17. §. fin. cum ll. sequentibus, quarum uerba uide paulo superius except. 12. *Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi adulter accusatus absolutus fuerit. tunc enim & mulieri rei iudicatæ exceptio competit, proposita replicatione non obstante. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis.* *Concordat l. 2. in princip. ff eod. tit. cuius uerba uide J. quæst. 5. reg. 3. exceptione 1.* *Sed & propositæ duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi mulier non sit nupta: tunc enim exceptio rei iudicatæ illi non datur. quæ triplicatio approbatur l. 19. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis*: Planè si nupta esse desierit, accusari poterit. neque enim aliam lex tuetur, quàm eam quæ nupta est, quamdiu nupta erit. *Concordat d. l. 19. §. si eo tempore, his uerbis*: Si eo tempore quo eligebatur reus, adultera nupta non fuerit, quo autem absoluatur nupta inueniatur, dicendum est, hanc absoluto quoq; adultero posse accusari: quia eo tempore quo adulter eligebatur nupta non fuit. *Secunda triplicatio est: Nisi nupta mulier ab alio accusetur, non ab eodem.* *Hæc triplicatio reprobatur d. l. 19. §. nupta, his uerbis*: Nupta non potest accusari non tantum ab eo, qui adulterũ accusauit nec obtinuit: sed ne ab alio quidem, si adulter absolutus est. *Tertia triplicatio est: Nisi per collusionem adulter fuit absolutus.* *Hæc triplicatio reprobatur d. §. nupta, his uerbis*: Proinde si per collusionẽ cum adultero constituerit, fueritq; absolutus, dedit mulieri nuptæ aduersus omnes securitatem.

Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ij qui de adulterio accusati fuerunt & absoluti, postea matrimonium contraxerint, uel turpiter conuersati fuerint. *Hæc replicatio approbatur Nouell. c. 134. §. si quis autẽ de adulterio, hisce uerbis*: Si quis de adulterio accusatus, uel per proditionẽ iudicum, aut quocunq; alio modo legitimas pœnas effugerit, deprehendaturq; postea cum muliere. propter quam accusatus fuit, turpiter conuersari, aut eam in matrimonium ducere, siue id uiuente adhuc marito, siue post mortem eius fiat, ne matrimonium robur accipiat iubemus. Quin eũ qui tale quid delinquere ausus fuit, etsi prius effugerit, cuiuis tamen iudici præbemus licentiam, ut eum comprehendat, & post tormenta legitimis subijciat supplicijs, nulla indigenti excusatione, aut probatione: Et mulierem castigatã detonsamq; iubemus in monasterium conijci, & per uniuersum illic uitæ suæ tẽpus manere. Vtriusq; uerò substantiã ꝓdicto ordine diuidi tã periculo (quemadmodũ prædiximus) comitis rerũ priuatarũ, quàm locorũ Præsidis. *Concordat l. 34. C. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis*: Qui adulterij fuerint accusati, & obtẽtu proximitatis intẽtata depulerint, per cõmemorationẽ necessitudinis fidẽ crimini derogãdo, dũ existimatur, nec debere credi qđ allegatur, uel nõ potuisse cõmitti: hi, si postmodũ in nuptias suas cõsortiũq; cõuenerint, facinus illud, in quo fuerint accusati, manifesta fide atq; indicijs euidẽtib. publicabũt. Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdẽ seuerissimè uindicari, & ueluti conuictum, confessumq; facinus puniri. *Quarta replicatio est: Nisi extraneo accusante absoluta sit mulier, posteaq; maritus accusare uelit. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. fin. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis*: Si accusatiõe instituta absoluta sit mulier extraneo accusante, tñ marito debet permitti restaurare accusationẽ, si idoneas causas allegare possit, quib. impeditus, accusationẽ non instituerit. *Quinta replicatio est: Nisi prima accusatione uterq;, simul & adulter & adultera fuerit accusatus. Quæ replicatio approbatur l. 15. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. quæst. 5. reg. 2. in prin.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi crimen abolitum sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s. Lib. prox. cap. 2. except. 16. & cap. 11. quæst. 2. except. 22.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi inter accusatorẽ & reũ cõuenerit ne accusetur. Hæc exceptio reprobatur l. 10. C. ad l. Iul. de Adul. cuius uerba uide s. causa 7. Cõcordat l. 18. ibi: Excepto adulterio. C. de transactionib.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi quinquenniũ à die cõmissi adulterij præterierit. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. ad l. Iul. de Adult. his uerb.* Adulter post quinquenniũ quàm cõmissũ adulteriũ dicitur, quod continuum numeratur, accusari non potest, easque præscriptiones legibus reo datas auferri non oportet. *Concordat l. 28. ibi: Præter quinquennij. C. eod. tit. declaratur hæc exce-*

exceptio l.29.§.quinquennium. ff. eod. tt. his uerbis: Quinquennium autem accipiendum est ex eo die, ex quo quid admissum est, & ad eũ diem quo quis postulatus, postulata ue est, & non ad eum diem, quo iudicium de Adulrerijs exercetur. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi accusator accusare non potuit. Hæc replicatio reprobatur uerbis paulo superius propositis, hisce:* Quod quinquennium continuum numeratur. *Concordat l.31. in princip ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis:* Quinquennium non utile: sed continuum numerandum est. *Item concordat l.11. §. adulterij. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius except. 12. replicat. 1. Planè admittitur replicatio proposita, si propter accusationem præcedentem contra alterum uel ab altero institutum accusatio posterior sit dilata. quæ distinctio approbatur d. l.31. his uerbis:* Quid ergo si prior mulier rea facta sit, & ideo adulrer eodem tempore reus fieri non potuit, & diu tracta lite, quinquennium transierit? quid si is qui intra quinquennium quem postulauerat non peregerit, aut præuaricatus est, & alius eundem repetere uelit, & quinquénium transactum sit? æquum est computationi quinquennij eximi id tempus, quod per postulationem præcedentem consumptum sit. *Concordat l.4. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si maritus præuenerit, accusareq; instituerit, tempora non cedunt patri: quia accusationem instituere non potest. Sic tamen, ut quoad unus occupat, utriq; tempora cedant. Vbi uerò maritus occupauit, residua tempora ei qui occupare non potest, non cedant. Quod & in eo dici potest, qui ab adultero uel ab adultera cœpit. nã aduersus eũ aduersus quẽ nõ cœpit, desiníít ei tẽpora cedere. Hæc in mariris & patribus dicta sunt. Exrraneis autem qui accusare possunt accusandi facultas post maritum & patrem conceditur. Nam post sexaginta dies, quatuor menses extraneis dantur. *Propositæ distinctioni qua replicatio approbatur, quodammodo cõtradicere uidetur l.29. § penult. ff. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis:* Senatusconsulto adiectum est, ut si plures eundem postulauerint, eius qui perseuerauerit reum reamúe facere, postulationis dies prima exigatur, scilicet, ut qui accusat, suos libellos accusatorios expectet, non alienos.

De hac antinomia uide Glossam. Porrò quamuis in propositá quinquennij præscriptione dicta replicatio regulariter reprobatur, approbatur tamen in præscriptione sexaginta dierum, item in præscriptione sex mensium. de qua re J. dicetur.

Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi non quòd adulterium uel stuprum commiserit, accusetur, sed quòd domum suam causa stupri præbuerit, uel ob aliam similem causam. Reprobatur hæc replicatio l.29. §. hoc quinquennium. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis: Hoc quinquennium obseruari legislator uoluit, si reo uel reæ stuprum, adulterium uel lenocinium obijciatur. Quid ergo si aliud crimen sit, quod obijciatur, quod ex lege Iulia descendit: ut sunt, qui domum suam causa stupri prębuerint, & alij similes? & melius est dicere de omnibus admissis ex lege Iulia uenientibus, quinquennium esse præstitutum. *Tertia replicatio est: Nisi per unum stuprum uel adulterium quis fecisse dicatur. Hæc replicatio approbatur d. l.29. §. fin. de qua re uide Š. Lib. eod. cap. 3. quæst. 1. except. 2. Quarta replicatio est: Nisi adulterium cum incestu admissum dicatur. Hæc replicatio approbatur l. 19. §. præscriptione. ff ad l. Iul. de Adult. his uerbis:* Præscriptione quinq; annorum, crimen incesti cõiunctum adulterio non excluditur.

Hactenus exceptiones supradictarum causarum generales propositæ sunt. Sed & plures huiusmodi exceptiones uide J. in quæstionibus sequentibus.

REPLICATIO PRAECEDENTIUM Exceptionum generalis.

¶ *Planè harum exceptionum replicatio generalis uidetur esse talis: Nisi adulter accusatus & damnatus sit. hoc enim casu uidẽtur mulieri adulteræ exceptiones eius in irritum recidisse. uerùm replicatio hæc reprobatur l.17. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. ibi: si condemnatus fuerit. cuius uerba uide Š. except. 14. replicat. 2. in princip. Concordat l. 13. C. eod. tt. his uerbis:* Etsi crimine adulterij damnatus, restitutus non esset, ut proponis: si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum diceba tur, nõ est accusara, nec pœnæ, nec infamiæ subijci potuit: & multo magis cum & accusatorem uita esse defunctum proponas. *Postremò prædictæ exceptiones cum ijs quæ infrà proponentur exceptis tribus uidentur mutari ac tolli iure nouo l. 28. C. ad l. Iuliam de Adulter. his uerbis:* Ita nobis pudor cordi est, ut remoueamus prisci iuris ambages, & constituamus, in adulterij quæstione abolitis de medio cæteris præscriprionibus, præter quinquennij temporis & lenocinij, quod marito obijcitur exceptionem: illam eriam, quæ post solutum prius marrimonium competit, fidem criminis nosci: Indignum est enim, ut ultionem pudoris præstigia uersuti iuris excludãt. *Hisce (inquã) uerbis prædictæ exceptiones (trib. exceptis) uidẽtur reprobari ac tolli: uerùm hæc interpretatio satis dura est præsertim quod attinet ad supradictã, undecimã, duodecimã, & alias similes exceptiones. Proinde quãuis lex proposita generaliter loquatur, tamẽ nõ est generaliter intelligenda. Sanè mihi quidem uidetur, eam loqui nõ de exceptionibus, quæ aduersus ipsam causam accusationis opponi possunt, sed quæ ex persona ipsius accusatoris, uel ex tem-*

ex tempore, aut ordine accusandi sumuntur, de quibus in sequentibus quæstionibus dicetur. Istæ enim exceptiones, præscriptiones propriè dicuntur.

III. QVIBVS ACCVSATIO Adulterij competat.

Prima regula. De marito adulteræ, & de iure mariti accusando. In primis marito adulteræ accusatio hæc iure mariti competit. Quæ regula approbatur l. 30. §. in primis. C. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis: In primis maritum genitalis tori uindicem esse oportet cui quidem & ex suspicione ream coniugem facere licet, uel si eam tantum suspicatur, penes se detinere nõ prohibetur, nec inscriptionis uinculo contineri, cum iure mariti accusaret, ueteres retrò principes annuerunt. *Propositæ regulæ exceptiones plures sunt. Prima exceptio est: Nisi maritus filiusfamiliâs sit, uel seruus. Hæc exceptio in filiofamiliâs quidem reprobatur l. 6. §. filiusfamiliâs. ff. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis:* Filiusfamiliâs maritus ab eo qui sui iuris est, in ea lege non separatur. Diuus quoque Hadrianus Rosciano Gemino rescripsit: Et inuito patre filium hac lege reũ facere posse. *Concordat l. 37. ff. eod. tt. his uerbis:* Filiumfamiliâs publico iudicio adulterium in uxore sine uoluntate patris arguere posse, constitutum est. uindictam enim proprij doloris consequitur. *Hæc quidem de filiofamiliâs. In seruo autem exceptio proposita approbatur l. 24. in prin. C. ad l. Iul. de Adult. his uerbis:* Serui ob uiolatum contubernium, adulterij crimine accusare non possunt. *Secunda exceptio est: Nisi maritus impudicus sit. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. iudex. ff. eod. tt. his uerbis:* Iudex adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè uiuens, mulieri quoque bonos mores colendi autor fuerit: periniquum uidetur esse, ut pudicitiam uir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat: quæ res potest & uirum damnare, non rem ob compensationem mutui criminis inter utrosq; communicare.

Tertia exceptio est: Nisi lenocinio mariti uxor fuerit adulterata. Hæc exceptio tractata est s̄. quæst. prox. except. generali 8.

Quarta exceptio est: Nisi maritus alios reos ex alijs criminibus habeat. Hæc exceptio reprobatur l. 6. §. fin. ff. ad l. Iul. de Adult. de qua re uide s̄. Lib. prox. cap. 1. quæst. 5. except. 10. repl. 2.

Quinta exceptio est: Nisi uxor uulgaris sit mulier. Hæc exceptio reprobatur l. 13. §. sed & in ea. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis: Sed & in ea uxore potest maritus adulterium uindicare, quę uulgaris fuerit: quamuis si uidua esset, impunè in eam stuprum committeretur.

Sexta exceptio est: Nisi ante contractum matrimonium adulterium, uel stuprum sit commissum. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. si quis uxorem. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis: Si quis uxorem suam uelit accusare, dicatq; eam adulterium cõmisisse, antequam sibi nuberet, iure uiri accusationem instituere non poterit: quia non cũ ei nupta est, adulterium commisit. Quòd etiam in concubina dici potest, quam uxoré quis postea habuit: uel in filiafamiliâs, cuius coniunctioni pater postea consensit. *Concordat d. l. 13. §. fin. de quo J. except. prox. Concordat l. 8. C. eod. tt. his uerbis:* Propter uiolatam uirginem adultam, qui postea maritus esse cœpit, accusator iustus non est: & ideo iure mariti crimen exercere nõ potest, nisi puella uiolata sponsa eius fuerat. Sed si ipsa iniurias suas subsistẽtibus curatoribus, per quos etiam negocia eius gerenda sunt persequatur. Præses prouinciæ pro debita tanto delicto (si probetur) seueritate examinabit. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi eo tempore cum ei fuit desponsata, stuprum sit commissum. Hæc replicatio approbatur iam dictis uerbis hisce:* Nisi puella uiolata, sponsa eius fuerat. *Concordat l. 13. §. diui Seuerus. ff. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis:* Diui Seuerus & Antoninus rescripserũt: Etiam in sponsa hoc idém uindicandum: quia nec matrimonium qualecunque, nec spem matrimonij uiolare permittitur. *Concordat d. l. 13. §. si minor, his uerbis:* Si minor duodecim annis, in domum deducta adulterium commiserit, mox apud eum ętatem excesserit, cœperitq; esse uxor, non poterit iure uiri accusari ex eo adulterio, quod in minore ætate antequam nupta esset, commisit: sed uel quasi sponsa poterit accusari, ex rescripto diui Seueri, quod suprà relatum est.

Septima except. est: Nisi in priore matrimonio adulteriũ sit cõmissũ. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. fin. ff. ad l. Iul. de Adult. hisce uerbis: Si qua repudiata mox reducta sit, non quasi eodem matrimonio durante, sed quasi alio interposito: uidendum est, an ex delicto, quod in priore matrimonio admisit, accusari possit? & puto non posse. aboleuit enim prioris matrimonij delicta reducendo eandem. Idem dicendum est, si stupri uelit accusare eam, quá postea duxit uxoré. serò enim accusat mores, quos uxorem ducendo comprobauit.

Octaua exceptio est: Nisi post diuortium factum, stuprum sit commissum. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio hæc est: Nisi uxor sine legitima causa repudium uiro miserit. quæ replicatio approbatur l. 15. C. ad l. Iul. de Adult. his uerbis: Si mulier repudij oblatione, sine ulla legitima causa à se dati discesserit: ne uiduitatem stupri procacitate commaculet, accusationé repudiato marito iure deferimus.

Nona exceptio est: Nisi cum apud hostes esset uxor, adulterium commisit. Hæc exceptio reprobatur

tur l.13.§.ſi quis planè.ff.ad l.Iul.de adul.hiſce uerbis: Si quis planè uxorem ſuam, cum apud hoſtes eſſet, adulterium commiſiſſe arguat, benignius dicetur poſſe eum accuſare iure uiri. Sed ita demum adulterium maritus uindicabit, ſi uim hoſtium paſſa non eſſet. Cæterùm quæ uim patitur, non eſt in ea cauſa ut adulterij uel ſtupri damnetur. *Decima exceptio eſt: Niſi uxor legitima non ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 13. §. ſed ſi ea, his uerbis:* Sed ſi ea ſit mulier, cum qua inceſtũ commiſſum eſt, uel ea, quæ quamuis uxoris animo habetur, uxor tamen eſſe non poteſt, dicendum eſt, iure mariti accuſari eam non poſſe, iure extranei poſſe. *Concordat d.l. 13.§.ſi quis uxorem, & §.ſi minor de quibus uide paulo ſuperius except.6. item concordat l.22. C.eod.tt.his uerbis:* Si eius à quo nunc adulterij rea poſtularis, contra iuris formam contubernio hæſiſti, innumeris te autoritatib. tueri potes. *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non iure mariti ſed iure extranei uelit accuſare. quæ replicatio approbatur uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Iure extranei poſſe. *Concordat d. §.ſi minor. item d. l. 13. in prin. his uerbis:* Si uxor non fuerit in adulterio, concubina tamen ſit, iure quidẽ mariti accuſare eã nõ poterit, quæ uxor nõ fuerit: iure tñ extranei accuſationẽ inſtituere nõ prohibebitur, ſi modò ea ſit quę in concubinatũ ſe dando, matronę nomen non amiſit: utputa, quę patroni concubina fuit. Planè ſiue iuſta uxor fuit ſiue iniuſta, accuſationem inſtituere uir poterit. nam (ut Sextus Cæcilius ait) hæc lex ad omnia matrimonia pertinet, & illud Homericum adfert: *ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι:* id eſt, Soli'ne Atridę uxorum tanguntur amore Inter diſparili ſermone homines. *Concordat d.l.13.§.diui, ibi: qualecunque. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. reg. except. 6. repl.1. Vndecima exceptio eſt: Niſi uxor accuſatoris non ſit. Hæc exceptio conſtat ex præcedentibus, eiuſq́; replicatio prima hæc eſt: Niſi concubina eius ſit. quæ replicatio approbatur certo modo l. 13. in prin.ff.ad l.Iul.de adult.cuius uerba uide s̄.except. prox. repl.1. Secunda replicatio eſt: Niſi ſponſa eius ſit. Et hæc replicatio approbatur certo modo d.l.13.§.diui Seuerus. de qua re uide paulo ſuperius except.6.repl.1. Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ob hoc quod ſponſa alij in matrimonium fuerit tradita accuſationem inſtituere uelit. Hæc duplicatio approbatur l. 11. §.quærebatur.ff.ad l.Iul.de adult.cuius uerba uide s̄. quæſt.prox.cauſa 18.except. 2.*

Duodecima propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi intra ſexaginta dies maritus accuſationem non inſtituerit. Hæc exceptio approbatur l.14. §. marito. ff.ad l. Iul. de adult. hiſce uerbis: Marito primum uel patri eam filiam, quam in poteſtate habet, intra dies ſexaginta diuortij accuſare permittitur: nec ulli alij intra id tempus agendi poteſtas datur. Vltra eos dies neutrius uoluntas expectatur. *Planè poſt ſexaginta dies etiam accuſare poteſt maritus, non quidem iure mariti ſed iure extranei: quod notandum loco primæ replicationis. quæ replicatio approbatur l. 6. C. eod tt. his uerbis:* Iure mariti accuſare uolenti, ſexaginta dies utiles computantur, quibus in publico eius facultas fuerit, apud quẽ reus uel rea poſtulari poteſt. Et cum præterierint dies iſti utiles, maritus quoque iure extranei agere poteſt. *Concordat l.11.§.ſexaginta, in fine.ff. eod.tt his uerbis:* Quod priuilegium ſi amiſerit maritus, non prohibetur intra alios quatuor menſes querelam ſuam apud iudicem deferre. *Secundæ replicationis loco notandum, quòd ſexaginta iſti dies incipiant currere, non à die commiſſi adulterij, ſed à die facti diuortij. quæ replicatio approbatur l.14.§.marito, ibi: diuortij. ff. ad.l. Iul. de adult. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. except. in prin. Cõcordat l.30. in fine ff.eod.tt his uerbis:* Sexaginta dies à diuortio numerantur. *Tertiæ replicationis loco notandum, quòd inter ſexaginta dies, quibus mariti iure accuſatio competit, etiam ſexageſimus dies connumeretur. quæ replicatio approbatur d.l 30.in fine, his uerbis:* In diebus autem ſexaginta & ipſe ſexageſimus dies eſt. *Quarta replicatio eſt: Niſi maritus intra ſexaginta dies accuſare non potuit. Hæc replicatio approbatur l. 6. in prin. ibi:* Vtiles computantur. *C.eod.tt. cuius uerba uide paulo ſuperius ead.except. repl. 1. Concordat l.11.§.quidam. ff. ad l.Iul.de adult.hiſce uerbis:* Quidam accuſare uolebat adulterij mulierem, & poſtulabat, ne ſibi computarentur dies, quibus in cuſtodia fuiſſet: me hoc admittente, extitit qui mihi contradiceret, cuius opinionem an tu probes, rogo maturius mihi ſcribas. Papinianus reſpondit: Opinionem quidem tuam & uerba legis & ſententia adiuuant, cui placuit utiles dies accuſatori computandos eſſe: id eſt, quibus potuit accuſationis ſolẽnia implere. Quare ſine dubio dies, quibus quis in cuſtodia fuit, extra computationem utilium dierum exiſtimãti tibi conſtitutos, cõtradici nõ debuit. *Hĩc concordat l. 15.C. eod. tt.his uerbis:* Si quondam uxor tua antequam crimine adulterij accuſaretur, prouinciam exceſsit, neque abſens accuſari poteſt, neque in eã prouinciã in qua ſtipendiũ facis, tranſmitti iure depoſcitur. Sanè cum per occupationes militares licuerit, accuſare eam ſolenniter poteris: nec enim tẽpus, quo muneribus militaribus occupatis uindictam tibi quam maritali dolore percuſſus repoſcis, debet auferre. *Cõcordat deniq; l. 21.C. eod tt.his uerbis:* Ob cõmiſſa adulteria, atq; accuſandas uxores certa tẽpora, quæ utiliter cõputari ſolẽt præſcripta ſunt. Si igitur per occupationes publicas accuſationem

tionem instituere non potuisti: nec ante creditum tibi munus præscripta tempora transacta sunt, post depositam sollicitudinem qua detineris, integrá accusandi potestatem habebis: ad quam cum uacare cœperis, properare debebis, ne effrenata licentia ad terrendam aduersariam futuræ accusationis speciem prætendas. *Planè dies feriati è sexaginta diebus non eximuntur. quod approbatur l.11.§.sexaginta.ff.ad l.Iul.de adult. hisce uerbis*: Sexaginta dies, qui marito accusanti utiles cō putantur, feriatis quoque diebus (si modò facultatem Præsidis adeundi accusator habuit) numerari certum est: quoniam de plano quoque libellus dari potest. *Hæc de duodecima exceptione sint dicta.* *Decimatertia exceptio est: Nisi maritus negauerit se accusaturum. Hæc exceptio approbatur l.15.§.si negauerint, in fine.ff.ad l.Iul.de adult.cuius uerba proponentur inferius. Decimaquarta exceptio est: Nisi maritus post institutam accusationem destiterit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. 1.ff.d.tt.his uerbis*: Marito iure mariti accusanti, illa præscriptio obijcitur: Si non legem prodidisse dicatur ob hoc, quod aggressus accusationem adulterij destitit. *Concordat l. 16.C.eod tt.his uerbis*: Erras tu marite, existimás etiamsi simpliciter & sine abolitione destitisses, senatusconsulto in persona tua futurum locum non fuisse: diuersum enim diui Principes sæpe sanxerunt. Quin hoc amplius scias, nullam fuisse ulterius potestatem statuendæ huiusmodi accusationis: quia & decreto patrum, & lege Petronia ei, qui iure uiri delatum adulterij non peregit, nunquam postea hoc crimen deferre permittitur. *Decimaquinta exceptio est: Nisi maritus uxorem retinuerit. Hæc exceptio approbatur l. 11. C ad l. Iul. de adult. his uerbis*: Crimen adulterij maritum, retenta in matrimonio uxore, inferre non posse, nemini dubium est.

Decimasexta exceptio est: Nisi uxorem dimissam maritus reduxit. Hæc except. approbatur l.40.§.fin.ff. ad l. Iul.de adult.his uerbis: Quæritur an maritus destitisse uideatur, uel lenocinium commisisse, qui eandem reduxit uxorem? Paulus respondit: eum qui post crimen adulterij intentatum, eandem uxoré reduxerit, destitisse uideri? & ideo ex eadem lege postea ius accusandi ei non superesse.

Decimaseptima exceptio est: Nisi extraneus prior instituerit accusationem. Hæc exceptio reprobatur l 4.§.si ante.ff.eod.tt.his uerbis: Si antè extraneus instituerit accusationem, an superuenien te marito permittatur accusatio, quæritur? & magis arbitror (Vlpianus ait) hoc quoq; casu maritum audiendum, si non negligentia præuentus est. *Concordat l.2.§ si simul, ibi: in tantum. ff. eod. tt.cuius uerba uide inferius reg.3.exc. 8. Reliquas exceptiones uide j.reg.4.*

Secunda regula. De sponso adulteræ. Huic quoque accusatio competit. de quo uide s. reg prox.except. 6.repl.1.

Tertia regula. De patre adulteræ. Hic cæteris accusatoribus in accusatione præfertur. cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi adultera non nupta sit, sed uidua. Hæc exceptio approbatur l.22.§.1.ff. ad l.Iul.de adult.his uerbis: In accusatione uiduæ filię, nō habet pater ius pręcipuum.

Secunda exceptio est: Nisi maritus accusare uelit. hic enim patri præfertur. Quæ exceptio approbatur l.2.§.si simul.ff.d.tt.his uerbis: Si simul ad accusationem ueniant maritus & pater mulieris, quem præferri oporteat, quæritur. & magis est, ut maritus pręferatur. nam & propensiore iure, & maiore dolore executurum eum accusationem credendum est: in tantum, ut etsi pater præuenerit, & libellos inscriptionis deposuerit, marito non negligente nec retardante, sed accusationem parante, & probationibus instruente atque muniente, ut facilius iudicantibus de adulterio probetur, idē sit dicendum. *Concordat l. 3.ff. eod. tt. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pater præuenerit maritum. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propositis. Secunda replicatio est: Nisi maritus infamis sit. Tertia replicatio est: Nisi maritus magis cum uxore colludat, quàm ex animo accuset. Hæ duæ replicationes elici possunt ex d. l.3.cuius hæc sunt uerba*: Nisi igitur pater maritum aut infamem arguat, aut doceat colludere magis cum uxore, quàm ex animo accusare, postponetur marito. *Quarta replicatio est: Nisi maritus sit in magistratu. Hæc replicatio reprobatur l. 15.in prin.ff.ad l. Iul. de adult.his uerbis*: Si maritus sit in magistratu, potest præueniri à patre. atquin non oportet. & putat Pomponius debere dici, quo ad maritus magistratum gerit, patris quoque accusationem impediendam, ne præripiatur marito ius quod cum eo æquale habet. Igitur non cedent sexaginta dies patri, cum accusare non potest,

Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi intra sexaginta dies pater accusationem non instituerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s.reg.1.except.12. Eius autem exceptionis replicatio inter cæteras d.except.12. propositas numeratur & hæc: Nisi pater accusare nō potuerit: tunc enim sexaginta dierum tempus ei non currit. quæ replicatio cum approbetur s. d. except.12. repl. 4. tum exemplis etiam declaratur l. 4. in prin. ff.ad l.Iul.de adult.cuius uerba uide s.quæst. prox except. generali 17. repl 1. Aliud exēplum proponitur l. 15.in prin.ff. eod.tt.cuius uerba uide paulo supe. exce.prox.repl.4.

Quarta exceptio est: Nisi pater negauit se accusaturum. Hæc exceptio approbatur l.15.§. si negauerint. ff.eod. tt.cuius uerba inferius proponentur. Reliquas exceptiones uide j.reg.prox.

Quarta

Quarta regula. De extraneis præter maritum & patrem. His quoq; poſt maritum & patrem accuſatio adulterij competit. Quæ regula approbatur l. 4. §. extraneis. ff. ad l. Iul. de adult. Extraneis autem qui accuſare poſſunt, accuſandi facultas poſt maritum & parrem conceditur. nam poſt ſexaginta dies utiles quatuor menſes extraneis danrur, & ipſi utiles. *Concordat l. 5. §. fin. ff. ad l. Iul. de ui publ. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi maritus uel pater accuſare uelit. tunc enim extraneus repellitur. quæ exæptio ex iam dictis patet. Eius autem replicatio hæc eſt: Niſi extraneus præoccupauerit. Hæc replicatio reprobatur l. 4. §. ſi ante. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide ş. reg. 1. except. 17. Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi non intra ſex menſes à die commißi adulterij uel ſtupri accuſationem inſtituerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. extraneis, in fine. his uerbis:* Poſt ſexaginra dies uriles quatuor menſes extraneis dãtur, & ipſi utiles. *Planè ſi nupta ſit mulier, à die diuortij, non à die cõmißi criminis ſex menſes currere incipiunt. quod primæ replicationis loco notandum. quæ replicatio approbatur l. 29. §. ſex mẽſium. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis:* Sex menſium hæc fierſeparatio, ut in nupta quidem ex die diuortij ſex menſes computentur, in uidua uerò ex die commiſsi criminis: quod ſignificare uidetur reſcriptio ad Tertyllum & Maximum conſules. *Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi accuſator intra illud tempus accuſare nõ potuit: hoc enim tempus, quo accuſator, uel iure, uel facto accuſare fuit impeditus, in ſex menſes non cõputatur: cum tempus ſex menſium utile non continuũ numeretur. Hæc replicatio approbatur l. 11. §. quidã. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba cum ll. concordantib. uide ş. reg. 1. except. 12. repl. 4. Sed & concordat l. 4. §. extraneis. ff. eod. tt. cuius uerba uide ş. ead. except. in prin. Planè intra ſexaginta dies diuortij extraneus agere non poteſt, ut dicitur l. 14. §. marito, ibi:* nec ulli. *ff. eod. tt. cuius uerba uide ş. reg. 1. except. 12. in prin. Attamen iſti ſexaginta dies nihilominus in tempus ſex mẽſium, ſi neq; pater neq; maritus accuſauerit, extraneo conputantur, quod primæ duplicationis loco notandum, quæ duplicatio conſtat ex d. §. extraneis, ibi:* quaruor menſes exrraneis dantur. *Secunda duplicatio eſt: Niſi quinquẽniũ à tempore cõmißi adulterij præterierit: tuc enim acccuſator propoſita replicatione non adiuuatur. quæ duplicatio approbatur l. 29. §. præterea. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis:* Si ex die diuortij ſexaginta dies ſunt, ex die ueiò cõmiſsi criminis quinquenniũ prçrerierit debuiſſe dici, nec mulierem poſſe accuſari, ut quod dantur ſex menſes uriles, ſic ſit accipiendum, ne crimen quinquennio continuò ſopitum excitetur. *Plura de hac duplicatione uide ş. eod. cap. quæſt. 2. except. generali 17. Hæc de ſecunda propoſitæ regulæ exceptione ſunt dicta. Tertia eius exceptio eſt: Niſi accuſator non ſit propinquus, uel cognatus adulteræ. Hæc except. approbatur l. 30. in princip. & §. fin. C. ad l. Iul. de Adult his uerbis:* Quamuis adulterij crimen inter publica referarur, quorum delatio in commune omnibus ſine aliqua legis interpreratione concedirur: tamen ne uolentibus remerè liceat fœdare connubia, proximis neceſſarijsque perſonis, ſolummodo placet deſerri copiam accuſandi: hoc eſt. patri, fratri, nec nõ parruo & auunculo, quos uerus dolor ad accuſationem impellit. Sed & his perſonis legem imponimus, ut crimen abolitione (ſi uoluerint) compeſcanr. Extraneos aurem procul arceri ab accuſatione cenſemus. nam etſi omne genus accuſationis neceſsitas inſcriptionis adſtringat, nonnulli tamen ꝓpter ũe id faciunt, & falſis cũrumelijs matrimonia deformant. *Quarta exceptio eſt: Niſi accuſator minor ſit uigintiquinq; annis. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 15. §. lex Iulia. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis:* Lex Iulia de Adulrerijs ſpecialiter quoſdã adulterij accuſare prohibet, ut minores annis XXV. nec enim uiſus eſt idoneus accuſator, qui nondum robuſtæ ætaris ſit. Quòd ita uerum eſt, ſi non marrimonij ſui iniuriã exequarur. Cæterùm ſi ſuum marrimoniũ uindicare uelit, quamuis iure extranei ad accuſarionem ueniar, tamen audietur. nec enim ulla præſcriptio obijcitur, ſuam iniuriam uindicanti. Sanè, ſi iuuenili facilitare ductus, uel etiam feruore ætatis accenſus, ad accuſarionem proſilijt, accuſanti ei non facilè calumniæ pœna irrogabitur. Minorẽ uigintiquinq; annis & eum accipimus, qui annum uiceſimumquintum æratis agit. *Hæc de quartæ regulæ exceptionibus ſint dicta. Planè iam propoſitæ exceptiones, cum præcedentium regularum exceptionibus, recipiunt quaſdam replicationes generales, de quibus dicetur J. eod. cap. quæſtione 8. in princip. item ş. Lib. prox. cap. 2. in fine. replicat. general. 3.*

Quinta regula. De uxore adulteri. Huic accuſatio non datur. quæ regula approbatur l. 1. C. ad l. Iul. de Adulter. cuius uerba uide ş. Lib. prox. cap. 1. quæſt. 5. except. 1. repl. 5.

Sexta huius loci regula. De uno ex pluribus extràneis accuſare uolentibus eligendo, proponitur l. 2. §. fin. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis: Sed & quoties alij, qui poſt maritum & patrem accuſare poſſunt, ad accuſandum proſilierint, lege expreſſum eſt, ut is, cuius de ea re notio eſt, de iuſto accuſatore conſtituat.

Septima regula. De duobus accuſatoribus, quorum alter adulterum, alter adulteram accuſat: an ſint admittendi, definitur l. 17. §. quæritur. ff. ad l. Iuliam de Adulterijs, his uerbis: Quæritur, an alius adulreram, alius adulrerum poſtulare poſſir, ut quamuis ab eodem ambò ſimul poſtulari non poſſunt, diuerſis tamen ſinguli

poſsint? Sed non ab re eſt hoc probare, diuerſos accuſatores admitti poſſe, dum ſi ante denunciationem nupſerit, prior mulier accuſari non poſsit, expectabit igitur mulier, &c. *reliqua uide ſ. eod. cap. quæſt. 2. except. gener. 14. repl. 2. Hactenus de tertia quæſtione.*

IIII. ADVERSVS QVOS COMpetit accuſatio propoſita.

Prima regula. De muliere adultera. Hæc perinde ac adulter accuſari poteſt. quæ reg. ut per ſe uera eſt, ita recipit quaſdam exceptiones quarum prima hæc eſt: Niſi mulier uim ſit paſſa. quæ exceptio approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. eod. cap. quæſt. 2. except. general. 11. Secunda exceptio eſt: Niſi mulier dolo perſuaſa, nupſerit ei qui aliam habet uxorem. quæ exceptio approbatur l. 18. C. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide ſ. d. quæſt. 2. cauſa 18. Tertia exceptio eſt: Niſi inceſtæ nuptiæ ſint contractæ. tunc enim mulier excuſatur. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ dicta ſunt ſ. d. quæſt. 2. cauſa 16. except. 1

Secunda regula. De internuncijs & miniſtris huius criminis. Hi quoque tenentur. Quæ regula approbatur Nouell. c. 134. §. ſi quando adulterij, his uerbis: Si quando adulterij crimen manifeſtè probatum fuerit, tunc tranſmiſſo libello repudij iubemus, ut illæ pœnæ delinquentibus irrogentur, quas præſcribunt leges illis quoque legitimas ſuſtinentibus pœnas, qui quidem uel internuncij, uel miniſtri tam impio crimini extiterunt.

Tertia regula. De eo qui adulterium ſuaſit, proponitur l. 12. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis: Hæc uerba legis: NE QVIS POST HAC STVPRVM, ADVLTERIVM VE FACITO SCIENS DOLO MALO: & ad eum qui ſuaſit, & ad eum qui ſtuprum uel adulterium intulit, pertinent.

Quarta regula. De eo qui domum præbuit, lenocinium fecit: pecuniam pro comperto ſtupro accepit, & ſimilibus uide ſ. eod. cap. quæſt. 2. inter cauſas propoſitæ accuſationis. Item ne aduerſus duos ſimul hæc accuſatio inſtituatur, dicetur J. quæſt. prox. reg. 2.

V. QVANDO, ET QVO ordine competat accuſatio.

Prima regula. Extraneo ius accuſandi intra ſexaginta dies non datur. quæ regula approbatur l. 14. §. marito, ibi: Nec ulli alij. *ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. reg. 1. except. 12. in prin. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi maritus & pater negauerint ſe accuſaturos. Quæ exceptio approbatur l. 15. §. ſi negauerint. ff. eod. tit. his uerbis:* Si negauerint pater & maritus ſe accuſaturos intra diem ſexageſimum, án ſtatim incipient tempora extraneo cedere? & primus Pomponius putauit admitti, ad accuſationem extraneum poſſe, ſtatim atque negauerint. Cui aſſentiendum puto: fortius enim dicitur, eum qui ſe negauerit acturum, poſtea non audiendum.

Secunda regula. Adulter & adultera ſimul accuſari non poſſunt. quæ regula approbatur d. l. 15. §. fin. his uerbis: Si quis & adulterum, & adulteram ſimul detulerit, nihil egit, poteritque quaſi neutrum detulerit, & rurſus à quo uelit, initiũ facere, quia nihil prima delatione egit. *Concordat l. 32. §. cum alterum. ff. eod. tit. his uerbis:* Cum alterum ex adulterijs elegerit maritus, alterum nõ ante accuſare poteſt, quàm prius iudicium finietur: quia duos ſimul ab eodem accuſari non licet. *Item concordat l. 39. §. duos. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. Lib. prox. cap. 11. quæſt. 2. in fine. repl. gener. in prin. Item concordat l. 9. C. eod. tit. his uerbis:* Reos adulterij duos ſimul marem & fœminam ex eadem cauſa fieri, lex Iulia de Pudicitia uetat, ſed ordine peragi utroſque licet. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi à diuerſis adulter & adultera accuſentur: tũc. n. ſimul accuſari poſſũt. quæ except. approbatur l. 17. §. quæritur. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. reg. 7. Secunda exceptio eſt: Niſi non adulteram ſed alium ſimul cum adultero accuſauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 32. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Non prohibetur accuſator ſimul cum adultero uel adultera eum quoque accuſare qui domum ſuam præbuit, uel conſilio fuit, ut crimen redimeretur. *Tertia exceptio eſt: Niſi inceſti crimen intentetur. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis:* In libro ſecundo de Adulterijs Papiniani, Martianus notat: Inceſti commune crimen aduerſus duos ſimul intentari poteſt. *Concordat l. 39. §. inceſti. ff. eod. tit. his uerbis:* Inceſti commune crimen aduerſus duos ſimul intentari poteſt.

Tertia reg. eſt: Liberũ eſt accuſatori utrũ prius, adulterũ an adulterã, accuſare uelit. Hæc regula approbatur l. 15. § ſi in uiduitate. ff. ad. l. Iul. de adult. his uerbis: Si in uiduitate mulier perſeuerat, in accuſatoris eſt arbitrio, à quo uelit incipere, utrum ab adultero, an ab adultera. *Concordat l. 5. ff. eod. tit. his uerbis:* Nuptã mihi adulterij ream poſtulari poſſe, in priore matrimonio commiſsi, dubium non eſt: cum apertè lege Iulia de Adulterijs coercendis caueatur, ſi quidem uidua ſit, de cuius adulterio agetur, ut accuſator liberum arbitrium habeat, adulterum an adulteram prius accuſare malit: ſi uerò nupta ſit, ut prius ad adulterum pergat, tum ad mulierem. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi mulier nupta ſit: tunc enim ab adultera incipiendum. quæ exceptio ex uerbis iam propoſitis conſtat. Concordat l. 2. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Ex lege Iulia ſeruatur, ut cui neceſſe

ſit

ſit ab adulterio incipere, quia mulier ante denunciationem nupſit, non aliàa ad mulierem poſsit peruenire, niſi reum peregerit. Peregiſſe autem non aliàs quis uidetur, niſi & condemnauerit. *Item concordat l.17.§.queritur, ibi: Dum ſi ante. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. queſt. 3. regul. 7. Item concordat l. 39. §. nupta prius. ff. eod. tt. his uerbis:* Nupta, priuſquam adulter damnetur, adulterij non poſtulatur, ſi nuptias, denunciatio uel ad domum mulieris miſſa, non præceſsit. *Concordat item l.12. C. eod. tt. his uerbis:* Nec ab ea quę iam nupta eſt, & adulterium paſſa exordium accuſationis ſumi poteſt, ſi denunciatio criminis nuptias non præceſsit. *Item concordat l.28. ibi: Illam etiam quæ. C. eod. tt. Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi mulieri antequam rurſus nupſerit, denunciatum ſit ne nubat. quæ replicatio approbatur l. 16. ff. ad l. Iul. de Adulterijs, hiſce uerbis:* Qui uxori repudium miſit, poteſt denunciare, ne ea Seio nuberet: & ſi denunciauerit, & ab ea incipere poteſt. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi non ad iudicem denunciauerit. Hæc duplicatio reprobatur l. 17. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Denunciaſſe qualiter accipimus, utrum ad Iudicem, an uerò ſimpliciter? Vlpianus, & ſi non denunciauit ad iudicem, ſufficere credit, ſi adulterij ſe acturum denunciauerit. *Secunda duplicatio eſt: Niſi rationem non addiderit quare denunciauerit. Hæc duplicatio reprobatur d. l. 17. §. quid ergo, his uerbis:* Quid ergo ſi tantum denunciauit ne nuberet, ſed non addidit quare? num rectè nupſiſſe uideatur? Sed melius eſt illud ſequi, ut eius denunciatio uideatur electionem accuſatori reſeruare, qui crimen denunciauit. *Tertia duplicatio eſt: Niſi iudicem non demonſtrauerit in denunciatione. Et hæc duplicatio reprobatur d. §. quid ergo, his uerbis:* Omnino igitur ſi fecit adulterij criminis commemorationem in denunciatione, & ſi iudicem non monſtrauit, magis putamus mulierem, quaſi denunciatio præceſſerit, poſſe accuſari. *Quarta duplicatio eſt: Niſi cum alio adulterium factum in accuſatione dicat, quàm in denunciatione dixit. Hæc duplicatio approbatur d. l. 17. §. quid tamen, his uerbis:* Quid tamen ſi ſpecialiter cum quo adulterium fecit, denunciatione complexus eſt, mox uelit eam ex alterius perſona accuſare? magis eſt, ut non debeat audiri. neq; enim crimen quod denunciauit, obijcit.

Quinta duplicatio eſt: Niſi non per ſe, ſed per alium denunciauerit. Hæc duplicatio reprobatur d. l. 17. §. ſed & ſi, his uerbis: Sed & ſi per procuratorem denunciauerit: putat Vlpianus poſſe eum accuſationem (ſi uelit) inſtituere, ſufficereque procuratoris denunciationem. Ergo & ſi per actorem denunciauerit: id eſt, per ſeruum dominus denunciauerit, rata erit denunciatio.

Sexta duplicatio eſt: Niſi ad domum tantum denunciatio ſit facta. Hæc duplicatio reprobatur l. 39. §. nupta prius. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. except. in princip. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio eſt: Niſi libellos accuſatorios antequam nuberet, dederit. Hæc replicatio reprobatur l. 17. §. 1. ff. ad l. Iul. de Adulter. his uerbis: Quid ergo ſi non quidem denunciauerit, uerum libelloa accuſatorios dederit antequam nuberet, eaque cum cognouiſſet, nupſit'ne ignorans? Vlpianus putat, non uideri ei denunciatum. Idcirco non poſſe accuſatorem ab ea incipere. *Tertia replicatio eſt: Niſi uxor cum ſeruo mariti adulterium commiſiſſe dicatur. Hæc replicatio reprobatur l. 5. §. fin. ff. de accuſationibus. cuius uerba uide ſ. Lib. prox. cap. 1. quæſt. 5. except. 12. replicat. 2. Huic quodammodo contradicere uidetur l. 33. in princip. ff. ad l. Iul. de Adulter. cuius uerba uide j. except. prox. Hactenus ergo de prima propoſitæ regulæ exceptione ſit dictum. Secunda exceptio eſt: Niſi dominus ſeruum ſuū cū uxore ſua adulterium commiſiſſe dicat: tunc enim ab adultera eſt incipiendum. quæ exceptio approbatur d. l. 33. in princip. his uerbis:* Si quis adulterium à ſeruo ſuo commiſſum dicat, in eam quam uxorē habuit, diuus Pius reſcripſit: accuſare potius mulierem eum debere, quàm in præiudicium ſeruum eius torquere.

Quarta regula. Durante matrimonio, in quo adulterium commiſſum dicitur, accuſatio propoſitæ non competit, ſed diuortio facto. quæ regula approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. eod. cap. quæſt. 2. exceptione generali 13.

Quinta regula. De accuſatione eius qui in honore, miniſterio'ue publico eſt aut reipub. cauſa abeſt differenda, proponitur l. 15. §. legis Iuliæ, & l. 38. §. fin. ff. ad l. Iuliam de Adulter. de qua re uide ſ. Lib. prox. cap. 2. except. 8.

Sexta regula. De accuſatione adulterij in pubertatem infantis differenda, proponitur l. 8. ff. de uentre in poſſeſſ. mitt. his uerbis: Si uentris nomine mulier miſſa ſit in poſſeſsionem, diuus Hadrianus Calpurnio Flacco differendam accuſationem adulterij reſcripſit, ne quod præiudicium fieret nato. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi mulier adultera non negetur ex defuncto prægnans eſſe, nec infans defuncti filius negetur. quæ exceptio approbatur l. 11. §. defuncto. ff. ad l. Iul. de Adulter. his uerbis:* Defuncto marito adulterij rea mulier poſtulatur, quæ propter impuberem filium uult dilationem ab accuſatore impetrare, an debeat audiri? Papinianus reſpondit: Non uidetur mihi confugere ea mulier ad iuſtam defenſionem, quæ ætatem filij prætendit ad elidendam legitimam accuſationem. nam non

uttq; crimen adulterij, quod mulieri obijcitur, infanti præiudicat: cum poſsit, & illa adultera eſſe, & impubes defunctum patrē habuiſſe.

VI. QVAMDIV COMpetat accuſatio adulterij.

Hactenus de quæſtione, quando, & quo ordine accuſatio hæc competat eſt dictum: Quamdiu autem competat dictum ſ. quæſt. 2. except. generali 17. item quæſtione 3. regul. 1. exceptione 12. item regul. 3. exceptione 3.

VII. QVID VENIAT in hac accuſatione, ſeu de Pœna.

Prima huius loci regula proponitur Inſtit. de publ. iud. §. item lex Iulia de Adulter. in fine, his uerbis: Pœnam eadem lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coercitionem cum relegatione. *Hæc regula uidetur mutari l. 30. §. fin. C. ad l. Iul. de Adult. his uerbis:* Sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet. *Sanè de Publicatione bonorum etiam inferius dicetur in ſequentibus.*

Secunda regula. Mulier adultera, ſubdita legitimis pœnis in monaſterium datur. Quæ regula approbatur Nouell. conſtitut. 134. §. mulier uerò, his uerbis: Mulier quæ adulterium commiſit, competentibus ſubdita pœnis, in monaſterium conijciatur: atque ſi maritus intra biennium eam recipere uoluerit, damus ei huius agendi licentiam, ut & in matrimonio eam habeat, neque ullum ex hoc reuereatur periculum, matrimonio quoque per ea, quæ medio tempore facta ſunt, non lædendo. Sed ſi prædictum tempus prætereat, aut maritus antequam uxorem recipiat, uitam finierit, iubemus, ut ea & tondeatur, & monaſticum habitum aſſumat, & per omne tempus uitæ ſuæ, in eo monaſterio habitet. Vnde ſi deſcendentes habuerit, duas quidem portiones ſubſtantiæ eius ipſi capiant, partiendas ſecundum legum ordinem: Reliqua uerò tertia pars monaſterio aſsignetur in quod conijcitur. Si deſcendentes non ſint, ſed aſcendentes, inueniantur, qui huiuſmodi impiamento non fauerint, opemúe tulerint, hi trientem capiant, ſecundum legum diuidendum ordinem: bes uerò tribuatur monaſterio in quo talis mulier includitur. Si neque deſcendentes, neque aſcendentes habeat, aut aſcendentes tantæ impietati opem tulerint, omnē eius ſubſtantiā caput monaſteriū: illo obſeruando, ut per omnes caſus marito pacta conuenta, quæ dotalibus comprehenſa ſunt inſtrumentis, ſalua ſint. *Concordat d. Nouell. conſt. 134. §. ſi quis autem, ibi: Et mulierem. cuius uerba uide ſ. eod. cap. quæſt. 2. except. gener. 14. repl. 3.*

Tertia regula. Si quis cum ea, quam uxorem habere non poteſt, ſtuprum commiſerit, in inſulam eſt deportandus. quæ regula approbatur l. 1. ff. de quæſtionibus. cuius uerba uide ſ. Lib prox. cap. 8. quæſt. 2. reg. 3. except. 4. repl. 10. Concordat l. 38. §. 1. ff. ad l. Iul. de Adult. cuius uerba uide ſ. hoc capite, quæſt. 2. cauſa 16. except. 1. repl. 2. De pœna inceſti uide item j. Lib. 14. de Nuptijs.

Quarta regula. Si tutor pupillam ſuam corruperit, deportatur. Quæ regula approbatur l. unica. C. ſi quis eam cuius tutor fuerit, his uerbis: Si tutor pupillam quondam ſuam uiolata caſtitate ſtuprauerit, deportationi ſubiugetur, atque uniuerſæ eius facultates fiſci iuribus uindicentur: quamuis eam pœnam debuerit ſuſtinere, quam raptori leges imponunt.

Quinta regula. Si mulier proprijs ſeruis ſe iunxerit, capite punitur. quæ regula approbatur l. unica. C. de mulieribus, quæ ſe prop. ſeruis iunxerunt, his uerbis: Si qua cum ſeruo ſuo occultè rem habere detegitur, capitali ſententiæ ſubiugetur, tradendo ignibus uerberone, ſitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, ſit officio copia nunciandi, ſit etiam ſeruo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. Filij etiam quos ex hac coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis inſignibus in nuda maneant libertate, neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam quolibet titulo uoluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Succeſsio autem mulieris ab inteſtato, uel filijs, ſi erunt legitimi, uel proximis cognatiſque deferatur, uel ei, quem ratio iuris admittit. Id autem quod ille qui condemnatus eſt, & quod ex eo ſuſcepti filij quolibet caſu in ſua uideantur habuiſſe ſubſtantia, mulieris dominio ſociatum à memoratis ſucceſſoribus uindicetur.

Sexta regula. Si nondum uiripotentem uirginem quis corrupit, qua pœna puniendus, definitur l. 38. §. qui nondum. ff. de pœnis. cuius uerba uide ſ. eod. Lib. cap. 3. quæſt. 5. reg. 4.

VIII. ACTVS ET ADiuncta huius iudicij.

Prima regula. De præſcriptionibus opponendis, quando ſint opponendæ, definitur l. 15. §. præſcriptiones. ff. ad l. Iuliam de Adulterijs, his uerbis: Præſcriptiones, quæ obijci ſolent accuſantibus adulterij ante ſolent tractari, quàm quis inter reos recipiatur: cæterùm poſteaquam ſemel receptus eſt, non poteſt præſcriptionem obijcere. *Hæc lex intelligenda uidetur de ijs præſcriptionibus, de quibus etiam l. 28. C. eod. tit. de qua dixi ſ. eod. cap. queſtione 2. in fine. Quæ autem*

præ-

præscriptiones opponendæ sint uel non sint opponendæ d.l. 28. definitur.

Secunda regula. De reconuentionibus ciuilibus non opponendis in accusatione adulterij, proponitur l. 33. C. ad l. Iul. de adult. hisce uerbis: Adulterij accusatione proposita, præscriptiones ciuiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ratione aliqua debitum flagitatur, quæ occurrere atque perstrepere examini consueuerunt, iussimus sequestrari: nec earum obice aliquid negocio tarditatis adferri: sed accusatione fundata, hoc est, cum constiterit quo iure, id est, mariti'ne an extranei, quoúe tempore accusatio fuerit intromissa, discutiatur crimen, facti qualitas publicetur: cum & iurgia, quæ magnitudine superantur, & ciuilis actio criminali iure postponatur: idem tamen cum competere cœperit habitura momenti, dummodo non obsit huic examini.

Tertia regula. De dilationibus non facilè dandis, proponitur l. 41. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis: In crimine adulterij nulla danda dilatio est, nisi ut personæ exhibeantur, aut iudex qualitate negocij motus, hoc causa cognita permiserit.

Quarta regula. De probatione adulterij, quomodo probetur, definitur Nouell. c. 117. §. *ad hæc uerò, ibi:* Ille autem. *cuius uerba uide s. eod. Lib. cap. 4. quæst. 1. except. 10. repl. 1.*

IX. DE QVAESTIONIBVS IN *hoc iudicio.*

1. Qui torquendi.

Prima regula. De seruis tam mariti quàm uxoris, proponitur l. 32. C. ad l. Iul. de adult. his uerbis: In adulterij quæstione, ab omni familia, non solum mariti, sed etiam uxoris (quæ tamen tunc temporis domi fuerit quo adulterium dicatur admissum) sine cuiusquam defensione quærendum. *Concordat l. 17. §. haberi. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. prox. item l. 8. §. seruus scilicet. C. de repudijs. Vide insuper s. Lib. prox. cap. 8 quæst. 2. reg. 1. ex. 4. repl. 9. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi tempore commißi adulterij domi seruus non fuerit. quæ exceptio ex iam propositis uerbis constat.*

Secunda reg. De seruis ancillis úe parentis eius, de quo quæritur, proponitur d. §. his uerbis: Haberi quæstionem lex iubet, de seruis ancillisúe eius, de quo uel de qua quæreretur, parentisúe utrius eorum, si ea mancipia ad usum eius à parentibus data sint. Diuus autem Hadrianus Cornelio Latiniano rescripsit: & de exteris seruis quæstionem haberi. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi parens naturalis sit, non iustus. quæ exceptio approbatur l. 3. C. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide j. reg. prox.*

Tertia regula. De seruis exteris. Hi ex lege Iulia non sunt torquendi. Quæ regula approbatur d. l. 3. his uerbis: Non solum uerba legis Iuliæ de Adulterijs coercendis, sed etiam sententia per quæstionem quoque seruorum siue ancillarum crimen admissum probare uolentis, ad earum tantum personarum seruos ei rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter deprehendit: id est, mulieris, & patris eius nō naturalis, sed iusti duntaxat: quos intra sexagesimum diem ex solutione matrimonij numerandum, manumitti uel distrahi prohibet: & quorum dominis caueri præcipit, si defuncti fuerint, in quæstione uel facti deteriores secuta absolutione. *Planè ex rescripto Imp. Hadriani etiam exteri serui torquendi sunt, ut patet ex ijs quæ proposita sunt s. reg. prox. uers. Diuus autem Hadrianus.*

Quarta regula. De seruo in quo usum fructum reus habet, & qui ei bona fide seruit, proponitur l. 27. §. de eo quoque. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis: De eo quoque seruo, in quo usumfructum reus habuit, magis est ut quęstio haberi poßit: licet enim seruus eius non fuerit, in seruitute tamen fuisse uidetur: nec tam proprietatis causa ad quæstioné, quàm ministerij pertinet. Ergo etsi bona fide seruiat reo seruus alienus, admittat quis interrogari eum per quęstionem posse.

Quinta regula. De statu libero, proponitur d. §. de eo, in fine. his uerbis: Sed etsi seruus sit cui fideicommissaria debetur libertas, uel statuta speratur, torqueri eum posse magis est.

2. Quibus præsentibus torquendi.

Definitur hæc quæstio l. 27. §. quæstioni. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis: Quęstioni interesse iubétur reus reaúe, & patroni eorum, & qui crimen detulerit, interrogandiq; facultas datur patronis.

3. Antecedentia.

De cautione æstimationis serui præstandæ, proponitur l. 3. in fine. C. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide paulo superius reg. 3. Concordat l. 27. in prin. ff. eod. tit. his uerbis: Si postulauerit accusator, ut quęstio habeatur de seruo adulterij accusati, siue ipse adesse uoluerit, siue interesse noluerit, iubent iudices eum seruum æstimari, & ubi æstimauerint, tantam pecuniam adulterum, & tantam eum qui nomen eius serui detulit, ei ad quem ea res pertinet, date iubebunt.

4. Euentus quæstionis habendæ, uel habitę.

Prima reg. Serui eius qui reus est, sed & accusatoris torti publicantur. quæ regula approbatur d. l. 27. §. iubet lex. cum sequentib. his uerbis: Iubet lex, eos homines, de quibus quæstio ita habita sit, publicos esse. Proinde in communi partem

publicamus: in proprio, cuius usus fructus alienus est, nudam proprietatem: in quo tátum usumfructum habuit reus, magis est, ut perceptio usus fructus ad publicum incipiat pertinere. Alienum seruum utiq; non publicamus. Ratio autem publicandorum seruorum ea est, ut sine ullo metu uerum dicatur, & nedum timeant se in reorum potestatem regressuros, obdurent in quæstione. Non tamen prius publicantur, quàm quæstio de illis habita fuerit. Sed & si negauerint, nihilominus publicantur. Ratio enim adhuc eadem est, ne dum hi sperát se in potestatem dominorum reuersuros si negauerint, spe meriti collocádi in mendacio perseuerent. Sed & si serui accusatoris, si de his quæstio habita sit, publicentur. eius enim serui ne mentiantur, meritò dominio eius recedunt. Extranei uerò non habent, cui gratificentur.

Secunda regula. Serui torquendi, intra duos menses matrimonio soluto, manumitti uel distrahi prohibentur. Quæ regula approbatur l. 3. ibi: Quos intra. C. ad l. Iul. de Adulter. cuius uerba uide paulo superius. Qui torquendi, reg. 3. Concordat l. ult. C. eod. tt. his uerbis: Libertates seruorum, qui ad dominiú pertinent, uxoris, uel mariti, uel parentum eorum repudio misso, propter suspicionem criminis adulterij, legum conditores intra duorum mensium spacium: post missionem repudij numerandum suspendi definiunt, propter tormentorum quæstionem (si opus exegerit) eis imponendam. Sin uerò uxor matrimonio sub præfato modo dissoluto, rebus humanis exempta fuerit, nihil de tempore, quousq; seruos eos propter memoratam causam permanere deceat, adijciunt. Nobis uerò necessarium esse uidetur, certum tempus etiam in hoc casu statuere, propter dotis quæstionem, utrum ea lucro mariti cedat, uel hæredibus mulieris restituatur. Sancimus itaque, duos etiam menses propter mortem mulieris seruari, ut intra eos antedicti serui permaneant, & facultatém maritus habeat probationes adulterij per eos præstare. Transacto uerò memorato tempore licentiam habere hæredem mulieris libertatem eis imponere: nisi per culpam eius maritus prohibitus fuerit causam adulterij, ipse uidelicet imminens, exercere.

Tertia regula. De actione eius, si seruus tortus uel mortuus sit, uel deterior factus. Quibus scilicet ea detur actio, definitur l. 27. §. 1. cum sequent. ff. ad l. Iul. de Adult. his uerbis: Sed dispiciamus cui ista pecunia præstanda sit? quia lex eum nominauit, ad quem ea res pertinebit. Igitur bonæ fidei emptorem, quamuis ab eo emit, qui dominus non est, rectè dicemus eum esse, ad quem ea res pertinet. Eum quoq; qui pignori accepit, magis admittimus in eadem causa esse, scilicet quia intererit eius quæstionem non haberi. Sed etsi usus fructus in seruo alienus sit, inter dominum & fructuarium diuidi debet æstimatio. Et si communis plurium seruus erit, utique inter eos quoque erit æstimatio diuidenda. Si liber homo, dum seruus existimatur, tortus sit, quia & ipse conditionem suam ignorat, magis admittit Cecilius actionem utilem ipsi dádam aduersus eum qui per calumniam appetit, ne impunita sit calumnia eius, ab hoc quod liberum hominem quasi seruum deduxit in quæstionem.

Quarta regula. De eo quid ueniat in iamdictam actionem, definitur d. l. 27. §. si reus, his uerbis: Si reus uel rea absoluti fuerint, æstimari per iudices lex damnum uoluit, siue mortui fuerint, quantæ pecuniæ ante quæstionem fuerint: siue uiuerent, quantæ pecuniæ in his damnum datum fuerit factumúe esset. *Concordat d. l. 27. §. fin. his uerbis:* Notandum est (quod hoc capite quidem non cauetur) Si seruus adulterij accusetur, & accusator quęstionem in eo haberi uelit, duplum precium domino præstari lex iubet: at hic simplum. *Quod ait lex* duplum precium domino præstare. *de hoc dictum s. Lib. prox. cap. 8. in fine.*

Quinta regula. De genere dictæ actionis proponitur l. 28. ff. eod. tt. his uerbis: Quod ex his causis debetur, per condictionem quę ex lege descendit, petitur.

X. ADFINIA PROPOSITAE ACcusationis remedia.

Prima regula. Si per uim mulier corrupta sit, accusatio competit. de qua dictum s. Lib. eod cap. 3.

Secunda regula. Si ancilla uitiata sit, uel seruus corruptus, serui corrupti actio est. Item actio legis Aquiliæ & iniuriarum quæ regula approbatur l. 6. in prin. ff. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide s. eod. cap. quæst. 2. except. gener. 1.

Tertia regula. De iure occidendi adulterum. de qua re dictú s. eod. Lib. cap. 4. quæst. 1. except. 9. cum duabus except. sequentib.

Quarta regula. De retinendo adultero deprehenso, proponitur l. 25. ff. ad l. Iul. de adult. his uerbis: Capite quinto legis Iuliæ ita cauetur, ut uito adulterum cum uxore sua deprehésum, quém aut nolit, aut non liceat occidere, retinere horis diurnis, nocturnisq; continuis, non priusquá uiginti testándę eius rei causa sine fraude suo iure liceat. Vlpianus arbitratur, etiam in patre id seruandum, quod in marito expressum est. Sed etsi non in domo sua maritus deprehenderit, poterit retinere. Sed semel remissus adulter, reduci non potest. Quid ergo, si euaserit?

an reductus custodiri uiginti horis posit? Et putat Vlpianus, hic magis dicendum, reductum retineri posse testandæ rei gratia. Quod adijcitur TESTANDAE REI GRATIA, ad hoc pertinet, ut testes inducat testimonio futuros accusatori, deprehensum reum in adulterio.

DE LEGE CORNELIA de Falsis eiusq; iudicio. Cap. VIII.

I. CAVSAE EX QVIBVS accusatio falsi competat.

PRima & generalis causa est: Si falsum commissum sit. quæ causa declaratur definitione Falsi Nouell. constit. 73. in prin. his uerbis: Nihil aliud est falsitas, quàm uerorum imitatio. *Falsum autem committitur uarijs modis: in scriptis & tabulis, in testamento & codicillis, in testimonio, in moneta & numis, in pondere & mensura, in nomine & uitæ conditione, in signis & titulis. in partu. de quibus singulis ordine in sequentibus causis dicetur.*

Secunda causa. Si in rationibus, tabulis, cereis ue, uel alia aliqua re, siue consignatione, falsum fecerit quis, uel ut uerũ non appareret cælauerit, amouerit, deleuerit, inciderit, subiecerit, resignauerit. Hæc causa approbatur l. 1. §. qui in rationibus. ff. ad l. Corneliam de falsis, hisce uerbis. Qui in rationibus, tabulis, cereisue, uel alia qua re, siue cõsignatione falsum fecerint, uel rem amouerint, perinde ex his causis atque si erant falsarij puniuntur. Sic & diuus Seuerus lege Cornelia de falsis damnauit Præfectum Aegypti, quòd instrumentis suis, cum præerat prouinciæ, falsum fecerit. *Concordat l. 16. §. Paulus. ff. eod. tt. his uerbis*: Paulus respondit: legis Corneliæ pœna omnes teneri, qui etiam extra testamentorum cætera falsa signassent. Sed & cæteros, qui in rationibus, tabulis, literis publicis, aliaue qua re siue consignatione falsum fecerũt, uel ut uerũ nõ appareat, quid cælauerũt, subripuerũt, deleuerunt, subiecerũt, resignauerunt, eadem pœna adijci solere dubium non esse. *Concordat item l. 21. ff. eod. tt. his uerbis*: Quid sit falsum quæritur? & uidetur id esse, si quis chirographum alienum imitetur, aut libellum, uel rationes intercidat, uel describat: non qui aliàs in computatione, uel in ratione mentitur.

Tertia causa. Si falsum instrumentum recitauit. Hæc causa approbatur l. 13. §. ordine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. Lib. prox. capite decimoquarto, except. gener. 11.

Quarta causa. Si instrumentum subripuit. Hæc causa tractatur l. 16. in princip. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Paulus respondit: Instrumentorum subreptorum crimen non esse publici iudicij, nisi testamentum alicuius subreptum arguatur.

Quinta causa. Si instrumentum apud iudicem protulit, quod probari non posit. Hæc causa tractatur l. 31. ff. eod. tt. his uerbis: Diuus Pius Claudio rescripsit: pro mensura cuiuscunque delicti constituendum in eos, qui apud iudices instrumenta protulerunt, quæ probari non posint. At si plus eos meruisse uideatur, quàm ex forma iurisdictionis pati posint, ut Imperatori describatur, æstimaturo quatenus coerceri debeant. Sed diuus Marcus cum fratre suo pro sua humanitate hãc rem temperauit, ut si (quod plerunque euenit) per errorem huiusmodi instrumenta proferantur, ignoscatur eis, qui tale quid protulerint.

Sexta causa. Si chirographum alienum imitetur. Hæc causa approbatur l. 23. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 2. in fine.

Septima causa. Si in computatione uel in ratione mentiatur. Hæc causa reprobatur d. l. 23.

Octaua causa. Si in instrumenti & contractus die falsum sit commissum. Hæc causa reprobatur l. 3. ff. de fide instrument. his uerbis: Repetita quidem die cautionem interponi non debuisse: sed falsi crimen, quantũ ad eos qui in hoc consenserunt, contractũ non uideri: cum inter præsentes & conuenientes res actitata sit, magisq; debitor, quàm creditor deliquerit. *Huius legis casum uide in Glossa. Contradicit l. 28. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis*: Si à debitore prolato die pignoris obligatio mentiatur, falsi crimini locus est. *Concordat l. 15. C. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis*: Si creditor, &c.

Nona causa. Si scripsit præsentem se recepisse, cum esset absens. Hæc causa approbatur l. 13. C. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Qui uelut præsentem scripsisse res recepisse suas, cum absens esset cõscripsit, non ignoranti quidquã aufert, sed se criminis obligat periculo.

Nona causa. Si obrepsit Præsidi per acta uel per libellum. Hæc causa approbatur l. 29. ff eod. tt. his uerbis: Si quis obrepserit Præsidi prouinciæ tam per acta, quàm per libelli interpellationem, nihil agit. Imò si accusatus fuerit, pœnam temeratoris luit. perinde enim punitur, atque si falsum fecerit. Sunt enim rescripta de ea re. Sufficit aũt unũ argumenti causa referre, cuius uerba hæc sunt. Alexãder Augustus Iulio Marillo: Si libello dato aduersarius tuus ueritatem in precibus ab eo datis non adiecit, susceptione uti nõ potest. Imò si accusatus fuerit, & pœnã sufferre debet.

Decima causa. Si falsis constitutionibus & rescriptis usus est. Hæc causa approbatur l. fin. ff. ad l. Corneliam de falsis, hisce uerbis: Si quis falsis con-

conſtitutionibus nullo authote habito utitur, lege Cornelia aqua ei & igni interdicitur. *Concordat l.4.C.eod.ti.his uerbis*: Maiorem ſeueritatem exigit, ut merita eorum qui falſis reſcriptionibus utuntur, digna pœna coerceantur. Sed qui deceptus eſt per alium, ſi ſuam innocẽtiam probat, & eum à quo accepit exhibet, ſe liberat. *Concord. item l.1. ff.de concußione, his uerbis*: Si ſimulate Præſidis iuſſu, concuſsio intetuenit, ablatũ eiuſmodi terrore reſtitui Præſes prouinciæ iubet, & delictum coercet. *Item concordat l.25.ff.ad l. Cornel.de falſis, hiſce uerbis*: Qui nomine Prætoris literas falſas reddidiſſe, edictumúe falſum propoſuiſſe dicetur, ex cauſa actione in factum pœnali tenetur, quanquam legis Corneliæ reus ſit.

Vndecima cauſa. Si edicta propoſita corrupit. Hæc cauſa approbatur l.penult.in prin. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis: Hodie qui edicta propoſita dolo malo corrumpunt, falſi pœna plectuntur. *Ad fine remedium, proponitur l.7. cum duabus ll. ſequentib. ff.de Iuriſdictione.*

De Teſtamentis & codicillis.

Duodecima cauſa. Si teſtamentum, uel aliud inſtrumẽtũ falſum ſcripſerit, ſignauerit, aperuerit, recitauerit, mutauerit, ſubiecerit, amouerit, cælauerit, deleuerit, interleuerit, reſignauerit. Hæc cauſa approbatur l. 2.ff.ad l.Cor.de falſis, hiſce uerb. Qui teſtamentũ amouerit, cælauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, ſubiecerit, reſignauerit, quiúe teſtamentum falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, mutauerit dolo malo, cuiusúe dolo malo id factum erit, legis Corneliæ pœna damnatur. *Concordat l.9.§.pœna. ff.eod.tt. Item concordat l.14.C.eod.tt his uerbis*: Eum qui cælauit, uel amouit teſtamentum, committere crimen falſi publicè notum eſt. *Item concordat Inſt.de publ.iud.§. item lex Cornelia de falſis, hiſce uerbis*: Lex Cornelia de falſis, quę etiam teſtamentaria uocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, uel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, uel ſubiecerit: uel ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, ſciens dolo malo. *Prepoſitæ cauſe exceptio prima hæc eſt: Niſi uiui teſtamentum aperuit, recitauit, &c. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.is qui peruertit ff.ad l.Cornel.de falſis, hiſce uerbis*: Is qui peruertit uiui teſtamentum, legis Corneliæ pœna tenetur. *Concordat l.38. §.qui uiui.ff.de pœnis, hiſce uerbis*: Qui uiui teſtamentũ aperuerit, recitauerit, reſignauerit, pœna Cornelię tenetur: & plerũq; humiliores, aut in metallũ damnátur, aut honeſtiores in inſulá deportantur. *Secunda exceptio eſt: Niſi iniuſtũ teſtamentũ, uel irritum ſuppreßit, deleuit, &c. Hæc exceptio approbatur d.l.38. §.teſtamentum, his uerbis*: Teſtamentũ quod nullo iure ualet, impunè ſupprimitur. nihil eſt enim quod ex eo aut petatur, aut cõſiſtere poſsit. *Concordat ſimul & diſtinguit l.6.in prin.ff.ad l.Corn.de falſis. cuius uerba uide ſ.cauſa 17.except.5.*

Decimatertia cauſa. Si codicillos ante teſtamentũ factos confirmauit. Hæc cauſa approbatur l.22.§. qui codicillos. ff.ad l.Corneliã de falſis, hiſce uerbis: Qui codicillos ante teſtamentum factos, in quibus legatum ei adſcriptum erat, confirmat, in ſenatuſconſultum incidit: quod & Iulianus ſcribit.

Decimaquarta cauſa. Si libertates uel legata in teſtamento alij à ſe data ademit. Hæc cauſa approbatur d.l.22.§.adimendo, his uerbis: Adimendo quoq; aliquid in pœnam incidere debet, quaſi ſibi aliquid dederit, ueluti, ſi ſeruo legato ſibi, eodemq; manumiſſo, libertatem ſua manu ademerit. Hęc ita, ſi uoluntate teſtatoris ademit nam ſi ignorãte eo, libertas ualebit. Idem ſi rogatus reſtituere legatum ſibi adſcriptum fideicõmiſſario ademerit. *Concordat l.6.§.ſi inſtitutus.ff.eod.tt.his uerbis*: Si inſtitutus hæres exhæredationem nominatim filij uel aliatum perſonarum adſcribit, ſenatuſcõſulto tenetur. Similiter & is, qui libertatem ſua manu ademit ſeruo teſtatoris, & maximè cui à ſe legata uel fideicõmiſſa data erant, ſenatuſconſulto tenetur. *Propoſitæ cauſæ exceptio proponitur l.5.ff.eo. tt.his uerbis*: Senatus pœnam remiſit ei, qui legata à ſe teſtamento data, codicillis ſua manu ſcriptis, ademerat. Sed & quia iuſſu patris id fecerat, & annorum uiginti quinq; erat, hæreditatem quoq; ei capere permiſſum eſt.

Decimaquinta cauſa. Si hæres inſtitutus exhæredationem filij uel alterius ſua manu ſcripſit. Hæc cauſa approbatur l.6.§.ſi inſtitutus ff.ad l.Cornel.de falſis. cuius uerba uide ſ. cauſa prox.

Decimaſexta cauſa. Si ſe exhæredat in teſtamento, uel legatum ſibi adimit. Hæc cauſa reprobatur l.22.§. fin ff.eo. tt. his uerbis: Qui uoluntate patris ſe exhæredat, uel legatum ſibi adimit, neque uerbis ſenatuſconſulti, neque ſententia continetur.

Decimaſeptima cauſa. Si in teſtamento uel codicillis ſibi aliquid adſcripſit, pœna falſi cõmittitur, & ſcriptum nullius eſt momenti. quæ cauſa approbatur l.15. in prin ff.de falſis, hiſce uerbis: Diuus Claudius edicto præcepit, adijciendũ legi Corneliæ, ut ſi quis cũ alterius teſtamentũ uel codicillos ſcriberet, legatum ſibi ſua manu adſcripſiſſet, perinde teneretur, ac ſi cõmiſiſſet in legẽ Corneliã: & ne uel his uenia daretur, qui ſe ignoraſſe edicti ſeueritatẽ ptendant. *Concordat l.4.C.de his qui ſibi adſcribunt, his uerbis*: Quæ in teſtamẽto uxoris maritus ſua manu legata ſibi adſcripſerit, ꝓ nõ ſcriptis habentur, & legis Corneliæ pœna (ſi uenia impetrata nõ eſt) locũ habet. *Concordat item l.1.ff.de his quæ pro nõ ſcriptis habẽtur, hiſce uerbis*: Si quis hæredi-

hæreditatem uel legatum sibi adscripserit, quæritur an hæreditas uel legatũ pro non scripto habeatur? & quid si substitutum habeat huiusmodi institutio? Iulianus respõdit: Pars hæreditatis, de qua me cõsuluisti, ad substitutũ pertinet. Nam senatus cũ pœnam legis Corneliæ constitueret, aduersus eum qui sibi hæreditatem uel legatum scripsisset, eodem modo improbasse uidetur, quo improbatæ sunt illæ. Qua ex parte me Titius hæredem scriptũ in Tabulis suis recitauerit, ex ea parte hæres esto: ut perinde haberentur, ac si insertæ testamento non fuissent. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi non sibi, sed alij adscripsit. quæ exceptio, ut ipso iure subsistit, ita habet suas replicationes. quarum prima hæc est: Nisi ei, in cuius est potestate, uel ei qui in eiusdem est potestate, adscripserit. Hæc replicatio approbatur l.10. in princip. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis:* De eo qui ei in cuius potestate est, eique qui in eadem potestate est, adscripserit, nihil senatusconsultis cauetur: sed hoc quoq; casu committitur in legem: quia huius rei emolumentum ad patrem dominũue pertinet, ad quem pertineret, si filius seruusue sibi adscripsisset. *Concordat l.15. §.1. ff. eod. tt. his uerbis:* Scribere sibi legatum uideri diuus Claudius ait, non solùm eum, qui manu sua id facit: sed etiam qui per seruũ suum, uel filium quem in potestate habet, dictante testatore, legato honoratur. *Secunda replicatio est: Nisi ei adscripserit, quem in sua potestate habet. Hæc replicatio approbatur l.14. in princip. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis:* Filius emancipatus, cũ scriberet patris testamentũ, iussu patris seruo cõmuni Titij & suo legatũ adscripsit: quæro, quis exitus quæstionis sit? Paulus respondit: Plures questiones cõiunxisti: & quidem quántum ad senatusconsultũ pertinet, quo prohibemur nobis, uel his quos in potestate habemus, adscribere legatũ, emancipatus quoq; filius eadẽ pœna tenebitur, licet iussu patris scripserit: excusatus enim is uidetur, qui in potestate est, sicut seruus: si tamen iussus ex subscriptione testatoris appareat. sic enim inueni senatum censuisse. Sequens quæstio est: Quoniam placet id quod illicitè scriptum est, pro non scripto esse, quod seruo communi scribentis, & alterius adscriptum est, utrum in totum pro non scripto sit, an quátum ad eum tantum qui adscripsit, cæterum socio totum debeatur? & inueni Marcellum apud Iulianum adnotasse. nam cum Iulianus scripsisset: Si sibi & Titio adscripsisset, aut seruo communi, cum pro non scripto sit, facillimè quæri posse quantum Titio & socio eius adquiratur: ita adijcit ipse Marcellus: quemadmodum socio debebitur, si quasi falsum nomen serui subducitur? quod & in præsenti quæstione obseruandum est. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi pater filio militi in testamento commilitonis adscripserit. tunc enim, quamuis filius in potestate patris sit, tamen non committitur pœna, cum patri adquiri non possit. Hæc duplicatio approbatur l. in princip. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis:* Si pater filio suo militi, quem habet in potestate, testamento commilitonis filij aliquid adscripserit, quem commilitonem in militia nouit, quia patri non adquiritur, extra pœnam est. *Secunda duplicatio est: Nisi ei filio, qui apud hostes est, pater adscripserit. Hæc duplicatio approbatur sub conditione l.22. §.1. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ei filio qui apud hostes est, adscripserit pater legatum, dicendum est, reuerso eo incidere in pœnam senatuscõsulti: quòd si ibi decesserit, innocens pater existimabitur. *Tertia duplicatio est: Nisi seruo uel filio suo, quem in potestate habet, ita adscripserit: Cum sui iuris erit. Hæc duplicatio approbatur d. l.22. §. si dominus, hisce uerbis:* Si dominus adscripserit seruo legatũ cũ liber erit, dicimus senatuscõsulto dominum excusatum esse, qui compendio suo nullo modo prospexerit. Idem & de filio postea emancipato dici potest. *Quarta duplicatio est: Nisi seruo, cui mora fit in fideicommissaria libertate præstanda, dominus adscripserit. Hæc duplicatio approbatur d. l.22. §. item si seruo, his uerbis:* Si seruo cui moram fecerit in fideicommissaria libertate præstanda, adscripserit, dicendum est, extra sententiam senatusconsulti eum esse: quoniam placet omne quod per huiusmodi seruum adquisitum est, restitui oportere manumisso. *Quinta duplicatio est: Nisi seruo alieno, quem bona fide possidet adscripserit. Hæc duplicatio approbatur d. §. item si seruo, his uerbis:* Sed etsi ei seruo, qui bona fide seruit, aliquid adscribat, quánquam ad cogitationem animi nocens est, quia ei adscribit, quem suũ putat: sed quoniam neque legatum, neque hæreditas bonæ fidei possessori adquiritur, dicemus eum pœnæ eximendum esse. *Sexta duplicatio est: Nisi seruo sibi cum alio communi adscripserit. Hæc duplicatio reprobatur l.14. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo superius ead. repl. in prin. Septima duplicatio est: Nisi is cui adscripsit, eo tẽpore quo adscripsit, in eius potestate non fuerit. Hæc duplicatio approbatur l.10. §. fin ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis:* Illud constat, si extraneo quis adscripserit legatum, licet postea uiuo testatore in potestate eum habere cœperit, senatusconsulto locum non esse. *Hactenus de secunda replicat. Tertia propositæ exceptionis replicatio uidetur esse: Nisi alius, cui adscripsit, postea in eius potestate esse incipiat. Hæc duplicatio reprobatur uerbis paulo superius replicatione septima propositis.*

Quarta

Quarta replicatio est: Nisi pater filio suo adscripserit. Hæc replicatio species est supradictæ secundæ replicationis, eiusq; duplicatio hæc est: Nisi pater filium cui adscripsit, in potestate sua non habeat quæ duplicatio approbatur l.22.§.si ei filio, in fine. ff. ad l. Cornel. de falsis, bisce uerbis: Sed si emancipato filio adscribit, rectè id faciet: item in adoptionem dato. *Reliquas duplicationes uide s. d. replicat. 2.*

Quinta replicatio est: Nisi filius matri adscripserit. Et hæc replicatio reprobatur sub conditione l.11. in fine ff eod. tit. his uerbis: Cum matri filius adscripserit, diui fratres rescripserũt Cum iussu testatoris hæc scripsit, impunitũ eũ esse, matremq; posse capere. *Sexta replicatio est: Nisi maritus uxori adscripserit. Et hæc replicatio reprobatur l.18. in prin. ff. ad l. Cornel. de falsis, bisce uerbis*: Vxori legatum in alieno testamento adscribere non prohibemur. *Hæc de prima propositæ causæ exceptione, eius'que replicationibus sint dicta.*

Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi sub cõditione, quæ in ipsius arbitrio non est, sibi adscripserit. Hæc exceptio approbatur exemplo l.15. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis: Si quis duobus hæredibus institutis, adiecerit, ut si alterutrer hæres, sine liberis decessisset, ei qui superesset, & liberos haberet, hæreditas redderetur: uel si sine liberis uterq; decessisset, ut hæreditas deinde alia manu scriptori testamenti restitueretur: placet testamentario pœnã legis Corneliæ remitti. Sed benignius est, ut etiam ea quæ suprà scripta sunt, simili modo consequatur.

Tertia exceptio uidetur esse: Nisi liberti aßignationem sibi adscripsit. Hæc exceptio reprobatur l.22. §. qui liberti ff. ad l. Cornel. de falsis, bisce uerbis: Qui liberti sua manu adsignationem adscripsit, non uerbis, sed sententia senatusconsulti tenetur.

Quarta exceptio est: Nisi ita adscripsit, quod alij restituere rogatus sit, uel seruum sibi adscriptum manumittere. Hæc exceptio reprobatur l.14. §. fin. ff. ad l. Cornel. de falsis. his uerbis: An ideo non denegamus huic actiones, quoniam alij restituturus est? atquin cum is sibi iussu testatoris legatum adscripsit, etiamsi fidei suæ similiter iubente testatore commisit, uti id alij restitueret, senatus iussit eum nihilominus à legato abstinere, idque apud hæredem remanere cum onere fidei commissi. *Concordat l. ult. ff. de his quæ pro non scriptis habentur. item l. 17 ff ad l. Cornel. de falsis, de qua alibi in loco Manumißionum.*

Quinta exceptio est: Nisi inutile legatum sibi adscripsit. Hæc exceptio reprobatur l. 6. in prin ff. d. tit. his uerbis: Si quis legatũ sibi adscripserit, tenetur pœna legis Corneliæ, quamuis inutile legatum sit, nam & eum teneri constat, qui testamento, quod postea ruptũ est, uel etiam quod initio non iure fiebat, legatum sibi adscripsit: Hoc tamen tunc uerùm est, cum perfectum testamentum erit. Cæterùm si non signatum fuerit, magis est ut senatusconsulto locus non sit, sicuti nec interdictum de Tabulis testamenti exhibendis locum habet prius enim oportet esse aliquod testamentum, uel non iure factum, ut senatusconsulto locus sit Nam & falsum testamentum id demum rectè dicitur, quod si adulterinum non esset, uerum tamen testamentum rectè diceretur. Similiter igitur & non iure factum testamentum id appellatur, in quo si omnia ritè facta essent, iure factum diceretur.

Sexta exceptio est: Nisi quis id quod sibi etiam sine testamento debetur, sibi adscripserit. hoc enim casu uenia impetrari potest à pœna falsi, quamquam à legato repellatur. quæ exceptio approbatur argumento l.6.§.fin. ff. ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide s. exceptione 19. Concordat l.1. C. de his qui sibi adscribunt, his uerbis: Quanquã interpretentur Iurisperiti, aut contra legem Corneliam uideatur se scribere hæredem filius emancipatus patre dictante: tamen cum etsi testamentum non esset scriptum, iustus successor futurus esses, accepta bonorum possessione filius patri, perinde habebitur atq; si sua manu pater tuus te hæredem scripsisset, functus dulci officio.

Septima exceptio est: Nisi conditionis implendæ causa quid sibi adscripserit. Hæc exceptio reprobatur l.22. §. si testamentarius, in fin. ff. ad l. Corn. de falsis, bisce uerbis: Sed & ille, qui cum Titio fundus legaretur, adiecit sua manu conditionẽ pecuniæ sibi dandæ, in uoluntatem senatusconsulti incidit.

Octaua exceptio est: Nisi seruo suo fideicommissariam libertatem adscripserit. Hæc exceptio approbatur sub conditione d. §. si testamentarius, his uerbis: Si testamentarius seruo suo fideicommissam libertatem dederit, uideamus ne extra pœnam sit, cum nullum ipsius cõmodũ sit: nisi ideò adscripserit, ut seruus magno pretio redimatur ab eo & manumittatur.

Nona exceptio est: Nisi tutorem se filio testatoris adscripserit. Hæc exceptio approbatur l. 18. §. qui se ff. ad l Cornel. de falsis, bisce uerbis: Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, etsi suspectus esse præsumitur, quòd tutelam ultrò uideatur adfectasse: tamẽ si idoneus esse adprobetur, non ex testamento, sed ex decreto tutor dãdus est: nec excusatio eius admittetur, quia consensisse uidetur uoluntati testatoris.

Decima exceptio est: Nisi nihil sibi adscripsit, sed ademit sibi. Hæc exceptio approbatur l.22. § fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. causa 16. Huius exceptionis

n:s replicatio eſt: Niſi non ſibi, ſed alij ademerit, ut ad ſe perueniat. Hæc replicatio approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. cauſa 14. Vndecima exceptio eſt: *Niſi totum teſtamentum ſcripſerit. Hæc exceptio reprobatur l. 11. in prin. ff. ad l. Cornel. de falſis. cuius uerba uide ſ. in cauſa propoſita 17. in prin.* Duodecima *exceptio eſt: Niſi iuſſu teſtatoris adſcripſerit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. C. de his qui ſibi adſcribunt, his uerbis:* Senatuſconſulto & edicto diui Claudij prohibitum eſt, eos qui adſcribenda teſtamenta adhibentur, quamuis dictanre teſtatore aliquod emolumentum ipſis futurum ſcribere: & pœna legis Corneliæ facięti irrogata eſt. cuius ueniam deprecanribus ob ignorantiam, & profitenribus à relicto diſcedere, ampliſsimus ordo uel diui Principes ueniam dederunt. *Cōcordat l. 14. in prin. ibi: Licet iuſſu patris ſcripſerit. ff. ad l. Corn. de falſis. cuius uerba uide ead. cauſa, except. 1. repl. 2.* Item *concordat l. 5. C. de his qui ſibi adſcribunt, his uerbis:* Quòd adhibitus ad teſtamentum commilitonis ſcribendum, iuſſu eius ſeruum tibi adſcripſiſti, pro nō ſcripto habetur: & ideo id legatum petere non potes. Sed ſecutus tenorem indulgenriæ meæ, pœnam legis Corneliæ tibi remitto, in quam credo te magis errore, quàm malicia incidiſſe. *Planè admittitur exceptio propoſita, primùm ſi is ſibi iuſſu teſtatoris adſcripſerit, qui in eius eſt poteſtate, ueluti filius, uel ſeruus. Hæc diſtinctio approbatur l. 14. in prin. ibi: Excuſatus enim. ff. ad l. Cornel. de falſis. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa, except. 1. repl. 2. Concordat l. 15. §. item ſenatus, cum ſequentib. ff. eod. tit. his uerbis:* Senatus cenſuit, ut ſi ſeruus domini ſui iuſſu teſtamento, codicilliſuè libertatem ſibi adſcripſerit, ob eam rem quòd ipſius manu adſcriptum eſt, non ideo minus liber ſit, ſed libertas ei ex fideicommiſſi cauſa præſtetur, ſi modò poſt eam ſcripturam manu ſua teſtator teſtamento codicilliſuè ſubſcripſit. Et quatenus de ſola ſpecie fideicommiſſariæ libertatis hoc ſenatuſconſulto cōtinebatur, diuus Pius reſcripſit: ſententiam magis ſequendam eſſe huius ſenatuſconſulti, quàm ſcripturam. nam ſeruos cum dominis ſuis parent, neceſsitate poteſtatis excuſari: ſi tamen accedat domini authoritas, ſubſcribentis ſe ea dictaſſe, & recognouiſſe. Videri enim ait ipſius domini manu ſcripta, cuius uoluntate ea ſcripta ſunt. *Propoſitæ diſtinctionis replicatio hæc eſt: Niſi teſtator non ſubſcripſerit ſe dictaſſe & recognouiſſe. Quæ replicatio conſtat ex uerbis iā propoſitis, hiſce:* Si modò poſt eam ſcripturam manu ſua teſtator teſtamētо, codicilliſuè ſubſcripſit. *Item hiſce:* Si tamē accedat domini authoritas ſubſcribentis ſe ea dictaſſe & recognouiſſe, &c. *Concordat d. l. 14. in prin. ibi: Si tamen, hiſce uerbis:* Si tamen iuſſus ex ſubſcriptione teſtatoris apparet: ſic enim inueni ſenatum cenſuiſſe. *item concordat l. 12. §. item nō contin. ibi:* Quoniā ut ſuprà. *ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. except. 14. Cōcordat item l. fin. C. de his qui ſibi adſcribunt, his uerbis:* Si libertatem tibi manu tua imperāte domino adſcripſiſti, eum proponas dominum nō ſubſcripſiſſe, & ſuis literis tuā libertatē expreſſim agnouiſſe, ad impetrandam libertatem ſenatuſconſulti authoritas tibi obeſt: pœna tamen falſi tibi remittetur: quoniā nō potuеras contra domini uoluntatē uenire. *Secunda propoſitæ exceptionis diſtinctio, ſub qua admitti uidetur hæc eſt: Niſi quis coactus à teſtatore adſcripſerit. Hæc diſtinctio approbatur l. 15. §. quod tametſi, cū ſequentib. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis:* Quod tametſi (inquit) ad liberas perſonas, in quas nullū ius teſtator habuerit extendi nō debet, quæri tamen debet, an æquè ſubſequēdi neceſsitas & honeſta excuſatio ſit nō facięntibus, qđ nō ſit cōceſſum. Matri quoq; cui per ſeruū ſuū dictāte filio legatū ſcriptū eſſet, ueniā tribuendā legis Corneliæ placuit. Idem in filia, quę dictante matre ſua per ignorantiā iuris legatū ſibi ſcripſerat, cēſuit ſenatus. *Concordat l. 5. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cauſa 14. in fine. Planè diſtinctionū loco hic poſſunt poni omnes præpoſitæ cauſæ exceptiones: nec enim iſtiuſmodi exceptiones uidentur locū habere, ſi iuſſus teſtatoris non præceſſerit. Decimatertia exceptio eſt: Niſi teſtator ſpecialiter ſubſcripſerit ſe uolente & dictante illū ſibi adſcripſiſſe. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. §. inter filiū. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis:* Inter filium & ſeruū, & extraneū teſtamentū ſcribentes hoc intereſt, qđ in extraneo ſi ſpecialiter ſubſcriptio facta eſt, QVOD ILLI DICTAVI ET RECOGNOVI. pœna ceſſat, & capi poteſt. In filio & ſeruo uel generalis ſubſcriptio ſufficit & ad pœnā euitandā & ad capiendū. *Concordat l. 15. §. planè conſtitutio. ff. eod. tit. his uerbis:* Planè conſtitutionibus principalibus cauetur, ut ſi teſtator ſpecialiter ſubſcriptione ſua declarauerit, dictaſſe ſeruo alicuius ut domino eius legatū ab hæredibus ſuis daretur, id ualere: nec generalē ſubſcriptionē teſtatoris ualere aduerſus authoritatem ſenatuſconſulti. Et ideo legatū pro non ſcripto habendū, & ſeruo qui etiam ſibi legatum adſcripſit, ueniā dari. Calliſtratus tutius eſſe putat, ueniā ab imperatore petendā, ſcilicet eo quòd relictum eſt abſtinentibus. *Concordat item l. 2. C. de his qui ſibi adſcribunt, his uerbis:* Si teſtator codicillis, quos ſcripſiſti legatū quoque ſeu fideicōmiſſum reliquiſſe tibi ſua manu adſcripſit, nō uideris in pœnā ſenatuſcōſulti incidiſſe. Quòd ſi teſtamentum dictaſſe codicillis ſignificauit, legato quidē uel fideicōmiſſo abſtinere debebis, pœna uerò falſi tibi principali beneficio remittetur. *Verbis hacte-*

nus propositis, exceptio proposita approbatur simul & distinguitur, seu replicatio eius introducitur talis: Nisi non specialiter, sed generaliter testator subscripsit: tunc enim propositæ exceptioni locus non est, nisi in filio uel seruo testatoris. de quo dictum s. except. prox. distinct. 1. repl. 1.

Decimaquarta exceptio est: Nisi seruus in alieno testamento libertatem sibi adscripserit. Hæc exceptio reprobatur l. 22. §. item non continetur. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Non continetur uerbis seruus, qui in alieno testamento fideicommissariam libertatem sibi adscripserit. Sed de hoc potest hæsitari: quoniam (ut suprà diximus) senatusconsultum ita demum ei qui sibi libertatem fideicommissariam in testamento domini adscripserit, pœnam remisit, si dominus subscripsit. Imò magis dicendum, hunc contra senatusconsultum facere, quàm eum qui legatum sibi adscripsit: cum libertas omnino ipsi competitura sit, legatum autem adquiri domino possit.

Decimaquinta exceptio est: Nisi ius ignorans, sibi adscripserit. Hæc exceptio reprobatur l. 15. in prin. ibi. Et ne uel his. ff. ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide s. ead. causa, in pr. Planè admittitur exceptio proposita in fœmina, cui ius ignorare permissum est d. l. 15. §. matri quoque, in fine. cuius uerba uide paulo superius except. 12. distinct. 1. Sed & ob ignorantiam uenia ab Imperatore potest impetrari. quod approbatur l. 5. in fine. C. de his qui sibi adscribunt. cuius uerba uide paulo superius d. except. 12. in prin. Concordat l. 5. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 12. in prin.

Decimasexta exceptio est: Nisi Imperator pœnam remiserit. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. d. tit. his uerbis: Si uenia impetrata nõ est, &c. *reliqua uerba uide s. ead. causa, in prin. Concordat d. l. 3. in fine item d. l. 5. in fine. item Concordat l. 15. §. plane, in fine. ff. ad l. Cor. de falsis. cuius uerba uide paulo superius exc. 13.*

Decimaseptima exceptio est: Nisi in testamento militari sibi adscripserit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. ad testamenta ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Ad testamenta militum senatusconsultum pertinet, quo lege Cornelia tenetur, qui legatum sibi fideiue commissum, adscripserit.

Decimaoctaua exceptio est: Nisi in testamento iniusto, rupto, uel irrito facto, sibi adscripserit. Hæc exceptio reprobatur sub conditione l. 6. in. prin ff. ad l. Cor. de falsis. cuius uerba uide paulo superius exce. 5.

Decimænonæ exceptionis loco notandum, quòd quamuis id, quod quis sibi adscripsit, petere non possit, tamen si id etiam sine testamento ei debebatur. pristina actione petere possit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 6. §. fin. his uerbis: Si patronus in testamento liberti legatum sibi adscripserit, & uenia impetrata abstinere à legato iussus erit, an emolumentum bonorum possessionis contra tabulas habere possit? & magis placet, non posse. Non tamen huic cõsequẽs est, ut etsi uxor dotem, uel creditor id quod in diem sibi debetur, sibi adscripserit, similiter uenia impetrata abstinere se à legato iubeatur, aut mulieri dos, aut creditori actio sua denegari debeat, ne eorum uterque merito debito careat. *Hactenus de causa propositæ accusationis decima septima, eiusq; exceptionibus est dictum: sequuntur nunc reliquæ eius accusationis causæ: & primùm de ijs quæ committuntur in testimonio.*

Decimaoctaua causa. Si falsum testimonium quis dixit uel dicendum curauit. Hæc causa approbatur l. 1. in prin. ff. ad l. Corn. de falsis, hisce uerbis: Pœna legis Corneliæ irrogatur ei, qui in falsas testationes, testimoniaúe falsa inuicem dicenda dolo malo coierit. Item, qui ob instruendã aduocationem, testimoniaúe pecuniam acceperit, pactusúe fuerit, societatemúe coierit ad obligationem innocentium, ex senatu consulto coercetur. *Concordat l. 9. §. pœna legis. ff. eod. tit. hisce uerbis:* Pœna legis Corneliæ irrogatur ei, qui quid aliud quàm in testamento sciens dolo malo falsum signauerit, signariúe curauerit: Item, qui in falsas testationes faciẽdas, testimoniaúe falsa inuicẽ dicẽda, dolo malo coierint. *Concordat l. 16. ff. de testibus, hisce uerbis:* Qui falsa uel uaria testimonia dixerunt, uel utriq; parti prodiderũt, à iudicibus competenter puniantur. *Planè clerici ac monachi alia pœna coercentur. Nouell. c. 123. §. reuerendiss. cuius uerba hæc sunt:* Reuerendiss. presbyteris & diaconis si pro pecuniaris causa falsum dixisse testimonium, &c.

Decimanona causa. Si contraria inter se testimonia dixerint. Hæc causa approbatur l. 27. in prin. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Eos qui inter se diuersa testimonia præbuerunt, quasi falsum fecerint, præscripto legis Corneliæ teneri pronũciatũ est: & eũ qui cõtra signũ suũ falsum præbuit testimoniũ, pœna falsi teneri pronunciatũ est. *Concordat d. l. 27. §. de imprudẽtia, his uerbis:* De imprudentia eius qui diuersa duobus testimonia præbuit, cuius ita anceps fides uacillat, quin crimine falsi teneatur, nec dubitãdũ est. *Cõcordat item l. 16. ff. de testib. cuius uerba uide s. causa prox. huius causæ exceptio hæc est: Nisi errore, non dolo malo, cõtraria dixerint. Hæc exceptio approbatur Nouel. c. 90. §. si dedita opera, his uerbis:* Si dedita opera dolo uideãtur agere, & ea occasione in cõtrarietatẽ incidere, ne impunitos eos iudices relinquãt. si destinata malitia, nõ (ut potest fieri) errore aliquo contraria dixisse comprobati fuerint.

Vicesima causa. Si ob dicendũ, uel nõ dicendũ testimoniũ, pecuniã quis accepit. Hæc causa approbatur l. 1. §. 2. ff. ad l. Corn. de falsis, hisce uerbis: Si quis ob denunciandũ, remittendumúe testimonium, dicendum, uel non dicendũ, pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ adficitur. *Concordat l. 2. in fine. ff. de concussione.*

Vicesima-

Vicesimaprima causa. Si testationes corrupit, uel dicta testium non rectè scripsit. Hæc causa uidetur approbari per ea quæ proposita sunt superius causa 18.

De falso in Moneta & numis.

Vicesimasecunda causa. Si falsam monetam cuderit, uel adulterauerit. Hæc causa cum sua pœna approbatur l.1.C.de falsa moneta, his uerbis: Quoniã nonnulli monetarij adulterinam monetã clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant: necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi, ut inuestigati, tradantur iudici, facti conscios per tormenta illicò prodituri, ac sic dignis supplicijs addicendi. Accusatoribus etiam eorum immunitatem permittimus, cuius modus quoniam dispar est, à nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum huiusmodi personam susceptam de custodia exire fecerit, capite puniatur. Appellandi etiam priuato licentia denegetur. Si uerò miles, aut promotus in gradum huiusmodi crimen incurrerit, super eius nomine & gradu ad competentes iudices referatur. Domus uerò uel fundus in quo hæc sunt perpetrata, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria uel negligentia punienda est, & si ignoret, fisco uindicetur: nisi dominus antè ignorans, ut primum repererit, scelus prodiderit perpetratum. tunc enim possessio, uel domus ipsius proscriptionis iniuriæ minimè subiacebit. Sin uerò longissimè à domo, uel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum: actore uidelicet fundi, uel seruis, uel incolis, uel colonis, qui hoc ministerium præbuerunt, cum eo qui fecit, supplicio capitali plectendis. Viduas autem, ac pupillos speciali dignos indulgentia credidimus, ut uiduæ, nec in proximo constitutæ, domo sua uel possessione careant, si nulla apud ipsas tam grauis conscientiæ noxa resideat. Impuberes uerò, etiamsi conscij fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum quid uideat ignorat. Tutores autem eorum, si in proximo sint (quoniam ignorare eos quid in rebus pupilli geritur non oportet) hæc pœna expectabit: ut de rebus eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferant, quantum à pupillo fuerat inferendum. *Concordat l.2.C.eod.tt.his uerbis*: Si quis numum falsa effusione formauerit, uniuersas eius facultates fisco nostro præcipimus addici. In monetis etenim tantummodo nostris cudendæ pecuniæ studium frequentari uolumus, cuius obnoxij maiestatis crimen committunt: & præmio accusatoribus proposito, quicunque solidorum adulter poterit reperiri, uel à quocunque publicatus, illico omni dilatione submota flammarum accensionibus mancipetur. *Concordat l.8.ff.ad l.Cornel.de falsis, hisce uerbis*: Quicunque numos aureos partim raserint, partim tinxerint, uel finxerint: siquidem liberi sunt, ad bestias dari, si serui summo supplicio adfici debent. *Concordat l.9.in princip.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. causa prox. Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi rescriptum de cudenda moneta reus impetrauerit. Hæc exceptio reprobatur l.3.C.de falsa monet. his uerbis*: Si quis super cudendo ære, uel rescripto aliquo, uel etiam adnotatione nostra sibi arripuerit facultatem, non solùm fructum propriæ petitionis amittat, uerùm etiam pœnam, quam meretur excipiat.

Secunda exceptio est: Nisi cœptam monetã non perfecerit. Hæc exceptio approbatur l.19.in princip.ff.ad l.Cornel.de falsis, hisce uerbis: Qui falsam monetam percusserint, si id totum formare noluerunt, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluuntur.

Tertia exceptio est: Nisi ij qui in moneta publicà operantur, extrinsecus sibi pecuniam signauerint. Hæc exceptio approbatur l.6.§.qui cum.ff.ad l.Iul. peculatus, his uerbis: Qui cum in moneta publica operarentur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, uel signatam furantur, hi non uidentur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse, quod ad peculatus crimen accedit.

Vicesimatertia causa. Si aurum uiciauerit. Hæc causa approbatur l.9.in princip.ff.ad l.Cornel.de falsis, hisce uerbis: Lege Cornelia cauetur, ut qui in aurum uitij quid addiderit, quiue argenteos numos adulterinos cõflauerit, falsi crimine teneatur. *Sanè qui huiusmodi quid fecerit, etiam lege Iulia peculatus tenetur l.1.in fine.ff.ad l.Iul.peculatus.*

Vicesimaquarta causa. Si numos stanneos uel plumbeos emerit, uel uendiderit. Hæc causa approbatur l.9.§.1.ff.ad l.Corneliam de falsis, hisce uerbis: Lege Cornelia exprimitur, ne quis numos stanneos, plumbeos emere, uendere dolo malo uellet.

De falso in Pondere & mensura.

Vicesimaquinta causa. Si pondera aut mensuras falsauit, uel ijs fraudem fecit, qua pœna teneatur, definitur l.penultim.ff.ad l.Corneliam de falsis, hisce uerbis: Si uenditor mensuras publicè probatas uini, frumenti, uel cuiuslibet rei, aut emptor corruperit, dolóue malo fraudem fecerit, quanti ea res est, eius duplo condemnatur: decretoque diui Hadriani præceptum est, in insulam eos relegari, qui pondera, aut mensuras falsassent. *Sed & pœna*

legis Corneliæ huic crimini definitur l. 6. §. fin. ff. de extraord. criminib. hiſce uerbis: Onerant annonã etiam ſtateræ adulterinæ, de quibus diuus Traianus edictum propoſuit, quo edicto pœnam legis Corneliæ in eos ſtatuit, perinde ac ſi lege teſtamentaria, quòd teſtamẽtum falſum ſcripſiſſet, ſignaſſet, recitaſſet, damnatus eſſet: Sed & diuus Hadrianus eũ qui falſas menſuras habuerat in inſulam relegauit. *Eſt inſuper propoſiti criminis pœna extraordinaria, quod approbatur l. 37 ff. de pœnis, hiſce uerbis:* In Dardanarios, propter falſum menſurarum modum, ob utilitatem popularis annonæ, pro modo admiſsi, extra ordinem uindicari placuit. *cõpetit deniq; ex cauſa propoſita actio de Dolo malo. quod approbatur l. 18. §. de eo. ff. de dolo malo, his uerbis:* De eo qui ſciens cõmodaſſet falſa pondera, ut uenditor emptori merces appenderet, Trebatius de dolo dabat actionem. Atquin ſi maiora pondera commodauit, id quod amplius mercis datum eſt, repeti condictione poteſt: ſi minora, ut reliqua merx detur, ex empto agi poteſt: niſi ea conditione merx uenit, ut illis ponderibus traderetur, cum ille decipiendi cauſa affirmaſſet ſe æqua pondera habere.

DE FALSO IN NOMINE ET conditione, item in ſignis & titulis.

Viceſima ſexta cauſa. Si nomen quis mutat, aut falſum nomen uel cognomen aſſeuerat. Hæc cauſa approbatur l. 13 in prin ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis: Falſi nominis uel cognominis adſeueratio pœna falſi coercetur. *Huius cauſæ excep: hæc eſt: Niſi ſine dolo malo nomen mutauerit. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. de mutatione nominis, hiſce uerbis:* Sicut initio nominis, cognominis, prænominis recognoſcendi ſingulos impoſitio priuatis libera eſt, ita horum mutatio innocentibus periculoſa non eſt. Mutare itaque nomen uel cognomen, uel prænomen ſine aliqua fraude licito iure, ſi liber es ſecundum ea quæ ſæpè ſtatuta ſunt minimè prohiberis, nullo ex hoc præiudicio futuro.

Viceſima ſeptima cauſa eſt. Si quis ſe pro milite geſſit, uel illicitis inſignibus eſt uſus. Hæc cauſa approbatur l. 27. §. fin ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis: Qui ſe pro milite geſsit, uel illicitis inſignibus eſt uſus, uel falſo diplomate uiàs commeauit, pro admiſsi qualitate grauiſsimè puniendus eſt.

Viceſima octaua cauſa. Si priuatus ſe pro magiſtratu geſſerit. Hoc caſu crimen læſæ maieſtatis eſt. quod approbatur l. 3. §. fin. ff. ad l. Iul. maieſtatis. cuius uerba uide ſ. Lib. eod. cap. 1. quæſt. 1. cauſa 6.

Viceſima nona cauſa. Si ſigillum adulterinum fecerit, expreſſerit. Hæc cauſa approbatur Inſt. de publ. iud. §. item lex Cornelia de falſis. cuius uerba uide ſ. hoc cap. cauſa 12. Concordat l. 30. in prin. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis: Lege Cornelia teſtamentaria obligatur, qui ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit.

Triceſima cauſa. Si potentiorum nomina uel titulos prædijs affigit, uel eorum nomina in lite prætendit. Hæc cauſa approbatur l. unica. C. de his qui potentior. nom. his uerbis: Animaduertimus, plurimos iniuſtarum deſperatione cauſarum, potentium titulos & clariſsimæ priuilegia dignitatis ijs, à quibus in ius uocantur, opponere. Atne in fraudem legum, aduerſariorumq; terrorem his nominibus abutantur & titulis, qui huiuſmodi dolo ſcientes conniuent, afficiendi ſunt publicæ ſententię nota. Quòd ſi nullum in hac parte conſenſum præbuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus uel ædibus affigerentur alienis, ea tenus in eos qui fecerint, uindicetur, ut affecti plumbo perpetuis metallorum ſupplicijs deputentur. Quiſquis igitur lite pulſatus (cum ipſe & rei ſit poſſeſſor, & iuris & titulum illatæ ſolenniter pulſationis exceperit) contradictorijs libellis aut titulis alterius nomen crediderit inſerendũ, eius poſſeſsionis aut cauſæ, quã ſub hac fraude aut retinere aut euitare tẽtauerit, amiſsione mulctetur: nec repetendæ actionis etiamſi ei probabilis negocij merita ſuffragantur, habeat facultatem. Eos ſanè qui ſe ſponte alienis litibus inſeri patiuntur, cum his neque poſſeſsio neque proprietas competat, ueluti famæ ſuæ prodigos, & calumniarum redemptores, notari oportebit.

Triceſima prima cauſa. Si ſigna uel titulos rebus alienis imponat, uel nomen ſuum ſupra ſcribat. De hac cauſa alibi dicetur.

Triceſima ſecunda cauſa. Si partus ſubiectus eſſe dicatur. De hac cauſa cum ſua actione dicetur infrà in parte Secunda de Liberis & patria poteſtate.

Triceſima tertia cauſa. Si ad inſtruendam litem pecuniam acceperit, &c. Hæc cauſa proponitur l. 20. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis: Falſi pœna coercentur, &c. *Sed & alia falſi genera ſuis ſubiecimus locis. Nunc exceptiones propoſitarum cauſarum generales uideamus.*

EXCEPTIONES PRAECEDENtium cauſarum generales.

I. EXCEPT. *Niſi ſine dolo malo, uel per errorẽ & ignorantiam fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 20. C. ad l Cornel. de falſis, hiſce uerbis:* Nec exemplum precum editionis aliter per errorem ſcriptum (cum non niſi dolo falſum committentes crimini ſubiugentur) cognitionem dati iudicis moratur. *Huius exemplum* proponi-

proponitur l. Vnica. C. de mutat. nominis. cuius uerba uide paulo superius causa 26. Aliud exemplum proponitur l. 32. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. eod. cap. causa 5. Item proponitur aliud exemplum l. 4. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. causa 10.

II. EXCEPT. *Nisi impubes fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 22. in prin. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis:* Impubetē in hoc edictum incidere dicendum non est: quoniam falsi crimine uix poterit teneri, cum dolus malus in eam ætatem non cadit. *Huius exemplum proponitur l. 1. §. impuberes. C. de falsa moneta. cuius uerba uide s̄. causa 22.*

III. EXCEPTIO: *Nisi nō perfecerit. Hæc exceptio approbatur l. 19. in prin. ff. ad l. Corn. de falsis. cuius uerba uide s̄. causa 22. except. 2.*

IIII. EXCEPT. *Nisi codicillis quos falsos fecit, nolit uti reus. Hæc exceptio reprobatur l. 8. C. eod. tt. his uerbis:* Si falsos codicillos, ab ijs contra quos supplicas, factos esse contendis, non ideo accusationem euadere possunt, quòd se illis negent uti. nam illis prodest instrumenti usu abstinere, qui non ipsi machinatores falsi esse dicuntur, & quos periculo solus usus adstrinxerit. Qui autem cōpositis per scelus codicillis, in seueritatem legis Corneliæ incideriit, non possunt defensiones eius recusando, crimen euitare.

V. EXCEPTIO: *Nisi reus mortuus sit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. Lib. prox. cap. 2. except. 10. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ad hæredem rei aliquid ex crimine peruenerit: in id enim superest actio. quæ replicatio approbatur l. 12. ff. ad l. Cornel. de falsis, his uerbis:* Cum falsi reus ante crimen illatum aut sententiam dictá uitam decedit, cessante lege Cornelia, quod scelere quęsitum est, hæredi nō relinquitur. *Concordat l. 4 ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis cum falso sibi legatum adscribi curasset, decesserit, id hęredi quoque extorquendum. Inde quoque diuus Marcus rescripsit, cum quidam à patre hæres institutus codicillos intercidisset, & decessisset, fisco tantum putauit esse uindicandum, quantum per codicillos erogari potuisset: id est, usque ad dodrantem. *Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi partus subiectus dicatur. Hæc replicatio approbatur l. 19. §. fin. ff. eod tt. his uerbis:* Accusatio suppositi partus nulla tēporis pręscriptione depellitur: nec interest, decesserit necne ea, quæ partū subdidisse contenditur.

VI. EXCEPTIO: *Nisi de causa sit transactū. Hæc excep. approbatur l. 7. C. ad l. Corn. de falsis, hisce uerbis:* Ipse significas, cum primo aduersarij instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse suspectam. facta igitur transactione, difficile est ut is qui prouinciam regit, uelut falsum, cui semel adquieuisti, tibi accusare permittat. *Concordat l. 18. in fine. C. de transact.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi antea sit actum. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sit s̄. Lib. prox. cap. 2. exceptione 15. Eius autem replicatio prima hæc est: Nisi antea ciuiliter sit actum. Hæc replicatio approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. d. exceptione 15. replicat. 4. Cui concordat l. 16. in fine. C. ad l. Cornel. de falsis. Concordat l. unica. §. fin. C. quando ciuilis actio crimin. cuius uerba uide s̄. d. replicat. 4. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi antea de inofficioso testamento sit actum, nunc de falso agatur. Hæc replicatio approbatur l. 14. C. de inofficioso testamento, his uerbis:* Eum qui inofficiosi querelam delatam non tenuit, à falsi accusatione non sub moueri placuit. Idem obseruatur, si ex contrario falsi crimine instituto uictus, postea de inofficioso actionē exercere maluerit.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi is qui falsum testamentum dicit, ex eo hæreditatem adijt, uel legatum agnouit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi ignorans falsum esse testamentum ex eo legatum agnouit. quæ replicatio approbatur l. 3. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis:* Qui ignorás falsum esse testamentū, uel hæreditatem adijt, uel legatum accepit, uel quoquo modo agnouit falsum testamentū; dicere non prohibetur. *Concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Licet ex tabulis, quas sub nomine patris tui, uxorem eius, id est nouercam tuam subrepto uerò testamento falsas protulisse allegas, cum crimen admissum ignorares, legatum adscriptum tibi consecutus sis: tamen non impedieris accusationem contra eam impletis solennibus instituere. *Concordat item l. 5. in princip. ff. de his quæ ut indignis, hisce uerbis:* Post legatum acceptum, non tantum licebit falsum arguere testamentum, sed & testamentum non iure factum contendere: inofficiosum autem dicere, non permittitur.

IX. EXCEPTIO: *Nisi is qui instrumentum falsum dicit id antea agnouit, & ex eo soluit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi ignorans, & per errorem soluit. quæ replicatio approbatur l. 11. ff. de exceptionibus, hisce uerbis:* Qui agnitis instrumētis quasi uera, essent soluit post sententiam iudicis: quæro si postea cognita rei ueritate, & repertis falsis instrumentis accusare uelit, & probare falsa esse instrumenta, ex quibus conueniebatur: cum instrumentis subscripserat ex præcepto, &c. *Hactenus de prima propositæ accusationis quæstione, eiusq; exceptionib. est dictum.*

II. QVIBVS FALSI ACcusatio competat.

Prima regula. De mulierib. His quoque datur hæc

accusatio. quæ regula approbatur l. 2. ibi Idem & in lege Cornelia. ff. de accusatorib. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 1. quæst. 5. reg. 1. except. 1. repl. 1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi mulieris nihil intersit, sed causa aliena sit. Hæc exceptio approbatur l. 19. C. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Et si ad te negociũ pertinuit, etiam atque etiam tecum deliberare deb[u]eras, ne improbam instituercs accusationem, hoc instrumentum, in quo subscripseras, falsum arguere cõtendens. At cũ mulieribus in aliena causa falsi non sit concessum accusare, tu autem hæc eadem prædia te prius alij donasse proponas, fieri tibi facultatem accusandi contra iuris postulas formam.

Secunda regula. Subiecti partus accusatio non cuiuis competit, quemadmodũ alia accusatio publica. quæ regula approbatur l. 3. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: De partu supposito soli accusant parentes, aut hi ad quos ea res pertinet, non quilibet ex populo, ut publicam accusationem intendat.

Tertia regula De eo qui antea egit uel transegit, ul de s. quæst. prox. except. 5 & 7.

III. ADVERSVS QVOS COMPETAT.

Prima regula. De eo cuius dolo factum est, dictum s. in causis.

Secũda regula. De eo qui cum prohibere posset, nõ prohibet, proponitur l. 9. §. 1 ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Lege Cornelia cauetur, ut qui in aurum uitij quid addiderit, qui ue argenteos numos adulterinos conflauerit, falsi crimine teneatur. Eadem pœna adficitur etiam is, qui cum prohibere tale quid posset, non prohibuit.

Tertia regula. Si falsa moneta facta sit, etiam con[u]e[n]iuntur: & ij. in quorum ædibus factum est. de [quo] re uide s. causa 22.

[Quarta] regula. De eo qui falsos numos emit, uel uen[di]t proponitur l. 9. §. eadem lege. ff. ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide s. causa 24.

IIII. APVD QVEM COMpetat.

Apud Præsidem prouinciæ regulariter competit. quæ regula approbatur exemplo l. 10. C. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Cum suppositi partus crimen patrui tui uxori moueas, apud Rectorem prouinciæ instituta accusatione id proba. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi testis falsum dixit testimonium, hic enim ab eo iudice, apud quem dixit, potest puniri. quæ exceptio approbatur l. 12. C. de testibus, his uerbis*: Nullum penitus, cum semel ad iudicem quemlibet, licet non suum, dicendi gratia testimonium fuerit ingressus, armatam fortè militiam uel quamlibet aliã fori præscriptionem ad euadendum iudicis motum, quem uel testimonij uerborum improbitas, uel rei qualitas flagitauerit, posse prætendere præcipimus. Sed omnes qui in ciuili causa, scilicet suum præbent testimonium, separato, & tanquam ante iudicium, interim deposito exceptionis fori priuilegio, huiusmodi præsidio denudatos, ita adiudicantis intrare secretum, ut quicũque aures eius iudicis offenderint, non dubitent sibimet formidandum: data cunctis iudicibus absque ullo præscriptionis obstaculo (sicut sæpe dictum est) in testes, quorum uoces falsitate uel fraude, non carcere perspexerint, pro qualitate uidelicet delicti, animaduertendi licentia.

V. QVID VENIAT IN HANC accusationem, seu de pœna.

De deportatione & omnium bonorum publicatione, proponitur l. 1. §. fin ff. ad l Cornel. de falsis, hisce uerbis: Pœna falsi, uel quasi falsi, deportatio est, & omnium bonorum publicatio: & si seruus eorum quid admiserit, ultimo supplicio adfici iubetur. *Concordat Inst. de publ. iud. §. Item lex Cornelia de falsis. in fine, his uerbis*: Eiusque legis pœna in seruuos ultimum supplicium est (quod etiam in lege de sicarijs & ueneficis seruatur) in liberos uerò deportatio. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi seruus cõmiserit. tũ. enim pœna est ultimũ supplicium. quæ exceptio ex iam proposita constat. Concordat l. 8. ff. ad l. Cor. de falsis. Secunda exceptio est: Nisi numos aureos raserit, tinxerit uel finxerit. tunc enim ad bestias datur. quæ exceptio approbatur d. l. 8. his uerbis*: Quicunque numos aureos partim raserint, partim tinxerint uel finxerint, si quidem liberi sunt, ad bestias dari: si serui, summo supplicio adfici debent.

Tertia exceptio est: Nisi magnitudo criminis maiorem pœnam exigat. Hæc exceptio approbatur l. 22. §. fin. C. ad l. Cor. de falsis. cuius uerba uide s. eo. cap. Sed & alias pœnas speciales uide s. quæst. 1. in singulis causis.

VI. QVANDO ET QVAMdiu competat.

Prima regula. Viginti annorum præscriptione excluditur. quæ regula approbatur l. 12. C. ad l. Cornel. de falsis. hisce uerbis: Querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi uiginti annorum exceptione, sicut cætera quoque ferè crimina *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi de supposito partu agatur. Hæc exceptio approbatur l. 19. §. fin ff eo. tt. cuius uerba uide s. eod. cap. quæst. 1. except. gener. 5 repl. 2.*

Secunda exceptio est: Nisi de fide scripturæ ciuiliter quæratur. quæ exceptio approbatur l. 17. in prin. C. eod. tt. his uerbis: Sicut falsi testamenti uel codicillorum scriptura temporis interuallo firmari non potest, ita uera quæ iure subsistit, non euanescit.

Secunda regula. Intra biennium finiri debet. quæ regula approbatur l. 22. §. ultimum. & ibi glossa. C. d. tt. cuius uerba uide s. quæst. prox.

Tertia

Tertia regula. Si appositi partus accusatio in tempus pubertatis non differtur. quæ regula approbatur l.1.C.d.tt.his uerbis: Si partus subiecti crimen diuersæ parti obijcitis, causa capitalis in tempus pubertatis pueri differri nō debuit, ficut iampridem mihi & diuo Seuero patri meo placuit. neq; enim uerisimile est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat.

VII. ADIVNCTA, ET Actus huius iudicij.

Prima regula. De probatione, cui incumbat. prima ei incumbit probatio, qui scriptura nititur: deinde alteri qui impugnat. quæ regula approbatur l. fin. C. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Præbemus licentiam, ut siue ciuiliter, siue criminaliter (ut actor elegerit) super prolatis codicillis, uel alijs instrumentis requiratur, incumbat probatio fidei instrumenti ei primùm, qui scripturam obtulerit: deinde ei, qui instructa instantia falsum arguere paratus sit.

Concordat l.22. in prin. C. eod tt. de quo paulo J. *Item concordat l. penultim. C. de probationibus, his uerbis*: Iubemus omnes, qui scripturas suspectas comminiscuntur, cum quid in iudicio promunt, nisi ipsi adstrinxerint ueritatem, ut nefariæ scripturæ reos, & quasi fallarios esse detinendos.

Secunda regula. Quibus argumentis ueritas uel falsitas inquirenda uel probanda, proponitur d. l. 22. in princip.

Tertia regula. De officio iudicis in hoc iudicio, proponitur d. l. 22. his uerbis: Vbi falsi examen inciderit, tunc acertima fiat indago argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque uestigijs ueritatis: nec accusatori tantum quæstio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur, sed inter utranque personam iudex medius: nec ulla interlocutione dijudicet, quæ sentiat, sed tanquam ad imitationem relationis, quæ solum audiendi mandat officium, præbeat notionem, postrema sententia quid sibi liqueat proditurus. Vltimum autem finem strepitus criminalis compendioso spacio limitamus, quem litigantem fas non sit excedere, cuius exordium nascetur auspicio contestatæ actionis apud iudicem competentem: capitali post probationem supplicio, si id exigat magnitudo commissi, uel deportatione ei qui falsum commiserit imminente.

VIII. EVENTVS ET consequentia.

Prima regula. Si decurio subdatur quæstioni, quatenus definat esse decurio, definitur l. 21. §. sed non statim. C. ad l. Cornel. de falsis. cuius uerba uide S. *Lib. proxim. capite 8. quæstione 2. regul. 2. exceptione 3. replicat. 9.*

Secunda regula. Debitor qui falsi crimen obijcit, nihilominus ad solutionem est compellendus. quæ regula approbatur l. 2. C. eod. tt. his uerbis: Satis apertè diuorum parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ solutionis gratia à debitore falsi crimen obijcitur, nihilominus salua accusatione, criminis debitorem ad solutionem compelli oportere.

Tertia regula. Is qui falsum dixit testamentum, nec obtinuit, nihil ex eo testamento consequi potest. de qua re tractatum in Commentario legatorum & fideicommissorum. Concordat autem huic regulæ l. 6. C. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis: Qui falsas tabulas dixerit, nec obtinuerit, ad defuncti iudicium adspirare non potest. *Huius regulæ exceptio proponitur in eo, qui non ipse testamentum falsum accusauit, sed accusatorem instigauit. quæ exceptio approbatur l. 24. ff. ad l. Cornel. de falsis, hisce uerbis*: Athales seruus cui testamento Vetiti Callinici domini per fideicommissum libertas & portio hæreditatis relicta erat, ab his qui ex undecim portionibus hæredes erant instituti, professus est indicium apud Maximillam filiam testatoris, ex parte duodecima hæredem scriptam, se posse probare falsum testamentum Vetiti Callinici: & apud magistratum interrogatus à Maximilla, professus est probaturum se, quemadmodum sit falsum factum testamentum: & cum in crimine falsi subscripsisset Maximilla, in scriptorem testamenti & Proculum cohæredem acta causa, Præfectus urbi falsum testamentum non esse pronunciauit, & Maximillæ partem duodecimam à fisco cogi iussit: quæsitum est, an Athali libertas & fideicommissum posthæc facta debeantur? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentur deberi.

Quinta regula. Is qui falsum dixerit testamentum, nec obtinuit, nihilominus non iure factum dicere potest. quæ regula approbatur l. 47. ff. de petitione hæreditatis, hisce uerbis: Lucius Titius cum in falsi testamenti propinqui accusatione non obtinuerit: quæro, an de non iure facto, nec signato testamento querela illi competere possit? Modestinus respondit, non ideo repelli ab intentione non iure facti testamenti, quod in falsi accusatione non obtinuerit.

Quinta regula. Si quis sibi in testamento adscripserit id quod etiam sine testamento petere poterat: licet id ex testamento petere non possit, tamen ad illud persequendum pristina illi superest actio. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt S. *eod. cap. causa 17. except. 19.*

IX. ADFINIA REmedia.

Prima regula. De fide instrumenti etiam agi potest. quæ regula approbatur l.16.C.ad l.Cornel.de falsis, hisce uerbis: De fide testamenti duplex uia litigandi tributa est. Quamuis itaque per ptocuratorem accusationem persequi non potes, disceptatione tamē priuata de eiusdem fide queri non prohiberis: cum reus ita conuentus, nō tantum ab alio iustè, sed & ab eo qui ciuiliter egit, solenniter accusari possit. *Concordat l.5.C.eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap.3. quæst.5. except. 12. in princip. Item concordat l.9.C.eod.tt. his uerbis*: Si docueris apud Præsidē prouinciæ, ab intestato te hæredem eius extitisse. qui codicillos scripserat, ordinarium est, ut in hæreditatis possessione constitutus, fideicōmissa præbeas, quæ iure relicta sunt, nisi consilium est codicillos falsos arguere. Quòd si criminaliter cœptum interuentu indulgentiæ sopitum est, habes tamen residuam indagationem, & potest de fide scripturæ ciuiliter quæri. *Concordat item l.11.C.eod.tt. his uerbis*: Si lis pecuniaria apud pedaneos iudices remissa est, etiam de fide instrumēti ciuiliter apud eos iuxta responsum uiri prudentissimi Pauli requiretur. *Item concordat l. penultim. C.eod.tt. his uerbis*: Damus licentiam litigātibus, si apud iudicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio profitendi, utrum de falso criminaliter statuat, qui dubitet de instrumenti fide, experiri an ciuiliter. Quòd si expetens uindictam falsi crimē intenderit, tunc quæstione ciuili per sententiam terminata, criminis fiat indago: ut si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationesque, necnon & rationes priuatas, uel publicas, pacta & epistolas uel ultimas uoluntates, donationes, uenditionesúe, uel si quid prolatum aliud instituere conabitur, habeat accusandi facultatem. Ciuilis autē inquisitionis inter utrasq; partes confligentium lenior examinatio procedat: cum iudex qui præerit quæstioni, intentiones actoris falsas, & conficta crimina reorum, ex legibus pœnis competentibus possit ulcisci. *Concordat denique l.ultim.C.eod tt. cuius uerba uide paulo superius quæst.7.reg.1.*

Secunda regula. De actione in factum, proponitur l.25.ff.ad l.Cornel.de falsis. cuius uerba uide s̄. eo.cap. quæst.1.causa 10.

Tertia regula. De crimine lesæ maiestatis. Si priuatus pro magistratu se gesserit, proponitur l.2. in fine. ff.ad l Iul.maiestatis. cuius uerba uide s̄.eod. Lib.cap. 1.quæst.1.causa 6. Item, si falsum in tabulis publicis conscripsit, uel recitauit, proponitur l.2.in fine. ff.eod.tit. cuius uerba uide s̄.capite 1. causa 1.

DE MALEFICIS ET *Mathematicis & cæteris similibus. Cap. IX.*

I. CAVSAE HVIVS iudicij.

PRima *causa. Si maleficus sit, magus ariolus. Hæc causa approbatur l.5.C.de maleficis, hisce uerbis*: Nemo aruspicem consulat, aut Mathematicū, nemo ariolum: augurum & uatum praua confessio conticescat. Chaldęi & magi & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem uulgus appellat, nec ad hāc partem aliquid moliantur: sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas. Etenim supplicium capitis feret gladio ultore prostratus, quicunque nostris iussis obsequiū denegauerit. *Concordat l.7.C.eod.tt. his uerbis*: Etsi excepta tormentis sunt corpora honorib. præditorum præter illa uidelicet crimina, quæ legibus demonstrantur (etsi homines magi in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt) tamen quoniam qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum maiestatem: Si quis magus uel magicis cantaminibus assuetus, qui maleficus uulgi consuetudine nuncupatur, aut aruspex, aut ariolus, aut certè augur, uel etiam mathematicus, aut enarrandis somnijs occultās artem aliquā diuinandi, aut certè aliquid horum simile exercens in comitatu meo uel Cæsaris deprehensus fuerit, præsidio dignitatis exutus, cruciatus, & tormenta non fugiat. Si conuictus ad proprium facinus detegentibus repugnauerit, per negando sit eculeo deditus, ungulisque sulcantibus latera perferat pœnas proprio facinore dignas. *Concordat l.6 C.eod.tt. his uerbis*: Multi magicis artibus usi, elementa turbare, uitas insontiū labefactare non dubitant, & manes accitos audent uentilare, ut quisq; suos conficiat malis artibus inimicos: hos (quoniam naturæ peregrini sunt) feralis pestis absumat. *Concordat item l.4.in princip.C.eod.tt.item Instit.de pub.iud.§.sicarij. cuius uerba uide s̄. cap.4. quæst.1.causa 1.*

Secunda causa. Si remedia adhibet, uel corporibus, uel ne uindemijs imbres noceant, aut grandines. Hæc causa reprobatur l. 4. C. d. tt. his uerbis: Eorum est scientia punienda, & seuerissimis meritò legibus uindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse detegentur. Nullis uerò criminationibus implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis uindemijs metuantur imbres,

bres, aut uentis grandinisque lapidatione quaterentur, quibus non cuiuſcunq; ſalus aut æſtimatio læderetur, ſed quorum proficit actus, ne diuina munera & labores hominum ſternerentur.

Tertia cauſa. Si augur ſit. Hæc cauſa approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. cauſa 1. Concordat l. 2. C de ſacrificijs paganorum, his uerbis: Ne quis mortaliũ ita faciendi ſacrificij ſumat audaciam, ut inſpectione iecoris, extorumq́; præſagio uanæ ſpem promiſsionis accipiat, uel (quod eſt deterius) futura ſub execrabili conſultatione cognoſcat. acerbioris etenim imminebit ſupplicij cruciatus ei, qui contra uetitum præſentium uel futurarum rerum explorare tentauerit uer:tatem.

Quarta cauſa. Si mathematicus ſit. Hæc cauſa approbatur l. 2. C. de maleficis, hiſce uerbis: Artẽ Geometriæ diſcere, atq; exercere publicè intereſt: ars autem Mathematica damnabilis interdicta eſt. *Concordat l. 7. ibi: Vel etiam mathematicus. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. Concordat l. 10. C. de epiſcopali audientia. his uerbis*: Mathematicos, ſi non parati ſunt codicibus erroris próprij, ſub oculis epiſcoporum incendio co :cre matis, catholicæ religionis cultui fidẽ tradere, nũquã ad errorẽ primũ redituri: non ſolum urbe Roma, ſed etiam omnibus ciuitatib. pelli decernimus. Quòd ſi hoc non fecerint, & contra clementię noſtræ ſalubre ſtatutum in ciuitatibus fuerint comprehenſi, uel ſecreta erroris ſui & profeſsionis inſinuauerint, deportationis pœnam excipiant.

Quinta cauſa. Si Geometriam exerceat. Hæc cauſa reprobatur l. 2. C. de maleficis. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. in prin.

Sexta cauſa. Si aruſpex uel ſimilis alterius domum acceſſerit: uel quis aruſpicẽ euocauerit. Hæc cauſa approbatur l. 3. C. de maleficis, hiſce uerbis: Nullus aruſpex, nullus ſacerdos, nullus eorum qui huic ritui adſolẽt miniſtrare, limen alterius accedat, nec ob alterã cauſam, ſed huiuſmodi hominis amicitia, quamuis uetus, repellatur, concremando illo aruſpice, qui ad domum alienã acceſſerit: & illo in inſulã deportando, poſt ademptionem bonorũ, qui eum euocauerit ſuaſionibus uel præmijs: accuſatorem autem huius criminis non delatorem eſſe, ſed dignum magis præmio arbitramur.

Septima cauſa. Si prohibitas artes diſcit. Hæc cauſa approbatur l. 8. C. de maleficis, hiſce uerbis: Culpa ſimilis eſt tã ꝓhibita diſcere, quàm docere.

Octaua cauſa. Si aruſpicem, aut Mathematicũ, aut aliũ ſimilem conſuluerit. Hæc cauſa approbatur l. 5. C. d. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 1.

II. QVID VENIAT IN hoc iudicium, ſeu de pœna.

De pœna huius iudicij uide in ſingulis cauſis hactenus propoſitis.

CONCLVSIO LIBRI Quarti.

Hactenus de Iudicijs publicis tam in genere quàm in ſpecie ſit dictum, quanquam & aliæ præter hactenus propoſitas publicorum iudiciorum ſint ſpecies. Nã eſt lex Iulia Repetundarum, lex Iulia de Annona, lex Iulia Peculatus, lex Iulia de Ambitu, &c. Sed hæc crimina uel certarum perſonarum ſunt, uel certarum rerum: puta repetundarum & ambitus crimen magiſtratuum eſt, ideoq; de ijs tractatum ſ. inter cætera magiſtratuum iura. Crimen peculatus eſt publicarum rerum, ſacrilegium eſt crimen quod circa res ſacras uerſatur, annonæ crimen circa annonam uerſatur: ideoq́; de ijs inter cætera iura publicarum aut ſacrarum rerum aut annonæ tractabitur. Sed & plures criminum ſpecies proponentur in Obligationibus ex delicto deſcendentibus. Nunc ergo ad priuata iudicia tranſeundum.

DIGESTORVM LIBER QVINTVS.

DE IVDICIIS PRIVATIS.

DESCRIPTIO IVDIciorum generalis, nec non partitio ſequentium. Caput I.

RATIO *Iudiciorum proponitur l. 14. ibi: Idcirco tamen. C. de Iudæis & cœlicolis, hiſce uerbis*: Idcirco iudiciorum uigor iuriſque publici tutela uidetur in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere ualeat ultionem.

II. QVANDO EXERCENDA IVdicia, uel non exercenda.

Diebus feriatis nõ exercẽda. quæ regula approbatur l. 1. in pr. ff. de ferijs, hiſce uerbis: Ne quis meſsiũ, uindemiarũq; tẽpore aduerſariũ cogat ad iudiciũ uenire, oratiõe diui Marci exprimitur: quia occupati circa rẽ ruſticã, in forũ cõpellẽdi nõ ſunt. *Concord. l. 6. ff. eod. tt.* Sanè Pręſides prouinciarũ (inquit Paulus) ex cõſuetudine cuiuſq; loci ſolẽt meſsis uindemiarumq́; cauſa tempus ſtatuere. *l. 4. ff. de ferijs.* Et Vlpianus pridie Cal. Ianuarias (inquit) magiſtratus neque ius dicere, ſed nec ſui pote-

potestatem facere consueuerunt. *Sed & alij dies feriati definiuntur l.2.C.de ferijs,hisce uerbis*: Vt in die Dominico emancipare ac manumittere liceat,reliquę causæ, uel lites quiescât, & à die octauo Calend.Iulij,&c. *Sed & alij dies feriati qui sint;dicetur* J. *Lib.12 .cap.14.regul 15. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est : Nisi partes consentiant.Quæ exceptio approbatur d.l. 6.his uerbis* : Quid si feriatis diebus fuerit iudicatũ? lege cautum est,ne ijs diebus iudiciũ sit,nisi ex uoluntate partium : & si aliter aduersus ea iudicium erit, ne quis iudicatum facere, neue soluere debeat: nec quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatũ facere cogat. *Concordat l.1.§.1.ff.eod.tt. his uerbis* : Sed si prętor aut per ignorantiam aut socordiam euocare eos perseuerauerit, hiq; sponte uenerint, siquidem sententiã dixerit præsentibus illis, & spontè litigantibus, sententia ualebit, tametsi non rectè fecerit, qui eos euocauerit. Sin uerò cum abesse perseuerauerint sententiam protulerit, etiam absenti bus illis, consequẽa erit dicere sententiam nullius esse momenti. neq; enim Prætoris factũ iuri derogare oportet. Citra igitur appellationem sententia infirmabitur. *Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi res tempore sit peritura, seu actionem dilatio peremptura. quæ exceptio approbatur d.l.1.§. sed excipiuntur, his uerbis*: Sed excipiuntur certæ causæ, ex quibus cogi poterimus etiam per id tempus cũ messis uindemiæq; sunt, ad prætorem uenire, scilicet si res tempore peritura sit, hoc est, si dilatio actionem sit peremptura. *Concordat l. 3.ff.eod.tt.cuius uerba uide* J.*except. prox. Propositæ exceptionis replicatio hæc est:Nisi lis sit contestata. quæ replicatio approbatur d. l.1.§.fin. his uerbis*: Sanè quoties res urget cogendi quidem sumus ad prætorem uenire, uerùm ad hoc tantum cogi æquum est, ut lis contestetur, & ita uerbis ipsius orationis exprimitur. Denique alterutro, recusante post litem contestatam litigare, dilationem oratio concessit.

Tertia exceptio est : Nisi morte rei conuenti actio sit peritura. Hæc exceptio approbatur l.3.in prin. ff eod.tt.his uerbis: Solet etiam messis uindemiarumque tempore ius dici rebus, quæ tempore uel morte perituræ sunt : morte, ueluti furti, damni iniuriæ, iniuriarum atrocium, quod de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata rapuisse dicetur, & si quæ similes sunt. Item si res tempore perituræ sunt, aut actionis dies exiturus.

Quartæ exceptionis loco notandæ sunt aliquot causæ, quæ etiam feriatis diebus peragi possunt quæ enumerantur l.2.ff. de ferijs, hisce uerbis : Eadem oratione diuus Marcus in Senatu recitata effecit de alijs etiam speciebus prætorem adiri diebus feriatis: utputa, ut tutores aut curatores dentur: ut officia admoneantur: cessantis excusationes allegentur: alimenta constituantur: ætates probentur: uentris nomine in possessionem mittatur, uel rei seruandę causa, uel legatorum fideiue commissorum, uel damni infecti: Item de testamentis exhibendis: & ut curator detur bonorum eius, cui an hęres extiturus sit, incertum est: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda suspecta hæreditate: aut ut aspectu atrox iniuria æstimetur: uel si cui fideicommissaria libertas præstanda est. *Quinta exceptio est : Nisi liberalis causa sit. Hæc exceptio approbatur l.3.§. penult.ff.de ferijs hisce uerbis*: Liberalia quoque iudicia omni tempore finiũtur. *Sexta exceptio est:Nisi quis nundinarum nomine aduersus communem utilitatem quid accepisse dicatur. Hæc exceptio approbatur d.l. 3.§.fin.his uerbis*:Item in eum qui quid nundinarum nomine aduersus communem utilitatem accepit, omni tempore ius dicitur. *Septima exceptio est : Nisi ad militarem disciplinam causa pertineat. Hæc exceptio approbatur l. penult.ff. de ferijs,hisce uerbis* : Diuus Traianus Minutio Natali rescripsit, ferias à forensibus tantum negocijs dare uacationem: ea autem quæ ad disciplinam militarem pertinerent, etiam feriatis diebus peragenda: interque ea custodiarum quoque cognitionem esse. *Octaua exceptio est: Nisi custodia sit audienda, & de latronibus quæstio habenda sit. Hæc exceptio approbatur l.9. C. de ferijs, hisce uerbis* : Prouinciarum Præsides moneantur, ut in quæstionibus latronum, & maximè Isaurorum, nullum Quadragesimæ tempus uel uenerabilem Paschalem diem existiment excipiendum: ne differatur sceleratorum proditio conciliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est. cum facilimè & in hoc summi numinis speretur uenia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. *Concordat l.penult. ff. de ferijs. cuius uerba uide* S. *ex. proxim. Item concordat l. 12. ff. de publ.iud. Nona exceptio est:Nisi publica causa sit, se fiscalis: item pistoria. Hæc exceptio approbatur l.5.C de ferijs,hisce uerbis*:Publicas ac fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis mensibus, hoc est, sine aliqua intermissione distringat: pistorijs quoque causis ijsdem diebus ratum in futurum examen adhibebit. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi in quindecim paschalibus diebus. In his enim etiam publicæ & fiscales causæ sunt inhibendæ. quæ replicatio approbatur l. 7. §.fin. C.eod.tt.his uerbis*: In quindecim autem Paschalibus diebus compulsio annonariæ functionis & omnium publicorum, priuatorumque debitorum differatur exactio. *Plures exceptiones uide* J.*Lib.12.cap.14.reg.16.*

litera propositæ quæstionis regula est: Quòd iudicium antequam aliquid debeatur, accipi non possit. quæ regula approbatur l. 35. ff. de iudicijs. de qua re uide Commentar. Action. ca. 7. de conditionali obligatione prius.

III. QVAMDIV EXERcenda iudicia.

Prima regula. Causæ criminales intra biennium debent finiri. de qua re dict. §. Lib. 3. cap. 1. q. 9. reg. 1.

Secunda regula. Ciuiles & pecuniariæ causæ intra triennium debent finiri. quæ regula approbatur l. 13. C. de iud. hisce uerbis: Properandum nobis uisum est, ne lites fiant penè immortales, & uitæ hominum excedant modum, cum criminales quidem causas iam nostro lex biennio conclusit, & pecuniariæ causæ frequentiores sint, & sæpe ipsæ materiam criminibus creare noscuntur, præsentem legem ... per his per orbem terrarum nullis locorum uel temporũ angustijs coartadam ponere. Censemus itaque, omnes lites super pecunijs quantæcunque quantitatis, siue super conditionibus, siue super iure ciuitatis, seu priuaturum fuerint illatæ, siue super possessione, uel dominio, uel hypotheca, seu super seruitutibus, seu pro alijs quibusdam casibus, pro quibus hominibus inter se litigandum est, exceptis tantummodo causis, quæ ad ius fiscale pertinent, uel quæ ad publicas functiones respiciat, non ultra triennij metas post litem contestatam esse protrahendas. Sed omnes iudices, siue in ... alma urbe, siue in prouincijs, maiorem seu minorem peragant administrationem, ... in magistratibus positi, aut ex auxilio dati, uel a nostris proceribus delegati, non esse eis concedendum ulterius litem ... triennij spacio extendere: hoc etenim iudicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret. Nam si ipsi uoluerint, nullus tam audax inuenitur, qui possit inuito iudice litem protelare.

Euentus & Pœnæ, si intra triennium lites non finiantur.

Si per actorem steterit, quæ pœna competat, definitur d. l. 13. §. & si quidem, his uerbis: Et si quidem pars actoris cessauerit, quatenus multiplici dilatione reus fatigetur, & triennij metæ post litem contestatam, iam propè finem ueniant, ut semestre tempus tantum ei superfit: licentia erit iudici, per executores negocij actorem requirere, parte fugiente ex una parte actoris absentiam incusante, & iudicibus omnimodò suas aures huiusmodi quæstioni referantibus: & si per ... ces hoc fuerit subsecutum, decem dierum spacio per unumquenq; introitum destinato, & nec ita pars actoris fuerit inuenta, & neq; per se, neq; per procuratorem instructum peruenerit: tunc iudicem negocij acta apud se confecta conspicere, & siquidẽ nihil sufficiens actitatum est, ex quo possit termino causæ certa fieri coniectura, nõ solùm partem fugientem ab obseruatione iudicij relaxare, sed etiam in omnes expensas, quæ consueto modo circa lites expendũtur, eũ cõdemnare: uera quantitate earũ sacramento fugientis manifestãda, & omni cautela quã super lite reus expusuit reddẽda, quæ & si remanserit, uiribus euacuabitur. Sin aut ex gestis apud se habitis parte actoris minimè inuenta possit inuenire ui... ex qua manifestũ ei fiat, quid statuendũ ei ... etiã actore absente, si eum meliorẽ causam habere perspexerit, ꝓferre sententiam non moretur, & præsentem reum absenti actori condemnare, expensis tantummodò litis. quas reus legitimè se expendisse iurauerit, condemnatione excipiendis: quia hãc pœnam actori & meliorem causam habenti, ꝓpter solã absentiæ contumaciam imponimus: nullo penitùs ei regressu ad eandem litem conseruando, sed actor contumax cadat omnimodo de lite, si reus absoluitur. Sin uerò aliqua condemnatio contra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor putauerit fugitiuus, nullo modo iterum eandem litem resuscitare concedimus: & hæc quidem pœna actori sit imposita.

Si per reum steterit, quæ pœna competat, definitur d. l. 13. §. sin autem reus, hisce uerbis: Sin autẽ reus abfuerit, & similis eius processerit requisitio, quemadmodum pro persona actoris diximus, etiam absente eo eremodicium contrahatur, & iudex secundũ, quod ueteribus legibus cautum est, ex una parte cum omni subtilitate causam requirat, & si obnoxius fuerit inuentus, & contra absentem promere condemnationem non cesset, quę ad effectum perducatur, & per res & facultates fugientis uictori satisfiat, siue ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest, siue per relationẽ ad maiorẽ iudicẽ hoc referatur, & ex eo legitima uia cõtra res cõtumacis aperiatur. Nulla licentia erit alij personã eius solã præsidenti cõcedenda cõtradicendi, cũ in possessionẽ ex huiusmodi causa actor mittitur: nec si reuersus ipse fuerit, & uolurit fideiussionem dare, & possessionẽ recuperate, audietur: in huiusmodi etenim casibus omnem ei cõtradictionẽ excludimus. Cum autem eremodiciũ uẽtilatur, siue pro actore, siue ꝓ reo examinatio, sine ullo obstaculo celebretur. Cum enim terribiles in mediũ proponuntur scripturæ, litigatoris absentia Dei præsentia repleatur: nec pertimescat iudex appellationis obstaculũ, cũ ei, qui

qui contumaciter abesse nescitur, nulla fit procurationis licentia: quod & in ueterib. legibus esse statutum, manifestissimi iuris est. Huiusmodi autem sententia propè finē triennij proferatur, pro quo & præsentem legem induximus. Si enim in anteriore tēpore, in quo larga temporis superest dilatio & spes absenti relicta fuerit, reuertendi alterutra pars cessauerit, in sola expensarum datione, & absolutione forsitan præstetur pœnalis sententia, non autem tunc mors litis, & condemnatio in absentem introducatur, quæ in his tantummodo casibus accidunt in quibus triennij effluentis imminet formido. Siue autē alterutra parte absente, siue utraque præsente lis fuerit decisa, omnes iudices, qui sub imperio nostro constituti sunt sciant: uictum in expensarū causa uictori esse condemnandum, quantū pro solitis expensis litium iurauerit: non ignorantes, quòd si hoc prætermiserint ipsi de proprio huiusmodi pœnæ subiacebunt, & reddere eam parti læsæ coartabuntur. Et hæc de alterutra parte litigantium contumaciter absente nobis statuere uisum est, ad æquitatis rationem omnia corrigentibus.

Si per iudicem steterit, quæ pœna competat, definitur d.l.13. §. sin autem utraq; his uerbis: Sin autem utraque imminente, & litem peragere cupiente, iudex eam accipere noluerit, uel ꝓpter amicitias, uel inimicitias, uel turpissimi lucri gratia, uel propter aliud quodpiā uitium, quod miserrimis animis huiusmodi iudicum innasci potest, litem ipse ausus fuerit protelare, & propter hoc triennium fuerit transactum: siquidem iudex in magistratu positus est, uel in maiore dignitate usque ad illustratus gradum, decem libras auri priuatis nostris largitionibus inferre per scholam Palatinam compellatur. Si autem iudex minor fuerit, trium librarum auri mulcta plectetur, per eādem scholam exigenda, & nostro ærario adplicanda: & eo remouendo, alter iudex in locum eius subrogetur, sub similis pœnæ formidine: his omnibus locum habentibus, cum unus iudex omnem causam ab initio peragit. Sin autem in medio triennio uel morte iudicis uel alia in recusabili occasione iudicium fuerit mutatum, tūc siquidem ex triennio annale tempus uel amplius residet, in quo alius iudex ei causę imponitur, intra reliquū tempus causa finiatur. Sin autem minus quàm annale sit, tunc omne quod deest repleatur. ut non in minore quàm perfecti anni tempore litem possit, subrogatus iudex tam discutere, quàm terminare.

Si per patronum causæ steterit, quæ pœna competat, definitur ibidem, his u. r§is: Illo proculdubiò obseruando, ut si neque per alterutram litigantium partem, nec per iudicem steterit, quo minus lis suo marte decurrat: sed per patronos causarum: licentia detur iudici, & eos duarum librarū auri pœna afficere per scholam Palatinam exigenda, & similiter publicis rationibus aggreganda: ipso uidelicet iudice in sua sententia hoc ipsum manifestante, quod per patronos causæ, uel fugientis, uel agentis dilatio facta est, uel per omnes, uel per quosdam ex ijs, necessitate aduocatis imponenda, ex quo litem peragendam susceperint, eam usq; ad terminū (nisi lex uel iusta causa impediat) implere: ne ex eorum recusatione fiat causæ dilatio, honorarijs scilicet à clientibus, qui dare possunt disertissimis togatis omnimodo præstandis: & si cessauerint per executores negociorum exigendis, ne per huiusmodi machinationem causæ merita protrahantur: nisi ipse litigator alium pro alio patronum eligere maluerit.

Si per tutorē, curatorem uel eius procuratorem steterit, quæ pœna competat, definitur ibidem, hisce uerbis: Hæc autē in his à nobis cauta sunt, quib. perfectæ ætatis constitutis arbitrium suum pro omnibus sufficit. Si uerò causæ uel pupillorum, uel adultorum sunt, uel aliorum sub cura agentium masculorum, uel fœminarū, ut per tutores, uel actores, uel curatores, uel procuratores eorum agantur, & eorum desidia triennium fuerit elapsum, & causa ceciderint: litem quidem nihilominus suum habere uigorem, omnem autem iacturam, quæ ex causa hac oritur, ad tutores, & curatores, aut eorum fideiussores, hæredesq;, & res eorum, & omnes quorum in hac causa legitimè interest, redundare. Sin autem non sufficiat pupillis, uel minoribus eorum substantia, tunc in id in quo fuerint detrimentum perpessi, in integrum restitutionis auxilium eis superesse.

IIII. CAVSAE, EX QVIbus iudicium soluitur, aut finitur.

Prima causa. Si de lite fit transactū. Hæc causa approbatur l.21 ff. de in ius uocando, his uerbis: Qui in ius uocatus est, duobus casibus dimittendus est: Si quis eius personam defendat, & si dum in ius uenitur, de ea re transactum fuerit.

Secunda causa. Si alter litigatorū alterū adrogauerit. Hæc causa approbatur l.11. ff. ubi quis agere, uel conueniri, his uerbis: Si à me fuerit adrogatus, quī mecum erat litem contestatus, uel cū quo ego: solui iudicium, Marcellus lib. tertio Digest. scribit: quoniā nec ab initio inter nos potuit consistere.

Tertia

Tertia causa. Si iudices sint mutati: hoc enim casu uidetur prius iudiciū solui, & aliud substitui. Verū hæc causa reprobatur l. 76. ff. d. tt. ubi quis agere, his uerbis: Proponebatur ex his iudicib. qui in eādem rem dati essent, nonnullos causa audita excusatos esse, inque eorum locum alios esse sumptos: & quærebatur singulorum iudicum mutatio eandem rem, an aliud iudicium fecisset? Alfenus respondit: non modo si unus aut alter, sed & si omnes iudices mutati essent, tamen & rem eandem & iudicium idem quod antea fuisset, permanere. Neque in hoc solum euenire, ut partibus commutatis eadem res esse existimaretur, sed & in multis cæteris rebus. Nam & legionem eandem haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum alij subiecti essent, & populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc uiueret: Idemque si nauis adeò sepe refecta esset, ut nulla tabula eadē permaneret, quæ non noua fuisset, nihilominus eādem nauem esse existimari. Quòd si quis putaret partibus commutatis aliam rem fieri, fore ut ex eius ratione nosipsi non ijdem essemus, qui abhinc anno fuissemus, propterea quod (ut Philosophi dicerent) ex quibus particulis minimis consisteremus, eæ quotidie ex nostro corpore decederent, aliæque extrinsecus in earum locum accederent. Quapropter cuius rei species eadem consisteret, rem quoque eandem esse existimari.

Quarta causa est. Si is qui maius imperiū habet, iudicare prohibuit. Hæc causa approbatur l. 58. ff. ubi quis agere uel conue. his uerbis: Iudicium soluitur uetante eo qui iudicare iusserat, uel etiam eo qui maius imperium in eadem iurisdictione habet: uel etiam si ipse iudex eiusdem imperij esse cœperit, cuius erat qui iudicare iussit.

Quinta causa est. Si iudex eiusdem imperij esse cœperit, cuius erat is qui iudicare iußit. tunc enim soluitur iudicium, ut ex uerbis iam propositis constat. Ratio autem propositæ causæ est, Quia par in parem non habet imperium l. 3. §. fin. cum lege sequente. ff. de receptis arbitris.

Sexta causa. Si actor seruus appareat. Hæc causa proponitur l. 44. §. fin. ff. de iudicijs, his uerbis: Cum postea seruus apparuit, cuius nomine per procuratorem fuerat actum, absolui debitorem oportet. quæ res quandoq; propriam domino litem inferenti non obstabit.

V. ANTECEDENTIA ET adiuncta.

Prima regula. Actor ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. quæ regula approbatur l. 42. in fin. ff. de reg. iuris, his uerbis: Qui agit, certus esse debet, cum sit in potestate eius, quando uelit experiri, & ante debet rē diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

Secunda regula. De iussu prætoris prius impetrando in certis personis, uide J. Lib. 6. ca. 1. quæst. 3. reg. 4. cum sequentibus. In genere autem reprobatur impetratio actionum l. 2. C. de iuris formulis, his uerbis: Nullis prorsus non impetratæ actionis, &c.

Tertia regula. De iuris formulis sublatis, proponitur l. 1. C. d. tt. his uerbis: Iuris formulis, &c.

VI. *Diuisio iudiciorum seu cognitionum, proponitur l. 5. ff. de extraordinarijs cognit. his uerbis:* Cognitionum numerus cum ex uarijs causis descendat, in genera diuidi facilè non potest, nisi summatim diuidatur: numerus ergo cognitionum in quatuor ferè genera diuidi potest: aut enim de honoribus siue muneribus gerendis agitur, aut de pecuniaria re disceptatur, aut de existimatiōe alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine quæritur. Existimatio est dignitatis illæsæ status legibus ac moribus cōprobatus, qui ex delicto nostro authoritate legum, aut minuitur, aut consumitur. Minuitur existimatio, quoties manente libertate circa statum dignitatis pœna plectimur: sicuti cum relegatur quis, uel cum ordine mouetur, uel cum prohibetur honoribus publicis fungi, uel cum plebeius fustibus cęditur, uel in opus publicum datur, uel cum in eam causam quis incidit, quę edicto perpetuo inter infamiæ causas numeratur. Consumitur uerò, quoties magna capitis deminutio interuenit: id est, cum libertas adimitur: ueluti cū aqua & igni interdicitur, quod in persona deportatorum euenit, uel cum plebeius in opus metalli, uel cum in metallum datur: nihil enim refert, nec diuersa pœna est operis & metalli, nisi quòd refugæ operis non morte, sed pœnæ metalli subijciuntur. *Hæc de prima iudiciorum siue cognitionum diuisione sint dicta. Sunt insuper iudicia quædam publica quædam priuata: de illis antea dictum est, de hisce nunc dicetur.*

VII. PARTITIO TRACTATVS iudiciorum.

Primum autem dicetur de Personis iudiciorum: deinde, de re litigosa, seu in iudicium deducta: tertiò, de actibus iudiciorum: quartò, de euentis & consequentibus: postremò, de adfinibus iudiciorum remedijs. Personæ iudiciorum sunt iudex, assessores, postulantes & aduocati, procuratores & defensores, actores & rei conuenti. Res iudicij est, res ea de qua controuertitur, seu litigiosa. Actus iudiciorum sunt, in ius uocare, actionem edere, dilationem dare, excipere, cauere, litē contestari, iurare de calumnia, probare causam, cognoscere ac referre, sententiam formare ac pronunciare. Euentus & consequentia iudiciorum sunt: Appellationes, res iudicata, iudicati actio, exceptio rei iudicatæ, sententiæ executio, in possessionem bonorum missio,

sio, uenditio bonorum debitoris, sumptuum & expensarum litis restitutio, exceptio quod quisq; iuris in alterum statuit uel impetrauit, ut ipse eodem iure utatur. Adfinia deniq; iudiciorũ remedia sunt, extraordinariæ cognitiones, compromissum & transactio. De quibus omnibus & singulis ordine dispiciendum: & primum de personis Iudicij.

DE IVDICE.
Cap. II.

I. DE COMPETENTIA IVDICIS, & exceptionibus aduersus iudicem.

S*Ententia à non competente iudice dicta, ipso iure non ualet. de quo infra in re iudicata. Sed & pœna statuitur, si apud non competentem agatur l. 5. C. de iurisdict. om. iud. his uerbis:* Is qui suam causam siue criminalem, siue ciuilem in uetito uocauit examine sine cœlesti oraculo aut excusationem ptoposuit militarem: actor quidem propositi negocij actione mulctetur, reus uerò pro condemnato habeatur: &q; tribuni siue uicarij capitalē sibi animaduersionem subeundam esse cognoscant, si uel suam, uel militum executionem interdictam præbuerint. *Regulariter autem iudex competens censetur: quiq; excipiendo eũ incompetentem dicit, sine dubio istam suam exceptionem tenetur probare. Sunt autem multiplices & uariæ aduersus iudicem exceptiones & ad forum declinandum, quæ sumuntur partim ex persona ipsius iudicis, partim ex persona actoris. partim ex persona rei conuenti, partim ex genere causæ & actionis, partim ex re quæ petitur, partim deniq; ex loco in quo est contractũ. Primi generis exceptiones hæ sunt.*

I. EXCEPT. *Nisi iudex neq; iurisdictioni præsit, neque à principe potestate aliqua præditus sit. Hæc exceptio approbatur l. 81. ff. Vbi quis agere uel conueniri, his uerbis:* Qui neque iurisdictioni præest, neque à principe potestate aliqua ptæditus, neque ab eo qui ius dandorũ iudicum habet datus est, nec ex compromisso sumptus, uel ex aliqua lege cõfirmatus est, iudex esse non potuit.

II. EXCEPTIO: *Nisi inutiliter datus sit iudex. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur per ea quæ dicta sunt s̄. Lib. 2. cap. 4. quæst. 2.*

III. EXCEPTIO: *Nisi iudex surdus, mutus, senatu motus, fœmina aut seruus sit. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. non autem. ff. Vbi quis agere uel conueniri, his uerbis:* Non autem omnes iudices dari possunt ab his qui iudicis dandi ius habēt. Quidam enim lege impediuntur ne iudices sint, quidam moribus, quidam natura. Natura, ut surdus, mutus & perpetuò furiosus & impubes: quia iudicio carent. Lege, qui senatu motus est: Moribus, fœminæ & serui, non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est, ut ciuilibus officijs non fungantur. *Ait Iurisconsultus:* Lege qui Senatu motus est. *Huic concordat l. 2. ff. de senatoribus, his uerbis:* Cassius Longius non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem senatu motus, nec restitutus est, iudicare uel testimonium dicere: quia lex Iulia Repetundarum hoc fieri uetat.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi iudex furiosus sit. Hæc exceptio cõstat ex uerbis iam propositis, hisce:* Et perpetuò furiosus. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi non perpetuò sit furiosus. Quæ replicatio ex iam dictis elici potest. Cui concordat l. 39. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Cum furiosus iudex addicitur, non ideo minus iudicium erit, quod hodie non potest iudicare: scilicet ut suæ mentis effectus, quod sententiæ dixerit ratum sit. neque enim in addendo præsentia uel scienria iudicis necessaria est. *Concordat item l. 46. ff. eod. tt. his uerbis:* Index datus in eodem officio permanet, licet furere cœperit: quia rectè ab initio iudex additus est. Sed quia iudicandi necessitatem morbus sonticus remittit, ergo mutari debet.

V. EXCEPTIO: *Nisi iudex cæcus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 6. ff. Vbi quis agere uel conue. his uerbis:* Cæcus iudicantis officio fungitur. *Concordat l. 1. §. quamuis. ff. de postulando, his uerbis:* Quamuis autem cæcus pro alio postulare non possit: tamen & senatorium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur. Nunquid ergo & magistratus gerere possit? Sed de hoc deliberabimus. Extat quidem exemplum eius qui gessit. Appius denique Claudius cæcus consilijs publicis intererat, & in senatu seuerissimam dixit sententiam de Pyrrhi captiuis. Sed melius est ut retinere quidem dicamus iam acceptum magistratum posse, adspirare autem ad nouum penitus prohiberi: idque multis comptobatur exemplis.

VI. EXCEPTIO: *Nisi iudex minor sit ætate. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. non autem. ff. ubi quis agere, &c. cuius uerba uide s̄. except. 1. Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi maior sit decem & octo annis. Hæc replicatio approbatur l. 57. ff. de re iudicata, his uerbis:* Quidam consulebant, an ualeret sententia à minore uiginti quinq; annis iudice data? Sed æquissimum est tueri sententiam ab eo dictam, nisi minor decem & octo annis sit. Certè si magistratum minor gerit, dicendum est iurisdictionem eius non improbare. Etsi fortè ex consensu iudex minor datus sit, scientibus his qui in eum consentiebant, rectissimè dicitur ualere sententiam. Proinde etsi minor Prætor uel consul ius dixerit, sententiamue protulerit, ualebit: princeps enim qui ei magistratum dedit omnia agere decreuit.

VII. EXCEPTIO: *Nisi filiusfamiliâs sit index. Hæc exceptio reprobatur l. 12. §. fin. ff. ubi quis agere*

uel

uel conueniri, his uerbis: Qui possunt esse iudices, nihil interest in potestate, an sui iuris sint. *Concordat l.6.ff.de receptis arbitrijs.cuius uerba uide ȷ.Lib.9. cap.2.except.8.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi iudex sit uir militaris. Hæc exceptio reprobatur l.15.C. de iudicijs, hisce uerbis*: Certi iuris est, quod concessa est militaribus hominibus iudicandi facultas. quid enim obstaculi est, homines qui alicuius rei peritiam habent, de ea iudicare? cum sciamus & militares magistratus, & omnes tales homines per usum quotidianum iam esse approbatos, ut & audiant lites, easq; dirimant, & pro sui & legis scientia huiusmodi altercationibus fines imponant. *Concordat l.6.C. de iurisdictione omnium iudicum.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi uiator siue nuncius iudex sit datus. Hæc exceptio approbatur sub conditione l.ult.ff. Vbi quis agere uel conuen. his uerbis*: Non nunquam solent magistratus populi Romani uiatorem nominatim uice arbitri dare, quod raro, & non nisi re urgente faciendum est.

X EXCEPTIO: *Nisi iudex cognatus sit maritus, uel domesticus actoris, uel rei conuenti, uel causa ipsius sit iudicis. Hæc exceptio approbatur l.10.ff. de iurisdictione, his uerbis*: Qui iurisdictione præest, neque sibi ius dicere debet, neque uxori uel liberis suis neque libertis, uel cæteris quos secum habet. *Concordat l.unica. C.ne quis in sua causa iudicet. his uerbis*: Generali lege decernimus, neminem sibi esse iudicem, uel ius sibi dicere debere: in re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiæ. *Concordat item l. ult. §. sciant. C. ubi Senatores uel clarissimi, his uerbis*: Sciant aũt ipsi quoq; nec de se nec de suis facultatibus iudicaturos aliquid, nec probatis criminibus, nisi prius ad nostram pietatem retulerint, posse statuere. *Contradicit exceptioni propositæ l.77.ff. Vbi quis agere uel conueniri, his uerbis*: In priuatis negocijs pater filium, uel filius patrem iudicem habere potest. *De hac antinomia uide Glossam in d. l.10.ff. de iurisdictione.*

Hactenus de primo genere exceptionum contra iudicem dictum est, earum scilicet, quæ sumuntur ex persona ipsius iudicis: quanquam huc etiam pertinet, si iudex sit imperitus legum. de quo uide s. Lib.2. cap. 1.quæst. 1.reg.22. Sequuntur nunc eæ exceptiones, quæ sumuntur ex persona actoris.

XI. EXCEPTIO: *Nisi Imperator uel fiscus agat: tunc enim procurator Cæsaris uel fisci iudex competens est, non alius. Quæ exceptio approbatur l.5.C. Vbi causæ fiscales, hisce uerbis*: Ad fiscum pertinẽtes causas rationalis decidat omnibus concussionibus prohibendis. *Concordat l.2.C.eod. tt.his uerbis*: Non animaduertimus, cur causas ad officium procuratorum nostrorum pertinentes, ad proconsulis notionem aduocare uelis. Nam cum hoc quęratur, an pater tuus mortem sibi consciuerit metu alicuius pœnę, ac propterea bona à fisco uindicari debeant, iam nõ de crimine aut pœna mortui, sed de bonis quærendum est. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi de crimine ex quo pœna fisco uindicatur, non constet. Hæc replicatio approbatur l.1.C.eod.tt.his uerbis*: Non defensæ mortis quæstionem apud procuratores nostros non oportere tractari, nec bona fisco peti posse, quàm si de crimine constiterit, apud eum cui conuictis pœnam irrogare licet, quis ignorat? *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi reus ante sententiam mortuus sit: tunc enim quamuis nondum de crimine conuictus decesserit, causa ad procuratorem Cæsaris pertinet. quæ duplicatio approbatur d.l.1. §. final. his uerbis*: Planè defunctis homicidij reis, apud procuratores quoq; causam agendã esse ratio permittit. *Concordat l.2.C.eod.tt.cuius uerba uide paulo superius ead. exceptione.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi colonus, inquilinus, uel seruus Cæsaris agat, tunc enim præpositus sacri cubiculi, non alius iudex competens est. quæ exceptio approbatur l ultim.C.ubi causæ fiscales, &c. his uerbis*: Impp.Theod.& Valent.AA. Artaxi præposito sacri cubiculi: Hac lege sancimus, ut siue agat domorum nostrarum colonus, aut inquilinus, uel seruus, seu pulsetur ab aliquo super criminali uel ciuili negocio: non alibi, quàm tui culminis ac uiri spectabilis comitis domorum petatur examen, nullius allegationi super fori præscriptione penitùs admittendã.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi suarius agat: tunc enim præfectus urbi iudex competens est. quæ exceptio approbatur l.2. C. de suarijs Lib.11. his uerbis*: Quicunque ex corporibus suariorum, siue excipiendæ necessitate litis abstrictus, seu inferendæ uoluntate spontanea prouocatus, iudicium uoluerit experiri, fori urbani adiutorium postuletur.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi pater, filius, uxor, uel domesticus iudicis ordinarij, uel ipse iudex agat. De hac exceptione dictum est paulo superius except. 10. Hactenus igitur de secũdo genere exceptionum, quod sumitur ex persona actoris, sit dictum. Tertium genus exceptionum sumitur ex persona rei conuenti. cuius generis exceptiones nunc sequuntur.*

XV. EXCEPT. *Nisi reus conuentus, non ibi, ubi conuenitur habeat domicilium: & domum reuocandi ius habeat. Hæc exceptio approbatur l.2.C. de iurisdictione omnium iud. his uerbis*: Iuris ordinem conuerti postulas, ut non actor rei forum, sed reus actoris, sequatur. Nam ubi domicilium reus habet, uel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantum eum conueniri oportet. *Concordat l.3.in princip.C. ubi in rem actio exerceri de-*

 beat.

beat. itē l. unica. ibi: ubi aūt domiciliū. C. ubi de hæred. agatur. Itē cōcor. l. 3. C. Vbi causa status agi oport. Propositæ excepi. replicatio prima hæc est: Nisi tempore cōtractus ibi, ubi cōuenitur domiciliū habuit: tunc enim nihilominus ibi potest conueniri, licet post contractum domicilium aliò transtulerit. quæ replicatio patet ex uerbis paulo superius propositis hisce: Vel tempore contractus habuit licet hoc postea transtulerit.

Secunda replicatio est: Nisi ibi ubi conuenitur, reus ciuis sit. Hæc replicatio approbatur l. 29. ff. ad municipalem, his uerbis: Incola & his magistratibus parere debet, apud quos incola est, & illis apud quos ciuis est: nec tantum municipali iurisdictioni in utroque municipio subiectus est, uerum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet. *Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi res quæ uindicatur, alibi sit: tunc enim possessor reus etiam ibi, ubi res est, conueniri potest. quæ replicatio approbatur l. ult. C. ubi in rem actio exerceri debeat, his uerbis:* Actor rei forum, siue in rem, siue in personam sit actio, sequitur. Sed & in locis, in quibus res propter quas contenditur, constitutæ sunt, iubemus in rem actionem aduersus possessorem moueri. *Plura de hac re uide in Comment. de Rei uendicat. cap. 2. in fine.*

Quarta replicatio est: Nisi actor uir sit senatorius. Hæc replicatio reprobatur l. 3. C. ubi causa status agi oporteat, his uerbis: Si in possessione libertatis constituta est, eum in status etiam quæstione actor rei forum sequi debeat, ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit quæ ancilla dicitur, licet senatoria dignitate actor decoretur.

Quinta replicatio est: Nisi reus Romæ deprehendatur: tunc enim ibi potest conueniri, nec reuocandi domum ius habet. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit. cum hoc priuilegium sit speciale l. 28. §. 3. ibi: Quia personale beneficium est. *ff. ubi quis agere uel conueniri, &c. cuius uerba uide J. repl. 8. Sed & speciale illud priuilegium esse constat ex duplicationib. sequentib. item approbatur replicatio proposita l. 33. ff. ad municipalem, his uerbis:* Roma communis patria nostra est. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi legationis aut testimonij causa sit euocatus, aut causa iudicandi. quæ duplicatio approbatur l. 2. §. Legatis. ff. ubi quis agere uel conueniri, his uerbis:* Legatis in eo quod ante legationem contraxerunt: Item his qui testimonij causa euocati sunt, uel si qui iudicandi causa accersiti sunt, uel in prouinciā destinati, reuocandi domum suam ius datur. *Propositæ duplicationis triplicationes uide J. duplicat proxim. Sed & exemplum propositæ duplicationis proponitur Nouell. c. 123. §. item etsi episcopi, his uerbis:* Si episcopi aut clerici pro ciuitate per causam legationis, &c.

Secunda duplicatio est: Nisi ex causa appellationis Romæ degat uel ex alia causa necessaria. Hæc duplicatio approbatur d. l. 2. §. ei quoq;, his uerbis: Ei quoq; qui prouocauit, non imponitur necessitas intra tēpora prouocationis exercendę Romæ, uel alio loco, ubi prouocatio exercetur alijs pulsantibus respondere. Nam Celsus huic etiam domum reuocationem dandā ait: quoniam ob aliā causam uenerit. & hęc sententia uera & rationabilis est. Nā & diuus Pius Plotio Celsiano rescripsit: Eū qui tutelæ reddendæ causa Romā erat ad se euocatus, ulterius tutela cuius causa nō erat euocatus, non debere compelli iudiciū suscipere. Item Claudio Flauiano rescripsit: Minorem uiginti quinque annis, qui desiderarat in integrum restitui, aduersus Asinianū, qui alterius negocij causa uenerat, nō esse Romæ audiendum. *Concordat l. 1. ff. eū quā appellauerit in prouincia defendi. Iam propositarū duplicationū triplicatio prima hæc est: Nisi reus ibi, ubi cōuenitur, contraxerit, & ex eo contractu agatur. quæ triplicatio approbatur l. 2. §. omnes aūt. ff. ubi quis agere uel conueniri, his uerbis:* Omnes autē isti domum reuocant, si non ibi contraxerint, ubi conueniuntur: cæterùm si ibi contraxerint, reuocandi ius non habent: exceptis legatis, qui licet ibi contraxerint (dummodo ante legationem contraxerint) non compelluntur se Romæ defendere, quamdiu legationis causa ibi demorantur: quod & Iulianus scripsit, & diuus Pius rescripsit. *Propositæ triplicationis quadruplicatio hæc est: Nisi legationis causa absit: tunc enim quamuis alibi contraxerit, non tamen potest ibi conueniri quæ quadruplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Exceptis legatis, qui licet ibi contraxerint, nō compellūtur se Romæ defendere. *Sed & propositæ quadruplicationis distinctio hæc est: Nisi tempore legationis contraxerit: tunc enim quadruplicatione proposita non obstante, etiam ibi conueniri potest, ubi contraxit. quæ distinctio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Dummodo ante legationem contraxerint. *Cui concordat l. 25. ff. eod. tt. his uerbis:* Si legationis tempore quis seruum uel aliam rem emerit, aut ex alia causa possidere cœperit: non iniquè cogitur eius nomine iudicium accipere. aliter enim potestas dabitur legatis sub hac specie res alienas domum auferendi. *Concordat item l. 24. in prin. ff eod. tt. his uerbis:* Nō aliàs in eos quos princeps euocauit, Romæ competit, &c. *Concordat item l. 39. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui legationis causa Romā uenit, ex qualibet causa fide iubere potest cum priuilegio suo, cum sit in Italia contractum, uti nō potest. *Item cōcordat Nou. c. 123. §. reuerend. ibi: Sed etsi de certis. Planè proposita distinctio subdistinguitur rursus hoc modo: Nisi tempore legationis constituerit se soluturum, quod antè contraxit. quæ subdistinctio approbatur l. 8. ff. eod. tt. his uerbis:*

Si

Si quis in legatione conſtituerit, quod ante legationẽ debuit, non cogitur ibi iudicium pati, ubi conſtituit. Plures propoſitæ triplicationis quadruplicationes uide J. replicat. prox. Secunda propoſitarum duplicationum triplicatio hæc eſt: Niſi ex eo contractu conueniantur quem alibi, quàm in ſua ciuitate uel prouincia contraxerint. Hæc triplicatio approbatur l.2.§.item ſi extra. ff. ubi quis agere uel conueniri, his uerbis: Item ſi extra prouinciam ſuam contraxerint, licet non in Italia: quæſtionis eſt, an Romæ conueniri poſsint? Et Marcellus ait, in eo ſolo priuilegio eos uti domum reuocandi, quod in ciuitate ſua, uel certè intra prouinciam ſuam contraxerint: quod uerum eſt. Huc pertinet l.9.ff.eod.tt.cuius uerba hæc ſunt: Inſulæ Italiæ, pars Italiæ ſunt, & cuiuſque prouinciæ. Tertia triplicatio eſt: Niſi tempore legationis ſe ſoluturum conſtituit. Hæc triplicatio approbatur l.3.ff. de legationibus, hiſce uerbis: Cum quæritur, an in eum qui in legatione ſit, actio dari debeat, non tam inrereſt, ubi quis aut crediderit, aut dari quis ſtipulatus ſit, quàm illud, an id actum ſit, ut legationis tempore ſolueretur. Concordat l.20.ff de action. & oblig. his uerbis: Contraxiſſe unuſquiſque in eo loco intelligitur in quo ut ſolueret, ſe obligauit.

Quarta triplicatio eſt: Niſi cum uxor à uiro legato Romæ diuertiſſet, ibi quoque dotem petat. quæ triplicatio approbatur l.42 ff. ubi quis agere uel conueniri, his uerbis: Si uxor à legaro Romæ diuerterit, doris nomine defendendum Romæ uirum iure reſponſum eſt.

Quinta triplicatio eſt: Niſi legatio uel alia cauſa, ob quam reus peregrinatur, ſit perfecta. nec reus domum proficiſcatur. Hæc triplicatio approbatur l.2. §.planè ſi perfecta.ff.eo.tt.his uerbis: Planè ſi perfecta legatione ſubſiſtãt, cõueniendos eos diuus Pius reſcripſit.

Sexta triplicatio eſt: Niſi is qui domum reuocat, actionem alibi intendat: tunc eum ibidem in cauſa reconuentionis eſt defendendus. quæ triplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.2.§.ſed ſi agant. de qua re dicetur J. Septima triplicatio eſt: Niſi dubitetur utrum reus reuocandi domum ius habeat. nam hæc quæſtio ibi, ubi conuenitur, eſt definienda. quæ triplicatio approbatur d.l.2.§.ſed ſi dubitetur, his uerbis: Sed ſi dubitetur, utrũ in ea quis cauſa ſit, ut domũ reuocare poſsit, nec ne, ipſe Prætor debet cauſa cognita ſtatuere. Concordat l.5.ff. de legationib. his uerbis: Legato tẽpus ꝓdeſt ex quo legatus creatus eſt, nõ ex quo Romam uenit. Sed ſi non conſtat legarus ſit an non: Romæ prætor de hoc cognoſcit.

Octauæ triplicationis loco notandũ, quòd is qui domum reuocandi ius habet, nihilominus alibi poſsit conueniri ad cautionem iudicio ſiſti præſtandam. quæ triplicatio approbatur d.l.2.§.quòd ſi conſtiterit, his uerbis: Quòd ſi conſtiterit, in ea eum cauſa eſſe ut domum reuocet, debebit cauere in iudicio ſiſti, ſtatuente Prætore, in quem diem promittat. Sed utrum nuda cautione an ſatiſdatione Marcellus dubitat? mihi (Vlpiano) uidetur ſola promiſsione: quod & Mela ſcribit. alioquin compelletur magis iudicium accipere, quàm inuenire eos qui ſatis pro eo dent. Nona triplicatio eſt: Niſi ante legationem, litem ſit conteſtatus ibi. quæ triplicatio reprobatur l.32.§.item ſi quis Romæ.ff. de receptis arbitris. cuius uerba uide J. Lib. 9.cap.2. except.5. Decima triplicatio eſt: Niſi iudicium ſponte ſuſceperit legatus. Hæc triplicatio approbatur d.§.item ſi quis Romæ.ibi quia etſi iudicium. Hactenus de quinta replicat. eiusq; duplicationib. & triplicationib. eſt dictum. plures huiuſmodi triplicationes uide J. in replicationib. ſequentib. Sexta propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi ibi, ubi conuenitur ſit contractum, uel negocium geſtum. Hæc replicatio approbatur l.19.§.ſi quis tutelam. ff. ubi quis agere uel coueniri. &c. his uerbis: Si quis tutelam uel curam uel negocium uel argentariam, uel quid aliud unde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauit, etſi ibi domicilium non habuit, ibi ſe debebit defendere: etſi ſe non defenderit, neque ibi domicilium habeat, bona poſsideri patietur. Proinde etſi merces uendidit certo loco, uel depoſuit, uel comparauit, uidetur (niſi alio loco, ſeſe ut defenderet conuenit) ibi ſe defendere. Cõcordat l.36.§.fin ff.eod.tt.his uerbis: Senator, &c. item concordat l.45. in prin. ff.eod.tt. his uerbis: Argentarium, ubi conrractum eſt, conueniri oportet: nec in hoc dilationem, niſi ex iuſta cauſa dari, ut ſcilicet ex prouincia codices afferãtur. Idem in actione tutelæ placuit. Item concordat l.2.§.omnes autem.ff eod.tt. item l.1.C. ubi de ratiocinijs agi oportet, his uerbis: Eum qui aliena negocia, ſiue ex tutela, ſiue ex quocunque alio titulo adminiſtrauit, ubi hoc geſsit, rationem oportet reddere. item concordat l.1.C.eod.tt.his uerbis: Nemo poſt depoſitum cingulum ſuæ priuatæ uitę redditus ob negocium, quod miliriæ cauſa eſt ei exortum, præſtandi ratiocinij graria eius numeri, in quo militauit, uel quę ipſe geſsit, à quocunque pulſatus fori præſcriptionibus utatur: unumqueuque enim ſuper huiuſcemodi cauſis publicis, quas dum miliraret exercuit, uel ſuper ratiocinijs militaribus, per quę ſuos cõtubernales adflixiſſe dicitur, in militari oportet iudicio reſpõdere: in quo & inſtructio ſufficiens, & nota teſtimonia, & uериſsima poſſunt documenta præſtari. Concordat deniq; Nouell.c.60. cuius uerba uide J. eod. cap. except. 48. Item concordat l.54. §.fin.ff. de procuratorib. hiſce uerbis: Tutores quo in loco adminiſtrauerunt, eodem loco & defendi debent. Propoſitæ replicationis duplica-

tio prima hæc est: Nisi cum eo contraxit, qui statim aliò profecturus est. Hæc duplicatio approbatur l. 19. §. nunquid dicemus. ff. ubi quis agere uel conueniri, his uerbis: Nunquid dicemus eum qui à mercatore quid comparauit, scilicet aduenæ, uel ei uendidit, quem scit inde confestim profecturum: non oportere ibi bona possidere, sed domicilium eius sequi? At si quis ab eo comparauit, qui tabernam uel officinam certo loco conductas habuit: in ea causa esse, ut illic conueniatur? quod magis habet rationem. nam ubi sic uenit ut confestim discedat, & quasi à uiatore uel eo qui *παρέπλει* (id est præter nauigabat) emit: durissimum est, quotquot locis quis nauigat, uel iter faciens delatus est, tot locis se defendere. At si quo constitit, non dico iure domicilij, sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium seu officinam conducens, ibique distraxit, uel egit, defendere se eo loco debebit. *Secunda duplicatio est: Nisi non reus, sed eius seruus alibi contraxerit, cuius nomine conuenitur. Hæc duplicatio reprobatur d. l. 19. §. apud Labeonem, his uerbis*: Apud Labeonem quæritur, quid si homo prouincialis seruum institorem uendendarum mercium gratia Romæ habeat? & agit, quod cum eo seruo contractum est, ita habenda esse, atque si cum domino contractum sit: quare ibi debebit se defendere. *concordat l. 24. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis*: Legati ex delictis in legatione commissis coguntur iudicium Romæ pati, siue ipsi admiserint, siue serui eorum.

Tertia duplicatio est: Nisi quasi contractus alibi sit celebratus, uel delictum commissum. Hæc duplicatio reprobatur l. 20. ff. d. tt. his uerbis: Omnem obligationem pro contractu habendam existimandum est, ut ubicunque aliquis obligetur & cōtrahi uideatur: quamuis ex causa crediti debeatur. *Concordat d. l. 24. §. 1.*

Quarta duplicatio est: Nisi instrumentum tantum contractus eo loco, ubi conuenitur, sit conscriptus, domi autem contractus celebratus. Hæc duplicatio approbatur l. 65. ff. Vbi quis agere uel conueniri debeat, his uerbis: Exigere dotem mulier debet illic, ubi maritus domicilium habuit. non ubi instrumnetum dotale conscriptum est: nec enim id genus contractus est ut & eum locum spectari oporteat in quo instrumētum dotis factum est, quàm eum in cuius domicilium, & ipsa mulier per conditionem matrimonij erat reditura.

Quinta duplicatio est: Nisi legatus ibi, ubi conuenitur, contraxerit. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s̄. repl. 5. tripl. 1. Hæc de sexta repl. eiusq; duplicationibus sint dicta.

Septima propositæ exceptionis replicatio est: Nisi reus conuentus ibi, ubi conuenitur, se soluturum constituit. Hæc replicatio approbatur l. 19. §. fin. ff. Vbi quis agere uel cōueniri, his uerbis: Illud sciendum est, eum qui ita fuit obligatus, ut in Italia solueretur, si in prouincia habuit domicilium, utrobique posse conueniri, & hic & ibi: & ita Iuliano & multis alijs uidetur. *Concordāt ea quæ dicta sunt s̄. ead. except. repl. 5. tripl. 3.*

Octaua replicatio est: Nisi legatus, qui alibi hæreditario nomine conuenitur, ibi hæreditatem adierit, uel ex S. C. Trebelliano restitutam acceperit. Hæc replicatio reprobatur l. 26. cum duab. ll. sequentib. ff. Vbi quis agere uel conueniri, &c. his uerbis: De eo autem qui adijt hæreditatem, Cassius scribit: Quamuis Romæ adierit hæreditatem, non competere in eum actionem, ne impediatur legatio: & hoc est uerum. Sed nec legatarijs datur actio, licet nisi satis detur, mittatur in possessionem rerum hæreditariarum. Quod & in hæreditarijs creditoribus dicendum est. Quid enim prohibet, legatum publico munere fungi, & actorem custodiæ causa in possessione rerum hæreditariarum esse? Sed etsi restituatur ei hæreditas ex Trebelliano, actio in eum non dabitur: siue sponte, siue coactus hæres eam adierit: commodius enim est reddi quidem ei hæreditatem: perinde autem habendum ac si ipse adijsset hæreditatem. *Planè approbatur replicatio in alio, quàm in legato ibidē, his uerbis*: Contra, si legatus tempore legationis adierit & restituerit, datur in fidei commissariū actio, nec Trebelliani exceptio obstat ex persona legati: quia personale beneficiū est.

Nona replicatio est: Nisi ad satisdandū seu cauendum agatur iudicio sisti, uel solui. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Licet nisi satisdetur, mittantur in possessionem rerum hæreditariarum. *Concordat l. 2. §. quod si constiterit. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. repl. 5. tripl. 8.*

Decima replicatio est: Nisi damni infecti nomine agatur. Hæc replicatio approbatur l. 28. §. ædium. ff. ubi quis agere uel conueniri, his uerbis: Ædium nomine legatus, damni infecti promittere debet, aut uicinum admittere in possessionē.

Vndecima replicatio est: Nisi iusiurandum legato offeratur. Hæc replicatio reprobatur d. l. 28. §. ex quibus, his uerbis: Ex quibus autem causis non cogitur legatus iudicium accipere, nec iurare cogendus est, se dare nō oportere: quia hoc iusiurandum in locum litis contestatæ succedit.

Duodecima replicatio est: Nisi dies actionis exitura est. Hæc replicatio approbatur d. l. 28. §. sed etsi dies, his uerbis: Sed etsi dies actionis exitura erit causa cognita aduersus eum iudicium Prætor dare debet: ut lis contestetur, & ita in prouinciam transferatur.

Decimatertia replicatio est: Nisi in rem agatur, quam legatus secū habet. Hæc replicatio reprobatur l. 24. §. sed si postuletur. ff. ubi quis agere uel cōueniri,

his

his uerbis: Sed si postuletur in rem actio aduersus legatum, nunquid danda sit: quoniam ex præsenti possessione hæc actio est? Cassius respondit: sic seruandum, ut si subducatur ei ministerium, non sit concedenda actio: si uerò ex multis seruis de uno agatur, non sit inhibenda. Iulianus, sine distinctione denegandam actionem ait, meritò: ideo enim non datur actio, ne ab officio suscepto legationis auocetur.

Hactenus de exceptione decimaquinta, eiusq; replicationibus sit dictum. Quanquam plures huiusmodi replicationes licet colligere ex ijs quæ sequuntur.

XVI. EXCEPTIO est: *Nisi mulier nupta conueniatur. ea enim ubi maritus eius forum uel domicilium habet, est conuenienda. quæ exceptio approbatur l. 9. C. de incolis, & ubi quis domicilium habere, &c. his uerbis*: Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus. Sin autem minoris ordinis uirum postea sortitæ fuerint, priore dignitate priuatæ, posterioris mariti sequuntur conditionem, & domicilium mutamus. *Vide item s. Lib. 2. cap. 5. quæst. 1. regul. 31. Item J. Lib. 13. capite 2. quæstione quinta, regul. 5.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi uidua, pupillus uel alia debilis persona conueniatur. Hæ enim personæ extra suam prouinciam in ius uocandæ sunt. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. quando Imp. inter pupillos, &c. his uerbis*: Si contra pupillos, uiduas uel diuturno morbo fatigatos & debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ iudicium, memorati à nullo nostrorum iudicum compellantur, comitatui nostro sui copiam facere: quinimò intra prouinciam, in qua litigator aut testes uel instrumenta sunt experiantur iurgandi fortunã, atque omni cautela seruetur, ne terminos prouinciarum suarum cogantur excedere. Quòd si pupilli uel uiduæ alijque fortunæ iniuria miserabiles iudicium nostræ serenitatis orauerint, præsertim cum alicuius potentiam perhorrescunt: cogantur eorũ aduersarij examini nostro sui copiam facere.

XVIII. EXCEPT. *Nisi ipse iudex ordinarius eius'ue domestici conueniatur. hoc enim casu iudex declinari potest. quæ exceptio approbatur l. 10. ff. de iurisdictione. cuius uerba uide s. eod. cap. except. 10. Concordat l. 17. ff. ubi quis agere uel conueniri. &c. cuius uerba uide s. Lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 16. repl. 4. Item concordat l. 4. C. de officio præfecti pretorio, his uerbis*: De ordinario iudice semper illustris est cognitio præfecturæ, licet militari uiro ab eo facta fuerit iniuria. *Concordat item l. 2. C. de officio præfecti August. cuius uerba uide s. Lib. 2. capite 17. in principio. Alias leges concordantes uide s. d. exceptione 10. Sanè si quis aduersus eum qui in magistratu est, actionem habeat, differtur actio donec magistratus eius sit finitus. quod approbatur l. 48. ff. ubi quis agere uel conueniri. de qua re uide Commentar. de Actionibus, cap. 7. causa differendæ actionis prima.*

XIX. EXCEPTIO: *Nisi uir illustris aut clarissimus conueniatur. hic enim ad iurisdictionem Imperatoris, uel ab eo delegati pertinet. quæ exceptio approbatur l. 3. C. ubi senatores uel clarissimi, his uerbis*: Quoties uiro fortè patricio uel expatricio, uel ei quem prætorianæ uel urbicariæ amplissimæ sedis administratio illustrauit, uel consulari uiro quem tam ordinaria professio, quàm sacræ nostræ pietatis pariter sublimauit oratio, quiue magisteriæ potestatis sudorib. clarus factus est, uel ei qui magistri officiorũ uel quæstoris officio functus, aut sacræ nostræ pietatis cubiculo p̃positus, post depositam administrationem senatorio ordini sociatus est, aut cui nostra serenitas domesticorũ scholam regendam mandauit, cuiue sacros nostri numinis thesauros aut res priuatas nostræ pietatis uel serenissimæ Augustæ nostræ coniugis gubernandas iniunxit: post depositam uidelicet administrationem crimen publicũ priuatumue (cui tamen non per procuratorẽ respondere liceat) in hac alma urbe, uel in prouincijs commoranti ingeratur: nullius alterius iudicis nisi nostræ pietatis huiusmodi esse cognitionem, uel sacri tantummodò cognitoris, cui nostra serenitas huiusmodi negocij audientiam uice sua sacris apicibus mittendis mandauerit: ita tamen, ut apud illum iudicem nullius officij uel scholæ intercedente ministerio more atque habitu sacrarum consultationum, absq; ulla uidelicet obseruatione dierum fatalium introductæ causæ, uiris deuotissimis sacri nostri scrinij libellensibus solennia implentibus, audiantur: & qui in crimẽ uocatus erit, ne quas ante probationes iniurias patiatur. Sedẽdi quoq; in aliqua secretarij parte quæ iudicibus inferior, altercantibus uerò superior esse uideatur, habituro licentiam. Adeò autem tantarum honores dignitatum duximus augendos, ut ne sacro quidem cognitori nostro, postquam crimen fuerit patefactum, contra huiusmodi uiros, uel eorum substantias statuendi aliquid concedamus facultatem: sed hoc solummodò in huiusmodi uiros uice quoque principis audituro licebit, ut intentatum apud se crimen, si patefactũ fuerit, ad principalẽ referat noticiã. Vltionis autem tantis inferendæ dignitatib. modus non nisi in principis sedebit arbitrio: cũ sit certũ oportere accusatoris calũniã reo penitùs absoluendo incõsulta quoq; nostra serenitate

prout leges ſanciunt coerceri: niſi fortè accuſator quoq; non minoris quàm reus ſit dignitatis. in hoc nanq; caſu ſupercoercenda huiuſmodi accuſatoris calumnia non immeritò conſulenda erit principalis autoritas. Viros autem illuſtres in hac inclyta urbe degētes, qui ſine adminiſtratione honorarijs decorati fuerint codicillis: licet talem prærogatiuam noſtræ iuſsionis meruerint, ut quod nō egerint, uideantur egiſſe: in criminalibus cauſis magnificę tuæ ſedis, & illuſtriſsimæ urbicariæ præfecturæ, nec non etiam uiri magnifici magiſtri officiorum (quoties tamen ad eius iudicium ſpecialis noſtræ pietatis emanauerit iuſsio) ſententijs reſpondere decernimus, ita ut huiuſmodi uiri ſedendi quidem in cognitionibus dicendis minimè ſibi uindicent facultatē. Sciant autem ipſi quoq;, nec de ſe, nec de ſuis facultatibus iudicaturos aliquid: nec probatis criminibus, niſi prius ad noſtram pietatem retulerint, poſſe ſtatuere. Quoties autem uiri illuſtres in prouincijs conſtituti, non hi tamen quorum cognitiò ad noſtram maieſtatem uel ad iudicem uice numinis noſtri auditurum pertineat, in querimoniam fuerint criminalem uocati: & ſedendi, cum celebratur cognitio, in ſecretarijs iudicantium ius conſequantur: & iudices, patefactis quoque criminibus, ferendis contra huiuſmodi uiros uel facultates eorum ſententijs abſtineant, dum noſtræ pietatis ad ſuas meruerint relationes reſpōſum ſupplicio uidelicet, quod accuſatoribus patefacts eorum calumnia ingerendū eſt: nec apud prouinciales iudices, ſi non ſic, ut ſuperius dictum eſt, ſimilem dignitatem habeant, differendo.

Hactenus conſtitutio qua exceptio propoſita approbatur. Eius autem replicatio prima hæc eſt: Niſi non illuſtri, ſed clariſſima dignitate tantum ſit proditus reus. quæ replicatio approbatur l. 1. C. eod. tt. his uerbis: Quicunque non illuſtri, ſed clariſsima dignitate tantum præditus, uirginem rapuerit, uel fines aliquos inuaſerit, uel in aliqua culpa ſeu crimine fuerit deprehēſus: intra prouinciā in qua facinus perpetrauit, publicis legibus ſubiugetur, nec fori præſcriptione utatur: omnem enim huiuſmodi honorem reatus excludit.

Secunda replicatio eſt: Niſi cauſa pecuniaria ſit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. eod. tt. his uerbis: Senatores in pecuniarijs cauſis, ſiue in hac alma urbe, ſiue in ſuburbanis degunt, in iudicio tam prætorianæ præfecturæ, quàm urbicariæ necnon magiſtri officiorū (quoties tamen ad eum noſtræ pietatis emanauerit iuſsio) in prouincijs uerò ubi larem fouent, aut ubi maiorem partem bonorum poſsident, & aſsiduè uerſantur, reſpondebunt.

XX. EXCEPTIO: *Niſi reus in militia uel dignitate aliqua ſit poſitus. hic enim alibi, quàm cæteri conueniendus, ut ex præcedentibus & ſequentibus conſtat. Eius autem replicatio prima hæc eſt: Niſi eius profeſsionis aut negociationis quam exercet cauſa, litem ſuſtineat. Hæc replicatio approbatur l. 7. C. de iuriſdict. omnium iudicum, his uerbis:* Periniquum & temerarium eſſe perſpicimus eos, qui profeſsiones aliquas, ſeu negociationes exercere noſcuntur, iudicum, ad quos earundem profeſsionum, ſeu negociationum cura pertinet, iuriſdictionem & præceptionē declinare conari. Quapropter iubemus, huiuſmodi hominibus, nec cuiuslibet militię, ſeu cinguli uel dignitatis p̃rogatiuā in hac parte ſuppetere: ſed eos qui ſtatutis in quacunque militia connumerati ſunt, uel fuerint, uel qui aliquam dignitatem prætendunt, ſine quadam fori præſcriptione his iudicibus. tam in publicis, quàm in priuatis cauſis obedire compelli: ad quorum ſollicitudinem profeſsionis, ſeu negociationis, quam præter militiam exercent, gubernatio uidetur reſpicere: ita tamen ut ipſis nihilominus iudicibus, ſub quorum iuriſdictione militia, ſeu dignitas eorum conſtituta eſt, proculdubiò reſpondeant: his uidelicet, qui contra tenorem huius legis uenire tentauerint, militiæ cingulo, ſeu dignitatis honore pro tali conamine ſpoliandis. *Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi de functionibus publicis lis ſit. Hæc replicatio approbatur l. unica. C. in quibus cauſis milit. fori præſcript. uti non poſſunt, his uerbis:* Omnes omnino domeſticos, & agentes in rebus, & quæcunque prætendatur militia uel dignitas, ſub moderatoribus prouinciarum pro functionibus publicis reſpondere ſancimus, nulla fori præſcriptione ualitura, ſi hac, qui exiguntur, publica debita uti tentauerint. Imò & in alijs priuatis actionibus occupatos uolumus reſpondere, qui uel per prouincias ſociantur, uel conductorum uocabulis (cum non armata militia præditi ſunt) defenduntur, ſiue domorum diuinarum, ſiue uirorum potentium, ſeu cuiuslibet conditionis ſunt conductores: niſi fortè commeatum ad rem propriam componendam unius anni inducias oſtēderint ſe accepiſſe. eadem forma ſeruanda in his etiam, qui mercandi uel militandi ſacra beneficia meruerunt, ut & ipſi rectoribus prouinciarum reſpondeant.

XXI. EXCEPTIO: *Niſi is qui cōuenitur, decurio ſit, curialis, uel cohortalis. Hæc exceptio approbatur Nouell. conſt. 151. his uerbis:* Imp. Iuſtinianus A. Arcobindo prætoriorum præfecto:

Sug-

Suggestio nobis per epistolá gloriæ tuæ facta est, quæ dicit, nõ ex usu esse, ut decuriones aut cohortales, cum publico priuato úe iure cũ ipsis agendũ est, ad diuersa iudicia, uel ad hãc almam perducantur urbem, uel in alias mittantur prouincias sæpenumero sibi sacras nostras præberi iussiones, quę id uelint: petijstique, ut sacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortalium, aut decurionum iudicij causa, uel ex alia in aliam prouinciam duceretur. uel ad hanc usque regiam pertraheretur urbem: si uerò sacræ de hoc componãtur formę, ut hæ prius inueniantur iudicio excellentiæ tuæ, & decreta ut æquum est, suscipiant. Nos igitur tametsi omnem productionem in ius. exhibitionemq; in iudicio auersamur, si tamen necessitas incidat, ut huiusmodi aliquid agatur nulli nostrorum magistratuum, excepto throno tuo, concedimus, ut cohortalem aut decurionem ad hanc almam urbem iudicij causa perduci faciat, nisi sacra aliqua interueniát iussio, quæ expressis uerbis id præcipiat, quam ipsam conuenit, ut excellentia tua perdiscat, neque citra decretum tuum ipse huc in ius perducatur, cum ita fieri id expediat publico, ne si ex his locis, ubi publicas tractant pecunias abstrahantur, hanc ansam arripiant nocumentum inserendi contra rempub. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hãc sacram nostram pragmaticam declarantur formá, ea studeto excellentia tua effectui & fini tradere. *Concordat l. 1. C. de curialibus urbis Rom., his uerbis*: Si quis curialem de auferendis priuilegijs putauerit lite pulsandum, is ... at se curiæ interpellare debere iudicem.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi reus pari uel maiori dignitate præditus sit, quàm iudex. Hæc exceptio approbatur l. 13. § tempestiuum ff. ad S.C. Trebell. his uerbis*: Est dicendum prætoré quidé in prætoré, uel consulé in consulé nullũ imperiũ habere: sed si iurisdictiõi se subijciát, solet prætor in eos ius dicere. Sed etsi ipse prætor hęres institutus suspectã dicat, ipse se cogere non poterit: quia triplici officio fungi non potest, suspectam dicentis, & coacti, & cogentis. Sed in his omnibus casibus atq; similibus, principale auxilium implorandũ est. *Concordat l. 3. §. fin. cum l. sequente. ff. de receptis arbitrijs. Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi se ipsius iurisdictioni subijciat. quæ replicatio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce*: Sed si iurisdictioni se subijciant, solet prætor in eos ius dicere. *Concordat l. 14 ff. de iurisdict. his uerbis*: Est receptũ, eoq; iure utimur, ut si quis maior uel ęqualis subijciat se iurisdictioni alterius, possit ei & aduersus eũ ius dici.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi fiscus conueniatur: tunc enim apud rationalem, seu procuratorem fisci causa determinanda est. quæ exceptio approbatur l. 5. C. ubi causæ fiscales, &c. cuius uerba uide s. eod. cap. except. 11.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi actor rerum priuatarum, uel procurator Cæsaris cõueniatur. Hæc exceptio approbatur l. 9. C. eod. tt. his uerbis*: Vniuersi fiduciá gerant, ut cũ quis eorum ab actore rerũ priuatarũ nostrarũ, siue à procuratore uexatus fuerit iniurijs, super eius cõtumelijs, uel deprædationib. deferre querimoniá sinceritati tuæ uel rectori prouincię nõ dubitet, uel ad publicam sententiam uindictæ, sine aliqua trepidatione conuolare. quæ res cũ fuerit certis probationibus declarata, sancimus & edicimus, ut si in prouincia hanc audaciam quisquam moliri ausus fuerit, publicè uiuus concremetur.

XXV. EXCEPTIO: *Nisi officialis procuratoris Cæsaris conueniatur. Hæc exceptio approbatur l. 10. C. eod. tt. his uerbis*: Nullum ex officio rationalis, qui exactioni uel chartis inseruiat, in alio iudicio abduci oportet: nisi fortè cuiuspiam caput accusatio legibus instituta pulsauerit.

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi colonus, inquilinus, uel seruus Cæsaris cõueniatur. hic enim apud præpositum sacri cubiculi & comitem domorum est conueniendus. quæ exceptio approbatur l. ult. C. ubi causæ fiscales, &c. cuius uerba uide s. eod. cap. except. 12. Concordat l. 6. C. eod. tt. his uerbis*: Si quis aduersus conductorem nostrum aliquid agendũ crediderit, uiro illustri comiti rerum priuatarum referri oportet: ne & iudici existimationis, & officio eius salutis immineat discrimen. *Sed & apud rationalem summæ rei colonus conueniendus. quod approbatur l. 7. C. eod. tt. his uerbis*: Imp. Constantinus A. ad Bulephorum rationalem summę rei: Dominicis colonis, in patrimonialibus grauitaté tuá censuimus disceptatricem esse debere. duces enim, & præpositos militũ, & castrorum, & rectores prouinciarũ euocádis & accersendis colonis abstinere oportet. *Planè in criminibus ad Præsidem prouinciæ pertinet colonus, uel seruus rei priuatæ. quod replicationis loco notandũ. quæ replicatio approbatur l. 8. C. eod. tt. his uerbis*: Cum aliquid colonus, uel seruus rei priuatæ nostræ contra disciplinam publicam adseratur perpetrare, ad iudiciũ Rectoris prouinciæ uenire cogendus est: sic uidelicet, ut præsente rationali uel procuratore domus nostræ inter eum & accusatorem causa tractetur, & si facinus fuerit approbatum iuris seueritas exerceatur. *Contradicit l. ult. C. eod. tt. cuius uerba uide s. except. 12.*

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi cubicularius Imperatoris uel Augustæ conueniatur. Hæc exceptio appro-*

approbatur l.3.C. de præpositis sacri cubiculi Lib. 12. his uerbis: Imp. Martianus A. Cubicularios tã sacri cubiculi mei quàm uenerabilis Augustæ, quos utrosq; certũ est obsequijs occupatos, & aulæ penetralib. inhęrẽtes, diuersa iudicia obire nõ posse, ab obseruatiooe aliorũ tribunalium liberamus, ut in sublimitatis solummodò tuæ iudicio propositas aduersus se excipiant actiones.

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi silentiarius Imperatoris, uel silentiarij uxor conuenjatur. Hæc exceptio approbatur l.4.C. de silentiarijs & decurionib. hisce uerbis*: Ne ad diuersa tracti, uiri deuoti silentiarij iudicia sacris abstrahi uideantur obsequijs, iubemus eos qui quemlibet deuotissimorum silentiariorum scholæ, uel eius uxorem, ciuiliter, uel etiam criminaliter pulsare maluerint, minimè eum ex cuiuslibet alterius iudicio, nisi ex iudicio, tãtummodò uiri excellentissimi magistri officiorum cooueniri.

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi militans in sacris scrinijs, eius'ue uxor. parens, liberi, seruus uel colonus conuenjatur. Hæc exceptio approbatur l.12. in prin. C. de proximis sacrorum scriniorum, his uerbis*: Imp. Zeno A. magistro officiorũ. In sacris scrinijs militantes, & parentes atq; uxores eorum, nec non liberos ex sententia tantummodò tuæ celsitudinis criminales & ciuiles intentionis agentiũ, excipere iubemus: insuper etiã colonos, seu adscripricios, & seruos eorũ, in hac regia urbe degentes, eodẽ beoeficio potiri, fidei, ꝑ tẽpore adiutoris uiri spectabilis proximi, uel unius ex statutis, committendos: ita, ut si in prouincia quicunq; memorialis repertus fuerit, iuratoriæ cautioni cõmittatur, & si nõ possideat immobilem substantiam, serui nihilominus & coloni ad eum pertinentes fidei eius tradantur, &c.

XXX. EXCEPTIO: *Nisi agens in rebus conuenjatur. Hæc exceptio approbatur l.4.C. de agentib. in rebus, his uerbis*: Ex eo qui primũ ducennæ uel centenariorũ gradũ in schola agentiũ in reb militantes meruerint, desinãt in sacratissima uidelicet ciuitate cõstituti, alterius iudicis cuiuslibet authoritate pulsari, uel in alio quolibet examine, prætерquã uiri m..gnifici magistri officiorũ, & cui forsitan ipse cõcesserit actionib. sui quisquã aduersarij respõdere. Quod multo magis in criminalib. causis obseruari decemimus: absurdũ est enim, ut in eius salutẽ uel existimatiouem ualeat quisquam proferre sententiam, cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. Huius aũt beneficij prærogatiuã ijs etiam, qui sub alijs cingulis inueniuntur, pro temporibus deferri iubemus: licet hanc in eorum persona more quoq; ueteri seruari cognouerimus: ut tamen post depositum officium memoratũ, si non inter centenarios numerentur, communi iam lege respondere non ambigant. Prædictas autẽ omnes centenariorum personas in prouincijs repertas, concessa nunc speciali fori prerogatiua, nisi publicę executionis sollicitud his iniuncta sit, uti prohibemus, eosque ordinariorum etiam iudicum pro ueteri iure sententijs obedire præcipimus.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi palatinus conueniatur. Hæc exceptio approbatur l.12. C. de palatinis sacrarum largitionum & rerum priuatarum, his uerbis*: Viros deuotos palatinos, non oportet in hac regia urbe apud uirũ illustrẽ præfectũ urbi litigare compelli, nisi de ædificatione domorũ, & seruitutibus, & annonis orta uideatur causa: in alijs uerò causis tam pecuniarijs quàm criminalibus, apud uiros illustres taotummodò comites suos respõdere. Rectoribus aũt prouinciarũ, intra administrationis suæ fines inter præsentes palatinos, nec causis publicis occupatos cognoscre, tam pro ciuili, quàm pro criminali causa, permittimus: sic tamen, ut non aliter criminalis sententia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione prouincialis iudicij uir illustris comes, sub quo militat, certioratũs, hoc ei permiserit.

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi decanus conueniatur. Hæc exceptio approbatur l.2. C. de decanis, hisce uerbis*: Nostræ pietatis famulationibus adhærentes decanos, non oportet pro desiderio pulsantium sd alia protrahi iudicia, sed uiri illustris tantum, magistri officiorũ, obseruare examen: hoc nanq; modo, neq; mansuetudinis nostræ obsequia decipiuntur, & agenribus aduersus eos iure adhibetur responsum. Ad exemplum itaq; deuotissimorum scholarium, nulli licere memoratos ad illud iudicium rrahere, & pulsatos fidei priorum scholæ permitti, præcipimus.

XXXIII. EXCEPTIO: *Nisi reus conuentus ministerianus sit, uel in schola uestis sacræ militet, uel eius mater, aut uxor sit. Hæc exceptio approbatur l.3.C. de castrensiarijs & ministeriants, hisce uerbis*: Qui in schola uestis sacræ militãt, uel matres eorũ, uel uxores criminalẽ uel ciuilẽ litẽ contra se mouendã, in nullo alio nisi in sublimitatis tuæ suscipiant examine. *Concordat l.4.C. eod. tit. his uerbis*: Ante omnia nullius alterius iudicis peoirùs minoris uel maioris sacro ministerio nostro deputatos (quorũ officia sigillarim breuis subter annexus cõtiner) nisi à tuę duntaxat magnitudinis sentẽtijs cõueniri: ut in nullo penitùs alterius iudicis foro pulsantiũ, nisi in tuę tantũmodò amplitudinis examine prębeant aliquan do

qu do responsum. Sed ne in hoc ipso iudicio eno mib. molestentur dispédijs, uel ex nudis conueniantur facilè iudicis cuiuscũq; mandatis: ipsis quoq; sportulis & fideiussionib. modũ cõstituimus obseruandũ, ante omnia decernentes, ne quando sine scriptura uel interpellatione deposita, ac sentẽtia prorogata tuæ magnitudinis, eadẽq; nõ edita conueniri possint. Cõuentos uerò nõ a m fideiussorem, nisi actuariũ, uel unum ex primatib. suæ scholæ executorib. pro responsione suæ personæ sine scripto præstare, ue per seipsum, siue per procuratorem d in iudicio responsuri sunt, siue in causis ib. appetantur, siue in criminalibus a ntur. nec ultrà cõuentionis nomine ai, u m uni aureũ executoribus u is præstet, quemcũq; contigerit cõueni. i. Inducendorũ sanè nomine, & co onũ e ercendarũ, sistendæq; personæ ex nplici postulatiõe cõtra eos habita, siue ex appellatione subsecuta, uel ali q bet modo in iudicio deponatur: trib. tantummodo solidis usq; ad terminũ negocij eos qui accepturi sunt, præcipimus semper esse c tentos. In cognitionalib. uerò gestis edendis, duos tantummodò præstan solidos. Hæc aũt priuilegia nõ in eorũ tantummodò, sed in matrũ quoq; & uxorũ personis ualere. & ad integrũ permanere: filij q oq; & maritis eodẽ fideiussionis nomine, h necessitas interpellationis exegen radi: nec alios uades exigi: ipsosq; dum , & post emensam militiã cũ his qui ex tẽpore prioris præstitæ sibi pragmaticæ s is eiusdẽ militiæ stipẽdia implesse r, omni priuilegijs perfrui (cũctis nihilominus capitulis, sacris affatib. diuæ recordati nis Maniani, quos se meruisse asser nt, ualituris, excepto hoc quòd in diuersis iudici s tunc respõdere pcepti sunt) f one decern mus. Aduocato quoque ici, exceptorib etiã qui apud arbitros hoc t r officio, ab exordio incipiẽdo, usq; ad erminũ finemq; negocij tertiã duntaxat p e lid pbituros. In huiusmodi aũt ar trorũ ge is edendis nõ ultra præstare, quàm dimidiã solidi partem: & cum per ,puincias constitutis fideiussorib. conuentus caruerit, adiuratoriæ tantummodò cautioni cõmitti, nec ullo tẽpore nisi ex tuæ dũtaxat magnitudinis sentẽtia cõueniri, exceptis tributarijs & munerũ functionibus, & criminibus, quę in locis inquiri, flagitari & uindicari generalia legũ præcepta cõstituunt præsenti sanctione decernimus, uiro clarissimo adiutore sublimitatis tuæ in speculis constituto, ne quid ex his quæ statuimus, aliqua subreptione uioletur.

XXXIIII. EXCEPT. *Nisi reus cõuentus in scholis militauerit & ad primiceriorũ gradũ peruenerit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur l. 2. C. de priuilegijs scholarũ, his uerbis:* Hac lege decernimus, ut qui in singulis scholis militãt, quiq; post emensa stipendiorũ curricula ad primiceriorũ gradũ perueniunt, & adorata nostræ diuinitatis purpura, uirorum clarissimorum comitũ meruerint dignitatẽ: tam cingulo, quàm priuilegijs omnib. sibimet cõpetentibus perfruantur: ac deinceps usq; ad finẽ uitæ foro tuæ celsitudinis tantũmodò subiaceãt, ne ex alterius cuiuslibet sentẽtia ciuile subire litigiũ cõpellãtur. In criminalib. sanè cõtrouersijs, & in publicis tributis, ita & aduersus tales uiros prouincias moderantium congruã iurisdictionem uolumus obseruari: ne sub prætextu concessi priuilegij, uel flagitiorum crescat authoritas, uel publica uacillet utilitas.

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi reus conuentus scriniarius, exceptor, uel ali⁹ sit officialis præfecti prætorio. quæ exceptio approbatur. simul & distinguitur l. 1. §. fin. C. de apparitoribus præfecti prætorio. cuius uerba uide s̃ Lib. 2. cap. 19. membr 5. reg. 4.*

XXXVI. EXCEPTIO: *Nisi reus cõuentus miles sit: tũc enim apud magistrũ militũ est cõueniendus. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. de iurisdictione omniũ iud. his uerb.* Magisterię potestati, inter militares uiros, uel priuatũ actorẽ & reũ militarẽ, etiã ciuiliũ quæstionũ audiẽdi cõcedimus facultatẽ, pręsertim cũ idipsum de more litigantiũ esse uideatur, cõstetq; militarẽ reũ, nisi à suo iudice nec exhiberi posse, nec si in culpa fuerit, coerceri. *Cõcordat l. 1. C. de exhibendis reis, his uerbis:* Si miles in ,puincia repertus crimẽ publicũ commiserit, Rector eum ,puinciæ sub custodia cõstituat, atq; ita uel causæ meritũ, uel psonę qualitatẽ ad magistrũ militũ referat. *Concordat l. 1. ff. de cust. reor. his uerbis:* De militib. ita seruatur, ut ad eum remittãtur, si quid deliquerint, sub quo militabant. Is aũt qui exercitũ acceperit, etiã ius animaduertendi in milites caligatos habet. *Item cõcordat l 4. §. reus. ff. de re militari, his uerbis:* Reus capitalis criminis uolũtarius miles, secundum diui Traiani rescriptum, capite puniendus est: nec remittendus est eò, ubi reus postulatus est: sed ubi accedẽte causa militiæ audiẽdus est, si dicta causa sit, uel requirẽdus adnotatur. *Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi miles caligatus sit. Hæc replicatio reprobatur l. 8. in fine. ff. de custodia reor. cuius uerba uide paulo superius ead. except. Secunda replicatio est: Nisi ignominia missus sit miles. Hæc replicatio approbatur d. l. 4. §. ignominia, his uerbis:* Ignominia missus, ad iudicem suum remittẽdus est: nec recipiendus postea uolens militare, licet fuerit absolutus.

Tertia replicatio est: Nisi duces sint, ducum'ue apparitores, limitanei castrorum'ue præpositi. hi enim non apud magistrum militū conueniuntur, sed apud magistrum officiorū. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.8.C.de diuersis officijs, his uerbis: Imp. Theodosius A. magistro officiorum: Viros spectabiles duces, eorūq; apparitores, nec non limitaneos, castrorumque præpositos, tantummodò ex sublimis tui iudicij senteтia conueniri, nec alijs subiacere iudicibus præcipimus: illustribus scilicet & magnificis uiris magistris militum cōsuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum & Illyrici, ex longo tempore hactenus obtinuit, reseruata.

Quarta replicatio est: Nisi reus ultra numerum militet. Hæc replicatio approbatur l.5.C. de apparit.magistr.milit. his uerbis: Eos qui in officijs uestris merentes, statutorum numero tantummodò inserti sunt, fori præscriptione muniti: cæteros uerò, qui super huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud illustrissimas præfecturas, & apud clarissimos prouinciarum rectores de quolibet pulsari & conueniri, & sine cinguli præscriptione respondere negocio sancimus. Concordat l.3.C.de offitio magistri militum, his uerbis: Eos qui ultra statutos in officio magisteriæ per Orientem potestatis militant, ciuilium quoq; iudicum sententijs super quælibet, &c.

Quinta replicatio est: Nisi miles sit Orientis: hic enim non apud magistrum militum, sed apud præfectū prætorio, uel suum ducem est conueniendus. quæ replicatio approbatur l.18. C. de re militari, his uerbis: Tam collatores & prouinciales, quàm fortissimos milites, &c.

Sexta replicatio est: Nisi apud præsidem prouinciæ miles conueniatur: tūc enim fori præscriptione uti non potest. quæ replicatio approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. Lib.2.cap.16.membr.2.quæst.2.reg.3.

XXXVII. EXCEPTIO: Nisi fabricensis sacræ fabricæ, eius'ue uxor, aut filius conueniatur. Hæc exceptio approbatur l.6.C.de fabricensibus, his uerbis: Eos qui inter fabricenses sacræ fabricæ sociati sunt, uel eorū uxores, aut filios, qui itidem inter fabricenses militare dicuntur, non alibi pulsare uolentibus respondere præcipimus, nisi in iudicio tuæ sublimitatis, ad cuius iurisdictionem potestatemque pertinent: nec eos post stipendiorum finem & militiæ, super ciuilibus muneribus uel curialibus, quibus nullo modo subiacere monstrantur, à uiris clarissimis rectoribus prouinciarum, uel eorum officijs præter licitum inquietari.

XXXVIII. EXCEPTIO: Nisi suarius cōueniatur. Hæc exceptio approbatur l.2.C.de suarijs, et suscept. cuius uerba uide paulo superius except.13.

XXXIX. EXCEPTIO: Nisi clericus, uel monachus conueniatur. De hac exceptione dicetur j.in re Ecclesiastica.

Hactenus ergo de exceptionib. ex persona rei conuenti sumptis, sit dictum. De replicationibus harum exceptionum generalioribus, dicetur infrà eod.cap. nunc sequuntur exceptiones sumptæ ex genere causæ & actionis, quæ agitur.

XL. EXCEPTIO: Nisi causa criminalis sit, et publica. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. Lib.3.cap.1.quæst.8.

XLI. EXCEPTIO: Nisi interdicto retinendæ, aut recuperandæ possessionis agatur. Hæc exceptio approbatur l.unica. C. ubi de possess. agi oportet, his uerbis: Vbi aut uis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est: ibi loci iudicem aduersus eum qui possessionem turbauit, conuenit iudicare.

XLII. EXCEPTIO: Nisi causa pecuniaria sit. ea enim ad latrunculatorem non pertinet. quæ exceptio approbatur l.61.§.fin.ff.de iudicijs, hisce uerbis: Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest.

XLIII. EXCEPTIO: Nisi causa primipili sit. Hæc exceptio uidetur reprobari l.2. C. de primipilo, his uerbis: Obtentu nominis primipili, ciuiles actiones ad alios iudices transferendæ non sunt.

XLIIII. EXCEPTIO: Nisi actione in rem agatur. De iudice huius actionis dictum in Comment. de Rei uendicat.

XLV. EXCEPTIO: Nisi causa sit extraordinaria, in qua causa cognita procedendum. Hoc enim casu prætor, uel præses iudex competens est, non magistratus municipalis. quæ exceptio approbatur l.105. ff.de reg.iuris. his uerbis: Vbicunque causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur. Ratio huius exceptionis est: quia huiusmodi causæ magis imperij sunt, quàm iurisdictionis. de qua re uide plura s̄. Lib.2.cap.4. quæst.1.

XLVI. EXCEPTIO: Nisi quis de curiali, cohortali, uel alia conditione conueniatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.2.C. ubi quis de curiali uel cohortali, &c. his uerbis: Hac perpetua lege sancimus prouincialibus iudicijs non posse fori præscriptionem opponere eos qui ad curias uocantur, uel cohortalibus deberi dicuntur officijs, uel alijs corporibus obnoxij sunt: eos etiam, qui super exactiones uel concussiones perpetrasse firmentur: exceptis uidelicet his qui armata militia præditi sunt, uel aliàs speciali beneficio principali sese defendunt: ita tamē, ut cui ex militaribus uiris curiæ nomen uel cohortalis officij quæstio ingeratur, Rector prouinciæ super eius nomine tam ad sedē tuæ magnificentiæ, quàm ad magisteriam, uel ad competentē referat potestatem: ut hi qui uelut debiti postulantur, prouinciali iudicio

iudicio destinati ibi euentum iudicij expectent, ubi iura moueri præcipiunt huiusmodi quæstiones. *Concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Si quis uel curiæ, uel officijs iudicum, aut alijs quibuscunque corporibus obnoxius, intra prouinciam ab his erit, quos aufugit, comprehensus: non expectata eiusdem iudicis notione, sub quo per ambitum cœperat militare, penitusq; emendicati honoris præscriptione submota, à iudice qui in locis fuerat aditus, audiatur: manifestarumq; rerum probatione conuictus, eorum societati, quos declinauerat aggregetur. *Huc etiam pertinet causa, si ciuis dicatur uel negetur, cuius causæ iudex competens, definitur l. 37. in prin. ff. ad municipalem. cuius uerba uide J Lib. 13. cap. 6. quæst. 4. Hactenus exceptiones sumptæ ex causa & genere actionis, propositæ sunt: plures huiusmodi exceptiones uide in singulis actionum speciebus, in quæstione ubi, & apud quem competat. Sequitur nunc exceptio sumpta ex re seu quantitate petita.*

XLVII. EXCEPTIO: *Nisi quantitas petita minor sit, uel excedat iurisdictionem iudicis, apud quem reus est conuentus. Hæc exceptio approbatur l. 20. ff. de iurisdictione, his uerbis:* Extra territorium ius dicenti impunè non paretur. Idem etsi supra iurisdictionem suam uelit ius dicere. *Exemplum huius proponitur Nouell. c. 15. §. habeant autem, his uerbis:* Dicantq; ius in omnibus pecuniarijs causis usque ad trecentos aureos, nequeuntibus collatoribus nostris eos quos sibi obligatos putant, protrahere ad clarissimos prouinciarum præsides, si intra dictam trecentorum solidorum quantitatem causa consistat. *Aliud exemplum proponitur Nouell. c. 82. §. præbebunt. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non tantum debeatur, quantum petitur. Hæc replicatio reprobatur l. 19. §. fin ff. de iurisdictione, his uerbis:* Quoties de quantitate, ad iurisdictionem pertinente, quæritur: semper quantum petatur, quærendum est, non quantum debeatur. *Planè si actor maiorem quantitatem petat ob hoc, ne apud minorem iudicem necesse habeat litigare: litis damno punitur. quod approbatur d. §. habeant, his uerbis:* Sed neq; actores ea ipsa de re litem pluris æstiment, ut reos conterant non ad defensorem ciuitatis, sed ad loci præsidem deductos. Imò si qui tale fecerint, & sententia ostēdat causam minorem esse trecentis solidis, deditaque opera æstimationem ampliatam, ut apud præsidem prouinciæ, non apud ciuitatis defensorem examinaretur solus actor totius litis subijciatur dispendio.

Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ambo tam actor quàm reus in eum iudicem consentiant. quæ replicatio approbatur l. 28. ff. ad municipalē, his uerbis: Inter conuenientes & de re maiore, apud magistratus municipales agetur. *concordat l. 74. §. 1 ff. de iudicijs, hisce uerbis:* Iudex qui usq; ad certam summam iudicare iussus est, etiam de maiori re iudicare potest, si inter litigatores conueniat. *Tertia replicatio est: Nisi actio communis sit plurium personarum: ut omnium personarum petitio excedat quantitatem, singularum uerò non excedat. tunc enim non uniuersum quod in iudicium uenit spectandum est, sed pars cuiusque. Quæ replicatio tractatur l. 11. §. fin ff. de iurisdictione, his uerbis:* Si una actio communis sit plurium personarum, ueluti familiæ Erciscundæ, Cōmuni diuidundo, Finium regūdorum, Vtrum singulæ partes spectandæ sint circa iurisdictionem eius, qui cognoscit? quod Ofilio & Proculo placet, quia quisque de parte sua litigat, an potius tota res? quia tota res in iudicium uenit, & uel uni adiudicari potest quod Cassio & Pegaso placet. Et sanè eorum sententia probabilior est.

Quarta replicatio est: Nisi pluribus actionibus agatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 11. in prin. his uerbis: Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coaceruatio uerò omnium excedat modum iurisdictionis eius: apud eum agi posse, Sabino, Cassio, Proculo placuit. quæ sententia rescripto Imp. Antonini confirmata est.

Quinta replic. est: Nisi mutuæ sint actiones, ut alter minorē, alter maiorem quantitatem petat. Hæc replicatio approbatur d. l. 11. §. 1. his uerbis: Sed etsi mutuæ sint actiones, & alter minorem quātitatem, alter maiorem petat: apud eundē iudicem agendum est ei, qui quantitatem minorem petit: ne in potestate calumniosa aduersarij mei sit, an apud eundem litigare possit.

XLVIII. EXCEPTIO: *Nisi alibi contractū sit, uel crimen commissum. superest adhuc una exceptio ex loco, in quo contractum uel delictum est sumpta: quanquam de eadem dictum quoque est s. eod. cap. excep. 15. repl. 6. Sed & approbatur Nouell. c. 68. his uerbis:* Vna omnium perfectissima inter homines uirtus censenda est, quæ ius suum cuique tribuit: & ex re ipsa nomen trahit, appellaturq; Iusticia Nisi enim cæteras omnes uirtutes huius bona cōcomitentur, fieri nō potest, ut rectè aliquid geratur, & ex officio. Inde adeò neque fortitudinē iusticiæ non coniunctam, laudabimus: quāuis patria lingua robur & uirilitatem solūmodo, quæ in armis consistit, uirtutem nominet: cui si quis iusticiam detrahat improbitatis duntaxat, non etiam boni alicuius ansam præbiturus sit. Hanc nos per prouincias nostras despicatui haberi aspicientes, lege Deum cōciliante denuò confirmandam, & ad pristinas (uti decet) uires redu-

cendam putauimus. Plerique enim partim sacras conquirentes literas, partim priuilegia, partim pragmaticas formas, partim maiorum magistratuum iussiones, partim alios ex alijs prætextus perficiunt, ut cum in prouincijs deliquerint, extra illas tantummodo litem possint excipere. Nam qui alicubi locorum malè acceptus est, aut res suas amisit, aut de finibus agrorum, de proprietate, de possessione, de hypotheca, de alia denique quacunque re litem habet, quomodo eorum quæ pertulit, probationes alio loco ualeat producere? Id enim genus, homines in hoc tantum dolis & exquisitis talia machinantur artibus, ut potētiam suam & uires iuri fidem non habētes, ostentent. At cum ista homines efficiunt, prorsus in eam opinionem ueniunt, quasi perpetuò hanc potentiā obtēturi sint, neq; ad complura adeoq; infinita exempla respiciunt, quod serò, & difficulter, & in perpaucis admodum numeratuq; facilimis personis uideamus, ex potentibus potentes, ex diuitibus diuites procedere: quin potius quod ut plurimū fermè ex potentib. imbecilles, ex diuitibus pauperes procedant, patrum in iusticia usq; ex ipsis progenitos comitante: neque in animo concipiūt aut reputāt, qđ si quid pro se potētia freti machinētur, id postea in detrimentū eorū, qui ex ipsis procreantur cōparet, nisi eadē illos potētia quoq; cōsequatur. Hęc nos omnia reuoluētes in animo, ex usu fore putauimus si præsentem ferremus legem. Et publico edicto promulgamus omnibus in prouincijs habitantibus, quicunq; nostris obtemperant sceptris per uniuersum Imperij nostri ditionem, siue uersus solem orientem spectet, siue uersus occidētem, siue ad alterutrū latus deuergat: ut in qua quisq; prouincia delinquit, aut in qua uel de pecunijs, uel de criminibus, uel agrorū finibus, uel proprietate, uel possessione, uel hypotheca, uel quacūq; alia occasione deniq; reus est, illic & iudicium sustineat: (id quod legislatoribus etiam qui nos pręcesserunt, tametsi uariè, dictū est, tamē licet nōn tam purè & clarè, ut nos id animaduertimus) neq; extra eius ꝓuincię terminos meliore loco & conditione esse affectet. Nam siue magna delicta sint, siue contractus, æquè omnibus modis ibi locorum de illis oportet in iudicio postulationem esse, & (si opus sit) inscriptionem & examinationem, propter paratiorem copiam probationum: similiter siue in paruo aliquis delinquat, siue facto eius delictū maius reddatur, quia iuris arbitrio se non permittat, ne in minimis quidem, sed præstoletur dum in aliam regionem proficiscatur, ut ibi in ius ducatur, deque his litem excipiat, quem propter eius potentiam aut etiam suam fortè imbecillitatem, ille alter neque eo ipso loco præsentem possit, quomodo conuenit, persequi. Quid enim indignius, quàm ut qui per subreptionem bouis fortè, aut equi, aut alicuius iumenti, aut pecudis, aut (ut minimum dicamus) cohortalis gallinæ affectus est iniuria, is cogatur non in qua prouincia id subreptum est, iure agere: sed aliò currere, ut illic eorum quæ passus est, probationes exigantur, & aut ultra æstimationem rei ampliores sustinere expensas, aut inopiam perferre cum gemitu? Hinc magna illa quotidie interpellantium nos multitudo, & plerunque ob eiusmodi causas obturbantur, multas ipsi importunitas propter tam leues occasiones excipientes, ingentem præterea tum uirorum, tum mulierum ex suis commigrantium sedibus, & ad almam hanc urbem uenientium multitudinem oculis intuentes, quorum plerique emendicato etiam pane hoc agunt, & collecta stipe, aliquando hic etiam uitam finiunt. Si igitur uterque tam actor quàm reus in prouincia fuerit, neutiquam in aliam prouinciam causa, aut in almam hanc urbem, uel ex prilegio, uel maioris magistratus iussiōe, pertrahitor, sed ibidem deciditor. Quòd si alter quidem adsit, alter uerò absit, & qui præsens est, ex domo absentis iniuriam patiatur: omnibus modis in crimen uocator is, qui iniuriam fecit, siue procurator sit, siue inquilinus, siue quicunq;, qui modò ad illum pertineat: huicque integrum esto pro distantia prouinciæ, secundum generalem legem olim propositam dilatione accepta, cum ad quem res pertinet, de his quæ illò respiciunt, certiorem facere. Et quidem si prouincia in quam hoc geri debet, in proximo sit, una aut duabus tantummodo prouincijs in medio constitutis, quatuor illi mensium dilatio detur. Si maius spaciū interueniat, sex: si & Palæstina fortè, uel Aegypto, uel quadam remotiorum gentium, menses octo ad id sufficient. Si ex Occidentalib. gentibus, aut Septentrionalibus, aut his qui in Libya degunt, tunc id tempus quod etiam legislatoribus, qui nos præcesserunt, sufficiens uisum est, nempe nouem mensium præfinitor: ut huic qui certiorem eum reddidit, si fidem ipsi habet, ille litem committat. Si alienato erga illum animo est, saltem alium cum mandato emittat, qui actionem modis omnibus accipiat, & per omnia iudicatis satisfaciat, nisi prouocatio consequatur, siue in maiore, siue in

mine

minore causa. Si uerò cum certiorem eum fecerit, ille ad peragendam litem mandatũ non det, & constitutum tempus transeat: tunc qui ei causę audientiam accommodat, eũ qui in crimẽ uocatus est, pro absente persona quasi is ipse dominus sit qui fecit uel inuitum suo iudicio sistito, & causa examinata præsente eo qui intentatam actionem sustinet, tam ipsum condẽnato, si obnoxius esse uideatur, quàm etiam illum qui post talem admonitionem neminem cum mandato in prouinciam emittere uoluit, si modò ullo pacto obnoxius esse uideatur. Et quidem si locuples ipse sit, quæ sententia comprehensa sunt persoluito: si inopia prematur, neque sufficiat ad uniuersum iudicatum persoluendum, tunc etiam uictori dãnum quod inde emersit, ex absentis bonis suppletor. At uerò si neque ille, &c.

De Replicationibus præcedentium exceptionum generalibus.

¶ *Hactenus exceptiones propositæ sunt, quæ ad forum declinandum, & iudicem recusandum à reo conuento possunt opponi: sed & ex ijsdem aduersus fori præscriptiones seu exceptiones, actor replicationes sumere potest. Sunt autem propositarum exceptionũ aliquot replicationes generales, quæ omnibus ferè istis possunt obijci: de quibus nunc agendum.*

I. Replicatio. *Harum replicationum prima hæc est: Nisi plures sint rei diuersi fori: tunc enim omnes ad eũdem iudicem uocari possunt. quæ replicatio approbatur in certis casibus l. . ff. de quib. reb. ad eundem iud. eatur, his uerbis:* Si inter plures familiæ Erciscundæ agatur, & inter eosdem Communi diuidundo, aut Finium regundorum, eundem iudicem sumi. Prærerea quò facilius coire cohæredes, uel socij possint in eundem locum, omnium pręsentiam fieri oportet. *Sed & approbatur replicatio proposita in alio casu l. 2. ff. eod. tit. his uerbis:* Cum ex pluribus tutoribus unus, quòd cæteri non sunt idonei, conuenitur: postulante eo, omnes ad eundem iudicem mittuntur: & hoc rescripro principum continet.

II. Replicatio: *Nisi is qui fori præscriptionem opponat, non principaliter conueniatur, sed ad defendẽdum reum iudicium suscipiat: ueluti si uẽditor emptorem in rem suam procurator factus defendat. Hæc replicatio approbatur l. 49. in prin. ff. de iudicijs, bisce uerbis:* Venditor ab emptore denunciatus, ut eum euictionis nomine defenderet, dicit se priuilegium habere sui iudicis: quæritur, an possit litem ab eo iudice, apud quẽ res inter peritorem & emptorem cœpta est, ad suũ iudicẽ reuocare? Paulus respondit, uenditorem emptoris iudicem sequi solere. *Concordat l. 1. C. ubi in rem actio exerceri debeat, his uerbis:* In rem actio non contra uenditorem, sed cõntra possidentem comperit. Frustra itaque desideras non tecum congredi, sed cum autore tuo dominium uendicantem, cum te possidere contendas. Nam si denunciasti ei qui tibi uendidit, intelligit euictionis periculum. Nec enim iurisdictionis forma, in eadem prouincia constitutis tam petitore quàm possessore, ob autoris personam, quem in alia prouincia dicis consistere, debet immutari.

III. Replicatio: *Nisi reus lite pendente, alterius fori esse cœperit. Hæc replicatio approbatur l. 7. ff de iudicijs, his uerbis:* Si quis posteaquam in ius uocatus est, miles, uel alterius fori esse cœperit: in ea causa ius reuocandi forum non habebit, quasi præuentus. *Concordat l. 19. in prin. ff. de iurisdict. his uerbis:* Cum quædam puella apud competentem iudicem litem susceperat, deindeque condemnata, ad uiri matrimonium alij iurisdictioni subiecti, peruenerat: quærebatur, an prioris iudicis sententia exequi posset? Vlpianus dixit, posse, quia antè fuerat dicta sententia. Sed etsi post susceptam cognitionem, ante sententiam hoc eueniret: idem putarem de sentẽtia, quæ à priore iudice rectè ferretur. Quod generaliter & in omnibus huiusmodi casibus obseruãdum est. *Concordat item l. 30 ff. de iudicijs, his uerbis:* Vbi cœptum est semel iudicium, ibi & finem accipere debet.

IIII. Replicatio: *Nisi is qui fori præscriptionem obijcit, reo conuento successerit. Hæc replicatio approbatur l. 19. in prin. ff. de iudicijs, his uerbis:* Hæres absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit, & conueniendus si ibi inueniatur, nulloque suo proprio priuilegio excusatur. *Concordat l. 34. ff. eod. tit. his uerbis:* Si is qui Romæ iudicium acceperat, decessit: hæres eius quamuis domicilium trans mare habeat, Romæ tñ defendi debet, quia succedit in eius locum, à quo hæres relictus est.

V. Replicatio: *Nisi reconueniatur is, qui fori præscriptionem opponit ab eo, contra quem actionem proposuit: tunc enim ibi etiam in causa reconuentionis se debet defendere. quæ replicatio approbatur l. 22. ff. de iudicijs, bisce uerbis:* Qui non cogitur in aliquo loco iudicium peti: si ipse agat, ibi cogitur excipere actionem, & ad eundem iudicem mitti. *Concordat l. 14. C. de sententijs & interlocut. cuius uerba uide J. Lib. 8. cap. 1. except. 1. repl. 1. item cõcordat Nouell. c. 123. §. reuerendiß. his uerbis:* Reuerendissimi uerò apocrisarij cuiuscunque, &c. *Concordat Nouell. c. 96. §. sancimus igitur, his uerbis:* Sancimus, ut si quis obnoxium se habere arbitretur eum, qui contra ipsum accusationem proposuit, non apud alium iudicem, sed apud eundem statim ab initio hunc accuset, ut idem

iudex in utraq; cōtrouerſia ſit. *Huius replicat. duplicatio prima hæc eſt: Niſi reus qui recouentionem propoſiturus eſt iudicem apud quem conuenitur, recuſet. quæ duplicatio approbatur certo modo d. §. ſancimus, his uerbis:* Quod ſi fortè iudex, apud quē iudicium ſortitus eſt, ei diſpliceat, licebit & hoc ei corrigere. Nam cum uiginti nos dierum ſpacium poſt libelli oblationem conceſſerimus, poſt quos litem conteſtari oporteat, licebit intra prædictum interuallum illum quidem recuſare, alio uerò perpotiri, apud quem rurſus utraque litem ſimiliter exercere conueniet: non autem iſtiuſmodi artes cōminiſci, ſed unumquenq; ſuo iure uti. Cæterùm ſi tacuerit, poſt deinde litem uoluerit apud alium mouere iudicem, neceſſe habeat expectare terminum contra ipſum introductæ litis, ab eo qui in ius ipſum protraxit: & ubi lis acceperit terminum, tunc ſuam cauſam apud alium proponere iudicem, quo magis ea ratione huiuſmodi artes & mutuas ipſorum læſiones tollamus. *Altera propoſitæ replicationis duplicatio eſt: Niſi actio pœnalis contra reconuenientem fuerit propoſita. quæ duplicatio approbatur l. 2. §. ſed ſi agant. ff. de iudicijs, his uerbis:* Sed ſi agant, compelluntur ſe aduerſus omnes defendere: non tamen ſi iniuriam ſuam perſequantur, uel furtum, uel damnum, quod nunc paſſi ſunt: alioquin (ut Iulianus eleganter ait) aut impunè contumelijs & damnis adficientur: aut erit in poteſtate cuiuſque pulſando eos ſubijcere ipſos iuriſdictioni, dum ſe uindicant.

VI. *Replicatio: Niſi teſtis apud non competentem iudicem falſum dixit teſtimonium: hoc enim caſu ab eo iudice puniri poteſt. Quæ replicatio approbatur l. 12. C. de teſtibus. cuius uerba uide ſ. Lib prox. cap. 8. quæſt. 4.*

VII. *Replicatio: Niſi iudex ordinarius abſens ſit. Hæc replicatio approbatur Nouell. c. 86. §. in quib. uerò, his uerbis:* In quibus ciuitatibus præſides præſtò non ſunt, iubemus ut qui aliquid controuerſię habent, hi adeant defenſorem, & is diſceptet quæ inter ipſos controuertuntur. Quod ſi qui cum litem habent, non defenſorem, ſed religioſiſsimum iudicare uelint epiſcopum, iubemus & hoc fieri. Sed neque monachum, neque clericum, neque epiſcopum, iubemus huc accedere ſine religioſiſsimi patriarchæ ſui literis: aut certi ſunto, quòd religionis habitu ſe indignos facient.

VIII. *Replicatio: Niſi iudex ordinarius cauſam ſuſcipere nolit. Hæc replicatio approbatur d. Nouell. c. 86. in prin. uſque ad §. porrò ſi contingat. cuius uerba uide ſ. Lib. 2. cap. 2. reg. 8.*

IX. *Replicatio: Niſi iudex ordinarius, cauſam alij delegauerit. De hac replicatione cum ſuis duplicationibus uide ſ. Lib. 2. cap. 4. quæſt. 2. Sed & eius exemplum proponitur l. 18. §. erit autē. C. de re militari, his uerbis:* Erit autem arbitrij atque æſtimationis uirorum ſpectabilium ducum, pro qualitate negociorum uel quantitate, quæ deuotiſsimis militibus ab aduerſarijs eorum ingeritur, uel ſuam audientiam interponere litigijs, uel eorum diſcuſsione dicatiſsimis principijs, ſeu arbitris in locis degentibus committere.

X. *Replicatio: Niſi apud præſidem prouinciæ conueniatur: apud hunc enim non eſt locus fori præſcriptionis. quæ replicatio approbatur l. 2. §. fin. C. ubi quis decuriali condit. conueniatur. cuius uerba uide ſ. repl. prox. concordat* Nouell. *c. 8. §. quod uerò à nobis. cuius uerba uide ſ. Lib. 2. cap. 16. membr. 2. quæſt. 2. regula 3.*

XI. *Replicatio: Niſi ſuper functionibus & debitis publicis lis ſit. quæ replicatio approbatur d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Super publicis functionibus & debitis nemini liceat fori præſcriptionem opponere, præter eos qui ſpecialiter excepti ſunt. Cæteros excelſæ tuæ ſedis, & rectorum prouinciarum in quolibet negocio declinare minimè poſſe iudicium decernimus: ita, ut qui iam ſaluberrimam legem pertinaciter uiolare tentauerint, ſciant à moderatoribus prouinciarum aduerſus ſe tanquam contumaces ſententiam proferendam.

XII. *Replicatio: Niſi actor in alia cauſa à iudice ordinario appellauerit. Hæc replicatio reprobatur l. unica. ff. apud eum à quo appelletur aliam cauſam agere compell. his uerbis:* Si quis ex alia cauſa appellauerit à iudice, an in alia cauſa eundem iudicem habere neceſſe habeat uideamus. Et hodie hoc iure utimur, ut tametſi appellatio interpoſita ſit, tamen apud eundem iudicem, à quo quis prouocauerit, compellatur alias cauſas (ſi quas habet) agere: nec utetur hoc prætextu, quaſi apud offenſum iudicem non debeat experiri, cum poſsit denuò prouocare.

XIII. *Replicatio: Niſi quæſtio, cui iudex non competit, competenti quæſtioni incidat: hoc enim caſu continentia cauſarum non eſt diuidenda. quæ replicatio approbatur l. 10. C. de iudicijs, hiſce uerbis:* Nulli prorſus audientia prębeatur, qui cauſę continentiam diuidet, & ex beneficij pręrogatiua id quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diuerſos iudices uoluerit uentilare: pœna ex officio iudicis imminente ei qui contra hanc ſupplicauerit ſanctionem, atque alium ſuper poſseſsione, alium ſuper principali quæſtione iudicem poſtulauerit. *Concordat l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Quoties quæſtio ſtatus, bonorum diſceptationi concurrit: nihil prohibet, quo magis apud eum quoque, qui alioqui ſuper cauſa

ſtatus

ſtatus cognoſcere non poſsit, diſceptatio terminetur. *Concordat item l. 1. C. de ordine iud. his uerbis:* Adite præſidem prouinciæ, & ruptum eſſe teſtamentum Fabij præſentis ad gnatione filij docete: neque enim impedit notionem eius, quòd ſtatus quæſtio in cognitionem uertitur, etſi ſuper ſtatus cauſa cognoſcere non poſsit: pertinet enim ad officium iudicis, qui de hęreditate cognoſcit, incidentem quæſtionem, quæ in iudicium deuocatur, examinare: quoniam nec de eâ, ſed de hæreditate pronunciat. *Concordat itẽ l. 1. C. de officio rectoris prouinciæ, his uerbis:* Poteſt de falſo cauſam cognoſcens præſes prouinciæ, incidentem proprietatis quæſtionem dirimere.

XIIII. *Replicatio: Niſi reus fori præſcriptioni renunciauerit. Hæc replicatio approbatur l. 29. C. de pactis, hiſce uerbis:* Si quis in ſcribendo inſtrumẽto ſeſe confeſſus fuerit, non uſurum fori præſcriptione propter cingulum militiæ ſuæ, uel dignitatis, uel etiam ſacerdotij prętogatiuam: licet antea dubitabatur, ſi oporteret eandem ſcripturam tenere, & eũ qui hoc pactus eſt, nec deberet aduerſus ſuam conuentionem uenire: uel licentiam ei prę ſtare, decedere quidem ab ſcriptura, ſuo autem iure uti: Sancimus nemini licere aduerſus ſua pacta uenire, & contrahentes decipere. Si enim & ipſo Prætoris edicto pacta conuenta, quę neque contra leges, neq; dolo malo inita ſunt, omnimodo obſeruanda ſunt: quare in hac cauſa pacta non ualeant, cum alia ſit regula iuris antiqui, omnes licentiam habere, ijs quæ pro ſe introducta ſunt renunciare? Omnes itaque iudices noſtri hoc in litibus obſeruent, & huiuſmodi obſeruatio & ad pedaneos iudices, & ad compromiſſarios, & arbitros electos perueniat: ſcituri, quòd ſi neglexerint, etiam litem ſuam facere intelligantur. *Concordat l. 39. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis:* Si quis in ſcribendo inſtrumento ſeſe confeſſus fuerit, non uſurum fori præſcriptione ꝑpter ſacerdotij prærogatiuam, ſancimus non licere ei aduerſus ſua pacta uenire, & contrahentes decipere: cum regula ſit antiqui iuris, omnes licentiam habere, ijs quę pro ſe indulta ſunt renunciare. Quam generalem legem in omnibus caſibus obtinere ſancimus, qui nec dum per iudicialem ſententiam, uel amicabilẽ conuentionẽ ſopiti ſunt.

XV. *Replicatio: Niſi ante litem conteſtatã, fori præſcriptio non fuerit oppoſita. Hæc replicatio approbatur l. 13. C. de exceptionib. his uerbis:* Pręſcriptiones fori in principio litis, à litigatoribus opponendas eſſe, legum decreuit authoritas. *Concordat l. 4. C. de iuriſd. om. iud. his uerbis:* Nemo poſt litem conteſtatam ordinarię ſedis declinet examen: nec prius præfecti prætorio, aut comitis Orientis, uel alterius ſpectabilis iudicis imploret auxilium: ſed appellatione legibus facta, ad ſacrum auditorium ueniat. *Concordat item l. 52. in prin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide in Comment. de Legatis, cap. 12. membr. 2.*

XVI. REPLICATIO: NISI LITIGATORES IN NON COMPETENTEM IVDICEM CONSENSERINT. *Hæc replicatio approbatur l. 1. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* Si ſe ſubijciant aliqui iuriſdictioni, & conſentiant: inter conſentientes, cuiuſuis iudicis, qui tribunali præeſt, uel aliam iuriſdictionem habet, eſt iuriſdictio. *Concordat l. 1. C. de iuriſdict. om. iud. hiſce uerbis:* Nõ quidẽ fuit cõpetens iudex procurator noſter in lite priuatorum: ſed cũ ipſi eũ iudicem elegeritis, & is conſentiẽtibus aduerſarijs ſentẽtiam tulerit, intelligitis uos adquieſcere debere rei ex conſenſu ueſtro iudicatæ: cum & procurator iudicandi poteſtatem inter certas habeat perſonas: & uos incongruum eſſe uobis iudicem eum ſcientes, tamen audientiam eius elegiſtis: quod & in alijs ſimilibus iudicibus tam in actionem proponentis, quàm in exceptionem opponentis perſona locum habebit. *Concordat item l. 4. C. ubi cauſæ fiſcales, his uerbis:* Cum uendente procuratore meo, te emiſſe prędia dicas, precium eorum neceſſario ſoluere debes. Cum his uerò, quibus mandantibus eadem prędia emiſſe te & tradidiſſe dicis, agente te, procurator meus (ſi eius audientiam elegeris) cognoſcet: ut pecuniã quæ precij nomine tibi debetur, & uſuras quæ fiſco exoluendę ſunt, conſequi poſsis. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi in eum qui nulli præeſt iuriſdictioni, conſenſerint. Hæc duplicatio approbatur l. 3. C. de iuriſd. om. iud. his uerbis:* Priuatorum conſenſus iudicẽ non facit eum qui nulli pręeſt iudicio: nec quod is ſtatuit rei iudicatę continet autoritatem. *Concordat l. 1. ff. de iudicijs. cuius uerba uide ſ. ead. repl. in prin. item concordat l. 81. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. eod. cap. except. 1. Secunda replicatio eſt: Niſi non conſentiat iudex. Hæc duplicatio reprobatur l. 2. §. conuenire. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* Conuenire autem, utrum inter priuatos ſufficiat, an uerò etiam ipſius pretoris conſenſus neceſſarius? Lex Iulia iudiciorum ait, quo minus inter priuatos conueniat: ſufficit ergo priuatorum conſenſus. Proinde ſi priuati conſentiant, Prętor autem ignoret conſentire, & putet ſuam iuriſdictionem: an legi ſatiſfactum ſit uidendum eſt, & puto poſſe defendi, eius iuriſdictionẽ eſſe. *Tertia duplicatio eſt: Niſi error interuenerit. Hæc duplicatio approbatur d. l. 2. in prin. his uerbis:* Conſenſiſſe autem uidentur, qui ſciunt ſe non eſſe ſubiectos

ctos iuriſdictioni eius, & in eum conſentiunt. Cęterùm ſi putent eius iuriſdictionem eſſe, non erit eius iuriſdictio: error enim litigatorum (ut Iulianus quoq; lib. 1. Digeſt. ſcribit) non habet conſenſum: ut ſi putauerint alium eſſe prætorem præ alio, æquè error non dederit iuriſdictionem: ac ſi cum restitiſſet, quiuis ex litigatoribus uiribus pręfecturæ compulſus eſt, nulla iuriſdictio eſt. *Concordat l. 15. ff. de iuriſdictione, his uerbis:* Si per errorem alius pro alio Prætor fuerit aditus, nihil ualebit quod actum eſt. Nec enim ferendus eſt, qui dicat cònſenſiſſe eos in præſidem: cum (ut Iulianus ſcribit) non conſentiant, qui errant. Quid enim tam contrarium conſenſui, quàm error, qui imperitiam detegit. *Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi non in corpore, ſed in nomine ſit erratum. Hæc triplicatio approbatur l. 80. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* Si in iudicis nomine, uel prænomine erratum eſt. Seruius reſpondit, ſi ex conuentione litigatorum is iudex aditus eſſet, eum eſſe iudicem, de quo litigatores ſenſiſſent.

Quarta duplicatio eſt: Niſi ui metuúe cauſa conſenſerit. Hæc duplicatio approbatur l. 2. in prin. ibi: Ac ſi cum reſtitiſſet ff. de iudicijs. cuius uerba uide ſ. dupl. prox. in prin.

Quinta duplicatio eſt: Niſi priuſquam iudex adiretur, uoluntas mutata fuerit. Hæc duplicatio approbatur l. 18 ff. de iuriſdiction. his uerbis: Si conuenerit ut alius Prætor quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, & priuſquam adiretur, mutata uoluntas fuerit, proculdubio nemo cōpellitur huiuſmodi conuentioni ſtare.

XVII. *Replicatio: Niſi reus apud non competentem iudicem, edi ſibi genus actionis deſiderauerit. Hæc replicatio reprobatur l. 33. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* Nō uidetur in iudicē conſenſiſſe, qui edi ſibi genus actionis apud eū iudicē deſiderat.

Hactenus de competentia iudicis & fori præſcriptionibus, adeóque de prima huius capitis quæſtione ſit dictum.

II. DE OFFICIIS IVDICIS quæ ſint.

Prima regula. Proprium iudicis officium eſt, iudicare. eſt autem iudicare munus publicum: quod approbatur l. 78. ff. de iudicijs, hiſce uerbis: Iudicare munus publicum eſt.

Secunda regula. Vbi iudicandum, definitur l. 59. ff. eod. tt. his uerbis: Si locus in iubendo indicare non eſt comprehenſus, uidetur eo loco iudicare iuſsiſſe, quo ſolet iudicare ſine incōmodo litigantium.

Tertia regula. Quamdiu ſedebit iudex, definitur Nouell. c. 82. §. ſedebunt, his uerbis: Sedebunt autem hi ipſi pedanei ſub porticu regia, in quib. etiamnunc cellulis iudicant continuè, à ſummo ſtatim diluculo uſque in ueſpertinum crepuſculum: accōmodabuntque audientiam cauſis non tantum poſt hanc legem apud ipſos mouendis, &c.

Quarta regula. Ne iudex ſecum ducat, cui domeſtici uel cancellarij nomen imponat, proponitur l. 8. C. de adſeſſoribus, his uerbis: Nullus iudicum ad prouinciam ſibi commiſſam, &c.

Reliqua iudicum officia uide ſ. Lib. 2. inter iura magiſtratus: item J. Lib. 7. cap. 8 & 9.

III. *De pœnis iudicum, ſi ſuum non fecerint officium, uide ſ. Lib. 2. cap. 3.*

DE ADSESSORIBVS ET miniſtris iudicum. Caput III.

I. QVI ET QVALES DEBEANT eſſe adſeſſores.

Prima regula. De libertis, proponitur l. 2. in prin ff. de officio adſeſſoris. cuius uerba uide J. reg. prox.

Secunda regula. De infamibus, proponitur d. l. 2. his uerbis: Liberti adſidere poſſunt: infames autem licet non prohibeātur lege adſidere: attamen arbitror (ut aliquo decreto principali refertur conſtitutum) nō poſſe officio adſeſſoris fungi.

Tertia regula. De eo qui eſt ex eadem prouincia, in qua adſidendum eſt. Hic adſeſſor eſſe ibi non poteſt. quæ regula approbatur l. 10. C. de adſeſſoribus, his uerbis: In conſiliarijs obſeruari cenſemus, ut in eum, qui in ſua prouincia ultra quatuor menſes moderatoribus adſederit, aduerſus leges antiquas, & diuorum retro Principum ſcita proſcriptio bonorum, & accuſatio publici criminis immineat: niſi per cœleſte oraculum, uel ampliſsimæ tuæ ſedis præſcriptione ſeſe defendat. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi permiſſu principis uel præſidis, in ſua prouincia adſederit. quæ exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi per cœleſte oraculum, &c.

Secunda exceptio eſt: Niſi eadem prouincia diuiſa in altera ortus, in altera adſideat. Hæc exceptio approbatur l. 3. ff. de officio adſeſſoris, his uerbis: Si eadem prouincia poſtea diuiſa, ſub duob. pręſidibus conſtituta eſt: ueluti Germania, Miſia: ex altera ortus, in altera adſidebit: nec uidebitur in ſua prouincia adſediſſe.

Tertia exceptio eſt: Niſi in conſilio curatoris reipub. uir eiuſdem ciuitatis adſideat, & publico ſalario non fruatur. quæ exceptio approbatur l. 6. ff. eod. tt. his uerbis: In conſilium curatoris Reipub. uir eiuſdem ciuitatis adſidere non prohibetur: quia publico ſalario non fruitur.

Quarta regula. De eo qui alij quoque magiſtratui adſidet, proponitur l. 13. §. nec ſit conceſſu. C. de adſeſſorib. his uerbis: Nec ſit cōceſſum cuiquā duob.

ma-

magistratib. adsidere, & utriusq; iudicij curam peragere (neq; enim facilè credendū est, etiam duabus necessarijs rebus unum sufficere nam cum uni iudicio adfuerit, altero distrahi necesse est, sicq; nulli eorum idoneum in totū inueniri) sed altera adsessione penitus semota, unius magistratus esse contentum iudicio.

Quinta regul. De aduocatis causarū, proponitur d.l.13. in prin. his uerbis: Nemo ex ijs, qui aduocati causarū constituti sunt, uel fuerint & in hac regia urbe, in quocūq; iudicio deputati, & in alijs omnib. prouincijs nostro subiectis imperio, audeat in uno eodēq; tēpore tam aduocatione uti, quàm consiliarij cuiuscunq; magistratus, quibus respub. gerenda cōmittitur, curam arripere: cum satis abundeq; sufficiat, uel per aduocationē causis perfectissimè patrocinari, uel adsessoris officio fungi: ne cum in utrunq; festinet, neutrum benè peragat: sed siue aduocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit: uel si adsessionē elegerit, in ea uidelicet permaneat: ita tamen, ut post consiliarij sollicitudinē depositā, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. *Concordat d.l.13. §. nec callidis, hisce uerbis*: Nec callidis machinationibus huiusmodi legē putet quis esse circumscribendā, & si non consiliarij signum, quod solitum est chartis imponat, sed alias quasdam literas excogitatas adstimulauerit: existimans ei licere fungi quidē memorato officio, sub huiusmodi tamen umbra latēre: cum in legem cōmittant & ij, qui uigorem eius scrupulosis & excogitatis artibus eludere festinant: Neque sibi blandiri quenquam oportet, quòd præsentis legis aculeos possit euadere, quēadmodū anteriores legea super hac re positas deludebat. Si quis enim in tali cōmisso fuerit inuētus, sciat se de matriculis aduocatorū penitùs esse delendū, & decē librarū auri mulctā nostris priuatis largitionib. illaturū, per uirū illustrem comitē rerū priuatarū exigēdam: & aliam maiorē regalis culminis subiturū offensam: cum nec ipse iudex, qui hoc fieri passus est, & sciens prudensq; hoc cōmiserit, sine Impariali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidē subijciendo etiam eo uel eis, qui in ijs causis, quarum patrociniū adepti sunt, quibusq; aduocationem suam præstiterunt, adsessiones cuiuscunq; magistratus colore audeat, uel audeant uindicare: ne affectionis suæ aduocationis memor, incorrupti iudicis nomen perferre non possit.

II. OFFICIA ADSESSORUM quæ sint.

Prima regula huius loci, proponitur l.1. ff. de officio adsessoris, hisce uerbis: Omne officium adsessorum, quo iuris studiosi partibus suis funguntur, in his ferè causis constat: In cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.

Secunda regula. De subscriptionibus adsessorum, proponitur l.2. C. de adsessoribus, his uerbis: Præsides non per adsessores, sed per se subscribant libellos. Quòd si quis adsessori subscriptionem inconsultis nobis permisarit, mox adsessor, qui subscripsit, exilio puniatur: præsidis uerò nomen ad nos referri iubemus, ut in eum seuerius uindicetur.

Tertia regula. Ne absentibus iudicibus adsessores causas audiant, sed iudices ipsi cum adsessoribus cognoscant, proponitur Nouell.c. 60. §. porrò & illud usq; ad §. fin. his uerbis: Illud nobis rectè se habere uisum est, si minus committamus, ut magistratuum adsessores (quemadmodum Zenonis pientiss. principis, & nostra insuper constitutio dicit) causas audiant, quæ apud ipsos tantum magistratus, aut à nobis datos, agitari debent iudices. Multo enim melius & perfectius his præsentibus, inter quos controuersiæ consistunt, & metu quodam imminante ipsis apparitoribus, & (ut uerisimile est) testibus, negocio denique propriam obtinente grauitatem & amplitudinem, apud magistratus agitari poterunt, quàm si pedanei iudices disceptēt, à quorum ordine adsessores nihil pènè dissident. Quoniam uerò magistratus, qui nobiscum agunt, rerum nostrarumque iussionum occupationibus detenti continuè ad hanc deferuntur necessitatem, conuenit, ut legem consonam, & rebus accommodatam proferamus. Sancimus igitur, ut litium quidem contestationes omnimodò apud ipsos peragantur magistratus, siue maiores, siue minores sint: sed & in medijs litibus rursum semel (ut minimum) causa apud ipsos introducatur, ut quę prius in probationem delata sint, perdiscant. At uerò cum definitiua proferenda est sententia, ne ullo modo adsessores absq; iudicibus præbete audientiam præsumant: sed cum reuerentia qua decet, prout iam cōstituimus, propositis sacris eloquijs, ipsi per se magistratus, tam quæ in probationem delata sunt, omnia audiant ordine, quàm controuersias disceptent, & appellationes (si quis modò prouocet) absq; ulla dilatione, quatenus id lex fieri permittit suscipiāt. Rursus quoq; appellationū iudices, & ipsi per se omnibus modis cōtrouersijs audientiam accommodent, nemine aliter agere præsumente: sed si quid tale accidat, tam ipsis magistratib. uiginti librarū auri pœnā

metuẽtibus,quàm adſeſſorib. qui hoc facere auſint,ſiquidẽ aduocati ſint,eloquentiſs. cauſarũ patronorũ eijciẽdis.Si uerò nõ aduocati,ſed alij quidã ſint, & cingulo (ſi qd habent) ſpoliandis, & decẽ inſuper librarũ auri pœna coercendis.Neq; enim in eam opinionem uenire debẽt hi, qui Zenonis pientiſsimi principis,& priorem noſtram, & item præſentem conſtitutionẽ reſpuerint, quod fingendis,nectendiſq; falſis cauſis,ha ſce pœnas effugient. Nam glorioſiſsimo ꝑ tempore comiti,ſacrarũ noſtrarũ rerũ priuatarum curæ erit,ut huic negocio prouidentiam accõmodet, & ſi quid eiuſmodi delinquatur pœnas exigat, inferatq; ærario: ſcituro & ipſi quod niſi curã & prouidentiam in hãc rem collocauerit,eo nomine fiſco de ſuis facultatib. ſatisfaciet. Sed hæc quidẽ de his magiſtratibus decernimus, quib. uel pro repub. uel circa iuſsiones noſtras, ſuſceptæ occupationes ueniam præbent, licet per ſe in tota cauſa audientiam non accommodent. Ceterùm omnes alios iudices,qui magiſtratu non defunguntur, cauſiſq; noſtro tantum iuſſu notionem interponunt, ſiue in hac alma urbe, ſiue alibi tale quid perpetrent,quiq; ipſis in cognitionem adſeſſorum loco ſociantur,multò etiam aſperioribus pœnis perſequemur, niſi ordine per totam litem ipſi cum adſeſſoribus ſuis cauſæ audientiam præbuerint. nam & dignitatum eis amiſsionem interminamur, & uicenarum librarum auri pœnam:eorum uerò adſeſſoribus eiectionẽ ex ciuitate, in qua hoc perpetrauerint,atq; ut inſuper etiã amittant exiſtimationem ſuam. Quæ igitur nobis placuerunt,&c.

Quarta regula. Ne adſeſſores in eodem auditorio cauſis etiam patrocinentur,proponitur l.5.ff. de officio adſeſſoris,hiſce uerbis: Conſiliarijs eo tẽpore quo adſident, negocia tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo conceſsũ eſt,in alienum autem non prohibentur. *Cõcordat l.6.in prin.C.de poſtulando,his uerbis*; Quiſquis uult eſſe cauſidicus,non idem in eodẽ negocio ſit aduocatus & iudex: quoniam aliquem inter arbitros & patronos oportet eſſe delectum. *Concordat item l.13.in prin.C.de adſeſſorib.cuius uerba uide ṡ.quæſt.prox.reg.5.*

Quinta regula. Vt poſt depoſitam adminiſtrationem per quinquaginta dies in prouincia morẽtur, excepturi aduerſus ſe actiones,proponitur l.3.C. de adſeſſoribus,his uerbis: Conſiliarios iudicum, & cancellarios,& eos qui domeſticorum funguntur officio,poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta dies in prouincijs reſidere præcipimus. Pro confeſſo autem tenebitur,qui accuſatus huiuſmodi perſonam ſubtraxerit:eaq; in quadruplũ reſtitui iubemus,quę deſiderantur ablata:ut duplũ ſpoliatus accipiat, & duplum noſter fiſcus adquirat. *Concordat l.8.in fine.C. eod.tt.cuius uerba uide ṡ.cap.prox.quæſt.2.reg.4.*

III. DE PRAEMIIS ET priuilegijs Adſeſſorum.

Prima regula.De ſalario adſeßorum,proponitur l.1.C.de adſeſſoribus,his uerbis: Studiorũ labor meretur,ut ij qui in publicis adminiſtrationib. conſtituti, ſociari ſibi conſiliorũ participes cupiũt,ſpe præmiorũ atq; honorificẽtia ſua prouocent eos, quorũ prudentiam ſibi putant eſſe neceſſariam,non metu terribili, & neceſsitate incongrua libertati.

Secunda. De ſalario regula habetur l. unica. C. de annonis & capiat adminiſtr.cuius uerba uide ṡ.Lib.2. cap.1.quæſt.3.reg.8.

Tertia regula.De immunitate adſeßorum, proponitur l.11.C.de adſeſſorib.his uerbis:Nõ minus adſeſſoribus maiorũ magiſtratuũ, quàm ipſis iudicib. noſtræ beneuolentiæ liberalitas tribuẽda eſt.Ideoq; cõſiliarios uirorũ illuſtriũ præfectorũ tam prætoriorũ,quàm huius inclitæ urbis, eminentiſsimorũq; magiſtrorũ militum, nec nõ & uiri illuſtris magiſtri officiorum,ſiue prædicto officio iam functi ſunt,ſeu fungentur in poſterũ: poſt depoſitum etiam officiũ ab omni indictionis onere,ſeu ciuilium,ſeu militariũ iudicum, prorſus immunes eſſe precipimus: ut nec ab ampliſsima quidem ſede tui culminis eis ulla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet grauamine penitus iniungatur:quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione mulctando, ſi quid aduerſus ſtatuta clementiæ noſtræ innouari conceſſerit.

IIII. DE DOMESTICIS, ET alijs iudicum miniſtris.

Prima regula. Quot & quales ſint conſtituendi, definitur Nouell.c.82.§.his qui lites.cum ſeq.cuius uerba uide ṡ.Lib.2.cap.18.de Apparitorib. quæſt.1.

Secunda regula. De miniſtris appellationũ, qui eſſe debeant,definitur Nouell.c. 20. his uerbis: Quamuis iam ſacrã de appellationibus, &c. *Sed & huius loci regula proponitur Nouell.c.23. §.illo uidelicet obſer.ibi:Vtroq; officio ſubminiſtrãte.cuius uerba uide ſ.Lib.8.cap.1.quæſt.4.reg.17.*

Tertia reg.De domeſticis iudicũ,proponitur l.4.C. de adſeſſorib.his uerbis:Domeſticus iudicis à publicis actib.arceatur:quòd ſi neceſsitatibus publicis ſeſe conuictus fuerit miſcuiſſe, ſtatim eũ ad maioris poteſtatis examẽ deduci oportet,ut cõpetẽs in eo uindicta ꝓmatur.

Quarta regula. De domeſticis iudicum exhibendis,proponitur l.9.C.eod.tt. his uerbis: Si poſt depoſitam adminiſtrationẽ iudicum, præſentiam uel exhibitionem domeſticorum, querimonia ꝓuincialiũ aut curialiũ uel aliqua publica neceſsitas poſtulauerit ꝑ eoſdẽ admi-

administratores quorũ domestici fuerint, iudicio legibusq́; tradantur.

Quinta regula. De epistolariũ officio, proponitur l.12.§.in his aũt, ibi: Et ea quæ gerãtur. C. de appellat. Cõcor. d.l.32.§.huic saluber, ibi: nostri uerò libellẽses.

Sexta regula. De apparitore nõ mutando, proponitur l.1.C. de sportulis & sumptibus in diuersis iudicijs, hisce uerbis: Quisquis fuerit exhibitus usq; ad negocij terminũ, ab eo adparitore, cui primùm traditus fuit, obseruari eam decernimus, &c. *De executoribus dicetur infrà Lib.8. cap.5. Sed & de alijs ministris iudicum dictum ẽ. Lib.2. cap.18 & cap.19. Nunc ad reliquas iudicij personas transeundum.*

DE POSTVLANTIBUS. Cap. IIII.

I. DEFINITIO, QVID sit postulare.

P*Roponitur hæc definitio l.1.§. postulare. ff. de postulando, his uerbis*: Postulare est desiderium suum, uel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere: uel alterius desiderio contradicere.

II. QVI POSTVLARE non possint in iudicio.

Non omnibus in iudicio postulare permissum est: cuius ratio proponitur l.1. in prin. ff. de postulando, his uerbis: Hunc titulum proposuit Prætor habendæ rationis causa, suæq́; dignitatis tuendæ, & decoris causa: ne sine delectu passim apud se postuletur. Ea propter tres fecit ordines. nam quosdam in totum prohibuit postulare, quibusdã pro se permisit: quibusdam & pro certis duntaxat personis, & pro se permisit.

Prima regula. De ijs qui in dignitate aliqua positi sunt, proponitur l.25.C. de procuratoribus, his uerbis: Quicunq; prætorianæ uel urbanæ pręfecturæ sublime fastigium, uel magisteriũ militare, uel consistorianæ comitiuæ insignibus meruerit dignitates, uel proconsulare ius dixerit, aut uicarij fuerit administratione suffultus: si quod uel ab eo infertur iurgium, uel refertur procuratoris personam in negocij sui iura substituat. Quòd si quis sanctionis huius statuta trãsgressus, iudicijs sese iurgaturus ingesserit: careat huius litis sorte, cuius non per procuratorẽ expectauit euentũ: iudex nihilominus, qui cõtrà fecerit, nouerit à se uiginti libras auri, itẽ ab officio quoque suo tantundẽ ponderis exigendũ. *Planè corrigitur regula proposita, in clarißimis Nouel. c.71. his uerbis*: Quæ quasi honoris & melioris habitus ac formę causa processit, cũ quod exinde prouenit, nõ honorẽ inducat: sed potius læsionẽ quandã, breui lege sanare perpulchrũ fore duximus. Nam quod dictũ est in nõnullis cõstitutionibus, ne cui clarissimo liceat per se causam agere, per procuratores semper liceat, id quidẽ uetustas ad honorẽ dignitatũ descripsit. Atqui uidemus plerosq; tametsi dignitates nacti, & inter clarissimos aut comites, aut tribunos, aut si qui pterea alij eius generis existũt, adscripti sint: ita tñ exigua re familiari esse, ut ad constituendũ procuratorẽ, perferendosq́; in eã rẽ necessarios sumptus, penitùs nullã facultatẽ habeãt. Sancimus igitur, ut inter magnificẽtissimos quidẽ illustres hoc ualeat, ipsiq́; omnimodò p procuratorẽ pecuniarias causas agant: sed & actionẽ iniuriarũ criminaliter intentatã, æquè per procuratorẽ moueant secundũ priuilegiũ super hoc ipsis cõcessum: ne cogantur aut adsidere cum magistratibus, quo ipsi loco iudicant, aut rursum adstare tanquam litigatores. Vtrinq; enim res cũ periculo fit, siue dignitates adficiãtur cõtumelia, siue iudiciarius ordo pręter dignitatẽ procedat. Alioqui post magnificentissimos, illustres, omnib. qui uolũt licentia esto, & procuratores in litẽ constituere, & per se causam agere, nulla exinde prohibitione, aut læsione, aut pœna eis inferenda. Quæ igitur nobis placuerũt, & per hanc sacrã declarãtur legẽ, ea omnib. Ex. tua manifesta facito, in his agens solita & cõsueta. *Ex hisce uerbis iam propositis propositæ regulæ exceptio notanda est, hæc scilicet: Nisi is qui postulaturus est, nõ sit illustris dignitatis. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ij qui in dignitate positi sunt, nõ tamẽ illustri, nõ pro se, sed pro alijs postulare uelint. hoc enim eis iam dicta cõstitutione nõ permittitur. Cuius replicationis duplic. prima hæc est: Nisi is qui causarũ patronus ad regẽdæ prouinciæ munus euectus administrationẽ deposuit: huic enim licet ad patrociniũ causarum reuerti, & pro alijs postulare. quæ exceptio approbatur l.9.C. de Aduocatis diuers. iudic. his uerbis*: Si quis de togatis fori celsitudinis tuæ, uel Illyricianæ, seu urbicariæ præfecturę, siue de ijs qui in prouincialibus iudicijs causarum patrocinium profitentur, electione tuæ sedis regendæ prouinciæ munus potestatemq́; susceperit: post peractam integrè ac sine ulla opinionis labe administrationem, & ad illud officium unde abstractus est, & unde sibi uitæ subsidia comparabat, remeandi habeat facultatem: nec causas orare denuò quadam prohibeatur inuidia. *Secunda duplicatio proponitur in honoratis l.6.§. apud urbẽ. C. de postulando, his uerbis*: Apud urbẽ Romã etiã honoratis, qui hoc putauerint eligendum, eousq; liceat orare, quousque maluerint: uidelicet, ut nõ ad turpe cõpendium stipemq́; deformem hæc arripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta quęrantur. nam si lucro pecuniaq́; capiãtur:

ueluti adiecti degeneresq; inter uilissimos numerabuntur. Quisquis igitur ex ijs quos agere permisimus, uult esse causidicus, eam solam quam sumet tẽpore agendi, sibi sciat esse personam, quousq; causidicus est. Nec putet quisquã honori suo aliquid esse detractũ, cùm ipse necessitatẽ elegerit standi, ipse contempserit ius sedendi. *Tertia dupli catio in decurionibus, proponitur l. 2. C. de aduocatis diuers. iudicum, his uerbis*: Qui necessario patriæ suæ debent municipio functiones, eos decurionibus aggregatos nolumus euagari, permittentes, ut in negocijs, causidicorum fungantur officijs, & in ciuitatibus proprijs subeant munera curialiũ: ita tamen, ut nõ contra rempublicam ciuitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittatur.

Secũda reg. De hæreticis, proponitur l. ult. C. de postulãdo, his uerbis: Nemo uel in foro magnitudinis tuæ, uel in prouinciali iudicio, uel apud quenquã iudicẽ accedat ad togatorũ cõsortiũ, nisi sacrosanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus mysterijs. Sin aũt aliquid quoquo modo, uel quadã machinatione factũ, uel attentatũ fuerit, officiũ quidẽ sublimitatis tuæ centum librarũ auri iacturã pro condemnatione sustineat. Idem uerò quicunq; ausus fuerit contra prouidum nostræ serenitatis decretum officium aduocationis per subreptionẽ arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit: aduocationis officio remotus, stylũ proscriptionis atq; perpetui exilij specialiter sustinebit: scituris etiã prouinciarũ rectoribus, quòd is sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilij per quinquennium sustinebit.

Tertia reg. De minoribus decem & septẽ annorum, proponitur l. 1. §. initium ff. de postulando, his uerbis: Initiũ fecit Prætor ab his qui in totũ ꝓhibẽtur postulare. In quo edicto, aut pueritiam, aut casum excusauit: Pueritiã, dũ minorem annis decẽ & septẽ, qui eos nõ in totũ compleuit, ꝓhibet postulare: quia moderatam hãc ætatẽ ratus est, ad procedendũ in publicũ. Qua ætate: aut paulò maiore fertur Nerua filius, & publicè de iure responsum esse. Propter casum: surdũ, qui prorsus nõ audit, prohibet apud se postulare. nec enim erat permittendũ ei postulare, qui decretũ prætoris exaudire non poterat. quod etiã ipsi periculosum erat futurũ. nam non exaudito decreto prætoris, quasi non obtemperasset, pœna, ut contumax plecteretur. *Propositæ regulæ exceptio uidetur esse: Nisi minor pro se postulet: uerùm hæc exceptio reprobatur iamdictis uerbis hisce*: Initium fecit Prætor ab his qui in totum prohibentur postulare: *In quo edicto aut pueritiam, &c. Sanè admittitur exceptio hæc in quibusdã casibus, qui proponuntur l. 11. C. qui dare tutores. de quo alibi. Sed & admittitur in eo qui absentem ultrò defendit l. 12. in fine. C. de procuratorib. cuius uerba uide 3. cap. 6. quæst. 4. except. 1. repl. 2.*

Quarta regula. De surdo, proponitur d. §. initium. uers. propter casum.

Quinta regula. De cæco, proponitur l. 1. §. casum, his uerbis: Casum dum cæcum utrisq; luminibus orbatum, Prætor repellit: uidelicet, quòd insignia magistratus uidere, & reuereri non possit. Refert etiam Labeo, Publium cæcum Aspernati Nouij patrem auersa sella à Bruto destitutũ, cum uellet postulare. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi cæcus pro se postulare uelit: hoc enim casu nõ prohibetur. quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. secundo loco. cuius uerba uide 3. reg. prox.*

Sexta regula. De fœmina, proponitur d. §. secundo loco, his uerbis: Secundo loco edictũ proponitur in eos, qui prohibentur ne pro alijs postulent: in quo edicto excepit Prætor sexum & casum: item personas turpitudine notabiles. Sexum quidem, dum fœminas prohibet pro alijs postulare. Et ratio quidẽ prohibendi est, ne contra pudicitiam, sexui congruentem, alienis causis se immisceant: ne uirilibus officijs fungantur mulieres. Origo uerò introducta est à Calphurnia improbissima fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietãs, causam dedit edicto. Casum: dum cæcum, &c. *Reliqua uerba uide 5. reg. prox. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi mulier pro se uelit postulare. quæ exceptio apparet ex uerbis iam propositis hisce*: Qui ꝓhibentur ne pro alijs postulent. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi monastria conueniatur. quæ replicatio approbatur Nouell. c. 123. §. si quando, ibi: Nulla tamen, his uerbis*: Nulla monastria aut ascetria è monasterio abstrahatur, sed procurator ab ijs constituatur, qui de eo negocio respondeat. Monachis uerò licitum esto proprias, aut monasterij caussas, siue per se, siue per procuratorem agere. *Plures huius regulæ exceptiones uide 3. cap. 6. quæst. 4. except. 17.*

Septima regula. De turpibus & infamibus personis, proponitur d. §. secundo loco, ibi: Item personas turpitudine notabiles. Huius exempla proponuntur ead. l. 1. §. remouet, his uerbis: Remouet autem à postulando pro alijs & eũ, qui corpore suo muliebria passus est. Si quis tñ ui prædonũ uel hostiũ stupratus est, nõ debet notari: ut & Põponius ait. Et qui capitali crimine dãnatus est, nõ debet ꝓ alio postulare. Itẽ, Senatuscõsulto etiã apud Pedaneos iudices postulare ꝓhibetur, calũniæ causa publico iudicio dãnatus. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pro se, non pro alijs postulare uelint,*

quæ

quae exceptio ex iam dictis cōstat. Secūda exceptio est: Nisi pro parente, patrono, liberis, fratre, & alijs huiusmodi personis uelint postulare. quae exceptio approbatur l.1.§.hoc edicto.ff.de postulando, his uerbis: Hoc edicto continentur etiam alij omnes, qui edicto praetoris, ut infames notantur: qui omnes, nisi pro se & certis personis, nō postulant. *Ait Iurisconsultus:* Hoc edicto. *Illud edictum, proponitur d.l.1.§. ait praetor. de quo infrà. Ait insuper Iurisconsultus:* Et certis personis. *quae sint huiusmodi personae, dicitur d.l.1.§.fin.cum legibus sequentibus. quarum legum uerba inferius proponentur. Alias propositae regulae exceptiones uide §. .*

Octaua regula. De eo qui cum bestijs pugnauit, uel operas suas, ut cum bestijs pugnaret, locauit. Hic regulariter postulare prohibetur. quae regula approbatur l.1.§. remouet, ibi: Et qui operas, his uerbis: Remouet a postulando pro alijs, & qui operas suas, ut cum bestijs depugnaret, locauit. *Propositae regulae exceptio prima haec est: Nisi cum fera [illegible] pugnauit. Haec exceptio approbatur d.l. [illegible] bestias, his uerbis:* Bestias autem accipere debemus ex feritate magis, quàm ex animalis genere. nam quid si leo sit: sed [illegible]s, uel alia dentata mansueta? *Secunda exceptio est: Nisi locauit saltem operas, non depugnauit. Haec exceptio reprobatur ibidem, his uerbis:* [illegible] ergo qui locauit, solum notatur: siue depugnauerit, siue non. *Tertia exceptio est: Nisi depugnauit gratis, nō locauit operas. Haec excep. approbatur ibidem, his uerbis:* Quid si depugnauit, cum non locasset operas suas? non tenebitur. non enim qui cum bestijs depugnauit tenetur: sed qui operas suas in hoc locauit. [illegible] eos qui uirtutis ostendendae causa hoc faciunt, sine mercede, non te[illegible] aiunt ueteres: nisi in arena passi sunt se se honorari. eos enim puto, notam non eu[illegible]re. *Huius exceptionis replicatio haec est: Nisi in arena [illegible] bestijs ob lauream depugnauit. quae replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Nisi in arena passi sunt se se honorari, &c. *Quarta exceptio est: Nisi ob id locauit operas, ut feras uenetur, uel depugnet feram, quae regioni nocet. quae exceptio approbatur d.l.1.§. sed si quis, his uerbis:* Sed si quis operas suas locauerit, ut feras uenetur, uel ut depugnet ferā, quae regioni nocet extra arenam, nō est notatus. *Quinta exceptio est: Nisi pro se postulare uelit. quae exceptio approbatur d.l.1.§.his igitur.ff.de postulando, his uerbis:* His igitur personis, quae non uirtutis causa cum bestijs pugnauerunt, pro se Praetor permittit allegare, pro alio prohibet: sed est aequissimū, si tutelā uel curam huiusmodi personae administrent, postulare eis pro his, quorum curā gerunt, concedi. *Sexta exceptio est: Nisi non sponte, sed necessario fungatur officio. Haec exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed est aequissimū, &c. *Cui concord. l.6.in pr.ff.eo.tt.*

Nona regula. De eo cui aduocationibus interdictū est. Hic postulare non potest. quae regula approbatur l.1.C.de postulando, his uerbis: Cum à praefecto Aegypti perpetuò causas agere prohibitus, nō appellaueris, placitis obtempera. *Huius regulae exceptio prima haec est: Nisi nō apud eum qui prohibuit, sed apud alium postulare uelit, qui prohibitus est. Haec exceptio approbatur sub conditione l.6.§.fin. ff.de postulando, his uerbis:* Si quis aduocationē praestare fuerit prohibitus, siquidem apud se (ut solent facere tēpore magistratus sui) puto eum postea apud successorē eius adesse posse. *Secunda exceptio est: Nisi in alia prouincia, quàm in qua prohibitus est, postulet. Haec exceptio approbatur sub conditione l.9.ff. eod. tit. his uerbis:* Ex ea causa prohibitus pro alio postulare, quae infamiam non irrogat, ideoque ius postulandi pro omnibus non aufert: in ea tantum prouincia pro alijs non rectè postulat, in qua praeses fuit, qui sententiā dixit: in alia uerò non prohibetur, licet eiusdem nominis sit. *Tertia exceptio est: Nisi ad tempus postulare prohibito, tempus illud sit finitum. Haec excep. approbatur l.8.ff.eo.tt. his uerbis:* Imp. Titus Antoninus rescripsit, eum cui aduocationibus in quinquennium interdictum esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi. Diuus quoque Hadrianus rescripsit, de exilio reuersum postulare posse: nec adhibetur distinctio, quo crimine silentium uel exilium sit irrogatū: ne scilicet poena tempore determinata, cōtra sententiae fidem ulterius porrigatur.

Decima regula. De libertis, proponitur l.2.C. de postulando, his uerbis: Nec caeterorum liberti, nedum mei quidem, si ita sunt lireris eruditi, ut patrocinia desiderantibus praestare possint, prohibentur hoc facere.

Vndecima regula. De iudice, proponitur l.6.in prin. de postulando. de qua re uide s. cap. proxim. quaest.2. reg.4.

Duodecima regula. Aduocatus fisci, contra fiscum postulare prohibetur l.1.C.de Aduocatis fisci, his uerbis: Cum te fisci causam agitasse proponas, quamuis te salarium percepisse neges, tamen placitis adquiesce. eos enim qui causam fisci egissent, prohibitū est aduersus fiscū patrocinium praestare. *Huius regulae exceptio prima uidetur esse: Nisi pro aduocatione fisci nullum perceperis salarium: quae tamen exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Quamuis te salarium percepisse neges. *Secunda exceptio est: Nisi princeps concesserit. quae exceptio approbatur sub cōditione l.1.C.eod.tt. his uerbis:* Potes autoribus nobis aduersus fiscum patrocinium quoque exhibere priuatis: dum eā scilicet causam, quam tu cū fisci aduocatus fueras, fortè tractasti, suscipere declines. *Tertia exceptio est: Nisi pro se uel filijs suis, parētib. aut pupillis suis,*

ſuis,contra fiſcum poſtulare uelit. quæ exceptio approbatur l.10 ff. de poſtulando, his uerbis: Hi qui fiſci cauſas agunt, ſuam, uel filiorum, uel parentum ſuorum, uel pupillorum, quorum tutelas gerunt, cauſam etiam aduerſus fiſcum agere non prohibentur. Decuriones quoq; contra patriam ſuam cauſam agere prohibentur. præter ſuperiores perſonas.

Decimatertia regula. Decurio contra ciuitatem, cuius decurio eſt, poſtulare prohibetur, l. 2. in fine. C. de aduocatis diuerſorum iud. cuius uerba uide s̄. eod. cap. reg. 1. dupl. 3. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi pro ſe. filijs, parentibus, uel pupillis ſuis, uelit poſtulare decurio. quæ exceptio approbatur l. 10. in fine. ff. de poſtulando. cuius uerba uide s̄. regul. proxim. in fine.

Decimaquarta regula. Ne quis contra eum, pro quo antea poſtulauit, in eadem cauſa poſtulet. Quæ regula ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerum eius exceptio hæc eſt: Niſi pro pupillo cuius tutor factus eſt. poſtea poſtulet, cū antea cōtra eius patrē poſtulaſſet. quæ except. approbatur l. ultim. ff. de poſtulando, his uerbis: A' principe noſtro reſcriptum eſt, non prohiberi tutorem adeſſe pupillo in negocio, in quo aduocatus contra patrem eius fuiſſet. Sed & illud ab eo permiſſum eſt, agere tutorem pupilli cauſam aduerſus fiſcū, in qua aduerſus patrem pupilli antè aduocatus fiſci fuiſſet.

Reliquas huiuſmodi regulas uide J. in capitib. ſequētib. de Aduocatis, & procuratoribus. Planè ſunt quædam iam propoſitarum regularum exceptiones generales, de quibus nunc dicendum.

De Exceptionibus præcedentium cauſarum generalioribus.

Prima exceptio: Niſi is qui poſtulare prohibetur, pro ſe poſtulare uelit. quæ exceptio approbatur l. 1. §. ſecundo loco. ff. de poſtulando. cuius uerba uide ſuperius reg. 6. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi minor ſit decem & ſeptem annis. Secunda replicatio eſt: Niſi ſurdus ſit. Hi enim in totum poſtulare prohibentur. quæ duæ replicationes approbātur l. 1. §. initium. ff. de poſtulando. cuius uerba uide s̄. reg. 3. Concordat d. l. 1. in princip. ibi: Ea propter. cuius uerba uide s̄. ead. quæſt. in prin. Tertia replicatio eſt: Niſi ſit perſona illuſtris. hæc enim nec pro ſe poſtulare permittitur. de qua re uide s̄. ead. quæſt. regul. 1. Quarta replicatio eſt: Niſi ſit furioſus. Hæc replicatio quin ipſo iure ſubſiſtat, non dubitatur.

Secunda exceptio: Niſi poſtulare prohibitus, pro parente, patrono, & alijs ſimilibus perſonis poſtulare uelit. quæ excep. approbatur l. 1. §. ut initio. ff. de poſtulando, his uerbis: Vt initio huius tituli diximus, tres ordines Prætor fecit, non poſtulantium: quorum tertius eſt, quibus non in totum denegat poſtulandi facultatem: ſed ne pro omnibus poſtulēt, quaſi minus deliquerint, quàm hi qui ſuperioribus capitibus notantur. *Ait Prætor:* Qui lege, plebeſcito, ſenatuſconſulto, edicto, decreto principum (niſi pro certis perſonis) poſtulare prohibentur, hi pro alio quàm pro quo licebit, in iure apud me ne poſtulent. *Ait lex:* Niſi prò certis perſonis. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur. Quæ autem ſint huiuſmodi perſonæ, declaratur d. l. 1. §. fin. cum ll. ſequentibus, his uerbis:* Deinde adijcit Prætor: Pro alio ne poſtulent, præter quàm pro parente, patrono, patronaúe, liberis, parentibusq́ue patroni, patronæq; (de quibus perſonis ſub titulo De in ius uocando, plenius diximus) item adijcit: Liberisúe ſuis, fratre, ſorore, uxore, ſocero, ſocru, genero, nuru, uitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua: cū iſtis quoque perſonis curator detur. Cui eorum à parentè, aut maioris partis tutorum ſentētia, aut ab eo, cuius de ea re iuriſdictio fuit, ea tutela curatioúe data erit. Item Pomponius appellatione nurus & generi, ſoceri & ſocrus: & ulteriores, quibus Pro præpoſitio ſolet accedere, contineri ait: In curatoribus item debuiſſe eum adijcere. Cæterorumq́; quibus dari ſolent: id eſt, muto, ſurdo, prodigo, & adoleſcenti. Item quib. ꝑpter infirmitatē curator dari ſolet: & q negotijs ſuis, aliquo perpetuo morbo ſupereſſe nō poſſunt. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi adfines eſſe deſierint. quæ replicatio approbatur l. 3. §. adfinitates. ff. de poſtulando, his uerbis:* Adfinitates non eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt ſed præſentes. *Secunda replicatio eſt: Niſi fœmina ſit, uel cæcus: hi enim cū ſecundi ſint ordinis non poſtulantium, pro ſe quidem poſtulare permittuntur: pro enumeratis autem ſuperius perſonis, quemadmodum & pro alijs poſtulare non poſſunt. quæ replicatio approbatur l. 1. §. ſecundo loco. ff. de poſtulando. cuius uerba uide s̄. reg. 6. Tertia replicatio eſt: Niſi minor ſit ſeptendecim annorū, ſurdus, aut illuſtris perſona. nam hi cum ſint primi ordinis, ne pro ſe quidem poſtulare poſſunt, ſed in totum prohibentur. de qua re dictum paulo ſuperius exceptione prox.*

Tertia præcedentium regularum exceptio eſt: Niſi poſtulare prohibiti non ſponte, ſed neceſſariò fungantur officio. quæ exceptio approbatur l. 6. in prin. ff. de poſtulando, his uerbis: Puto aūt omnes, qui nō ſponte, ſed neceſſario funguntur officio, poſſe ſine offenſa edicti poſtulare, etiamſi hi ſint, qui nō niſi pro ſe poſtulare poſſunt. *Concordat l. 1. §. ſed eſt æquiſſimum. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg. 8. except. 6.*

Quarta exceptio eſt: Niſi infamis, & ob id poſtulare prohibitus, in integrum ſit reſtitutus. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. deinde adijcit ff. de poſtulando, his uerbis: Deinde adijcit Prætor: Qui ex omnibus his, qui ſuprà ſcripti ſunt, in integrum reſti-

restitutus non erit. Qui ex his qui suprà scripti sunt: sic accipitur, si fuerit inter eos, qui tertio edicto continentur, & nisi pro certis personis postulare prohibentur. Cæterùm si ex superioribus, difficile in integrum restitutio impetrabitur. *Concordat d. l. 1. §. pro qua sententia. cuius uerba uide s. Lib. 3. cap. ult. quæst. 3. reg. 8. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non à principe, sed à senatu sit restitutus. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. de qua autem, his uerbis:* De qua autem restitutione Prętor loquatur, utrum de ea quæ à principe datur, an quæ à senatu, Pomponius quærit, & putat de ea restitutione sensum, quam uel princeps, uel senatus indulsit. *Secunda replicatio est: Nisi Prætor in integrum restituit. Hæc replicatio approbatur sub conditione d. l. 1. §. an autem & Prætor, his uerbis:* An autem & Prætor restituere possit, quæritur? & mihi uidetur talia Prætorum decreta non esse seruanda, nisi sicubi ex officio iurisdictionis suæ subueniat: ut in ætate obseruatur, si quis minor deceptus sit, cęterisq; speciebus, quas sub titulo, de in integrum Restitutione, exequemur.

Quinta exceptio: Nisi aduersarius eos postulare permittat. Hæc exceptio approbatur l. 7. ff. de postulando, his uerbis: Quos prohibet Prætor apud se postulare, omnimodo prohibet, etiamsi aduersarius eos patiatur postulare. *Concordat l. 8. §. milites. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide j. cap. 6. quæst. 4. except. 16.*

III. *De pœna, si quis postulare prohibitus, postulauerit, proponitur regula l. 1. §. qui aduersus ea. ff. de postul. his uerbis:* Qui aduersus ea fecisse monstretur, & pro alijs interdicta postulatione repellitur, & pro æstimatione iudicis extra ordinem pecuniaria pœna mulctatur. *Alia pœna proponitur l. ult. C. de postulando. cuius uerba uide s. eod. cap. quæst. 1. reg. 2.*

DE ADVOCATIS.
Cap. V.

I. *Definitio aduocatorum, proponitur l. 1. §. aduocatos. ff. de extraord. cognitionib. his uerbis:* Aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur. Non tamen qui pro tractatu non adfuturi causis accipere quid solent, aduocatorum numero erunt.

II. *De laude aduocatorum & genere, proponitur l. 14. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis:* Aduocati, qui dirimunt ambigua facta causarum, suæq; defensionis uiribus in rebus sępe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant: non minus prouident humano generi, quàm si prælijs ac uulneribus patriam parentesque saluarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thorace nituntur, sed etiam aduocatos: militant namque patroni causarum, qui gloriosæ uocis confisi munimine, laborantium spem, uitam, & posteros defendunt.

III. DE CONSTITVENDIS *Aduocatis.*

1. Quot constituendi.

Prima regula. De aduocatis præfecturæ prætorio proponitur l. 11. in prin. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Nemini licere sancimus aliquem sub adsidendi colore statutis centum quinquaginta aduocatis, quos sibi eminentissima præfectura in consilium assumpserit, aggregare. *Planè qui suprà numerum sunt, apud alios iudices causas agere possunt. quod approbatur d. l. 11. §. fin. his uerbis.* Illud insuper decernimus, ut etiam ijs qui ultra centum quinquaginta aduocatos eminentissimæ sedis tuę reperiuntur, liceat & apud uirum spectabilem proconsulem, uel præfectum Augustalem, uel comitem Orientis, uiros etiam spectabiles uicarios, & apud Rectores prouinciarum negocia perorare. *Concordat l. 8. in prin. C. eod. tit.*

Secunda regula. De aduocatis Alexandriæ, proponitur l. 13. in prin. C. eod. tit. his uerbis: Petitione uirorum disertissimorum aduocatorum Alexandriæ splendissimæ ciuitatis, quam de fori sui matricula & fisci patrono obtulerunt, meritò admittentes, hac sanctione decernimus quinquaginta statutos haberi: eorumq; nomina pro tempore matriculæ conficiendæ inscribi, & eos aduocationis officium in iudicio tam uiri spectabilis pręfecti Augustalis, quàm uiri spectabilis ducis Ægyptiaci limitis petentibus adhibere, cæteros uerò ultra memoratum numerum constitutos, apud alios iudices eiusdem Alexandriæ ciuitatis perorare: filijs scilicet statutorum in loco deficientium super numerarijs anteponendis.

Tertia regula. De aduocatis præfecti prætorio per Illyricum, proponitur l. 17. in prin. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Iubemus aduocationem fori tui culminis centum quinquaginta (sicut antè constitutum fuerat) aduocatos concludi, eundemque numerum quoties uel professionis fine, uel morte, uel quocunque fuerit casu imminutus, electione magnificæ tuæ sedis impleri: ita ut in præsenti & hinc usque ad biennium ad pleniorem suprà definitum numerum subrogandi, sine ulla cohortalis aut cuiuslibet deterioris conditionis quæstione succedant: salua uidelicet aduersus eos apparitoribus (si qua competit) actione: quam certum est, postquam fisci patronatum officio impleto exierunt, euanescere. Post lapsum uerò biennium foro tuæ magnificæ potestatis inseri postulantes, non aliter nisi sub gesto-

rum confectione minimè eos cohortali cõditioni subiacere patefactum fuerit, admittentur.

Quarta regula. De aduocatis comitis Orientis, proponitur l. 20. in prin. ibi: Cõsortio. C. eod. tt. his uerbis: Iubemus pro tempore primatem aduocatorum fori uiri illustris comitis Orientis, per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia sibi communi consensu deputata per idem biennium consequi. Hoc quoque trãsacto professionem aduocationis deponere: consortio uidelicet eorum aduocatorum ad quadraginta tantum uiros redigendo, ita ut si qui superflui sunt iam eidem cõsortio sociati, de aduocationis officio minimè reijciantur, nemine alio eis adijciendo, ne quadraginta uirorum numerum aduocatorum consortium excedere cõtingat.

Quinta regula. De aduocatis prouinciæ Syriæ secundæ, proponitur l. 22. in prin. ibi: Consortio uidelicet. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Petitiones uirorum disertissimorum fori præsidialis secundæ Syriæ prouinciæ aduocatorum cum competenti moderatione censuimus admittendas: & iubemus pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia sibi communi consensu hoc in usu deputata, per idem biennium consequi. Hoc quoque transacto professionem aduocationis deponere: consortio uidelicet eorundem aduocatorum ad triginta tantummodo uiros redigendo, ita ut si qui superflui sunt iam eidem consortio sociati, de officio aduocationis minimè reijciantur: nemine alio eis adijciendo, ne triginta uirorum numerum aduocatorũ excedere consortium contingat.

Sexta regula. De aduocatis præfecti pretorio, proponitur l. 24. in prin. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Imp. Iustinus A. Theodoro P. P. Per hanc legem decernimus, ne antequam in octoginta tantum uirorum numerum fori tui culminis togatorum collegium deductum fuerit, adspirare quis qualibet arte concedatur aut possit: nisi uel eorum filij, qui triginta priorum obtinent numerum, facundia & studijs eruditi, gratis uidelicet, & sine ullo suffragio: aut fortassis exteri non ultra duos per annos singulos facundia & ipsi cõspicui, taxati fuerint: nullo deinceps postquam octoginta uirorum numeri redacti fuerint, superare qualibet rursus ambitione uel astutia quantitatem ausuro: interdicenda quoque cunctis licentia præuertendi progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat: & ut mercatorum contractibus loco permutandi, & adhuc tytones iam interesse ueteribus

2. QVI, ET QVALES CONSTItuendi Aduocati.

Prima regula. De ijs qui in studio iuris quinquennium non compleuerunt, proponitur l. 10. §. nec de cætero. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Nec de cætero quenquam antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. *Concordat l. 22. §. nec de cætero. C. eod. tt. Statuta autem tempora sunt quinque anni, ut ex præfatione Pandectarum apparet.*

Secunda regula. De filijs aduocatorum cæteris præferendis, proponitur l. 11. §. filios autem. C. de aduocat. diuers. iud. his uerbis: Filios autem togatorum excellentiæ tuæ, qui uel nunc causas agunt, uel futuris tẽporibus actitauerint, cæteris supernumerarijs antefetri. *Concordat l. 13. in prin. ibi: filijs scilicet. C. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. prox. reg. 2. itẽ cõcordat l. 20. §. & Filios. C. eod. tt. his uerbis:* Et filios aduocatorum, uel adhuc in tali constitutorum officio, uel eorũ qui fisci patronatum deposuerint, superstitum uel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi, eique gratis & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. *Concordat item ijsdem uerbis l. 22. §. & filios. C. eod. tt. item concordat l. 24. in prin. ibi: Nisi uel eorum. C. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius reg. 6.*

Tertia regula. De cohortalibus proponitur l. 17. C. de aduocat. diuers. iud. cuius uerba uide s. quæst. prox. reg. 3.

Quarta regula. De hereticis proponitur l. 14. C. de episcop. audien. his uerbis Nemo uel in foro magnitudinis tuæ, &c.

De reliquis huiusmodi regulis uide s. cap. prox. quæst. 2.

3. QVAE ANTECEDERE debeant constitutionem Aduocatorum.

De illis prius examinandis, proponitur l. 11. §. 1. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Non aliter consortio aduocatorum tuæ sedis aliquis societur, nisi prius in examine uiri clarissimi Rectoris prouinciæ, ex qua oriũdus est, præsentibus cohortalibus gesta confiant, quibus apertè pateat cohortali uitæ ac fortunæ eundem minimè subiacere. Atque hæc fieri uolumus, si præsens uir clarissimus Rector prouinciæ fuerit in eius examine. Si uerò abfuerit, apud defensorem sui oppidi gesta confiant. Iurisperitos etiam eorum doctores iubemus iuratos sub gestorum testificatione depromere, esse eum qui postea subrogari uoluerit, peritia iuris instructum.

IIII. DE

IIII. DE ADVOCATO NON habentibus dando.

Huius loci regula proponitur l. 1. §. ait Prætor. ff. de poſtulando, his uerbis: Ait Prætor: Si non habeant aduocatum, ego dabo: non ſolùm his perſonis hanc humanitatem Prętor ſolet adhibere, uerum etiam ſi quis alius ſit qui certis ex cauſis, uel ambitione aduerſarij, uel metu patronum non inuenit. *Quod ait Iuriſconſultus,* non ſolum his perſonis: *intellige de iſs de quibus dictum ſ. cap. prox. quæſt. 2. Concordat l. 9. §. aduocatos. ff. de officio proconſulis. cuius uerba uide ſ. Lib. 2. cap. 15. reg. 15. Sed & huius loci eſt l. 7. C. de poſtulando. cuius hæc ſunt uerba:* Prouidendum eſt, ne ij quos in foro aut meritum nobiliſsimos fecerit, aut uetuſtas in una parte conſiſtant: aliam à rudibus atque tyronibus neceſſe ſit ſuſtineri. Atque ideo ſi in uno auditorio duo tantum præ cæteris fuerint, uel plures, quorum fama ſit [illegible]or: in iudicantis officio ſit, ut par cauſidicorum diſtributio fiat, & exęquetur partibus auxilium ſingulorum, & æqua diuiſio procedat. Si quis uerò monitus à iudice, ea excuſatione quæ nequeat comprobari, cuicunque parti patrocinium denegauerit, careat foro: ſciat etiam nunquam ſibi ad agendum copiam poſſe reſtitui: Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit ſeparatim tractaſſe cum plurimis, & aduerſario ſuo tali fraude ſubtraxiſſe paris defenſionis copiam, oſtendet procul dubio iniquam à ſe litem foueri, & autoritatem iudiciariam à ſe eluſam experietur.

V. DE OFFICIIS ADVOCATOrum, & delictis.

Prima regula. Ne quid ultra quàm cauſa poſcit dicant, proponitur l. 6. §. ante omnia. C. de poſtulando, his uerbis: Ante omnia uniuerſi aduocati ita prębeant patrocinia iurgantibus, ut non ultra quàm licitum poſcit utilitas, in licentiam conuiciandi, maledicendi temeritate prorumpant. Agant quod cauſa deſiderat. Temperent ab iniuria. Nam ſi quis adeò procax fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuę imminutionem patiatur. Nec enim conniuentia commodatur, ut quiſquã negocio derelicto, in aduerſarij ſui contumeliam aut palàm pergat, aut ſubdolè.

Secunda regula. Ne ex induſtria litem protrahat, proponitur d. l. 6. §. nemo, his uerbis: Nemo ex induſtria protrahat iurgium.

Tertia regula. Ne in alijs degat regionibus, ue[illegible] peregrinetur, proponitur l. 24. §. hoc etiam pronunciandum. C. de aduocatis diuerſ. iud. his uerbis: Hoc etiam prouidendum cenſemus, ne quis in alijs degat regionibus, relicta obſeruatione glorificæ tuæ ſedis. Nouerint etenim qui poſt nomen impetratum patroni litium, ultra trium annorum ſpacium ex ſacratiſſima hac urbe morãdum duxerint: nec nuncupationem togati, nec priuilegia uirorum huiuſmodi, concedenda ſibi: ut ne repetitis ex induſtria prædictæ ſedis authoritatibus protrahantur, aut multiplicetur peregrinationis excurſus. Quorum omnium ſi quid uel minimum quocunque tempore [illegible] uiolatum: uiginti primates eiuſdem [illegible]nis, & qui pro tempore ſollicitudinem [illegible] actis in amplitudinis tuę gerent officio, adiutores etiam eorum denis ſinguli libris. *Concordat l. ult. C. eod. tt. his uerbis:* De cõſtitutione diuulnæ recordationis Iuſtini patris noſtri, ſuper togatis ampliſsimæ tuę ſedis prolata, Illyriciani aduócati poſtulauerũt a nobis eis clarũ fieri, ſi locũ etiã circa eos poſsit habere, ſiue cũ cõmeatu, ſiue ſine cõmeatu iudicijs eiuſdẽ ſublimitatis abfuerint. Sancimus itaque talem legem generaliter etiã in perſona eorum ualere, ut ſi quis ſine cõmeatu ultra continuum biennium abfuerit, uel cum commeatu ultra quinquennium, de matricula penitus aboleatur, nulla licentia ei danda gradum ſuum uendicare, & iterum uiris diſertiſsimis togatis eiuſdẽ ſedis adſiſtere. Perfruantur igitur aduocati eiuſdem ſublimitatis hac noſtra generali ſanctione.

Quarta regula. Ne prouinciales ſuſcipiant functiones, proponitur l. 3. C. de aduocatis diuerſ. iud. his uerbis: Ne quis ex corpore togatorum, minimè curialibus nexibus alligatus, prouinciales ſuſcipiat functiones: ſcilicet, ut ambientibus claudatur ingreſſus, & inuitis neceſsitas auferatur.

Quinta regula. Ne cum cliente ſuo paciſcatur de quota litis, proponitur l. ſumptus 53. in prin. ff. de pactis. hiſce uerbis: Sumptus quidẽ prorogare litiganti honeſtum eſt: paciſci aũt, ut nõ quãtitas eo nomine expenſa cum uſuris licitis reſtituatur, ſed pars dimidia eius, quod ex ea lite datum erit, non licet. *Concordat l. 5. C. de poſtulando, his uerbis:* Si qui aduocatorum exiſtimationi ſuæ immenſa atq; illicita cõpendia prætuliſſe, ſub nomine honorariorum ex ipſis negocijs, quæ tuenda ſuſceperint, emolumenta ſibi certæ partis cum graui damno litigatoris & deprædatione poſcentes fuerint inuenti: placuit, ut omnes qui permanſerint in huiuſmodi ſæuitate, ab hac profeſsione penitùs arceantur. *Concordat item l. 1. §. ſi cui cautum. ff. de extraord. cognit. cuius uerba uide ȷ. membr. prox.*

Sexta regula. Ne aliam cum cliente contractum ineat, proponitur l. 6. §. præterea. C. de poſtulando, his uerbis: Præterea nullum cum eo litigatore con-

re contractũ, quẽ in propriã recepit fidem, ineat aduocatus, nullam conferat pactionẽ.

Septima regula. Ne aspernanter id quod ei à cliente offertur, accipiat, proponitur d. l. 6. §. nemo ex his, hisce uerbis: Nemo ex his quos licebit accipere, uel decebit, aspernanter habeat quod sibi semel officij gratia libero arbitrio obtulerit litigator.

Octaua regula. Ne cui patrocinium deneget. approbatur l. 7. §. si quis uerò. C. de postulando. cuius uerba uide s membr. prox.

Nona regula. Ne præuaricetur, & pœna si præuaricetur proposita est s. Lib. 3. cap. 10.

De reliquis eius officijs uide J. eo. Lib. ca 8. effectu 3.

VI. DE HONORARIIS aduocatorum.

Prima regula. De causa ex qua debeatur. Vtrum ex pacto debeatur honorarium aduocato, definitur l. unica. C. de suffragio, his uerbis: Si qui desideria sua explicare cupientes, &c. *Concordat l. 1. §. si cui cautum. ff. de extraord. cognit. his uerbis:* Si cui cautum est honorarium, uel si quis de lite pactus est, uideamus an petere possit? & quidem de pactis ita rescriptum est ab imperatore nostro & diuo patre eius. Litis causa malo more pecuniam tibi promissam ipse quoq; pfiteris. Sed hoc ita est: si suspẽsa lite societatẽ futuri emolumẽti cautio pollicetur. Si uerò post causam actam cauta est honoraria summa, peti poterit usq; ad pbabilẽ quantitatẽ: etsi nomine palmarij cautũ sit, sic tamen ut computetur id quod datum est, cum eo quod debetur, neutrumque compositum licitam quantitatem excedat. *Ex hisce uerbis constat, quòd honorarium ex cautione seu stipulatu peti possit: sed & huius reg. duæ exceptiones ex ijsdem constant uerbis: quarum prima hæc est: Nisi de quota litis pactio sit facta. de qua re dictum s. membr. prox. reg. 5.*

Altera exceptio est: Nisi cautio licitam quantitatem egrediatur. quæ exceptio declaratur d. l. 1. §. licita autem, his uerbis: Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis, usque ad centum aureos. *Tertia exceptio est: Nisi incerta sit pollicitatio salarij. quæ exceptio approbatur l. 56. §. salarium. ff. mandati, his uerbis:* Salarium incertæ pollicitationis, neque extra ordinem rectè petitur, neq; iudicio mandati, ut constituatur.

Quarta exceptio est: Nisi sub specie honorarij mutua pecunia sit cauta, nec accepta. quæ exceptio approbatur l 3. C. de postulando, his uerbis: Si sub specie honorarij quod aduocato usque ad certum modum deberi potuisset, eam quantitatem quam desiderio tuo complecteris, te daturũ cauisti, & quasi mutuã pecuniã accepisses, eam te redditurum promisisti, &c.

Secunda regula. Quantũ honorarij nomine à iudice definiendũ, cauetur l. 1. §. in honorarijs. ff. de extraord. cognit. his uerbis: In honorarijs aduocatorum ita uersari iudex debet, ut pro modo litis, proq; aduocati facũdia, & fori cõsuetudine, & iudicij in quo erat acturus, æstimationẽ adhibeat: dũmodo licitũ honorariũ quãtitas nõ egrediatur. Ita enim rescripto Imper. nostri & patris eius cõtinetur, cuius uerba ita se habẽt: Si Iulius Maternus quẽ patronũ causæ tuæ esse uoluisti, fidẽ susceptã exhibere paratus est, eã dũtaxat pecuniã q̃ modũ legitimũ egressa est, repetere debes.

Tertia regula. Ne honorarium legitimam quantitatem egrediatur. approbatur uerbis iam propositis hisce: Dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur. Ita enim, &c. *Quod autem sit licitum honorarium, definitur d. l. 1. §. licita autem. cuius uerba uide paulo s. reg. 2.*

Quarta regula. De honorario repetendo, proponitur l. 38. ff. locati & conduct. his uerbis: Qui operas suas locauit, totius temporis mercedẽ accipere debet, si per eum non steterit, quo minus operas præstaret. Aduocati quoque si per eos non steterit, quo minus causam agant, honoraria reddere non debent. *Concordat l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de extraord. cognit. his uerbis:* Diuus Seuerus ab hæredibus aduocati eo mortuo prohibuit mercedem repeti: quia per ipsum non steterat quo minus causam ageret. Planè si quid ultra licitam honorarij quantitatem aduocato præstitum est, id repeti potest: *de quo s. reg prox.*

VII. DE PRIVILEGIIS Aduocatorum.

Prima regula. De aduocatorum immunitate, functionibus publicis, proponitur l. 6. C. de aduo. diuers. iud. his uerbis: Sancimus, ut aduocatis qui apud tuã magnificentiã causas acturi sunt, à nullo iudice, nec ab ipsa eminentissima præfectura sollicitudo ulla penitus iniungatur: sed neque aduocatis prouinciarũ, uel spectabiliũ iudicũ quisquã existimet aliquid iniungendũ. Nulla ergo togatis inspectio, nulla ingeratur peræquatio, nulla operis cõstructio, nulla discussio, nullũ ratiociniũ imponatur, nullum denique aliud eis mandetur, præter arbitriũ in eodẽ duntaxat loco, ubi aduocationis exercetur officiũ: quinquaginta librarũ auri pœna officio feriẽdo, si legis istius regulas temerare tentauerit. *Cõcordat l. 3. C. eo. tit. cuius uerba uide s mẽbr. 5. reg 4. Aduocati insuper fisci, ab omni cohortali, siue cuiuslibet deterioris cõditionis uinculo cũ liberis suis sunt immunes. de qua re dicetur J. in iure fisci, de aduoc. fisci.*

Secunda regula. Quidquid aduocatus filiusfamilias ex suo labore acquirit, sibi retinet, instar castrensis peculij quod approbatur l. 4. et l. 8. §. omneq;. C. de aduocatis diuers. iud. de qua re alibi in Peculio dicetur.

Tertia regula. De dignitate aduocatorum deposito officio, proponitur l. 18. C. eod. tit. his uerbis: Suggestionẽ uiri illustris comitis rerũ priuatarũ & procon-

proconſulis Aſiæ duximus admittendam: per quam noſtrę ſerenitatis auribus intimauit, fori ſui aduocatos, communi petitione magnopere poſtulaſſe, ut poſtquam aduocationis depoſuerint officium, dignitate quadam liberalitate noſtra potiantur. Iubemus itaque eos poſt depoſitum (ut dictum eſt) præfatum officium, unumquenque eorum qui in præſenti ſunt, uel poſtea matriculis eorum pro tempore fuerint inſerti, clariſsimi ordinis comitis perfrui dignitate, quatenus & tempore quietis fructum præteritorum laborum conſequátur, proq; fidei atq; induſtria erga clientes ſuos comprobata, priuatæ conditionis hominum multitudine ſegregati, clariſsimis meritò connumerentur.

Quarta regula. De priuilegio aduocatorum circa liberos. Liberi aduocatorum præ cæteris ſunt promouendi. quæ regula approbatur per ea quæ dicta ſunt ī. eod. cap. membr. 3. quæſt. 2. reg. 2. Plura de liberis aduocatorum dicentur J. *de Aduocatis fiſci.*

Quinta regula generalis. De priuilegijs aduocatorum, quibus competant, proponitur l. 5. C. de aduocatis diuerſ. iud. his uerbis: Quidquid animi largitate, & principali magnificentia præſtitimus togatis per Oriétem eminentiſsimæ pręfecturæ reuerentia ſtudiorum: id ſibi præſenti ſanctione præſtitutum eſſe cognoſcant patroni cauſarum illuſtris Vrbicariæ pręfecturæ. *Similis regula proponitur l. 7. C. eod. tt. his uerbis*: Iiſdem priuilegijs potiri togam illuſtriſsimę per Illyricum præfecturæ, quibus fruitur toga per Orientem excelſæ prætorianæ ſedis decernimus. *Item ſimilis regula proponitur l. 15. in prin. C. eod. tt. his uerbis*: Poſt duos fiſci patronos, qui in præſenti ſunt, omnes deinde à primo uſque ad ſexageſimũ quartum imperialibus beneficijs cenſemus perfrui, quibus fiſci patroni, liberiq; eorum hõnorati ſunt. *Sed & ſimilis regula proponitur l. 14. C. eod. tt. his uerbis*: Ad ſimilitudinem ſexaginta quatuor aduocatorum fori ampliſsimę prætorianæ præfecturæ, quindecim tãtum ex foro tuę magnitudinis, qui in præſenti gradus primos obtinent, poſt fiſci uidelicet patronum, iiſdem uidelicet priuilegijs noſtræ manſuetudinis beneficio perfruantur, quibus fiſci pàtroni liberique eorum muniuntur. *Alia generalis priuilegiorum regula proponitur l. 17. §. fin. C. eod. tt. his uerbis*: Cunctę ſane priuilegia, quę magnificæ per Orientē pręfecturæ aduocatis, ex diuinis retrò principũ ſeu inclytæ recordationis Leonis, uel meis ſanctionibus indulta ſunt, etiam tuæ glorioſiſsimæ ſedis cauſidicis abſque ulla diſcretione competere, per hanc in æternũ ualituram legem ſancimus. *Similis item regula proponitur l. penult. C. eod. tt. his uerbis*: Nemo excepta Menãdri fiſci patroni perſonã, ſperet de cætero permutationũ ſaltibus ſupeꝛiore gradu captato, fruiturum ſe beneficijs quæ patronis ærarij, ſeu dum officium exhibent cauſis fiſcalibus, aũt póſt impletum agmen impertita mõnſtrantur.

DE PROCVRATORIbus. Cap. VI.

I. RATIO ET VSVS PROCVratorum quis ſit.

PRoponitur *l. 1. §. penult. ff. de procuratoribus, his uerbis*: Vſus procuratoris perquàm neceſſarius eſt: ut qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe uel nolunt, uel non poſſunt, ſaltem per alios poſsint uel agere, uel conueniri.

II. *Definitio procuratoris, proponitur l. 1. in prin. his uerbis*: Procurator eſt, qui aliena negocia mandatu domini adminiſtrat.

III. *Diuiſio procuratorũ, proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis*: Procurator aũt uel omniũ rerum, uel unius rei eſſe poteſt: conſtitutus uel coram, uel per nuncium, uel per epiſtolam: quamuis quidam (ut Pomponius lib. XXIIII. ſcribit) non putent unius rei mandatum ſuſcipientem procurarorem eſſe, ſicuti nec is quidem qui rem perferendam, uel epiſtolam, uel nuncium perferendum ſuſcepit, propriè procurator appelletur. Sed uerius eſt, eum quoque procuratorem eſſe, qui ad unam rem datus ſit.

IIII. DE CAVSA PROCVRATOris, eiuſque exceptionibus, ſeu de procuratore conſtituendo.

Ex iam dictis conſtat, cauſam procuratoris eſſe mãdatum. per mandatum enim procurator conſtituitur. Cuius cauſæ ſeu regulæ exceptiones nunc diſpiciendæ:

I. EXCEPT. *Niſi mandatũ nõ ſit. Hæc exceptio ex iam dictis patet, quoniam ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Sed & approbatur l. 3. §. procuratorem. ff. iudicatũ ſolui. cuius uerba uide* J. *Lib. prox. cap. 10. quæſt. 4. except. 1. repl. 1. dupli. 1. in prin. Huius autem exceptionis prima replicatio eſt talis: Niſi exceptio hæc ante litem conteſtatam non fuerit oppoſita. Hæc replicatio approbatur exemplo eius, quod dicetur* J. *Lib. prox. ca. 8. q. 1. cauſa 1. except. 12. Huius autem replicatio eſt: Niſi falſus procurator probetur. quæ replicatio approbatur l. 24. C. de procuratoribus, his uerbis*: Licet in principio quæſtionis perſona debet inquiri procuratoris, an ad agendum negocium mandatum à domino litis habeat: ſi tamen falſus procurator inueniatur, nec dici controuerſiæ ſolent, nec poteſt eſſe iudicium. *Secunda replicatio eſt: Niſi non ad agendum, ſed ad defendendum procurator interueniat: huic enim mandatum neceſſarium non eſt quæ replicatio approbatur l. 33. §. publicè. ff de procuratoribus, his uerbis*: Publicè utile eſt abſentes à quibuſcunq; defendi. Nam & in capitalibus iudi-

cijs defensio datur, Vbicunque itaq; absens quis damnari potest, ibi quemuis uerba ꝑ eo facientem, & innocentiá excusanté, audiri æquũ est & ordinarium admittere: qđ ex rescripto Imperatoris nostri apparet. *Concordat l. 12. C. eod. tt. his uerbis*: Exigendi à filio tuo mandati qui se defensioni tuæ offerebat, duplici ratione necessitas non fuit: aut quod defendere quis, (siue sit libertus siue extraneus) sine mandato potest, satisdatione tamen pro defensione præstita, & alia proculdubio obseruatione subiecta: aut quod filius, etiamsi ultro actioné, patris nomine dirigat, mandatum probare nõ cogitur. Sanè quod necdum legitimam ætaté idé filius tuus compleuerit, ob hoc quidé depellere procurationis officio eum iudex non iniustè potuit: sed multo iustius fuit huiusmodi defensorem audire, quàm absentem quasi contumacem & indefensum graui condemnatione afficere. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi suspectus postulatus sit defendendus. quæ duplicatio approbatur sub conditione l. 39. §. fin. ff. de procuratorib his uerbis*: Non facilè per procuratorem quis suspectus excusabitur: quoniam famæ causa est, nisi constet ei à tutore mandatum nominatim: aut si etiam absente tutore, quasi non defenderetur, Prætor erat cogniturus. *Secunda duplicatio est: Nisi defensor satisdare nolit. De hac duplicatione uide paulo inferius duplicat. generali. 3.*

Tertia replicatio est: Nisi filius pro patre agat. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Aut quod filius etiamsi ultrò actionem patris nomine dirigat, mandatum probare non cogitur. *Concordat l. 35. in prin ff. de procuratoribus. Quarta replicatio est: Nisi parens liberorũ causam agat: uel quis alius causam fratris, aut adfinis, uel libertus causam patroni. Hæc multiplex replicatio approbatur d. l. 35. in prin. cuius uerba proponẽtur J. cap. prox. reg. 11. exc. 16. Quinta replicatio est: Nisi maritus uxoris causam agat. quæ replicatio approbatur l. 21. C. de procuratoribus, his uerbis*: Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum solenni satisdatione & alia obseruatione intercedendi habeat liberam facultatem: ne fœminæ persequendæ litis obtentu in contumeliã matronalis pudoris irreuerenter irruãt, nec cònuentibus uirorũ uel iudicijs interesse cogantur. Sin autem mandatũ susceperit, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit.

Sexta replicatio est: Nisi is qui mandatum probare non potest, de rato caueat. quæ replicatio approbatur Inst. de satisd. §. sin autem per procuratorem, his uerbis: Si per procuratoré lis uel infertur uel suscipitur, in actoris quidem persona, si nõ mandatum actis insinuatũ est, uel præsens dominus litis in iudicio procuratoris sui personam confirmauerit: ratam rem dominum habiturum, satisdationem procurator dare compellitur: eodem obseruando, etsi tutor, uel curator, uel aliæ tales personę, quę alienarum rerum gubernationem receperunt litem, quibusdam per alium inferunt. *Concordat l. 1. C. de procuratoribus, his uerbis*: Cautio ratihabitionis tũc exigitur, quoties incertũ est, an negociũ mandatũ sit. *Concordat l. 2. C. de consortib. eiusd. litis, his uerbis*: Cõmuno, &c. *Septima replicatio est: Nisi dominus id quod sine mandato gestũ est, ratum habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 56. ff. de iudicijs, hisce uerbis*: Licet uerum procuratorem in iudicia ré deducere uerissimũ est: tamen & si quis cum procurator nõ esset, litem cõtestatus sit, deinde ratum dominus habuerit, uidetur retrò res in iudicium rectè deducta. *Huius replicationis ratio hæc est: Quia ratihabitio mandato comparatur l. 12. §. fin. ff. de solut. l. 60 & l. 194. §. deiecit. ff. de reg. iuris. Hactenus replicationes propositæ exceptioni sunt enumeratæ. Harum autem replicationum duplicatio generalis prima hæc est: Nisi dominus litis supradictas personas suo nomine agere nolit. quæ duplicatio approbatur l. 40. §. fin. ff. de procu. his uerbis*: In his aũt personis in quibus mandatũ non exigimus, dicendum est, si fortè euidens sit contra uoluntatem eos experiri eorũ pro quibus interueniunt, debere eos repelli. Ergo non exigimus, ut habeant uoluntatem uel mandatum: sed ne contraria uoluntas ꝓbetur, quamuis de rato offerãt cautioné. *Secunda duplicatio est: Nisi supradictæ personæ mandatum habeant: tunc enim obtentu istarum replicationũ, fines mandati excedere non possunt. quæ duplicatio approbatur exemplo mariti l. 21. in fine. C de procuratorib. cuius uerba uide s̃. repl. 5. Tertia duplicatio est: Nisi defensor satisdare, iudicatum solui, uel ratã rem haberi nolit. Hæc duplicatio approbatur l. 46. §. quẽ alium. ff. de procuratoribus, his uerbis*: Qui alium defendit, satisdare cogitur. nemo enim alienæ litis idoneus defensor sine satisdatiõe intelligitur. *Concordat Inst. de satisdat. §. si uerò reus. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 7. quæst. 8. de reũ procurat. & defens. Sed & plura de hac re uide J. Lib. prox. cap 10. item concordat l. 110. §. nemo. ff. de reg. iuris, his uerbis*: Nemo alienæ rei expromissor idoneus uidetur, nisi cum satisdarione. *Hæc de prima exceptione, eius'que replicationibus sint dicta.*

II. EXCEPT. *Nisi filiusfamiliãs procuratorẽ dederit. Hæc exceptio reprobatur l. 8. in princip. usque ad §. ipse quoque. ff. de procuratoribus, his uerbis*: Filiusfamiliãs & ad agendũ dare ꝓcuratorẽ potest, si qua sit ei actio, qua ipse experiri potest: non solùm si castrense peculium habeat, sed & uim aut (puta) iniuriam passus procuratorem dabit ad iniuriarũ actioné, si

fortè

fortè neq; pater præſens ſit, nec patris procurator uelit experiri: & erit iure ab ipſo filiofamiliâs procurator datus. Hoc amplius Iulianus ſcribit: Et ſi filiofamiliâs patri, per filiũ eius in eadem poteſtate manentem, facta iniuria, neq; auus præſens ſit: poſſe patrẽ procuratorem dare ad ulciſcẽdam iniuriã, quam nepos abſentis paſſus eſt. Ad defendendum quoq; poterit filiusfamiliâs procuratorem dare. Sed & filiafamiliâs poterit dare procuratorem ad iniuriarum actionẽ. Nam quod ad dotis exactionem pertinet, cum patre dare procuratorem, ſuperuacuũ eſſe Valerius Seuerus ſcribit: cum ſufficiat patrem ex uoluntate filiæ dare. Sed puto, ſi fortè pater abſens ſit, uel ſuſpectæ uitę (quo caſu ſolet filiæ competere de dote actio) poſſe eam procuratorem dare. *Concordat l.33. in prin. ff. eod. tt.*

III. EXCEPTIO: *Niſi ſeruum procuratorẽ dederit. Hæc exceptio approbatur d. l. 33. in prin. his uerbis:* Seruũ quoq;, & filiumfamiliâs procuratorem poſſe habere aiunt. Et quantum ad filiumfamiliâs, uerũ eſt: in ſeruo ſubſiſtimus. Et negocia quidem peculiaria ſerui poſſe gerere aliquem, & hoc caſu procuratorem eius eſſe admiſimus, quòd & Labeoni uidetur: actionem autem intendere uetamus. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ſeruus de ſtatu ſuo litiget. quæ replicat. approbatur d. l. 33. §. 1. his uerbis:* Eũ uerò, qui de ſtatu ſuo litigat, procuratorẽ habere poſſe nõ dubitamus, nõ ſolùm in adminiſtratione rerum, ſed etiã in actionibus, quæ ei uel aduerſus eum competũt, ſiue ex poſſeſsione ſeruitutis, ſiue libertatis de ſuo ſtatu litiget. Ex contrario quoq; eũ procuratorem dari poſſe manifeſtum eſt.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi mutus uel ſurdus procuratorem dederit. Hæc exceptio reprobatur ſub conditione l. 43. in pr. ff. de procurat. his uerbis:* Mutus & ſurdus per eum modum, qui procedere poteſt, procuratorem dare non prohibentur. Forſitan & ipſi dantur, non quidem ad agendum, ſed ad adminiſtrandum.

V. EXCEPT. *Niſi pupillus uel minor uiginti quinq; annis procuratorẽ dederit. Hæc exceptio ipſo quidẽ iure approbatur, eius aũt replicatio prima hæc eſt: Niſi tutoris uel curatoris authoritate interueniente, dederit. quæ replicatio approbatur l. 11. C. de procurat. cuius uerba uide J. except. prox. Secunda replicatio eſt: Niſi ſententia pro minore ſit lata: tunc enim aduerſario minoris, exceptio propoſita nõ datur. quæ repl. approbatur l. 14. C eod. tt. his uerbis:* Non eò minus ſententia aduerſus te lata iuris ratione ſubſiſtit, quòd aduerſaria tua minor uigintiquinq; annis conſtituta, cauſam ſuã marito ſine curatore agendã mandauit. Minoribus etenim ætas in damnis ſubuenire, non in rebus proſperè geſtis obeſſe conſueuit.

VI. EXCEPTIO: *Niſi non dominus litis, ſed alius procuratorẽ dederit. Et hæc exceptio ipſo quidem iure approbatur, ſed habet ſuas replicationes. quarum prima hæc eſt: Niſi tutor uel curator domini procuratorẽ dederit. quæ repl. approbatur l. 11. C. de procurat. his uerb.* Neq; tutores, neq; curatores ex ſua pſona in re pupilli uel adoleſcẽtis procuratorẽ facere poſſunt, ſed actorẽ cõſtituere debẽt: pupill⁹ aũt uel pupilla, adultus uel adulta tã ad agẽdũ, quàm ad defendendũ tutore, ſeu curatore interueniente procuratorẽ ordinare poſſunt. Ipſi etiã tutores & curatores poſt litis cõteſtationẽ à ſe factã, ad exẽplum procuratorũ, qui litẽ cõteſtati ſunt, dare procuratores nõ prohibẽtur. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi mater pupilli tutrix in teſtamento data, actorem, ſeu procuratorem dederit. Hæc duplicatio approbatur l. 30. §. quãquam. ff. de negocijs geſtis, his uerbis:* Quanquã mater filij negocia ſecundũ patris uolũtatẽ pietatis fiducia gerat: tñ ius actoris piculo ſuo litiũ cauſa cõſtituendi nõ habebit. Quia nec ipſa filij nomine rectè agit, aut res bonorũ eius alienat, uel debitorẽ impuberis accipiendo pecuniã liberat. *Secunda replicatio eſt: Niſi procurator procuratorem dederit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Ad exemplũ procuratorũ, qui litem conteſtati ſunt, &c. *Concordat l. 23. C. eod. tt. his uerbis:* Nulla dubitatio eſt, poſt cauſam in iudicio agitatam, utpote dominũ litis procuratorẽ effectũ, etiã poſt exceſſum eius qui agendã uel defendendã litem mandauerat, poſſe inchoatã cauſam iurgiũq; finire: quippe cũ & procuratorem poſſe eũ inſtituere, ueteres iuris uoluerint cõditores. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima eſt: Niſi ante litem conteſtatam procurator alium dederit procuratorem. quæ duplicatio præterquam quòd ex iam dictis conſtat, approbatur etiam l. 8. C. de procur. his uerbis:* Quòd quis ſibi debitũ exigere tibi mãdauit, ante litis cõteſtationẽ tu alij petendum mandare non potes. *Concordat l. 4. §. fin. ff. de appell. cuius uerba uide J. Lib. 8. cap. 1. q. 3. excep. 2. Cõcordat l. 8. §. ſi quis mandauerit. ff mãdati, his uerbis:* Si quis mandauerit alicui gerenda negocia eius, qui ipſe ſibi mandauerat, habebit mandati actionem: quia & ipſe tenetur. Tenetur autem, quia agere poteſt. Quanquam enim uulgò dicitur, procuratorẽ ante litẽ cõteſtatã facere procuratorẽ nõ poſſe: tamẽ mandati actio eſt. Ad agendum enim duntaxat hoc facere non poteſt. *Secũda duplicatio eſt: Niſi dominus litis mortuus ſit. quæ duplicatio reprobatur l. 21. C. de procurat. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. repl in prin. Tertia replicatio eſt: Niſi actor ciuitatis procuratorem dederit. Hæc replicatio reprobatur l. 74. ff. de procuratorib. his uerbis:* Nec ciuitatis actor negocium publicum per procuratorem agere poteſt.

Quarta replicatio est: Nisi fideiussores in caus's debitoris procuratorem dederint. Hæc replicatio approbatur l. 42. §. fin ff. de procuratoribus. de quo J. dicetur. Hæc de sexta exceptione.

VII. EXCEPTIO: Nisi infamis procuratorẽ dederit. Hæc exceptio reprobatur Inst. de exceptionibus. §. fin. de quo J. except. 13.

Hactenus exceptiones aduersus personam procuratoris sumptæ, ex persona dantis procuratorem propositæ sunt. Huc autem pertinet l. 43. §. cum quæritur. ff. de procuratoribus, his uerbis: Cum quæritur an alicui procuratorem habere liceat, inspiciendum erit, an non prohibeatur procuratorem dare, quia hoc edictum prohibitorium est. Sequuntur nunc eæ exceptiones, quæ sumuntur ex persona ipsius qui procurator est datus.

VIII. EXCEPTIO: Nisi filiusfamiliâs procurator datus sit. Reprobatur hæc exceptio l. 8. §. ipse quoq; ff. de procurator. b. his uerbis: Ipse quoque filiusfamiliâs procurator dari poterit, & ad agendum, & ad defendendum.

IX. EXCEPTIO: Nisi is qui de statu suo litigat, procurator datus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 33. §. cum uerò. in fine. ff. de procur. cuius uerba uide paulò superius except. 3. in fine.

X. EXCEPTIO: Nisi furiosus sit datus procurator. Hæc exceptio approbatur l. 2. in fine. ff. de procuratoribus, his uerbis: Furiosus non est habendus absentis loco: quia in eo animus deest, ut ratum habere non possit. De hac ratihabitione dicitur d. l. 2. in princip. cuius uerba uide J. except. 27.

XI. EXCEPTIO: Nisi mutus uel surdus procurator sit datus. Hæc exceptio approbatur certo modo l. 43. in prin. ibi: Forsitan & ipsi. ff. eod tt. cuius uerba uide s̃. except. 4.

XII. EXCEPTIO: Nisi minor septendecim annorum, procurator sit datus. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̃. eod. Lib. cap. 4. quæst. 2. reg. 3.

XIII. EXCEPTIO: Nisi infamis procurator sit datus. Hæc exceptio reprobatur Instit. de exceptionibus. §. fin. his uerbis: Eaa exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam uel dantis, uel ipsius procuratoris opponebantur, cùm in iudicijs frequentari nullo modo perspeximus, cõquiescere sancimus: ne dum de his altercatur, ipsius negocij disceptatio proteletur.

XIIII. EXCEPTIO: Nisi procurator clarissima uel potens persona sit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. Ne liceat potent. patrocin. his uerbis: Diuinè admodum constituit diuus Claudius consultissimus princeps, parẽs noster, ut iactura causæ afficerentur hi, qui sibi patrociniũ potentiorum aduocassent: ut hoc proposito metu, iudiciariæ lites potius suo marte discurrerent, quàm potentiorum domorũ opibus niterentur. Quem palàm est in tantum prouincialium quæstionibus esse commotum, ut huius sanctionis Rectores ꝓuinciarum custodes, & contẽptæ huius rei uindices fecerit: scilicet ut in actores, seu procuratores, in subsidia negociorum uel usurpatos gratia, uel redemptos seuera sententia uindicarent. Quare cum intersit in uniuersum omnium, & præcipuè tenuiorũ, qui sæpè importunis potentium intercessionibus opprimuntur: inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. Nec metuas ne præiudices clarissimis uiris: cum diuus Claudius huius rei Rectorem prouinciæ disceptatorem, & si res postularet, ultorẽ specialiter fecerit. Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis: Si cuiuscunq; modi actiones ad potentiorum fuerint delatæ personas, debiti creditores iactura multentur. aperta enim credẽtiũ uidetur esse uoracitas, qui alios actionũ suarum redimunt exactores. Concordant insuper ea quæ dicta sunt s̃. cap. 4. quæst. 2. reg. 1.

XV. EXCEPTIO: Nisi fiscus uel Respub. procurator constituatur, uel patrociniũ præstet. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. Ne fiscus uel Respub. his uerbis: Ad fraudem creditoribus faciendã, inuidiam fiscalẽ, cõtra seculi nostri tranquillitatem implorari nõ decet. Redde itaq; quod fisco nostro debes: & si conuentus uelut à creditore fueris, quẽ tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratæ pecuniæ secundum leges uti potes. Huius exceptionis replicatio prima uidetur esse: Nisi is qui patrociniũ fisci implorat, fisci debitor sit. Sed hæc replicatio reprobatur l. 3. C. eod. tt. his uerbis: Abhorret à seculo nostro sub prætextu debiti, ꝓcurationẽ contra priuatos fiscũ præstare. Concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis: Reip. iuribus adiuuari te sub obtentu quantitatis, quam eidem reip. debes, contra iuris rationẽ desideras. Secunda replicatio uidetur esse: Nisi actor uel reus partem debiti uel actionis fisco donauerit. Et hæc replicatio reprobatur l. 2. C. eod. tt. his uerbis: Cũ allegas partẽ rerũ uel actionẽ dimidiã fisco, quò magis iurib. eius ꝓtegaris, uelle te donare, huiusmodi litium donationem admitti, temporum meorum disciplina non patitur: unde ius tuum si quod tibi competit, citra inuidiam fisci mei tueri solenniter cura.

XVI. EXCEPTIO: Nisi miles procurator cõstituatur. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. milites. ff. de procur. his uerbis: Milites nec si uelit aduersarius, ꝓcuratores dari possunt: nisi hoc tẽpore litis cõtestatæ quocũq; casu ꝑmissum est: excepto eo qui in rẽ suã procurator datus est, uel qui cõmunem causam omnis sui numeri persequitur uel suscipit: quia talis procuratio cõcessa est. Propositæ exceptionis replicatio prima uidetur esse: Nisi aduersarius patiatur

militem

militem esse procuratorem. quæ tamen replicatio reprobatur uerbis iam dictis hisce: Nec si uelit aduet ... Secunda replicatio est: Nisi exceptio hæc ante litem contestatam non fuerit opposita. quæ replicatio ... probatur iam dictis uerbis hisce:* Nisi hoc tempore litis contestatæ, quocũq; casu prætermissum est. *Cui concordat l.11.C.de procur.his uerbis:* I...p. Gordianus A. Luciano militi: Ita demum super lite persequenda, quam tibi mater mandauit, actionẽ intentare potes, si ... mo l... re cõtestareris, nõ est tibi eo nomine opposita pscriptio militiæ. Quod nec ... a... latio ag... tur, tibi obijci potest. nã si ... a est res, ratio perpetui edicti accepta ... permittit alieno nomine actionem ... *Tertia replicatio est: Nisi miles in rem suam procurator sit factus. Hæc replicatio approba... sitis uerbis hisce:* Excepto eo qui ... procurator datus est. *Huic concordat ... od.tt.his uerbis:* Qui stipendia meren... ... cijs supereſse sine offensa disci... ... unt: nec potest dici eũ qui hone... ... ue secunda pcedente causa mandatas ... es exercuerit, alieno negocio fun... ... et cotentio ex persona alterius bo... ... atur. hũc tñ rem suam agere nõ ... itur: ... od militib. me is inrerdici nõ ... o absurdũ, uerum etiã iniquũ est. *Quarta r... o est: Nisi miles causam sibi cũ alio communem ... plicatio approbatur uerbis suprà in principio ... exceptionis præpositis hisce:* Vel qui cõ... ... am omnis sui numeri psequitur ... pit: q a talis procuratio concessa est. *Q... plicatio est: Nisi miles causam patris, matris ... Hæc repl. reprobatur l.7.C.de procu.* ... nec pro patre, uel matre, uel ... cro rescripto procuratorio ... oportet: cũ neq; defensio... ... e, uel redimere negocia, ... r accedere ... lirate pu... *Sexta replicatio est: Nisi prin... ... Et hæc replicatio ... s hisce:* Nec ex sacro re ... procuratorio nomine experiri opor... *... replicatio est: Nisi ueteranus sit miles. H... probatur l.8.§.ueterani.ff.de procur. his uerbis:* Veterani procuratores fieri possunt. *H... de ... masexta exceptione.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi fœmina procuratrix detur. Hæc exceptio approbatur l.18.C.de procura... his uerbis:* Alienã suscipere defensionẽ uirile ... fficiũ, & extra sexũ muliebrẽ esse cõstat ... tuo si pupillus est, tutorẽ pete. *Concordant ea quæ dicta sunt 5. cap.4.q. 2. reg.6. It... cordat l.54.in prin.ff.de procur. cuius uerba uide ... 3 ... p.6.quæst.3.except 4.repl.6. Proposi... tæ ... replicatio prima hæc est: Nisi mulier in rem ... am pr... uratrix sit facta. quæ replicatio approbatur ... 4.C.d.tt ... is uerbis:* Quia absente te iu dicatum dicis, æquum est tibi restitui causæ defensionẽ: nec oberit tibi q͂d uxor tua interfuit iudicio, aut etiã adquieuit sententiæ: cum aliena negocia per mulieres non aliter agi possint, nisi in rem suam, & proprium luctum mandatæ sint eis actiones. *Secunda replicatio est: Nisi mulier causam parentis agat. quæ replicatio approbat... certo modo l.41.ff. de procur.his uerbis:* Fœminis pro parẽtibus agere, interdum permittetur causa cognita, si fortè parentes morbus, aut ætas impediat: nec quenquam qui agat, habeant.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi absens procurator detur. De hac exceptione uide 3.except.17.*

XIX. EXCEPT. *Nisi inuitus procurator detur. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur l. 8.§.inuitus.ff de procurat.his uerbis:* Inuitus procuratorem nõ solet dari. Inuitũ accipere debemus, nõ eũ tantum, qui contradi... it: uerum eum quoque qui consensisse non probatur. *Concordat l.17.C.cod.tt.his uerbis:* Inuitus procurationem suscipere nemo cogitur: nec eandem ultra, nisi prouocationis causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur, cum fidem susceptam implere sufficiat. *Item concordat l.2.in principio. ff. eod. tit.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi is procurator detur qui causæ contingit. Hæc exceptio reprobatur uarijs exẽplis l.42.§.is cui hæreditas, cum sequentibus ff de procurat.his uerbis:* Is cui hæreditas ex Trebelliano senatusconsulto restituta est, hæredem iure dabit procuratorem. Sed & dominum pignoris creditor rectè dabit procuratorẽ ad ... uianam. Porro si uni ex reis credendi constitutum sit: isq; alium in cõstitutam pecun'am det, nõ negabimus posse dare. Sed & ex duobus reis promittendi, alrer alterũ ad defendendum procuratorem dabit.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi plures procuratores sint dati. Hæc exceptio approbatur l.31.§.fin ff. de procuratoribus, his uerbis:* Iulianus ait, eum qui dedit diuersis temporibus procuratores duos, posteriorem dando, priorem prohibuisse uideri. *Exceptionis replicatio prima hæc esse uidetur: Nisi simul, non diuersis temporibus sint dati procuratores. Hæc replicatio reprobatur l.32. ff. eod.tt.his uerbis:* Pluribus procuratoribus in solidum simul datis, occupantis melior cõditio ... it, ut posterior nõ sit in eo, quod prior ... procurator. *Secunda replicatio est: Nisi non ab uno, sed à pluribus dentur procuratores plures. quæ replicatio approbatur l. ... 6.uniu.ff.de procuratoribus, his uerbis:* Vnius liris plurium personarum plures dari procuratores non est prohibitum.

XXII. EXCEPT. *Nisi in familiæ Ercisciũdæ, uel Cõmuni diuidũdo iudicio plures unũ dederint procuratorẽ. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.42.§.*

l.42.§.si plures ff.de procuratoribus, his uerbis: Si plures hęredes sint & familię Erciscũdę, aut Communi diuidundo agatur, pluribus eũdem procuratorem non est permittendum dare: quoniam explicari res non potest citra adiudicationes & condemnationes. Planè permittendum est dare, si uni cohæredi plures hæredes existant. *Hæc de exceptionibus, quæ sumuntur ex persona ipsius procuratoris. Sed & plures huiusmodi exceptiones uide s̄. cap. prox. & cap.4. Nunc eas exceptiones uideamus, quæ sumuntur ex re & causa, cui procurator constituitur.*

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi unius tantum rei procurator cõstituatur. Hæc exceptio reprobatur l.1. §.1. ff. de procurat. cuius uerba uide s̄. hoc tt. q.3.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi interdicto de exhibendis & ducendis liberis agatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.40. in pr. ff. de procuratoribus, his uerbis*: Pomponius scribit, non oẽs actiones per procuratorẽ posse quẽ instituere. Deniq; ut liberi, qui in potestate absentis dicuntur, ducantur, interdictũ nõ posse desiderare ait: nisi (ut Iulianus ait) causa cognita: id est, si nominatim ei mandatum sit & pater ualetudine, uel alia iusta causa impediatur.

XXV. EXCEPT. *Nisi in iudicio publico procurator uel accusationi, uel defensioni, detur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s̄. Lib.3. cap.1. quæst.7. reg.1 & 2.*

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi popularis sit actio, cui procurator interuenit. Hæc exceptio approbatur l.5. ff. de popularib. actionib. his uerbis*: Qui populari actione conuenietur, ad defendendũ ꝓcuratorẽ dare potest: is aũt qui eam mouet, procuratorẽ dare nõ potest. *Ex his uerbis etiã primæ propositæ exceptionis replicatio patet, hæc scilicet: Nisi non ad agendũ, sed ad defendendum procurator detur. Secunda replicatio est: Nisi actor cum publico, simul & priuatũ cõmodum defendat. quæ replicatio approbatur l.45. §. qui ita ff. de proc. his uerbis*: Qui ita de publico agũt, ut & priuatũ cõmodũ defendãt, causa cognita ꝑmittũtur ꝓcuratorẽ dare, & postea alius agẽs exceptione repellitur *Concordat l.42. in prin ff. eod. tt. his uerbis*: Licet in popularibus actionib. procurator dari non possit: tamẽ dicendũ est, meritò eũ qui de uia publica agit, priuato damno ex prohibitione adficitur, quasi priuatæ actionis dare posse procuratorẽ. Multo magis dabit ad sepulchri uiolati actionem is, ad quem ea res pertinet. *Hactenus exceptiones ex causa, cui procurator datus est, desumptæ propositæ sunt. de reliquis huiusmodi exceptionibus uide in singulis causarum & actionum speciebus. Sequuntur nũc reliquæ exceptiones, desumptæ partim ex modo, partim ex tempore, quo procurator constituitur, partim deniq; ex consequentibus.*

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi per nunciũ, uel per epistolam procurator constituatur. Hæc exceptio reprobatur l.1. §.1. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide s̄. eod. cap quæst. 1. Concordat d. l.1. §. fin. cum lege sequente, his uerbis*: Dari autem procurator etiam absens potest, dummodò si certus sit, qui datus intelligitur, & is ratum habuerit.

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi in diem, sub conditione, uel in perpetuum procurator datus sit. Et hæc multiplex exceptio reprobatur l.3. cum lege sequente. ff. de procurat. his uerbis*: Item ad litẽ futurã, & in diem, & sub cõditione: & usq; ad diem, procurator dari potest: & in perpetuum.

XXIX. EXCEPT. *Nisi eo tẽpore procurator constituatur, quo adhuc lis nulla est. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam dictis hisce*: Item ad litem futuram dari potest.

XXX. EXCEPTIO: *Nisi postquam dominus iudicium suo nomine suscepit, procuratorem dederit. Hæc exceptio reprobatur l.46. in pr. ff. de procuratoribus, his uerbis*: Qui proprio nomine iudicium accepit, si uelit procuratorem dare, in quem actor transferat iudicium, audiri debet: solenniterq; pro eo iudicatum solui satisdatione cauere. *Concordat l.20. C. eod. tt. his uerb.* Nihil arbitramur interesse, utrũ ab initio, an cœpta iam lite negociũ ad personã procuratoris transitum fecerit.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi iudex ipsum dominum litis, ex iusta causa præsentem esse uelit. Hæc exceptio approbatur l.ult. C. de procuratoribus, his uerbis*: In pecuniarijs controuersijs, & si specialiter hoc præcepti uel sententiæ minimè designat authoritas, passim unicuiq; (si tamen ita maluerit) per procuratorem respõdendi tribuimus facultatẽ: nisi fortè quosdam iustiores nonnunquam ob causas uehementiores maximi iudicis uocabit authoritas.

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi actor dominum potius, quàm procuratorem conuenire malit. Hæc exceptio approbatur l.29. ff. de procurat. his uerbis*: Si actor malit dominum potius conuenire, quàm eum qui in rem suam procurator est, dicendum est ei licere.

XXXIII. EXCEPTIO: *Nisi dominus litis, qui mãdauit mortuus sit. Hæc exceptio reprobatur l.23. C. de procurat. cuius uerba uide s̄. except. 6. repl. 2.*

XXXIIII. EXCEPTIO: *Nisi procurator actoris, dominum in reconuentione defendere nolit. Hæc exceptio approbatur l.43 §. pœna. ff. de procuratoribus, his uerbis*: Pœna non defendentis procuratoris hæc est, ut denegetur ei actio. *Concordat l.1. C. eod. tt. his uerbis*: Eum qui res agit hæredum, à quibus tibi deberi fideicommissum dicis, euoca ad prætorem uirum clarissimum. qui aut tibi respondere cogetur, aut ab administratione negociorum secundum formam iuris-

iurisdictionis phibebitur. Deliberabit autem prætor, si non defendētur hæredes, an mittere te in possessionem debeat secutus iurisdictionem, quæ exerceri aduersus indefensos solet. *Concordat item l.5.C. eod.tt.his uerbis*: Actionem ei, qui absentis nomine agere uult, si non eum defendat, denegari oportere, iam edicto perpetuò expressum est. *Concordat item l.unica.§.sin autem ei.C.de satisdando.cuius uerba uide J.Lib.prox.cap.10.quæst.2.reg.2.except.5. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi procurator aduersariū in possessionē cōuenire patiatur, uel seruū ex causa noxali duci. Hæc replicatio approbatur simul & distinguitur l.35.§.fin.cum lege sequēte.ff.de procuratoribus.his uerbis*: Defendere uidetur procurator & si in poss. &c. *Plura de hac re dicentur J.cap prox.reg.11.*

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi procurator fines man[...]i [e]xcedat. Hæc exceptio ipso quidem iure subsi[...]: uerum eius replicatio prima hæc est: Nisi actio mandata sine alia expediri non possit: tunc enim alia quoq; mandata intelligitur. quæ replicatio approbatur casu simili l.2 ff.de iurisdictione. cuius uerba uide ś.Lib.2.cap.4.quæst.3.reg.2. Sed & approbatur exemplo l.56.ff de procuratoribus,his uerbis*: Ad rē mobilem petendam datus procurator, ad exhibendum rectè aget. *Aliud exemplum proponitur l.62.ff.eod.tt.his uerbis*: Ad legatum petendum procurator datus, si interdicto utatur aduersus hæredem de Tabulis exhibendis: procu[r]atoria exceptio, quasi nō & hoc ei mandatum esset, non obstat. *Altera replicatio est: Nisi ad duas res petendas datus, unam tantū petierit. quæ replicatio approbatur l.ult.§.fin.ff. de procuratorib.his uerbis*: Ad duas res petendas procurator datus, si unā rē petat, exceptione non excluditur, & rem in iudicium de[duc]it. *Tertia replicatio est: Nisi datus, ut confestim agat, post aliquod tempus agit. Hæc replicatio approbatur l.57.in prin ff.de procuratorib.his uerbis*: Qui procuratorē dat, ut cōfestim agat, is intelligēdus est permittere procuratori, & postea litem peragere.

XXXVI. EXCEPTIO: *Nisi in causa sit prouocatum: tunc enim finitur procuratoris officiū. quæ exceptio approbatur l.17.ibi: Nec eandem.C.de procuratorib.cuius uerba uide ś. except.19.*

XXXVII. EXCEPTIO: *Nisi procurator sit mutatus, et alius cōstitutus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur J. quæst. prox.5. Concordat l.51.§.fin.ff.de procuratoribus. cuius uerba uide ś.except.21.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

¶ *Hactenus exceptiones contra procuratorem cū suis replicationibus specialibus sunt enumeratæ. Sunt autem istarum exceptionum aliquot replicationes generales non prætereundæ. Quarum prima hæc est: Nisi exceptio procuratoria remissa sit. quæ replicatio approbatur l.57.§.fin. ff. de procuratoribus, his uerbis*: Si quis remisit exceptionem procutoriam non poterit ex pœnitentia eam opponere. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi talis sit persona procuratoris, quam prætor apud se postulare prohibet. quæ duplicatio approbatur l.7.ff.de postulando.de qua re uide ś.Lib.eod.cap.4.quæst.2.in fine.*

Secunda replicatio generalis est: Nisi exceptio procuratoria ante litem contestatam non fuerit opposita. quæ replicatio approbatur l.13.C. de procuratoribus. cuius uerba uide ś. except.16. repl. 2. Concordat l.8.§.milites,ibi: Nisi hoc tempore.ff.eod. tt. cuius uerba uide ś. d. except.16. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi procuratori non sit mandatū. Hæc enim exceptio quandocunq; potest opponi. quæ duplicatio approbatur l.24.C.de procuratoribus. cuius uerba uide ś.except.1.repl.1.

Tertia replicatio est: Nisi in ea causa reus, ut etiam absente eo quasi nō defenderetur, iudex sit cogniturus: tūc .n. quilibet pro eo uerba faciēs, est audiendus. quæ repl.approbatur per ea quæ dicta sunt ś.exc.1.repl.2.

V. DE MVTANDO PROCVratore, seu iudicio in se, uel in alium transferendo.

Hactenus de causa procuratoris efficiente, seu de constituendo procuratore est dictum. Nunc de mutando eo dicetur. Regulariter autem dominus procuratorem mutare, & iudicium in se, uel in alium transferre non potest, nisi causa cognita, ut J.causa 2. Vnde causæ mutandi procuratoris exponendæ. Ante litem tamen contestatam etiam sine causa mutari potest. de quo J.ead.q.except.gener.1. Sed & dominus, quāuis procuratorem mutare non possit, causæ tamen suæ adesse non prohibetur. quod approbatur l.69 ff. de procuribus.his uerbis: Paulus respondit etiam eū qui ad litem suscipiendam procuratorem dedit, causæ suæ adesse non prohiberi.

I. CAVSAE EX QVIBVS procurator mutari possit.

Primæ causæ loco notandum, quòd ex quibus causis procurator ad defendendum dominum cogi non potest, ex iisdem potest remoueri. quæ regula approbatur l.17.§.fin.ff.de procuratoribus.cuius uerba uide J.causa prox. Quæ autem sint istiusmodi causæ, ex quibus procurator ad defendendum dominum cogi non potest, uide J.cap.prox.reg.10.

Secunda mutandi procuratoris causa est, ætas ipsius procuratoris. quæ causa cum aliis similibus approbatur d.l.17.cum legibus sequentibus, his uerbis: Post litem contestatam reus, qui procuratorem dedit, mutare quidē eum, uel in se litem transferre à uiuo procuratore, uel in ciuitate manēte, potest: Causa tamen priua cognita, in causę autē cognitione nō solùm hæc uersantur, quæ suprà diximus, in procuratore non cōpellendo suscipere iudiciū: uerùm & ætas, & religionis beneficium.

Item,

Irem, si suspectus sit procurator, aut in uinculis, aut hostium prædonumúe potestate: uel iudicio publico, priuatoúe, uel ualetudine, uel maiore sua re distringarur, uel exilio: uel si latitet, uel si inimicus postea fiat, aut adfinitate aliqua aduersario iungatur, uel hæres ei existat. Aut longa peregrinatio, & aliæ similes causæ impedimento ei sint.

Tertia causa est. Si procurator religiosus sit factus, monachus puta, uel clericus. quæ causa approbatur iam dictis uerbis hisce: Et religionis beneficium.

Quarta causa est. Si procurator suspectus fiat domino. quæ causa approbatur dictis uerbis hisce: Item si suspectus sit procurator.

Quinta causa est. Si procurator in uinculis, hostiū, predonum'ue sit potestate. quæ causa approbatur supradictis uerbis hisce: Aut in uinculis, aut hostium, prædonumúe potestate.

Sexta causa. Si procurator iudicio publico, priuato úe distringatur. quæ causa approbatur dictis uerbis hisce: Vel iudicio publico, priuatoúe distringatur.

Septima causa est. Si procurator ualetudinarius sit. quæ causa approbatur dictis uerbis hisce: Vel ualetudine distringatur. *Concordat l.22.C.de procuratorib. cuius uerba uide ꝭ. causa 15.*

Octaua causa est. Si procurator suis rebus ac negocijs impeditus, causæ præesse non posit. quæ causa approbatur supradictis uerbis hisce: Vel maiore sua re distringatur.

Nona causa. Si procurator in exilium sit missus. quæ causa approbatur supradictis uerbis hisce: Vel exilio distringatur.

Decima causa. Si procurator latitet. quæ causa approbatur dictis uerbis hisce: Vel si laritet.

Vndecima causa. Si procurator inimicus sit factus domino. quæ causa approbatur hisce uerbis: Vel si inimicus postea fiar. *Concordat l.22.C. de procuratorib. cuius uerba uide ꝭ. causa 15.*

Duodecima causa. Si procurator aduersario adfinitate iungatur. quæ causa approbatur dictis uerbis hisce: Aut adfinitate aliqua aduersario iungatur.

Decimatertia causa Si procurator aduersario succedat. quæ causa approbatur dictis uerbis hisce: Vel hæres ei existat.

Decimaquarta causa. Si procurator peregrinetur. quæ causa approbatur supradictis uerbis hisce: Aut longa peregrinatio.

Decimaquinta causa generalis est, omnes similes complectens. quæ causa generalis continetur supradictis uerbis hisce: Et aliæ similes causæ impedimento ei sint. *Concordat l.22.C. de procuratoribus, hisce uerbis*: Procuratoribus institutis, & post contestaram litem dominis effectis: ij qui mandauerant, non habeant facultatem negocia persequendi, nisi capitales inimicitiæ, uel morbus, uel alia necessaria causa intercesserit. tunc enim inuitis his transferri lis potest.

Decimasexta causa est. Si procurator mutari nolit. quæ causa cum suis exceptionibus approbatur ꝭ. exceptione 6.

De exceptionibus præcedentium causarum.

¶ *Iam dictarum causarum & similium exceptiones generales, hæ sunt.*

Prima exceptio est: Nisi causa nondum cognita, dominus litis procuratorē mutet, uel litem in se trāsferat. quæ exceptio approbatur l.17. in prin. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide ꝭ. causa 2. Concordat l. 21. C. eod tt. cuius uerba uide ꝭ. causa 15. Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi ante litem contestatā mutet. tūc enim etiā sine causæ cognitione potest mutare. quæ replicatio approbatur l.16. ff. de procuratoribus, his uerbis: Anre litem contestatam libera potestas est, uel mutandi procuratoris, uel ipsi domino iudicium accipiendi. *Concordat l.3. C. mandati, his uerbis*: Si pater tuus tibi sui iuris constituto actionem aduersus debitores suos mādauit, potuit & ipse præsens aduersus eos re inregra experiri. Si quid itaque ab eo apud iudicem actum est, rescindi id nulla ratio patitur. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi sine mandato quis defensionem absentis susceperit: hic enim etiam ante litem contestatam causa cognita, est remouendus. quæ duplicatio approbatur l. 64. ff. de procuratorib. his uerbis*: Is cuius nomine defensor extitit, si ante litem contestatam in præsentia fuerit, & postulet suo nomine litem suscipere, causa cognita audiendus est.

Secūda exceptio: Nisi nō dominus, sed eius heredes procuratorē mutent. Hæc excep. reprobatur l.17. §. nō solùm. ff. eod. tt. his uerbis: Nō solùm ipsi qui dedit procuratorem, hoc permittitur: sed etiā hæredi eius, & cæteris successoribus.

Tertia exceptio: Nisi non dominus, sed procurator postulet se mutari. Hæc exceptio reprobatur l. 24. ff. eod. tt. his uerbis: Mutari debebit, uel ipso procuratore postulante.

Quarta exceptio est: Nisi non rei, sed actoris procurator mutetur. Et hæc exceptio reprobatur l.25. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Quæ omnia non solùm ex parte rei, sed etiam in persona actoris obseruabuntur.

Quinta exceptio: Nisi factum negetur. Hæc exceptio approbatur d.l.25. §.1. his uerbis: Sed & si aduersarius, uel ipse procurator dicat dominum mentiri, apud prætorem hoc finiri oportet.

Sexta exceptio est: Nisi procurator mutari nolit. Hæc exceptio reprobatur ibidem, his uerbis: Nec ferendus est procurator, qui sibi adserit procurarionem. nam hoc ipso suspectus est, qui operam suam ingerit inuito: nisi fortè purgare

gare magis conuicium, quàm procurationem exequi maluerit. Et hactenus erit audiendus, si dicat se procuratione quidem carere nelle: sed ita si id: illæsa existimatione sui fiat. Cæterum ferendus est pudorem suum purgans. *Planè admittitur exceptio proposita, tribus potißimum casibus, quorum primus est: Si in rem suam procurator sit constitutus: qui casus proponitur d. l. 25. §. fin. his uerbis:* Planè si dicat in rem suam se procuratorem datum, & hoc probauerit, non debet carere propria lite. *Concordat l. 55. ff. eod. tt. cuius uerba uide ℑ. except. prox. Secundus casus est: si procurator retentione aliqua uti uelit: qui casus approbatur sub conditione d. l. 25. §. fin. cum lege sequente, his uerbis:* Item si retentione aliqua procurator uti uelit, non facilè ab eo lis erit transferenda: nisi dominus soluere paratus sit. *Tertius casus est: Si dominus quædam transferre, quædam relinquere uelit: qui casus proponitur, simul & distinguitur l. 27. in prin. ff. de procuratorib. cuius uerba uide ℑ. except. 9.*

Septima exceptio: Nisi procurator in rem suam sit datus. *De hac exceptione uide §. except. prox. casu primo. Concordat l. 55. ff. eod. tt. his uerbis:* Procuratore in rem suam dato, præferendus non est dominus procuratori in litem mouendam, uel pecuniam suscipiendam: qui enim suo nomine utiles actiones habet, ritè eas intendit.

Octaua exceptio: Nisi procurator retentione aliqua utatur: de hac exceptione uide paulo superius except. 6. casu 2.

Nona exceptio est: Nisi dominus quædam transferre quædam relinquere uelit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur l. 27. in prin. ff. de procuratoribus, his uerbis: In causæ cognitione etiã hoc uersabitur, ut ita demum transferri à procuratore iudicium permittatur, si quis omnia iudicia ab eo transferre paratus sit. Cæterũ si uelit quædã transferre, quædã relinquere: iustè procurator hanc inconstantiã recusabit. Sed hæc ita, si mandatu domini procurator egerit. Cæterum si mandatum non est, cum nec in iudicio quidquam deduxit, nec tu ea comprobasti. quę inuito te acta sunt, tibi non prędicant: ideoq; translatio earum litium non est tibi necessaria: ne alieno facto onereris.

Decima exceptio est: Nisi procurator recuset causam ob hoc, quod mala sit: tunc enim non licet litigatori alium eligere procuratorem. quæ exceptio approbatur l. 12. §. hocq; subsecuto. C. de iudicijs. cuius uerba uide ℑ. Lib. 7. cap. 2. de Iuramentis, quæst. 4. reg. 4.

2. QVIBVS COMPETAT MVTANdi procuratoris ius.

De hæredibus eius qui dedit procuratorem: item de procuratore uide paulo superius except. 2 & 3.

3. Apud quem competat, seu cuius sit cognitio? desinitur l. 27. §. hæc autem. ff. de procuratoribus, his uerbis: Hęc cognitio procuratoris mutandi prętoris est. *Concordat l. 25. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius except. 5.*

4. Effectus mutationis procuratoris, circa stipulationem Iudicatum solui, proponitur d. l. 27. §. si ex parte. de qua re dicetur ℑ. Lib. prox. cap. 10. quæst. 4. except. 4. De eo quod per priorem procuratorem gestum est nihilominus ratum illud manet. quæ regula approbatur per ea quæ habentur ℑ. Lib. prox. cap. 8. quæst. 1. causa 1. except. 11. in fine. Hæc de mutando procuratore: nunc ad officia eius transeundum.

DE POTESTATE ET officijs Procuratorum. Cap. VII.

PRima regula. *De exequendo mandato, & causa peragenda procurator tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur ℑ. reg. 10. Sed & alias recipit exceptiones, quarum prima hæc est: Nisi mandatum non susceperit.*

Secunda exceptio est: Nisi in causa sit prouocatum. Quæ duæ exceptiones approbãtur l. 17. C. de procuratoribus. cuius uerba uide §. cap. prox. quæst. 4. except. 19. Plures huiusmodi exceptiones uide §. cap. prox. de procuratore mutando, item ℑ. d. reg. 10.

Secunda regula. De bona fide à procuratore præstanda, proponitur l. 10. in prin. ff. Mandati, his uerbis: Nihil amplius quàm bonam fidem præstare eum oportet, qui procurat.

Tertia regula. Cauere de rato tenetur procurator, de qua cautione dicetur ℑ. Lib. prox. cap. 7. quæst. 2. de actoris procurat. item cap. 8.

Quarta regula. Iudicatum solui, satisdare, tenetur procurator. de qua cautione itidem uide ℑ. Lib. prox. cap. 10. dicetur.

Quinta regula. De alienando. Procurator regulariter alienare non potest. quæ regula approbatur l. 63. ff. de procuratoribus, his uerbis: Procurator totorum bonorum, cui res administrandæ commissæ sunt, res domini neque mobiles neque immobiles, uel seruos sine speciali domini mandatu alienare potest: nisi fructus, aut alias res quæ facilè corrumpi possunt. *Concordat l. 16. C. eod. tt. his uerbis:* Procuratorem uel actorem prędij, si non specialiter distrahendi mandatum accepit: ius rerum dominium uendendi non habere, certum ac manifestum est. Vnde si non ex uoluntate domini uendentibus his, fundum comparasti, prouides improbum desiderium tuum dominium ex huiusmodi emptione tibi concedi desiderantis. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procuratori specialiter alienatio sit mandata uel permissa. quæ exceptio ex iam dictis constat.*

Secunda exceptio est: Nisi libera administratio procuratori sit permissa, quæ exceptio approbatur l. 58.

cum lege ſequente.ff.de procuratorib.his uerbis: Procuratio cui generaliter libera adminiſtratio rerum commiſſa eſt, poteſt exigere, nouare, aliud pro alio permutare, ſed & id quoque ei mandari uidetur, ut ſoluat creditoribus.

Tertia exceptio eſt: Niſi dominus precium, quod in rem eius uerſum eſt, non reſtituat. Hæc exceptio approbatur l. 19. C. eod. tt. his uerbis: Si precium quidem actoribus alienis fundum, uel ſeruum citra mandatum tibi diſtrahentibus dediſti: & neque præceſſiſſe, neque ſecuta contractum domini declarerut uoluntas: in rem autem eius id precium proceſſiſſe ptouinciȩ præſes cauſa cognita perſpexerit, hoc tibi reſtitui iubebit. *Plures huiuſmodi exceptiones uide in Comment. de Rerum dominio cap. 4. cauſa 1. except. 1.*

Sexta regula. De tranſigendo. Procurator ius tranſigendi non habet. quæ regula approbatur l. 60. ff. de procuratoribus, his uerbis: Mandatu generali non contineri etiam tranſactionem decidendi cauſa interpoſitam. Et ideo ſi poſtea is, qui mandauit, tranſactionem ratam non habuit: non poſſe eum repelli ab exercendis actionibus.

Septima regula. Procurator alium procuratorem facere poteſt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ dicta ſunt ſ̄. cap. prox. quæſt. 4. except. 6. repl. 2.

Octaua regula. Procurator uniuerſalis debitum quoq; domini exigere poteſt. quæ regula approbatur l. 58. ff. de procuratorib. cuius uerba uide ſ̄. proximè reg. 5. except. 2. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi debitor quoq; procurator uniuerſalis ſit eiuſdem domini: tunc enim ab eo exigere non poteſt. quæ exceptio approbatur l. 47. ff. eod. tt. his uerbis: Qui duos procuratores omnium rerum ſuarum reliquit, niſi nominatim præceperit, ut alter ab altero pecuniam petat, non uiderur mandatum utrilibet eorum dediſſe. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi nominatim alteri mandatum ſit, ut ab altero exigeret. quæ replicatio approbatur iam dictis uerbis hiſce*: Niſi nominatim p̄ceperit, ut alter ab altero pecuniá petat. *Concor. l. 46. §. fin. cum l. 48. ff eod. tt. his uerbis*: Si duobus mandata adminiſtratione, eorum alter debitor ſit mandatoris, an alter cum eo rectè acturus ſit? & utique rectè. Non enim ob id minus procurator intelligitur, quod is quoque cum quo agitur, procurator ſit. Itaque ſi hoc ſpecialiter mandatum eſt: tũc excipiente eo, cum quo agitur. Si non mihi mandatum ſit, ut à creditoribus peterem: actorem ita debere replicare placet: At ſi mihi mandatum non eſſet, ut à te peterem.

Nona regula. De ratione reddenda, & id quod accipit reſtituendo, proponitur l. 46. §. procurator. ff. de procuratoribus, his uerbis; Procurator, ut in cæteris negocijs gerendis, ita & in litibus bona fide rationem reddere debet. Itaque quod ex lite conſecutus erit, ſiue principaliter ipſius rei nomine, ſiue extrinſecus ob eam rem: debet mandati iudicio reſtituere uſq; adeo, ut ſi per errorem, aut per iniuriam iudicis non debitum conſecutus fuerit, id quoque reddere debeat.

De domino defendendo.

Decima regula. Procurator rei conuenti dominum defendere cogendus eſt. quæ regula approbatur l. 8. §. procuratorem. ff. de procuratoribus, his uerbis: Procuratorem ad litem ſuſcipiendam datum, pro quo conſentiente dominus iudicatum ſolui expoſuit (Prætor ait) Iudicium accipere cogam. *Habet hæc regula ſuas exceptiones. quod approbatur ibidem, his uerbis*: Verùm ex cauſa non debebit compelli. *Eſt autem huius regulæ exceptio prima hæc: Niſi ad agendum, non ad defendendum, ſit datus procurator. Hæc exceptio reprobatur l. 13. §. ait Prætor. ff. eod. tt. de qua re uide J. reg. proxima.*

Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi dominus iudicatum ſolui cautionem pro defenſore non præſtiterit. Hæc exceptio conſtat ex uerbis iam dictũ hiſce: Pro quo conſentiente dominus iudicatum ſolui expoſuit. *Tertia exceptio eſt: Niſi ignorante & inuito procuratore, dominus iudicatum ſolui expoſuerit. Hæc exceptio approbatur ſupra dictis uerbis hiſce*: Pro quo conſentiente. *Concor. l. 15. §. 1. ff. eo. tt. cuius uerba uide J. except. prox. Quarta exceptio eſt: Niſi dominus ante litem conteſtatam mortuus ſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure approbatur: quia mandatum morte mandãtis extinguitur: uerum eius replicatio hæc eſt: Niſi dominus iudicatum ſolui pro procuratore expoſuit. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 15. in prin. ff. de procuratorib. his uerbis*: Si defunctus ſit dominus ante litem conteſtatam, iudicatum ſolui ſtipulatione pro ſuo procuratore data, procurator compellendus eſt ad iudicium accipiendum: ita tamen ſi hoc dominus ſciente procuratore & nõ cõtradicẽte fecit. Quod ſi aliter actum eſt, inſcium quidem procuratorem teneri ſatis inciuile eſt: committitur autem ob rem non defenſam ſtipulationis clauſula. *Propoſitæ replicationis duplicatio ex propoſitũ uerbis conſtat, hæc ſcilicet: Niſi dominus pro ignorante uel inuito procuratore iudicatum ſolui ſatiſdedit. Quinta exceptio eſt: Niſi inimicitiæ capitales inter dominum & procuratorem interuenerint. Hæc exceptio cum alijs ſimilib. approbatur l. 8. §. fin. cũ legib. ſequentib. ff. de procur. his uerbis*: Ex cauſa nõ debebit compelli: utputa, ſi inimicitiȩ capitales interuenerint inter ipſum procuratorem & dominũ; & ſcribit Iulianus, debere in procuratorem denegari actionem. Item ſi dignitas acceſſerit procuratori, uel reipub. cauſa abfuturus ſit; aut ſi ualetudinem,

uel necessariam peregrinationem allegat: uel hæreditas superueniens eum occupet: uel alia iusta causa. *Concordat l. 14. ff. eod. tit. his uerbis:* Si post datum procuratorem capitales inimicitiæ intercesserint, non cogendum accipere iudicium, nec stipulationem ob rem non defensam committi: quoniã noua causa sit. *Cõcordat itẽ l. 43. §. fin. ff. eod. tit.*

Sexta exceptio est: Nisi dignitas procuratori accesserit. Hæc exceptio approbatur iam dictis uerbis hisce: Item si dignitas accesserit procuratori.

Septima exceptio est: Nisi reip. causa procurator absfuturus sit. Hæc exceptio approbatur iam dictis uerbis hisce: Vel reip. causa absfuturus sit.

Octaua exceptio est: Nisi ualetudinarius sit procurator. Hæc exceptio supradictis uerbis approbatur hisce: Aut si ualetudinem alleget.

Nona exceptio est: Nisi procurator longinquo sit absfuturus. Hæc exceptio dictis uerbis approbatur hisce: Vel necessariam peregrinationem alleget. *Concordat l. 44. ff. eod. tit. cuius uerba uide J except. 11. Decima exceptio est: Nisi superueniens hæreditas procuratorem impediat. Et hæc exceptio approbatur supradictis uerbis hisce:* Vel hæreditas superueniens eum occupet. *Vndecima exceptio est: Nisi adfinitas inter procuratorem & dominum dirempta sit. Hæc exceptio cum alijs simulib. approbatur l. 43. §. fin. cum ll. sequentibus, his uerbis:* Quòd si aut adfinitas dirépta sit, aut inimicitiæ intercesserint, aut bona absentis possideri cœperint, uel si longinquo sit absfuturus, uel alia iusta causa interuenerit, non cogendum. *Duodecima exceptio est: Nisi bona absentis possideri cœperint. Hæc exceptio approbatur iam dictis uerbis hisce:* Aut bona absentis possideri cœperint. *Decimatertia exceptio: Nisi dominus præsens sit. Hæc exceptio approbatur l. 10. cum lege sequente ff. de procuratoribus his uerbis:* Hoc amplius, etsi habeat præsentem dominum, non debere compelli procuratorem: Si tamen dominus cogi possit. *Declaratur hæc excep. in l. 5. cum duab. legibus sequentib. ff. eod. tit. his uerbis:* Præsens habetur & qui in hortis est, & qui in foro, & qui in urbe, & qui in continentibus ædificijs. Et ideo procurator ei præsenti esse uidetur. *Huius exceptionis replicato hæc est: Nisi dominus præsens cogi non possit. quæ replicatio approbatur uerbis paulo sup. propositis hisce:* Si tñ dominus cogi possit. *Decimaquarta exceptio est: Nisi aliam iustam causam, quæ iudici probatur, procurator habeat. Hæc exceptio approbatur l. 10. ibi: Vel alia iusta causa ff. de procuratorib. cuius uerba uide S. except. 5. Concordat l. 44 ff. eod. tit. cuius uerba uide S. except. 11. Concordat item l. 13. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius post repl. 3. Hactenus de exceptionibus propositæ regulæ in specie est dictum. Harum autem exceptionum replicatio generalis prima hæc est: Nisi tractu temporis res seu actio sit peritura. quæ replicatio approbatur l. 12. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Sed etiã ex his causis dicitur aliquando cogendũ procuratorẽ iudiciũ accipere ueluti si dominus præsens non sit, & actor adfirmet tractu tẽporis futurũ, ut res pereat. *Concordat l. 43. §. & qui non. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. prox. Secũda replicatio generalis est: Nisi procurator satisdedit, defendendi absentis gratia. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 43. §. & qui non. cũ sequent. his uerbis:* Et qui non cogitur defendere absentem, tamen si iudicatũ solui satisdedit, defendẽdi absentis gratia: cogendus iudiciũ accipere, ne decipiatur is, qui satis accepit. Eos tamẽ, qui nõ cogũtur rẽ defendere, post satisdationẽ cogi Labeo causa cognita tẽperandũ ait: Et si captio actoris sit, ppter tẽporis tractũ, iudiciũ eũ accipere cogendũ. Quòd si aut adfinitas dirẽpta sit, aut inimicitiæ intercesserint, aut bona absentis possideri cœperint, uel si longinquo sit absfuturus, uel alia iusta causa interuenerit: nõ cogẽdũ. Sabinus ait, nullas Prætoris esse partes ad cõpellendu defendere: sed ex stipulatu ob rem nõ defensam agere posse. At si iustã causam habeat, cur iudiciũ accipere nolit, nec fideiussores teneri: quia uir bonus arbitraturus nõ fuit, ut qui iustã excusationẽ adferret, defendere cogeretur. *Hæc uerba sibi inuicem contraria alij aliter interpretantur. Mea de his sententia hæc est: Quidã existimabant satisdatione iudicatum solui à procuratore præstita: omnimodò eũ ad defendendũ cõpellendũ. Sabinus contrà, nullo modo eum hoc casu cogendum putabat, cùm sufficeret actio ex stipulatu ob rem non defensam. Hanc Sabini sententiam Paulus refutat negando actionem ex stipulatu cõpetere, si ob iustam causam procurator non defenderet. Tertia & quidem media sententia Labeonis est, qui neq; omnimodò compellendum procuratorem putat, neq; prorsus non compellendũ, sed id causa cognita temperandum erit, & ita cũ rem iudicis arbitrio uidetur relinquere.*

Tertia supradictarum exceptionum replicatio generalis est: Nisi cum procurator iudicatum solui, satisdare uellet, ei repromittenti creditũ sit quo casu idem iuris est, quod in superiore replicatione proxima. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis: Sed & si satis non dedit, sed ei repromittenti creditum est, idem statuendum est.

Aliæ huiusmodi replicationes contra supradictas exceptiones, permittuntur arbitrio iudicis definiendæ l. 13. ff. de procur. his uerbis: Sed hæc neq; passim admittenda sunt, neq; districtè denegãda: sed à prætore causa cognita, temperanda.

Hactenus an procurator dominum defendere cogatur, excussum est. Reliquæ quæstiones, hoc est in quibus causis eum defendere cogatur: item ubi, quomodo, & de defensionis effectu dicetur J. reg. prox.

VNDECIMA REGVLA. *Procurator actoris eum in recõuentione defendere cogendus. quæ*

regulæ approbatur l.33.§.ait Prætor. ff.de procuratorib.bis uerbis: Ait Prætor: Cuius nomine quis actioné sibi dari postulauerit, is eũ uiri boni arbitratu defendat: & ei quo nomine aget, id ratum habere eũ, ad qué ea res pertinet, uiri boni arbitratu satisdet. *Subijcit Vlpianus:* Aequũ uisum est prætori, eú qui alicuius nomine ut procurator experitur, eundé etiá defensioné suscipere. *Declaratur hæc regula definitione defensionis l.35.§.defendere.ff.eo.tt.bis uerbis:* Defendere auté, est id facere qđ dominus in lité faceret, & cauere idoneè: nec debebit durior conditio procuratoris fieri, quàm est domini: preterquá in satisdando. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procurator in rẽ suá sit datus. Quæ exceptio approbatur l. 34.ff.de procuratorib.bis uerbis:* Si quis in ré suam procuratorio nomine agat, ueluti emptor hæreditatis, an debeat inuicem uenditoré defendere? Et placer si bona fide, & nõ in fraudé eorũ, qui in uicé agere uellẽt, gestũ sit negociũ: nõ oportere eũ inuicé defendere. *Ait Iurisconsultus:* Si bona fide, & non in fraudé eorũ, qui inuicé agere uellent, gestũ sit negociũ. *Ex bis uerbis elicitur prima propositæ exceptionis replicatio talis: Nisi in fraudẽ rei conuenti, procurator in rem suá sit factus. Secunda replicatio est: Nisi ex causa lucratiua, uel nõ necessaria in rẽ suá procurator sit factus. Hæc replicatio approbatur l.35. §.fin.ff.eod.tt.bis uerbis:* Si quis in rem suá procurator interueniat, adhuc erit dicendum, debere eũ defendere: nisi fortè ex necessitate fuerit factus. *Huius replicationis exemplum proponitur l.70.ff.eod.tt.bis uerbis:* Pater filio suo pupillo, tutoré dedit Semproniũ creditoré suũ: is administrata tutela, reliquit fratré suum hæredé, qui & ipse decessit, & per fidei cõmissum nomé debitoris Titio reliquit: eique mádatæ sunt actiones ab hæredibus. Quæro, cũ tá tutelæ actio, quàm pecuniæ creditę, ex hęreditate Sempronij descẽdát: an nõ aliter mãdata ei actio detur, quàm si defendat hęredes, à quibus ei actiones mádatæ sunt? Scæuola respondit, debere defendere. *Tertia replicatio est in persona patris dotẽ repetẽtis: huic enim quamuis suo nomine competat dotis actio, tamẽ, quia & filiæ nomine cõueniri potest, filiá defendere tenetur. quæ replicatio approbatur l. 39.§.si de dote.ff.de procuratoribus, bis uerbis:* Si de dote agat pater, cauere debet ratá ré filiam habiturá. Sed & defendere eũ debet: ut & Marcellus scribit. *Concordat l. 3.§.fin.ff.rerũ amotarũ, bis uerbis:* Si filia familiàs res amouerit, Mela & Fulcinius aiũt, & de peculio in patrẽ, (quia displicuit eá furti obligari) & in ipsam ob res amotas dari actioné. Sed si pater adiuncta filia de dote agat: non aliter ei dádá actioné, quàm si filiá rerũ amotarũ iudicio in solidum, & cum satisdatione defendat. *Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sint dicta.*

Secunda exceptio est: Nisi uniuersitatis nomine procurator agat. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. actor. ff. Quod cuiuscunq; uniuers. nom. bis uerbis: Actor uniuersitatis si agat, cõpellitur etiá defendere. *Tertia exceptio est: Nisi populari actione agatur. Hæc exceptio approbatur l.43.§.in popularibus.ff.de procuratorib.bis uerbis:* In popularibus actionibus, ubi quis quasi unus ex populo agit, defensioné, ut procurator præstare cogẽdus nõ est. *Quarta exceptio est: Nisi non actio, sed præiudiciũ, aut interdictũ, uel aliud simile à procuratore proponatur. Hæc exceptio reprobatur l.35.§.nõ solũ.ff.eod.tt.bis uerbis:* Nõ solùm autem si actio postuletur à procuratore, sed etiá si preiudicium, uel interdictũ, uel si stipulatione legatorũ, uel dáni infecti uelit caueri: debebit absenté defendere in cõpetéti tribunali, & ea dé prouincia. *Quinta exceptio est: Nisi in alia prouincia actor sit defendẽdus. Hæc exceptio approbatur d.§.nõ solũ.ibi Ceterũ, bis uerbis:* Cæterũ cogi eũ etiá in prouinciá de Roma abire, uel ecõtrariò, uel à prouincia in aliá prouinciá, & defendere, durum est. *Sexta exceptio est: Nisi ea persona procuratorio nomine agat, quæ etiam sine mandato agere potest. Hæc exceptio reprobatur d. l. 35. in prin. bis uerbis:* Sed & eæ personæ procuratorum debebunt defendere, quibus sine mandatu agere licet: utputa liberi, licet sint in potestate. Item parentes, fratres, & adfines, & liberti. *De bisce personis uide s. cap. prox. quæst. 4 except. 1.*

Septima exceptio est: Nisi procurator agere recusset, uel probibeatur. Hæc exceptio approbatur l. 35. §.præter satisdationem.ff.de procuratoribus, bis uerbis: Præter satisdationem procurator ita defendere uidetur, si iudicium accipiet. Vnde quæsitum est apud Iulianum, an compellatur? an uerò sufficiat ob rem non defensam stipulationem committi? & Iulianus scribit libro tertio Digestorum, compellendum accipere iudicium, nisi & agendum causa cognita recusauerit, uel ex iusta causa remotus fuerit. *Concordat l.17.C.de procuratoribus. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst.4. exceptione 19.*

Octaua exceptio est: Nisi procurator satisdedit iudic solui atũ: hoc enim casu uidetur cogendus non esse, cum sufficiat ob rem non defensam ex stipulatu actio. Verum exceptio hæc iam propositis uerbis reprobatur. Cui concordat l. 45. §.Sabinus ait.ff.eod.tt cuius uerba uide s.reg.prox.in fine, repl.generali 2. Hæc de exceptionibus propositæ regulæ undecimæ sint dicta. Planè harum exceptionum replicatio generalis prima hæc esse uidetur: Nisi specialiter defensionis quoque mandatum susceperit. tunc enim perinde ac procurator rei conuenti, est compellendus. de quo s. reg. prox. est dictum. Altera replicatio generalis est:

Nisi

Nisi ad Communi diuidundo, uel simile iudicium agendum sit datus: hic enim ad defendendum quoq; datus intelligitur. Vnde uidetur quòd dictis exceptionibus non adiuuetur. quæ replicatio approbatur l.35.§.fin. ff.de procuratoribus, his uerbis: Qui ad Cõmuni diuidundo iudicium datus est agendum, idem & ad defendẽdum uidebitur datus, duplici cautela interponenda.

DE RELIQVIS DEFENSIONIS LOCIS.

Hactenus an procurator actoris, uèl rei conuenti ad dominum defendendum sit cogendus, tractatum est: nunc reliqui defensionis loci dispictendi.

2. In quibus causis & rebus dominum defendere cogendus.

Prima regula huius loci. De actionib. quæ in hæredem non dantur, proponitur l.37. in prin. ff. de procuratoribus, his uerbis: Omnium autem actionum nomine debet defendere, etiam earũ quæ in hæredem non dantur.

Secunda regula. De interrogationibus, proponitur l.39. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Non solum autem in actionibus, & interdictis, & postulationibus, debet dominum defendere: uerum in interrogationibus quoque ut in iure interrogatus, ex omnibus causis responderet, ex quibus dominus. An ergo hæres sit absens respondere debebit: etsi responderit uel tacuerit, tenebitur.

Tertia regula proponitur l. 46. §. item queritur. ff. de procuratorib. his uerbis: Quæritur, si iudicium acceperit defensor, & actor in integrũ restitutus sit: an cogendas sit restitutorium iudicium accipere? & magis placet cogendum.

Quarta regula. De una re uel causa cæteris omissis, proponitur l. 46 §. 1. ff de procuratoribus, his uerbis: Ei qui defendit eum cuius nomine ipse non agit, liberum est, uel in unam rem defendere.

3. Vbi defendere cogendus.

Prima regula. De alio loco quàm in quo procurator actionem intẽdit. proponitur l.35.§. cæterùm cogi. ff. de procuratorib. cuius uerba uide s̄. ead. reg. ex. 5.

Secunda regula. De loco in quo est cõtractum, proponitur l. 54. §. fin. ff. de procuratoribus. de quo cum alijs similibus, uide s̄. Lib. eod. cap. 2. quæst. 1. except. 15. repl. 6. item except. 48.

4. Quomodo defendere cogendus: & quæ sint defensoris officia.

Prima regula. Boni uiri arbitratu defendere debet. quæ regula approbatur l.33.§. ait Prætor. ff. de procuratorib. cuius uerba uide s̄. in principio regulæ undecimæ propositæ. Concordat l. 77. cum lege sequente. ff. eod. tt. his uerbis: Omnis qui defenditur, boni uiri arbitratu defendendus est. Et ideo non potest uideri boni uiri arbitratu litem defendere is, qui actorem frustrando efficiat, ne ad exitum controuersia deducatur

Secunda regula. Defensor id facere debet, quod dominus in litem faceret. quæ regula approbatur l. 35. §. defendere. ff. de procuratorib. cuius uerba uide s̄. eo. cap. reg. 11. in prin.

Tertia regula. Defensor idoneè cauebit. quæ regula approbatur d. §. defendere. cauebis autem defensor iudicatum solui, interdum ratam rem haberi. de quibus cautionibus dicetur j. Lib. prox.

Quarta regula. Præter cautionem, uel satisdationem defensor etiam iudicium suscipiet. quæ regula approbatur d. l. 35. §. præter satisd. cuius uerba uide s̄. eod. cap. reg. 11. except. 7 & 8.

Quinta reg. Non debet deterior conditio esse procuratoris, quàm domini. quæ regula approbatur d. l. 35. §. defendere. cuius uerba uide s̄. d. reg. 11. in prin. Cõcordat l. 51. §. quoniam. ff. eod. tt. his uerbis: Quoniam autẽ defendere, est eandem uicẽ, quã reus, subire: defensor mariti amplius, quàm maritus facere possit, nõ est cõdẽnandus.

5. Euentus si reus non defendatur.

Prima regula. Committitur stipulationis iudicatum solui clausula. quæ regula approbatur l. 15. §. committitur. ff. de procuratoribus, his uerbis: Committitur ob rem nõ defensam stipulationis clausula. *De hac re uide plura infrà Lib. prox. cap. 10. quæst. 4. in prin. & except. 10. cum sequentibus.*

Secunda regula. Si reus non defendatur, actor in bona eius mittitur. de qua re uide j. Lib. prox. cap. 2. q. 6.

Tertia regula. Procuratori actoris dominum in causa reconuentionis non defendenti, denegatur actio. de qua re uide s̄. cap. prox. quæst. 4. except. 34. Hactenus de defendendo reo est dictum. Qui autem præter procuratorem teneantur defendere reum, uide j. Lib. prox. cap. 2. quæst. 6. Sed & plura de officijs procuratorum & alijs huiusmodi legibus uide s̄. Lib. eod. cap. prox. in iure aduocatorum. Hactenus igitur de Procuratorum officijs satis sit dictum.

DE EVENTIS PROCVRATIONIS: ET PROCVRATORVM ACTIONIB. Cap. VIII.

DE PRIMO EFFECTV SCILICET adquirendo & retinendo per procuratorem.

PEr procuratorẽ non solũ adquirimus, sed etiam retinemus ius nostrũ. quæ regula approbatur l. 72. ff. de procuratoribus, his uerbis: Per procuratorem non semper adquirimus actiones, sed retinemus: ueluti si reum conueniat intra legitimum tempus: uel si prohibeat opus nouum fieri, ut interdictum nobis utile sit, Quod ui aut clàm. nam & hic pristinum ius nobis conseruat. *Plura de hac re uide alibi de adquirendo, per quos adquir.*

De secundo effectu, hoc est eo quod procurator gessit: Id regulariter ualet, & ex eo tam domino,

quàm contra dominum datur actio & exceptio. quæ regula constat per regulam uulgarē hanc: Quod quis per alium facit, hoc ipse fecisse uidetur. Huius exemplum proponitur l.50.ff. de procurator. his uerbis: Quacunque ratione procurator tuus à me liberatus est, id tibi prodesse debet. Aliud exemplum proponitur l. 66 ff. eod. tt. his uerbis: Si is, qui Stichum aut Damam, utrum eorum ipse uellet, stipulatus est, ratum habeat, quod alterum procuratorio nomine Titius petit: facit ut res in iudicium deducta uideatur, & stipulationem consumat. Planè quod dictum est, ex eo quod procurator gessit, actionem uel exceptionem contra dominum dari, eius exceptio prima hæc est: Nisi ignorante domino gesserit. quæ exceptio approbatur l.49.ff. de procuratorib. his uerbis: Ignorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet. Secunda exceptio est: Nisi procurator fines mandati excessit. Hæc exceptio approbatur l. 10. C. de procuratorib. his uerbis: Si procurator ad unam speciem constitutus, officium mandati egressus est: id quod gessit, nullum domino facere præiudicium potuit. Quòd si plenam potestatem ágendi habuit, res iudicatas rescindi non oportet: cum si quid fraude uel dolo egit, conuenire eum more iudiciorum non prohibearis. Tertia exceptio est: Nisi fraude uel dolo procurator gessit. Hæc exceptio uerbis iam propositis reprobatur.

De tertio effectu, hoc est de actione Mandati, quæ datur domino aduersus procuratorem.

I. CAVSAE EX QVIBVS COMpetit hæc actio.

Prima causa. Si procurator quid dolo uel fraude fecit. Hæc causa approbatur l.10. in fine. C. de procuratoribus. cuius uerba uide paulo superius, except. 2.

Secunda causa. Si instrumentum litis aduersario prodidit. Hæc causa approbatur l.38. §. si quis instr. ff. de pœnis, hisce uerbis: Si quis instrumentum litis suæ, à procuratore aduersario proditum esse conuicerit: procurator si humilior sit, in metallum damnatur: si honestior, adempta bonorum parte dimidia, in perpetuum relegatur.

Tertia causa. Si per collusionem procuratoris, aduersarius fuerit absolutus. Hæc causa approbatur l. 8. §. 1. ff. mandati, his uerbis: Si per collusionem procuratoris absolutus sit aduersarius, mandati eum teneri: sed si soluendo non sit, tūc de dolo actionem aduersus reum, qui per collusionē adsolutus sit, dandā Labeo ait.

Quarta causa est. Si procurator litem quam suscepit, exequi nolit. Hæc causa approbatur ibidem, his uerbis: Sed & de lite quam suscepit exequēda, mandati eum teneri constat.

Quinta causa. Si procurator instrumenta causæ non reddat. Hæc causa approbatur d. l. 8. in prin. his uerbis: Si procuratorem dedero, nec instrumenta mihi causæ reddat, qua actione mihi teneatur? Et Labeo putat mandati eum teneri: nec esse probabilem sententiam, existimantium ex hac causa agi posse depositi. Vniuscuiusq; enim contractus & initium spectandum esse & causam.

Sexta causa. Si procurator quid ex ea causa accepit, ut restituat. Hæc causa approbatur l. 46. §. procurator. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide s̄. cap. prox. reg. 9.

De reliquis causis uide s̄. capite proximo, officia procuratoris.

II. QVIBVS DATVR hæc actio.

De procuratore qui alium procuratorem dedit, & domino, proponitur l. 8. §. si quis manda. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. Lib. eod. cap. 6. quæst. 4. except. 6. repl. 2. dupl. 1.

III. QVAE DETVR ACTIO, & quæ sint adfinia remedia.

Prima regula. Mandati datur actio regulariter. quæ regula approbatur l. 42. §. ea obligatio. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide J. eod. cap. eff. 4. quæstione 2. regul. 1.

Secunda regula. De pœna metalli & exilio, proponitur l. 38. §. si quis instrum. ff. de pœnis. cuius uerba uide paulo superius causa 2.

Tertia regula. De actione, de dolo aduersus aduersarium, proponitur l. 8. §. 1. ff. mandati. cuius uerba uide s̄. causa 3.

Quarta regula. De actione depositi, proponitur d. l. 8. in prin. cuius uerba uide superius causa 5.

De quarto effectu, hoc est, de actione Mandati, quæ datur procuratori aduersus dominum.

I. CAVSAE EX QVIBVS DAtur procuratori aduersus dominum actio.

Prima causa. Si procurator impensas in litem fecit, uel soluit, uel se obligauit. quæ causa approbatur l. 46. §. item cōtra. ff. de procur. his uerbis: Quod ob rē iudicatā procurator soluit, cōtrario mādati iudicio recuperare debet. Concordat d. l. 46. §. litis, his uerbis: Litis impendia bona fide facta, uel ab actoris ꝑcuratore, uel rei deberi ei restitui æquitas suadet. Propositæ causæ, seu regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procurator quid pœnæ nomine, ex suo delicto præstitit. Hæc exceptio approbatur d. l. 46. §. pœnā, his uerbis: Pœnam autem quam ex suo delicto præstitit, recuperare non debet. Secunda exceptio est: Nisi negocio finem nondum imposuerit. Hæc exceptio reprobatur l. 56. §. fin ff. mandati, his uerbis: Sumptus bona fide necessario factos (& si negocio finē adhibere ꝑcurator nō potuit) iudicio mādati restitui necesse est. Tertia exceptio est: Nisi in rem suam procurator sit datus. Hæc exceptio approbatur l. 42. §. ea obligatio. ff. de procur. cuius uerba uide J. q.

prox.

prox.reg.1.Concordat l.30.ff.eo.tt.cuius uerba itidem uide ℨ*.d.quæst. prox.*

Quarta exceptio est:Nisi procurator domino litis hæres existat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.31.in prim.ff. eod.tt. his uerbis: Si quis cum procuratorio nomine condemnatus esset, hæres extiterit domino litis: iudicati actioně non rectè recusabit. Hoc si ex asse: si autem ex parte hæres extiterit, & totum soluerit: si quidem ei mandatum est, hoc quoq; ut soluat, Mandati actionem aduersus cohæredes habebit. Si non sit mandatũ, Negociorũ gestorum actio dabitur. Quod est, & si hæres procurator non extiterit, & soluerit.

Quinta exceptio est:Nisi ei mandatum non sit. Hæc exceptio reprobatur iam dictis uerbis hisce: Si non sit mãdatum, Negociorum gestorum actio dabitur.

Secunda causa. Si procuratori non soluat dominus salarium, uel honorarium. De hac re dictum š*.eod. Lib.cap.5.membr.6.*

II. QVAE ACTIO DETVR, & quæ sint adfinia remedia.

Prima regula. De mandati actione, proponitur l. 42.§.ea obligat.ff.de procuratoribus,his uerbis: Ea obligatio, quæ inter dominum & procuratorem consistere solet, mandati actionem parit. Aliquando tamen non contrahitur obligatio mandati: sicut euenit, cum in rem suam procuratorem præstamus, eoq; nomine iudicatum solui promittimus. Nam si ex ea promissione aliquid præstiterimus, non mandati, sed ex uendito: si hęreditatem uẽdidimus, uel ex pristina causa mandati agere debemus: ut fit, cum fideiussor reum procuratorem dedit. *Concordat l. 46.§. item contra.ff.eod. tit.cuius uerba uide* š*. causa 1.in principio.*

Secunda regula. De uenditi actione, & mandati actione pristina, proponitur iam dictis uerbis hisce: Aliquando tamen non contrahitur obligatio mandati, &c.

Tertia regula. De actione aduersus condemnatum reum, proponitur l. 30.ff.de procuratoribus, his uerbis: Actoris procurator non in rem suam datus, propter impensas quas in litem fecit, potest desiderare, ut sibi ex iudicatione satisfiat, si dominus litis soluendo non sit.

Quarta regula. De actione negociorum gestorum, proponitur l.31.in prim.ff.eod.tt. cuius uerba uide š*. quæst.prox.causa 1.except. 4.*

De quinto effectu. Ex eo quòd gessit procurator, ipse quoq; potest conueniri etiam deposito officio. quæ regula approbatur exemplo l. 69.ff. de procuratorib. his uerbis: Procurator qui pro euictione prędiorum, quæ uendidit, fidem suam adstrinxit, &c.

DE ACTORE ET REO. Item de re litigiosa. Caput IX.

I. DE ACTORE ET REO.

Prima regula. Actor certus ad agendum procedere debet, & antè diligenter omnia explorare. quæ regula approbatur l. 42.in fine.ff. de reg iuris. cuius uerba uide š*.Lib.eod.cap.1.quæst.5.*

Secunda regula. Fauorabiliores rei potius quàm actores habentur. quæ regula approbatur l. 167. ff de reg.iuris, hisce uerbis: Fauorabiliores rei potius quàm actores habentur. *Concordat l.170. ff.eod.tt.his uerbis*: In pari causa possessor potior haberi debet. *Item concordat l.196.ff.eod.tt. his uerbis*: Cum par delictum est duorũ, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit, cum de dolo excipitur petitoris. neq; enim datur talis replicatio petitori: aut si rei quoq; in ea re dolo actum sit. *Item concordat l.33.ff. eod.tt.his uerbis*: In eo quod uel is qui petit, uel is à quo petitur, lucri causa facturus est, durior causa est petitoris. *Item concordat l.38.ibi: In alijs.ff.de re iudicata. cuius uerba uide* ℨ*. Lib. 8.cap.3. except.4.*

Tertia regula proponitur l. 41.ff.de reg.iuris, hisce uerbis: Non debet actori licere, quod reo nõ permittitur.

Quarta regula. Reus in exceptione sua actor est. quæ regula approbatur l.1.ff. de exceptionibus, his uerbis: Agere etiam is uidetur, qui exceptione utitur. Nam reus in exceptione actor est. *Cõcordat l.19. in prin ff. de probationib. his uerbis*: In exceptionibus dicendum est, reum partib. actoris fungi oportere: ipsumq; exceptioně uelut intentionem implere, &c. *Reliqua huius legis uerba uide* ℨ*.Lib.7.cap.2 quæst.2.reg.3.*

Quinta reg. De eo uter sit actor, uter reus definitur in præiudicijs l 12.ff de exception. his uerbis: Generaliter in p̃iudicijs actoris partes sustinet, qui habet intentioně secundũ id qđ intendit. *In causa appellationis, actor intelligitur, qui appellat. quæ regula approbatur l. 29 ff.de iudicijs, his uerbis*: Qui appellat, prior agit. *In mixtis iudicijs, uter sit actor definitur l. 13.cum lege sequente.ff.de iudicijs, hisce uerbis*: In trib. iudicijs familiæ Erciscundę, Cõmuni diuidũdo, & Finiũ regundorũ, quæritur quis actor intelligatur: quia par causa omnium uidetur? Sed magis placuit eum uideri actorem, qui ad iudicium prouocasset. Sed cum ambo ad iudicium prouocant, sorte res discerni solet.

Sexta regul. Ne actor uel reus domũ iudicis ingrediatur, proponitur l unica.§.fin.ff.ad l.Iul.de ambitu, his uerbis: Si quis reus uel accusator domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudiciariam, in legem ambitus cõmittit, & aureos centum fisco inferre iubetur.

Septima regula. Ne actor uel reus iudicem corrumpat, cauetur l.1.C. de pœna iudicis, qui malè iudicauit, his uerbis: Imp. Antoninus A. Constituit in quacunq; causa, siue priuata, siue publica, siue fiscali, ut cuicunque data fuerit pecunia, uel iudici, uel aduersario: amittat actiones is qui diffidentia iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam spem negocij reposuerit. *Sed & falsi pœna coercetur actor uel reus, qui iudicē corrupit l.1.§ sed & si quis. item l.21.ff. ad l. Cornel. de falsis: de qua re uide s̄ Lib.2.cap.3.actione 6.quæst. 5.reg 4.*

II. DE RE LITIgiosa.

Hactenus de personis iudiciorum actum est. Sequitur de rebus, de quibus in iudicijs litigatur, quas litigiosas uocant.

I. DE RE LITIGIOSA non alienanda.

Res litigiosæ alienari prohibetur, & pœna si contra fiat constituitur l.4.C.de litigiosis, hisce uerbis: Censemus, si quis lite pendente uel actiones uel res quas posside t, ad alium queudam transtulerit, siue scientem, siue ignorátem: uitio litigiosi contractus subiacere: distinctione quadam inter contrahentes obseruanda, ut si quis sciens, uel ad uenditiones, uel donationes, seu ad alios contractus accesserit, cognoscat se compellendum nō tantum rem redhibere, sed etiam precio eius priuari, non ut lucro cedat ei qui rem alienauerit, sed ut etiam alia tanta quantitas ab eo fisci iuribus inferatur. Sin autem ignorans rem litigiosam emerit, uel per aliam speciem contractus eam acceperit: tūc irrita rei alienatione facta, precium cū alia tertia parte recipiat. Iustum est etenim propter dolosam mentē, & abscōditam machinationē, cū non emptori manifestauerit rē in iudiciū deductam fuisse: tertia parte precij (sicut iam disposuimus) eum puniri: tali uidelicet pœna non solum in alijs cōtractibus, uerum etiam in donationibus porrigenda: ut uera æstimatione facta (cum precij donatio non est) rem ad alium transferēs, mulctetur: omnibus instrumentis, quæ super hoc conficiantur, nullam uim obtinētibus. Exceptis uidelicet huius sanctionis dispositione ijs, qui uel dotis nomine, uel ante nuptias donationis, uel transactionū, aut diuisionis, rerum hæreditariarū factæ, uel per legata, uel fideicommissi causam tales res uel actiōes dederint, uel acceperint. *Ratio huius regulæ proponitur l.3 ff.de litigiosis. cuius uerba uide j.except.3. Regula autem proposita declaratur definitione rei litigiosæ Nouell. c.112. §.1. his uerbis*: Sancimus, ut litigiosa res dicatur intelligaturq;, siue mobilis, siue immobilis, siue seipsam mouens, de cuius quidem dominio inter actorē & reum mouetur quæstio, siue citatione ad magistratus facta siue precibus Imperatori oblatis, & iudici insinuatis, & per ipsum aduersario eius, qui principē adijt cognitis In his enim casibus, & priorem mansuetudinis nostræ constitutionē, in qua eius rei cōscios & ignorantes emptores discernimus, postea obtinere uolumus. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res in iudiciam deducta non sit: hoc enim casu quamuis aliquando de ea lis oriri poßit, litigiosa tamen non censetur, & ob id propositæ regulæ locus non est. quæ exceptio ex proposita definitione cōstat. Verùm eius replicatio prima uidetur esse: Nisi emptori ab aliquo denunciatum sit, ne emeret. Sed hæc replicatio reprobatur l. 1.in prin. ff. de litigiosis, hisce uerbis*: Litigiosam rem non facit denunciatio, quæ impediendæ uenditionis causa fit. *Concordat l.1.C.de litigiosis, hisce uerbis*: Cum creditor pignus uendit, non potest uideri litigiosæ rei emptio contrahi, & si debitor interdicat ne uēditio perficiatur. *Secunda replicatio est: Nisi creditor pignus uēdat. Sed & hæc replicatio iam propositis uerbis reprobatur. Cui concordat l.2.C.de distract.pignor.his uerbis*: Creditor qui hypothecæ, seu pignori rem sibi nexam uēdiderit, rem litigiosam non uidetur uendere: quia precario debitor possidet. *Tertia replicatio est: Nisi debitor rem alij pignori obligatam uendat. Et hæc replicatio reprobatur Nouell. constit. 112.§.ab hac uerò, his uerbis*: Ab hac litigiosa appellatione hypothecas separatas esse, inque his hanc distinctionem ualere sancimus. ut si quidem speciales res mobiles, uel immobiles, uel seipsas mouentes, nominatim in nexum hypothecarū inferantur, integrum quidē debitori sit eam rem, cui, & quando uelit uēdere, sed ita ut ex precio satis ipse creditori faciat. Sin debitor hoc minus faciat, damus creditori pignus habenti in re uendita licentiá, ut eam uindicet, quousq; sibi pro debito satisfiat. Hæc autem obseruari præcipimus, si non ea res prius alijs fortè creditoribus, uel nominatim speciali, uel generali hypotheca obligata sit. Tunc enim pro tenore nostrarū legū, unicuiq; creditori sua tēporum priuilegia custodiri, sancimus: Vnde manifestū est, quòd multo minus generales hypothecas litigiosi appellatione contineri uelimus. Quin harū actiones secundum ueterum legum placita examinari, & suum habere uigorem iubemus. *Quarta replicatio est: Nisi preces eius rei nomine Imperatori oblatæ sint, & ad eas rescriptum ab Imperatore impetratum. Hæc replicatio approbatur Nouell. c.112.§.1.cuius uerba uide s̄.ead.reg.in prin. Hæc de prima exceptione sint dicta.*

Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi non ei qui alienat, sed alij de remoueatur controuersia. quæ exceptio

exceptio approbatur l. 2. §. si inter. ff. de litigiosis, hisce uerbis: Si inter primum & secundum lis cõtestata sit, & ego à Tertio emero, qui nullã cõtrouersiam patiebatur: uideamus an exceptioni locus sit? Et putem subueniendũ mihi: quia is qui mihi uendidit, nullam litẽ habuit. Et quod potest fieri, ut duo inuicem eius litem inter se iungant, qui cum ipso litigare non poterunt. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum procuratore, tutore, uel curatore eius qui alienauit, lis sit. quæ replicatio approbatur d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Si tamen cum procuratore, tutore, curatoreue alicuius acceptum iudicium sit: consequens erit dicere, quasi cum ipso litigetur, ita ad eum exceptionem pertinere.

Tertia exceptio est: Nisi in sacrum dedicauit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. ff. de litigiosis, hisce uerbis: Rem de qua controuersia est, prohibemur in sacrum dedicare: alioquin dupli pœnam patimur: nec immeritò: ne liceat eo modo duriorem aduersarij conditionem facere. Sed duplũ utrum fisco, an aduersario præstandum sit, nihil exprimitur. Fortassis autem magis aduersario, ut id ueluti solatiũ habeat pro eo quod potentiori aduersario traditus sit.

Quarta exceptio est: Nisi per legatum, uel hæreditatem res litigiosa sit alienata. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. fin. C. de litigiosis. cuius uerba uide s. ead. reg. in pr. Cõcordat l. 3. C. eod. tit. his uerbis: Quicũq; rẽ litigiosam, uel ambiguũ chirographum, quodlibet deniq; mobile, siue immobile fisco nostro, uel potentiori, seu alijs personis in testamento, siue in codicillis legauerit, fideiue commiserit, aut per hæreditatẽ reliquerit, nullam fiscus noster uel alia persona licentiam habeat iurgiorum, nec iudicium subeat: sed æstimatio eius litis ineatur, præstanda ijs quibus actiones uel res litigiosæ relictæ sunt. Eandẽq; litem ipsi hæredes peragant, suarũ actionum periculo ea quæ religiosa fuerant relicta, uindicantes. Quod & chirographis placet, ut hæredes relictorum fisco uel alijs personis præsentem pecuniam numerent, & iudicio eos quos obnoxios existimant, persequantur. *Hæc constitutio corrigitur per Nouell. c. 112. §. illud quoque, his uerbis:* Sancimus, ut si quempiam ex ijs qui de rebus litigant, cum humanis excedit, contingat aliquid rerum, quarum de dominio mouetur controuersia, per ultimam uoluntatẽ legati nomine relinquere, siquidem hæres iudiciaria sententia earum dominus comprobatus fuerit, tunc legatarius omnibus modis, id quod ipsi relictum est, ferat. Sin hæres in iudicio deteriorẽ sententiam reportauerit, locum legatarius ad alteram rem pro eodem legato ab hærede exigendam non habeat: quandoquidem testator qui litigiosam rem esse nouit, litis euentum legatario reliquerit. Vnde licentiam damus legatario (ut si hoc sibi expedire putauerit) socium se in litem addat, ne quam fortè negligentiam postea aut proditionem possit hæredi opponere.

Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi per diuisionem inter hæredes factam, res litigiosa fuerit alienata. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. fin. C. de litigiosis. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin. Concordat Nouell. c. 112. §. sed & illud, his uerbis: Sancimus, ut si reum pendente adhuc lite de re litigiosa mortem obire contingat, hæredesq; eius uelint bona diuidere, absq; impedimento liceat hoc eis agere. Nam cum litigiosæ res per successionem deferuntur ad hæredes, harum inter hæredes diuisio pro alienatione intelligi non debet. *Sexta exceptio est: Nisi dotis uel antenuptialis donationis nomine alienatũ sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. fin. Septima exceptio est: Nisi transactionis nomine alienetur. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. fin. Octaua exceptio est: Nisi ignorans quis rem litigiosam comparauit: hic enim propositæ pœna non tenetur. quæ exceptio approbatur d. l. 4. §. sin autem ignorãs. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin. Sanè utrum serui comparantis, an domini ignorantia spectanda sit, definitur l. 2. ff. de litigiosis, hisce uerbis:* Si seruus cum emerit scit: ignorauit aũt dominus, uel cõtrà, uidẽdum est, cuius potius spectãda sit scientia? Et magis est, ut sciẽtia inspicienda sit eius qui cõparauit, non eius cui adquiritur. Et ideo pœna litigiosi competit: sic tamen si non mandatu domini emit. nam si mandatu, etiamsi scit seruus, dominus autem ignorauit, scientia non nocet. & ita Iulianus in re litigiosa scribit.

Nona exceptio est: Nisi non reus, sed actor rem uel actionem pendente lite alienauit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de litigiosis, his uerbis: Lite pendente actiones, quæ in iudicium deductæ sunt, uel res pro quibus actor à reo detentis intendit, in coniunctam personam uel extraneam, donationibus, uel emptionibus, uel quibuslibet alijs contractibus minimè transferri ab eodem actore liceat: tanquam si nihil factum sit lite nihilominus peragenda. *Hæc de alienatione rei litigiosæ sint dicta. Planè supradictæ regulæ adfine remedium est actio, quæ competit ex alienatione iudicij mutandi caussa facta, de qua alibi dicetur.*

II. DE RE LITIGIOSA *sequestranda.*

1. An res litigiosa sit sequestranda.

Regulariter quidẽ ad rem sequestrandã reus cogi nõ debet.

debet. quæ regula approbatur l. unica. C. de prohibita sequestrat. pecuniæ, his uerbis: Quoties ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. Oportet enim debitorem primò conuinci, & sic ad solutionem pulsari. Quam rem non solùm iuris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet, ut probationes secũ adferat, debitoréq; conuincat pecuniam petiturus. *Declaratur regulæ proposita definitione sequestrationis l. 6. ff. depositi, his uerbis*: Proprie in sequestro est depositũ, quod à pluribus in solidum certa conditione custodiendum, reddendumq; traditur. *Cõcordat l. 17. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Licet deponere tam plures quàm unus possunt: attamen apud sequestrũ nõ nisi plures deponere possunt. nam tunc id fit, cum aliqua res in controuersiam deducitur. Itaq; hoc casu in solidum unusquisque uidetur deposuisse: quod aliter est, cum communem rem plures deponunt. *Concordat l. 109. ff. de uerb. signif. his uerbis*: Sequester dicitur, apud quẽ plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt: dictus ab eo quòd occurrenti, aut quasi sequenti, eos qui contendunt committitur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pro re mobili non sit satisdatũ. quæ exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. qui satisdat. cog. his uerbis*: Si satisdatum pro re mobili non sit, & persona suspecta sit, ex qua datio desideratur, apud officium deponi debebit (si hoc iudici sederit) donec uel satisdetur, uel lis finem accipiat. *Concordat l. 19. C. de agricolis & censitis. lib. 11. his uerbis*: Litibus imponentes celeritatem, sancimus si quando coloni cuiuscunque conditionis contra dominos terræ proclamauerint, super hoc ipso dubitantes, utrum is terræ dominus est, necne? an ipsi coloni dominium suæ terræ possident (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixoque tempore, uel longinqua & inueterata redituum susceptione sufficientem habent cautelam: in quibus casibus ne contra dicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præscriptione, uel redituum frequentissima consequentia, colonorum impetus excludente) talem esse super redituum uel publicarum functionum præstatione formam censemus. Ut si tales coloni quales prædiximus, idoneum fideiussorem totius summæ, quæ ab his dependitur, præstiterint, quòd omnes reditus sine ulla procrastinatione, si melior causa dominorum iudicetur, eis restituent: & talis fideiussor per triennium accipiatur, eoque impleto iterum renouetur: coloni in medio nullo modo super reditibus à dominis inquietentur. Si autem hoc coloni minimè facere uoluerint, uel potuerint: tunc ijdem reditus per officium iudicis annui exigantur per solita tempora in quæ etiam dependebantur dominis, & deponantur in æde sacra, uel in Cimeliarchio ciuitatis sub qua possessio sita est: uel si localis ecclesia ad susceptionem pecuniarum idonea non sit, in Metropolitana ecclesia remaneant cum omni cautela, & post plenissimam definitionem uel dominis dentur, uel colonis restituantur. Sin autem reditus non in auro, sed in speciebus inferantur, uel in totum, uel in partem: iterum per officium iudicis fructus uendantur. & precia eorum secundum prędictum modum deponantur. Hæc de reditibus definientes, ad publicas transeamus functiones, & siquidem coloni more solito eas dependant, ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo præiudicio dominis generando, qui & quiescentibus colonis, & non contradicentibus, ad publicum tributarias functiones minimè inferebant. Sin autem moris erat dominos totam summam accipere, & ex ea partẽ quidem in publicas uertere functiones, partẽ aũt in suos reditus habere: tũc liquidẽ fideiussor à colonis detur, eundẽ fideiussorẽ dominis sine pīudicio litis tantã summã inferre, quantã tributa publica faciũt, ut à dominis publicis rationibus persoluatur: nullo ex hoc colonis præiudicio generãdo: super reditibus enim, domini fideiussione fiant cõtenti. Sin aũt fideiussione cessante ad sequestrationẽ res ueniant, & pecuniæ deponãtur: & ex earũ summa tantã iudices separare, quantam ad publicas sufficiat functiones: & eam dispositionem dominum accipere: quatenus ipse eam persoluens, publicas accipiat securitates: reliqua quantitate, quæ in reditus puros remanet, in tuto collocanda, & litis terminum expectante: nullo præiudicio, siue colonis, siue dominis ex huiusmodi fideiussione, uel sequestratione uel publicarum functionum solutione generãdo: sed omni causa in suspẽso manente, donec iudicialis sententia, quæ de toto negocio procedit, omnem rem aperiat, & ostendat quia dominus terræ constitutus sit, & ad quem publicarum functionem securitas debeat in posterum fieri, seu reditus peruenire, uel permanere. *Concordat item exceptioni propositæ l. 16. §. final. ff. de officio præsidis, hisce uerbis*: Senatuscõsulto cauetur, ut de his quæ ꝓuincias regentes, comitesúe, aut liberti eorũ, antequã in ꝓuinciã uenirent cõtraxerũt, parcissimè ius dicatur: & ut actiones amissæ ob eã causam, quod institutę non sint, postquã quis eorum ex ea prouincia excesserit, restituantur.

tuantur. Si quid tamen inuito accidit, ueluti si iniuriam aut furtũ passus est, hactenus ius dicẽdum est, ut lis contestetur, resq; ablata exhibeatur & deponatur, aut sisti exhiberiue satisdato promittatur. *Hæc de prima probibitæ sequestrationis exceptione sunt dicta.*

Secunda exceptio est: Nisi aduersarius res dißipet & consumat. Hæc exceptio approbatur exemplo doctis l.22.§.sin autem, ibi: Si uerò dotem. ff. soluto matrimonio, his uerbis: Si dotem ita maritum dissipare manifestum est, ut hominem non frugi, oportet dotem tunc seqnesttari, quatenus ex ea mulier competens habeat solatium unà cum sua familia: pactis uidelicet dotalibus, quæ inter eos ab initio nuptiarũ inita fuerunt, in suo statu durantibus, & alterius expectantibus sanitatem, aut mortis euentum. *Item alio exemplo exceptio proposita approbatur l.21.§.fin. ff. de appellationib. his uerbis:* Impp. Antoninus & Verus rescripserunt: Quamuis usitatum non sit, post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit, deponi: tamen cum popularentur ab aduersario, æquum sibi uideri fructus apud sequestrum deponi.

Tertiæ exceptio est: Nisi sententia contra reum lata, executio per appellationem fuerit suspensa. quæ exceptio approbatur l.5.C. quorum appell. non recipiantur, his uerbis: Ab executione appellari non posse, satis & iure & constitutionib. cautum est: nisi fortè executor sententiæ modũ iudicationis excedat. A' quo si fuerit appellatũ, executione suspensa decernendum putamus, ut si res mobilis est, ad quam restituendam executoris opera fuerit indulta appellatione suscepta, possessori tes eadem retrahatur, & sequestro idoneo collocetur, reddenda ei parti pro qua sacer cognitor iudicauerit. Quòd si de possessione, uel de fundis executio cessauerit, & eam suspenderit prouocatio: fructus omnes qui tempore interpositæ prouocationis capti, uel postea nati erunt, in deposito collocentur, iure fundi penes eum qui appellauerit constituto. Sciant autem se procuratores uel ab executione appellantes, uel ab articulo, si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta librarum argenti animaduersione mulctandos.

Quarta exceptio est: Nisi restitutio differatur ob non præstationem actoris: hoc enim casu res restituenda, sequestranda est. quæ exceptio approbatur exemplo l.1.§. si frater. ff. de collatione bonor. his uerbis: Si fratet cauere non possit, curator portionis eius constituitur, apud quem refecta pecunia collocetur: ut tunc demum recipiat quod redactum est, cum bona propria contulerit.

Quinta exceptio est: Nisi seruus in libertatem proclamet: hoc enim casu peculium eius & aliæ res sequestrantur. quæ exceptio approbatur l.1.§. super peculio, in fine. C. de adsert. toll. his uerbis: Præcipimus illorum tantum peculia, qui ex possessione seruitutis super libera conditione litigant, aliasque res quæ uindicantur, in tuto pro dispositione iudicis collocari. *Concordat l.3.§.fin. C. quibus ad libert. procla. Hactenus de prima quæstione, an scilicet res litigiosa sit sequestranda, est dictum: nunc ad reliquas quæstiones accedamus.*

2. Quid sequestrandum.

Aliquando res ipsa sequestranda, aliquando precium eius, scilicet si res ipsa sit peritura. quæ regula approbatur l.19.§. sin autem reditus. C. de agricolis & censitis. cuius uerba uide s. quæstione proxim. exceptione prima.

3. Vbi sequestrandum.

Definitur d.l.19.§. si autem hoc minimè. cuius uerba uide s.d. except. 1.

4. Euentus.

Aduersus sequestrum actio depositi competit. quæ regula approbatur l. 5. §. in sequestrum. ff. depositi, his uerbis: In sequestrum depositi actio competit. *Concordat l.12.§. cum sequestro. ff. eod. tit. his uerbis:* Cum sequestro rectè agetur depositi sequestraria actione: quum & in hæredẽ eius teddi oporteat. *De hac actione depositi sequestraria uide in actione Depositi generali.*

DIGE-

DIGESTORVM LIBER SEXTVS.

DE ACTIBVS IVDICIORVM ante litis contestationem.

Hactenus de Personis iudiciorum, necnon de rebus litigiosis est dictum. Sequitur tertius iudiciorum locus: hoc est actus iudiciales, quorum alij quidem litis contestationem præcedunt: alij uerò eam sequuntur. De illis quidē in hoc Libro dicetur. de hisce uerò in libris sequentibus. Litis igitur contestationem præcedunt: Citatio, citati contumacia & absentia, ob eamq; contingentes actus. Editio libelli, Dilatio, Exceptiones dilatoriæ, & cautiones: de quibus singulis ordine nunc tractandum, & primum de Citatione, seu de in ius uocando.

DE IN IVS VOCANDO. Cap. I.

I. ACTVS *in ius uocandi primus est, & initium est actionum instituendarū. quod approbatur Inst. de pœna temerè litig. §. omnium, his uerbis:* Omnium actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, qua Prætor edicit de in Ius uocando. Vtique enim in primis aduersarius in ius uocandus est: id est, ad eum uocandus, qui ius dicturus sit.

II. *Definitio proponitur l. 1. ff. de in ius uocando, his uerbis:* In ius uocare, est iuris experiundi causa uocare.

III. VNDE QVIS IN ius uocandus.

Prima regula. De domo in ius uocandi, proponitur l. 18. cum lege sequente. ff. de in ius uocando, his uerbis: Plerique putauerunt nullum de domo sua in ius uocari licere: quia domus tutissimum cuiq; refugium atq; receptaculum sit: eúmq; qui inde in ius uocaret, uim inferre uideri. Satisq; pœnæ subire eum, si non defendatur, & latitet. Certum enim est, quod mittitur aduersarius in possessionem bonorum eius. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi aditum ad se præstet, uel ex publico conspiciatur. Hæc duplex exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed si aditū ad se præstet, aut ex publico conspiciatur, rectè in ius uocari eum Iulianus ait. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi ut extrahatur, hoc enim non licet quæ replicatio approbatur l. 21. ff. eod. tit. his uerbis:* Sed & si is qui domi est interdū uocari in ius potest: tamē de domo sua nemo extrahi debet.

Secunda regula. De uinea, balneo, &c. proponitur l. 20. ff. de in ius uocādo, his uerbis: Sed etiam à uinea & balneo, & theatro, nemo dubitat, in ius uocare licere.

IIII. QVI IN IVS VOCANdi uel non, item antecedentia.

Prima regula. De furiosis & infantibus, proponitur l. 4. in prin. ff. de in ius uocando, his uerbis: Nec furiosos uel infantes, in ius uocare oportet.

Secunda regula. De puellis impuberibus alieno iuri subiectis, proponitur l. 22. in prin. ff. eod. tit. his uerbis: Neq; impuberes puellas, quæ alieno iuri subiectæ sunt, in ius uocare permissum est.

Tertia regula. De magistratibus, & alijs qui cū imperio sunt: nec non de alijs quibusdam, proponetur in Comment. de Actionibus. Quando competant.

Quarta regula. De personis quibus reuerentia debetur, sine iussu Prætoris in ius non uocandis, proponitur l. 13. ff. de in ius uocando, his uerbis: Generaliter eas personas, quibus reuerentia præstanda est, sine iussu Prætoris in ius uocare non possumus. *Huius regulæ exempla sunt regulæ sequentes.*

Quinta regula. De parentibus & similibus personis, proponitur l. 4. §. 1. ff. de in ius uocando, his uerbis: Prætor ait. Parentem, patronum, patronam, liberos, parentes patroni, patronæue in ius sine permissu meo ne quis uocet. *Concordat Inst. de pœna temerè litigantium. §. fin. his uerbis:* Hac parte Prætor parentibus & patronis, item parentibus liberisq; patronorum & patronarum hunc præstat honorem, ut non aliter liceat liberis libertisq; eos in ius uocare, quàm si id ab ipso prætore postulauerint & impetrauerint. Et si quis aliter uocauerit: in eum pœnam solidorum quinquaginta constituit. *Propositæ regulæ exceptio prima uidetur esse: Nisi fœminini sexus parentes sint. Hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. parentem, his uerbis:* Parentem hic utriusq; sexus accipe. Sed an in infinitum, quæritur? Et quidam usq; ad tritauum parentem appellari aiunt, superiores maiores dici. Hoc ueteres existimasse Pomponius refert. Sed Caius Cassius usq; in infinitum omnes parentes dicit: quod & hone-

honestius est, & meritò obtinuit. Cōcordat l. 1. in fine. C. de in ius uocando. *Secunda exceptio est: Nisi parentes sint ultra tertium uel quartum gradum. Et hæc exceptio iam dictis uerbis reprobatur.* *Tertia exceptio est: Nisi parentes actorem in seruitute susceperint. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. parentes, his uerbis:* Parentes etiam eos accipi Labeo existimat, qui in seruitute susceperunt.

Quarta exceptio est: Nisi filius illegitimus sit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. fin. cum legib. sequentib. his uerbis: Nec tantum (ut Seruius dicebat) ad solos liberos iustos pertinet: sed etsi uulgò quæsitus sit filius, matrem in ius non uocabit: quia certa est, etsi uulgò conceperit: pater uerò is tantum, quem nuptiæ demonstrant. Parentes naturales in ius uocare nemo potest. Vna est enim omnibus parentibus seruanda reuerentia.

Quinta exceptio est: Nisi patris adoptiui sint parentes. Hæc exceptio approbatur l. 7. ff. de in ius uocando. his uerbis: Patris adoptiui parentes impunè uocabit: quoniam hi parentes eius nō sunt: cum ijs tantum cognatus fiat, quibus & adgnatus. *Sexta exceptio est: Nisi in potestate eius, quem in ius uocat actor, sit constitutus. Hæc exceptio reprobatur l. 8. in prim. ff. de in ius uocando, his uerbis:* Adoptiuum patrem, quamdiu in potestate est, in ius uocare non potest, iure magis potestatis, quàm præcepto prætoris: nisi sit filius qui castrense habeat peculium: tunc enim causa cognita permittitur. Concordat l. 3. in pr. C. eod. tt. cuius uerba uide J. ex. 9.

Septima exceptio est: Nisi adoptiuum patrem, à quo rursus est emancipatus, in ius uocauerit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce: Adoptiuum patrē quamdiu in potestate est, &c. *Octaua exceptio est: Nisi actor in adoptiua familia sit constitutus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 8. §. 1. his uerbis:* Sed naturalem parentē, nec quidē dū est in adoptiua familia in ius uocari licet. *Nona exceptio est: Nisi prætor permiserit. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de in ius uocando, his uerbis:* Qui in potestate patrum agunt, aduersus eos experiri non possunt. Si igitur emancipata es, uenia edicti petita hoc facere non prohiberis: quod & in matris persona est obseruandum. Concordat l. 8. in prim. ibi: *Tunc enim causa cognita permittitur. ff. eod. tt. cuius uerba uide S. except. 6. Huius exceptionis replicatio est: Nisi actor in potestate sit eius, quem in ius uocat. Hæc replicatio ex ijs quæ iam dicta sunt, constat.*

Sexta regula. De patrono & patrona, proponitur l. 4. §. 1. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide S. reg. prox. in prin. Concordat Inst. de pœna temerè litigantium, §. fin. cuius uerba uide ibidem. Concordat l. 2. C. de in ius uocando. cuius uerba uide J. ead. reg. except. 16. Declaratur hæc causa l. 8. §. patronum. ff. de in ius uocando, his uerbis: Patronum (inquit) Patronam. Patroni accipiendi sunt, qui ex seruitute manumiseūt: uel qui collusiones detexerunt: uel si præiudicio pronuncietur esse libertus, cum alioqui non fuerit: aut si iurauit eum libertū meum esse: quemadmodū per contrarium pro patrono non habebor, si contra me iudicatum est: aut si me deferente iurauerit, se libertum non esse. *Ex his uerbis duæ aduersus regulam propositam exceptiones constant: quarum prima hæc est: Nisi iudicatum sit, in ius uocatum actoris patronum non esse. Altera exceptio est: Nisi actor delato iureiurando iurauit, in ius uocatum patronum suum non esse.* *Tertia exceptio est: Nisi patronus ad iusiurandum libertum, uel libertam adegit, ne uxorem ducat, uel ne nubat. Hæc except. approbatur d. l. 8. §. fin. his uerbis:* Si ad iusiurandum adegi ne uxorem ducat, ne nubat, impunè in ius uocabor. Et Celsus quidem ait, in tali liberto ius patronatus ad filium meum me uiuo non transire: Sed Iulianus contrà scribit, & pleriq; Iuliani sententiam probant, secundum quod eueniet ut patronus quidem in ius uocetur, filius quasi innocens non uocetur. *Quarta exceptio est: Nisi ex causa fideicommissi manumisit. Hæc exceptio reprobatur l. 9. ff. de in ius uocando, his uerbis:* Is quoq; qui ex causa fideicommissi manumittit, non debet in ius uocari: quamuis ut manumittat in ius uocetur. *Quinta except. est: Nisi ex cōstitutione Marci imperatoris ad libertatem peruenerit actor patrono in manumittendo cessante. Hæc exceptio reprobatur sub cōditione l. 10. in prin. ff. de in ius uocando, his uerbis:* Sed etsi hac lege emi, & manumittam, & ex cōstitutione diui Marci uenit ad libertatem: cum sim patronus, in ius uocari non potero. Sed si suis nummis emi, & fidem fregi, pro patrono nō habebor. *Sexta exce. est: Nisi actrix ob id libera effecta sit, quòd contra legem uenditionis sit prostituta. Hæc exceptio approbatur certo modo d. l. 10. §. 1. his uerbis:* Prostituta contra legem uēditionis, uenditorem habebit patronum, si hac lege uenierat, ut si prostituta esset, fieret libera. At si uenditor, qui manus iniectionē excepit, ipse prostituit (quoniam & hęc peruenit ad libertatem) sub illo quidem, qui uendidit libertatem consequitur: sed honorem haberi ei æquum non esse, Marcellus libro sexto Digestorum existimat. *Septima exceptio est: Nisi patronus capite sit deminutus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 10. §. patronum. cuius uerba uide J. except. prox. Octaua exceptio est: Nisi libertus capite sit deminutus. Hæc exceptio reprobatur d. §. patronū, his uerbis:* Patronū autē accipimus, etiā si capite minutus sit: uel si libertus capite minutus sit, dū adrogaretur p obreptionē. Cū enim hoc ipso quod adrogatur, cęlat cōditionē, nō id actum uidetur, ut fieret ingenuus. *Nona exceptio est: Nisi libertus ius aureorum annulorū impetrauerit. Hæc exceptio reprobatur d. l.*

10. §. sed etsi ius, his uerbis: Sed etsi ius annulorum accepit, puto eum reuerentiam patrono exhibere debere, quamuis omnia ingenuitatis munia habeat. Aliud est, si natalibus sit restiturus. nam princeps ingenuũ facit. *Decima exceptio: Nisi libertus natalibus sit restitutus. quæ except. approbatur iam dictis uerbis hisce:* Aliud est si natalibus, &c. *Vndecima exceptio est: Nisi corporis uel collegij libertus sit. Hæc exceptio approbatur sub conditione l. 10. §. qui manumittitur. ff. de in ius uocando, his uerbis:* Qui manumittitur à corpore aliquo, uel collegio, uel ciuitate, singulos in ius uocabit. nam nõ est illorũ libertus, sed reipub. honoré habere debet. Etsi aduersus rempub. uel uniuersitaté uelit experiri, ueniá edicti petere debet: quáuis actorem eorum constitutũ in ius sit uocaturus. *Concordat l. 6. §. uniuersitatis, in fine. ff. de diuis. rerũ, his uerbis:* Libertus ciuitatis non habet necesse ueniá edicti petere, si uocet in ius aliquem ex ciuibus. *Duodecima exceptio est: Nisi patronus sit deportatus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 10. §. si per pœnam, his uerbis:* Si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus, putat Põponius eũ amisisse honoré: sed si restitutus fuerit, fore ei etiá huius edicti cõmodũ saluũ. *Decimatertia exceptio est: Nisi patronus nõ suo, sed alieno nomine in ius uocetur. Hæc exceptio reprobatur d. l. 10. §. fin. his uerbis:* Sẽper auté hũc honoré patrono habendũ, etsi quasi tutor, uel curator, uel defensor, uel actor, interueniat patronus. *Decimaquarta exceptio est: Nisi non ipse patronus, sed tutor eius uel curator uocetur. Hæc exceptio approbatur d. §. fin. his uerb.* Sed si patroni tutor uel curator interueniat, impunè posse eos in ius uocari. Põpõius scribit, & uerius est. *Decimaquinta exceptio est: Nisi actor pluriũ sit libertus. Hæc exceptio reprobatur l. 23. ff. de in ius uocãdo. his uerbis:* Cõmunis libertus, (licet plurium sit,) debet à prætore petere ut ei liceat uel quẽdá ex patronis suis uocare, ne in pœná incidat ex edicto prætoris. *Decimasexta exceptio est: Nisi ob rusticitaté patronum, eius' ue filiũ in ius sine iussu prætoris uocauit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de in ius uocando, his uerbis:* Gratia edicti nõ petita, patronũ seu patroná, eorũque paréntes & liberos, hæredes insuper etsi extranei sint, à libertis seu liberis eorũ nõ debere in ius uocari, ius certissimũ est, nec in ea re rusticitati uenia præbeatur, cum naturali ratione honor huiusmodi personis debeatur. Cũ igitur cõfitearis patroni tui filiũ sine permissu præsidis te in ius uocasse, pœná edicto perpetuo præstitutá, rescripto tibi cõcedi temerè desideras. *De reliquis exceptionib. uide J. quæst. prox.*

Septima regula. De liberis & parentibus patroni, sine permissu prætoris in ius nõ uocãdis, proponitur l. 4. §. 1. ff. de in ius uocãdo, cuius uerba uide ś. reg. 5. in prin. cõcordat Inst. de pœna temerè litigãt. §. fin. cuius uerba uide d. reg. 5. in prin. Concordat item l. 2. C. de in ius uocando. cuius uerba uide ś. reg. prox. except. 16. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi patronus ipse impunè in ius possit uocari: hoc enim casu uidetur, quòd eius quoq; liberi possint. uerùm hæc exceptio reprobatur l. 8. §. fin. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide ś. reg. prox. except. 3. Secũda exceptio est: Nisi fœminini sexus liberi, uel parentes patroni sint. Hæc exce. reprobatur l. 10. §. liberos. ff. eod. tt. his uerbis: Liberos paréntes, patroni patronæ'ue utriusq; sexus, accipere debemus. *Tertia exceptio est: Nisi adoptiui parentes sint. Hæc exceptio reprobatur sub conditione d. l. 10. §. parentes, his uerbis:* Parentes etiá patroni adoptiui excipiuntur, sed tá diu, quádiu adoptio durat. *Quarta exceptio est: Nisi filius patroni, in adoptionem alij si datus uel in adoptiua familia susceptus nepos sit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 10. §. si filius, his uerbis:* Si filius meus in adoptionem datus sit, uocari à liberto meo in ius nõ poterit: sed nec nepos in adoptiua familia susceptus. *Quinta exceptio est: Nisi nepos patroni sit adoptiuus. Hæc exceptio approbatur d. l. 10. §. sed si filius, his uerbis:* Sed si filius meus emácipatus adoptauerit filium, hic nepos in ius uocari poterit. nam mihi alienus est. *Sexta exceptio est: Nisi parentes uel liberi patroni sint ultra quintum gradum. Hæc exceptio reprobatur d. l. 10. §. liberos, his uerbis:* Liberos autem secundum Cassiũ (ut in parentibus) & ultra trinepotem accipimus. *Septima exceptio est: Nisi filius sit libertæ ex patrono conceptus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 10. §. si liberta, his uerbis:* Si liberta ex patrono fuerit enixa, mutuò se ipsa & filius eius in ius nõ uocabunt. *Octaua except. est: Nisi liberi patroni, capitis accusauerunt libertũ actoré, uel eũ in seruituté petierunt. Hæc exceptio approbatur d. l. 10. §. sin aũt liberi, his uerbis:* Sin aũt liberi patroni capitis accusauerũt libertũ paternũ, uel in seruituté petierunt, nullus honor eis debetur.

Octaua regula. De uxore patroni, proponitur l. 1. C. de in ius uocãdo, his uerbis: Sicut bonis morib. conuenit reuerentiam manumissoris uxori præberi: ita te exigente, in ius eam sine permissu prætoris, uocari prohibitum est.

Nona regula. De heredibus patroni etiam extraneis, proponitur l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide ś. reg. 6. exceptione 16.

V. EVENTVS, SEV DE ACTIONE si quis sine permissu Prætoris in ius uocauerit.

I. Causæ ex quibus datur hæc actio, enumeratæ sunt ś. quæst. prox. si scilicet quis paréntem, patronum, patroni liberos atq; parentes sine permissu prætoris in ius uocauerit. cuius causæ præter suprà enumeratas exceptiones sunt & plures generales, quarum prima hæc est: Nisi eũ qui in ius uocauit, pœniteat, & actio-

nem

nem remittat. Hæc exceptio approbatur l. 11. ff. de in ius uocando, his uerbis: Quãuis nõ adijciat Prętor causa cognita se pœnale iudiciũ daturũ: tamẽ Labeo ait moderandã iurisdictionẽ, si pœniteat libertũ, & actionẽ remittat.

Secunda exceptio est: Nisi uocatus non ueniat. quæ exceptio approbatur ibidẽ, his uerbis: Vel si patronus uocatus nõ ueniat, aut nõ inuitus uocatus sit, licet edicti uerba non patiantur. *Tertia exceptio est: Nisi uolens sit uocatus. quæ exceptio approbatur iam dictis uerbis hisce:* Aut nõ inuitus uocatus sit. *Quarta exceptio est: Nisi permissu prætoris in ius uocauerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̃. reg. 5. except. 9. concordat l. 10. §. prætor ait. ff. de in ius uocando, his uerbis:* Prætor ait, In ius sine permissu meo ne quis uocet: permissurus enim est. Si famosa actio nõ sit, uel pudorẽ nõ suggillat qua patronus cõuenitur, uel parẽtes: & totũ hoc causa cognita debet facere. nã interdũ etiã ex causa famosa (ut Pedius putat) permittere debet patronũ in ius uocari à liberto, si eũ grauissima iniuria affecit, flagellis fortè cęcidit,

Quinta exceptio est: Nisi nõ suo nomine patronũ in ius uocet. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. de in ius uocando, his uerbis: Quæsitũ est, an tutor pupilli nomine patronã suã sine permissu prætoris in ius uocare possit? Paulus respondit eũ, de quo queritur, pupilli nomine etiã patronã suã in ius uocare potuisse, sine permissu pretoris. *Sexta exceptio est: Nisi ob rusticitatem in ius uocauit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide s̃. reg. 6. except. 16. Septima exceptio est: Nisi præsidẽ tãtũ interpellauit ad cogẽdũ patronũ, ut actionem cõtra se propositã persequatur. Hæc exceptio approbatur l. 14. ff de in ius uocando, his uerbis:* Libertus à patrono reus constitutus, qui se defendere paratus, pro tribunali pręsidem prouinciæ frequenter interpellat: patronũ accusatorẽ in ius uocare non uidetur. *Octaua exceptio est: Nisi libellũ tãtũ principi uel præsidi dedit aduersus parẽtẽ uel patronũ. Hæc exceptio approbatur l. 15. ff eod. tt. his uerbis:* Libertus aduersus patronũ dedit libellũ, nõ dissimulato se libertũ eius esse. an si ad desideriũ eius rescribatur: etiam remissa edicti pœna, esse uideatur? Paulus respondit, non puto ad hunc casum edictũ prætoris pertinere. Neq; enim qui libellum principi uel præsidi dat, in ius uocare patronũ uidetur. *Reliquas exceptiones uide s̃. in regulis præcedentib.*

2. Quibus hæc actio competit.

Prima reg. De filiosfamiliâs proponitur l. 12. ff. de in ius uocãdo, his uerb. Si libertus in ius uocauerit cõtra prætoris edictũ filiũ patroni sui, quẽ ipse patronus in potestate habet: probandũ est, absente patre, subueniendũ esse filio qui in potestate est, & ei pœnalẽ in factum actionem, id est quinquaginta aureorum aduersus libertum competere.

Secunda regula. De hæredibus in ius uocati, proponitur l. 24. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. 4.

3. Aduersus quos datur.

In hæredẽ nõ datur. quæ regula approbatur d. l. 24.

4. Quid ueniat in eam.

Quinquaginta aureorum pœna uenit. quæ regula approbatur d. l. 24. his uerbis: In eũ, qui aduersus ea fecit, quinquaginta aureorũ iudiciũ datur: quod neq; hæredi, neque in hæredem, nec ultra annum datur. *Concordat l. 12 ff. eo. tt. cuius uerba uide paulo superius quæst. 2. item concordat. Inst. de pœna temerę litigantiũ. §. fin. cuius uerba uide s̃. eod. cap. quæst. 3. reg. 5. in prin. item concordat l. ult. ff. de in ius uocando. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi reus inops sit. quæ exceptio approbatur d. l. ult. his uerbis:* Si sine uenia edicti impetrata libertus patronum in ius uocauerit: ex querela patroni, uel quinquaginta aureorũ pœnã dat, uel à p̃fecto urbi quasi inofficiosus castigatur, si inopia dignoscitur laborare.

5. Quamdiu competat.

Annalis est actio. quæ regula approbatur l. 24. in fine. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide s̃. q. prox.

DE CONTVMACIA IN ius uocati, et edicto peremptorio.

Cap. II.

SI citatus, uel in ius uocatus non uenerit, peruenitur ad edictum peremptorium, de quo cum suis effectis in hoc Capite dicetur.

I. *Definitio contumaciæ & edicti peremptorij. proponitur l. 53. §. 1. de re iudicata, his uerbis:* Cõtumax est, qui trib. edictis propositis, uel uno pro tribus (quod uulgò peremptorium appellatur) literis euocatus, præsentiam sui facere contemnit.

II. *Ratio nominis edicti peremptorij, proponitur l. 70. ff. de iudicijs, hisce uerbis:* Peremptoriũ inde hoc nomen sumpsit, quòd perimeret disceptationem, hoc est ultrà non pateretur aduersarium tergiuersari.

III. CAVSA HVIVS edicti.

Si actor uel reus in ius uocatus non uenerit quæ causa approbatur Nouell. c. 112. §. si uerò causam, his uerbis: Si actor causam peragere distulerit, damus reo licentiam iudicem, apud quem lis contestata est postulandi, ut actor ab ipso citetur, quo magis uel per se uel per legitimũ procuratorẽ in ius ueniat. Et si minus id fecerit, propositis trib. edictis ipsum euocet, unaquaq; uocatione non minus quàm triginta dierũ spacio includẽda. Iubemus etenim, ut ordinarij iudices non solùm præconũ uocib. sed etiam propositis edictis, quæcunq; tandẽ litigatorũ pars à iudicio se absentet, eam in ius uocent. Nam præconũ uocem pauci, qui fortè præsentes reperiuntur,

audire poſſunt, edicta autẽ per multos dies ꝓpoſita omnes fermè poſſunt cognoſcere. Inſuper omnib. alijs iudicibus, qui iuſsione imperiali controuerſias examinant, per præſentem legẽ permittimus, ut quę partes iudiciũ nõ obſeruant, eas propoſitis edictis euocẽt, ne cauſę in deciſæ & abſq; termino permaneant.

IIII. ANTECEDENTIA HVIVS edicti.

De tribus edictis prius proponendis proponitur l. 68. cum duab. legib. ſequentib. ff. de iudicijs, hiſce uerbis: Ad peremptorium edictum hoc ordine uenitur, ut primo quis petat poſt abſentiã aduerſarij edictum primũ, mox alterũ, per interuallum non minus decẽ dierũ, & tertium, quibus propoſitis, tunc peremptorium impetret. *Huic pertinet l. 55. ff. eod. tt. his uerbis:* Edictum, quod ab anteceſſore datũ eſt, in numero triũ edictorũ connumerari debet. Planè licet ab anteceſſore numerus finitus ſit, ſolet tamen ſucceſſor unum edictũ dare. *Ait Iur: ſconſultus:* Per interuallum non minus decẽ dierum. *Hoc mutatur triginta pro decem conſtitutis Nouell. c. 112. §. ſi uerò cauſam. cuius uerba uide s̃. quæſt. prox. Planè quod dictum de tribus edictis proponendis, id intelligendũ cauſa ſcilicet cognita. nã nõ ſemper hoc neceſſariũ eſt. quæ prima exceptio approbatur l. 72. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* Nonnunquam autẽ hoc edictũ poſt tot numero edicta, quæ præceſſerunt, datur: nonnunquam poſt unũ, uel alterũ: nonnũquã ſtatim, q᷑ appellatur unũ pro omnibus. Hoc autẽ æſtimare oportet eũ, qui ius dicit, pro conditione cauſæ, uel perſonæ, uel temporis: & ita ordinẽ edictorũ & compendiũ moderari.

Secunda exceptio eſt: Niſi tres denunciationes ſunt factæ. Hæc exceptio approbatur l. 9. C. quomodo & quando iudex, &c. his uerbis: Tres denunciationes ad perẽptorij edicti uicẽ aduerſus cõtumaces cõualeſcere, ſalubriter ſtatutũ eſt.

V. *De forma edicti peremptorij proponitur l. 71. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* In perẽptorio autẽ cõminaturis, qui edit, etiam abſente diuerſa parte, cogniturum.

VI. EVENTVS HVIVS EDICTI peremptorij, & conſequentia.

Prima regula. Perimit hoc dictum diſceptationem, nec patitur aduerſarium amplius tergiuerſari. quæ regula proponitur l. 70. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̃. eod. cap. quæſt. 2.

Secunda regula. Si uocatus non uenerit, agetur nihilominus cauſa. quæ regula approbatur l. 73. in prin. ff. de iudicijs, hiſce uerbis: Poſt edictũ peremptorium impetratũ, cum dies eius ſuperuenerit, tunc abſens citari debet: & ſiue reſponderit, ſiue non reſponderit, agetur cauſa: & pronunciabitur nõ utiq; ſecundũ præſentẽ: ſed interdũ uel abſens (ſi bonã cauſam habuit) uincet. *Concordat l. 1. §. fin. C. ubi in rem actio exercer. debeat. item Nouell. c. 53. §. ne igitur latitante, his uerbis:* Ne igitur latitãte reo, & tardius uadimoniũ obeũnte, cauſa in pendẽti maneat: examinationẽ in ea iudex uicunq; & craſsius interponito, quocunq; ille terrarũ abijſſe dicatur, & certũ tẽporis ſpaciũ impertitor: intra quod niſi occurrat, & uadimoniũ obeat (liberam tamẽ eius agendi copiam habens, neque) ut ita conijciamus (dedita opera ab actoe impeditus, aut uenire ꝓhibitus) tunc controuerſiã ex una tantũ parte examinato, & actorem ſecundũ menſurã declarati debiti mittito in poſſeſsionẽ bonorũ eius: ut in poſſeſsionẽ miſſus, rẽ teneat debiti ſeruandi cauſa. Et ſi poſthæc ille occurrerit, prius omne ei diſpendium ſoluito, tuncq; receptare, & fideiuſſore dato cauſam perſequitor. *Concordat itẽ l. 8. C. Quomodo & quãdo iudex ſentent. proferre, his uerbis:* Conſentaneũ iuri fuit temporibus ad præſentiã diuerſæ partis præſcriptis, Præſidẽ prouinciæ (impleta iuris ſolennitate, & aduerſario tuo trinis literis, uel uno pro omnibus peremptorio edicto, ut præſentiã ſui faceret, cõmonefacto) ſi in eadem contumucia perſeuerauerit, præſentis allegationes audire, quod uel ſucceſſor eius facere curabit. A' quo ter citatus, ſi contumaciter prę ſentiã ſui facere neglexerit, nõ ab re erit, uel ad cogendũ eũ ut ſeſe reprę ſentet, uel poſſeſsionem bonorũ cui incũbit, ad te transferre, & aduerſarium peritorem conſtituere: uel auditis defenſionibus tuis id quod iuris ratio exegerit, iudicare. *Concordat deniq; l. 11. §. fin autem reus. C. de iudicijs. cuius uerba uide s̃. Lib. prox. cap. 1. quæſt. 3. reg. 2. Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi abſit is qui edictũ perẽptoriũ impetrauit, præſente eo cõtra quẽ eſt impetratũ. Hæc exceptio approbatur l. 73. §. quod ſi. ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* Si is qui edictũ perẽptoriũ impetrauit abſit die cognitionis, is uerò aduerſus quem impetratũ eſt adſit, &c. *uſq; ad §. final.*

Tertia regula. De his qui ad defendendũ abſentem coguntur. In ius uocato nõ ueniẽte interdũ alius ad defendẽdũ abſentem cogitur, primũ quidẽ is pro quo abſens iudicatũ ſolui ſatiſdedit, uel quẽ procuratorẽ ſuũ cõſtituit. de quo dictũ s̃. Lib. prox. cap. 7. reg. 10. Deinde ad defendendũ abſentẽ cogitur eius procurator ad agẽdũ ab eo datus. de quo s̃. d. cap. 7. reg. 11. Tertiò ad defendendũ reũ cogitur, qui iudicatũ ſolui defendẽdi abſentis gratia ſatiſdedit. quæ regula approbatur l. 43. §. & qui non. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide s̃. Lib. prox. cap. 7. reg. 10. in fine. repl. gener. 2. Huius regulæ exceptio uidetur eſſe talis: Niſi reus poſtquam ſatiſdatum pro eo eſt, ſoluendo eſſe deſierit. Hæc exceptio reprobatur l. 76. ff. de procuratoribus, his uerbis: Titius cũ abſentẽ defenderet, ſatiſdedit: & priuſquã iudiciũ acciperet, deſijt re-

us ſol-

usfoluēdo esse: quam ob causam defensor recusauit iudiciū in se reddi oportere: quæto an id ei concedi oporteat? Iulianus respondit: Defensor cum satisdedit domini loco habendus est: nec multum ei pręstiturus est Prætor, si eum non coegerit iudicium accipere, cum ad fideiussores eius actor ire possit, & ij quidquid præstiterint, à defensore consecuturi sint. *Plures propositæ regulæ exceptiones uide d. l. 43. § fin. cum duab. legibus sequentibus: quarum uerba uide s. d. repl. generali 2. Quartò, si nō defendatur reus, fideiussores, per quos iudicatum solui satisdatum est, actori tenentur. de qua re J. in stipulatione iudicatum solui dicetur. Hi ergo fideiussores, aut ipsi defendere absentem tenentur, aut alium defensorem præstare, nisi ob rem non defensam ex stipulatu uelint conueniri: quomodo autem iam enumeratæ personæ absentem defendere teneātur, & quatenus, uide s. Lib. prox. cap. 7. reg. 10 & 11.*

Quarta regula. Contumax litis damno coercetur. quæ regula approbatur l. 53. in prim. ff. de re iudicata, his uerbis: Contumacia eorum qui ius dicenti non obtemperāt, litis damno coercetur. *Concordat Nouell. c. 65. §. fin. his uerbis:* Is qui in iure postulatur, si se absentet, cōdēnator, uideo licet malā rē agēs quod cōtestata lite, & legitimè uocatus nō obtēperauerit. *Propositæ regulæ contradicit l. 11. §. huiusmodi autē sententia. ibi: Non autē tunc mors litis. C. de iudicijs. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 1. quæst. 3. reg. 2. item contradicit l. 73. in prin. ff. de iudicijs, cuius uerba uide paulo superius reg. 2.*

Quinta regula. Actore latitante, reus est absoluendus, & actor illi in expensas cōdēnandus. Quæ regula approbatur Nouell. c. 51. in prim. his uerbis: Multi sane cū nos adeunt docēt potentiā nostram, quod ducendi ab aliquibus in ius, uel ex sacra nostra iussione, uel maiorū magistratuū decretis, in alias etiam prouincias protrahantur, quodq; cū miseris modis ea te affligantur, & iussionibus aut dectetis adacti abducatur, postmodū tamē qui illos duci curarunt, simul atq; ab his quos postularunt sibi cauerint: quod intra dictū tēpus & cōstituto loco iudiciū suscepturi sint, domi suæ in prouincia maneāt, sinantq; eū qui stitit aut iudicio postulatus est, in peregrino solo sumptibus atteri. Quam rē miserantes, sancimus si quid tale eueniat, & tempus quod in cautione iudicio sistēdi, aut in ius ducendi causa facta actor præstituit, effluat: deinde ille quidem alter stationē suam in iudicio tueatur, actor uerò nō cōpareat: neq; intra decem dies quam in eum locum peruenire potuit occurrat: ut non solum reus ad iudicem ingressus, & re ostensa, e uestigiò absoluatur, sed etiam iuramento eius æstimatis sumptibus, quos tam in conficiendo itinere, quàm in peregrino solo, dum ibi moratur sustinuit, iudex eum qui temerè duci curauit, in his condemnet. Et quia moris est, ne quis aliter in iudiciū uel ducatur, uel sistatur, nisi qui duci procurant, hi in certam quantitatem fideiussores dent se litem peracturos obtenturosque sententiam: ut omnino ea quantitas ab ipsis exigatur, deturque ei qui immeritò calumnia affectus fuit. Quod si iuramento suo etiam amplius aliquid declarauerit (nempe certa quantitate à iudice definita, quam leges taxationem appellant) ut insuper & hoc exigatur, quo magis discant nō in aliena uita ludos facere, sed in suo quæque territorio iudicia deligere, in quibus disceptent cum suis aduersarijs. *Concordat l. 68. §. cæterùm si cum ipse, his uerbis:* Si cum reus præsto sit, aut alium pro se dirigat, accusator se absentet: tunc & in ius uocatum absoluito, & litis impendia calumniatorem huic resarcire compellito. *Cōcordat l. 11. §. & siquidem pars. C. de iudicijs. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 1. quæst. 3. reg. 2. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex actis iudici causa constet: tunc enim si actorem iustam fouere causam apparuerit, reus illi condemnandus est. quæ exceptio approbatur d. §. & siquidem pars, ibi: Sin autem ex gestis. Secunda exceptio est: Nisi prius contra reum præsentem edictum peremptorium sit impetratum: tunc enim quamuis absente actore, reus præsens non est absoluendus, sed lis inhibenda. quæ exceptio approbatur l. 73. §. quod si is, usq; ad §. fin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s. ead. quæst. reg. 2. in fine. Sed & propositæ regulæ contradicit Nouell. c. 112. §. at uerò si lis, his uerbis:* Si lis apud iudicem nondum suscepit initium, sed sola citatione per libellum facta in ius productus est aliquis, aut precib. serenitati nostræ oblatis, iussio nostra de hoc processit siue scripto, siue nudo mandatu, & ea iudici insinuata fuit, & aduersario cognita: licebit sic quoque reo ad competentem ingredi iudicem, & per ipsum consimili modo suum uocare aduersarium, ut siquidem sui ipsius copiam actor faciat, causa secundum legum examinata ordinem, legitimum terminum suscipiat: sin autem propositis edictis in ius uenire, & actiones suas uel per se, uel per legitimum (ut dictum est) procuratorem proponere nolit: tunc alteram illi unius anni dilationem concedimus: intra quam nisi actionem suam persequatur, damus iudici licentiam, ut iudicium obseruantis partis allegata, secundum leges nostras uel absente aduersario examinet, & ueritate exactè perquisita, legitimam proferat sententiam. Cæterùm si intra prædictam unius anni dilationem adueniat, & actiones suas exercere uelit: iubemus ut iudex omnibus modis sumptus siue expen-

ſas, quas per cauſam litia reua dum iudicium obſeruat, ſuſtinuit, ante omnia ab actore exigat, & accuſatione tentato præbeat, & actorem obſeruare iudicium faciat quouſque cauſa ſecundum leges terminum ſuſcipiat. Nam ſi ſolummodo accedat, & ſumptibus ſine diſpendijs præbitis duntaxat eius anni tempus uelit diffindere, & rurſus à iudicio diſcedens, uſque ad terminum litis non permaneat: iubemus ut poſt prædictas edictorum & annui interualli obſeruationea, omni ipſe actione excidat, quam contra reum ſibi competere ſuſpicatur. Si quidẽ deterior eius eſſe fraus intelligitur, qui diffiſam litem denuò deſerit, quàm illius qui ſemel à conteſtata lite deſtitit. Priuilegio autem legis, quæ mouendarum actionum neceſsitatem nolentibus non imponit, illis & quidem ſolis uti concedimus, qui nullam cõtra aduerſarios ſuos quęſtionem prædictis modis mouerint. *Ait Imperator*: Vt dictum eſt. *ſcilicet in præcedentibus eius conſtitutionis uerbis. quæ uide ſ. ead cap. quæſt. 3.*

Sexta regula. Reo contumaciter abſente, actor in bona eius mittitur. quæ regula approbatur edicto Prætoris, quod proponitur l. 2. in prin. ff. quib. ex cauſis in poſſeß. eatur, his uerbis: Prætor ait: In bona eius qui iudicio ſiſtendi cauſa fideiuſſorem dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciet, neque defendetur, iri iubebo. *Concordat l. 8. in fine. C. quomodo & quando iudex ſentent. proferre. cuius uerba uide ſ. ead. quæſt. reg. 2. item concordat l. 2. in fine. C. ubi in rem actio exerceri, his uerbis*: Iudex domino poſſeſsionis præſentiam ſui non faciente, edictis legitimis eum citare curabit, & tunc in eadem uoluntate eò permanente, negocium ſummatim diſcutiens, in poſſeſsionem rerum actorem mitti non differet: omni allegatione abſenti principali quæſtione ſeruata. *Concordat item l. 3. in fine. C. de procuratorib. cuius uerba uide ſ. Lib. prox. cap. 6. quæſt. 4. except. 34. Plura de regula propoſita cum ſuis exceptionib. & alijs circumſtantijs uide j. Lib. 8. cap. 6.*

Septima regula. In ius uocatus ſi non uenerit, ex cauſa mulcta damnabitur. quæ regula approbatur l. 2. §. ſi quis. ff. Si quis in ius uocatus, his uerbis: Si quia in ius uocatus non ierit, ex cauſa à competente iudice mulcta, pro iuriſdictione iudicis damnabitur: ruſticitati enim hominis parcendum erit. Item ſi nihil interſit actoris eo tempore in ius aduerſarium ueniſſe, remittit Prætor pœnã: puta quia dies feriatus fuit.

Octaua regula. Contumaciter abſens condemnatus, appellandi ius nõ habet. de qua re infrà dicetur Lib. 8. cap. 1. quæſt. 2. except. 27.

Nona regula. Contumaciter abſens, poſtea non eſt audiendus, niſi ſumptus litis & omne damnum aduerſario præſtet, de quo dicetur j. Lib. 8. cap. 6. quæſt 3. except. 5. repl. 3.

Decima regula. Contumax actione ex ſtipulatu, Iudicio ſiſti tenetur ad intereſſe. de qua j. Lib. eod. cap. 9. quæſt. 5.

Vndecima regula. De reo contumace apprehendendo, & in iudicio ſiſtendo, proponitur Nouell. c. 53. *§. ſi qui uerò, his uerbis*: Si qui, cum iuratoriam cautionem expoſuiſſent, ſe iudicio adfuturos priuſquam litis conteſtatio celebraretur, in ampla hac urbe diſpareant, licentia ſit actori, ut uel lite nondum conteſtata, deſignatum iudicem adeat, & hæc renuciet. Ille autem, ſiquidem magiſtratus & cum poteſtate ſit, omnimodo iubeat iudicio poſtulatũ prehendi, ut qui & periurus, & per fugam quodammodo ſui ipſius accuſator factus ſit. Si magiſtratus non ſit, ſed alicunde datus iudex, uel ſacra fortè forma, uel iuſsione, uel ab aliquo magiſtratu, ad illum renunciet à quo datus eſt, ut ab illo prehendatur: neque actori cauſa maneat ex omni parte inexplicabilis, nec iudice quidquam agere queunte, propterea quòd litis apud ipſum conteſtatio celebrata nondum ſit, atque illo legem, ſimul & iuratoriam cautionem ſuam contemnente, & actorem omni legitimo auxilio deſtituente. Ne igitur latitante ipſo, &c. *Reliqua uerba uide ſ. ead. quæſt. reg. 2. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi iudex cum poteſtate non ſit, nec apud illum litis conteſtatio facta. quæ exceptio ex iam dictis conſtat. Altera exceptio eſt: Niſi in domo ſua lateat reus: inde enim extrahi non debeat. quæ exceptio approbatur l. 21. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 3. reg. 1. except. 1. in fine.*

VII. EXCEPTIONES ADuerſus contumaciam & regulas iam propoſitas.

I. EXCEPTIO: *Niſi pupillus uel minor uigintiquinq; annis uocatus non uenerit. Hæc exceptio approbatur l. 54. ff. de re iudicata, his uerbis*: Contra pupillum indefenſum, eumq; qui reip. cauſa abeſt, uel minorẽ uigintiquinq; annis, ꝑpoſitũ peremptoriũ nihil momenti habet.

II. EXCEPTIO: *Niſi uocatus reip. cauſa abſit. Hæc except. approbatur uerbis iam dictis hiſce*: Eũq; qui reipub. cauſa abeſt.

III. EXCEPT. *Niſi aduerſa ualetudo in cauſa fuit. Hæc exceptio approbatur l. 53. §. pœnam. ff. de re iudicata. his uerbis*: Pœnã cõtumacis nõ patitur quem aduerſa ualetudo, uel maioria cauſæ occupatio defendit. *Concordat l. 60. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. Lib. 8. cap. 9. except. 10. repl. 1. dupl. 2.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi propter aliã cauſam neceſſariam nõ uenerit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hiſce*: Vel maioria cauſæ occupatio. *Cõcordat l. 10. C. quomodo & quando iudex, &c. cuius uerba uide j. d. except. 10. repl. 2.*

V. EX-

V. EXCEPTIO: *Nisi ob rusticitatem non uenerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. penult. ff. si quis in ius uocatus nõ ierit, cuius uerba uide s̄. q. prox. reg. 7.*

VI EXCEPTIO: *Nisi per actorem steterit, quo minus reus uocatus uenerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. si reus. ff. de eo per quem factũ erit, &c. cuius uerba uide j. cap. prox. act. 1. q. 2. except. 1.* Concordat No*uell. c. 53. §. ne igitur latitante, ibi: Neq; ut ita. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg. 2.*

VII. EXCEPT. *Nisi per seruum actoris steterit, quo minus in ius uocatus uenerit. Hæc exceptio approbatur l. 2 ff. eod. tt. cuius uerba uide j. Lib. eod. cap. 9. quæst. 5. except. 8. repl. 2. dupl. 2.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi per alium impeditus sit, quo minus uenerit. De hac exceptione uide j. d. except. 8.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi ad non competentem iudicem sit uocatus. Hæc exceptio approbatur l. 53. §. fin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Contumaces non uidetur, nisi qui cum obedire deberent, nõ obsequuntur: id est, qui ad iurisdictionem eius cui negant, obsequi pertinent. *Concordat l. 54. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Is qui ad maius auditorium uocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax non uidetur. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi idipsum dubium sit, utrum sit iudex competens, an non sit. quæ replicatio approbatur l. 5 ff. de iudicijs, hisce uerbis:* Si quis ex aliena iurisdictione ad prætorem uocetur, debet uenire, ut & Pomponius & Vindius scripserunt. Prætoris enim est existimare an sua sit iurisdictio. Vocati aũt est, nõ contemnere autoritatem prætoris nam & legati cæteriq; qui reuocandi domũ ius habet, in ea sunt causa, ut in ius uocati ueniant priuilegia sua allegaturi *Concordat l. 2. in prin. ff. si quis in ius uocatus non ierit, his uerbis:* Ex quacunque causa ad prætorem uel alios qui iurisdictioni præsunt, in ius uocatus uenire debet, ut hoc ipsum sciatur, an iurisdictio eius sit.

X. EXCEPTIO: *Nisi die feriato adesse iussus sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. in fine. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg. 7.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi aduersarij nihil intersit. Et hæc exceptio approbatur d. l. 2. in fine.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi postea adsit uocatus, causamq; suam defendat. Hæc exceptio proponitur j. Lib. 8. cap. 6. quæst. 3. except. 5. Plures huiusmodi exceptiones uide j. d. quæst. 3. item d. Lib. 8. ca. 1. quæst. 2. except. 27 & cap. 3. except. 10. repl. 1. & j. hoc Lib. 6. cap. 9. quæst. 5.*

DE ACTIONIBVS ADVERSUS eum per quem factum est, quo minus uocatus in iudicio se sistat.

Cap. III.

Dvplici modo per alium stat, quo minus in ius uocatus se sistat. Nam aut ne ueniat in iudiciũ reus per alium stat, aut si in iudicium uenit, per alium ui eximitur. Itaq; duplex etiam hinc nascitur actio.

De prima actione. Si per alium stat, quo minus in ius uocatus in iudicium ueniat.

I. Ratio huius actionis, proponitur l. 1. in prin. ff. de eo per quem factum erit, quo minus, &c his uerbis: Æquissimum putauit Prætor dolum eius coercere, qui impedit aliquem iudicio sisti.

II. CAVSAE HVIVS actionis.

Prima causa. Si quis dolo fecit, quo minus in iudiciũ uocatus sistat. Hæc causa approbatur l. 3. in prin. ff. d. tt. his uerbis: Ex hoc edicto aduersus eum qui dolo fecit, quo minus quis in iudicium uocatus sistat, in factum actio competit, quanti actoris interfuit eum sisti. In quo iudicio deducitur, si quid omiserit actor ob eam rem: ueluti si reus tempore dominium rei interim sibi adquirat, aut actione liberatus sit.

Secunda causa. Si quis in iudicium uenienti nunciauerit aliquid triste, unde ei necesse fuit, ad iudicium non uenire. Hæc causa approbatur l. 1. §. dolum. ff. d. tt. his uerbis: Dolũ malum sic accipimus, ut si quis uenienti ad iudicium aliquid pronunciauerit triste, propterquod is necesse habuerit ad iudicium non uenire: teneatur ex hoc edicto. quamuis quidam putent sibi eum imputare, qui credulus fuerit.

Tertia causa. Si in ius uocatus ab aliquo detineatur. Hæc causa approbatur l. 5. ff. si quis cautionib. de quo j. cap. 9. quæst. 5. except. 8. repl. 2.

De exceptionibus dictarum causarum.

¶ *Harũ causarum exceptio generalis prima hæc est: Nisi per aduersarium factum sit, quo minus reus in iudicium ueniat. quæ exceptio approbatur l. 1. §. si reus. ff. de eo per quem factum erit, his uerbis:* Si reus dolo actoris non stiterit, non habebit aduersus eum ex hoc edicto actionem: cum contentus esse possit exceptione, si ex stipulatu conueniatur de pœna, quod ad iudiciũ non uenerit: aliter atq; si ab alio sit impeditus. nam actionem propositam aduersus eũ exercebit. *Concordat l. 1. §. sed si stipulator. ff. eod. tt. his uerbis:* Si stipulator dolo promissoris, & promissor dolo stipulatoris impeditus fuit, quo minus ad iudicium uenirent, neutri eorum Prætor succurrere debebit, ab utraq; parte dolum dolo compensando.

Altera propositarum causarum exceptio generalis hæc est: Nisi is qui per alium impeditus est, ex eo habeat exceptionem aduersus aduersarium: tunc enim illi actio proposita denegenda. quæ exceptio colligitur ex uerbis propositis hisce: Cum contentus esse possit exceptione, si ex stipulatu conueniatur, &c *Quando autem impedito detur exceptio, dicetur infrà cap. 9. quæst. 5. except. 8.*

Tertia exceptio est: *Nisi tam actor quàm reus impeditus fuit, quo minus ueniat.* *Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. & si stipulator. ff. de eo per quem factum erit. cuius uerba uide*] *quæst. prox. reg. 1.*

III. QVIBVS ACTIO proposita competat.

Prima regula. Actori competit reo impedito. quæ regula approbatur l. 3. in prin. ff. de eo per quem factũ erit, &c. cuius uerba uide s̄. *causa 1.* *Sane hæc regula uidetur intelligenda, quando reus ex eo quod impeditus est, exceptione tutus est aduersus actorem. de qua re uide* s̄. *except. 2.* *Sed & si ipse actor sit impeditus ei cõpetit actio. quod approbatur l. 3. §. & si stipulator. ff. d. tt. his uerbis*: Si stipulator dolo Titij, & ꝓmissor dolo Mæuij impeditus fuerit, quo minus iudicio sistatur, uterq; aduersus eum cuius dolo impeditus fuit, actione in factũ experietur.

Secunda regula. De ipso reo impedito. *Huic quoque competit. quæ regula approbatur l. 1. §. si reus. ff. eod. tt. cuius uerba uide* s̄. *eod. cap. exception. 1.* *Et hanc regulam intellige, si reo non datur exceptio ex eo quod impeditus est secundum ea quæ dicta sunt* s̄. *except. prox. Cui concordat l. 2. §. fin. cum lege sequente. ff. si quis cautionibus, his uerbis*: Sed si priuatus eum detinuerit, nullo modo proderit hæc exceptio: sed actio ei datur aduersus eum, qui eum detinuit, in id quod eius interest.

Tertia regula. De hærede impediti, proponitur l. 1. §. fin. ff. de eo per quem factum erit, his uerbis: Hæredi datur, sed non ultra annũ: aduersus autem hæredem, hactenus puto dandam, ut ex dolo defuncti hæres non lucretur.

IIII. ADVERSVS QVOS detur.

Prima regula. De hærede eius qui impediuit. Aduersus hunc non datur, nisi quatenus locupletior est factus. quæ regula constat ex uerbis iam propositis hisce: Aduersus autem hæredem, hactenus puto dandam, ut ex dolo defuncti hæres non lucretur.

Secunda regula. De domino serui detinentis, proponitur l. 1. §. serui nomine. ff. de eo per quem factum erit, his uerbis: Serui nomine ex hac causa noxali iudicio agendum omnes consentiunt.

Tertia regula. De eo qui alium rogauit, ut detineret, proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis: Fecisse autem dolo malo non tantum is putatur, qui suis manibus, uel per suos retinuit: uerùm qui alios quoque rogauit, ut eum detinerent, uel abducerent, ne iudicio sisteret: siue scientes, siue ignorantes, quid esset, quod cõminisceretur.

Quarta regula. De pluribus impedientibus, proponitur d. l. 1. §. si plures, his uerbis: Si plures dolo fecerint omnes tenentur. Sed si unus præstiterit pœnam, cæteri liberabuntur, cum nihil intersit.

V. QVID VENIAT IN hanc actionem.

Prima regula. De eo quod actoris interest, proponitur l. 3. in prin. ff. de eo per quem factum erit. cuius uerba uide s̄. *quæst. 2. causa 1.* *Concordat l. 3. ff. si quis cautionibus. cuius uerba uide* s̄. *quæst. 3. reg. 2.* *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi in minorem summam fideiussor iudicio sistendi causa sit acceptus.* *Hæc exceptio reprobatur l. 3. §. si à fideiussore. ff. de eo per quem factum erit, his uerbis*: Si à fideiussore quinquaginta stipulatus fuero, si in iudiciũ reus non uenerit, petiturus à reo centũ: & dolo Sempronij factum fueritne in iudiciũ reus uenist: centũ à Sempronio consequar. Tanti enim mea interfuisse uidetur: quia si uenisset in iudicium, actio mihi centum aduersus eum, uel hæredem eius competebat: licet fideiussor minorem mihi summã promiserit.

Secunda regula. Serui nomine noxalis actio in dominum datur. quæ regula approbatur l. 1. §. serui nomine ff. de eo per quem. cuius uerba uide s̄. *quæst. 4. reg. 2. Concordat l. 3 in fine. ff. eod. tt.*

VI. QVAMDIV competat.

Annalis est actio. quæ regula approbatur d. l. 1. §. fin. cuius uerba uide s̄. *quæst. 3: reg. 3.*

VII. QVAE ACTIO competat.

In factum actio: quod approbatur l. 3. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. *quæst. 2. causa 1.*

VIII. ADFINIA REMEdia quæ sint.

Prima regula. De exceptione aduersus actorem, proponitur l. 1. §. si reus. ff. de eo per quem factum. cuius uerba uide s̄. *quæst. 2. except. 1.* *De hac exceptione uide plura*] *cap. 9. quæstione quinta, exceptione octaua.*

Secunda regula. De lege Iulia de ui publica, proponitur l. 8. ff. ad l. Iul. de ui publica. cuius uerba uide s̄. *Lib. 4. cap. 2. quæstione 1. causa 14.* *Concordat l. 4. ff ad l. Iul. de ui priuata. cuius uerba uide* s̄. *d. quæst. 2. causa 15.*

Tertia regula. Si is per quem stetit, quo minus in ius uocatus ueniat, soluendo non sit, actio aduersus reum restituitur. quæ regula approbatur l. 3. §. planè si is ff. de eo per quem factum erit his uerbis: Planè si is, qui dolo fecit, quo minus in iudicio sistatur, soluendo non fuerit, æquum erit, aduersus ipsum reum restitutoriam actionem competere, ne propter dolum alienum reus lucrũ faciat, & actor damno adficiatur.

DE SECVNDA ACTIONE, Si quis in ius uocatum ui exemerit.

I. *Ratio huius actionis, proponitur l. 1. in prin. ff. ne quis eum qui in ius uocabitur, &c. his uerbis*: Hoc edictũ Prætor proposuit, ut metu pœnæ cõpesceret eos, qui in ius uocatos ui eripiũt.

II. CAV-

II. CAVSA HVIVS ACTIOnis cum suis exceptionibus.

Causa huius actionis prima est. Si quis in ius uocatũ ui exemerit. quæ causa approbatur uerbis iam propositis hisce: Eos qui ius uocatos ui eripiunt. *Declaratur hæc causa J. causa prox.*

Altera causa est. Si quis moram fecerit, quo minus quis in iudicium ueniret. Hæc causa approbatur l. 4. in prin. ff. d. tt. his uerbis: Eximendi uerbum generale est, ut Pomponius ait: eripere enim, est de manibus auferre per raptum: eximere, quoquo modo auferre. Vtputa, si quis nõ rapuerit quem, sed moram fecerit, quo minus in ius ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tempore amitteretur: uidebitur exemisse, quamuis corpus non exemerit. Sed & si eo loci detinuerit, nec abduxerit: ijs uerbis tenetur.

De exceptionibus harum causarum.

Prima exceptio est: Nisi non abduxerit, sed per uim tantum detinuerit. Hæc exceptio reprobatur iam dictis uerbis hisce: Sed & si eo loci detinuerit, nec abduxerit, ijs uerbis tenetur.

Secunda exceptio est: Nisi exemptus in ius uocari non potuit. quæ exceptio approbatur l. 1. §. fin. cum lege sequente. ff. ne quis eum qui in ius, &c. his uerbis: Ofilius putat, locum huic edicto non esse, si persona quæ in ius uocari non potuit, exẽpta est: ueluti parens, patronus, cæteræque personæ. Quę sentẽtia mihi uidetur uerior. Et sanè si deliquit, qui uocat: non deliquit, qui patronum ui eximit. Nam cùm uterque contra edictum faciat, & libertus, qui patronũ uocat, & is qui patronũ ui eximit: deteriore tamẽ loco libertus est, qui in simili delicto petitoris partes sustinet. Eadem æquitas est in eo, qui alio quàm quo debuerat in ius uocabatur. Sed & fortius dicendum est, non uideri eum ui eximi, cui fitius ibi non conuenire.

Tertia exceptio est: Nisi ad non competentem iudicem, uocatus ui sit exemptus. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: Eadem æquitas est in eo qui alio, &c.

Quarta exceptio seruus est: Nisi in ius uocatus, ui sit exẽptus. Hæc exceptio approbatur l. 3. ff. eod. tt. his uerbis: Quòd si quis seruũ exemit in ius uocatum, Pedius putat cessare edictum: quoniam non fuerit persona, quæ in ius uocari potuit. Quid ergo? ad exhibendum erit agendum.

Quinta exceptio est: Nisi ad pedaneum iudicem uocatus ui sit exemptus. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. his uerbis: Si quis ad pedaneũ iudicẽ uocatũ eximat, pœna huius edicti cessabit.

Sexta exceptio est: Nisi eum qui per calumniam in ius uocatus est, ui exemit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. item si quis. ff. ne quis eum qui in ius, &c. his uerbis: Si quis eum qui per calumniam uocabatur exemerit, constat eum hoc edicto teneri. *Concordat l. 5. §. in eum, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. 5. reg. 1.*

Septima exceptio est: Nisi sine dolo malo exemit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. § fin. ff. ne quis eum qui in ius, &c. his uerbis: Quod Prætor præcepit ui eximat: an & dolo malo? sufficit ui, quáuis dolus malus cesset. *Planè is quidem qui ui exemit, tenetur quamuis dolo careat: is uerò cuius instinctu alius exemit, non aliter tenetur, quàm si dolo malo id fieri curauerit. quæ replicatio approbatur l. 4. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. quæstione 4. regul. 2.*

Octaua exceptio est: Nisi exemptus nihilominus in ius productus sit, uel ex alia causa etiam non fuit productus. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uocab. his uerbis: Docere autem debet quis, per hanc exemptionem factum, quo minus in ius produceretur. Cæterùm, si nihilominus productus est, cessat pœna: quoniam uerba cum effectu sunt accipienda.

III. QVIBVS COMPETIT hæc actio.

De hæredibus proponitur regula l. 5. §. fin. ff. ne quis eum qui in ius uocabitur, his uerbis: Hæredibus ita dabitur, si eorum intersit. Nec autem in hæredem, nec post annum dabitur.

IIII. ADVERSVS QVOS competit.

Prima regula. De hæredibus. In hæredes non datur. quæ regula approbatur uerbis iam propositis, hisce: Nec autem in hæredem dabitur.

Secunda regula. De eo cuius dolo & instinctu alius ui exemit. Hic quoq; tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 4. §. fin. ff. ne quis eum qui in ius uocab. his uerbis: Prætor ait: Neue dolo malo faciat, quo magis eximatur. Nam & sine dolo malo potest id fieri: ueluti cum iusta causa est exemptionis. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sine dolo malo per alium exemit. Hæc exceptio ex iam dictis constat. Altera exceptio est: Nisi absens fuit is, cuius instinctu est exemptus. Hæc exceptio reprobatur l. 5. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si per alium quis exemerit hac clausula tenetur, siue præsens fuit, siue absens.

Tertia regula. De pluribus eximentibus, proponitur d. l. 5. §. hoc iudicium, his uerbis: Si plures deliquerint, in singulos dabitur.

V. QVID VENIAT.

Prima reg. Non id uenit, quod in ueritate est, sed quanti ea res est. quæ reg approbatur l. 5. §. in eũ. ff. ne quis eum qui in ius uocabitur, his uerbis: In eum, qui ui exemit, in factum iudicium datur: quo non id continetur, quod in ueritate est, sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua controuersia est. hoc enim additum

est,

est, ut appareat, etiãsi calũniator quis sit, tamen hanc pœnam eum persequi.

Altera regula. In quantum dominus serui nomine teneatur, definitur l.1.§.1.ff.eod.tt.his uerbis: Pŏponius scribit, Serui quoq; nomine noxale iudicium reddendum, nisi sciente domino id fecerit: tunc enim sine noxæ deditione iudicium suscipiet.

VI. QVAMDIV COMPETAT.

Annalis est actio. quæ regula approbatur l.5.§.fin. ff.eod.tt.cuius uerba uide s.quæst.3.

VII. QVAE ACTIO detur.

In factum actio est. quæ regula approbatur d.l.5.§. in eum.cuius uerba uide s.quæst.5. reg.1. Concordat d.l.5.§.hoc iudicium, his uerbis: Hoc iudicium in factum est.

VIII. EVENTVS HVius actionis.

Reus exemptus, nihilominus manet obligatus. quæ regula approbatur d.l.5.§.fin.his uerbis: Nihilominus manet (qui exẽptus est) obligatus. *Concordat l.6.ff. eod.tt.his uerbis:* Is qui debitorẽ ui exemit, si soluerit, reũ nõ liberat: quia pœnã suam soluit.

IX. ADFINIA REmedia.

Prima regula. De actione ad exhibendum proponitur l.3. in prin.ff.Ne quis eũ qui in ius uocab.cuius uerba uide s. eod. cap.quæst.2.except.4.

Secunda regula. De lege Iulia maiestatis: si quis cõfessum reum, & in uincula coniectum exemerit, proponitur l.4.§.penult.ff.ad l.Iul.maiestatis.cuius uerba uide s.Lib.4.cap.1.quæst.1.causa 12.

DE EDENDO.

Cap. IIII.

¶ Primo. De actione edenda, alijsq; similibus, quæ quis apud iudicem editurus est.

I. An & quare edenda sit actio, proponitur l.1. in prin.ff. de edendo, his uerbis: Qua quisq; actione agere uolet, eam prius edere debet. nam æquissimũ uidetur, eũ qui acturus est, actionẽ edere: ut proinde sciat reus, utrum cedere, an contendere ultrà debeat: & si contendendum putet, ueniat instructus ad agendum, cognita actione, qua conueniatur.

II. Quid sit edere, definitur d.l.1.§.1.his uerbis: Edere, est copiã describendi facere, uel in libello complecti, & dare, uel dictare. Eum quoq; edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demõstret, quid dictaturus sit: uel id dicendo, quo uti uelit. *Concordat l.6.§.edi.ff.eod.tt.his uerbis:* Edi, est uel dictare, uel tradere libellum, uel codicem proferre.

III. QVI EDERE TENEANTVR.

Non quemadmodũ actor reo, ita contrà reus actori instrumenta sua edere tenetur. quæ regula approbatur l.4.C.de edendo.his uerbis: Qui accusare uolũt, probationes habere debẽt: cũ neq; iuris neq; æquitatis ratio permittat, ut alienorũ instrumentorũ inspiciendorũ potestas fieri debeat. actore enim non probante, qui conuenitur, & si nihil ipse præstat obtinebit. *Cõcordat l.ult.C.eod.tt.his uerbis:* Et quæ à D. Antonino patre meo, & q̃ à me rescripta sunt, cum iuris & æquitatis rationibus congruũt. nec enim diuersa sunt, uel discrepantia, q̃d multum intersit ex parte eius qui aliquid petit, quiq; doli exceptione submoueri ab intentione petitionis suæ potest, rationes promi reus desideret, quib. se posse instruere contendit (quod utiq; ipsa rei æquitas suadet) an uerò ab eo, à quo aliquid petitur, actor desideret ratiões exhiberi: quãdo hoc casu non oportet originem petitionis ex instrumento eius qui conuenitur, fundari. *Concordat item l.1.C.eod.tt.his uerbis:* Ipse dispice quemadmodum pecuniam quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes. nam quod desideras, ut rationes suas aduersaria tua exhibeat: id ex causa ad officium iudicis ptinere solet. *Cõcordat item l.2.ff.eod. tt. cuius uerba uide j.quæst.prox.reg.9. item concordat l. 6.C.de testibus.cuius uerba uide j.Lib.prox.cap.4. de Examinandis testibus. quæst.3.except.9. Planè regulæ propositæ exceptio prima hæc est: Nisi iudici ex causa aliter uideatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Id ex causa ad officium iudicis pertinere solet. *Quæ aũt sint huiusmodi causæ, ex quibus iudex ex officio reum ad edendum compellere solet, continentur in Exceptionibus sequentib. Secunda exceptio est: Nisi reus negocia actoris gesserit. Quæ exceptio approbatur l.4. §.1. ff. de edendo. cuius uerba uide j.membr.prox. de rationib. edendis. Tertia exceptio est: Nisi actor suas rationes & instrumenta amiserit. quæ exceptio approbatur l.6.§.prohibet, in fine.ff.de edendo. cuius uerba j. membr. prox. proponẽtur. Concordat l.4. de fide instrum. Quarta exceptio est: Nisi fiscus agat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.3.ff.de edendo, his uerbis:* Senatus censuit, ne quisquam eorum, à quibus quid à fisco petitur, alia instrumenta delatori cogatur edere, quàm quæ ad eam causam pertinerent, ex qua deferre pfessus esset. *Concordat l.2.§.1.ff.de iure fisci, his uerbis:* Diuus Had. Flauio Auriano in hæc uerba rescripsit: Quin ei qui instrumẽta ad causam fisci pertinentia, cũ possit exhibere, nõ exhibet, nocere debeat: & si uerum aliter non inuenitur, ea subtracta esse credantur, quæ nocitura causæ eius fuerint, dubitandum non est. Sed nec aliàs dubitari oportet, quin non aliam in causam nocere debeant, quàm in eam, in quam desiderata sunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est:*

Nisi

Nisi instrumenta ad causam de qua agitur, non pertineant. quæ replicatio approbatur d. l. 3. ff. de edendo. Secunda replicatio est: Nisi non de numaria, sed de capitali causa agatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 2. §. item diui ff. de iure fisci, his uerbis: Diui fratres ad libellum Cornelij Rufi rescripserunt, toties edenda esse instrumenta, quoties de iure, capiendi, uel de iure dominij, uel de aliqua causa simili res numaria quæratur, non si de capitali causa agatur. *Quinta exceptio est: Nisi reus instrumentis apud iudicem uti uelit: tunc enim ad edendum tenetur secundum ea quæ habentur J. quæst. prox. reg. 1. Aliæ huiusmodi exceptiones uidentur esse pendentes ex arbitrio iudicis, secundũ ea quæ dicta sunt paulo superius except. 1.*

IIII. QVAE EDENDA.

Prima regula. De omnibus quæ quis apud iudicem editurus est, proponitur l. 1. §. edenda. ff. de edendo, his uerbis: Edenda autem sunt omnia, quæ quis apud iudicem editurus est: non tamen, ut instrumenta, quibus quis usurus non est, compellatur edere.

Secunda regula. De actione edenda, proponitur d. l. 1. in prin. cuius uerba uide S. quæst. 1.

Tertia regula. De ijs quibus quis in iudicio usurus non est, proponitur d. l. 1. §. edenda. cuius uerba uide S. regul. 1.

Quarta regula. De ratione actoris, proponitur l. 5. C. de edendo, his uerbis: Non est nouum, eum à quo petitur pecunia, implorare rationem creditoris, ut fides constare possit. *De hac re uide J. eod. cap. membr. prox q. 2. reg. 8.*

Quinta regula. De actis publicis, proponitur l. 2. C. eod. his uerbis: Is apud quem res agitur acta publica tã ciuilia, quàm criminalia exhiberi inspicienda, ad inuestigandam ueritatis fidem iubebit.

Sexta regula. De ijs quæ ad causam non pertinent, proponitur l. 3. ff. de edendo. cuius uerba uide S. quæst. prox except. 4.

Septima regula. De tota stipulatione edenda, proponitur l. 1. §. penult. ff. de edendo, his uerbis: Edere nõ uidetur, qui totam stipulationẽ non edit.

Octaua regula. De instrumentis rei conuenti actori non edendis, uide S. quæst. prox

Nona regula. De uerbis testamenti legato petito nõ edendis, proponitur l. 2. ff. de edendo, his uerbis: Si legatum petatur, non iubet prætor uerba testamenti edere, ideo fortasse, quia hæredes solent habere exemplum testamenti. *Sanè propositæ regulæ uidetur alia esse ratio: quia scilicet reus non tenetur actori edere instrumenta ad fundandam ipsius actionem. de qua re dictum S. quæst. prox.*

V. QVOMODO EDENDA.

Prima reg. Sine die & consule instrumenta edenda. quæ regula approbatur l. 1. §. editiones. ff. de edendo, his uerbis: Editiones sine die & consule fieri debẽt: ne quid excogitetur, aut prolato die fiat. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi dies solutionis sit. quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. diẽ, his uerbis:* Diẽ aũt & cõsulẽ excepit Prætor, quo instrumentũ cõscriptũ est, nõ in quẽ solutio cõcepta est. Nã dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis. *Secũda exceptio est: Nisi rationes edendæ sint. Hæ enim cũ die & consule sunt edẽdæ. quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. rationes, his uerbis:* Rationes tamen cum die & cõsule edi debẽt: quoniã accepta & data, non aliàs possunt apparere, nisi dies & consul fuerit editus. *De hac re uide J. membr. prox. q. 4. reg. 3.*

Secunda reg. Etiam sine subscriptione edentis exẽpla edi possũt. quæ regul. approbatur l. 11. ff. de edendo, his uerbis: Exẽpla instrumentorũ etiã sine subscriptione edentis, edi posse, receptum est.

Tertia regula. Qui edere tenetur, copiam describendi facere debet, uel exemplum dare. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt S quæst. 2.

VI. QVANDO EDENDA ACTIO.

Cum ipsa citatione edenda. quæ regula approbatur Nouell. const. 53. §. sancimus igitur. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 1. q. 2.

VII. EVENTVS.

Prima reg. Si actio edita sit. nihilominus emendari, uel mutari potest. quæ regula approbatur l. 3. C. de edẽdo, his uerbis: Edita actio speciem futuræ litis demõstrat: quam emẽdari uel mutari licet, prout perpetui edicti monet authoritas, uel ius reddẽtis decernit æquitas. *Concordat Inst. de action. §. si minus, cũ seq. his uerbis:* Si minus in intẽtione sua cõplexus fuerit actor, quã ad eũ pertineat: ueluti si cũ ei decẽ aurei deberentur, quinq; sibi dari oportere intẽderit: aut si cũ totus fundus eius esset, partẽ dimidiã suam esse petierit, sine periculo agit. in reliquum enim nihilominus iudex aduersarium in eodem iudicio ei condemnat, ex constitutione diuæ memoriæ Zenonis. Si quis aliud pro alio intẽderit, nihil eũ periclitari placet: sed in eodẽ iudicio cognita ueritate errorẽ suũ corrigere ei pmittitur: ueluti si is qui hominẽ Stichũ petere deberet, Erotẽ petierit: aut si quis ex testamẽto dari sibi oportere intenderit, quod ex stipulatu debetur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi sententia in causa dicta sit hoc enim casu amplius mutari non potest. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce:* In eodem iudicio cognita ueritate errorẽ suum corrigere ei permittitur. *Cui concordat l. 4. §. si detracta. ff. de noxalibus actionibus, his uerbis:* Si detracta noxæ deditione, quasi cum conscio domino actum sit, qui nõ erat cõscius: absolutione facta, & finito iudicio, amplius agens cũ noxę deditione, exceptione rei iudicatę submouebitur: quia res in superius iudicium deducta, & finita est. Donec autem prius iudicium agitatur, licẽtia est agenti, si eum de scientia domini arguẽda pœniteat, tunc

tunc ad noxalem causam transire. Contrà quoq;, si cum eo qui scit, cum noxæ deditione actum sit: amplius in dominum detracta noxæ deditione danda actio non est. In ipso autem iudicio, si uoluerit & scientiam domini arguere, non est prohibendus. *Plura de regula proposita uide alibi de exceptione rei iudicatæ, & in iudicium deductæ.*

Secunda regula. Si non edatur, eo nomine datur actio, ad id quod interest. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur J. membr. prox. in fine.

Tertia regula. Si plus petitum sit pœna, proponitur l. unica. C. de plus petitionibus Inst. de actionib. §. si quis agens.

¶ Postremò de Rationibus edendis.

I. *De rationibus edendis edictum, proponitur l. 4. in prin. ff. de edendo, his uerbis:* Prætor ait: Argentariæ mensæ exercitores rationem, quę ad se pertinet, edant, adiecto die & consule. *Ratio huius edicti, proponitur d. l. 4. §. 1. his uerbis:* Huius edicti ratio æquissima est. nam cum singulorum rationes argentarij conficiant, æquum fuit, id quod mei causa confecit, meum quodammodo instrumentum mihi edi. *Concordat l. 10. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 1. Declaratur regula proposita l. 6. §. rationem. ff. eod. tt, his uerbis:* Rationem autem esse Labeo ait, ultrò citroq; dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui causa negociationem: nec ullam rationē nuda duntaxat solutione debiti incipere: nec si pignus acceperit, aut mandatum, cōpellēdum edere. hoc enim extra rationem esse. Sed & quod solui constituit argentarius edere debet, nā & hoc ex argentaria uenit. *Declaratur insuper regula proposita l. 89. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Inter reddere & edere rationes multum interest: nec is qui edere iussus sit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem uidetur, etiamsi quod reliquum sit, apud eam non soluat. *Exceptiones propositæ regulæ uide J. quæstion. 5. item quæstione 8.*

II. QVI RATIONES EDERE teneantur.

Prima regula. De argentarijs, proponitur l. 4. in prin. ff. de edendo. cuius uerba uide S. quæst. prox. Concordat l. 10. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Argentarius rationes edere iubetur: nec interest cum ipso argentario cōtrouersia sit, an cum alio. Ideo aūt argentarios tantum, neq; alios ullos ab similes rationes edere cogit: quia officium eorum atque ministerium publicam habet causam, & hæc principalis eorū opera est, ut actus sui rationem diligenter conficiant.

Secunda regula. De numularijs, proponitur l. 9. §. numularios. ff. de edendo, his uerbis: Numularios quoq; non esse iniquum cogi rationes edere, Pomponius scribit: quia & hi, sicut argētarij rationes conficiunt. Et quia accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusq; eorum maximè continetur, ideo frequentissimè ad fidem eorum decurritur.

Tertia regula. De alijs præter argentarios & numularios. Alias rationes edere non cogit prætor. quæ regula approbatur l. 10. in prin. ibi: Ideo autem. ff. de edendo. cuius uerba uide S. reg. 1. Hæc regula distinguitur per regulas sequentes.

Quarta regula. De filiofamiliâs argentario & patre eius, proponitur l. 4. §. sed & filiusfam ff. de edendo, his uerbis: Sed & filiusfamiliâs continetur, his uerbis: ut uel ipse cogatur edere: an & pater quæritur? Labeo scripsit, patrem non cogendum: nisi sciente eo argentaria exerceretur. Sed rectè Sabinus respondit, tunc id admittendum, cùm patri quæstum referret. *Ex his patet, patrem argentarij regulariter ad edendas rationes non teneri. Eius aūt regulæ primam esse exceptionem: Nisi sciente eo, filius argentariam exerceat. Alteram exceptionem esse: Nisi quæstus ex argentaria patri quæratur. Tertia exceptio est: Nisi pater filio argentario succedat. quæ exceptio approbatur l. 9. §. nihil interest. ff. eod. tt. cuius uerba uide J.*

Quinta regula. De seruo argentario & domino eius, proponitur d. l. 4. §. sed & si seruus, his uerbis: Sed & si seruus argentariam faciat (potest enim) si quidem uoluntare domini fecerit, compelli dominum edere, ac perinde in eū dādum esse iudicium, ac si ipse fecisset. Sed si inscio domino, satis esse dominum iurare, eas se rationes non habere. Si seruus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio, uel de in rem uerso tenetur. Sed si dominus habet rationes, nec edat, in solidum tenetur. *Concordat d. §. nihil interest.*

Sexta regula. De successoribus argentarij. Hi quoque regulariter tenētur. quæ regula approbatur l. 6. §. 1. ff de edendo, his uerbis: Cogentur & successores argentarij edere rationes. *Huius regulæ exceptio prima uidetur esse: Nisi successor non sit eiusdem professionis. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. nihil interest. ff eod. tt. his uerbis:* Nihil interest si successores, aut pater, aut dominus argentarij eiusdem fueriīt professionis: quia cum in locum aut in ius succedant argentarij, partibus eius fungi debebunt. *Secunda exceptio est: Nisi hæres rationes non possideat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 9. §. sed nec hæres, his uerbis:* Sed nec hæres tenebitur, cum nec possideat, nec dolo malo fecerit. Sed si ei antequam eas legatarijs traderet, denūciatum fuerit ne antè tradat, tenebitur

bitur quasi dolo fecerit. Quod si nihil dolo fece[ri]t, causa cognita, legatarius cogendus est edere. *Tertia exceptio est: Nisi non uniuersalis sed singularis successor sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 9. §. is autem, his uerbis:* Is autem, cui argentarius rationes suas legauit, non uidetur co[nti]neri (quia iuris successor ijs uerbis significatur) non magis quam si ei uiuus eas donasset. Planè interdum causa cognita singularis etiam successor tenetur. *quæ replicatio approbatur d. l. 9. §. sed nec hæres. in fine. cuius uerba uide s. except. prox.*

Septima regula. De procuratore, socio & tutore, proponitur l. 9. in prin. ff. de edendo. cuius uerba uide [illegible]. cap. in fine.

Octaua regula. De actore qui cogitur edere rationes [fisc]o, proponitur l. 1. C. de edendo. cuius uerba uide s. eod. c. p. membr. 1. quæst. 4. reg. 4. Concordat l. 6. C. eod. t. his uerbis: Iustum est desiderium eius, à quo pecunia petitur (licet nomine publico) [e] rationibus publicis exhibiris, constet qu[ando ea]m sub nomine suo solutũ sit. *Concor. item l. 7 C. eod. t. his uerbis:* Procurator priuatæ [rationi]s, instrumentorum quæ communia [t]ibi esse dicis cum fisco, describendorũ facultatem secundum morem fieri iubebit: & si quando res exegerit ad fidem petitionis tuę apud alium iudicem probandã aliqu[i]d eorum proferri: desiderante eo qui cõuen[itu]r, ut id fiat præcipiet. *Concordat item l. [illegible]. C. eod. tt. cuius uerba uide s. eod. ca. membr. 1. quæst. [illegible] l. 4. C. de fide instrumentor. his uerbis:* Illaræ dispẽsatori pecuniæ, si ob amissorum i[nstr]ume[nto]rum casum probatione desece[rit, in]spectio rationum fiscalium fidẽ demo[nstr]abit

Nona regula. De pluribus argentarijs uel successoribus argentarij, uel pluribus tutorib. proponitur l. 6. §. [...] de edendo his uerbis: Si plures sint hęredes & unus habeat: solus ad editionem cõpelletur. Sed si omnes habent, & unus edidit, an omnes ad editionem cõpellendi sunt? quid enim si humilis & deploratus unus e[ди]dit, ut dubitare meritò quis de fide editionis possit? Utigitur comparari rationes possint, etiam cæteri edere debent, aut certè [uni]us editioni subscribere. Idem erit, etsi plures fuerint argentarij, à quibus editio de[sider]atur. Nam etsi plures tutores tutelã simul administrauerint: aut omnes edere debent, aut unius editioni subscribere.

II QVIBVS PETENTIBVS rationes edendæ.

Omnib. postulantib. rationes sunt edendæ. quæ reg. approbatur, simul & distinguitur l. 9. §. fin. ff. de edẽd. his uerbis: Omnib. postulantibus, & iurantibus nõ calumniæ causa (se) petere: rationes quæ ad se pertineant, Prætor edi iubet. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui sibi edi postulat, iuramentum calumniæ non præstiterit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Iurantibus non calumniæ causa (se) petere. *Concordat l. 6. §. exigitur ff. eod. tt. his uerbis:* Exigitur autem ab aduersario argentarij iusiurandum, non calumniæ causa postulare edi sibi: ne fortè uel superuacuas rationes, uel quas habet, edi sibi postulet, uexandi argentarij causa. *Secunda exceptio est: Nisi ad eum qui petit, non pertineat. Hæc exceptio elici potest ex uerbis supradictis hisce:* Rationes quę ad se pertineant. *Sed & approbatur exceptio proposita l. 6. §. ex hoc edicto. ff. eod. tt. his uerbis:* Ex hoc edicto in id quod interfuit, actio competit. Unde apparet ita demum teneri hoc edicto, si ad eum pertineat. *Declaratur hæc exceptio d. l. 6. §. pertinere, his uerbis:* Pertinere autem uidetur ad me ratio, si modò eã tractaueris me mandante. Sed si procurator meus absente me mandauerit, an mihi edenda sit, quasi ad me pertineat? & magis est ut edatur. *uẽ declaratur exceptio proposita l. 9. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Ad nos autem pertinet, non tantum, cum ipsi contraximus, uel successimus ei qui contraxit: sed etiam si is qui in nostra potestate est, contraxit. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pater, dominus, uel heres sit eius, ad quem pertinet. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Ad nos autem pertinet, &c. *Secunda replicatio est: Nisi procurator eius ad quem pertinet petat. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. procuratori. ff. eod. tt. his uerbis:* Procuratori quoq; meo edendam rationem, quam mecum habet, non dubito, quasi ad eum pertineat, & cauturum de rato, si mandatum ei non sit. *Tertia exceptio est: Nisi argentarius edi sibi petat. Hæc exce. approbatur d. l. 6. §. prohibet, his uerbis:* Prohibet argentario edi, illa ratione, quod etiã ipse instructus esse potest, instrumento suæ professionis: & quod absurdũ est, cum ipse in ea sit causa, ut edere debeat: ipsum petere ut edatur. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi causa cognita. nam si causa cognita iudici uidebitur, etiam argentario rationes sunt edendæ. quæ replicatio approbatur d. l. 6. §. penult. cuius uerba uide s. except. prox. Quarta exceptio est: Nisi hæres argentarij edi sibi petat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. §. penult. his uerbis:* An uerò nec hęredi argentarij edi ratio debeat uidendum? & quidem si instrumentum argentarię ad eũ peruenerit, nõ debet ei edi: si minus, edenda est ex causa. Nam & ipsi argentario ex causa edenda est, si naufragio uel ruina, uel incendio, uel alia simili causa rationes perdidisse se probet, aut in longinquo habere, ueluti trans mare.

Quinta exceptio est: Nisi is cui semel rationes editæ sunt, eas iterum sibi edi postulauerit. [quæ] exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicationes

causa cognita arbitrio iudicis permittuntur. quæ replicationes ex arbitrio iudicis pendẽtes, approbantur d.l.6.§.prætor, his uerbis: Prætor agit, Argentario, eius qui iterum postulauerit, causa cognita edi iubebo. *Concordat d.l.6.§.fin. cum lege sequente, his uerbis*: Nec iterum postulant, edi prætor iubet, nisi causa cognita uoluti si peregre habere, quod primum editũ est, uel minus plenè editũ doceat: uel eas rationes, casu maiore, nõ uerò negligẽtia perdiderit Nã si quo casu amisit cui ignosci debeat, ex integro edi iubebit. *Harũ replicationum duplicatio hæc esse uidetur: Nisi tertio, uel quarto edi sibi postulauerit. Hæc duplicatio reprobatur l.7.§. hæc uox. ff. eod. tt. his uerbis*: Hæc uox Iterum duas res significat, altera est, qua demonstratur tempus secundum quod Græci *δεύτερον* dicũt: altera quæ ad sequentia quoq; tempora pertinet. quæ Græce dicitur *πάλιν*: quod ita accipitur quoties opus erit. nam potest fieri ut bis editam sibi rationẽ quia perdiderit, ut uerbum Iterum, pro Sæpius, accipiatur.

IIII. QVAE EDENDA, ET quomodo.

Prima regula De solutione factis, pignore, mandato, & de pecunia constituta, proponitur l.6 §. rationem ff. de edendo. cuius uerba uide s̃ quæst.1.

Secunda regula. De toto codice edendo, & à capite, proponitur l.10.§. edi autem. ff. de edendo. his uerbis: Edi autem ratio ita intelligitur, si à capite edatur. nam ratio, nisi à capite inspiciatur, intelligi non potest: scilicet ut non totum cuique codicem rationum, totasque membranas inspiciendi, describendique potestas fiat: sed ut ea sola pars rationũ, quæ ad instruendum aliquẽ pertineat, inspiciatur & describatur.

Tertia reg. De die & consule adijciendo, proponitur l.4. in prin. ff. de edendo, cuius uerba uide s̃. quæst.1. concordat l.1.§. diem autem, ibi: Rationes autem. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. eod. cap. membr.1 quæst.5. Concordat item l.6.§. si initium. ff. eod. tt. his uerbis: Si initium tabularum habet diem & consulem, in quibus Titij ratio scripta est: postmodum mea sine die & consule: etiam mihi edendus est dies & consul.

V. VBI RATIO EDENDA SIT.

Ibi edere tenetur, ubi argentariam exercuit. Quæ regula approbatur l.4.§. sed ibi quis. ff. de edendo. his uerbis: Ibi quis compellitur edere, ubi argentariam exercuit, & hoc est constitutum. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi instrumentum argentariæ in alia prouincia habeat. Hæc exceptio reprobatur d.§. sed ibi quis, his uerbis*: Quod si instrumentum argentariæ in alia prouincia habeat, in alia administrauerit: ibi puto cogendum edere, ubi argentariam exercuit: hic enim primum deliquit, quod aliò instrumẽtum transtulit. *Secunda exceptio est: Nisi alibi edi postuletur. Hæc exceptio reprobatur sub conditione d.l.4.§. fin. cum lege sequẽte, his uerbis*: Quod si in alio loco argentariam exerceat, alibi autẽ ad editionem compellatur, minimè hoc facere cogitur, nisi descriptum uelis, ubi de ea re agitur, ibi dari, tuis uidelicet sumptibus: spaciumq; ad perferendas eas tribuendum est. *Tertia exceptio est: Nisi in uilla aut in horreo instrumenta habeat. Hæc exceptio approbatur l.6. in prin ff. eod. tt. his uerbis*: Si quis ex argentarijs (ut pleriq; eorũ) in uilla habeat instrumenta, uel in horreo: aut ad locum te perducet, aut descriptas rationes dabit.

VI. QVOTIES EDENDA.

Sæpius edere cogendus, de qua re uide s̃. quæstion. 3. except.5.

VII. ANTECEDENTIA.

Prima regula. De iuramento calumniæ ab actore præstando, proponitur l.6.§. exigitur. ff. de edendo & de qua re uide s̃. quæst.3. except.1.

Altera regula. De cautione de rato à procuratore præstanda, proponitur l.6.§. procuratori. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. d. quæst.3. except.2. repl.2.

VIII. EVENTVS, SEV DE actione si non edatur.

1. Causa huius actionis cum suis exceptionibus.

Causa huius actionis est: Si reus argentarius rationes non edat. quæ causa approbatur l.8. in prin. ff. de edendo, cuius uerba uide j. except. prox. Est autem propositæ causæ prima exceptio hæc Nisi sine dolo malo non edat. Hæc excep. approbatur d.l.8. in prin. his uerbis: Vbi exigitur argẽtarius rationes edere, tunc punitur, cum dolo malo nõ exhibet: sed culpam nõ præstabit, nisi dolo proximam. *Secunda exceptio est: Nisi cum reo argentario non sit controuersia. Hæc exceptio reprobatur l.10. in prin. ff. de edendo, cuius uerba uide s̃. quæst. 2. reg.1. Tertia exceptio est: Nisi argentariam facere desierit reus. Hæc exceptio reprobatur l.4.§. is etiam. ff. eod. tt. his uerbis*: Is etiam, qui desijt argentariam facere, ad editionem compellitur. *Quarta exceptio est: Nisi ob ætatem, uel rusticitatem, uel sexum non edidit, uel ex alia iusta causa. Hæc multiplex exceptio approbatur l.1.§. fin. ff. de edendo, his uerbis*: Eis qui ob ætatem, uel rusticitatem, uel ob sexum lapsi non ediderunt, uel ex alia iusta causa, subuenietur. *Quinta exceptio est: Nisi actor exemplum eius, quod edi sibi petit, habeat. Hæc exceptio approbatur l.2. ff. de edendo, cuius uerba uide s̃ cod. cap. membr. 2. quæst. 4. reg.9. Concordat l.6.§. prohib. ff. eod. tt. cuius uerba uide quæst.3. except.3. Sexta exceptio est: Nisi edita sit ratio. Hæc exceptio, ut per se uera est, ita suas habet replicationes: quarum prima hæc est: Nisi maliciosè edita sit. Hæc replicatio approbatur l.8.§.1. ff. de edendo, his uerbis*: Dolo malo non edidit.

& qui

& qui malitiose edidit: & qui in totum non edidit. *Secunda replicatio est: Nisi edidam rationem actor amiserit. Hec replicatio approbatur per ea quæ dicta sunt §. q.3. except.5. Septima exceptio est: Nisi fi actione reus ad edendum rationem cogi possit. Hec exceptio approbatur l. 9. in prin. ff. de edendo. cuius uerba uide eod cap. in fine. Reliquas propositæ ... exceptiones uide d. quæst. 3.*

2. Quibus & aduersus quos competat hæc actio.

De heredibus regula proponitur l. 13. ff. de edendo, his uerbis: Hæc actio neque post annum, ... nisi ex suo facto dabitur ... autem dabitur. *Ait Iurisconsultus:* ... ex suo facto. *De hoc dic ut §. quæst. 2. reg. 6. ex cpt. 2.*

3. Quid in ea ueniat.

... regula De eo quod interest, proponitur l. 6. §. ex hoc edicto. ff. de edendo. cuius uerba uide §. quæst. 5. ex pt. 2. Quo modo id quod interest in hac actione ... incipiendum, definitur l. 8. §. is autem ff. de edendo, ...: Is autem, qui in hoc edictum incidit, id præstat, quod interfuit mea rationes ... decerneretur à Prætore, non quod hodie interest. Et ideo licet interesse desijt, uel minoris uel pluris interesse cœpit, locum hæc actio non habebit neque ad augmentum, neque ad deminutionem.

... unda regula. De causa ob non editas rationes ... æstimanda, ea quæ æstimatione præstanda, proponitur l. 10. §. cũ aũt, his uerbis: Cũ in id actio cõpetat quanti agentis interfuit editas sibi rationes ... euenit, ut siue quis condẽnatus sit, siue quod petijt non obtinuerit, eo quod non habuit rationes, ex quibus causam suam tueri posset: id ipsum, quod ita perdiderit, hac actione consequatur. Sed an hoc procedat, uideamus? nam si apud hunc iudicem qui inter eum & argentarium iudi... potest probare se illo iudicio, quo uictus est, uincere potuisse: poterat & tunc probare, etsi non probauit, aut probantem iudex non curauit, de se ipso aut de iudice queri debet. Sed non ita est. fieri enim potest, ut nunc rationes, uel ipso edente, uel alio modo nactus, aut alijs instrumẽtis uel testibus, quibus illo tempore aliqua ex causa uti non potuit, possit probare, potuisse se uincere. Sic enim & de cautione subrepta aut corrupta, cõpetit condictio, & damni iniuriæ actio: quia quod antè non potuimus intercepta cautione probare, & ob id amisimus, hoc nunc alijs instrumentis aut testibus, quibus tunc uti non potuimus, probare possumus.

Tertia regula. In quantum dominus serui argentarij nomine teneatur, definitur l. 4. § sed etsi seruus. ff. de edendo. cuius uerba uide §. eod. memb. 2. quæst. 2. regul. 5.

4. Quamdiu competat.

Annalis est actio. quæ regula approbatur l. 13. ff. de edendo. cuius uerba uide paulo superius quæst. 2.

5. Adfinia remedia.

De actione mandati, tutelæ, & pro socio. proponitur l. 9. in prin. ff. de edendo, his uerbis: Quædam sunt personæ, quas rationes nobis edere oportet, nec tamen à Prætore per hoc edictum compelluntur: ueluti cum procurator res, rationesue nostras administrauit, non cogitur à Prætore per metum actionis in factum rationes edere: scilicet quia id consequi possumus per mandati actionem Sed & cum dolo malo socius negocia gessit, Prætor per hanc clausulam non interuenit: est enim pro socio actio. Sed nec tutorem cogit Prætor pupillo edere rationes, sed iudicio tutelæ solet cogi edere. *Hactenus de Edendo.*

DE DILATIONIBVS. Cap. V.

I. AN ET QVATENVS dilatio sit danda.

Non *nisi causa cognita dilatio danda est. quæ regula approbatur l. 4. C. de dilation. his uerbis:* A procedente iudice dilationem non conuenit postulati, etiamsi utraque parte præsente tribuatur: cum non aliàs nisi causa cognita indulgeri queat: & cognitio causæ non interpellatione planaria, sed consedẽte magis iudice legitimè colligatur: ut si fortè dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quęstio per sententiam iudicis dirimatur. *Concordat l. 6. C. eod. tit. his uerbis:* Inter priuatos & fiscum si aliqua lis mota fuerit: utrique parti petendæ dilationis per defensores suos copia deneganda non est, si hoc commoditatis ratio postulauerit. *Concordat item l. ult. in fine ff. de ferijs & dilationib. item l. 4. in prin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide §. Lib. prox. cap. 2. quæst. 1. except 13. repl. 6. item concordat l. 2. §. fin. C. ut intra certum tempus crim. his uerbis:* Iudicum debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis à reo, uel accusatore dilatio postuletur, urgeant talium causarum notionem non expectatis moris. *item concordat l. 1. §. fin. ff. de dilationib. cuius uerba uide §. quæst. 3. reg. 1.*

II. CAVSAE, EX QVIBVS dilatio danda.

Quoniam dilatio non nisi causa cognita danda est, ut iam dictum, uideamus causas ex quibus dari posit.

Prima causa est. Si reus possessor nominet autorem uel dominum domus, danda est ei dilatio ad denunciandum. quæ causa approbatur l. 2. C. ubi in rem actio exerceri debeat, his uerbis: Si quis alterius nomi

 no

ne quolibet modo posſidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem actionem ſuſtineat, debet ſtatim in iudicio dominũ nominare: ut ſiue in eadem ciuitate degat, ſiue in agro, ſiue in alia prouincia ſit, certo dierum ſpacio à iudice definiendo, eoque ad notionem eius perducendo, uel ipſe in locis in quibus prædium ſitum eſt perueniens, uel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat. Si uerò poſt huiuſmodi indultum tempus minimè hoc quod diſpoſitum eſt, facere maluerit, tanquam lite quæ ei ingeritur ex die quo poſſeſſor ad iudicium uocatus eſt, ad interrumpendam longi temporis præſcriptionem conteſtatæ: iudex utpote domino poſſeſsionis, &c. *Reliqua uerba uide ſ.eod. Lib. cap. 2. quæſt. 6. reg. 6. Concordat Nouell. c. 68. §. quod ſi alter. cuius uerba uide ſ. Lib. prox. cap. 2. quæſt. 1. except. 48.*

Secunda cauſa. Si fideiuſſor uel mandator opponat exceptionem de reo principali prius conueniendo isque abſit, datur ei dilatio ad eum adducendum. quæ cauſa approbatur Nouell. c. 4. §. poſtulet igitur. cuius uerba alibi proponentur.

Tertia cauſa. De dilatione reo ad excipiendum dãda, proponitur l. 2. C. de dilation. his uerbis: Si quãdo quis reſcriptũ ad extra ordinatium iudicẽ reportauerit: dilatio ei penitus deneganda eſt. Illi autem qui in iudiciũ uocatur, danda eſt ad improbanda precum mendacia, uel proferenda aliqua inſtrumenta uel teſtes: quoniam inſtructus eſſe nõ potuit, qui pręter ſpem ad alienum iudicium trahitur. *Concordat l. 53. §. ſed & illud. cum ſequentibus. de quo ſ. Lib. prox. cap. 1. quæſt. 2.*

Quarta cauſa. Probationum & inſtrumentorum adferendorum cauſa dilatio eſt danda. Quæ cauſa approbatur Nouell. c. 115. §. ſed & hoc, ibi: dilationes, his uerbis: Dilationes quas probationum cauſa leges concedunt. *Cõcordat l. 99. §. fin. ff. de uerb. ſignif. cuius uerba uide ſ. Lib. prox. cap. 1. Propoſitæ cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi princeps cognoſcat, uel ad appellationem conſultationemúe reſcripſerit Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de dilationib. his uerbis:* Cum à nobis fuerit ad appellationem, &c.

Quinta cauſa. Si inſtrumenta litis apud eos eſſe dicãtur, qui reipub. cauſa abſunt. Hæc cauſa approbatur l. 16. in prin. ff. de iudicijs, hiſce uerbis: Interdum ex iuſtis cauſis & certis perſonis ſuſtinendæ ſunt cognitiones: ueluti ſi inſtrumenta litis apud eos eſſe dicantur qui reipub. cauſa aberunt.

Sexta cauſa. Si quidam litis conſortum abeſſe dicentur. Hæc cauſa approbatur l. 44. in prin. ff. de iudicijs his uerbis: Non idcirco iudicis officium impeditur, quod quidã ex tutoribus poſt litem aduerſus omnes inchoatam, reipub. cauſa abeſſe cœperunt: cum pręſentium, & eorũ qui non defenduntur, adminiſtratio diſcerni & æſtimari poſsit. *Concordat l. 1. C. de conſortib. eiuſdẽ litis. cuius uerba uide in Comment. de Actionib. cap. 4. reg. 6.*

Septima cauſa. Si cognatus uel adfinis litigatoris defunctus eſſe dicatur, aut ſimilis caſus fortuitus interuenerit. Hæc cauſa approbatur l. 16. in prin. ff. de iudicijs, his uerbis: Diui fratres in hæc uerba reſcripſerunt: Humanum eſt ꝓpter fortuitos caſus dilationem accipi, ueluti cum pater litigator filiũ, uel filiã, uel uxor uirũ, uel filius parentem amiſit, & in ſimilibus cauſis cognitionem ad aliquem modũ ſuſtineri.

Octaua cauſa. Si actionem uel reſcriptum producere uelit. Hæc cauſa reprobatur l. 2. in prin. C. de dilationib. cuius uerba uide ſ. cauſa 3.

Nona cauſa. Si diſputatio cauſæ ſit concludenda. Hæc cauſa approbatur Nouell. c. 115. §. ſed & hoc. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox reg. 1.

III. QVANTA DILATIO SIT danda.

Prima regula in probationum dilatione danda, proponitur l. 1. C. de dilationib. his uerbis: Quoniã plerunq; euenit, ut iudex inſtrumentorũ uel perſonarum gratia dilationem dare rerum neceſsitate cogatur: ſpacium inſtructionis exhibẽdæ poſtulatũ dari conueniet. Quod hac ratione arbitramur eſſe moderandũ, ut ſi ex ea ꝓuincia ubi lis agitur, uel perſona, uel inſtrumẽta poſcẽtur, nõ amplius quàm tres menſes indulgeantur. Si uerò ex contĩnentib. prouincijs, ſex menſes cuſtodiri iuſticiæ eſt. In tranſmarina autẽ dilatione nouẽ menſes computari oportebit. Quod ita iudicãtes ſentire debebunt, ut in hac ratione nõ ſibi conceſſum intelligant dandæ dilationis arbitriũ, ſed eandẽ dilationẽ, ſi rerũ urgentiſsima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit, non facilè amplius quàm ſemel, nec ulla trahẽdi arte ſciat eſſe tribuendã. *Concordat l. 7. C. eo. tt. his uerbis:* Nec de ſtatu ac patrimonio litigantibus in tranſmatina etiã dilatione nouem menſum ſpacia egredi concedatur.

Secunda regula. De dilatione ad denunciandum domino danda, proponitur Nouell. c. 68. §. quòd ſi alter. cuius uerba uide ſ Lib. prox. cap. 2. q. 1. except. 48.

Tertia regula. De dilatione ad concludendam diſputationem danda, proponitur Nouell. c. 115. §. ſed & hoc, his uerbis: Sed & hoc præſentè lege ſancimus. Ex quo enim nonnunquã inter litigatores contingit, ut altera quidẽ partiũ ſuis allegationib. renunciet, altera uero cognoſcens, quod malã habitura ſit cauſam. poſt tractatã in iudicio litem, & dilationes quas probationum cauſa leges concedunt, profiteri nolit, contentam ſe allegationib. eſſe, neq; alia de cauſa, quàm ue c[illegible]s cauſæ qualitas agnoſcatur: iubemus, ut cum una partium ſuis renunciauerit allegationibus, altera

al ers uerò pars dixerit habere se quod adijcere debeat, causæ iudex omnibus modis eam partem quæ dilatione utitur, compellari intra t gin a dies, quàm altera pars renunciauerit citra ullam dilationem, quod uult propo ere. Quod si non fecerit: tunc ut improbitas eius superetur, alter ei mensis indulgeatur à iudice. Si sic quoque differat, it alterius ei mensis dilatio præbeatur, ita tamen ut si inter prędictos tres menses, quos litem protelantibus litigatoribus concessimus, allegationes suas non proposuerit: iu ex non amplius expectans omnibus modis sententiam legibus conuenientem proferat, aut (si uoluerit) referat, quo minus litigatoribus improbo studio condentibus liceat causarũ euentus in longum protrahere.

Quarta regula. Feriæ in tempus dilatiõnũ connumerantur. Quæ regula approbatur l. 3. §. fin. C. de dilationibus, his uerbis: Feriæ autem siue repentinæ sint, siue solennes, dilationum temporibus non excipiantur, sed his connumerentur.

IIII. QVOTIES DILATIO danda.

Non nisi semel dilatio danda. Hæc regula approbatur, simul et distinguitur l. 10. ff. de ferijs & dilationib. his uerb. In pecuniarijs causis, omnib. dilatio sing lis causis plus semel tribui nõ potest: in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duæ dari possunt, sed utrumq; causa cog ita. *Concordat l. 1. §. fin. C. de dilationib. cuius uerba uide s̃. quæst. prox. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi causa sit capitalis. Quæ exceptio approbatur iamdictis uerbis hisce:* In capitali s autem reo tres dilationes, &c. *Secunda exceptio est: Nisi iusta causa interueniat. quæ exceptio approbatur l. 7. ff. de ferijs & dilationib. his uerbis:* Oratione quidem diui Marci, amplius quàm semel non esse dandam instrumentor m d ationẽ, expressum est, sed utilitatis li gant u gratia, causa cognita iterũ di o tam ex eadẽ, quàm ex alia prouincia n m moderamen locorum impertiri et: & maximè si aliquid inopinatum emergat. *Tertia exceptio est: Nisi is cui dilatio data est, defunctus sit: tunc enim eius heredi iterũ est danda. quæ exceptio approbatur d. l. 7. §. fin. his uerbis:* d uidendum, si defunctus aliquam dilationem acceperit propter instrumenta, an successori quoq; eius dari debeat: an uerò quia iam data est, amplius dari nõ possit? & magis est, ut hic causa cognita dari debeat.

V. VBI DANDA EST dilatio.

Non nisi pro tribunali petenda & danda est dilatio. quæ regula approbatur l. 4. C. de dilationibus. cuius uerba uide s̃. eod. cap. in prin.

VI. ANTECEDENTIA.

Non nisi causa cognita dilatio danda est. de qua re uide s̃. eod. cap. in prin.

VII. EVENTVS DATAE dilationis.

Prima regula. Interim iudicis officium conqui t. quæ regula approbatur l. 3. in prin. C. de dilationib. his uerbis: Siue pars, siue integra dilatio fuerit data, eousq; iudicis officiũ conquiescat, donec petiti temporis defluxerint curricula.

Secunda regula. Non currit temporis præscriptio. quæ regula approbatur l. 1. §. in omnib. ff. de ususris, his uerbis: In omnibus causis, in quib. protelatur admonitio, hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet.

DE EXCEPTIONIBVS dilatorijs, et recusatoria iudicis.

Cap. VI.

I. EXCEPTIO. *Dilatoria ante litem contestatam non post opponenda. quæ regula approbatur l. 12. C. de exceptionibus, his uerbis:* Si quis aduocatus inter exordia litis prætermissam dilatoriam præscriptionem postea uoluerit exercere, & ab huiusmodi opitulatione submotus, nihilominus perseueret, atq; præpostere defensioni institerit, unius libræ auri cõdemnatione mulctetur. *Planè exceptio dilatoria ab initio proposita, postea potest probari. quæ exceptio approbatur l. 19. C. de probationi. his uerbis:* Exceptionẽ dilatoriã opponi quidem initio, probari uerò postquam actor monstrauerit, quod adseuerat oportet.

II. SPECIES DILATORIAE exceptionis est recusatoria iudicis, de qua nunc dicendum.

I. Causæ ex quibus iudex recusari potest expositæ sunt s̃. Lib. prox. cap. 2. quæst. 1. Earum aũt causarũ exceptio prima hæc est: Nisi iudex ab imperatore, uel alio sublimi magistratu sit delegatus. Hæc exceptio reprobatur l. 14. C. de iudicijs, his uerbis: Apertissimi iuris est, licere litigatoribus iudices, antequam lis inchoetur, recusare: cum etiam ex generalibus formis sublimissimæ tuę sedis statutũ est, necessitatẽ imponi iudice recusato partib. ad eligendos arbitros uenire, & sub audientia eorũ sua iura proponere: licet enim ex Imperiali numine iudex delegatus est, tamen quia sine suspicione omnes lites procedere nobis cordi est, liceat ei qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium curratur, libello recusationis ei porrecto: cũ post litem contestatam, neq; appellare posse ante definitiuam sentẽtiam iam statuerimus, neq; recusare, ne lites in infinitum extendãtur. In eo scilicet executore necessitatẽ partibus per ordinarium iudicem & omne ciuile auxilium imponente, & arbitros elige

re, & ad eos uenire: & sic litem appetere, quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati. Quod etsi ab Imperiali maiestate iudex delegatus non sit, sed ab alio culmine, obtinere censemus. *Secunda exceptio est: Nisi antea quoq; alium iudicem reus recusauit. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 53. §. ubi uerò, his uerbis:* Vbi uerò semel recusato iudice alium acceperit, nō permittimus ei ut petitum iudicē denuò recuset. Quemadmodū enim pro eo curam gerimus, ita rursum ut ab ipso in detrimentum actorū omnino aliquid agatur, auersamur. *Tertia exceptio est: Nisi intra uiginti dies à libelli editione iudex nō sit recusatus. Quæ exceptio approbatur Nouell. c. 53. § sancimus igitur, de quo J. Quarta exceptio est: Nisi ante litem contestatam recusetur iudex. Hæc exceptio reprobatur l. ult. C. de sententijs & interlocut. his uerbis:* Cū solitum est in sententijs iudicum sic interlocutionem proferri, ut non liceat partibus ante definitiuam sententiam ad appellationis uel recusationis uenire auxilium: quidā putabant non licere ante litem contestatā nec iudicem recusare, quemadmodum nec ab eo appellare. Cum enim simul utrumq; uocabulū ponitur tā appellationis, quam recusationis, prouocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi: putabant quod nec recusare quidē iudicem cuiquam conceditur ante litem contestatam: quod minimè uetitum est. Caueant itaq; iudices huiusmodi sermonem simul, & sine certa distinctione proferre. *Cōcordat l. 14. in prin. C. de iudicijs. cuius uerba uide paulò superius ead. quæst. in prin. Quinta exceptio est: Nisi ante litem contestatam iudex nō sit recusatus. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. de iurisd. omnium iud. cuius uerba cum legibus concordantib. uide s. Lib. prox. cap. 2. quæst. 1. in fine repl. 1. Sed & concordat Nouell. c. 53. §. sed & illud. cum sequentib. cuius uerba uide J. de litis contestatione. Concordat item l. 14. ibi, cum post litem. C. de iudicijs. cuius uerba uide s. ead. quæst. in prin. Huius exceptionis replicatio est: Nisi causa ob quam iudex recusatur, post litem contestatam acciderit. quæ replicatio approbatur casibus similibus procuratorum mutandorum. de quibus uide s. Lib. prox. cap. 6. membr. 5.*

2. Quando iudex recusandus.

Definitur per ea quæ iam dicta sunt exceptione 3. 4 & 5.

3. Quomodo iudex recusandus.

De libello recusationis offerendo, proponitur l. 14. ibi, libello recusationis ei porrecto. C. de iudicc. cuius uerba uide s. quæst. 1. in prin. Cui libellus iudic absente posit offerri, proponitur l. 16. C. eod. tt. his uerbis: Cum specialis iudex siue ab augusta fortuna, siue a iudiciali culmine in aliqua prouincia in qua incusatus degit. datus est, & una pars suspectum eum sibi esse dicit: ne fortè absente personæ iudicis, & in alia ciuitate eiusdem prouinciæ commorante, compellatur longo itinere emenso recusationis libellum ei incusatus offerre: Sancimus, siquidem præstò est præses prouinciæ in illa ciuitate ubi de ea re dubitatur, licere ei qui suspectum sibi iudicem esse dicit, ipsum præsidem adire, & hoc facere in actis manifestum. Si autem non est moderator prouinciæ in præfato loco: hæc eadem apud defensorem locorum uel d[illegible] u[illegible]ros municipales gestis apud eos habitis & celebrare, ad iudicem quidē eū recusare: illico aūt, id est intra triduum proximum sine ulla dilatione compelli arbitrum uel arbitros eligere. & apud eos litigare: ne & datus iudex remoueatur, & alter non eligatur. Ele[illegible]ione uidelicet arbitri, si uariarum fuerit inter partes simili modo uel præsidis prouinciæ (si adest) uel defensoris locorum, uel magistratuum municipij arbitrio dirimenda. & executore cui mandata est huiusmodi causæ exactio, imminente, & statuta ab arbitris effectui mancipante, ei fuerit prouocatum. tunc enim ipso qui antea iudicem dedit, qui suspectus uisus est, appellatione trutinata, formam causæ imponat legitimam.

4. Euentus iudice recusato.

Arbiter ad dirimendam litem eligendus. quæ regula approbatur uerbis iam propositis his: Illico autem, id est intra triduum. &c. Concordat l. 14. in prin. & §. in eo scilicet. C. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 1. in prin. Hæc de exceptione dilatoria qua iudex recusatur sint dicta. Plura de hac exceptione & fori præscriptione uide s. Lib. prox. cap. 2. quæst. 1. Sunt insuper & aliæ exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam opponendæ, ut sunt exceptiones procuratoriæ, quæ aduersus personā procuratoris opponūtur, de quibus dictum s. Lib. prox. cap. 6. quæst. 4. Item dilatoriæ exceptiones sunt: Si actor, reus uel procurator non caueat aut satisdet de quibus sequitur. Sed & plura de exceptionibus dilatorijs, dicentur in generali exceptionum tractatu.

DE CAVTIONIBVS ET SATISDATIONIBUS HINC INDE IN IUDICIO PRÆSTANDIS. Cap. VII.

I. DEFINITIO CAVTIONIS, ET Satisdationis.

D*Efinitio cautionis proponitur l. 188. §. fin. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Cautum intelligitur siue personis, siue rebus cautum sit. *Ex his uerbis colligitur cautionis uocabulū generale esse,* continens

continens sub se tam satisdationem, quàm pignoris obligationem: quemadmodum & nudam repromissionem. Planè si cui lex, uel pactum cautionem iniungit, is nuda repromissione præstita, liberatur. quod approbatur l.3. C. de uerb. signif. his uerbis: Sancimus cautionis nomine uel ἀσφαλείας nõ esse fideiussoris dationem interpretandã: nisi hoc specialiter uel in Græcis, uel in Latinis uerbis scriptum fuerit: nisi enim uel generaliter de satisdatione uel fideiussione specialiter sit nominatum: cautione uel ἀσφαλείας minimè fideiussionem, sed nudam promissionem significari.

Definitio Satisdationis proponitur l.1. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Satisdatio eodem modo appellata est, quo satis factio. nam ut satis facere dicimur ei cuius desiderium implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, cum pro eo quod à nobis petit ita caueamus, ut eum hoc nomine securũ faciamus datis fideiussoribus. *Cõcordat l.5. §. satisacceptio. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Satisacceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissoré, ut adpromissores quoq; ab eo accipiantur: id est, qui idem promittant. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satisfacere. nam quia id quo quis cõtentus erat ei præstabatur, satisfieri dictũ est: & similiter quia tales, quib. cõtentus quis futurus esset, ita dabatur: ut uerbis obligarentur, satis accipi dictũ est. *Planè interdum satisdatio nudam continet repromissionem, si scilicet aduersarius ea sit contentus. quod approbatur l.61. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Satisdationis appellatione interdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satisdatio debebatur.

II. CAVSAE EX QVIBVS cauendum cum suis exceptionibus.

Causæ ex quibus cauendum, proponentur ·J· quæst. 8. eod. cap. Illarum autem causarum exceptio generalis prima hæc est: Nisi is qui cauere tenetur, res immobiles possideat. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 15. ff. qui satisd. cogantur, cuius uerba uide ·J· eod. Lib. cap. 9. in prin. Secunda exceptio generalis hæc est: Nisi cautum sit uel satisdatum. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi uiciosè cautum sit. Hæc replicatio approbatur l.6. ff. qui satisd. cog. his uerbis: Quoties uiciosè cautum uel satisdatũ est, nõ uidetur cautũ. *Concordat l.3. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Qui satisdare promisit, ita demum implesse stipulationẽ satisdationis uidetur, si eũ dederit accessionis loco, qui obligari potest & conueniri. Cæterùm si dederit seruũ aut filium, ex quibus causis de peculio actio nõ datur, uel mulierem, quæ auxilio senatusconsulti utitur: dicendum est non esse impletam satisdationis stipulationem.

Secunda repl. est: Nisi fideiussores, per quos satisdatum inopes facti sint. Hæc replicatio approbatur l.10. §. fin. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Si medio tempore calamitas fideiussoribus insignis, uel magna inopia acciderit, causa cognita, ex integro satisdandum erit.

Tertia replicatio est: Nisi stipulator fideiussori, uel contrà fideiussor stipulatori hæres extiterit. Hæc replicatio approbatur l.8. §. si fideiussor. ff. d. tit. his uerbis: Si fideiussor iudicatum solui stipulatori hæres extitit, aut stipulator fideiussori, ex integro cauendum erit. *Quarta replicatio est: Nisi seruus inueniatur is, per quem satisdatum est. Hæc replicatio approbatur d.l.8. § si seruus, his uerbis:* Si seruus inueniatur, qui antequã iudicium acciperetur, fideiussit iudicatũ solui: succurrendum est actori, ut ex integro caueatur. *Quinta replicatio est: Nisi per mulierem satisdatum sit. Hæc replicatio approbatur d.l.8. §.1. his uerbis:* Qui mulieré adhibet ad satisdandum, nõ uidetur cauere. Sed nec miles, nec minor uigintiquinq; annis probandi sunt: nisi hæ personę in rem suam fideiubeant, ut pro suo procuratore. Quidam etiã aiunt: si à marito fundus dotalis petatur, in rem suã fideiussurã mulieré. *Sexta replicatio est: Nisi per militem satisdatum sit. Hæc replicatio iam propositis uerbis approbatur, simul & distinguitur. Septima replicatio est: Nisi per minorem uiginti quinq; annis satisdatum sit. Hæc replicatio item approbatur, simul & distinguitur uerbis supradictis. Concordat d.l.8. §. minori, his uerbis:* Minori quoq; uigintiquinq; annis succurrendum est: fortasse & mulieri propter imperitiam. *Octaua replicatio est: Nisi fideiussor fori præscriptione tutus sit. Hæc replicatio approbatur l.2. in prin. ff. qui satisd. cog. cuius uerba uide ·J· q.4. in prin. Concordat l.7. in prin. ff. eo. tit. his uerbis:* Si fideiussor nõ negetur idoneus, sed dicatur habere fori pscriptioné, & metuat petitor ne iure fori utatur, uidendum quid iuris sit: & diuus Pius (ut Põponius libris Epistolarũ refert, & Marcellus lib. 111. Digest. & Papian. lib. 111. Quęstionũ) Cornelio Proculo rescripsit: merito petitoré recusare talem fideiussoré. Sed si aliàs caueri non possit, prædicendum ei non usurum eum priuilegio si conueniatur. *Concordat l.1. ff. si quis in ius uocatus non ierit, his uerbis:* Si quis, &c. *Nona replicatio est: Nisi fideiussor non sit idoneus, reprobatur l.3. in fine ff. de fideiussoribus, his uerbis, &c. Harum replicationum duplicationes uide ·J· quæst. 4.*

III. QVIBVS CAVENDVM uel Satisdandum.

De procuratore & seruo absentis, regula proponitur l.41. §. si procurator. ff. de procuratoribus, his uerbis: Si procurator agat, & præsens sit absentis seruus, Atilicinus ait, seruo cauendũ, non procuratori.

IIII. PER QVOS SAtisdandum.

Fideiussor locuples esse debet, non tantum in facultatibus, sed etiam ex conueniendi facultate. quæ regula approbatur l. 2. in prin. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Fideiussor iudicio sistendi causa locuples iubetur dari, non tantum in facultatibus, sed etiam ex conueniendi facilitate. *Plures huiusmodi regulas uide paulo superius quæst. 2. repl. 4. cum sequētib. Harum aūt regularū exceptio prima hæc est: Nisi ab arbitro fideiussores sint probati. Hæc exceptio approbatur l. 10. in prin. ff. qui satisd. cog. his uerbis*: Si arbitro probati sunt fideiussores, pro locupletibus habendi sunt: cū potuerit querela apud cōpetentem iudicē deferri. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ab arbitro sit appellatum. Hæc replicatio approbatur per ea quæ habentur ✝. quæst. 7. reg. 1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi quorundam, non omnium ab. arbitro probatorum nomine appellatio sit facta: tunc enim alios quorum nomine nō est appellatum probasse uidetur. quæ duplicatio approbatur d. l. 10. §. 1. his uerbis*: Qui ex causa improbat, ab arbitro probatos, alios improbatos probat. *Secunda exceptio est: Nisi sponte aduersarius fideiussores acceperit: tunc enim eos postea improbare, poterit. quæ exceptio approbatur d. l. 10. §. multoq; magis, his uerbis*: Si sua uoluntate accipit fideiussores, contentus ijs esse debet. *Planè huius exceptionis eædem sunt replicationes, quæ propositæ sunt paulo superius quæst. 2. repl. 2. cum sequentib. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones uide ✝. in sequentibus capitibus.*

V. VBI SATISDANdum.

Regulariter ibi satisdandum, ubi agitur. cuius regulæ exceptio hæc est: Nisi ibi satisdare non possit: tunc enim aliò mittendus satisdationis nomine. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 7. §. si necessaria. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Si necessaria satisdatio fuerit, & nō facilè possit reus eam ibi præstare, ubi conuenitur: potest audiri si in alia eius prouinciæ ciuitate satisdationem præstare paratus sit. Si autem satisdatio uoluntaria est, non in alium locum remittitur: nec enim meretur, qui ipse sibi necessitatē satisdationis imposuit. *Propositæ exceptionis exempla proponuntur l. 8. §. tutor, cū sequentib ff. eod. tit. his uerbis*: Tutor & curator, ut rem saluam fore pupillo caueant, mittendi sunt in municipium: quia necessaria est satisdatio. Item de restituenda domino proprietate is cui ususfructus datus est. Item legatarius, ut caueat euicta hæreditate legata reddi, & quod amplius quàm per legem Falcidiam cœpit. Hæres quoque, ut legatorum satisdet, audiendus est, ut in municipium remittatur. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi nō necessaria, sed uoluntaria sit satisdatio. Hæc replicat. approbatur supradictis uerbis hisce*: Si autem satisdatio uoluntaria est, non in alium locum remittitur: nec enim meretur, qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit. *Secunda replicatio est: Nisi hæres per quem stetit, quo minus caueret, & ob id legatarius in possessionem missus sit, satisdare uelit: hic enim nō est audiendus, alio loco satisdare uolens. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 8. §. planè si misso, his uerbis*: Planè si misso iam legatario in possessionem, cum per hæredem stetisset, quo minus caueret, hæres postulet, ut possessione decedat, paratumq; se dicat in municipio cauere: impetrare non debebit. Diuersum, si sine culpa, aut dolo hæredis missus sit in possessionem. *Tertia replicatio est: Nisi is qui aliò satisdationis nomine mitti desiderat, de calūnia iurare nolit. Hæc replicatio approbatur d. l. 8. §. iubetur, his uerbis*: Iubetur iurari de calumnia, ne quis uexandi magis aduersarij causa forsitan, cum possit Romæ satisdare, in municipiū euocet. *Forma huius iuramenti proponitur d. l. 8. §. sic autem, his uerbis*: Sic autem iurare debet, qui in municipium remittitur: Romæ se satisdare non posse, & ibi posse, quo postulat remitti: idq; se non calumniæ causa facere. Nam sic non est compellendus iurare, alibi se, quàm eo loco, satisdare non posse: quia si Romæ non posset, pluribus autē locis posset, cogeretur peierare. *Planè propositæ replicationis duplicationes hæ sunt: Nisi parens, uel patronus satisdationis causa remitti desideret: his enim personis iusiurandum remittitur. quæ duplicationes approbātur d. l. 8. §. sed quibusdam, his uerbis*: Sed quibusdam hoc iusiurandū de calumnia remittitur: ueluti parentibus, & patronis. *Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi is qui remitti desiderat, antea eo loco in quem remitti petit, satisdare noluit. quæ replicatio approbatur d. l. 8. §. fin. his uerbis*: Hoc autem impetrabitur, cum iusta causa esse uidebitur: quid enim, si cum erat in municipio, noluit cauere? hoc casu non debet impetrare: cum per eum steterit quo minus ibi, ubi desiderat, satisdaret. *Quinta replicatio est: Nisi iudici non satis iusta remittēdi causa uideatur. Hæc replicatio approbatur iam propositis uerbis hisce*: Hoc impetrabitur cum iusta causa esse uidebitur.

VI. *Quo cautionis genere cauendum? uide infrà eod. cap. quæst. 8. & capita sequentia, item ✝. hoc capite quæst. 1.*

VII. EVENTVS CAVtionis.

Prima regula. De arbitro ad probandos fideiussores dato: ab hoc appellari potest. quæ regula approbatur l. 9. ff. qui satisdare cogātur, his uerbis: Arbitro adfi-

ad deiussores probandos constiruto: si in alterutrã partẽ iniquũ arbitrium uideatur: perinde ab eo, atq; à iudicibus appellare licet. *Concordat l.2.ff.à quib.appellare nõ licet, his uerbis:* Quæsitũ est, in arbitris qui ad fideiussores probandos dantur, an appellare liceat? quamuis hoc casu & sine appellatione quidam putent ab eo qui eos dedit, sententiã eius orrigi posse. *Vide insuper J.Lib.9.cap.4. quæst.1.causa 7.except.21.*

Secunda regula. De actione quæ oritur ex cautione. Si non præstetur id, de quo cautum est, actio nascitur. cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi uitiosè & inutiliter si cautum. Hæc exceptio approbatur l.6.ff. qui satisf.cogantur, cuius uerba uide s.eod.cap.q.2.except.1.repl.1. Secunda exceptio est: Nisi minor uiginti quinq; annis fideiusserit. Hæc exceptio approbatur l.8.§.minori.ff.qui satisd cogantur. cuius uerba uide s.eod.cap.q.2.except.1.repl.7. Tertia exceptio: Nisi mulier fideiusserit. Et hæc exceptio approbatur d.§.minori. Quarta exceptio est: Nisi falso procuratori fideiussum. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerum eius replicatio hæc est: Nisi dominus postea ratũ habuerit, uel causam eidem agendum mandauerit. quæ replicatio approbatur l.11.ff qui satisd.cogantur, his uerbis: Iulianus ait, si antequã mandarem tibi ut fundũ peteres, satis acceperis petiturus fundum, & postea mandatu meo agere institueris, fideiussores teneri. *Quinta exceptio est: Nisi dies in stipulatione non sit adiectus. Hæc exceptio reprobatur l.8. in prin.ff.eod.tit. his uerbis:* De die ponenda in stipulationem solet inter litigatores conuenire. Si non cõueniat, Pedius putat in potestate stipulatoris esse, moderato spacio de hoc à iudice statuẽdo. *Plura de regula proposita, eiusq; exceptionibus uide cap. sequentia.*

Tertia regula. Si is cui satisdatur fideiussorẽ sine causa non acceperit, nec admiserit: iniuriarum actione tenetur, tam principali, quàm fideiussori. quæ regula approbatur l. .§.qui pro rei.ff.qui satisd.cogant.his uerbis: Qui pro rei qualitate euidentissimè locupletem, uel (si dubitetur) adprobatũ fideiussorem iudicio sistendi causa nõ accepit, adversus eum iniuriarũ actio esse potest: quia sane nõ quælibet iniuria est, duci in ius eũ, qui satis idoneũ fideiussorẽ det. Sed & ipse fideiussor, qui non sit acceptus, tanquam de iniuria sibi facta, queri poterit.

Quarta regula. Si per iusiurandũ cautũ sit & ex iusta causa nõ præstetur non cõmittitur periuriũ. Hæc regula approbatur l.ult.ff.qui satisd.cog. his uerbis: Qui iurato promisit iudicio sisti, nõ uidetur peierasse, si ex cõcessa causa hoc deseruerit.

VIII. QVI, ET DE QVA re quisq; cauere teneatur.

De actore.

Prima cautio actoris. Actor cauebit de lite persequenda. quæ regula approbatur Nouell.c.112.§.ceterum. usq; ad §.porrò, his uerbis: Sancimus, ut omnes iudices si quãdo aliquos uel prehendi, uel citari uelint, in interlocutionib. suis hãc conditionẽ apponant: ne aliter accusatorij libelli reis porrigantur, aut executorib. præbeantur sportulæ, nisi actor in libello prius uel per se, uel per tabularios subscribat, & apud actorũ publicorũ monumenta fide dignũ fideiussorẽ præbeat, qui periculo cõpetentis cohortis spondeat, quod & ad terminum usq; litis iudicio adsidebit, & proprias actiones uel per se, uel per legitimũ procuratorẽ expediet, & si posthac iniustè litẽ mouisse ostendatur, sumptuũ & expensarũ nomine decimam eius quantitatis partẽ, quæ libello comprehenditur, accusato restituet. Quòd si dicat facultatẽ sibi ad fideiussorem dandũ nõ adesse: tunc apud iudicem apud quem controuersia exercenda est, propositis sanctis euangelijs iureiurando idipsum adfirmet, atq; ita iuratoriã cautionẽ exponat, & per eam hæc quę superius dicta sunt, profiteatur. Si uerò non omnia hæc prædicto modo peragantur, non concedimus, ut reus ullum responsum executori præbeat. At si contra memoratam formulam uel iudex aliquis, uel cohors eius, uel quicunq; tandem executor citare aliquem præsumpserit: à iudice quidem & cohorte eius denarũ librarum auri pœna exigetur: ipse uerò eius controuersiæ executor, tum publicationi bonorũ subijcietur, tum exilio condẽnabitur in quinquennium. Pœna uidelicet, quæ ex lege cõpetit exigenda periculo gloriosiss. pro tempore comitis sacrarum nostrarum rerum priuatarum, & inferenda nostro ærario. Omnẽ quoq; dispendiũ quod accusatus ex hac aggressura contra tenorẽ præsentis legis facta sustinuerit, reo ex substãtia actoris resarcietur periculo iudicis, per cuius executorẽ prehensus fuit, neq; nõ & cohortis illi obtẽperantis: ut ex omni parte hi qui à superno nutu potẽriæ nostræ cõcrediti sunt, illęsi cõseruentur. Enimuerò lites, quæ cõsensu utriusq; partis mouentur in iudicio, ut à pœna præsenti cõstitutioni inserta liberæ sint sancimus, & terminẽtur quẽadmodum alijs nostris cõstitutionib. continetur. *Concordat l.53.§.quia uerò compertũ. his uerbis:* Quia uerò compertum habemus, quod ab actorib. ut plurimũ hic quidẽ cum personas aliquas sisti uolunt, fideiussores præstãtur: cum uerò aliò abducũtur, probabile est hanc ipsos obseruationem effugere: Sancimus, ut in hac urbe iudex, aut gloriosissim. noster quæstor, qui sacris nostris subministrat literis, si quid tale facere iussus sit, nõ aliter & prius reũ patiatur aliò abduci, quàm actor in iudicio, ad quod reũ sonrem per-

perducturus est, fideiussoré prestet, quod nisi reum peregerit, aut peragendo litem obtineat, pro locorum distantia tantum soluturus sit auri, quantum reo præfinitú fuerit, utq; omnia illic agantur, quæ de exhibitione determinauimus, præfinito quidem auro exigendo a fideiussoribus, & dando ei qui alio in ius deductus fuit, præbendo scilicet etiam ab illo iureiurando usq; ad taxationé, ut si iuret plus se insumpsisse, & hoc recipiat, & undiq; absoluta appareant, quæ hac nostra comprehenduntur legislatione. *Ait Imperator*: Compertum habemus qđ ab actoribus, ut plurimum hic quidem fideiussores præstantur. *De hoc dixerat in uerbis præcedentibus d. Const. 53. hisce*: Et quia moris est ne aliter, &c. *Quæ uerba uide* s. *Lib. eod. cap. 2. q. 6. reg. 5. Pertinent enim etiam ad hunc locum propositum. Ait insuper Imp.* quæ de exhibitione determinauimus, *scilicet d. §. & quia moris.*

Secunda actoris cautio. De lite intra duos menses contestanda, proponitur Nouell. c. 96. in prin. usq; ad § illud quoq;. Quouiá calumniantes odimus, & summo studio ac cura auersamur, ꝓpterea istiusmodi actiones existimauimus legitimo indigere remedio. Didicimus enim quòd quidam non habentes ullam obligationem, sed una statuentes uoluntate cum his qui causas exequuntur, conueniunt quosdam: deinde libellos dirigunt, & dum damnú pertulerint fugientes, deserút eos, & proficiscútur, incurabile eis dátes dispédiú: & hoc adhuc amplius in ꝓuincijs cómittitur cómunione lucrorum ipsis conuenientibus, & causarum executoribus proficiente. Ne igitur hoc iugiter committatur, sancimus non aliter actores libellos dirigere, & damni occasioné præbere conuento, quàm cautioné exponant & in fugientem, & negocij executorem, quod intra duos méses omnibus modis litis contestationem faciént apud iudicem: aut si non hoc egerint, omne damnum eueniens conuento restituerit in duplum, non transcendente cautione triginta & sex aureos.

Tertia actoris cautio. De certa pecunia si non obtinuerit reo danda, proponitur Nouell. c. 53. §. & quia moris, & §. quia uerò compertum. cuius uerba uide s. *eod. cap. caut. 1. Concordat Nouell. c. 112. §. cæterum. cuius uerba uide d. caut. 1.*

Quarta actoris cautio. De sumptibus & expensis litis, si non obtinuerit reo restituendis, proponitur d. §. cæterùm. item Nouell. c. 96. in prin. ibi: Ne igitur. cuius uerba uide s. *caut. 2.*

De actoris procuratore, tutore, & curatore.

Hi cauebunt de rato. quæ cautio approbatur Inst. de satisdat. §. ipse autem, his uerbis. Ipse aút, qui in ré agebat, si suo nomine petebat, satisdare nó cogebatur. Procurator uerò si in ré agebat: satisdare iubebatur ré ratam dominú habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores uerò & curatores eodem modo quo & procuratores satisdare debere uerba edicti faciebant: sed aliquando his agentib. satisdatio remittebatur. Hæc ita erant, si in rem agebatur. Si uerò in personá, ab actoris quidé parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione qua in ré agitur. *Cócordat Inst. eod. tit. §. sin autem per procur. cuius uerba uide* s. *Lib. prox. cap. 6. quæst. 4. except. 1. repl. 6. Plura de hac cautione uide* j. *cap. prox.*

De reo conuento.

Prima rei conuenti cautio iudicio sisti, proponitur Inst. de satis. §. quòd si proprio, his uerbis: Sed hodie hęc aliter obseruátur. Siue enim quis in ré actióe cóuenitur, siue ꝑsonali suo nomine, nullá satisdationé ꝓ litis æstimatióe dare cópellitur: sed pro sua tantú persona, qđ in iudicio permaneat usq; ad terminú litis, uel cómittitur suæ promissioni cú iureiurádo (quam iuratoriá cautioné uocát) uel nudam promissionem, uel satisdationem pro qualitate personæ suæ dare compellitur. *Plura de iam dicta cautione uide* j *cap. 9.*

Secunda rei conuenti cautio est. Quod tempore sententiæ recitandæ in iudicium ueniet. quæ cautio proponitur Inst. d. tit. §. si uerò aliquis, ibi: Alia insuper cautela, cuius uerba uide j. *caut. prox.*

Tertia cautio iudicatú solui. proponitur Inst. de satisd. in prin. his uerbis: Satisdationú modus alius antiquitati placuit, aliú nouitas per usum amplexa est. Olim enim si in ré agebatur, satisdare possessor cópellebatur: ut si uictus esset, nec ré ipsá restitueret, nec litis æstimationé: potestas esset petitori, aut cú eo agendi, aut cú fideiussorib. eius, q̃ satisdatio appellatur iudicatú solui. Vnde aút sic appelletur, facilè est intelligere. Náq; stipulabatúr quis ut solueretur sibi, qđ fuisset iudicatú. Multo magis is qui in ré actione cóueniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine iudiciú accipiebat. Hęc ita erát, si in ré agebatur. Si uerò in personá, ab eius parte, cú quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interueniret, omnimodò satisdaret: quia nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur. Quòd si ꝓprio nomine aliquis iudiciú accipiebat in personá: iudicatú solui satisdare nó cogebatur. Sed hodie hęc aliter obseruátur. Siue enim quis in ré actione cóuenitur, siue personali suo nomine, nullá satisdationé ꝓ litis æstimatióe dare cópellitur. Sin aút per procuratoré lis suscipitur, siquidem præsens procuratoré dare paratus est, potest uel ipse in iudicium uenire, & sui procuratoris personam per

iudi-

iudicatum solui satisdationem, solenni stipulatione firmare, uel extra iudiciũ satisdationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus iudicatũ solui satisdationis clausulis: ubi & de hypotheca suarum rerum conuenire compellitur, siue in iudicio promiserit, siue extra iudicium cauerit, ut tam ipse, quàm hæredes eius obligentur: alia insuper cautela uel satisdatione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiæ recitandæ in iudicium ueniet: uel si non uenerit, omnia dabit fideiussor, quæ in condemnatione continentur, nisi fuerit prouocatum. *Plura de hac cautione Iudicatum solui dicentur, cap. ...*

De rei conuenti procuratore, & defensore.

Prima cautio iudicatum solui, proponitur Instit. de satisdationib. in prin. ibi: Multo magis, & § si uero in personam. cuius uerba uide s. caut. prox. Concordat *Iust. cod. ti. §. si uerò reus his uerbis:* Si reus præstò ex quacunq; causa non fuerit, & alius uelit defensionem eius subire: nulla differentia inter actiones in rem uel personales introducenda, potest hoc facere: ita tamen, ut satisdationem Iudicatum solui, pro litis æstimatione præstet. Nemo enim secundũ ueterem regulá (ut dictum est) alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur. Quæ omnia apertius & perfectius à quotidianis iudiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent. *Hactenus de cautionibus & satisdationibus in genere dictum est. Sequitur nunc de cautione ratam rem haberi, iudicio sisti, & iudicatum solui in specie.*

RATAM REM HABÊri, et de Ratihabitione. Caput VIII.

1 CAVSAE EX QVIBVS de rato cauendum.

P*rima causa. Si quis alterius nomine actionem sibi dari postulet. quæ causa approbatur l. 31. §. & Prætor, ibi: Et ei quo nomine. ff de procur. ...b. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 7. reg. 11. in princip. Concordat Inst. de satisdat. §. ipse autem. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst 8. de actoris procur. concordat etiam Inst. eod. tt. §. sin autem per procur. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 6. quæst. 4. except. 1. repl. 6. Proximæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi hac uel illa actione agatur. Hæc exceptio reprobatur l. 39. §. qui nomine. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Qui nomine alieno agit quacunq; actione, id ratũ habiturum eum, ad quem ea res pertinebit, cauere debet. *Secunda exceptio est: Nisi interdicto ne ædificanti uis fiat utatur. Hæc exceptio approbatur l. 45. §. si procuratori. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Si procuratori opus nouum nunciatum sit, isq; interdicto utatur: Ne ei uis fiat ædificanti. defensoria partes eum sustinere, nec cõpelli cauere, ratam rem dominum habiturum, Iulianus ait: Etsi satisdederit, non animaduerto (inquit Iulianus) quo casu stipulatio committatur. *Tertia exceptio est: Nisi status controuersiam alicui faciat procurator. Hæc exceptio reprobatur l. 39. §. si status. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Si status controuersiá cui faciat, procurator, siue ex seruitute in libertatem aduersus eum quis litiget, siue ipse ex libertate in seruitutem petat: debet cauere ratam rem dominum habiturum: & ita edicto scriptum est, ut ex utroq; latere quasi actor habeatur. *Cõcordat l. 8. §. si quis a procur. ff ratam rem haberi, his uerbis:* Si quis a procuratore status controuersiá patiatur, satis accipere debet à ꝓcuratoré, ne impunè sæpius ꝓ suo statu cõueniretur. & si dominus, uenietesq; ab eo personæ, ratũ nõ habuerint, qđ ꝓcurator eũ in seruitutẽ petierit, uel aduersus procuratoré ex seruitute in libertatẽ petitus fuerit: quanti ea res est, ei præstetur, scilicet cũ de libertate eius cõstiterit: id est, quanti interfuit eius de statu suo rursus nõ periclitari, & propter impendia, quæ in litem fecerit. Sed Labeo certam summam comprehendendam existimabat. quia æstimatiu libertatis ad infinitum extenderetur. Ex quo autem dominus ratum non habuit, committi stipulatio uidetur: sed nõ antè ex ea agi poterit, quàm de libertate iudicatum fuerit: quia si seruus sit iudicatus, inutilis fit stipulatio: cum & si quæ sit actio eã domino adquisijsse intelligatur. *Quarta exceptio est: Nisi curatorem alicui petat. Hæc exceptio reprobatur l. 43. §. is qui. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Is qui curatorem alicui præsenti petit, non aliter audietur nisi adulto consentiente: quod si absenti, ratam ré eum habiturum necesse habebit satisdare.

Quinta exceptio est: Nisi sua nomine procurator agat: tunc enim non est opus de rato satisdatione. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerum eius replicatio hæc est: Nisi procurator domini sui nomine actionem adquisierit: tunc enim si ea experiri uelit, cautio de rato necessaria est quæ replicatio approbatur duob. exemplis l. 19. §. sed interdum. ff. de procurat. his uerbis: Interdũ licet suo nomine ꝓcurator experiatur, tñ de rato debebit cauere, ut Põpon. Lib. xxiiii. scribit: Vt puta iusiurandũ ꝓcuratori retulit, iurauitq; absenti dari oportere: agit hoc iudicio suo nomine ꝓpter suum iusiurandum (nec enim hęc actio cõpetere domino potuit) sed debebit de rato cauere. Sed & si procuratori constitutũ est, & ex ea causa agat, dubitandũ non est, quin locus sit de rato cautioni: idq; Pomponius scribit.

Sextá

Sexta exceptio est: Nisi pater filij nomine iniuriarum agat. Hæc exceptio approbatur d.l.19. §.si pater,his uerbis: Si pater filij nomine iniuriarũ agat.cum duæ sint actiones,una patris, altera filij cessat de rato cautio. Sepima exceptio est:Nisi pater de dote agat.Hæc exceptio reprobatur d.l.19 §.si de dote.cuius uerba uide s̄.Lib.prox. cap.7.reg.11.except.1.repl.3. Octaua exceptio est: Nisi actor à tutore datus agat. Hæc exceptio reprobatur l.9.ff.ratam rem haberi.cuius uerba uide,J. except. prox. Nona exceptio est: Nisi actor uniuersitatis agat. Hæc exceptio approbatur d l.9.his uerbis: Actor à tutore datus omnimodò cauet.Sed actor ciuitatis,nec ipse cauet, nec magister uniuersitatis : nec curator bonis consensu creditorum datus. Huius exceptionis replicatio est:Nisi de decreto dubitetur. Hæc replicatio approbatur l.6. §. actor.ff.quod cuiusq; uniuersit. nomine,his uerbis: Actor uniuersitatis si agat,cõpellitur etiam defendere, non autem compellitur de rato cauore. Sed interdum si de decreto dubitetur,Paulus putat interponẽdam,& de rato cautionem. Decima exceptio est:Nisi curator bonis datus ag[illegible].Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce: Nec curator bonis consensu creditorum datus. Vndecima exceptio est: Nisi constet procuratori mandatum esse, uel dominus præsens sit. Hæc exceptio approbatur l. unica,in prin.C.de satisdando,his uerbis: Non est iuris incerti,eum qui apud acta factus est agentis procurator,non compelli ratam rem dominum habiturum satisdare.hoc enim casu uelut[illegible] pręsentis procuratorem interuenire intelligendum est. Concordat inst. de satisdat.§. sin autem per procur. cuius uerba uide s̄.Lib. prox. cap.6.quæst.4.except.1.repl.6. Item concordat l.1. C.de procuratoribus cuius uerba uide s̄.d.repl.6. Item concordat l 21.ff.ratam rem haberi, his uerbis: Ne satisdatio ratam rem dominum habiturum exigatur,in his quæ nomine eius agentur,qui eum se fecisse procuratorem libello principi dato professus est, prodest. Quòd si iudicatum solui ab eo procuratore satis postuletur, necesse est ut iuri manifesto pareatur. Concordat deniq; l. 65. ff. de procuratoribus,his uerbis:Si procuratorem absentem dominus satisdatione releuare uelit, literas suas ad aduersarium dirigere debebit, quibus significet quem aduersus eum procuratorem,& in qua causa fecerit:ratumq; se habiturum.quod cum eo actum sit. Hoc enim casu literis eius adprobatis uelut pręsentis pcuratorẽ interuenire intelligẽdũ est. Itaq; & si postea mutata uoluntate, procuratorẽ esse noluerit:tamen iudicium,quo procurator expertus est,ratum esse debet. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc uidetur esse: Nisi dominus postea mutata uoluntate.eum procuratorem esse nolit. Quæ replicatio reprobatur uerbis iam dictis hisce: Etsi postea mutata uoluntate, &c. Cui concordat d.l.unica.§.1.C.de satisdando, his uerbis:Etsi postea mutata uoluntate procuratorem esse noluerit,tamẽ iudicium quo quasi procurator expertus est,iudex ratum habere debebit. Secunda propositæ exceptionis replicatio est:Nisi mandatum non subsistat:puta quia minor uigintiquinq; annis mandauerit. Hæc replicatio approbatur l.3.in prin.ff.ratam rem haberi.cuius uerba uide J.eod.cap.quæst.3.except.4.repl.4. Duodecima exceptio est : Nisi lis sit contestata,cautione de rato non exacta.quæ exceptio approbatur l.40.§.ratihabitionis.ff.de procuratorib. his uerbis : Ratihabitionis autem satisdatio ante litis cõtestationẽ à procuratore exigitur. Cæterùm semel lite contestata,non cõpelletur ad cautionem. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post litem demũ contestatam procurator interueniat.quæ replicatio approbatur l.2.C. de consortibus eiusdem litis.cuius uerba uide s̄.Lib. prox. cap. 6.quæst.4.except.1.repl.6. in fine. Secunda replicatio est:Nisi falsus procurator probetur. quæ replicatio approbatur l.24.C.de procuratoribus. cuius uerba uide s̄.d.except.1.in prin. Decimatertia exceptio est: Nisi non actionem,sed defensionem alterius nomine suscipiat. Hæc exceptio approbatur l.45.§.si procuratori. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide paulo superius except.2. Ratio est: quia pro cautione de rato iudicatum solui,satisdare tenetur, ut J.dicetur cap.10. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non in personam, sed in rem agatur. quæ replicatio approbatur l.40.§.sed & is qui.ff.de procuratoribus,his uerbis: Is qui quasi defensor in rẽ actione conuenitur,præter solitam satisdationem iudicatum solui, etiam de rato debet cauere.Quid enim si in hoc iudicio rem meam esse pronuncietur,& reuersus ille cuius defensor extitit,uelit fundum uindicare? Nonne ratũ non uidebitur habere quod iudicatum est? Deniq; si uerus procurator extitisset, uel ipse præsens causam suam egisset,& uictus esset. si à me uindicaret, exceptione rei iudicatæ submoueretur: & ita Iulianus lib. L.Digest. scribit:Nam cum iudicatur rem meam esse, simul iudicatur illius non esse. Secunda replicatio est: Nisi aduersus in integrum restitutionem defendat. quæ replicatio approbatur l.39.§.est & casus.ff.de procuratorib. his uerbis:Est & casus quo quis eiusdem actionis nomine,& de rato caueat, & iudicatũ solui : utputa postulata est cognitio de in integrum restitutione,cum minor circumscriptus in uenditione diceretur: alterius procurator [illegible]it,debet cauere hic procurator ratam rem dominum habiturum: ne fortè dominus reuersus, uelit quid petere. Item iudicatum solui, ut si quid fortè propter hanc restitutionem in integrum præstari adolescenti debeat, hoc præstetur: &

hæc

hæc ita Pomponius Lib. xxv. ad edictum ſcribit. *Tertia replicatio eſt: Niſi in ſuſpecti poſtulatione defendat. Hæc replicatio approbatur d.l.39.§. item ait, his uerbis:* Item ait, etſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam de rato cauere: ne reuerſus ille uelit retractare quod actum eſt. *Concordat l.6. ff. Ratam rē haberi, his uerbis:* Tutore ſuſpecto poſtulato, defenſor ſi uelit reſpondere, cautionē ratam rem dominum habiturum, cauerē compellendus eſt. *Quarta replicatio eſt: Niſi defenſor denunciet uenditori, ut reum emptorē defendat. quæ replicatio approbatur l. 75. ff. de procuratorib. his uerbis:* Qui abſentem emptorem, eundemq; poſſeſſorem fundi defendebat, & iudicium nomine eius accipiebat, poſtulabat à uenditore fundi, ut ab eo defenderetur: uenditor deſiderabat caueri ſibi, ratam rem emptorem habiturum, puto eum uenditori de rato ſatiſdare debere: quia ſi fundum agenti reſtituerit, nihil prohibet dominum repetere, & cogi uenditorem rurſus defendere.

Quinta replicatio eſt: Niſi compenſationem abſentis nomine opponat. Hæc replicatio reprobatur l. 21. ff. de compenſationib. his uerbis: Poſteaquam placuit inter omnes id, quod inuicem debetur ipſo iure compenſari: Si procurator abſentis conueniatur, non debebit de rato cauere: quia nihil compenſat, ſed ab initio minus ab eo petitur. *Hæc de prima ſatiſdationis propoſitæ cauſa, eiusq; exceptionibus ſint dicta.*

Secunda propoſitæ ſatiſdationis cauſa eſt: Si quis alterius nomine ſine iudice debitum exegerit, uel ſolutum acceperit. Hæc cauſa approbatur l.13.§.fin. ff. Ratam rem haberi, his uerbis: Si ſine iudice procuratori legatum ſoluatur, caueri debere ait Pomponius. *Concordat l.10. ff. eod. tit. item l. 22. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ʒ. quæſt. 3. except. 6.*

Tertia propoſitæ ſatiſdationis cauſa eſt: Si quis alium defendat. Hæc cauſa regulariter reprobatur per ea quæ dicta ſunt ſ. cauſa prima, except. decimatertia, in prin. Cum enim iudicatum ſolui ſatiſdatum eſt, de rato cautio neceſſaria non uidetur, niſi in quibuſdā caſibus ſ.d. except. 13. enumeratis.

Quarta cauſa eſt. Si alterius nomine quid ſtipuletur. quæ cauſa approbatur l. 20. ff. ratā rē haberi, his uerbis: Non ſolū in actionibus quas procurator intendit, uerumetiam in ſtipulationibus quoque quas interponi deſiderat (ſi uicem repræſentant actionum) cauere eum de rato oportet. Quare ſi duplæ ſtipulationes procurator interponat, de rato cauerē debet. Sed etiamſi damni infecti ſtipulatio à procuratore interponatur, de rato debet procurator cauere. *Cōcordat l.40.§. ſi ſtipuletur. ff. de procurator. his uerbis:* Si ſtipuletur procurator damni infecti, uel legatorum, debebit de rato cauere.

Quinta cauſa uniuerſalis eſt. Quidquid quis abſentis nomine gerit, cauere de rato debet. quæ cauſa approbatur l. 10. cum legib. ſeq. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Interdum ex conuentione ſtipulatio ratam rem interponi ſolet: utputa, ſi quid procurator aut uendat, aut locet, aut ſi ſoluatur, uel paciſcitur, uel quodlibet aliud abſentis nomine gerit. Quo enim tutiore loco ſit qui cōtrahit, de rato ſolet ſtipulari.

II. QVID CAVENDVM, SEV quos ratum habituros cauere debeat.

Prima regula. De eo ad quem ea res pertinet, proponitur l.31.§. ait Prætor. ff. de procuratorib. cuius uerba uide ſ. Lib. prox. cap. 7. reg. 11. in prin. Concordat l.22.§. ſi in ſtipulatione. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Si in ſtipulatione ratam rem haberi, hactenus comprehenſum fuerit: Lucium Titium ratum habiturum? cum id apertè ageretur, ut hæredis, cæterorūq; perſonæ ad quos ea res pertineret, omitterentur: difficile eſt exiſtimari doli clauſulam committi. Sanè cum per imprudentiam hæ perſonæ omittentur, actio ex doli clauſula competit. *Concordat l.21. ibi: Nam in ſtipulat. ff. eod. tit.*

Secunda regula. Si patris uel aui nomine iniuriarum agatur, ob iniuriam filio, uel nepoti factam: non ſolum patrem uel auum, ſed & filium ac nepotem ratum habiturum cauendum eſt, quæ regula approbatur l.22.§. qui patris. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Qui patris nomine iniuriarum agit ob eam rem quòd filius eius uerberatus pulſatusúe ſit, in ſtipulatione cogendus eſt filij quoque perſonam comprehendere, præſertim cum fieri poſsit, ut pater antè decedat, quàm ſciret procuratorem ſuū egiſſe, & ita iniuriarum actio redeat ad filium. Sed & ſi nepoti iniuria facta fuerit, & procurator aui propter hanc cauſam iniuriarum aget: non ſolum filij, ſed etiam nepotis perſona comprehendenda erit in ſtipulatione. quid enim prohibet & patrem & filium, antequam ſcirent procuratorem egiſſe, decedere? quo caſu iniquum eſt fideiuſſores nō teneri, nepote iniuriarum agente.

Tertia reg. De cæteris creditoribus quibus cum domino debetur id quod petitur, proponitur l.39.§. quæritur. ff. de procuratorib. his uerbis: Quæritur apud Iulianum, utrum dominum ſolum ratam rē habere debet ſatiſdare, an etiā cæteros creditores? & ait, duntaxat de domino cauendum, nec illis uerbis, Ad quem ea res pertinet, creditores contineri. nam nec ipſi domino hæc incumbebat cautio.

Quarta regula. Quid cauere debeat procurator minoris, proponitur l. 3. in prin. ff. Ratam rem haberi. cuius uerba uide ʒ. quæſt. prox. except. 4. repl. 4.

tunc ad noxalem causam transire. Contrà quoq; si cum eo qui scit, cum noxæ deditione actum sit: amplius in dominum detracta noxæ deditione danda actio non est. In ipso autem iudicio, si uoluerit & scientiam domini arguere, non est prohibendus. *Plura de regula proposita uide alibi de exceptione rei iudicatæ, & in iudicium deductæ.*

Secunda regula. Si non edatur, eo nomine datur actio, ad id quod interest, quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur 3. membr. prox. in fine.

Tertia regula. Si plus petitum sit pœna, proponitur l. unica. C. de plus petitionibus Inst. de actionib. §. si quis agens.

¶ Postremò de Rationibus edendis.

I. *De rationibus edendis edictum, proponitur l. 4. in prin. ff. de edendo, his uerbis:* Prætor ait: Argentariæ mensæ exercitores rationem, quę ad se pertinet, edant, adiecto die & consule. *Ratio huius edicti, proponitur d. l. 4. §. 1. his uerbis:* Huius edicti ratio æquissima est. nam cum singulorum rationes argentarij conficiant, æquum fuit, id quod mei causa confecit, meum quodammodo instrumentum mihi edi. *Concordat l. 10. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide 3. quæst. prox. reg. 2. Declaratur regula proposita l. 6. §. rationem ff. eod. tt. his uerbis:* Rationem autem esse Labeo ait, ultrò citroq; dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui causa negociationem: nec ullam rationē nuda duntaxat solutione debiti incipere: nec si pignus acceperit, aut mandatum, cōpellēdum edere. hoc enim extra rationem esse. Sed & quod solui constituit argentarius edere debet, nā & hoc ex argentaria uenit. *Declaratur insuper regula proposita l. 89. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Inter reddere & edere rationes multum interest: nec is qui edere iussus sit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem uidetur, etiamsi quod reliquum sit, apud eam non soluat. *Exceptiones propositæ regulæ uide 3. quæstion. 3. item quæstione 8.*

II. Qui rationes edere teneantur.

Prima regula. De argentarijs, proponitur l. 4. in prin. ff. de edendo. cuius uerba uide 3. quæst. prox. Concordat l. 10. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Argentarius rationes edere iubetur: nec interest cum ipso argentario cōtrouersia sit, an cum alio. Ideo aūt argentarios tantum, neq; alios ullos ab similes rationes edere cogit: quia officium eorum atque ministerium publicam habet causam, & hæc principalis eorū opera est, ut actus sui rationem diligenter conficiant.

Secunda regula. De numularijs, proponitur l. 9. §. numularios. ff. de edendo, his uerbis: Numularios quoq; non esse iniquum cogi rationes edere, Pomponius scribit: quia & hi, sicut argētarij rationes conficiunt. Et quia accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusq; eorum maximè continetur, ideo frequentissimè ad fidem eorum decurritur.

Tertia regula. De alijs præter argentarios & numularios. Alias rationes edere non cogit prætor. quæ regula approbatur l. 10. in prin. ibi: Ideo autem. ff. de edendo. cuius uerba uide 3. reg. 1. Hæc regula distinguitur per regulas sequentes.

Quarta regula. De filiofamiliâs argentario & patre eius, proponitur l. 4. §. sed & filiusfam ff. de edendo, his uerbis: Sed & filiusfamiliâs continetur, his uerbis: ut uel ipse cogatur edere: an & pater quæritur? Labeo scripsit, patrem non cogendum: nisi sciente eo argentaria exerceretur. Sed rectè Sabinus respondit, tunc id admittendum, cùm patri quæstum referret. *Ex his patet, patrem argentarij regulariter ad edendas rationes non teneri. Eius aūt regulæ primam esse exceptionem: Nisi sciente eo, filius argentariam exerceat. Alteram exceptionem esse: Nisi quæstus ex argentaria patri quæratur. Tertia exceptio est: Nisi pater filio argentario succedat. quæ exceptio approbatur l. 9. §. nihil interest. ff. eod. tt. cuius uerba uide 5.*

Quinta regula. De seruo argentario & domino eius, proponitur d. l. 4. §. sed & si seruus, his uerbis: Sed & si seruus argentariam faciat (potest enim) si quidem uoluntate domini fecerit, compelli dominum edere, ac perinde in eū dādum esse iudicium, ac si ipse fecisset. Sed si inscio domino, satis esse dominum iurare, eas se rationes non habere. Si seruus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio, uel de in rem uerso tenetur. Sed si dominus habet rationes, nec edat, in solidum tenetur. *Concordat d. §. nihil interest.*

Sexta regula. De successoribus argentarij. Hi quoque regulariter tenētur. quæ regula approbatur l. 6. §. 1. ff. de edendo, his uerbis: Coguntur & successores argentarij edere rationes. *Huius regulæ exceptio prima uidetur esse: Nisi successor non sit eiusdem professionis. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. nihil interest. ff. eod. tt. his uerbis:* Nihil interest si successores, aut pater, aut dominus argentarij eiusdem fuerūt professionis: quia cum in locum aut in ius succedant argentarij, partibus eius fungi debebunt. *Secunda exceptio est: Nisi hæres rationes non possideat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 9. §. sed nec hæres, his uerbis:* Sed nec hæres tenebitur, cum nec possideat, nec dolo malo fecerit. Sed si ei antequam eas legatarijs traderet, denūciatum fuerit ne ante tradat, tenebitur

bitur quasi dolo fecerit. Quod si nihil dolo fecerit, causa cognita, legatarius cogendus est edere. *Tertia exceptio est: Nisi non uniuersalis, sed singularis successor sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 9. §. is autem, his uerbis:* Is autem, cui argẽtarius rationes suas legauit, non uidetur co[illegible]neri (quia iuris successor ijs uerbis significatur) non magis quam si ei uiuus eas donasset. Planè interdum causa cognita singula[illegible]is etiam successor tenetur. *quæ replicatio approbatur d. l. 9. §. sed nec heres. in fine. cuius uerba uide* ¯s. *except. prox.*

Septima regula. De procuratore, socio & tutore, proponitur l. 9. in prin ff. de edendo. cuius uerba uide j. *e. d. cap. in fine.*

Octaua regula. De actore qui cogitur edere rationes reo, proponitur l. 5. C. de edendo. cuius uerba uide ¯s. *eod. c. p membr 1. quæst. 4. reg 4. Concordat l. 6. C. eod. tt. his uerbis:* Iustum est desiderinm eius, à quo pecunia pe[illegible]itur (licet nomine publico) ut rationibus publicis exhibitis, constet qua[illegible]tum sub nomine suo solutũ sit. *Concor. item l. 7. C. eod. tt. his uerbis:* Procurator priuatæ ra[illegible]o[illegible]nia, instrumentorum quæ communia [illegible]bi esse dicis cum fisco, describendorũ facultatem secundum morem fieri iubebit: & si quando res exegerit ad fidem petitioni[illegible] tuę apud alium iudicem probandã aliq[illegible]id eorum proferri: desiderante eo qui cõuenitur ut id fiat præcipiet. *Concordat item l. 8. C. eod. tt. cuius uerba uide* ¯s. *eod. ca. membr. 1. quæst. 3. itẽ concordat l. 4. C. de fide instrumentor. his uerbis:* Illatæ d[illegible] spe[illegible]atori pecuniæ, si ob amissorum instrumentorum casum probatione defece[illegible]pe[illegible]io rationum fiscalium fidẽ demonstrabit

Nona regula. De pluribus argentarijs uel successoribus argentarij, uel pluribus tutorib. proponitur l. 6. §. 1. ff. de edendo his uerbis: Si plures sint hęredes & unus habeat: solus ad editionem cõpelletur. Sed si omnes habent, & unus edidit, an omnes ad editionem cõpellendi sunt? quid enim si humilis & deploratus unus edidit, ut dubitare meritò quis de fide editionis possit? Vt igitur comparari rationes possint, etiam cæteri edere debent, aut certè u[illegible]us editioni subscribere. Idem erit, etsi plures fuerint argentarij, à quibus editio deside[illegible]atur. Nam etsi plures tutores tutelã simul administrauerint: aut omnes edere debent, aut unius editioni subscribere.

III. QVIBVS PETENTIBVS rationes edendæ.

Omnib. postulantib. rationes sunt edendæ. quæ reg. approbatur, simul & distinguitur l. 9. §. fin. ff. de edẽd. his uerbis: Omnib. postulantibus, & iurantibus nõ calumniæ causa (se) petere: rationes quæ ad se pertineant, Prætor edi iubet. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui sibi edi postulat, iuramentum calumniæ non præstiterit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Iurantibus non calumniæ causa (se) petere. *Concordat l. 6. §. exigitur ff. eod. tt. his uerbis:* Exigitur autem ab aduersario argentarij iusiurãndum, non calumniæ causa postulare edi sibi: ne fortè uel superuacuas rationes, uel quas habet, edi sibi postulet, uexandi argentarij causa. *Secunda exceptio est: Nisi ad eum qui petit, non pertineat. Hæc exceptio elici potest ex uerbis supradictis hisce:* Rationes quę ad se pertineant. *Sed & approbatur exceptio proposita l. 6. §. ex hoc edicto. ff. eod. tt. his uerbis:* Ex hoc edicto in id quod interfuit, actio competit. Vnde apparet ita demum teneri hoc edicto, si ad eum pertineat. *Declaratur hæc exceptio d. l. 6. §. pertinere, his uerbis:* Pertinere autem uidetur ad me ratio, si modò eã tractaueris me mandante. Sed si procurator meus absente me mandauerit, an mihi edenda sit, quasi ad me pertineat? & magis est ut edatur. *itẽ declaratur exceptio proposita l. 9. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Ad nos autem pertinet, non tantum, cum ipsi contraximus, uel successimus ei qui contraxit: sed etiam si is qui in nostra potestate est, contraxit. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pater, dominus, uel heres sit eius, ad quem pertinet. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Ad nos autem pertinet, &c. *Secunda replicatio est: Nisi procurator eius ad quem pertinet petat. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. procuratori. ff. eod. tt. his uerbis:* Procuratori quoq; meo edendam rationem, quam mecum habet, non dubito, quasi ad eum pertineat, & cauturum de rato, si mandatum ei non sit. *Tertia exceptio est: Nisi argentarius edi sibi petat. Hæc exce. appr[illegible]batur d. l. 6. §. prohibet, his uerbis:* Prohibet argentario edi, illa ratione, quod etiã ipse instructus esse potest, instrumento suæ professionis: & quod absurdũ est, cum ipse in ea sit causa, ut edere debeat: ipsum petere ut edatur. *Huius exceptionis replicatio est. Nisi causa cognita. nam si causa cognita iudici uidebitur, etiam agentario rationes sunt edendæ. quæ replicatio approbatur d. l. 6. §. penult. cuius uerba uide* j. *except. prox. Quarta exceptio est: Nisi hæres argentarij edi sibi petat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. §. penult. his uerbis:* An uerò nec hęredi argentarij edi ratio debeat uidendum? & quidem si instrumentum argentarię ad eũ peruenerit, nõ debet ei edi: si minus, edenda est ex causa. Nam & ipsi argentario ex causa edenda est, si naufragio uel ruina, uel incendio, uel alia simili causa rationes perdidisse se probet, aut in longinquo habere, ueluti trans mare.

Quinta exceptio est: Nisi is cui semel rationes editæ sunt, eas iterum sibi edi postulauerit [illegible] exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicationes

causa cognita arbitrio iudicis permittuntur. quæ replicationes ex arbitrio iudicis pendētes, approbantur d.l.6.§.prætor, his uerbis: Prætor agit, Argentario, eius qui iterum postulauerit, causa cognita edi iubebo. *Concordat d.l.6.§.fin. cum lege sequente, his uerbis*: Nec iterum postulanti, edi prætor iubet, nisi causa cognita uoluti si peregrè habere, quod primum editū est, uel minus plenè editū doceat: uel eas rationes, casu maiore, nō uerò negligētia perdiderit. Nā si quo casu amisit cui ignosci debeat, ex integro edi iubebit. *Harū replicationum duplicatio hæc esse uidetur: Nisi tertio, uel quarto edi sibi postulauerit. Hæc duplicatio reprobatur l.7.§. hæc uox. ff. eod. tit. his uerbis*: Hæc uox Iterum duas res significat, altera est, qua demonstratur tempus secundum quod Græci *δεύτερον* dicūt: altera quæ adsequentia quoq; tempora pertinet. quæ Græcè dicitur *πάλιν*: quod ita accipitur quoties opus erit. nam potest fieri ut bis editam sibi rationē quis perdiderit, ut uerbum Iterum, pro Sæpius, accipiatur.

IIII. QVAE EDENDA, ET quomodo.

Prima regula De solutione facta, pignore, mandato, & de pecunia constituta, proponitur l.6.§. rationem ff. de edendo. cuius uerba uide s. quæst. 1.

Secunda regula. De toto codice edendo, & à capite, proponitur l.10.§. edi autem ff. de edendo. his uerbis: Edi autem ratio ita intelligitur, si à capite edatur. nam ratio, nisi à capite inspiciatur, intelligi non potest: scilicet ut non totum cuique codicem rationum, totasque membranas inspiciendi, describendiue potestas fiat: sed ut ea sola pars rationū, quæ ad instruendum aliquē pertineat, inspiciatur & describatur.

Tertia reg. De die & consule adijciendo, proponitur l.4. in prin. ff. de edendo, cuius uerba uide s. quæst. 1. concordat l.1.§. diem autem, ibi: Rationes autem. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. eod. cap. membr. 1 quæst. 5. Concordat item l.6.§. si initium. ff. eod. tit. his uerbis: Si initium tabularum habet diem & consulem, in quibus Titij ratio scripta est: postmodum mea sine die & consule: etiam mihi edendus est dies & consul.

V. VBI RATIO EDENDA SIT.

Ibi edere tenetur, ubi argentariam exercuit. Quæ regula approbatur l.4.§. sed ibi quis ff. de edendo. his uerbis: Ibi quis compellitur edere, ubi argentariam exercuit, & hoc est constiturum. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi instrumentum argentariæ in alia prouincia habeat. Hæc exceptio reprobatur d.§. sed ibi quis, his uerbis*: Quod si instrumentum argentariæ in alia prouincia habeat, in alia administrauerit: ibi puto cogendum edere, ubi argentariam exercuit: hic enim primum deliquit, quod aliò instrumētum transtulit. *Secunda exceptio est: Nisi alibi edi postuletur. Hæc exceptio reprobatur sub conditione d.l.4.§.fin. cum lege sequēte, his uerbis*: Quod si in alio loco argentariam exerceat, alibi autē ad editionem compellatur, minime hoc facere cogitur, nisi descriptum uelis, ubi de ea re agitur, ibi dari, tuis uidelicet sumptibus: spaciumq; ad perferendas eas tribuendum est. *Tertia exceptio est: Nisi in uilla aut in horreo instrumenta habeat. Hæc exceptio approbatur l.6. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Si quis ex argentarijs (ut pleriq; eorū) in uilla habeat instrumenta, uel in horreo: aut ad locum te perducet, aut descriptas rationes dabit.

VI. QVOTIES EDENDA.

Sæpius edere cogendus, de qua re uide s. quæstionē 3. except.

VII. ANTECEDENTIA.

Prima regula. De iuramento calumniæ ab actore præstando, proponitur l.6.§. exigitur. ff. de edendo & de qua re uide s. quæst. 3. except. 1.

Altera regula. De cautione de rato à procuratore præstanda, proponitur l.6.§. procuratori. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. d. quæst. 3. except. 2. repl. 2.

VIII. EVENTVS, SEV DE actione si non edatur.

1. Causa huius actionis cum suis exceptionibus.

Causa huius actionis est: Si reus argentarius rationes non edat. quæ causa approbatur l.8. in prin. ff. de edendo, cuius uerba uide s. except. prox. Est autem propositæ causæ prima exceptio hæc: Nisi sine dolo malo non edat. Hæc excep. approbatur d.l.8. in prin. his uerbis: Vbi exigitur argētariis rationes edere, tunc punitur, cum dolo malo nō exhibet: sed culpam nō præstabit, nisi dolo proximam. *Secunda exceptio est: Nisi cum reo argentario non sit controuersia. Hæc exceptio reprobatur l.10. in prin. ff. de edendo, cuius uerba uide s. quæst. 2. reg. 1. Tertia exceptio est: Nisi argentariam facere desierit reus. Hæc exceptio reprobatur l.4.§. is etiam ff. eod. tit. his uerbis*: Is etiam, qui desijt argentariam facere, ad editionem compellitur. *Quarta exceptio est: Nisi ob ætatem, uel rusticitatem, uel sexum non ediderit, uel ex alia iusta causa. Hæc multiplex exceptio approbatur l.1.§.fin. ff. de edendo, his uerbis*: Eis qui ob ætatem, uel rusticitatem, uel ob sexum lapsi non ediderunt; uel ex alia iusta causa, subuenietur. *Quinta exceptio est: Nisi actor exemplum eius, quod edi sibi petit, habeat. Hæc exceptio approbatur l.2. ff. de edendo, cuius uerba uide s. eod. cap. membr. 1. quæst. 4. reg. 9. Concordat l.6.§. prohib. ff. eod. tit. cuius uerba uide quæst. 3. except. 3. Sexta exceptio est: Nisi edita sit ratio. Hæc exceptio, ut per se uera est, ita suas habet replicationes: quarum prima hæc est: Nisi maliciosè edita sit. Hæc replicatio approbatur l.8.§.1. ff. de edendo, his uerbis*: Dolo malo non edidit,

& [illegible] malitiosè edidit. & qui in totum non e[illegible] Secunda replicatio est: Nisi editam rationem actor [illegible] Hæc replicatio approbatur per ea quæ [illegible] except. s. Septima exceptio est: Nisi [illegible] ad edendum rationem cogi possit. Hæc [illegible] approbatur l. 9. in prin. ff. de edendo. cui [illegible] cap. in ine. Reliquas proposi[illegible] exceptionesuide d. quæst. 8.

2. Qui [illegible] & aduersus quos competat hæc actio.

De [illegible] regula proponitur l. 13. ff. de eden[illegible] neque post annum, [illegible] nisi ex suo facto dabi[illegible] dabitur. Ait Iurisconsultus: [illegible] hoc dic ut §. quæst. 2. reg. 6. [illegible] 2.

3 Quid in ea ueniat.

[illegible] De eo quod interest proponitur l. 6. § ex hoc edicto. ff. de edendo. cuius uerba uide §. quæst. [illegible] id quod interest in hac actio[illegible] ne [illegible] piendu, definitur l 8. ius autem ff de edendo, [illegible] : Is autem, qui in hoc edictum inci[illegible] præstat, quod interfuit mea rationes [illegible] decerneretur à Prætore, non quod ho[illegible] interest. Et ideo licet interesse desijt, [illegible] minoris uel pluris interesse cœpit, lo[illegible] hæc actio non habebit neque ad au[illegible] tum, neque ad deminutionem.

[illegible] De causa ob non editas rationes [illegible] ea quæ æstimatione præstanda, pro[illegible] cū aũt, his uerbis: Cū in id actio cō[illegible] agentis interfuit editas sibi ratio nes e[illegible] uenit, ut siue quis condēnatus sit, si[illegible] obtinuerit, eo quod non [illegible] rationes, ex quibus causam su[illegible] profecit id ipsum, quod ita perdide[illegible] ne consequatur. Sed an hoc p[illegible] cedat [illegible] camus: nam si apud hunc iu[illegible] em qui inter eum & argentarium iudi[illegible] potest probare [illegible] illo iudicio, quo ui[illegible] s est, uincere potuisse: poterat & tunc p[illegible] probauit, aut probantem iu[illegible] dex non [illegible] auit, de se ipsu aut de iudice [illegible] Sed non ita est, fieri enim po[illegible] rationes, uel ipso edente, uel [illegible] modo nactus, aut alijs instrumētis uel te[illegible] us, [illegible] ibus illo tempore aliqua ex cau [illegible] non potuit, possit probare, potuisse se uincere. Sic enim & de cautione subre[illegible] corrupta, cōpetit condictio, & dam[illegible] iuriæ actio: quia quod antè non potui mus intercepta cautione probare, & ob id amisimus, hoc nunc alijs instrumentis aut testibus, quibus tunc uti non potuimus, probare possumus.

Tertia regula in quantum dominus serui argenta[illegible] nomine teneatur, definitur l. 4. §. sed etsi seruus. ff. de [illegible] cuius uerba uide §. eod. memb. 2. quæst. 2. regul. 5.

4. Quamdiu competat.

Annalis est actio. quæ regula approbatur l. 13 ff. de edendo, cuius uerba uide paulo superius quæst. 2.

5. Adfinia remedia.

De *actione mandati, tutelæ, & pro socio, proponitur l. 9. in prin. ff. de edendo, his uerbis.* Quædam sunt personæ, quas rationes nobis edere oportet, nec tamen à Prætore per hoc edictum compelluntur: ueluti cum procurator res, rationesue nostras administrauit, non cogitur à Prætore per metum actionis in factum rationes edere. scilicet quia id consequi possumus per mandati actionem. Sed & cum dolo malo socius negocia gessit, Prætor per hanc clausulam non interuenit: est enim pro socio actio. Sed nec tutorem cogit Prætor pupillo edere rationes, sed iudiciu tutelæ solet cogi edere. *Hactenus de Edendo.*

DE DILATIONIBVS.

Cap. V.

I. AN ET QVATENVS dilatio sit danda.

N*On nisi causa cognita dilatio danda est. quæ regula approbatur l. 4. C. de dilation. his uerbis:* A procedente iudiee dilationem non conuenit postulari, etiamsi utraque parte præsente tribuatur: cum non aliàs nisi causa cognita indulgeri queat: & cognitio causæ non interpellatione planatia, sed confessæ te magis iudice legitimè colligatur: ut si forte dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quæstio per sententiam iudicis dirimatur. *Concordat l. 6. C. eod. tit. his uerbis:* Inter priuatos & fiscum si aliqua lis [illegible] fuerit: utrique parti petendæ dilationis per defensores suos copia deneganda non est, si hoc commoditatis ratio postulauerit. *Concordat item l. ult. in fine ff. de ferijs & dilationib. item l. 4. in prin. ff. de iudic. §. cuius uerba uide §. Lib. prox. cap. 2. quæst. 1. except. 18. repl. 6. item concordat l. 2. §. fin. C. ut intra certum tempus crim. his uerbis:* Iudicum debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis à reo, uel accusatore dilatio postuletur, urgeant talium causarum notionem non expectatis moris. *item concordat l. 2. §. fin. ff. de dilationib. cuius uerba uide §. quæst. 3. reg. 2.*

II. CAVSAE, EX QVIBVS dilatio danda.

Quoniam dilatio non nisi causa cognita danda est, ut iam dictum, uideamus causas ex quibus dari possit.

Prima causa est. Si reus possessor nominet autorem uel dominum domus, danda est ei dilatio ad denunciandum. quæ causa approbatur l. 2. C. ubi in rem actio exerceri debeat, his uerbis: Si quis alterius nomi

ue quolibet modo possidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem actionem sustineat, debet statim in iudicio dominũ nominare: ut siue in eadem ciuitate degat, siue in agro, siue in alia prouincia sit, certo dierum spacio a iudice definiendo, eoque ad notionem eius perducendo, uel ipse in locis in quibus prædium situm est perueniens, uel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat. Si uerò post huiusmodi indultum tempus minimè hoc quod dispositum est, facere maluerit, tanquam lite quæ ei ingeritur ex die quo possessor ad iudicium uocatus est, ad interrumpendam longi temporis præscriptionem contestatæ: iudex utpote domino possessionis, &c. *Reliqua uerba uide s. eod. Lib. cap. 2. quæst. 6. reg. 6. Concordat Nouell. c. 68. §. quod si alter. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 2. quæst. 1. except. 48.*

Secunda causa. Si fideiussor uel mandator opponat exceptionem de reo principali prius conueniendo isque abſit, datur ei dilatio ad eum adducendum. quæ causa approbatur Nouell. c. 4. §. postulet igitur. cuius uerba alibi proponentur.

Tertia causa. De dilatione reo ad excipiendum dãda, proponitur l. 2. C. de dilation. his uerbis: Si quãdo quis rescriptũ ad e[illegible] a ordinarium iudicẽ reportauerit: dilatio ei penitus deneganda est. Illi autem qui in iudiciũ uocatur, danda est ad improbanda precum mendacia, uel proferenda aliqua instrumenta uel testes: quoniam instructus esse nõ potuit, qui præter spem ad alienum iudicium trahitur. *Concordat l. 53. §. sed & illud. cum sequentibus. de quo j. Lib. prox. cap. 1. quæst. 2.*

Quarta causa. Probationum & instrumentorum adferendorum ca[illegible] dilatio est danda. Quæ causa approbatur Nouell. c. 115. §. sed & hoc, [illegible] dilationes, his uerbis: Dilationes q[illegible]as probationum causa leges concedunt. *Cõcordat l. 99. §. fin ff. de uerb. signif. cuius uerba uide j Lib. prox. cap. 3. Propositæ causa exceptio hæc est: Nisi princeps cognoscat, uel ad appellationem consultationemue rescripserit Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de dilationib. his uerbis:* Cum à nobis fuerit ad appellationem, &c.

Quinta causa. Si instrumenta litis apud eos esse dicãtur, qui reipub. causa absunt. Hæc causa approbatur l. 36. in prin. ff. de iudicijs, hisce uerbis: Interdum ex iustis causis & certis personis sustinendæ sunt cognitiones: ueluti si instrumenta litis apud eos esse dicantur qui reipub. causa aberunt.

Sexta causa. Si quidam litis consortum abesse dicentur. Hæc causa approbatur l. 44. in prin. ff. de iudicijs his uerbis: Non idcirco i[illegible]dicis officium impeditur, quod quidã ex tutoribus post litem aduersus omnes inchoatam, reipub. causa abesse cœperunt: cum præsentium, & eorũ qui non defenduntur, administratio discerni & æstimari possit. *Concordat l. 1. C. de consortib. eiusde[illegible]tis. cuius uerba uide in Comment. de Actionib. cap. 4. reg. 6.*

Septima causa. Si cognatus uel adfinis litigatoris defunctus esse dicatur, aut similis casus fortuitus interuenerit. Hæc causa approbatur l. 36. in prin. ff. de iudicijs, his uerbis: Diui fratres in hæc uerba rescripserunt: Humanum est ꝑpter fortuitos casus dilationem accipi, ueluti cum pater litigator filiũ, uel filiã, uel uxor uirũ, uel filius parentem amisit, & in similibus causis cognitionem ad aliquem modũ sustineri.

Octaua causa. Si actionem uel rescriptum producere uelit. Hæc causa reprobatur l. 2. in prin. C. de dilationib. cuius uerba uide s. causa 3.

Nona causa. Si disputatio causæ sit concludenda. Hæc causa approbatur Nouell. c. 115. §. sed & hoc. cuius uerba uide j. quæst. prox reg. 3.

III. QVANTA DILATIO SIT danda.

Prima regula in probationum dilatione danda, proponitur l. 1. C. de dilationib. his uerbis: Quoniã plerunq; euenit, ut iudex instrumentorũ uel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur: spacium instructionis exhibẽdæ postulatũ dari conueniet. Quod hac ratione arbitramur esse moderandũ, ut si ex ea ꝓuincia ubi lis agitur, uel personæ, uel instrumẽta poscẽtur, nõ amplius quàm tres menses indulgeantur. Si uerò ex continentib. prouincijs, sex menses custodiri iusticiæ est. In transmarina autẽ dilatione nouẽ menses computari oportebit. Quod ita iudicãtes sentire debebunt, ut in hac ratione no sibi concess[illegible]m intelligant dandæ dilationis arbitriũ, sed eandẽ dilationẽ, si rerũ urgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desideratæ instructionis exegerit, non facile amplius quàm semel, nec ulla trahẽdi arte sciat esse tribuend[illegible]. *Concordat l. 7. C. eo. tt. his uerbis:* Nec de statu ac patrimonio litigantibus in transmarina etiã dilatione nouem mensium spacia egredi concedatur.

Secunda regula. De dilatione ad denunciandum domino danda, proponitur Nouell. c. 68. §. quòd si alter. cuius uerba uide s Lib. prox. cap. 2. q. 1 except. 48.

Tertia regula. De dilatione ad concludendam disputationem danda, proponitur Nouell. c. 115. §. sed & hoc, his uerbis: Sed & hoc præsentè lege sancimus. Ex quo enim nonnunquã inter litigatores contingit, ut altera quidẽ partiũ suis allegationib. renunciet, altera uerò cognoscens, quod malã habitura sit causam. post tractatã in iudicio litem, & dilationes quas probationum causa leges concedunt, profiteri nolit, contentam se allegationib esse, neq; alia de causa, quàm ne cel[illegible]us causæ qualitas agnoscatur: iubemus, ut cu[illegible] una partium suis renunciauerit allegationibus, altera

altera uerò pars dixerit habere se quod adijcere debeat, causæ iudex omnibus modis eam partem quæ dilatione utitur, compellat intra triginta dies, quàm altera pars renunciauerit citra ullam dilationem, quod uult proponere. Quod si non fecerit: tunc ut improbitas eius superetur, alter ei mensis [illegible] a iudice. Si sic quoque distulerat, item alterius ei mensis dilatio præbeatur, ita tamen ut si intra prędictos tres menses, quos litem protelantibus litigatoribus concessimus, allegationes suas non proposuerit: iudex non amplius expectans omnibus modis sententiam legibus conuenientem proferat, aut (si uoluerit) referat, quo minus litigatoribus improbo studio condentibus liceat causarũ euentus in loogum protrahere.

Quarta regula. Feriæ in tempus dilationũ connumerantur. Quæ regula approbatur l. 3. §. fin. C. de dilationibus, his uerbis: Feriæ autem siue repentinæ sint, siue solennes, dilationum temporibus non excipiantur, sed his connumerentur.

IIII. QVOTIES DILATIO danda.

Non nisi semel dilatio danda. Hæc regula approbatur, simul et distinguitur l. 10. ff. de ferijs & dilationib. his uerb. In pecuniarijs causis, omnib. dilatio singulis causis plus semel tribui nõ potest: in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duæ dari possunt, sed utrumq; causa cognita. *Concordat l. 1. §. fin. C. de dilationib. cuius uerba uide s. quæst. prox. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi causa sit capitalis. Quæ exceptio approbatur iamdictis uerbis hisce:* In capitalibus autem reo tres dilationes, &c. *Secunda exceptio est: Nisi iusta causa interueniat. quæ exceptio approbatur l. 7. ff. de ferijs & dilationib. his uerbis:* Oratione quidem diui Marci, amplius quam semel non esse dandam instrumentorum dilationẽ, expressum est, sed utilitatis [illegible] gratia, causa cognita iterũ dilatio tam ex eadẽ, quàm ex alia prouincia secundum moderamen locorum impertiri solet: & maxime si aliquid inopinatum emergat. *Tertia exceptio est: Nisi is cui dilatio data est, defunctus sit: tunc enim eius hæredi iterũ est danda. quæ exceptio approbatur d. l. 7. §. fin. his uerbis:* Illud uidendum, si defunctus aliquam dilationem acceperit propter instrumenta, an successori quoq; eius dari debeat: an uerò quia iam data est, amplius dari nõ possit? & magis est, ut hic causa cognita dari debeat.

V. VBI DANDA EST dilatio.

Non nisi pro tribunali petenda & danda est dilatiõ. quæ regula approbatur l. 4. C. de dilationibus. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin.

VI. ANTECEDENTIA.

Non nisi causa cognita dilatio danda est. de qua re uide s. eod. cap. in prin.

VII. EVENTVS DATAE dilationis.

Prima regula. Interim iudicis officium conquiescit. quæ regula approbatur l. 3. in prin. C. de dilationib. his uerbis: Siue pars, siue integra dilatio [illegible] data, eousq; iudicis officiũ conquiescat, donec petiti temporis defluxerint curricula.

Secunda regula. Non currit temporis præscriptio. quæ regula approbatur l. 2. §. in omnib. ff. de iudicijs, his uerbis: In omnibus causis, in quib. protelatur admonitio, hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet.

DE EXCEPTIONIBVS dilatorijs, et recusatoria iudicis.

Cap. VI.

I. EXCEPTIO. *Dilatoria ante litem contestatam non post opponenda. quæ regula approbatur l. 12. C. de exceptionibus, his uerbis:* Si quis aduocatus inter exordia litis prætermissam dilatoriam præscriptionem postea uoluerit exercere, & ab huiusmodi opitulatione submotus, nihilominus perseueret, atq; præpostere defensioni institerit, unius libræ auri condemnatione mulctetur. *Plane exceptio dilatoria ab initio proposita, postea potest probari. quæ exceptio approbatur l. 19. C. de probationi. his uerbis:* Exceptionẽ dilatoriá opponi quidem initio, probari uerò postquam actor monstrauerit, quod adseuerat oportet.

II. SPECIES DILATORIAE exceptionis est recusatoria iudicis, de qua nunc dicendum.

I. Causæ ex quibus iudex recusari potest expositæ sunt s. Lib. prox. cap. 2. quæst. 1. Earum aũt causarũ exceptio prima hæc est: Nisi iudex ab imperatore, uel alio sublimi magistratu sit delegatus. Hæc exceptio reprobatur l. 14. C. de iudicijs, his uerbis: Apertissimi iuris est, licere litigatoribus iudices, antequam lis inchoetur, recusare: cum etiam ex generalibus formis sublimissimæ tuę sedis statutũ est, necessitaté imponi iudice recusato partib. ad eligendos arbitros uenire, & sub audientia eorũ sua iura proponere: licet enim ex Imperiali numine iudex delegatus est, tamen quia sine suspicione omnes lites procedere nobis cordi est, liceat ei qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium curratur, libello recusationis ei porrecto: cũ post litem contestatam, neq; appellare posse ante definitiuam sentẽtiam iam statuerimus, neq; recusare, ne lites in infinitum extendátur. In eo scilicet executore necessitaté partibus per ordinarium iudicem & omne ciuile auxilium imponente, & arbitros eligere, &c

continens sub se tam satisdationem, quàm pignoris obligationem: quemadmodum & nudam repromissionem. Planè si cui lex, uel pactum cautionem iniungit, is nuda repromissione præstita, liberatur. quod approbatur l.3. C. de uerb signif. his uerbis: Sãcimus cautionis nomine uel ἀσφαλείας nõ esse fideiussoris dationem interpretandã: nisi hoc specialiter uel in Græcis, uel in Latinis uerbis scriptum fuerit: nisi enim uel generaliter de satisdatione uel fideiussione specialiter sit nominatum: cautione uel ἀσφαλεία minimè fideiussionem, sed nudam promissionem significari.

Definitio Satisdationis proponitur l.1 ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Satisdatio eodem modo appellata est, quo satis factio. nam ut satisfacere dicimur ei cuius desiderium implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, cum pro eo quod a nobis petit ita cauemus, ut eum hoc nomine securũ faciamus datis fideiussoribus. *Cõcordat l.5. §. satisacceptio. ff. de uerb. oblig. his uerbis:* Satisacceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissoré, ut adpromissores quoq; ab eo accipiantur: id est, qui idem promittant. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satisfacere. nam quia id quo quis cõtentus erat ei præstabatur, satisfieri dictũ est: & similiter quia tales, quib. cõtentus quis futurus esset, ita [illegible] uerbis obligarentur, satis accipi dictum est. *Planè interdum satisdatio nudam continet repromissionem, si scilicet aduersarius ea sit contentus. quod approbatur l.61. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Satisdationis appellatione interdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satisdatio debebatur.

II. CAVSAE EX QVIBVS cauendum cum suis exceptionibus.

Causæ ex quibus cauendum, proponentur 7. quæst. 8. eod cap. Harum autem causarum exceptio generalis prima hæc est: Nisi is qui cauere tenetur, res immobilès possideat. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.1. ff. qui satisd. cogantur, cuius uerba uide eod. Lib cap. 9. in prin. Secunda exceptio generalis hæc est: Nisi cautum sit uel satisdatum. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio prima hæc est. Nisi uitiosè cautum sit. Hæc replicatio approbatur l.6. ff. qui satisd. cog. his uerbis: Quoties uitiosè cautum uel satisdatũ est, nõ uidetur cautũ. *Concordat l.3. ff de fideiussoribus, his uerbis;* Qui satisdare promisit, ita demum impleisse stipulationẽ satisdationis uidetur, si eũ dederit accessionis loco, qui obligari potest & conueniri. Cæterùm si dederit seruũ aut filium, ex quibus causis de peculio actio nõ datur, uel mulierem, quæ auxilio senatusconsulti utitur: dicendum est non esse impletam satisdationis stipulationem.

Secunda repl. est: Nisi fideiussores, per quos satisdatum inopes facti sint. Hæc replicatio approbatur l.10. §. fin. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Si medio tempore calamitas fideiussoribus insignis, uel magna inopia acciderit, causa cognita, ex integro satisdandum erit.

Tertia replicatio est: Nisi stipulator fideiussori, uel contrà fideiussor stipulatori hæres extiterit. Hæc replicatio approbatur l.8. §. si fideiussor. ff. d. tt. his uerbis: Si fideiussor iudicatum solui stipulatori hæres extitit, aut stipulator fideiussori, ex integro cauendum erit. *Quarta replicatio est: Nisi seruus inueniatur is, per quem satisdatum est. Hæc replicatio approbatur d. l.8. § si seruus, his uerbis:* Si seruus inueniatur, qui antequã iudicium acciperetur, fideiussit iudicatũ solui: succurrendum est actori, ut ex integro caueatur. *Quinta replicatio est: Nisi per mulierem satisdatum sit. Hæc replicatio approbatur d. l.8. §.1. his uerbis:* Qui mulieré adhibet ad satisdandum, nõ uidetur cauere. Sed nec miles, nec minor uigintiquinq; annis probandi sunt: nisi hæ personæ in rem suam fideiubeant, ut pro suo procuratore. Quidam etiã aiunt: si à marito fundus dotalis petatur, in rem suã fideiussurã mulieré. *Sexta replicatio est: Nisi per militem satisdatum sit. Hæc replicatio iam propositis uerbis approbatur, simul & distinguitur. Septima replicatio est: Nisi per minorem uiginti quinq; annis satisdatum sit. Hæc replicatio item approbatur, simul & distinguitur uerbis supradictis. Concordat d. l.8. §. minori, his uerbis:* Minori quoq; uigintiquinq; annis succurrendum est: fortasse & mulieri propter imperitiam. *Octaua replicatio est: Nisi fideiussor fori præscriptione tutus sit. Hæc replicatio approbatur l.2. in prin. ff. qui satisd. cog. cuius uerba uide 7. q.4. in prin. Concordat l.7. in prin. ff eo. tt. his uerbis:* Si fideiussor nõ negetur idoneus, sed dicatur habere fori pscriptionẽ, & metuat petitor ne iure fori utatur, uidendum quid iuris sit: & diuus Pius (ut Põponius libris Epistolarũ refert, & Marcellus lib. 111. Digest. & Papian. lib. 111. Quæstionũ) Cornelio Proculo rescripsit: merito petitoré recusare talem fideiussoré Sed si aliàs caueri non posit, prædicendum ei non usurum eum priuilegio si conueniatur. *Concordat l.2. ff. si quis in ius uocatus non ierit, his uerbis:* Si quis, &c. *Nona replicatio est: Nisi fideiussor non sit idoneus, reprobatur l.3. in fine. ff. de fideiussoribus, his uerbis, &c. Harum replicationum duplicationes uide 7. quæst. 4.*

III. QVIBVS CAVENDVM uel Satisdandum.

De procuratore & seruo absentis, regula proponitur l.41. §. si procurator. ff. de procuratoribus, his uerbis: Si procurator agat, & præsens sit absentis seruus, Atilicinus ait, seruo cauendũ, non procuratori.

IIII. PER QVOS SATISDANDUM.

Fideiussor locuples esse debet, non tantum in facultatibus, sed etiam ex conueniendi facultate. quæ regula approbatur l. 2. in prin. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Fideiussor iudicio sisti causa locuples iubetur dari, non tantum in facultatibus, sed etiam ex conueniendi facultate. *Plures huiusmodi regulas uide paulo superius quæst. 2. repl. 4. cum sequētib. Harum aūt regularū exceptio prima hæc est: Nisi ab arbitro fideiussores sint probati. Hæc exceptio approbatur l. 10. in prin. ff. qui satisd. cog. his uerbis:* Si arbitro probati sunt fideiussores, pro locupletibus habendi sunt: cū potuerit querela apud cōpetentem iudicē deferri. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ab arbitro sit appellatum. Hæc replicatio approbatur per ea quæ habentur j. quæst. 7. reg. 1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi quorundam, non omnium ab arbitro probatorum nomine appellatio sit facta: tunc enim alios quorum nomine nō est appellatum probasse uidetur. quæ duplicatio approbatur d. l. 10. §. 1. his uerbis:* Qui ex causa improbat, ab arbitro probatos, alios improbatos probat. *Secunda exceptio est: Nisi sponte aduersarius fideiussores acceperit: tunc enim eos postea improbare, poterit. quæ exceptio approbatur d. l. 10. §. multoq; magis, his uerbis:* Si sua uoluntate accipit fideiussores, contentus his esse debet. *Planè huius exceptionis eædem sunt replicationes, quæ propositæ sunt paulo superius quæst. 2. repl. 1. cum sequentib. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones uide j. in sequentibus capitibus.*

V. VBI SATISDANDUM.

Regulariter ibi satisdandum, ubi agitur. cuius regulæ exceptio hæc est: Nisi ibi satisdare non possit: tunc enim aliò mittendus satisdationis nomine. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 7. §. si necessaria. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Si necessaria satisdatio fuerit, & nō facilè posset reus eam ibi præstare, ubi conuenitur: potest audiri si in alia eius prouinciæ ciuitate satisdationem præstare paratus sit. Si autem satisdatio uoluntaria est, non in alium locum remittitur: nec enim meretur, qui ipse sibi necessitatē satisdationis imposuit. *Propositæ exceptionis exempla proponuntur l. 8. §. tutor, cū sequentib. ff. eod. tit. his uerbis.* Tutor & curator, ut rem saluam fore pupillo caueant, mittendi sunt in municipium: quia necessaria est satisdatio. Item de restituenda domino proprietate is cui ususfructus datus est. Item legatarius, ut caueat euicta hæreditate legata reddi, & quod amplius quàm per legem Falcidiam cœpit. Hæres quoque, ut legatorum satisdet, audiendus est, ut in municipium remittatur. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi nō necessaria sed uoluntaria sit satisdatio. Hæc replicat. approbatur supradictis uerbis hisce:* Si autem satisdatio uoluntaria est, non in alium locum remittitur: nec enim meretur, qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit. *Secunda replicatio est: Nisi hæres per quem stetit, quo minus caueret, & ob id legatarius in possessionem missus sit, satisdare uelit: hic enim nō est audiendus, alio loco satisdare uolens. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 8. §. planè si misso, his uerbis:* Planè si misso iam legatario in possessionem, cum per hæredem stetisset, quo minus caueret, hæres postulet, ut possessione decedat, paratumq; se dicat in municipio cauere: impetrare non debebit. Diuersum, si sine culpa, aut dolo hæredis missus sit in possessionem. *Tertia replicatio est: Nisi is qui aliò satisdationis nomine mitti desiderat, de calūnia iurare nolit. Hæc replicatio approbatur d. l. 8. §. iubetur, his uerbis:* Iubetur iurari de calumnia, ne quis uexandi magis aduersarij causa forsitan, cum possit Romæ satisdare, in municipiū euocet. *Forma huius iuramenti proponitur d. l. 8. §. sic autem, his uerbis:* Sic autem iurare debet, qui in municipium remittitur: Romæ se satisdare non posse, & ibi posse, quo postulat remitti: idq; se non calumniæ causa facere. Nam sic non est compellendus iurare, alibi se, quàm eo loco, satisdare non posse: quia si Romæ non posset, pluribus autē locis posset, cogeretur peierare. *Planè propositæ replicationis duplicationes hæ sunt: Nisi parens, uel patronus satisdationis causa remitti desideret: his enim personis iusiurandum remittitur. quæ duplicationes approbātur d. l. 8. §. sed quibusdam, his uerbis:* Sed quibusdam hoc iusiurandū de calumnia remittitur ueluti parentibus, & patronis. *Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi is qui remitti desiderat, antea eo loco in quem remitti petit, satisdare noluit. quæ replicatio approbatur d. l. 8. §. fin. his uerbis:* Hoc autem impetrabitur, cum iusta causa esse uidebitur: quid enim, si cum erat in municipio, noluit cauere? hoc casu non debet impetrare: cum per eum steterit quo minus ibi, ubi desiderat, satisdaret. *Quinta replicatio est: Nisi iudici non satis iusta remittēdi causa uideatur. Hæc replicatio approbatur iam propositis uerbis hisce:* Hoc impetrabitur cum iusta causa esse uidebitur.

VI. *Quo cautionis genere cauendum? uide infrà eod. cap. quæst. 8. & capita sequentia, item s. hoc capite quæst. 1.*

VII. EVENTVS CAVTIONIS.

Prima regula. De arbitro ad probandos fideiussores dato: ab hoc appellari potest. quæ regula approbatur l. 9. ff. qui satisdare cogātur, his uerbis: Arbitro ad fi-

ad fideiussores probandos constituto: si in alterutra parte iniquũ arbitrium uideatur: perinde ab eo, atq; à iudicibus appellare licet. *Concordat l. 1. ff. a quib. appellare nõ licet, his uerbis:* Quæsitũ est, in arbitris qui ad fideiussores probandos dantur, an appellare liceat? quamuis hoc casu & sine appellatione quidam putent ab eo qui eos dedit, sententiã eius corrigi posse. *Vide insuper J. Lib. 9. cap. 4. quæst. 1 causa except. 21.*

Secunda regula De actione quæ oritur ex cautione. Si non præstetur id, de quo cautum est, actio nascitur. cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi uitiosé & inutiliter sit cautum. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. qui satisf. cogantur, cuius uerba uide s. eod. cap. q. 2. except. 1. repl. 1. Secunda exceptio est: Nisi minor uiginti quinq; annis fideiusserit. Hæc exceptio approbatur l. 8. minori. ff. qui satisd. coguntur. cuius uerba uide s. eo cap. q. 2. except. repl. 7. Tertia exceptio: Nisi mulier fideiusserit. Et hæc exceptio approbatur d. §. Quarta exceptio est: Nisi falso procuratori sit cautum. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerum replicatio hæc est: Nisi dominus postea ratũ habuerit, uel causam eidem agendum mandauerit. quæ replicatio approbatur l. 11. ff. qui satisd. cogantur, his uerbis: Iulianus ait, si antequã mandarem tibi, ut fundum peteres, satis acceperis petiturus fundum, & postea mandatu meo agere institeris, fideiussores teneri. *Quinta exceptio est: Nisi dies in stipulatione non sit adiectus. Hæc exceptio reprobatur l. 8. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* De die ponenda in stipulationem solet inter litigatores conuenire. Si non cõueniat, Pedius putat in potestate stipulatoris esse, moderato spacio de hoc à iudice statuẽdo. *Plura de regula proposita, eiusq; exceptionibus uide cap. sequentia.*

Tertia regula is cui satisdatur fideiussorẽ sine causa non acceperit, nec admiserit: iniuriarum actione tenetur, tam principali, quàm fideiussori. quæ regula approbatur l. 5 §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogant. his uerbis: Qui pro rei qualitate euidentissimè locupletem (uel si dubitetur) adprobatũ fideiussorem iudicio sistendi causa nõ accepit, iniuriarũ actio esse potest: quia sane iniuria, uælibet iniuria est, duci in ius eũ, qui satis idoneũ fideiussorẽ det. Sed & ipse fideiussor, qui non sit acceptus, tanquam de iniuria sibi facta, queri poterit.

Quarta regula. Si per iusiurandũ cautũ sit, & ex iusta causa nõ præstetur non cõmittitur periuriũ. Hæc regula approbatur l. ult. ff. qui satisd. cog. his uerbis: Qui iurato promisit iudicio sisti, nõ uidetur peierasse, si ex cõcessa causa hoc deseruerit.

VIII. QVI, ET DE QVA *re quisq; cauere teneatur.*

De actore.

Prima cautio actoris. Actor cauebit de lite persequenda. quæ regula approbatur Nouell. c. 112. §. ceterum. usq; ad §. porrò, his uerbis: Sancimus, ut omnes iudices si quãdo aliquos uel prehendi, uel citari uelint, in interlocutionib. suis hãc conditionẽ apponant: ne aliter accusatorij libelli reis porrigantur, aut executorib. præbeantur sportulæ, nisi actor in libello prius uel per se, uel per tabularios subscribat, & apud actorũ publicorũ monumenta in iudicio fideiussorẽ præbeat, qui periculo competentis cohortis spondeat, quod & ad terminum usq; litis iudicio adsidebit, & proprias actiones uel per se, uel p legitimũ pcuratorẽ expediet, & si posthac iniustẽ litẽ mouisse ostendatur, sumptuũ & expensarũ nomine decimam eius quantitatis partẽ, quæ libello comprehenditur, accusato restituet. Quòd si dicat facultatẽ sibi ad fideiussorem dandũ nõ adesse: tunc apud iudicem apud quem controuersia exercenda est, propositis sanctis euangelijs iureiurando idipsum adfirmet, atq; ita iuratoriã cautionẽ exponat, & per eam hæc quę superius dicta sunt, profiteatur. Si uerò non omnia hæc prædicto modo peragantur, non concedimus, ut reus ullum responsum executori præbeat. At si contra memoratam formulam uel iudex aliquis, uel cohors eius, uel quicunq; tandem executor citare aliquem præsumpserit: à iudice quidem & cohorte eius decem librarum auri pœna exigetur: ipse uerò eius controuersiæ executor, tum publicationi bonorũ subijcietur, tum exilio condẽnabitur in quinquennium. Pœna uidelicet, quæ ex lege cõpetit exigenda periculo gloriosiss. pro tempore comitis sacrarum nostrarum rerum priuatarum. & inferenda nostro ærario. Omne quoq; dispendiũ quod accusatus ex hac aggressura contra tenorẽ præsentis legis facta sustinuerit, reo ex substatia actoris resarcietur periculo iudicis, per cuius executorẽ prehensus fuit, neq; nõ & cohortis illi obtẽperantis: ut ex omni parte hi qui à superno nutu potẽtiæ nostræ cõcrediti sunt, illesi cõseruentur. Enimuerò lites, quæ cõsensu utriusq; partis mouentur in iudicio, ut à pœna præsenti cõstitutioni insertæ liberæ sint sancimus, & terminẽtur quẽadmodum alijs nostris cõstitutionib. continetur. *Concordat l. 13. §. quia uerò compertũ. his uerbis:* Quia uerò compertum habemus, quod ab actorib. ut plurimũ hic quidẽ cum personas aliquas sisti uolunt, fideiussores præstãturi, cum uerò aliò abducũtur, probabile est hanc ipsos obseruationem effugere: Sancimus, ut in hac urbe iudex, aut gloriosissim. noster quæstor, qui sacris nostris subministrat literis, si quid tale facere iussus fit, nõ aliter & prius reũ patiatur aliò abduci, quàm actor in iudicio, ad quod reũ foncem pet-

perducturus est, fideiussorē præstet, quod ni si reum peregerit, aut peragendo litem obtineat, pro locorum distantia tantum soluturus sit auri, quantum reo præfinitū fuerit, utq; omnia illic agantur, quæ de exhibitione determinauimus, præfinito quidem auro exigendo a fideiussoribus, & dando ei qui ab eo in ius deductus fuit, præbendo scilicet etiam ab illo iureiurando usq; ad taxationē, ut plus se insumpsisse. & hoc recipiat, & undiq; absoluta appareant, quæ hac nostra comprehenduntur legislatione Ait Imperator: Compertum habemus qđ ab actoribus, ut plurimum hic quidem fideiussores præstantur. *De hoc dixerat in uerbis præcedentibus d. Const. 53. bisce:* Et quia moris est ne aliter, &c. *Quæ uerba uide* 5. *Lib. eod. cap.* 2. *q.* 6. *reg.* 5. *Pertinent enim etiam ad hunc locum propositum.* Ait insuper Imp. quæ de exhibitione determinauimus *scilicet d. §. & quia moris.*

Secunda actoris cautio. De lite intra duos menses contestanda, proponitur Nouell c. 96. *in prin usq; ad §. illud quoq;* Quoniā calumniantes odimus, & summo studio ac cura auersamur, ꝓpterea istiusmodi actiones existimauimus legitimo indigere remedio Didicimus enim quòd quidam non habentes ullam obligationem, sed una statuentes uoluntate cum his qui causas exequuntur, conueniunt quosdam: deinde libellos dirigunt. & dum damnum pertulerint fugientes, deserūt eos. & proficiscuntur, incurabile eis dātes dispēdiū: & hoc ad huc amplius in prīncipijs cōmittitur comunione lucrorum ipsis conuenientibus, & causarum executoribus proficiente. Nos igitur hoc iugiter committatur, sancimus non aliter actores libellos dirigere, & damni occasionē præbere conuento, quam cautione exponant & in fugientem, & negocij executorem, quod intra duos menses omnibus modis litis contestationem faciant apud iudicem: aut si non hoc egerint, omne damnum eueniens conuento restituerit in duplum, non transcendente cautione triginta & sex aureos.

Tertia actoris cautio. De certa pecunia si non obtinuerit reo danda, proponitur Nouell. c. 51. *§. & quia moris, & §. quia uerò compertum cuius uerba uide* 5. *eod. cap. caut.* 1. *Concordat Nouell. c.* 112. *§. cæterum. cuius uerba uide d. caut.* 2.

Quarta actoris cautio De sumptibus & expensis litis, si non obtinuerit reo restituendis, proponitur d. §. cæterum. item Nouell. c. 96. *in prin. ibi: Ne igitur. cuius uerba uide* 5. *caut.* 2.

De actoris procuratore, tutore, & curatore.

Hi cauebunt de rato. quæ cautio approbatur Inst. de satisdat §. ipse autem, his uerbis Ipse aut, qui in rē agebat, si suo nomine petebat, satisdare nō cogebatur. Procurator uerò si in rē agebat: satisdare iubebatur rē ratam dominū habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores uerò & curatores eodem modo quo & procuratores satisdare debere, uerba edicti faciebant: sed aliquando his agentib. satisdatio remittebatur. Hæc ita erant, si in rem agebatur. Si uerò in personā, ab actoris quidē parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione qua in rē agitur. *Cōcordat Inst. eod. tit. §. sin autem per procur. cuius uerba uide* 5. *Lib. prox. cap* 6. *quæst.* 4. *except.* 1. *repl.* 6. *Plura de hac cautione uide* 5. *cap. prox.*

De reo conuento.

Prima rei conuenti cautio iudicio sisti. proponitur Inst. de satisf. §. quòd si proprio, his uerbis: Sed hodie hęc aliter obseruātur. Siue enim quis in rē actiōe couenit, siue ꝑsonali suo nomine, nullā satisdatione ꝓ litis æstimatiōe dare cōpellitur: sed pro ius tantū persona, qđ in iudicio permaneat usq; ad terminū litis, uel committere promissione cū iureiurādo (quam iuratoriā cautionē uocāt) uel nudam promissionem uel satisdationem pro qualitate personæ suæ dare compellitur. *Plura de tam dicta cautione uide* 5. *cap.* 9.

Secunda rei conuenti cautio est Quod tempore sententiæ restituendæ in iudicium ueniet quæ cautio proponitur Inst. d. tt. §. si uerò aliquis, ibi: Alia insuper cautela, *cuius uerba uide* 5 *caut. prox.*

Tertia cautio iudicatū solui. proponitur Inst. de satisd. in prin. his uerbis: Satisdationū modus alius antiquitati placuit, aliū nouitas per usum amplexa est. Olim enim si in rē agebatur, satisdare possessor cōpellebatur: ut si uictus esset, nec rē ipsā restitueret, nec litis æstimationē: potestas esset petitori, aut cū eo agendi, aut cū fideiussorib. eius, q̃ satisdatio appellatur iudicatū solui. Vnde aūt sic appelletur, facilè est intelligere. Nāq; stipulabatur quis ut solueretur sibi, qđ fuisset iudicatū. Multo magis is qui in rē actione cōueniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine iudiciū accipiebat. Hęc ita erāt, si in rē agebatur Si uerò in personā, ab eius parte, cū quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interueniret, omnimodò satisdaret: quia nemo defensor in aliena re sine satisdatiōe idoneus esse creditur. Quòd si ꝓprio nomine aliquis iudiciū accipiebat in personā: iudicatū solui satisdare nō cogebatur. Sed hodie hęc aliter obseruātur. Siue enim quis in rē actione cōuenitur, siue personali suo nomine, nullā satisdatione ꝓ litis æstimatiōe dare cōpellitur Sin sūt per procuratorē lis suscipitur, siquidem præsens procuratorē dare paratus est, potest uel ipse in iudicium uenire, & sui procuratoris personam per iudi-

iu[illegible]ca[illegible] solui satisdationem, solenni stipulatione [illegible]rmare, uel extra iudiciu satisdationem e[illegible]ponere, per quam ipse sui procuratoris fideiussor exi[illegible]at pro omnibus iudicat[illegible] satisdationis clausulis: ubi & de h[illegible]o [illegible]e[illegible]a suari[illegible]n rerum conuenire compel[illegible] siue in iudicio promiserit, siue extra i[illegible]icium cauerit, ut tam ipse, quàm hæredes e[illegible] obligentur: alia insuper cautela [illegible] satisdatione propter personam ip[illegible]us exp[illegible]nda, quod tempore sententiæ reci[illegible]um ueniet: uel si non uene[illegible]mn[illegible]a dabit fideiussor, quæ in condem[illegible]c co[illegible]e[illegible]ur, nisi fuerit prouoca[illegible] *[illegible]ra de hac cautione iudicatum solui dicitur [illegible] cap.[illegible].*

De rei c[illegible]uenti procuratore, & defensore.

P[illegible]a cautio iudicatum solui, proponitur Instit. de s[illegible]onib. in prin. [illegible] multo magis, & § si uero in per[illegible]nam. cuius uerba uide 5. caut. prax. Concordat *[illegible] si uerò reus his uerbis:* Si reus præstò e[illegible]n[illegible]; causa non fuerit, & alius uelit d[illegible]e[illegible]ionem eius subire: nulla differentia [illegible]es in rem uel personales introdu[illegible]a potest hoc facere: ita tamen, ut sat[illegible]em Iudicatum solui pro litis æstima[illegible]æ[illegible]et. Nemo enim secundũ ueteres [illegible]a ut dictum est) alienæ rei sine sa[illegible] defensor idoneus intelligitur. Q[illegible]æ[illegible]a apertius & perfectius à quoti[illegible]a[illegible] dic[illegible]rum usu in ipsis rerum docu[illegible]n[illegible]e patent. *Hactenus de cautionibus & s[illegible]on[illegible]us in genere dictum est. Sequitur nunc de s[illegible]one ratam rem haberi, iudicio sisti, & iudicatum [illegible] specie.*

R[illegible]TA[illegible] REM HABEri, et de Ratihabitione. Caput VIII.

I. CAVSAE EX QVIBVS de rato cauendum.

P*[illegible]ma causa. Si quis alterius nomine actionem [illegible] dari postulet. quæ causa approbatur l. 3[illegible]. §. Prætor, [illegible] Et ei quo nomine. ff. de procur. [illegible] uer[illegible]a uide 5. Lib. prox. cap. 7. reg. 11. in princip. [illegible]r[illegible]at [illegible]st. de sati dat. §. ipse autem. cuius uerba u[illegible]c[illegible]ap. prox. quæst 8. de actoris procur. concordat [illegible].eod. [illegible].§. sin autem per procur. cuius uerba [illegible] Lib. prox cap. 6. quæst. 4. except. 1. repl. 6. Pr[illegible]te causæ exceptio prima hæc est: Nisi hac uel illa a[illegible]ione agatur. Hæc exceptio reprobatur l. 39. §. qui nom[illegible]ne. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Qui nomine a[illegible]o agit quacunq; actione, id ratũ b[illegible]um eum, ad quem ea res pertinebit, ca[illegible]ere debet. *Secunda exceptio est: Nisi interdicto ne ædificanti uis fiat utatur. Hæc exceptio approbat[illegible]. 45 §. si procuratori. ff. de procuratoribus, his uerbis* Si procuratori opus nouum nunciatum sit, isq; interdicto utatur: Ne ei uis fiat ædificanti. defensoris partes eum sustinere, nec cõpelli cauere, ratam rem dominum habiturum. Iulianus ait: Etsi satisdederit, non animaduerto (inquit Iulianus) quo casu stipulatio committatur. *Tertia exceptio est: Nisi status controuersiam alieni faciat procurator. Hæc exceptio reprobatur l. 39 §. si status. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Si status controuersiã cui faciat, procurator, siue ex seruitute in libertatem aduersus eum quis litiget, siue ipse ex libertate in seruitutem petat: debet cauere ratam rem dominum habiturum: & ita edicto scriptum est, ut ex utroq; latere quasi actor habeatur *Cõcordat l 8. §. si quis a procur. ff ratam rem haberi, his uerbis:* Si quia a procuratore status controuersia patiatur, satis accipere debet à ꝓcuratoré, ne impune sæpius ꝑ suo statu cõueniretur. & si dominus, uenietesq, ab eo personæ, ratũ nõ habuerint, qđ ꝓcurator eũ in seruituté petierit, uel aduersus procuratoré ex seruitute in libertaté petitus fuerit: quanti ea res est, ei præstetur, scilicet cũ de libertate eius cõstiterit: id est, quanti interfuit eius de statu suo rursus nõ periclitari, & propter impendia, quæ in litem fecerit. Sed Labeo certam summam comprehendendam existimabat: quia æstimatio libertatis ad infinitum extenderetur. Ex quo autem dominus ratũ non habuit, committi stipulatio uidetur: sed nõ ante ex ea agi poterit, quàm de libertate iudicatum fuerit: quia si seruus sit iudicatus, inutilis fit stipulatio: cum & si quæ sit actio eã domino adquisijsse intelligatur. *Quarta exceptio est: Nisi curatorem alicui petat. Hæc exceptio reprobatur l. 43. §. is qui. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Is qui curatorem alicui præferri petit, non aliter audietur nisi adulto consentiente: quod si absenti, ratam rẽ eum habiturum necesse habebit satisdare.

Quinta exceptio est: Nisi sua nomine procurator agat: tunc enim non est opus de rato satisdatione. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit. uerum eius replicatio hæc est: Nisi procurator domini sui nomine actionem adquisierit: tunc enim si ea experiri uelit, cautio de rato necessaria est quæ replicatio approbatur duob. exemplis l. 19. §. sed interdum ff. de procurat. his uerbis: Interdũ licet suo nomine ꝓcurator experiatur, tñ de rato debebit cauere. ut Põpon. Lib. XIIII. scribit: Utputa iusiurandũ ꝓcuratori retulit, iurauitq; absenti dari oportere: agit hoc iudicio suo nomine ꝑpter suum iusiurandum (nec enim hęc actio cõpetere domino potuit) sed debebit de rato cauere. Sed & si procuratori constitutũ est, & ex ea causa agat, dubitandũ non est, quin locus sit de rato cautioni, ut Pompo'nius scribit.

Sexta

Sexta exceptio est: Nisi pater filij nomine iniuriarum agat. Hæc exceptio approbatur d.l.39. §. si pater, his uerbis: Si pater filij nomine iniuriarũ agat, cum duæ sint actiones, una patris, altera filij, cessat de rato cautio. *Septima exceptio est: Nisi pater de dote agat. Hæc exceptio reprobatur d.l.39. § si de dote. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 7. reg. 1. except. 1. repl. 3.* *Octaua exceptio est: Nisi actor à tutore datus agat. Hæc exceptio reprobatur l. 9. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide, j. except. prox.* *Nona exceptio est: Nisi actor uniuersitatis agat. Hæc exceptio approbatur d. l. 9. his uerbis:* Actor à tutore datus omnimodo cauet. Sed actor ciuitatis, nec ipse cauet, nec magister uniuersitatis: nec curator bonis consensu creditorum datus. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi de decreto dubitetur. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. actor. ff. quod cuiusq; uniuersit. nomine, his uerbis:* Actor uniuersitatis si agat, cõpellitur etiam defendere, non autem compellitur de rato cauere. Sed interdum si de decreto dubitetur, Paulus putat interponendam, & de rato cautionem. *Decima exceptio est: Nisi curator bonis datus agat. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis, his:* Nec curator bonis consensu creditorum datus. *Vndecima exceptio est: Nisi constet procuratori mandatum esse, uel dominus præsens sit. Hæc exceptio approbatur l. unica, in prin. C. de satisdando, his uerbis:* Non est iuris incerti, eum qui apud acta factus est agentis procurator, non compelli ratam rem dominum habiturum satisdare. hoc enim casu uelut præsentis procuratorem interuenire intelligendum est. *Concordat inst. de satisdat. §. si uero autem per procur. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap 6. quæst 4. except. 1 repl. 6. Item concordat l. 1. C. de procuratoribus cuius uerba uide s. d. repl 6. Item concordat l 21. ff. ratam rem haberi, his uerbis:* Ne satisdatio ratam rem dominum habiturum exigatur, in his quæ nomine eius agentur, qui eum se fecisse procuratorem libello principi dato professus est, prodest. Quòd si iudicatum solui ab eo procuratore satis postulerit, necesse est utium manifesto pareatur. *Concordat denique l. 65 ff. de procuratoribus, his uerbis:* Si procuratorem autem dominus satisdatione releuare uelit literas suas ad aduersarium dirigere debebit, quibus significet quem aduersus eum procuratorem, & in qua causa fecerit: ratum se habiturum, quod cum eo actum fuerit. Hoc enim casu literis eius approbatis uelut præsentis pcuratorẽ interuenire intelligendum est. Itaq; & si postea mutata uoluntate, procuratorẽ esse noluerit: tamen iudicium, quo procurator expertus est, ratum esse debet. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc uidetur esse: Nisi dominus postea mutata uoluntate eum procuratorem esse nolit. Quæ replicatio reprobatur uerbis iam dictis hisce:* Etsi postea mutata uoluntate, &c. *Cui concordat d. l. unica. §. 1. C. de satisdando, his uerbis:* Etsi postea mutata uoluntate procuratorem esse noluerit, tamẽ iudicium quo quasi procurator expertus est, iudex ratum habere debebit. *Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi mandatum non subsistat: puta quia minor uigintiquinq; annis mandauerit. Hæc replicatio approbatur l. 3. in prin. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide j. eod. cap. quæst. 3. except. 4. repl. 4.* *Duodecima exceptio est: Nisi lis sit contestata, cautione de rato non exacta. quæ exceptio approbatur l. 40. §. ratihabitionis. ff. de procuratorib. his uerbis:* Ratihabitionis autem satisdatio ante litis cõtestationẽ à procuratore exigitur. Cæterùm semel lite contestata, non cõpelletur ad cautionem. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post litem demũ contestatam procurator interueniat. quæ replicatio approbatur l. 1. C. de consortibus eiusdem litis. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 6. quæst. 4. except. 1. repl. 6. in fine.* *Secunda replicatio est. Nisi falsus procurator probetur. quæ replicatio approbatur l. 24. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide s. d. except. 1. in prin.* *Decimatertia exceptio est: Nisi non actionem, sed defensionem alterius nomine suscipiat. Hæc exceptio approbatur l. 45. §. si procuratori. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide paulo superius except. 2. Ratio est: quia pro cautione de rato iudicatum solui, satisdare tenetur, ut j. dicetur cap. 10. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non in personam, sed in rem agatur. quæ replicatio approbatur l. 40. §. sed & is qui. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Is qui quasi defensor in rẽ actione conuenitur præter solitam satisdationem iudicatum solui, etiam de rato debet cauere. Quid enim si in hoc iudicio rem meam esse pronuncietur, & reuersus ille cuius defensor extitit uelit fundum uindicare? Nonne uidebitur habere quod iudicatum est? Deniq; si uerus procurator extitisset, uel ipse præsens causam suam egisset, & uictus esset. si à me uindicaret, exceptione rei iudicatæ submoueretur: & ita Iulianus lib. L. Digest. scribit. Nam cum iudicatur rem meam esse, simul iudicatur illius non esse. *Secunda replicatio est: Nisi aduersus in integrum restitutionem defendat. quæ replicatio approbatur l. 39. §. est & casus. ff. de procuratorib. his uerbis:* Est & casus quo quis eiusdem actionis nomine, & de rato caueat, & iudicatũ solui: ut puta postulata est cognitio de in integrum restitutione, cum minor circumscriptus in uenditione diceretur: alterius procurator cauere debet cauere hic procurator ratam rem dominum habiturum: ne fortè dominus reuersus, uelit quid petere. Item iudicatum solui, ut si quid fortè propter hanc restitutionem in integrum præstari adolescentem debeat, hoc præstetur: & hæc

hæc ita Pomponius Lib. xxv. ad edictum ſcribit. *Tertia replicatio eſt: Niſi in ſuſpecti poſtulatione defendat. Hæc replicatio approbatur d. l. 39. §. item ait, his uerbis:* Item ait, etſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam de rato cauere: ne reuerſus ille uelit retractare quod actum eſt. *Concordat l. 6. ff. Ratam rē haberi, his uerbis:* Tutore ſuſpecto poſtulato, defenſor ſi uelit reſpondere, cautionē ratam rem dominum habiturum, cauere compellendus eſt. *Quarta replicatio eſt: Niſi defenſor denunciet uenditori, ut reum emptorē defendat. quæ replicatio approbatur l. 75. ff. de procuratorib. his uerbis:* Qui abſentem emptorem, eundemq; poſſeſſorem fundi defendebat, & iudicium nomine eius accipiebat, poſtulabat à uenditore fundi, ut ab eo defenderetur: uenditor deſiderabat caueri ſibi, ratam rem emptorem habiturum, puto eum uenditori de rato ſatiſdare debere: quia ſi fundum agenti reſtituerit, nihil prohibet dominum repetere, & cogi uenditorem rurſus defendere.

Quinta replicatio eſt: Niſi compenſationem abſentis nomine opponat. Hæc replicatio reprobatur l. 21. ff. de compenſationib. his uerbis: Poſteaquam placuit inter omnes id, quod inuicem debetur ipſo iure compenſari: Si procurator abſentis conueniatur, non debebit de rato cauere: quia nihil compenſat, ſed ab initio minus ab eo petitur. *Hæc de prima ſatiſdationis propoſitæ cauſa, eiusq; exceptionibus ſint dicta.*

Secunda propoſitæ ſatiſdationis cauſa eſt: Si quis alterius nomine ſine iudice debitum exegerit, uel ſolutum acceperit. Hæc cauſa approbatur l. 23. §. fin. ff. Ratam rem haberi, his uerbis: Si ſine iudice procuratori legatum ſoluatur, caueri debere ait Pomponius. *Concordat l. 10. ff. eod. tt. item l. 22. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ǰ. quæſt. 3. except. 6.*

Tertia propoſitæ ſatiſdationis cauſa eſt: Si quis alium defendat. Hæc cauſa regulariter reprobatur per ea quæ dicta ſunt ȿ. cauſa prima, except. decimatertia, in prin. Cum enim iudicatum ſolui ſatiſdatum eſt, de rato cautio neceſſaria non uidetur, niſi in quibuſdā caſibus ȿ. d. except. 13. enumeratis.

Quarta cauſa eſt. Si alterius nomine quid ſtipuletur. quæ cauſa approbatur l. 20. ff. ratā rē haberi, his uerbis: Non ſolū in actionibus quas procurator intendit, uerumetiam in ſtipulationibus quoque quas interponi deſiderat (ſi uicem repræſentant actionum) cauere eum de rato oportet. Quare ſi duplæ ſtipulationes procurator interponat, de rato cauere debet. Sed etiamſi damni infecti ſtipulatio à procuratore interponatur, de rato debet procurator cauere. *Cōcordat l. 40. §. ſi ſtipuletur. ff. de procurator. his uerbis:* Si ſtipuletur procurator damni infecti, uel legatorum, debebit de rato cauere.

Quinta cauſa uniuerſalis eſt. Quidquid quis abſentis nomine gerit, cauere de rato debet. quæ cauſa approbatur l. 10. cum legib. ſeq. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Interdum ex conuentione ſtipulatio ratam rem interponi ſolet: utputa, ſi quid procurator aut uendat, aut locet, aut ſi ſoluatur, uel paciſcitur, uel quodlibet aliud abſentis nomine gerit. Quo enim tutiore loco ſit qui cōtrahit, de rato ſolet ſtipulari.

II. QVID CAVENDVM, SEV quos ratum habituros cauere debeat.

Prima regula. De eo ad quem ea res pertinet, proponitur l. 31. §. ait Prætor. ff. de procuratorib. cuius uerba uide ȿ. Lib. prox. cap. 7. reg. 11. in prin. Concordat l. 22. §. ſi in ſtipulatione. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Si in ſtipulatione ratam rem haberi, hactenus comprehenſum fuerit: Lucium Titium ratum habiturum? cum id apertè ageretur, ut hæredis, cæterorūq; perſonæ ad quos ea res pertineret, omitterentur: difficile eſt exiſtimari doli clauſulam committi. Sanè cum per imprudentiam hæ perſonæ omittentur, actio ex doli clauſula competit. *Concordat l. 23. ibi: Nam in ſtipulat. ff. eod. tt.*

Secunda regula. Si patris uel aui nomine iniuriarum agatur, ob iniuriam filio, uel nepoti factam: non ſolum patrem uel auum, ſed & filium ac nepotem ratum habiturum cauendum eſt. quæ regula approbatur l. 23. §. qui patris. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Qui patris nomine iniuriarum agit ob eam rem quòd filius eius uerberatus pulſatusúe ſit, in ſtipulatione cogendus eſt filij quoque perſonam comprehendere, præſertim cum fieri poſsit, ut pater antè decedat, quàm ſciret procuratorem ſuū egiſſe, & ita iniuriarum actio redeat ad filium. Sed & ſi nepoti iniuria facta fuerit, & procurator aui propter hanc cauſam iniuriarum aget: non ſolùm filij, ſed etiam nepotis perſona comprehendenda erit in ſtipulatione. quid enim prohibet & patrem & filium, antequam ſcirent procuratorem egiſſe, decedere? quo caſu iniquum eſt fideiuſſores nō teneri, nepote iniuriarum agente.

Tertia reg. De cæteris creditoribus quibus cum domino debetur id quod petitur, proponitur l. 39. §. quæritur. ff. de procuratorib. his uerbis: Quæritur apud Iulianum, utrum dominum ſolum ratam rē habere debet ſatiſdare, an etiā cæteros creditores? & ait, duntaxat de domino cauendum, nec illis uerbis, Ad quem ea res pertinet, creditores contineri. nam nec ipſi domino hæc incumbebat cautio.

Quarta regula. Quid cauere debeat procurator minoris, proponitur l. 3. in prin. ff. Ratam rem haberi. cuius uerba uide ǰ. quæſt prox. except. 4. repl. 4.

III. EVENTVS PROPOSITAE satisdationis, seu de Actione quae ex cautione proposita competit.

I. Causae, ex quibus actio proposita competat.

Si dominus id quod gestum est non habuerit ratum, cõmittitur stipulatio de rato, & actio haec cõpetit. quae causa approbatur l. 12. §. fin. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Siue quis petat, siue compensatione utatur, committitur statim ratam rem dominum habiturum stipulatio. Nam qualiter quis eundem actum retractat qui à procuratore actus est, committi stipulationem oportet. *Concordat l. 15. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 13. item concordat l. 22. §. quod si debitam. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 6. in fine. Propositae causae exceptio prima haec est: Nisi dominus auxilio communi sit usus, & à sententia contra procuratorem lata appellauerit. Haec exceptio approbatur l. 3. §. falsus. ff. ratam rem haberi, his uerbis:* Falsus procurator de ratum habendo cauit: atque ita dominus à sententia iudicis procuratore uicto prouocauit: stipulationis defecisse conditionem apparuit, cum ad auxilium commune superatus confugisset. *Aliud propositae exceptionis exemplum proponitur d. l. 3. in prin. cuius uerba uide J. except. 4. repl. 4. sed & similem exceptionem uide J. except. 11.*

Secunda exceptio est: Nisi alius quàm dominus egerit, ratumq; non habuerit. Haec exceptio approbatur l. 11. ff. eod. tt. his uerbis: Procurator cum peteret pecuniam, satisdedit amplius non peti. Post iudicium acceptum extitit, qui & ipse procuratorio nomine eandem pecuniam repeteret: quaesitum est, cum is qui postea repeteret, procurator non esset, & propter hoc exceptionibus procuratorijs excludi posset: fideiussores'ne procuratoris prioris tenerentur? Iulianus respõdit, uerius est nõ obligari fideiussores. nam in stipulatione cauetur non petiturum eum cuius de ea re actio, petitio, persecutio sit: & ratum habituros omnes ad quos ea res pertinebit. Hic autem qui procurator non est, nec actionem, nec petitionem habere intelligendus est. *Propositae exceptionis replicatio prima haec est: Nisi is, cui dominus rem uendidit, ratum non habuerit. quae replicatio approbatur l. 16. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Si procurator fundum petijsset, & cauisset (uti adsolet) ratam rem dominum habiturum, deinde postea dominus uendidisset eundem fundum, eumque emptor peteret: stipulationem ratam rem haberi committi Iulianus scribit. *Secunda replicatio est: Nisi haeres domini ratum non habeat. Haec replicatio approbatur l. 22. §. si procuratori. ff. ratam rem haberi, his uerbis:* Si procuratori eius qui mortuus erat, sine iudice soluta fuerint legata, stipulatio committetur, nisi heres ratum habuerit, utique si debita fuerint: tunc enim non dubiè interest stipulatoris ratam solutionem ab haerede haberi, ne bis eadem praestet. *Concordat l. 8. §. si quis, ibi: & si dominus. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quaest. 2. causa 1. except. 3. Tertia replicatio est: Nisi filius uel nepos, ex cuius persona domino competijt actio, ratum non habeat. Haec replicatio approbatur sub conditione d. l. 22. §. fin. cuius uerba uide s̄. quaest. prox. reg. 2. Quarta replicatio est: Nisi ad alium qui ratum non habet, ea res pertineat. Haec replicatio approbatur d. l. 22. §. si in stipulat. cuius uerba uide s̄. quaest. prox. reg. 1.*

Tertia exceptio est: Nisi quidam ex dominis, non omnes ratum non habuerint. Haec exceptio reprobatur certo modo l. 18. in prin. ff. ratam rem haberi. cuius uerba proponentur J. quaest. 4. reg. 1.

Quarta exceptio est: Nisi dominus ratum habuerit. Haec exceptio approbatur l. 22. in prin. ibi: Quod si dominus. ff. eo. tt. eiusq; exemplũ proponitur l. 3. §. falsus. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 1. Declaratur exceptio haec ratihabitionis definitione l. 12. §. rem ratam haberi. ff. eod. tt. his uerbis: Rem haberi ratam, hoc est, comprobare, agnoscereque quod actum est à falso procuratore. *Concordat l. 5. ff. eod. tt. his uerbis:* Non tantum uerbis ratum haberi posse, sed etiam actu: denique si eum litem quam procurator inchoasset, dominus comprobans persequeretur, nõ esse commissam stipulationem, Paulus respondit. *Propositae exceptionis replicatio prima haec est: Nisi eo tempore ratum sit habitum, quo agi amplius non potest. Haec replicatio approbatur l. 24. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Bonorum possessionem ab alio agnitam, ratum haberi oportere eo tempore quo adhuc in ea causa sit, ut peti possit. Itaque post centesimum diem ratam haberi non posse, Africanus respondit. *Concordat l. 25. §. procurator. ff. eod. tt. his uerbis:* Procurator cum ab eo aes alienum exegerat qui tempore liberaretur, ratam rem dominum habiturum cauit: deinde post tempus liberato iam debitore dominus ratam rem habet, posse debitorem agere cum procuratore, Africanus existimauit: cũ iam debitor liberatus sit. Argumentũ rei esse, q̃d si nulla stipulatio interposita sit, cõdictio locum aduersus procuratorẽ habitura sit: in locũ autẽ cõdictionis interponi stipulationẽ. *Concordat l. 7. ff. eod. tt. de quo alibi. Huius replicationis duplicatio haec est: Nisi defectus ob quẽ agi nõ potest, in persona procuratoris contingat. Quae duplicatio approbatur d. l. 24. §. an autem, his uerbis:* An autem etsi mortuus fuisset qui petijsset, uel furere coepisse ratũ habere possit, uideamus? nã si in uniuersum perinde haberi debet, ac si tũc cum ratum habet, per eũ bonorum possessionẽ petat: frustra his casibus ratũ habetur. Sed & illud consequẽs fu-

turum,

turum, etiamsi pœniteat illum petijsse ratum haberi non posse: quod utique sit absurdum. Rectius itaque dicetur neutram earum causarum impedire ratihabitionem.

Secunda replicatio est: Nisi non statim, sed post longum tempus certior factus ratum habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. Iulianus. ff. eod. tt. his uerbis: Iulianus ait, interesse quando dominus ratam habere deberet solutionem in procuratorem factam: an tunc demum cum primum certior factus esset. Hoc autem accipiendum ἐν πλάτει, & cum quodam spacio tẽporis nec minimo nec maximo: quod magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi posit. *Concordat l. 13 ff. de solutionib. his uerbis*: Ratum habere dominus debet, cum primum certior factus est: sed hæc ἐν πλάτει cum quodam spacio temporis accipi debet: sicut in legato cũ de repellendo quæreretur, spacium quoddam temporis adsumitur nec minimum nec maximum, & qd magis intellectu percipi, quàm elocutione posit exprimi. *Tertia replicatio est: Nisi antea ratam non habuerit. hoc enim casu quamuis postea ratam rursus habuerit, nihilominus commissa est stipulatio ipso iure: sed ope exceptionis procurator eiusq; fideiussor defenditur quæ replicatio approbatur d. l. 12. §. quid ergo, his uerbis*: Quid ergo si quod primò ratum non habuit, postea habebit ratum? Nihilo magis proficere ad impediendam actionem, quoniam & ob id quod primo non habuerit ratum, actionem saluam habere ait. Ideoq; si quod procuratori fuerat solutum, exegerit: perinde agi ex ea stipulatione poterit, ac si ratum habere se postea non dixisset Sed Vlpianus putat exceptionem doli mali eum habiturum. *Quarta replicatio est: Nisi dominus minor annis qui ratum habuit, postea contra id quod gestum est in integrum sit restitutus. Hæc replicatio approbatur certo modo & con[illegible]tione l. 1. in prin. ff. Ratam rem haberi, his uerbis*: Cum minor uiginti quinque annis creditor pecuniã recuperare uellet, interpositus procurator debitori de ratum habendo cauit: restitutione in integrum data neque indebiti condictionem, neque stipulationem committi constabat. Idemq; eueniet si falsi procuratoris actum minor annis ratum habuerit. Et ideo ita cauendum erit: præcedente quidem mandato, si ille in integrũ restitutus fuerit, hæres eius, aut is ad quem ea res qua de re agitur, pertinebit: quanti ea res erit, tantam pecuniam dari: mandato uerò non interueniente. Vulgaribus uerbis de ratum habendo, hoc quoque prudentius inter consentientes astruetur. Alioquin si non conueniat, nec creditor minor consentiat, actionem dari oportebit. *Hæc de quarta exceptione. Quinta replicatio: Nisi dominus à stipulatore conuentus compensationem & deductionem opposuerit. Hæc replicatio approbatur l. 15. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 13.*

Quinta exceptio est: Nisi contra alium quàm contra stipulatorem ratum non habeatur, seu alius quàm stipulator conueniatur. Hæc exceptio uidetur approbari l. 8 ff. ratam rem haberi, his uerbis: In stipulatione de ratum habendo, non est cogitandum rei promittendi uel stipulandi compendium: sed quid interfuit eius qui stipulatus est, ratum haberi quod gestum est. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi is conueniatur, qui condemnatus aduersus stipulatorẽ habeat regressum. Hæc replicatio approbatur l. 1. ff. eod. tt. his uerbis*: Cum quis de rato stipularetur, quamuis non idem, sed alius pro domino conueniretur, qui conueniri non posset: si ratum dominus habuisset, committi stipulationem placuit: ueluti cum fideiussor, aut alter ex reis promittendi, qui socius est, cõuenitur. *Concordat l. 14. ff. eod. tt. his uerbis*: Si quis uni ex reis promiserit rem ratam dominum habiturum, aut amplius eam non peti: dicendũ est stipulationem cõmitti, si ab eo petatur, qui eiusdem obligationis socius est.

Sexta exceptio est: Nisi indebitum procuratori sit solutum. Hæc exceptio reprobatur l. 16. in prin ff. eod. tt. his uerbis: Si indebitum procuratori solutum sit, agi statim ex hac stipulatione aduersus procuratorem potest, ut ratum habeat dominus, ut posit dinosci utrúmne domino condici debeat, id quod indebitum solutum sit; si is ratum habeat: an uerò procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat. *Concordat l. 22. in prin. ff eod. tt. his uerbis*: Si sine iudice indebitam pecuniã exegerit procurator, & dominus ratam solutionem nõ habuerit, sed eandẽ pecuniam petere instituerit, fideiussores tenẽtur: & cõdictio qua procurator teneretur, si stipulatio interposita nõ fuisset, perimitur. Quoties enim procuratori pecunia soluitur. & dominus eam solutionem ratam nõ habet, existimo agendum, ut condictio perimatur: & sola actio ei qui indebitam soluit, aduersus procuratorem ex stipulatu cõpetat. Hoc amplius præstãt fideiussores impensas. quæ in iudiciũ factæ sunt. Quòd si dominus ratã habuerit, fideiussores quidẽ liberantur sed ab ipso domino eadẽ pecunia p cõdictionẽ peti potest. Quòd si pcurator debitam domino pecuniam sine iudice exegisset, idem iuris est. Hoc secus, quòd si dominus ratam rem habuisset, nulla eius pecuniæ repetitio futura est Quòd si procurator pet iudicẽ nõ debitam pecuniam exegisset: dici potest (siue ratum dominus habuisset, siue non habuisset) fideiussores non

 teneri:

teneri: uel quia nulla res esset, quam dominus ratam habere posit: uel quia nihil stipularotis interesset ratum haberi. Adficietur ergo iniuria is qui soluit procuratori. Magis tamen est, ut si ratum dominus non habuerit, fideiussores teneantur. Quòd si debitam pecuniá procurator, cui nihil mandatum fuerat, per iudicem petierit: magis est, ut in solidum fideiussores teneantur, si dominus ratum non habuerit.

Septima exceptio est: Nisi pro parte tantum non habuerit ratum dominus: tunc enim non nisi in eam partem, pro qua ratum non habetur, committitur stipulatio. quæ exceptio approbatur l.18. ff. ratam rem haberi, eaius uerba uide J. in fine, huius capitis quæst. 4. reg. 5. Concordat l.17. ff. eod. tt. his uerbis: Cum debitore decem creditoris nomine Titius egit, partem petitionis ratam habuit dominus: dicendum est obligationis partem cõsumptam: quemadmodũ si decem stipulatus esset, aut exegisset, creditorq; non totũ, sed partem rei gestæ comprobasset. Et idcirco si ex stipulatu decem, aut Stichum, utrum ego uoluero, absente me domino Titius quinq; petijsset, insecuta ratihabitione rectè actum uideri.

Octaua exceptio est: Nisi aliam rem petierit dominus quàm à procuratore antea, cum de rato caueret, petita est. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio hæc est: Nisi toto à procuratore petito, dominus partem eius quod antea petitum est, petat. Hæc replicatio approbatur l.22. § si procurator. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Si procurator iudicium de hæreditate ediderit, deinde dominus fundum ex ea hæreditate petierit, stipulatio ratam rem haberi cõmittitur: quia si uerus procurator fuisset, exceptio rei iudicatæ dominum submoueret. Plerunque autem stipulatio ratam rem haberi committetur his casibus, quibus si uerus procurator egisset, domino aut ipso iure, aut per exceptionem actio inutilis esset.

Nona exceptio est: Nisi dominus mutata sententia, ratum postea habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. Iulianus. ff. ratam rem haberi. de qua re uide ŝ. except. 4. repl. 2 & 3. Exemplum huius est J. exce. 12.

Decima exceptio est: Nisi is qui de rato cauit, domino ratum non habenti successerit. Hæc exceptio approbatur l. ult. in prin. ff. d. tt. his uerbis: Patet dotem à se datam, absente filia petijt, & ratam rem habituram eam cauit, ea prius quàm ratum haberet, mortua est: Africanus negauit committi stipulationem: quia etiamsi uerum sit ratum eam non habuisse, nihil tamen mariti intersit dotem restitui: cum patri etiam mortua filia salua esse dos debeat.

Vndecima exceptio est: Nisi domino rursus petenti etiamsi uerus procurator in priore iudicio interuenisset, uel dominus ipse egisset aut ratum habuisset, rei iudicatæ exceptio non obstaret. Hæc exceptio approbatur l. 8. in princip. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Procurator ad exhibendum egit, & cum aduersarius absolutus esset, quia non possidebat: cum possessionem eiusdem rei nactus esset, egit cum eo dominus ad exhibendum. Sabinus ait, fideiussores non teneri: quoniam hæc alia res sit. nam & si dominus egisset, mox absoluto aduersario quis non possideret ex integro ageret, non obstaturam rei iudicatæ exceptionem. *Similis exceptio proponitur paulo superius exceptione prima.*

Duodecima exceptio est: Nisi dominus à proposita actione destiterit. Hæc exceptio approbatur l. 15. in prin. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Amplius non peti uerbum Labeo ita accipiebat, si iudicio peritum non esset. Etsi autem in ius eum uocauerit, & satis iudicio sistendi caussa acceperit, iudicium tamen acceptum nõ fuerit, Paulus putat non committi stipulationem Amplius non peti. Hic enim amplius non petit, sed petere uult. *Concordat l. 12. §. Iulianus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ŝ. except. 4. repl. 2 & 3.*

Decimatertia exceptio: Nisi sine iudice domino pecunia sit soluta. Hæc exceptio reprobatur d. l. 15. §. si uerò soluta, his uerbis: Si uerò soluta esset pecunia, licet sine iudicio, cõmittitur stipulatio. nam & si quis aduersus petentem compensatione deductioneue usus sit: rectè dictum est perijsse eum uideri, & stipulationẽ committi Amplius non peti. nam & hæres quĩ damnatus est nõ petere: si horum quidquã fecisset, ex testamento tenetur.

Decimaquarta exceptio est: Nisi dominus agens succubuerit. Hæc exceptio reprobatur l. 8. §. 1. ff. ratã rem haberi, his uerbis: Si procurator à debitore pecuniam exegerit, & satisdederit dominũ ratá rem habere, mox dominus de eadem pecunia egerit, & litem amiserit, committi stipulationem. *Planè admittitur exceptio proposita, si dominus procuratorem defendere sit paratus. quæ distinctio approbatur d. §. 1. his uerbis*: Etsi procurator eandem pecuniam domino soluerit sine iudice, condicturum. Sed cum debitor ex stipulatu agere cœperit, potest dici dominum, si procuratoris defensionem suscipiat, non inutiliter doli mali exceptione aduersus debitorem uti: quia naturale debitum manet. *Sed & committitur stipulatio in casu proposito non nisi ad impendia litis. quæ distinctio approbatur l. 22. §. cum procurator. ff. eod. tt. his uerbis*: Cum aũt procurator rectè petit, dominus perperam: nõ debet procurator præstare, ne iniuria iudicis dominus aliquid cõsequatur. Nunquá enim propter iniuriá iudicis

cis

cia fideiussores obligátur. Verius tamen est hoc casu fideiussores non nisi in impensas litis teneri. Marcellus ait. Si dominus ratú rem non habuerit sed lite mota rem amiserit: nihil preter impédia in stipulationé ratá rem haberi deducitur. *Decimaquinta exceptio est: Nisi stipulator domino ratum nō habente, sed rursus agēte, seruus eius sit pronūciatus. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. fin. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. causa 1. except. 3.*

Decimasexta exceptio: Nisi semel ex stipulatione ratam rem haberi actum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerum eius replicatio hæc est: Nisi ex alia causa agatur. Quæ replicatio approbatur, simul & exemplis declaratur l. 18. ff. ratam rem haberi, his uerbis: In id committitur stipulatio, quod intersit agentis: & ideo sæpius ex ea stipulatione agi potest, prout intersit agentis, quòd litigat, quòd consumsit, quòd aduocat, quòd damnatus soluit: sicuti in stipulatióe damni infecti accidere potest, ut is q stipulatus sit, subinde agat. Cauet enim si qd ibi ruet, scindetur, fodietur, ędificabitur, finge ergo subinde damnū dari: non erit dubium quin agere possit. Nam si toto damno computato, tunc agendum est: propemodum non ante aget quàm dies stipulationis præterierit, intra quem si damnum datum sit, stipulatori cautum erit. Quod uerum non est.

2. Quibus actio proposita competit.

Si is cui cautum est pluribus hæredibus relictis decesserit, & ab uno hæredum fuerit petitum: huic soli competit actio. quæ regula approbatur l. 44. §. si quis stipulatus. ff. familiæ Erciscundæ. cuius uerba uide J. quæst. prox.

3. Aduersus quos competit.

Si unus hæredum promissoris ratum habuerit, is solus tenebitur. quæ regula approbatur d. §. si quis stipulatus, his uerbis: Si quis stipulatus fuerit, Titium hæredemq; eius ratum habiturum, & Titius pluribus hæredibus relictis decesserit: eum solum teneri, qui nō habuit ratum, & eum solum ex hæredibus stipulatoris acturum, à quo fuerat petitum.

4. Quid ueniat in hac actione.

Prima regula. De eo quod interest, proponitur l. 13. in prin. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Si commissa est stipulatio ratam rem dominum habiturum, in tantum competit, in quantum mea interfuit, id est quantum mihi abest, quantumque lucrari potui. *Concordat l. 18. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. reg. 5. item concordat l. 19. ff. eod. tt. his uerbis:* In stipulatione qua procurator cauet rem ratam dominum habiturū, id continetur quod intersit stipulatoris. Idemque iuris est in clausulis omnibus de dolo malo. *Item concordat l. 2. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 5. in pr. item cōcordat l. 8. §. si quis, ibi: & si dominus. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. causa 1. excep. 3. Huius regulæ exceptionem uide J. reg. 7.*

Secunda regula. De pecunia soluta, proponitur l. 8. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Quod si dominus qui ratum non habuit, pecuniam exegerit, stipulatio de rato committetur in eam pecuniam quam dominus accepit, quamuis nihil procurator accepit. *Concordat l. 22. §. quod si debitam ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 6.*

Tertia regula. De eo quod alterius rei promittendi, uel stipulandi interest, hoc non uenit in hāc actionem. quæ regula approbatur l. 2. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. exceptione 5.

Quarta regula. De sumptibus litis, proponitur l. 22. §. hoc amplius ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide s̄. except. 6. concordat d. l. 22. §. cum autem. cuius uerba uide s̄. except. 14. item concordat l. 8. §. si quis, ibi: & propter impendia. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 1. causa 1. except. 3.

Quinta regula. Si minus petat dominus quàm procurator: & si pro parte ratum habeatur, pro parte non, pro hac sola parte committitur stipulatio. quæ regula approbatur l. 18. in prin. ff. ratam rem haberi, his uerbis: Si procurator ratam rem dominum hæredemue eius habiturum cauerit, & unus ex hæredibus domini ratum habeat, alter non: sine dubio committitur stipulatio pro ea parte pro qua ratum non habebitur: quia in id committitur, stipulatio, quod stipulatoris intersit. nam etsi ipse dominus pro parte ratum habuerit, pro parte non habuerit, non ultrà quàm in partem committitur stipulatio: quia in id committitur, &c. *cætera uide s̄. except. 16. Concordat l. 17. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. exceptione 7.*

Sexta regula. Si plus petierit dominus quàm procurator petierat, in quantum committatur stipulatio, definitur l. 4. ff. eod. tt. his uerbis: Procurator quinquaginta petijt, si dominus centum petat, tenebūtur fideiussores, qui de ratihabitione cauerunt, in quinquaginta, & quanti interfuit differri quinquaginta actionem.

Septima regula. De eo quod pœnæ nomine præstitit is, cui de rato cautum est. Hoc non uenit in actionem propositam. quæ regula approbatur l. ult. ff. de fideiussor. his uerbis: Cum procurator in rem ageret, cautionem dederat ratam rem dominum habiturum: postea uicto, eò reuersus dominus iterum de eadem re agitabat, & cum reus haberet possessioné, & nollet eam restituere, ideo magno condemnatus est. In amplius fideiussores non tenentur: hoc enim non debet imputari fideiussorib. quod ille propter suam pœnam præstitit.

5. Quando detur actio.

Prima regula. Si indebitum procuratori solutum

sit,

sit, statim competit actio antequam sciatur, utrum dominus ratum habeat, nec'ne. quæ regula approbatur l. 16. in prin. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide s̄. except. 6.

Secunda huius loci regula. De eo cui controuersia status sit, proponitur l. 8. §. fin. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 2. causa 2. except. 3.

6. Euentus huius actionis, & non ratihabitionis.

Prima regula. Si procurator domino pecuniam quã accepit restituit, domino ratum non habenti eam pecuniam condicere potest. quæ condictio approbatur l. 8. §. 1. ibi: etsi procurator. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide s̄. except. 14.

Secunda regula. Condictio indebiti aduersus procuratorem propter stipulationem de rato euanescit quæ regula approbatur l. 21. in prin. ibi: & condictio. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide s̄. except. 6. concordat l. ult. §. fin. ff. eod. t. cuius uerba uide s̄. ex. 4. repl. 2.

IVDICIO SISTI. CAPUT IX.

I. CAVSAE EX QVIBVS IVDICIO sisti cauendum.

R*Eus cõuentus eo iudicio sisti cauere tenetur. quæ causa seu regula approbatur Inst. de satisd. §. sed hodie hæc. cuius uerba uide s̄. cap. 7. quæst. 0. de reo conuento. caut. prima. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi reus immobiliũ rerũ possessor sit. Hæc except. approbatur l. 15. in pr. ff. qui satisdare cogãtur, his uerbis:* Sciendum est, possessores immobilium rerum satisdare non compelli. *Declaratur hæc exceptio ibidem, his uerbis:* Possessor autem is accipiendus est, qui in agro uel ciuitate rẽ soli possidet, aut ex asse, aut pro parte *Huius exceptionis replicatio prima hæc esse uidetur: Nisi agrum uectigalem, uel emphyteuticum possideat. Hæc replicatio reprobatur ibidem, his uerbis:* Sed & qui uectigalem, uel emphyteuticum agrum possidet, possessor intelligitur.

Secunda replicatio est: Nisi nudam habeat proprietatem. Et hæc replicatio reprobatur d. l. 15. §. item qui solam, his uerbis: Item qui solam proprietatem habet, possessor intelligendus est.

Tertia repl. est: Nisi solum usumfructũ habeat. Hæc replicatio approbatur. d. l. 15. §. eum uerò, his uerbis: Eum uerò qui tãtum usum fructum habet, possessorem non esse, Vlpianus scripsit.

Quarta replicatio est: Nisi pignoris iure possideat. Hæc replicatio approbatur d. l. 15. §. creditor, his uerbis: Creditor qui pignus accepit, possessor non est, tametsi possessionem habeat, aut sibi traditam: aut precario debitori concessam.

Quinta replicatio est: Nisi ex causa dotis possideat. Hæc replicatio reprobatur d. l. 15. §. si fundum, his uerbis: Si fundus in dotem datus sit, tam uxor, quàm maritus propter possessionem eius fundi possessores intelliguntur.

Sexta replicatio est: Nisi actionem tantum personalem habeat ad rem adquirendam. Hæc replicatio approbatur ibidẽ, his uerbis: Diuersa est causa eius qui fundi petitionem personalem habet.

Septima replicatio: Nisi tutelæ nomine possideat, uel ab alio res eius tutelæ nomine possideatur. Hæc replicatio reprobatur d. l. 15. §. tutores, his uerbis: Tutores, siue pupilli eorum, siue ipsi possideant, possessorum loco habentur. Sed et si unus ex tutoribus possessor fuerit, idem dicendum erit.

Octaua replicatio est: Nisi rem litigiosam possideat, quæ euinci possit. Hæc replicatio reprobatur d. l. 15. §. si fundum, his uerbis: Si fundum quem possidebam à me petieris, deinde cum secundum te esset iudicatum, appellauerim: an possessor eiusdem fundi sim? & rectè dicetur me possessorem esse: quia nihilominus possideo. nec enim ad rem pertinet, quòd euinci ea possessio possit.

Nona replicatio est: Nisi postea possessionem alienauerit. Hæc replicatio reprobatur d. l. 15. §. fin. his uerbis: Possessor autem quis, nec'ne sit tempus cautionis spectandum est. nam sicut ei, qui post cautionem uendidit, nihil obest: ita nec prodest ei, qui post cautionem possidere cœpit.

Decima replicatio est: Nisi tempore cautionis non possederit. Hæc replicatio approbatur iam dictis uerbis hisce: Ita nec prodest ei qui post cautionẽ possidere cœpit.

Vndecimæ replicationis loco notandum, quòd quamuis is qui immobilia possidet, satisdare non teneatur: tamen nuda saltẽ repromissione, uel iuratoria cautione teneri cauere. quæ replicatio elici potest ex uerbis iam dictis, hisce: Ei qui post cautionẽ uendidit nihil obest, &c. *Concordat l. 8. in prin. ibi: Ita uidelicet. C. de princip. agentium in rebus, his uerbis:* Videlicet ut pro tenore generalium edictorum hi, qui uel in sacratissima urbe, uel in prouincijs immobiles possident facultates adiuratoriæ cautioni & substantiæ suæ credantur.

II. QVI IVDICIO SISTI cauere teneantur.

Prima regula. De domino serui ex cuius delicto agitur, regula proponitur l. 17. ff. de accusationibus, his uerbis: Si seruum dominus in crimine capitali defendat, sistendũ satisdato promittere iubetur. *Cõcord. l. 2. §. si absens. ff. si ex noxali causa agatur, his uerbis:* Si absens sit seruus, pro quo noxalis actio alicui competit: siquidem dominus non negat in sua potestate esse, compellendum putat Vindius, uel iudicio eum sisti promittere, uel iudicium accipere: aut si nolit defendere, cauturum, cum primum poterit se exhibiturum. Si uerò falso neget in sua potestate esse, suscepturum iudicium

dicium sine noxæ deditione. Idque Iulianus scribit: Et si dolo fecerit, quo minus in eius esset potestate. Sed si seruus præsens est, & dominus abest, nec quisquam seruũ defendit: ducendus erit iussu Prætoris. Sed causa cognita, domino postea dabitur defensio (ut Pomponius & Vindius scribunt) ne ei absentia sua noceat. Ego actori actio restituenda est, perempta eo quòd ductus seruus in bonis eius esse cœperit.

II. *Regula De uno ex dominis serui cõmunis, proponitur l.4. ff. si ex noxali causa agatur, his uerbis*: Si cum uno ex dominis, &c.

III. *Regula. De usufructuario serui, proponitur l.3. ff. d. tt. his uerbis*: Si cum usufructuario, &c.

III. QVO CAVTIONIS genere iudicio sisti cauendum.

Regulariter quidem satisdandum uel per fideiussores cauendum. cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus conuentus bona immobilia possideat: tunc enim nuda sufficit repromissio. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s. eod. cap quæst.1.

Secunda exceptio est: Nisi uir illustris conueniatur: hoc enim cautio iuratoria sufficit. quæ exceptio approbatur l.17. C. de dignitatibus. cuius uerba uide s. Lib.2. cap.5. quæst.3. reg.2.

Tertia exceptio est: Nisi is qui in sacris scrinijs militat, conuenatur: tunc enim iuratoria sufficit cautio. quæ exceptio approbatur l.12. §.1. C. de proximis sacror. scriniorum. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 2. quæst.1. except.29. Quarta exceptio est: Nisi ministerianus Cæsaris conueniatur: hoc enim casu iuratoria sufficit cautio. quæ exceptio approbatur l.4. § fin. C. de castrensiarijs & ministerianis. cuius uerba uide s. d. q.1. except.33. Quinta exceptio est: Nisi scholaris conueniatur. quæ exceptio approbatur l.3. §. ne tamen, C. de priuilegijs scholarum. de quo alibi.

IIII. PER QVOS, ET quales satisdandum.

Prima regula. Pro rei qualitate satis locuples dandus est fideiussor. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.1. cum duab. ll sequentibus. ff in ius uocati, ut eant uel satisdent, his uerbis: Edicto cauetur, ut fideiussor iudicio sistendi causa datus, pro rei qualitate locuples detur: exceptis necessarijs personis. Ibi enim qualemcunq; accipi iubet: ueluti pro parente, uel pro patrono: item pro patrona, liberisúe suis, uel uxore, nuruúe: tunc enim qualiscunq; fideiussor accipi iubetur: & in eum, qui non acceperit, cum sciret eam necessitudinem personarum, quinquaginta aureorum iudicium competit: quoniam pro locuplete accipitur fideiussor in necessarijs personis. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est*: *Nisi quis parentem, patronum, liberos ue patroni, uxorem, nurum, &c. in ius uocauerit: tunc enim qualiscunque fideiussor sufficit. quæ multiplex exceptio uerbis iam propositis approbatur. Cui concordat l.1. §. Prætor ait ff. qui satisdare cogantur, his uerbis*: Prætor ait: Si quis parentem, patronum, patronam, liberos, aut parentes patroni, patronæ, liberosúe suos, eumúe, quem in potestate habebit, uel uxorem, uel nurum in iudicium uocabit: qualiscunque fideiussor iudicio sistendi causa accipiatur. Quod ait Prætor (subijcit Vlpianus ibidem) liberos úe suos: accipimus & ex fœmineo sexu descendentes liberos. Parenti quidem dabimus hoc beneficium, non solùm si sui iuris, sed etiamsi in potestate sit alterius: hoc enim Pomponius scribit: Et filius fideiussor pro patre fieri potest, etiamsi in alterius potestate sit. Nurum & pronurum, & deinceps accipere debemus. Quod ait Prætor, Qualiscunque fideiussor accipiatur, hoc quantum ad facultates, id est etiam non locuples. *Plures propositæ regulæ exceptiones uide j. in regulis sequẽtibus: item s. Lib. eod. cap.7. quæst.4.*

Secunda regula. De eo qui est alterius fori, nec facilè potest conueniri, proponitur l.2 in prin ff. qui satisdare cogantur. cuius uerba uide s. d. quæst.4. in prin. Plura de hac regula uide s. d. cap.7. quæst.2. replic.8. Item infrà in regulis sequentib.

Tertia regula. Si agens in rebus conueniatur, fideiussorem de eadem schola non extraneum offerre cõpellitur. quæ regula approbatur l.2. in prin. C. de præpositis agentiũ in rebus. cuius uerba uide s. Lib.2. cap.19. membr.12. reg.11. Item quem defensor loci æstimauerit. quæ regula approbatur l.8. in prin. ibi: *Nullusq; C. de principib. agentium in rebus. cuius uerba uide s. Lib.2. cap.19 membr.12. reg.6.*

Quarta regula. Si ministerianus Cæsaris conueniatur actuarium: uel ex sua schola unum fideiussorem dare potest. quæ regula approbatur l.4. §.1. C. de castrensiarijs, cuius uerba uide s. Lib. prox. cap.2. quæst.1. except.33.

Quinta regula. Si scholaris, eius'ue uxor, mater, aut liberi conueniantur, unus ex eius schola fideiussor dari potest. quæ regula approbatur l.3. in prin. C. de priuilegijs scholarum.

Sexta regula. Si clericus conueniatur, œconomus dari potest fideiussor. quæ regula approbatur j. Lib. 10. cap.3. reg.14.

V. EVENTVS, SEV DE *actione, quæ ex proposita cautione datur.*

1. Causa huius actionis cum suis exceptionibus.

Causa huius actionis est. Si non sistatur in iudicio reus: *tunc enim regulariter committitur stipulatio iudicio sisti, & actio proposita competit. quæ causa approbatur l.17. in princip. ff. de in ius uocando, his uerbis*: Eum pro quo quis apud officiũ

cauit exhibere cogitur. *Propositæ causæ seu regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus sistatur. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi non in ea causa in qua fuit sistatur. Hæc replicatio approbatur, simul & declaratur l. 11. ff. si quis cautionib. in iudicio, his uerbis:* Si quis quempiam iudicio sisti promiserit, in eadem causa eum debet sistere. In eadem aũt causa sistere, hoc est sistere, ut actori persecutio loco deteriore non sit: quamuis exactio rei possit esse difficilior. licet enim difficilior exactio sit, tamen dicendũ est uideri in eadẽ eum causa stitisse. Nam & si nouum æs alienũ contraxisset, uel pecuniam perdidisset, uideretur tamẽ in eadẽ causa stetisse. Ergo & qui alij iudicatus sistitur, in eadẽ causa sisti uidetur. *Concordat l. 1. in prin. ff. si ex noxali causa agatur, his uerbis:* Si quis eum de quo noxalis actio est iudicio sisti ꝓmiserit, Prætor ait: In eadẽ causa eũ exhibeto in qua tunc est, donec iudicium accipiatur. In eadẽ causa quid sit uideamus. Et puto (Vlpianus ait) eum uerius in eadem causa sistere, qui ad experiundum non facit ius actoris deterius. *Propositæ replicationis exempla uide in replicationibus sequentibus. Secunda replicatio est: Nisi reum pauperiorem factum sistat. Hæc replicatio reprobatur supradictis uerbis hisce:* Quamuis exactio rei possit esse difficilior. licet enim, &c. *Tertia replicatio est: Nisi reus qui sistitur, nouo priuilegio munitus sit. Hæc replicatio approbatur l. 12. in prin. ff. si quis cautionib. his uerbis:* Qui autem nouo priuilegio utitur, non uidetur in eadem causa sisti. *Quarta replicatio est: Nisi seruus sisti promissus promissoris esse desierit, uel actio amissa sit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. si desinat ff. si ex noxali causa agatur, his uerbis:* Si desinat seruus esse promissoris, uel actio amissa sit: non uideri in eadem causa statum, Labeo ait: ueluti, nec si qui pari loco erat in litigando, cœperit esse duriore, uel loco, uel persona mutatã. *Quinta replicatio est: Nisi seruus uel alius sisti promissus alterius fori esse cœperit. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Itaq; si ei, qui in foro ꝓmissoris conueniri nõ potest, uẽditus, aut potentiori datus sit: magis esse putat, ut nõ uideatur in eadem causa sisti. *Sexta replicatio est: Nisi seruus, qui sistitur alij noxæ deditus sit. Hæc replicatio reprobatur d. l. 1. §. fin. cum lege sequẽte, his uerbis:* Sed & si noxæ deditus sit, Ofilius non putat in eadem causa sisti: cum noxæ deditione, cæteris noxalem actionẽ perimi putet. Sed alio iure utimur. nam ex p̃cedentibus causis, non liberatur noxæ deditus: perinde enim noxa caput sequitur, ac si uenisset. *Septima replicatio est: Nisi seruus fisti promissus, liber factus sistatur. Hæc replicatio approbatur l. 5. ff. si ex noxali causa agatur, his uerbis:* Si seruum in eadẽ causa sistere quis promiserit: & liber factus sistatur: si de ipso controuersia est, capitalium actionũ iniuriarumq; nomine, non rectè sistitur: quia aliter de seruo supplicio & uerberibus satisfit, aliter de libero uindicta sumitur, uel cõdemnatio pecuniaria. Quod aũt ad cæteras noxales causas pertinet, etiam in meliorẽ causam uidetur peruenisse. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi non de ipso seruo sit controuersia, nec ex criminalibus causis, sed ciuiliter ex noxali causa serui nomine agatur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis. Altera duplicatio est: Nisi statu liber sisti promissus sit. quæ duplicat. approbatur l. 6. ff. eod. tit. his uerbis:* Sed si statu liberum sisti promissum sit, in eadem causa sisti uidetur, quamuis liber sistatur: quòd implicitus ei casus libertatis fuerit.

Octaua replicatio est: Nisi cum plures sisti promisisset, nõ omnes stiterit. Hæc replicatio approbatur l. ult. ff. in ius uocati ut eant, his uerbis: Qui duos homines in iudicium sisti promisit, si alterum exhibeat, alterum non: ex promissione nõ uidetur eos stitisse, cum alter eorum non sit exhibitus. *Concordat l. 9. ff. si quis cautionibus, cuius uerba uide J. eod. cap. in fine, quæstione 4. regula 2.*

Nona replicatio est: Nisi prægnante ancilla sisti promissa, ea sine partu sistatur. quæ replicatio reprobatur l. 83. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Si quis ancillam sistere se aliquo in loco promiserit, quæ prægnans erat: & si sine partu eam sistat, in eadem causa eam sistere intelligitur.

Decima replicatio est: Nisi non iusto tempore sistatur. Hæc replicatio ipso iure subsistit: declaratur autem definitione iusti temporis l. 1. ff. si quis cautionibus iud. sist. causa, his uerbis: Vicena milia passuũ in singulos dies dinumerari Prætor iubet, præter eũ diẽ, quo cautũ ꝓmittitur, & in quem sistere in iudiciũ oportet. Nã sanè talis itineris dinumeratio neutri litigatorum onerosa est. *Planè iusti temporis intra quod sistendũ sit definitio permittitur arbitrio iudicis l. 8. in principio. ff. qui satisd. cogantur, cuius uerba uide s̄. eod. Lib. capite septimo, quæstione 7. regul. 2. exceptione 5. Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi ius actoris ex mora non sit factum deterius: tunc enim quamuis post tempus reus se sistat, defenditur per exceptionem. quæ replicatio approbatur l. 8. ff. si quis cautionibus, his uerbis:* Si post tres aut quinque plures ue dies, quàm iudicio sisti se reus promisit, secum agendi potestatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factum sit: consequens est dici defendi eũ debere per exceptionem. *Huc pertinet etiam l. 26. C. de fideiussorib. cuius uerba uide J. eod. quæst. except. 21. Hactenus de prima propositæ causæ*

causæ exceptione, eiusq; replicationibus sit dictum.

Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi promiserit quidem iudicio sisti, sed officio non cauerit. Hæc exceptio reprobatur L.17. ff. de in ius uocando. his uerbis: Eum pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogitur. Itẽ qui apud acta exhibiturum se esse promisit, & si officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur.

Tertia exceptio: Nisi eum satisdare non deberet, satisdedit reus: hoc enim casu uideatur fideiussores non obligari. Hæc exceptio approbatur sub conditione L. 4. §. item quæritur. ff. si quis cautionibus, his uerbis: Item quæritur, si quis cum iudicio sistendi causa satisdare non deberet, satisdato promiserit: an fideiussoribus eius exceptio detur? Vlpianus putat interesse, utrum per errorẽ satisdato promissum est, an ex conuentione. si per errorẽ, dandam fideiussoribus exceptionem: si ex conuantione, minimè dandam. Nam & Iulianus scribit: Si iudicio sistendi causa, pluris quàm statutum est, per ignorantiam promissum fuerit, exceptionẽ dari debere: si aũt ex cõuentione tantę summæ promissio facta sit: exceptionem pacti conuenti replicatione infirmandam.

Quarta exceptio est: Nisi quis se reum inuenturũ, non exhibiturum promiserit. Hæc exceptio reprobatur L.15. C. de fideiussoribus, his uerbis: Si Abarsacoram latronem Lysanias decurio inuenturũ se spopondisset, aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad præfectum prætorij, uel ad præsidem prouinciæ.

Quinta exceptio est: Nisi seruus sisti se promisit, uel stipulatus sit. Hæc exceptio approbatur L.13. ff. si quis cautionibus, his uerbis: Quoties seruus iudicio sistendi causa, ut ipse litigaturus, uel ab alio stipulatur, uel ipse promittit: nec cõmittitur stipulatio, nec fideiussores tenentur: quia seruus conueniri, uel conuenire non potest. *Concordat L.9. in prin. ff eod. tit. his uerbis:* Si seruus se iudicio sisti promittat, non committitur stipulatio, neque in eum, neq; in fideiussores eius. *Contradicit L.4. ff. de diuersis tempor. præscriptionibus, cuius uerba uide in Comment. liberationum, cap.26. exceptione duodecima, replicat.1.*

Sexta exceptio est: Nisi ei qui agere non potest, iudicio sisti cautum sit. Hæc exceptio approbatur L. 2. §.1. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Si quis ijs personis, quæ agere non potuerunt, fideiussorem iudicio sistendi causa dederit, frustra erit datio.

Septima exceptio est: Nisi procuratori, non domino litis iudicio sisti cautum sit. Hæc exceptio reprobatur L.14. ff. si quis cautionibus, his uerbis: Si procurator ita stipulatus, ut sistar duntaxat eum, quem stipularetur, nõ etiã pœnam, si status non esset, stipuleretur: propemodum nullius momenti est ea stipulatio: quia procuratoris (quod ad ipsius utilitatem pertinet) nihil interest sisti. Sed cum alienum negociũ in stipulando egerit, potest defendi, non procuratoris, sed eius cuius negocium gessit, utilitatẽ in ea re spectãdam esse: ut quãtum domini litis interfuit sisti tantũ ex eã stipulatione non stato reo procuratori debeatur. Eadem & fortius adhuc dici possunt: Si procurator ita stipulatus esset, quanti ea res erit: ut hanc conceptionem uerborum non ad ipsius, sed ad domini utilitatem relatam interpretamur.

Octaua exceptio est: Nisi per alium impeditus sit reus, quo minus se sistat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 2. §. fin. cum lege sequente. ff. si quis cautionib. his uerbis: Exceptio datur ei, q cũ ad iudiciũ uenire uolebat, à magistratu retentus est, & retẽtus sine dolo malo ipsius. nàm si ipse hoc adfectauit, uel causam pstitit, nõ proderit ei exceptio. Ac ipsius quidem dolus ei oberit, cæterorum non oberit, qui dolo malo fecerunt, ut retineretur. Sed si priuatus eũ detinuerit, nullo modo proderit hæc exceptio: sed actio ei datur aduersus eum qui eũ detinuit, in id qd eius interest. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ipse reus dolo fecit & adfectauit, ut retineretur, uel causam præstitit. quæ replicatio approbatur iam dictis uerbis hisce:* Nam si ipse hoc adfectauit, uel causam præstitit, non proderit ei exceptio. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi alterius quàm rei dolo factum sit, quo magis detineretur. Quę duplicatio approbatur supradictis uerbis hisce:* Ac ipsius quidem dolus ei oberit, cæterorum non oberit, qui dolo malo fecerunt, ut retineretur. *Sanè hoc casu aduersus alium qui dolo fecit quo magis reus detineretur, in factum actio competit. de qua dictum s̃. eod. Lib cap.3. actione 1. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi non à magistratu, sed à priuato reus sit impeditus, quo minus se sistat. Hæc replicatio approbatur supradictis uerbis hisce:* Sed si priuatus eum detinuerit, nullo modo proderit hæc exceptio: sed actio ei datur aduersus eum qui eum detinuit, in id quod eius interest. *De hac actione dictum s̃. d. actione 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi aduersarius actor reum detinuerit. quæ duplicatio approbatur per ea quæ dicta sunt s̃. Lib. eod. cap.3. actione 1. quæst.2. except. gener.1. Secunda duplicatio est: Nisi seruus actoris reum impedierit, quo minus se in iudicio sistat. quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l.3. ff. de eo per quem factum erit, &c. his uerbis:* Si actoris seruus domino sciẽte, & cum possit nõ prohibente, dolo fecerit, quo minus in iudicio sistam: Ofilius dandam mihi exceptionem aduersus dominum ait, ne ex dolo serui dominus lucretur: si uerò sine uolũtate domini seruus hæc fecerit, Sabinus ait, noxa-

noxale iudicium dandum, nec factum serui domino obesse debere: nisi hactenus, ut ipso careat, quando ipse nihil deliquit. *Tertia propositæ replicationis duplicatio est: Nisi socius actoris reum detinuerit. quæ duplicatio approbatur l. 5. in prin. ff. si quis cautionibus, his uerbis:* Si duo rei stipulandi sint, & uni debitor iudicio se sisti cum pœna promiserit. alter autẽ impedierit: ita demum exceptio aduersus alterum danda est, si socij sint: ne prosit ei dolus propter societatem.

Nona exceptio est: Nisi reus ualetudine, tempestate, uel ui fluminis impeditus se sistere non potuit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. si quis in. ff. si quis cautionibus, his uerbis: Si quis in iudicio se sisti promisit, & ualetudine, uel tempestate, uel ui fluminis prohibitus se sistere nõ potuit: exceptione adiuuatur, nec immeritò: cum enim in tali promissione præsentia opus sit: quemadmodum potuit se sistere, qui aduersa ualetudine impeditus erat? Et ideo etiã lex XII. Tabul. si iudex, uel alteruter ex litigatorib. morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffisum. *Declaratur hæc exceptio d. l. 2. §. quod diximus, his uerbis:* Quod diximus, succurri etiam ei, qui tẽpestate aut ui fluminis prohibitus, non uenit: tempestatẽ intelligere debemus, siue marina, siue terrestris sit. tempestatẽq; intelligere debemus talem, quæ impedimento sit itineri, uel nauigationi. Vis fluminis etiam sine tempestate accipiẽda est. Vim fluminis intelligimus, & si magnitudo eius impedimento sit, siue pons solutus sit, uel nauigium non stet. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi cum posset reus non incidere in tempestatem, si ante profectum esset, uel per alium locum, id non fecit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 2. §. si quis tamen, his uerbis:* Si quis tamen cum posset non incidere in tempestatem, uel in uim fluminis, si antè profectus esset, uel tẽpore opportuno nauigasset: ipse se attrauerit, nunquid exceptio ei minimè prosit? quod quidẽ causa cognita erit statuendum. Nam neq; sic artandus est. ut possit ei dici, Cur non multo antè profectus es, quàm dies promissionis ueniret? neq; iterũ ei permittẽdum, si quid sit, quod ei imputetur, causari tempestatẽ, uel uim fluminis. Quid enim si cum Romæ esset, ipso tempore promissionis sistendi, nulla necessitate urgente, uoluptatis causa in municipium profectus sit? nónne indignus est, cui exceptio patrocinetur? Aut quid si tempestas quidem in mari fuit, terra autem iste potuit uenire, uel flumen circumire? æquè dicendum est, non semper ei exceptionem prodesse: nisi angustiæ nõ patiebantur terra iter metiri, uel flumen circumire.

Decima exceptio est: Nisi locum, in quo sisti oportuit, flumen impleuit, uel casus fortuitus eum euertit, aut præsentiam uenienti periculosam fecißet. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. §. si tamen, his uerbis: Si tamen uel flumen sic abundasset, ut impleset omnem locum in quo sisti oportuit: uel aliqua fortuità calamitas eundem locũ euertisset, uel præsentiam uenienti periculosam fecisset: ex bono & æquo etiam hic exceptio ei accommodanda est.

Vndecima exceptio est: Nisi mulier rea grauida facta sit, & ob id sisti non potuit. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. §. si non propter, his uerbis: Si non propter ualetudinem mulier nõ steterit iudicio, sed quod grauida erat: exceptionem ei dandam Labeo ait: Si tamen post partũ decubuerit, probandum erit, quasi ualetudine impeditam. Idem est & si quis furere cœperit nam qui furore impeditus est, ualetudine impeditur.

Duodecima exceptio est: Nisi reus furiosus sit factus. Hæc exceptio approbatur iam dictis uerbis hisce: Idem est etsi quis furere cœperit. &c.

Decimatertia exceptio est: Nisi reus sisti promissus reipublicæ causa abfuerit. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. si quis cautionib. his uerbis: Si quis cum fideiussoren dedit, ideo non steterit, quod reipub. causa abfuerit: iniquum est fideiussorem ob alium sistendi necessitate obligatum esse, cum ipsi liberum esset non sistere. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi seruus reus sistendus fuit. huic enim exceptio proposita non prodest. Quæ replicatio approbatur l. 7. ff. eod. tit. his uerbis:* Si quis seruum in iudicio sisti promiserit, uel alium qui in aliena potestate est, ijsdem exceptionibus utitur, quibus si pro libero, uel patrefamiliâs fideiussisset: præterquam si reipub. causa diceretur abesse. Nam seruus reipub. causa abesse non potest. Præter hanc autem exceptionem cæteræ (quia communes sunt) tam in libero homine, quam in seruo locum habent.

Decimaquarta exceptio est: Nisi munere publico priuatoùe impeditus, uel ad testimoniũ desideratus se sistere non potuit reus. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. si quis municipalis. ff. si quis cautionib. his uerbis: Si quis municipalis muneris causa, sine dolo malo suo impeditus, in iudicio secundũ suam promissionem non stitit: æquissimũ est ei exceptionem tribui. Simili modo, etsi ad testimonium desideratus, ad iudicium occurrere non potuit, erit ei subueniendum.

Decimaquinta exceptio est: Nisi sisti promissus capitis dãnatus sit. Hæc exceptio approbatur l. 4. in prin. ff. Si quis cautionib. his uerbis: Sed & si quis rei capitalis antè condemnatus, iudicio sistere se non potuit: meritò & huic ignoscitur. Rei capitalis cõdemnatum accipere debemus,

quã

qui morte exilio de coercitus est. Dixerit aliquis quò ergo hæc exceptio damnato respõdebitur, fideiussori eius esse necessariá: aut fortè in exilium abijt, defensori eius exceptio ista proderit.

Decimasexta exceptio est: Nisi sisti promissus capitis reus factus sit. Hæc exceptio reprobatur d.l.4.§.1. his uerbis: Illud sciendum est, eum qui idcircò non stitit, quia capitis reus factus est, in ea causa esse, ut exceptione uti non posit, damnato enim datur.

Decimaseptima exceptio est: Nisi sisti promissus, in uinculis, custodia ue, militari detineatur. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis: Planè si uinculis, uel custodia militari impeditus, ideo non stitit: in ea erit causa, ut exceptione utatur.

Decimaoctaua exceptio est: Nisi funere domestico impeditus non stitit. Hæc exceptio approbatur d.l. 4.§.praeterea, his uerbis: Præterea si quis funere domestico impeditus nõ uenit, debet ei exceptio dari.

Decimanona exceptio est: Nisi reus sisti promissus, in hostium potestate sit, & ob id non stitit. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis: Item si quis in seruitute hostium fuit, ac per hoc in iudiciũ non stitit, debet exceptione adiuuari.

Vicesima exceptio est: Nisi sisti promissus decesserit, uel ciuitatem amiserit. Hæc exceptio approbatur l.4.ff. qui satisdare cogantur, his uerbis: Si decesserit, qui fideiussorem dedit iudicio sistendi causa, non debebit Prætor iubere exhiberi eum. Quòd si ignorãs iusserit exhiberi, uel post decretũ eius, ante diem exhibitionis decesserit, denegãda erit actio. *Cõcordat l.26. §.fin. C. de fideiussoribus. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post diem quo sisti debuit, decesserit. Hæc replicatio approbatur d.l.4. in fine, his uerbis*: Si aũt post die exhibitiõis decesserit, aut amiserit ciuitatem, utiliter agi potest. *Concordat l.26.§.fin. cuius uerba uide except. prox. Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi actio ob quam sisti debuit reus, morte eius fuerit extincta. quæ duplicatio approbatur l.10.§.idem dicendum, in fine. ff. si quis cautionibus, &c. cuius uerba uide ĩ. cod. cap. quæst.2. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi pro condemnato fideiusserit: tunc enim quamuis condemnatus decesserit, fideiussor nihilominus manet obligatus. quæ replicatio approbatur l.5. in prin. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis*: Si uerò pro condemnato fideiusserit, & condemnatus decesserit, aut ciuitatem Romanam amiserit: rectè nihilominus cum fideiussore eius agetur. *Tertia replicatio est: Nisi dolo promissoris, reus mortuus sit. Hæc replicatio approbatur l.10.§.homo. ff. si quis cautionibus. cuius uerba uide ĩ. cod. cap. quæst 5.*

Vicesimaprima exceptio est: Nisi post tempus elapsum ipse reus sistatur. Hæc exceptio approbatur certo modo l.26. C. de fideiussoribus, his uerbis: Sancimus, si quis p̃ alio spoponderit, quatenus eum intra certum tẽpus tradat, uel certam quantitatem pecuniarum pro eo inferat, & tempore staturo iam effluente non poterit eum repręsentare: non statim pecunias pro eo stipulatas inferre, sed cõperere quidem post tempus elapsum omnimodò pœnalẽ actionem: nõ aũt statim summa pro qua fideiussor admissus est, profligari, sed si quidẽ usq; ad sex mẽsium spaciũ tẽpus statutũ sit, aliud tantum ei indulgeri sancimus, intra quod si posit personam exhibere, & eã tradere pœna sit liberatus. Sin autem amplius quàm sex mensiũ tẽpus ab initio constitutũ est: tunc quantacunq; tẽporis curricula data sunt, tamẽ post lapsum eorum semestres tantùm habere eum inducias, intra quas sit ei licentia personá & non pecunias reddere. Sin autẽ & secunda adiectio tẽporis excedat, tunc omnimodò pecuniariam pœnã persoluat. Sed siquidẽ post statutum ab initio tempus completum, maluerit reum pro quo conuenitur defendere, licere ei hoc facere: nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit, si forsitan sine defensione faciẽda p̃ eo fideiussit. Sed si defensionẽ subierit, eã usq; ad finẽ adimplere, nulla ei licentia cõcedenda in medio personam tradere, & pecuniarũ dationẽ effugere. Sin aũt & secundum tempus effluxerit, nullo modo ei licẽtia concedatur, nec ad defensionis uenire præsidiũ: sed omnimodò pœnam inferat: nisi intra primum tempus quod cõstitutum est, reus principalis ab hac luce fuerit subtractus: tunc enim penitùs ab exactione pœnæ liberum eum custodiri oportet. Quòd si secundo tẽpore instãte mortuus fuerit, nihilominus pœna iam cõmissa à fideiussore exigatur omnib. quæ in fideiussores, quando tali pœnæ fuerint illigati, statuimus, & in hæredes pro utilitate eorum obtinentibus. *Hæc de exceptione uicesimaprima. Sed & eius replicationes uide ĩ. ead. quæst.5. except.1.*

Vicesimasecunda exceptio est: Nisi fideiussor reũ defendere sit paratus. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: Sed siquidẽ post statutum ab initio tempus completum, maluerit reũ pro quo cõuenitur defendere: licere ei hoc facere: nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit, si forsitan sine defensione faciẽda p̃ eo fideiussit. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi contrariũ in cautione conuenerit. quæ replicatio constat ex uerbis iam dictis hisce*: Nisi pacti tenor reclamauerit, &c. *Secunda replicatio est: Nisi non usq; ad finem defendere sit paratus. quæ replicatio approbatur supradictis uerbis hisce*: Sed si defensionem subierit, eam usq; ad finem adimplere nulla ei licentia, &c.

Tertia

Tertia replicatio eſt: Niſi poſt alterum etiam exhibitioni præſtitutum tempus defendere ſit paratus. Hæc replicatio approbatur ſupradictis uerbis b.̧l.c: Sin autem & ſecundum tempus affluxerit, nullo modo ei licentia concedatur, nec ad defenſionis uenire præſidium, ſed omnimodò pœnam inferat.

Quarta replicatio eſt: Niſi non in ſolidum defendat. Hæc replicatio patet ex l.42.§.fin.ff. de procuratorib. cuius hæc ſunt uerba: Reo latitãte poſt litem cõteſtatam, ita demum fideiuſſores eum defendere uidebuntur, ſi uel unus ex his eum pro ſolido defendat: uel omnes, uel quidã ex his unũ procuratorem dederint, in quẽ iudicium transferatur. Plures huiuſmodi replicationes uide ꝗ.cap.prox.quæſt.4. except.10. item Lib.8.cap.6.quæſt.1.except.4.

Viceſimatertia exceptio eſt: Niſi cum tutor pupilli nomine iudicio ſiſti promiſiſſet, pupillus adoleuerit, uel mortuus ſit, aut hæreditate abſtẽtus. Hæc exceptio approbatur l.15.ff.ſi quis caution.his uerbis: Si tutor iudicio ſiſti promiſerit, & ſtipulationi non obtemperauerit, & interea pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abſtentus ſit ab hæreditate: denegabitur ei ex ſtipulatu actio. nam & ipſius rei, quæ petebatur, ſi tutor iudicatus fuerit, & eorum quid acciderit, non eſſe dandam in eum actionẽ iudicati, probatum eſt.

Viceſimaquarta exceptio eſt: Niſi cũ de alio ipſa re, cuius nomine is qui iudicio ſiſti promiſſus eſt, in ius uocatus erat, agatur. Hæc excep. approbatur l.5.§.ſi duo.ff.ſi quis cautionibus, &c. his uerbis: Si duo rei promittendi ſint, & unus ad iudicium non uenerit, contempta ſua promiſsione iudicio ſiſtendi cauſa facta: actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam deſertionis petendo, exceptione ſubmouebitur. Æquè ſi à patre facta fuerit promiſsio iudicio ſiſtendi cauſa ex filij contractu, deinde de re actor egerit cũ filio, exceptione ſubmouebitur, ſi cum patre ex eius promiſsione agat. Contrà, idem erit ſi filius promiſerit, & actor egerit cum patre de peculio.

Viceſimaquinta exceptio eſt: Niſi reus ſiſti promiſſus, principali actione non teneatur. Hæc exceptio reprobatur exemplo l.10.in prin.ff ſi quis cautionib. his uerbis: Si eum iudicio ſiſti promiſero, qui iam tempore liberatus eſſe dicatur: quamuis fortè iam actione non teneatur, actio in me danda eſt, ut uel exhibeam eum, uel defendam, ut ueritas inquiratur.

Viceſimaſexta exceptio eſt: Niſi de cauſa ob quam ſiſti promiſſus in ius uocatus eſt, ſit trãſactũ. Hæc exc. approbatur l.2.in prin.ff.ſi quis cautionib. his uerbis: Non exigimus reum iudicio ſiſti, ſi de negocio propter quod iudicio ſiſti promiſerit fuerit tranſactum. Concordat l.22. ff. de in ius uocando, cuius uerba uide ꝯ.Lib.prox.cap.1.quæſt.4.

cauſa 1. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi poſt ſtipulationem commiſſum de negocio principali ſit tranſactum: hoc enim caſu ipſo quidem iure actio ex ſtipulatu competit: ſed eliditur per exceptionem doli. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.2.in prin.his uerbis: Sed hoc ita, ſi modò prius id negocium tranſactum fuit, quàm ſiſti oporteret: cæterùm ſi poſtea tranſactũ eſt, exceptio doli opponi debet. Quis enim de pœna promiſſa laboret poſt negocium trãſactum? cum tranſacti negocij exceptionem putauerit quis nocere, quaſi etiam de pœna tranſactum ſit: niſi contrariũ ſpecialiter partibus placuerit.

Viceſimaſeptima exceptio eſt: Niſi cauſa ob quam ſiſti promiſſus eſt, ſit finita. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio eſt: Niſi & alia cauſa contra eundem reum moueatur. Hæc replicatio reprobatur argumento l.2.§.fin. ff. de cuſtodia reorũ, cuius uerba uide ꝯ.Lib.3.cap.6.actu 5.reg.3. Hæc de exceptionibus aduerſus ſtipulationem iudicio ſiſti ſint dicta. Plures huiuſmodi exceptiones uide ꝗ.Lib.8.cap.6.quæſt.3.

De replicationibus præcedentium exceptionum generalioribus.

¶ Planè iam enumeratæ exceptiones recipiunt duas replicationes generales: quarum prima hæc eſt: Niſi in cautione iudicio ſiſti conuenerit, ne exceptio obijciatur. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.4.§.quæſitum eſt.ff.ſi quis cautionibus, his uerbis: Quæſitum eſt, an poſſit conueniri ne ulla exceptio in promiſsione deſerta, iudicio ſiſtendi cauſa facta, obijciatur? Et ait Atilicinus Sed ego puto conuentionem iſtam ita ualere: ſi ſpecialiter cauſę exceptionum expreſſæ ſint, quibus à promiſſore ſpontè renunciatum eſt. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi generalis conuentio ſit, non certarum exceptionum ſpecialis renunciatio: tunc enim iſta conuentio non ualet, ut ex iam dictis conſtat.

Altera dictarum exceptionum replicatio eſt: Niſi pro ſeruo uel filiofamilias iudicio ſiſti promiſſum ſit. Hæc replicatio reprobatur l.7.ff.d.tt. cuius uerba uide ꝯ.except.15.

2. Quibus detur actio ex ſtipulatu, iudicio ſiſti.

Regulariter actio hæc quemadmodum alia quæuis ex ſtipulatu actio, hæredibus ſtipulatoris competit: uerùm huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi actio principalis, ob quam iudicio ſiſti cautum eſt, non tranſeat ad hæredes: tunc enim actio quoq; propoſita acceſſoria ſequens, naturam principalis hæredibus non competit. quæ exceptio approbatur l. 10. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus, his uerbis: Qui iniuriarum acturus, ſtipulatus erat ante litem conteſtatam, ut aduerſarius ſuus iudicio ſiſtat, commiſſa ſtipulatione mortuus eſt: non competere hæredi eius ex ſtipulatu actionem placuit:

cuit:

cuit: quia tales ſtipulationes propter rem ipſam dantur. Iniuriarum autem actio hæredi non competit: quamuis enim hæc ſtipulatio iudicio ſiſtendi cauſa facta, ad hæredem transeat, tamen in hac cauſa danda non eſt. Nam & defunctus ſi uellet omiſſa iniuriarum actione, ex ſtipulatu agere, non permitteretur. Idem dicendum eſt, ſi is cũ quo ininriarum agere uolebam, ſtipulatione tali commiſſa deceſſerit. nam non competit mihi aduerſus hætedem ex ſtipulatu actio: & hoc Iulianus ſcribit. Secundum quod etſi fideiuſſores dati erunt, minimè dabitur in eos actio, mortuo reo. Idē Pomponius, ſi non poſt longum tempus deceſſerit: quia ſi ad iudicium ueniſſet, litem cũ eo conteſtari actor potuiſſet.

3. Aduerſus quos datur actio propoſita.

Prima regula. De heredibus. Regulariter hæc actio quemadmodum quæuis actio ex ſtipulatu, competit aduerſus hæredes promiſſoris. cuius tamen regulæ eadem exceptio eſt, quæ regulæ præcedentis, hæc ſcilicet: Niſi actio principalis, ob quam iudicio ſiſti cautum eſt, aduerſus hæredem non detur. tunc enim nec hæc ex ſtipulatu iudicio ſiſti actio aduerſus hæredem danda. quæ exceptio conſtat ex ijs quæ dicta ſunt ſ. reg. prox. hiſce uidelicet: Idem dicendum eſt, ſi is, eum quo iniuriarum agere uolebam, ſtipulatione tali commiſſa deceſſerit: nam nõ competit mihi aduerſus hæredem ex ſtipulatu actio, &c. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi poſt longum tempus deceſſerit is qui ſiſti debuit: quæ replicatio approbatur uerbis ſ. regula prox. propoſitis hiſce:* Si non poſt longum tempus deceſſerit: quia ſi ad iudicium ueniſſet, litem cum eo conteſtari actor potuiſſet. *plura de regula propoſita uide ſ. eod. cap. quæſt. 5. except. 20.*

Secunda regula. De fideiuſſoribus. Hi regulariter tenentur. cuius regulæ exceptiones uide ſ. d. quæſt. 5.

4. Quid ueniat in hanc actionem.

Prima regula. De eo quod intereſt, & quanti ea res eſt, proponitur l. 2. §. fin. cum lege ſequente. ff. qui ſatiſdare cogantur, his uerbis: In fideiuſſorem, qui aliquem iudicio ſiſti promiſerit tanti, quanti ea res erit actionem dat Prętor. Quod utrum ueritatem contineat, an uerò quantitatem uideamus? & melius eſt, ut in utram quantitatem fideiuſſor teneatur: niſi pro certa quantitate acceſſit: Siue in duplum eſt actio, ſiue tripli, ſiue quadrupli: tanti eundem fideiuſſorē omnimodo detineri dicemus, quanti res eſſe intelligemus. *Concordat l. 3. ff. ſi quis in ius uocatus non ierit, his uerbis:* Cum quis in iudicium ſiſti promiſit, neque adiecit pœnam, ſi ſtatum non eſſet: incerti cum eo agendum eſſe in id, quod intereſt uerisſimum eſt: & ita quoq; Celſus ſcribit. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi certa quantitas ſeu pœna in ſtipulatione ſit adiecta: tunc enim non niſi in eam pœnã datur actio. quæ exceptio approbatur ſupradictis uerbis hiſce:* Niſi pro certa quãtitate acceſſit. *item hiſce:* Neque adiecit pœnam, ſi ſtatum non eſſet. *Secunda exceptio eſt: Niſi tempore quo agitur, actoris intereſſe deſierit. Hæc exceptio reprobatur l. 12. ff ſi quis cautionib his uerbis:* Illud tenendum eſt, æſtimationem eius, quod interſit agentis, ad illud tempus referendam, quo ſiſti debuit, non ad id quo agitur, quamuis deſierit eius intereſſe.

Secunda regula. De pœna promiſſa. Hæc regulariter ſi ſtatũ nõ ſit, in ſolidũ debetur. cuius regulæ exceptio prima hac eſt: Niſi pro parte ſtipulationi ſit ſatisfactum: tunc enim pars ex pœna remittitur. quæ exceptio approbatur l. 9. ff ſi quis cautionib. his uerbis: Si plurium ſeruorum nomine iudicio ſiſtendi cauſa, una ſtipulatione promittatur: pœnã quidē integram cõmitti, licet unus ſtatus non ſit. Labeo ait: quia uerum ſit, omnes ſtatos non eſſe. Verùm ſi pro rata unius offeratur pœna, exceptione doli mali uſurum eum, qui ex hac ſtipulatione conuenitur. *Secunda regulæ propoſitæ exceptio hæc eſt: Niſi maior pœna promiſſa ſit, quàm legibus eſt ſtatuta. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 4. §. fin. ff. ſi quis caution. cuius uerba uide ſ. q. 5. exc. 3.*

Tertia regula. In cauſis criminalibus ſi iudicio ſiſti cautũ ſit, nec ſiſtatur reus, pœna permittitur arbitrio iudicis. quæ regula appobatur l. 4. ff. de cuſtod. & exhibit. reorum, his uerbis: Si quis reum criminis de quo ſatiſdedit, non exhibuerit, pœna pecuniariæ plectitur. Puto tamen ſi dolo nõ exhibeat, etiam extra ordinem eſſe dãnandum. Sed ſi neq; in cautioe, neq; in decreto præſidis certa quantitas cõprehenſa eſt, ac ne conſuetudo quidem oſtenditur, quę certam formam habeat, præſes de modo pecuniæ quæ inſerri debet, ſtatuet.

5. Quando competit actio propoſita.

Prima regula. Regulariter quidem ſtatim atq; cõmiſſa eſt ſtipulatio, actio hæc competit: uerùm huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi intra ſex menſes poſt cõmiſſam ſtipulationem fideiuſſor ipſum reum exhibere ſit paratus. quæ exceptio approbatur l. 26. C. de fideiuſſorib. cuius uerba uide ſ except. 21.

Secunda regula. Si ante diem certum eſſe cœperit reum ſiſti, nõ poſſe puta, quia dolo promiſſoris eſt occiſus: nõ tamen niſi die uenięte competit actio. quæ regula approbatur l. 10. §. 1. ff ſi quis cautionib his uerbis: Homo ſiſti promiſſus, ante diem dolo promiſſoris perijt: certo iure utimur, nõ ante pœnam peti poſſe, quàm dies promiſsionis ueniat: tota enim ſtipulatio in diem collata eſſe uidetur.

6. Adfinia remedia.

Prima reg. De reo apprehendendo, proponitur Nouell. c. 53. §. ſi qui uerò. cuius uerba uide ſ. eod. Lib. cap. 2. quæſt. 6. reg. 11.

Secunda regula. De principali actione non instituenda, proponitur l.10.§.nā & defunctus.ff.si quis cautionib. cuius uerba uide s. paulo superius quæst 2. Plura adfinia remedia uide s. Lib. eod. cap. 2. quæst. 6. Hæc de cautione iudicio sisti, eiusq; actione sint dicta.

IVDICATVM SOLVI.

Cap. X.

I. CAVSA, EX QVA IVDICATVM solui satisdandum.

R*Eus conuentus satisdare cogitur iudicatum solui. quæ regula approbatur Inst. de satisdationib. in prin. cuius uerba uide s. Lib. eod. cap. 7. quæst. 8. de reo conuento, caut. 3. Concordat Inst. d. tt. §. si uerò aliquis conuenitur, siquidem præsens procurat. cuius uerba uide s. d. caut. 3. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi suo nomine non per procuratorem reus iudicium suscipiat: tunc enim satisdare iudicatum solui non compellitur. quæ exceptio approbatur Inst. d. tt. §. sed hodie hæc aliter. cuius uerba uide s. d. caut. 3.*

Secūda exceptio est: Nisi reus bona immobilia possideat. Hæc exceptio approbatur, simul & destinguitur l. 15. ff. qui satisd. cogantur. cuius uerba uide s. cap. prox. in pr. Reliquas exceptiones uide J. q prox. reg. 2.

II. QVI IVDICATVM SOLVI satisdare teneantur.

Prima regula. De ipso reo proposita est s. reg. prox.

Secunda regula. De procuratore & defensore rei conuenti. Hic iudicatū solui satisdare tenetur. quæ regula approbatur Inst. de satisd. §. 1. his uerbis: Multo magis is qui in rē actione cōueniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine iudiciū accipiebat. *Cōcord. Inst. d. tt. §. si uerò in psonā. ibi: Ab eius uerò parte, his uerbis:* Siquidē alieno nomine aliquis interueniret, omnimodo satisdabat: quia nemo defensor in aliena re, sine satisdatione idoneus esse creditur. *item concordat Inst d. tt. §. si uerò reus. cuius uerba uide s. Lib. eod. cap. 7. quæst. 8 de rei conuenti procuratore. Concordat item l. 10. ff. iudicatum solui, his uerbis:* Si ad defendendum procurator datus fuerit, satisdare iubetur iudicatum solui stipulatione: quæ non ab ipso procuratore, sed à domino litis interponitur: quod si procurator aliquem defendat, ipse cogitur satisdare iudicatum solui stipulatione. *Concordat item l. 46. §. qui aliū. ff. de procuratorib. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 6. quæst. 4. except. 1 in fine dupl. generali 3. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ipse reus pro procuratore satisdederit. quæ exceptio approbatur Inst. de satisdation. §. si uero aliquis conuenitur, siquidem præsens procuratorem. cuius uerba uide s. cap. 7. quæst. 8. de reo conuento. caut. 3. Concordat l. 10 ff. iudicatū solui. cuius uerba uide paulo superius ead. reg. in prin item concordat l. 46. in prin. ff. de procuratorib. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 6. quæst. 4. except. 10 Secunda exceptio est: Nisi certū sit procuratori esse mandatum. Hæc exceptio reprobatur l. 21. in fine. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide s. eod. Lib. cap. 8. quæst. 1. causa 1. except. 11. Cōcordat l. unica §. fin. C. de satisdando, his uerbis:* Rei procurator, uel defensor etiam sub gestorū testificatione factus, in ipso litis limine iudicatum solui satisdationem in omnibus causis præstare cogitur. *Tertia exceptio est: Nisi filius defendat patrem. Et hæc exceptio reprobatur l. 14. ff. qui satisdare cogatur, his uerbis:* Filius familiâs defendit absentem patrem: quæro an iudicatum solui satisdare debeat? Paulus respondit, eū qui absentem personam defendit, etiamsi filius uel pater sit, satisdare petitori ex forma edicti debere. *Quarta exceptio est: Nisi defensor locuples sit, aut consularis. Hæc exceptio duplex reprobatur l. 51. §. fin. cum duab. legibus sequētibus. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Is qui suscepit defensionē, etsi locupletissimus sit, aut si consularis sit, nō uidetur defendere, nisi satisdare fuerit paratus. *Quinta exceptio est: Nisi procurator actoris dominum in reconuentione defendere cogatur. Et hæc exceptio reprobatur l. unica. §. sin autem et C. de satisdando, his uerbis:* Sin autē procuratori actoris ab aduersario suo opposita fuerit, in ipso litis exordio defensionis allegatio: etiā ipse quasi absentis in hac parte pcurator satisdationē sup excipiēda lite præstare cogitur: qua nō præcedēre lis, q̄ ei data est, ulterius procedere à iudice nō cōceditur. *Concordat l. 15. §. fin. ff. de procurat. his uerbis:* Qui ad communi diuidundo iudicium datus est agendū, idem & ad defendendū uidebitur datus, duplici cautela interponēda. *Sexta exceptio est: Nisi tutor pupillum, uel curator adultum defendere cogatur. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. sufficit. ff. de administr. tutorum, his uerbis:* Nec cogendi sunt tutores cauere, ut defensores solent. *Concordat l. ult. §. defensionem. C. eod. tt. his uerbis:* Defensionē autē, & nomē eius in hoc casu apertius declarātea, ne fortè putauerint tutores uel curatores grauamē sibimet imponi: illam decernimus defensionē eos subire, quæ non satisdatione proeuentu litis constituitur, sed ut litem secundū legū ordinē, &c. *Septima exceptio est: Nisi satisdatū sit. De hac exceptione uide s. Lib. eod. c. 7. q. 2.*

III. QVID, SEV DE QVA RE satisdandum sit.

Definitur Inst. de satisdationib. §. 1. his uerbis: Vnde autē iudicatū solui satisdatio sic appelletur, facilè est intelligere. Nāq; stipulabatur quis, ut solueretur sibi, qd fuisset iudicatū.

IIII. EVENTVS.

Si satisdatum non sit, res deponenda est, donec satisdetur. quæ regula approbatur l. 7. §. fin. ff. qui satisdare cogentur. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 9. membr. 2. de re sequestranda quæst. 1. except. 1.

De actione, si iudicatum solui satisdatum sit.

I. CAVSAE, EX QVIBVS HAEC actio competit.

Causa huius actionis triplex proponitur l. 6. ff. iudicatum

dicat. solui, his uerbis: Iudicatũ solui stipulatio, tres clausulas in unũ collectas habet, de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo. *Ait Iurisconsultus:* De re iudicata. *Hisce uerbis prima propositæ actionis causa denotatur: Si scilicet id quod iudicatũ est, nõ soluatur. Cui causæ cõcordat Inst. de satisdation. in prin. cuius uerba uide s. eod. Lib. cap. 7. quæst. 8. de reo. caut. 3. Ait insuper Iurisconsultus:* De re defendenda. *Altera causa in hisce uerbis continetur si scilicet reus non defendatur. Cui concordat l. 15. in prin. ibi:* Committitur. *ff. de procuratorib. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 7. reg. 10. except. 4.*

Ait denique Iurisconsultus: De dolo malo. *Hic tertia propositæ actionis causa designatur: si scilicet reus eiusue defensor, quid dolo malo in causa cõmisit: tũc enim actione ex stipulatu iudicatũ solui tenetur. cuius exemplũ proponitur l. 22. §. si in stipulatione. ff. ratam rẽ haberi. cuius uerba uide s. eod. Lib. cap. 8. q. 2. reg. 1. Harum causarum exceptiones ordine uideamus.*

I. EXCEPTIO: *Nisi uitiosè cautũ sit: tũc enim actio propositæ deneganda. quæ exceptio approbatur l. 6. ff. qui satisd. cogantur, his uerbis:* Quoties uitiosè cautũ uel satisdatũ est, nõ uidetur cautũ. *Huius exceptionis exempla sunt, exceptiones infrà proximè sequẽtes. uide item de hac exceptione s. cap. 7. quæst. 2. except. 2. repl. 1.*

II. EXCEPTIO: *Nisi alius quàm actor iudicatũ solui, sit stipulatus. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerũ eius replicatio prima hæc est: Nisi procurator actoris sit stipulatus. Hæc replicatio cũ alijs similib. approbatur l. 3. §. 1. ff. iudicatũ solui, his uerbis:* Stipulationẽ Iudicatũ solui, pcurator, & tutor & curator stipulari possunt. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi procuratori mandatum nõ sit. Hæc duplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Procuratorẽ autem accipere debemus, cui mãdatũ est, siue huius rei tantũ mãdatũ suscepit, siue etiam uniuersorum bonorũ. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi procurator sit uniuersorum bonorũ: tũc enim nõ requiritur speciale mandatũ. quæ triplicatio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Siue etiam uniuersorũ bonorũ. *Secũda triplicatio est: Nisi dominus id quod procurator gessit, ratũ habuit. Hæc triplicatio approbatur ibidẽ, his uerbis:* Sed etsi ratũ fuerit habitũ procurator uidetur. *Tertia triplicatio est: Nisi dominus post interpositã stipulationẽ, procuratori causam agendã mandauerit. Quæ triplicatio approbatur l. 11. ff. qui satisdare cogantur. cuius uerba uide s. Lib. eod. cap. 7. quæst. 7. reg. 2. except. 4. Quarta triplicatio est: Nisi is iudicatũ solui stipulatus sit, cui etiã sine mandato agere licet. Hæc triplicatio reprobatur l. 3. §. sed si fortè. ff. iudicatũ solui, his uerbis:* Sed si fortè ex liberis, uel ex parentibus aliquis interueniat, uel uir uxoris nomine, à quib. mandatũ non exigitur: an committatur stipulatio quæritur? magisq; erit ne committi debeat, nisi fuerit ei mandatũ, uel ratũ habitũ. qđ enim eis agere permittitur edicto prætoris, nõ facit eos pcuratores. Itaq; si talis psona interueniat, ex integro erit cauendũ. *Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi tutor actoris iudicatum solui stipulatus sit. Hæc replicatio approbatur d. l. 3. §. 1. cuius uerba uide s. repl. prox. in prin. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi tutor qui stipulatus est, tutelã non administret. Hæc duplicatio approbatur d. l. 3. §. Sed & quod, his uerbis:* Sed & quod de tutore diximus, ita accipiendum est, si is fuerit qui tutelam administrabat. *Secunda duplicatio est: Nisi tutor non sit, sed quasi tutor negocia administret. Hæc duplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Si tutor non esset, tutoris appellatione eum non contineri.

Tertia duplicatio est: Nisi non quasi tutor negociũ administret, sed alio animo, uel ex alia causa. Hæc duplicatio approbatur ibidẽ, his uerbis: Sed & si quidem tutor sit, non tamen quasi tutor negocium administret, uel dum ignorat, uel ex alia causa: dicendum erit non committi stipulationem. nam edicto Prætoris illi tutori agendi facultas datur, cui à parente maiore ue parte tutorum eorum uel cuius de ea re iurisdictio fuit, tutela permissa erit.

Quarta dupl. est: Nisi certarũ rerum tutor sit, nec causa ob quam stipulatio facta est, ad res eius non pertineat. Hæc duplicatio approbatur d. l. 3. §. si tutor, his uerbis: Si tutor esse proponatur regionis alicuius, uel prouinciæ, uel rerum Italicarum: consequens erit dicere, stipulationem ita demum committi, si ex ea causa egerit, quæ ad administrationem earum pertinebat.

Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi curatori actoris iudicatum solui satisdatũ sit. Hæc replicatio approbatur l. 3. §. 1. ff. iudicatum solui. cuius uerba uide s. repl. 1. in prin. Concordat d. l. 3. §. sed & curatorem, his uerbis: Sed & curatorem accipiemus furiosi, uel furiosæ: item pupilli, pupillæ: cæterorumque, puta adolescentis, uel si alterius cuius curator sit, committi puto stipulationem. *Hæc de secunda exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta.*

III. EXCEPTIO: *Nisi post interpositam satisdationem actor reo hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur l. 8. ff. Iudicatum solui, his uerbis:* Si petitor post satisdationem ante iudicium acceptũ hæres possessori extiterit, extinguetur stipulatio.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi iudicium ab uno in alium transferatur. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. quib. modis pignus soluitur, his uerbis:* Defensor absentis cautionem iudicatum solui præstitit: in dominum iudicio postea translato, fideiussores ob rem iudicatam, quos defensor dedit, non tenebuntur, sed nec pignora quæ dederunt. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex parte actoris non rei conuenti iudicium transferatur. quæ replicatio approbatur l. 17. §. si ex parte. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Si ex parte

actoris translatio litis fiat, dicimus committi Iudicatum ſolui ſtipulationem à reo factam: idque & Netatius & Iulianus probant, & hoc iure utimur: ſcilicet ſi dominus ſatis acceperit. Sed & ſi procurator ſatis acceperit, & transferatur iudicium in dominum, uerius eſt committi ex ſtipulatu actionem, & à procuratore in dominum transferri. Sed etſi à domino uel à procuratore in procuratorem iudicium transferatur: non dubitat Marcellus, quin committatur ſtipulatio. & hæc uera ſunt.

V. EXCEPTIO: *Niſi apud alium iudicem cauſa agatur, quàm cuius reſpectu iudicatum ſolui cautum eſt. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. Iudicatum ſolui, his uerbis*: Si quis ad aliquem iudicem iturus, ſtipulatus eſt Iudicatum ſolui, & agit apud alterum, non committitur ſtipulatio: quia non huiuſmodi iudicis ſententię fideiuſſores ſe ſubdiderunt.

VI. EXCEPTIO: *Niſi in priore iudicio reus fuit abſolutus: tunc enim licet ab appellationis iudice fuerit condemnatus, ſtipulatio tamen non cōmittitur. Quæ exceptio approbatur certo modo l. 20. ff. Iudicatum ſolui, his uerbis*: Cum apud Sempronium iudicem datum reus defenderetur, ſtipulatione cautum eſt, ut quod Sempronius iudex iudicaſſet, præſtaretur: à cuius ſententia petitor appellauit, & cum apud competentem appellationis iudicem res ageretur defenſore cōdemnato, quæſitū eſt, an ſtipulatio commiſſa eſſet? Scæuola reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non eſſe iure commiſſam. Claudius. Ideo in ſtipulatione adijcitur: Quiue in eius locum ſubſtitutus erit.

VII. EXCEPTIO: *Niſi alia actione agatur quàm cuius reſpectu ſatiſdatū eſt. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. fin. ff. iudic. ſolui, his uerbis*: Si fuero à fideiuſſore procuratoris ſtipulatus Iudicatū ſolui, quaſi in rē acturus, & poſtea in perſonam egero, uel alia actione acturus, aliā autem dictauero, non committitur ſtipulatio: quia de alio actum uidetur, de alio ſtipulatio interpoſita eſt. *Concordat l. 64. §. fin. ff. de iudicijs, his uerbis*: Si quis alio iudicio acturus iudicatum ſolui ſatis acceperit, deinde alio iudicio agat: nō committitur ſtipulatio, quia de alia re cautum uidetur.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi ſemel ex hac ſtipulatione actū ſit, uel ſtipulatio cōmiſſa. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. In hac ſtipulatione ff. Iudicatū ſolui, his uerbis*: In hac ſtipulatione quia plures cauſæ ſunt una quantitate concluſæ, ſi committetur ſtatim ſtipulatio ex uno caſu amplius ex alio committi non poteſt. *Concordat l. 13. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Cū quærebatur, ſi interpoſita iudicatū ſolui ſtipulatiōe, cū qs rē nō defenderet, poſtea ex eremoditio ſententiā eſſet paſſus, an ob rem iudicatā clauſula cōmittatur? Vlpianus dicebat, unā clauſulā in ſtipulatione Iudicatū ſolui ob rem non defenſam, & ob rem iudicatā in ſe habere. Cum igitur Iudicatū ſolui ſtipulatio una claudatur clauſula, ſiue res iudicetur, ſiue res non defendatur: meritò quæritur, ſi altera clauſula committatur, an ex altera rurſum committi poſsit? Ecce enim ſi quis ſtipuletur, ſi nauis ex Aſia uenerit, aut ſi Titius conſul fuerit: conſtat, ſiue nauis prior uenerit, ſiue Titius antè conſul factus ſit, cōmitti ſtipulationem. Sed ubi commiſſa eſt, ex priore cauſa, ex altera (licet exiſtat conditio) amplius non committitur. Altera enim cauſa non utraq; inerat ſtipulationi.

Propoſitæ exceptionis replicatio eſt: *Niſi aduerſus alium poſtea committatur ſtipulatio, uel agatur, quàm aduerſus quem actum eſt prius. Hæc replicatio approbatur l. ult. ff. eod. tit. his uerbis*: Si unus ex fideiuſſoribus ob rem non defenſam conuentus ſit: deinde poſtea ea res defendatur, alter fideiuſſorum ob rem iudicatam conueniri poteſt. Et ſi reus promittendi duobus hæredibus relictis deceſſerit, alter rem nō defendat, alter defendat: is qui non defendit, ob rem non defenſam conueniri poteſt: ille qui defendit, ob rem iudicatam. Quoniā in unius eiuſdemq; perſona non poſſe committi has duas clauſulas creditur. Et nos dicimus, ſemper pręualere rei iudicatę clauſulam, eamq; ſolam committi.

IX. EXCEPT. *Niſi conditio defenſoris poſtea ſit mutata. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. nam ut cōmittatur. ff. iudicatū ſolui. cuius uerba uide ſ. excep. prox. repl. 2. Huius exemplū eſt. Si cum tutor defenderet pupillū, ſatiſdedit, poſteaq; tutor eſſe deſierit. quod exemplū proponitur l. 2. §. fin. ff. de adminiſt. tutor, his uerbis*: Marcellus ſcribit: Et ſi ſatiſdedit tutor, mox abſtinuit pupillus, fideiuſſorib. quoq; eius debere ſubueniri. Sed ſi pupillus non abſtinuit, quemadmodū ipſi, ita & fideiuſſoribus eius ſubueniri maximè, ſi pro abſente pupillo, uel pro infante ſatiſdederit.

Exceptiones cauſæ ob rem non defenſam ſpeciales.

¶ Hactenus exceptiones aduerſus tres propoſitæ actionis cauſas, propoſitæ ſunt generales quidē: ſequuntur nunc ſpeciales exceptiones aduerſus illam cauſam: Si res non defendatur.

X. EXCEPTIO: *Niſi res defendatur: tunc enim nō cōmittitur ob rem non defenſam clauſula. quæ exceptio approbatur l. 15. ff. iudicatum ſolui. his uerbis*: Hæc ſtipulatio, Quādiu res nō defendatur, ſimulatq; defendi cœperit. aut defendi debere deſierit, reſoluitur. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt*: *Niſi defenſor nō ſit idoneus, nec ſatiſdet. Hæc replicatio approbatur l. 5. §. nunc uideamus. ff. iudicatū ſolui, his uerbis*: Nūc uideamus

qualis

qualis defensio exigatur, ne committatur stipulatio, & quarũ personarũ. Et siquidem ex personis enumeratis in defensioné quis succedat: palàm est rectè rẽ defendi, nec cõmitti stipulationé. Si uerò extrinsecus persona defensoris interueniat, æquè stipulatio nõ cõmittitur: si modò ille paratus sit té boni uiri arbitratu defendere, hoc est satisdare. Sic enim uidetur defendere, si satisdet. Cęterũ si simpliciter paratus sit interuenire, nec admittatur cõmittetur ista stipulatio ob ré nõ defensam. Ait Iurisconsultus: Ex personis enumeratis, scilicet s. eadẽ lege & l. 3. § fin. de quibus uide J. replicatione 3. cum sequentibus. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi actor defensorem etiã non idoneum admiserit. quæ duplicatio approbatur d. §. nũc uideamus, in fine. his uerbis: Quod si quis eũ uel cũ satisdatione, uel sine satisdatione admiserit: consequens erit dicere, stipulationis istius nullá partem cõmitti: quia sibi imputare debet, qui talẽ defensoré admisit. Secũda replicatio est: Nisi cõditio personæ defendẽtis sit mutata: & mandatũ procuratoris defendentis à domino reuocatũ. Hæc replicatio approbatur l. 7. ff. iudicatũ solui, his uerbis: Si ante acceptũ iudiciũ ꝓhibitus fuerit procurator à domino, & actor ignorás ꝓhibitũ eũ esse egerit, an stipulatio cõmittatur? Et nihil aliud dici potest, quàm cõmitti. Quod si quis sciens prohibitũ esse egerit, Iulianus putat stipulationé nõ cõmitti. nã ut cõmittatur, nõ sufficere ait cũ ea persona acceptũ esse iudiciu, quæ stipulatione cõprehensa est: sed oportere etiá causam personæ eandé esse: quæ stipulationis interponendæ tempore fuit. Et ideo si is qui procurator datus est, hęres extiterit domino, atq; ita acceperit iudiciũ, siue etiá prohibitus acceperit, nõ cõmittitur stipulatio. Nã & aliâs responsum est, si quis absenté defendens satisdederit: deinde uel ꝓcurator ab eo datus, uel postquam hæres ei extiterit, iudiciú acceperit, fideiussores nó teneri. Propositæ replicatio est: Nisi actor sciens cõditioné defensoris mutatá, nõ cõtradixerit. quæ duplicatio approbatur iã dictis uerbis bisce: Quod si quis sciens prohibitũ esse egerit, Iulianus putat stipulationé nõ cõmitti. Secũdũ hãc duplicationẽ seu distinctionẽ intelligenda reor uerba ibidem sequentia, quæ uolunt nõ cõmitti stipulationẽ conditione defensoris mutata. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi unus tãtũ ex pluribus fideiussoribus, uel hæredibus defendat. Hæc replicatio reprobatur l. 5. §. 1. ff. iudicatũ solui, his uerbis: Vnus ex fideiussoribus uel hæredibus pluribus, alio cessante suscipere defensioné potest. Concordat d. l. 5. §. si ex fideiussor. his uerbis: Si ex fideiussoribus qui iudicatum solui cauerãt, extat defensor: placuit ob rẽ iudicatá stipulationé nõ cõmitti: cęteraq; eadẽ esse atque si extraneus defensor existat. Cõcordat itẽ l. 42. §. fin. ff. de procuratorib. cuius uerba uide s. cap. prox. q. 5. exc. 22. repl. 4. Quarta replicatio est: Nisi plures simul quilibet pro sua parte defendere uelint. Hæc replic. approbatur l. 5. §. si tamẽ. ff. iudicat. solui, his uerbis: Si tamen plures fideiussores defendere fuerint parati: uideamus utrũ unum defensoré debeãt dare, an uerò sufficiat ut unusquisq; eorũ ꝓ parte sua defendat, uel defensoré substituat: & magis est, ut nisi unũ dẽt ꝓcuratoré (desiderãte scilicet hoc actore) committatur stipulatio ob ré non defensam. Nã & plures hæredes necesse habebũt unũ dare procuratoré, ne defensio per plures scissa, incõmodo aliquo adficiat actoré. Aliud est in hęredibus actoris, quibus necessitas nõ imponitur, ut per unũ litigẽt. Cõcordat l. 38. ff. de procuratorib. cuius uerba uide J. dupl. 2. Huius replicationis prima duplicatio hæc est: Nisi omnes in solidũ defendãt, nõ quilibet pro sua parte. quæ duplicatio approbatur l. 42. §. fin. ibi: Vel omnes. ff. de procuratorib. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 5. excepc. 22. repl. 4. Altera duplicatio est: Nisi pluribus propositis actionib. in singulas singuli defensioné suscipere sint parati. Hæc duplicatio approbatur l. [illegible] c. lege sequẽte. ff. de procuratorib. his uerbis: Et quæsitũ, si aduersarius plures intẽdat actiones, & in singulas singuli existant defensiones suscipere parati: an absens defendi uideatur: & uideri eũ rectè defendi Iulianus ait: quo iure nos uti Põponius scribit. Nõ tamé eousq; procedendũ erit, ut si decẽ petantur, & existãt duo defensores parati in quina defendere, audiãtur. Quinta replicatio est: Nisi plures unũ procuratoré dederint ad defendẽdũ. Hæc replicatio reprobatur per ea quæ iã dicta sunt. Sexta replicatio est: Nisi non in solidũ defendatur. Hæc replicatio approbatur l. 17. ff. iudicatũ solui, his uerbis: Ex clausulá de re iudicata, dolo malo, ob ré nõ defensam, in solidũ cõmittitur stipulatio. Nõ enim uidebitur defensa res boni uiri arbitratu, quæ nõ in solidũ defensa sit. Septima replicatio est: Nisi defensor nõ satisdederit. quæ replicatio approbatur l. 5. §. nũc uideamus, ibi: Si modò ff. iudicatũ solui. cuius uerba uide s. ead. except. repl. 1. sed & leges cõcordantes uide s. eod. cap. quæst. 2. rep. 2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi actor defensoré sine satisdatione admiserit. quæ duplicatio approbatur d. §. nunc uideamus. Octaua replicatio est: Nisi alibi quàm ubi agitur, defendere sit paratus. Hæc replicatio approbatur l. 5. §. fin. ff. iudicat. solui, his uerbis: Illud sciẽdũ est, ibi ré esse defendẽdá, ut rectè defendatur, ubi debet agi. Nona replicatio est: Nisi postquã cũ uno ex fideiussoribus ob rẽ nõ defensam, lis cõtestata est, defensio à reo suscipiatur. Hæc replicatio reprobatur l. 3. §. fin. cũ lege sequẽte. ff. iudicatũ solui, his uerbis: Si plures fuerint fideiussores, posteaquã cũ uno lis cõtestata est, ex clausula ob ré nõ defensam, ipse reus potest suscipe-

 re de-

re defensionē. Is autem cū quo actū fuerit, absolui debet. *Decima replicatio est: Nisi postquā fideiussor ob rem non defensam condemnatus est, defensio à reo suscipiatur. Hæc replicatio approbatur l. 5. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Iam tamen fideiussore qui iudicium acceperat, damnato, frustra defensionem reus suscipit. Cęterùm etsi solutum fuerit postquam iudicatum est, repetitionem constituemus eius qđ solutū est. *Vndecima replicatio est: Nisi postquam unus fideiussorū suā partē, ob rem non defensam soluit, defensio suscipiatur. Hæc replicatio reprobatur l. 14. in prin. ff. Iudicatū solui, his uerbis:* Si ex duobus fideiussorib. qui iudicatū solui spoponderát, alter ob rem non defensam, partem suam soluerit, nihilominus res defendi poterit: nec tamen is qui soluerit, repetet. stipulatio enim pro parte eius perempta est, perinde ac si acceptum ei factum fuisset. *Duodecima replicatio est: Nisi defensor interrogatus nō responderit. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. Celsus. ibi: An ergo. ff. de interrogat. in iure facien. cuius uerba uide ȷ. Lib. prox. cap. 5. de Confessis. quæst. 1. except. 1. Hæc de replicationibus exceptionis propositæ. Plures huiusmodi replicationes uide ȷ. Lib. 8. ca. 6 quæst. 1. exceptione 4.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi adhuc res defendi posit, & lis ex stipulatione nondum sit contestata. tunc enim actio proposita differtur. quæ exceptio approbatur l. 1. §. penult. ff. Iudicatum solui, his uerbis:* Ob rē non defensam stipulatio nō committitur, quamdiu potest existere, qui defendat. *Concordat l. 11. §. proinde uidendum. ff. eod. tit. his uerbis:* Videndum est stipulatio ob rem non defensam, utrum commissa est, re non defensa, an non prius creditur commissa, nisi ex stipulatione lis fuerit contestata? quod magis est. Et ideo nec fideiussoribus uidetur statim dies cedere, ubi res cœperat, non defendi.

XII. EXCEPTIO: *Nisi iustam non defendendi causam habeat. Hæc exceptio approbatur l. 45. §. 1. ff. de procuratoribus, his uerbis:* At si iustam causam habeat cur iudiciū accipere nolit, nec fideiussores teneri. quia uir bonus arbitraturus non fuit, ut qui iustam excusationē adferret, defendere cogeretur. *Quæ autem sint huiusmodi causæ iustæ, ex quibus defendere quis non tenetur, dictum est ȿ. Libro proximo, capite 7. reg. 10.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi reus demens factus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. §. si reus. ff. Iudicatum solui, his uerbis:* Si reus postquàm iudicatum solui promisit, demens factus sit, an stipulatio committatur, ob rem non defensam, quæritur? magisque est ut committatur, si nemo eum defendat.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi reus inuitus in ius uocari non posit. Hæc exceptio reprobatur l. 12. ff. Iudicatum solui, his uerbis:* Si reus post iudicatum solui stipulationem in magistratu sit, nec inuitus in ius uocari posit: tamen nisi res boni uiri arbitratu defendatur, fideiussores tenentur.

XV. EXCEPTIO: *Nisi de re defendenda Prætor iudicium accipere non cogat. Hæc exceptio approbatur l. 18. ff. eod. tit. his uerbis:* Vir bonus non arbitratur indefensam esse rem, de qua Prætor accipere iudicium non cogat.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi lis finita sit. Hæc exceptio approbatur l. 2 ff. Iudicatum solui, his uerbis:* Cum lite mortua nulla res sit: ideo constat fideiussores ex stipulatu iudicatum solui, non teneri. *Concordat l. 13. §. penultim. ff. eod. tit. his uerbis:* Si fortè lis finita fuerit, ad quam defensio erat necessaria, uel solutione, uel transactione, uel acceptilatione, uel quo alio modo: consequenter placuit euanescere ob rem non defensam clausulam. *Concordat l. 15. ibi: Aut defendi debere desierit. ff. eod. tit. cuius uerba uide ȿ. exceptione decima, in principio. Huius exemplum proponitur l. 33. ibi: Si autem adierit. ff. de fideiussoribus, cuius uerba uide ȷ. exceptione 19.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi res de qua lis est, interierit. Hæc exceptio reprobatur l. 11. ff. Iudicatum solui, his uerbis:* Si seruus qui in rem actione petebatur, lite contestata decesserit, deinde possessor litem deseruerit: quidá eius fideiussores pro lite datos nō teneri putant: quia mortuo homine, nulla iam res sit, quod falsam est: quoniam expedit de euictione actionis conseruandæ causa, item fructuum nomine rem iudicari.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi reus pro quo satisdatum est, soluendo esse desierit. Hæc exceptio reprobatur l. 76. ff. de procuratoribus, cuius uerba uide ȿ. eod. Lib. capite secundo, quæstione sexta, regula 3.*

XIX. EXCEPTIO est: *Nisi per actorem steterit, quo minus defendatur. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 33. in fine. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Si eum hominem quem à Titio petieram, pro quo satis de lite acceperam, Titius libertum hæredemque reliquerit: si quidem reuera ipsius fuit, dicendum est iudicium in eum transferri: & si non patiatur id fieri, committi stipulationem. Si autem meus petitoris fuerit, neq; iussu meo hæreditatem adierit, fideiussores tenebuntur ob rem non defensam. Si autem adierit me iubente, stipulatio euanescit. Planè si meus fuerit: & idcirco differam aditionem, ut cum uicero, tunc eum iubeam adire, & interim ob rem non defensam agere uelim, non cōmittetur

mittetur ſtipulatio? quia uir bonus non arbitraretur.

Exceptiones cauſæ, ſeu clauſulæ ſtipulationis de Dolo malo, ſpeciales.

Vltima clauſula ſtipulationis de Dolo malo præter hactenus enumeratas exceptiones generales, recipit et ſequentes exceptiones ſpeciales.

XX. EXCEPT. *Niſi alius quàm is qui iudicatū ſolui ſatiſdedit, dolum commiſerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi hæres eius, qui ſatiſdedit dolum commiſit. quæ replicatio approbatur l.19. in prin. ff. iudicatum ſolui, his uerbis:* Nouiſsima clauſula iudicatū ſolui ſtipulationis, Dolum malum abeſſe, abfuturúq; eſſe, & in futurū tempus permanens factum demonſtrat. Itaq; & ſi fortè deceſſeritis qui dolo fecit, tenebitur hæres eius. Verbum enim adfuturū'q; eſſe pleniſsimū eſt, & ad omne tēpus refertur: ut ſi aliquo tēpore nō abfuerit dolus (quoniam uerum ſit non abfuiſſe) cōmittatur hæc clauſula. *Secunda replicatio eſt: Niſi in ſtipulatione ita ſit adiectū: Si huius rei dolus malus non aberit, quanti ea res eſt, dare ſpondes. quæ replicatio approbatur d.l.19. §. ſin autem, his uerbis:* Sin autem adiectum ſit: Si huius rei dolus malus nō aberit, quanti ea res eſt, dare ſpondes? etiam ob extranei dolum promiſſor de pœna tenebitur.

XXI. EXCEPT. *Niſi non ſtipulationis tempore, ſed poſtea, uel ante dolus ſit commiſſus. Hæc exceptio approbatur d.l.19. §. fin. his uerbis:* Doli autē mali clauſula ſicut reliquæ ſtipulationes in quib. tēpus nominatim adiectū non eſt, ad principium ſtipulationis refertur. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi tempus in ſtipulatione ſit adiectum. quæ replicatio conſtat ex uerbis iam dictis hiſce:* Tempus nominatim adiectum nō eſt. *Concordat d.l.19. in prin. cuius uerba uide ſ. except. prox. repl.2. Hæc de cauſis, earumq; exceptionibus actionis ex ſtipulatu Iudicatum ſolui. Sequuntur nunc reliqui eius actionis loci.*

2. Quibus datur hæc actio.

Prima reg. De domino procuratore ſtipulante, proponitur l.28. in prin. ff. de procur. his uerbis: Si procurator meus Iudicatū ſolui ſatis accepit, mihi ex ſtipulatu actio utilis eſt: ſicut iudicati actio mihi indulgetur. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi procurator agat. Hæc exceptio reprobatur d.l.28. §.1. his uerbis:* Sed & ſi agat procurator meus ex ea ſtipulatione, me inuito, nihilominus tamen mihi ex ſtipulatu actio tribuetur. Quæ res facit, ut procurator meus ex ſtipulatu agendo exceptione debeat repelli: ſicut cum agit iudicati, non in rem ſuam datus, neq; ad eandem rem procurator factus. *Secundæ exceptionis loco notandum, quòd domino utilis, non directa competat actio. quæ exceptio approbatur l.27. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Licet procuratori commiſſa ſit ſtipulatio, tamen domino erit danda utilis ex ſtipulatu actio, directa penitùs tollenda.

Altera regula. De hæredibus, proponitur l.32. §. Iulianus. ff. ad l. Falcidiā. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. reg.2. except.1.

3. Aduerſus quos datur.

Prima regula. De domino procuratore uel defenſore promittente, proponitur l.28. §. per contrarium. ff. de procur. his uerbis: Si procurator meus Iudicatum ſolui ſatiſdederit, in me ex ſtipulatu actio non datur. Sed & ſi defenſor meus ſatiſdederit, in me ex ſtipulatu actio non datur: quia nec iudicati mecum agi poteſt.

Altera regula. De hæredibus promiſſoris. Aduerſus hos quoq; actio propoſita competit. quæ regula approbatur Inſt. de ſatiſdationib. §. ſi uerò aliquis conuenitur ſi quidem præſens. ibi: Vt tam ipſe, quàm hæredes eius obligentur. cuius reliqua uerba uide ſ. ca.7. quæſt. 8. de reo conuento. caut.3. Concordat l.19. in princip. ff. iudicatum ſolui, cuius uerba uide paulo ſuperius except.18. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi aduerſus eos hæredes, qui rem defenderunt, uel ſoluerunt, aut dolo nihil fecerunt: hi enim non tenentur. quæ regula approbatur l.32. §. Iulianus. ff. ad l. Falcidiam, his uerbis: Conſtat ex iudicatum ſolui ſtipulatione (ſiue à parte actoris, ſiue rei plures hæredes extitiſſent) non omnibus, nec aduerſus omnes, actionem contingere: ſed duntaxat ijs qui uiciſſent, aduerſus uictos: hiſq; aduerſus quos res defenſa non eſſet, aduerſus eos qui rem non defendiſſent.

4. Quid ueniat in hac actione.

Prima regula. In tantum committitur Iudicatum ſolui ſtipulatio, in quantum iudex pronunciauit. Quæ regula approbatur l.9. ff. iudicat. ſolui, his uerbis: Iudicatum ſolui ſtipulatio expeditam habet quantitatem: In tātum enim cōmittitur, in quantum iudex pronunciauerit.

Secunda reg. Quilibet fideiuſſorū non niſi pro parte ſua tenetur. quæ reg. approbatur l.16. ff. iudic. ſolui, his uerbis: Ex iudicatum ſolui ſtipulatione ob rem non defenſam cum uno ex fideiuſſoribus agere uolo. Quod pro parte eius ſit, ſi ſoluero mihi paratus eſt: non debet dari mihi in eū iudicium: neq; enim æquū eſt, aut iudicio adſtringi, aut ad inficiationem compelli eum qui ſine iudice dare paratùs eſt, quantum aduerſarius eius per iudicem ab eo conſecuturus eſt.

5. Quando competat actio propoſita.

Definitur hæc quæſtio l.1. ff. iudicatum ſolui, his uerbis: In ſtipulatione Iudicatum ſolui poſt rem iudicatam ſtatim dies cedit: ſed exactio in tempus reo principali indultum differtur.

6. Euentus huius actionis.

Prima regula. De cautione ab actore præstanda, proponitur l.14.§.quoties ff.iudicatum solui, his uerbis: Quoties ex stipulatione Iudicatú solui ob rem non defensam agitur cum fideiussoribus, non est iniquum caueri dominum priore iudicio absolui: quia omissa cautione, fideiussores mandati iudicio non consequentur, aut certè cogentur dominũ priore iudicio defendere.

Secunda regula. Fideiussores condemnati, id quod soluerunt mãdati iudicio à reo repetere possunt. quæ regula approbatur l.5.§.in hac stipulatione.ff.iudicatum solui, his uerbis: In hac stipularione hoc tractatur, an qui fideiusserunt, si defensionem omiserint, mandati iudicio teneantur? Et est uerius non teneri. Hi enim in quantitatem interuenerunt, & hoc illis fuit mandatum, nõ in defensionem. Quid tamen si & hoc sibi adsumpserint, ut defendant? an mandati posint agere? Et si quidem uicti sunt, utique ob rem iudicaram præstiterunt, consequenter. Sumptus tamen litis minimè petent. Sin autem obtinuerint, poterunt & sumptus litis consequi, quasi iuxta mandatum, & si non mandatum fecerint. *Concordat d.l.5.in principio.cuius uerba uide s̄.except.10.repl.10. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi fideiussor soluens non exegerit cautionẽ ab eo cui fuit condemnatus, dominum iri absolutã, uel dominum conuentum non defenderit. Hæc exceptio approbatur l.14.§.quoties.ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄ reg.prox.*

Tertia regula. Si fideiussor reum non defenderit, mandati iudicio non tenetur. quæ regula approbatur l.5.§.in hac stipul.ff.iudicatum solui. cuius uerba uide s̄.reg.prox.

7. Adfine remedium.

Adfine remedium est Iudicati actio: quod approbatur l.8.§.idem Celsus.ff.de nouationibus, his uerbis: Cèlsus ait: Iudicatum solui stipulatione actionem iudicati non nouari, meritò: quia hoc solũ agatur ea stipulatiõe, ut & fideiussoribus cautum sit, nõ ut ab obligatione iudicati discedatur.

Hactenus de actibus iudiciorum, qui litis contestationem præcedunt. Nunc de litis cõtestatione & actibus, qui eam sequuntur, nobis tractandum.

DIGESTORVM LIBER SEPTIMVS.

DE ACTIBVS IVDICIORVM POST litis contestationem.

DE LITIS CONTESTATIONE deq; iureiurando ob calumniam dando: & alijs huiusmodi iuramentis. Cap. I.

De litis Contestatione.

1. QVID SIT LITIS contestatio.

L*itis contestatio est, cum iudex per narrationem negocij causam audire cœperit. Quæ definitio proponitur l.unica.C.de litis contestatione, his uerbis*: Res in iudicium deducta non uidetur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, uel actionis species ante iudicium reo cognita. Inter litem enim contestatam, & editam actionem per multum interest. Lis enim tunc contestata uidetur, cum iudex per narrationem negocij causam audire cœperit. *Hæc est uera litis contestationis definitio, sed à paucis hactenus rectè intellecta, & ab alijs aliter explicata. Ideóque quid & mihi ea in re uideatur exponam, quanquam mei propositi non est, uerbosos conscribere Commentarios. Ait Imperator*: Lis tunc contestata uidetur, cum iudex per narrationem negocij causam audire cœperit. *Ad hæc uerba rectiùs intelligenda, non abs re est adducere locum Quintiliani ex Lib 3.Institution orator.cap.6. ubi ait*: Simplex causa etiamsi uariè defenditur, non potest habere plus uno de quo pronuncietur, atque inde erit status causæ, quod & orator præcipuè sibi obtinendum, & iudex spectandum maximè intelligit: in hoc enim causa consistet. *Iuxta hæc uerba Quintiliani, puto uerba definitionis propositæ, hæc.* Causam audire, *interpretanda, pro inquirere & indagare. id in quo causa consistat. Nam causam audire, aliò spectare non potest, quàm ut iudex id in quo causa & controuersia consistit, hoc est statum causæ cognoscat. Est igitur litis contestatio nihil aliud quàm status causæ inquisitio, & litis constitutio. Ex eo dicta quod litigatores litem contestentur, hoc est, simul fateantur & ob oculos ponant. id in quo lis consistit. Hoc autem fit per actionem propositam, & responsionem aduersus eam insecutam, per exceptionem, replicationem, duplicationem. &c. Hoc est quod in proposita definitione Imperator ait*: Per narrationem negocij. *Nam actio, exceptio, replicatio, item & duplicatio nihil aliud sunt, quàm negocij partes, sine quibus totum negocium cognosci plenè non potest. Actio autem omnis constat ex iure & facto, quorum alterutro deficiente, deficit actio: utroq; aũt tã iure quàm facto existente, ut neutrũ à reo possit negari, per exceptionẽ actio infirmanda est. Est aũt*

exceptio

exceptio duplex Peremptoria, et Dilatoria. Dilatoriæ exceptiones sunt, quibus lis à causa actionis ad alias eius circumstantias transfertur. Est igitur infirmandæ actionis ratio triplex: quarum una consistit in negando, eo quòd in actione propositum est, altera in distinguendo: tertia in lite differenda, seu ad alias actionis circumstantias à causa eius transferenda. de quibus singulis in Praxi mea forensi copiosius disserui. Quod autem de actione infirmanda dictum est, idem de exceptione infirmanda est intelligendum. Vt enim actio argumentum est, quo id quod petimus, probare nitimur nobis deberi: ita quoque exceptio argumentum est ad perimendam, seu differendam actionem productam. Proinde aut negando, aut distinguendo eliditur, aut denique litem à causa exceptionis ad alias eius circumstantias transferendo. Hanc autem distinctionem & litis translationem, qua infirmatur exceptio, Replicationem uocant. Sed & eadem replicationis, nec non duplicationis, & triplicationis, quæ actionis & exceptionis infirmandæ ratio est. Quando autem ad actionem, exceptionem, uel replicationem propositam non negando, sed distinguendo, aut litem differendo, transferendo'ue ab aduersario respondetur, lis constare iudici nondum potest. Contrà quando negando respondetur, lis cõstat orta quæstione, quam constitutionem seu statum Rhetores uocant. Hanc litis constitutionem, siquidem in principali fiat negocio, litis contestationem ueteribus Iurisconsultis appellatam esse puto. Nec enim olim, ut nunc fieri solet, ad excipiendum, replicandum, & duplicandum dilationes dabantur, sed iudex uno eodemque tempore exceptiones, replicationes, & duplicationes audiebat, ut illud in quo controuersia consistebat cognosceret: quo cognito, tunc demum ad id probandum dilationes solebat concedere, ut ex ijs quæ in Lib. proxim. capite quinto, de Dilationibus dicta sunt constat. Antequam autem iudex de causa, seu actione proposita pronunciet, lis constituenda est, seu quid litem faciat inquirendum. Lite namque constituta, quemadmodum medicus causa morbi cognita, certius de actione proposita iudicabit, & negocio medebitur. Contrà nondum constituta, seu contestata lite, omnis de negocio principali sententia, iuri & iustitiæ est periculosa. Lis autem omnis, seu quæstio iudicialis aut de iure est, aut de facto: quarum illa quidem secundum leges, hæc uerò secundum motum & arbitrium iudicis, est definienda. de qua re infra dicetur copiosius. Hactenus ergo de Litis contestationis definitione sit dictum.

II. QVANDO LITIS CONtestatio sit facienda, seu lis contestanda.

Prima regula. Intra uiginti dies ab editione libelli, lis contestanda non prius. quæ regula approbatur Nouell. const. 53. §. sed & illud. cum sequentibus, his uerbis: Sed & illud, rametsi rectè ex officio antiquitas disposuit, tamen hoc tempore de industria dolis & artibus circumuenientes, hi legum nostrarum benignitatẽ ad expediendas suas calumnias prætexunt. Nam cum antiquitas uellet, ut qui conuentionis libellum suscepisset, tam in decem dies deliberationem haberet, quo magis & rem ipsam perscrutari, & debitum fortè etiam agnoscere posset, & dissoluere: quàm post decem dierum spacium transmisso libello, subscriberet simul & prętorijs stipulationibus satisfaceret. Quidam ad nostras respicientes leges, quæ post contestatam litem, neq; recusare iudicem, neq; ut alius iudex addatur, petere permittunt. dolis eam rem circumueniũt, & maximè executorib. talia dolo malo excogitantibus: qui simul atq; citatio aliqua offeratur, sæpenumerò ne libello quidẽ edito, neq; ulla cautione prętoria præbita, inuitũ hominẽ ad datum iudicẽ deducunt: & omniũ adhuc rerum ignarũ compellunt litem contestari, ut semel cõtestationis uinculo illigatus, amplius licentiã non habeat, uel refutandi iudicem, uel petẽdi, ut alter saltem in cognitionem iudex societur, & si suspectus fortè iudex existat. Atq; ita & quæ uolunt agunt, & hominem antè in illorũ potestatẽ redactum, quomodo uolunt tractant. Sancimus igitur, ut cum alicui offertur citatio, omnino libellus edatur, neq; (ut olim) citatus decem tantummodò dierum spacium habeat, sed conduplicatum, hoc est uiginti, ut siue iudicem recusare, siue ut alius illi in cognitionem addatur, petere, aut etiam debitum agnoscere, & amicè cum aduersario suo transigere uoluerit, eius agendi habeat licentiam, non uerò per calumniam, aut circumuentionem consistat apud iudicem fortè suspectum, fortè displicentem sibi, nonnunquam erga eum peculiariter etiam malè affectum: nullum uidelicet tempus eo qui litem sustinet, ad cognoscendum habente, quo ipso nomine conuentus comparere debeat. Cum uerò libellum suscipit, sola fideiussione personali ab eo data, & sportulis secundum sacram nostram præbitis constitutionem, protinus exemplo libelli, quem antibiblum Græci appellant, subscribat ea quæ tempus exprimant, quo libellus ipsi fuerit editus, ne & in hoc fraus aliqua suboriatur. Cæterùm cum contestanda apud iudicem lis est, interrogetur reus, an uiginti illi dies deliberationis effluxerint: & quanquã ille ueritatẽ dicat, demonstretur tamen hæc etiã ex die libelli editi, & ex subscriptione in libellũ collata. Ac si dicat uiginti dierum numerum decurrisse, tunc denuò lis contestetur. Medio autem tempore & iudicem recusandi, & alium petendi, & in cognitionem socium

cium assumendi, aut etiam amicè cum aduersario transigendi licentiã habeat, nihil interim neq; damni accipiens, neq; ab executoribus turbarum metuens, sed prætoria cautione exposita, prout ista iudicantibus uisum erit, uiginti dies ad deliberandum obtinens. Quòd si hæc obseruata non fuerint: tametsi litis aliqua uideatur facta esse contestatio, tamen pro nulla habebitur, & potestas erit post talem contestationem æquè intra statutos uiginti dies omnia agere, ac si neque initio contestatio aliqua facta esset.

Altera regula. Intra duos menses lis contestanda, non ulterius litis contestatio producenda. quæ regula approbatur l.96. in pr. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap.7. quæst.8. de actore, reg.2.

III. *Consequens litis contestationem est iuramentum calumniæ, de quo sequitur.*

De iuramento Calumniæ, & alijs huiusmodi iuramentis.

I. AN ET QVANDO IVramentum calumniæ præstandum.

Statim post litis contestationem præstandum. quæ regula approbatur l.2. in prin. C. de iureiurando propter calum. dando, his uerbis: Cum & iudices nõ aliter causas dirimere concesserimus, nisi sacrosanctis Euangelijs propositis, & patronos causarum in omni orbe terrarum, qui Romano imperio suppositus est, prius iurare, & ita perferre causas disposuimus: necessarium duximus præsentem legẽ ponere, per quam sancimus in omnibus litibus, quæ fuerint post præsentem legem inchoatæ, non aliter neq; actorem, neq; fugientem in primo exordio litis exercere certamina, nisi post enarrationem & respõsionem, antequam utriusq; partis aduocati sacramentum legitimum præstent, ipsæ principales personæ subeant iusiurandum: & actor quidem iuret non calumniandi animo litem mouisse, sed existimando bonam causam habere: reus autem non aliter suis allegationibus utatur, nisi prius & ipse iurauerit, quòd putans se bona instantia uti ad reluctãdum peruenerit: & postea utriusque partis uiros disertissimos aduocatos (quod ante dispositũ est à nobis) iuramentum præstare, sacrosanctis uidelicet Euangelijs ante iudicem positis. Sin autem uel dignitas uel sexus personæ non concesserit eam ad iudicem peruenire: in domo litigatoris sacramentũ procedere, altera uidelicet parte, uel procuratore eius præsente. Quod obseruari oportet, & si tutores uel curatores uel aliæ quædam sint personæ, quæ administrationem alienarum rerum authoritate legitima gerunt. Conuenit enim & ipsos iureiurando affici: quia ipsi causam scientes, ita ad eam perueniunt. Neq; enim pupillus, neque adultus, uel aliæ huiusmodi personæ, sed ipsi qui pro eis tutelam uel curam, uel aliam legitimam gerunt administrationem, scire possunt causam, & ita ad iudicium peruenire: eo quòd ex animi sui scientia iurẽt. Et licet uerè causæ natura forsitan alia est: tamẽ quod quisq; credit & existimat, hoc esse iurandum, omnib. iuramentis, quæ uel ex præteritis descendunt legibus, uel à nobis disposita sunt, in sua firmitate duraturis. *Concordat l.12. §. patroni. C. de iudicijs, cuius uerba uide j. quæst.4. reg.4. Propositæ regulæ except. prima hæc esse uidetur: Nisi litigator absit. Hæc exceptio reprobatur d.l.2. §. sin autem abfuerit. de quo j. quæst.5. except.4. Secunda exceptio est: Nisi iuramentum ab aduersario remittatur. Hæc exceptio reprobatur d.l.2. §. sed quia ueremur, his uerbis:* Sed quia ueremur, ne forsitan quidam collusione aliqua utentes, remittere uideantur inter se huiusmodi iuramentum, & ex prædicta dissimulatione nostrã sanctionem deludant: sancimus, omnes iudices, licet ex compromisso cognoscant, uigorem suum exercentes (quia non pro commodo priuatorum, sed pro communi utilitate præsentem legem posuimus) minimè pati tale sacramentum remitti, sed omnimodò hoc & ab actore & à fugiẽte exigi: ne paulatim uideatur huiusmodi res defraudari, & sacramentum uel principalium personarum uel aduocatorum ex quacunque parte mutilari. *Tertia exceptio est: Nisi causæ sint tempore latæ constitutionis pendentes. Et hæc exceptio reprobatur d.l.2. §. sed prædictum, his uerbis:* Sed prædictum sacramentum in litibus quidem quæ nondum inchoatæ sunt, præstari uolumus in ipso litis primordio. Sin autem causæ adhuc pendentes inueniantur: uel post litem contestatam, & post solitas iudiciales cautelas iam præstitas, siquidem præstò fuerit utraque persona, & in eadem ciuitate uel in territorio eius moratur: & in his litibus sacramentum locum habere, & in primo post hanc legem ingressu eum compelli iusiurandum præstare. Sin autem una pars abfuerit, ne uideatur propter absentiam personalis differri, & aliquid contrarium eueniat nostro posito, & quod pro compendio litium introductum est, In aduersariam figuram transformetur iubemus præsentem quidẽ personam omnimodò dare sacramentum, absenti autem duntaxat in pendentibus litibus (secundum quod suprà dictũ est) hoc concedi. Sin aũt utraq; principalis persona abfue-

abſueritne diutius lites protelentur, etiam ſine datione ſacramenti lites pendentes ſuo decurrant tramite. *Ait Imp.* Secundum quod ſupradictum eſt. *Scilicet ead. lege. § ſin autem abſuerit. cuius uerba proponentur* J.

II. RATIO ET VSVS IVramenti calumniæ præſtandi.

Proponitur Inſt. de pœna temerè litigantium, his uerbis: Admonendi ſumus, magnam curam egiſſe eos, qui iura ſuſtinebát, ne facilè homines ad litigandũ ꝓcederét: quod & nobis ſtudio eſt. Idq; eo maximè fieri poteſt, q. temeritas tam agentiũ, quàm eorũ, cũ quib. agitur, modò pecuniaria pœna, modò iuriſiurãdi religione, modò infamiæ metu coerceretur. Ecce enim iuſiurãdũ omnibus, qui cõueniuntur, ex cõſtitutione noſtra defertur. Nã reus nõ aliter ſuis allegationib. utitur, niſi prius iurauerit, quòd putans ſe bona inſtantia uti, ad cõtradicendũ peruenit. *Concordat l. 2. § ſi enim & ipſæ. C. de iureiurãdo propter calum. his uerbis:* Si & ipſæ principales litigantium partes, per iuramentũ lites exerceant, & patroni cauſarũ præbeant ſacramẽtum, & ipſi iudices propoſitis ſacroſanctiã ſcripturis tam cauſæ totius faciãt examinationẽ, quam ſuum proferãt arbitrium: quid aliud niſi pro hominibus Deum eſſe omnibus cauſis iudicem crẽdẽdum eſt? Antiqua itaq; calumnia quieſcente, & eius ambagibus, conſtitutio noſtra dilucida & compendioſa in terris clareat omnibus, & ſit maximum dirimendarum cauſarum remedium. *Concordat l. 12. in prin. C. de iudicijs, cuius uerba proponentur infrà.*

III. CAVSAE, EX QVIbus iuramentum præſtandum.

Prima cauſa. Si probatio ab aduerſario exigatur, prius calumnis iurandum. quæ cauſa approbatur l. 1. C. de iureiurando propter calum. dando, his uerbis: In omnib. cauſis, ſiue propter literas fuerit certatũ, ſiue propter inſtrumenta, ſiue propter quidquam aliud in quo neceſsitas probationis incumbit: ſancimus non aliter eaſdem probationes præſtare compelli, niſi prius qui eas expoſcit, iuramentum de calumnia præſtiterit, quòd non cauſam differendo huiuſmodi allegationem propoſuit. Nam ſacramenti timore contentioſa litigantium inſtantia compeſcitur. Ne autem perpetam in quæſtione ſeruorum quidam uenientes, ſui animi crudelitatem exerceant: non aliter concedimus, qui quæſtiones ſeruorum expoſcunt, ad hoc uenire, uel à iudicibus audiri: niſi prius tactis ſacroſanctis ſcripturis deponant, quod non odio ſeruorum, uel propter offenſas cohæredũ ad hoc uenerunt: ſed quia aliter rerum hæreditariarum ueritatem exquirere uel oſtendere non poſſunt. *Propoſitæ cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi ſemel iuramentum in genere ſit præſtitum: tunc enim ex propoſita cauſa denuò non eſt iurandũ. quæ exceptio approbatur Nouell. conſt. 50. §. quia uerò, his uerbis:* Quia uerò ad maiorem litigantium reuerentiam & formidinem, uoluimus ut ſtatim ſub ipſo litis primordio, ex litigatoribus actores quidem iurent, non ſe calumniæ cauſa litem intentare: rei uerò quod conuenienter ſe defenſionem, non contendendi ſtudio putent ſuſcipere, propterea & hanc in commune legem contra quamcunq; omnino perſonam propoſuimus, nulli hoc remittentes. Enimuerò & illud appoſuimus, ut ſi quis rationum ſuarũ, aut literarum probationem edi à quoquã poſtulet, prius iuret non ſe differendæ litis cauſa hoc facere. Pleriq; enim contumeliæ ſolũmodo cauſa & maximè in honeſtiorib. mulieribus, ſiue ex literis probatio obijciatur ſiue quacunq; alia de cauſa, protinus ad hoc iuramentũ decurrunt, ut in una nõnunquam controuerſia, ſæpius etiã iuramentũ præſtetur. Sancimus igitur, hanc tollentes contumeliam, neq; uolentes in eadẽ cõtrouerſia plura præberi iuramenta, ut eũ utraq; pars, hæc quidẽ de calumnia, illa uerò q. iuſtã cõtradictionẽ & cõtrouerſiã litis arbitretur, iuramentũ ſubit apponat, ſi quando (per totã ſcilicet litẽ) ꝓbationes ab aduerſario ſuo requirat, quod non per cauſam id faciat extrahendæ litis, ſed quia reuera ſibi neceſſariam fore ab aduerſario ſuo exhibẽdam probationem arbitretur. Et ſi eo modo iurauerit, ne ultra omnino iuſiurandũ exigatur, & ſi multæ ab altera parte probationes requiſitæ fuerit. Imò probationes exhibeantur, neq; ſæpius iuramentum cogantur ſubire, cum ſemel eiuſmodi iuramẽtum in genere præſtiterint.

Secũda præſtãdi calũniæ iuramenti cauſa eſt. Si quis edi ſibi rationes ab argentario petierit. quæ cauſa approbatur l. 6. §. exigitur ff. de edendo. de qua re uide ſ. Lib. prox. cap 4. membr. 2. quæſt. 3. reg. 1. except. 1.

Tertia cauſa eſt. Si quis aduerſario deferat iuſiurandum iuris deciſorium, ipſe prius de calumnia tenetur iurare. de qua re uide j. eod. Lib. cap. 6. q. 2. except. 9.

Quarta cauſa eſt. Quod omnis actor, omnis item reus, de calumnia cogitur iurare. de qua re dictũ paulo ſuperius quæſt. 1. item j. quæſt. prox.

IIII. QVI IVRARE TENEantur: item quid, ſeu de qua re iurandum.

Prima regula. De iuramento actoris, proponitur Inſt. de pœna temerè litigant. §. item actoris, his uerbis: Actoris quoq; calumnię coercetur. Nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur ex noſtra

nostra constitutione. *Concordat l. 2. in prin. ibi: Et actor quidem. C. de iureiurando propter calum. cuius uerba uide paulo superius quæst. 1. in prin. Aliud actoris iuramentum proponitur Nouell. c. 124. in prin. his uerbis:* Præsentem legem proferimus, ut & iudicum integritas elucescat, & litigatores non ualeant largitione leges circumscribere. Iubemus igitur, ut quotiescunque apud ullos iudices uel magistratus, lites aut appellationes examinantur, ante omnia principales litigantium personæ, aut illi ad quos (ut potest fieri) medio tempore lis deuoluta est: in præsentia iudicum tactis sanctis Euangelijs iurent, quòd nihil penitùs uel iudicibus patrocinij gratia, uel cuicunq; alij personæ ex eadem causa quocũque modo dederint, promiserintúe, aut postea dabũt, uel per se, uel per quamcunq; aliam personam, exceptis his quæ aduocatis suis pro aduocatione præbent, aut alijs personis quibus leges nostræ dari præscripserint. Hoc autem obseruari præcipimus, & in sacro nostro consistorio cum consultationes introducuntur, ut in præsentia sacri senatus memorata, sacraméta præbeantur.

Secunda regula. De iuramento rei conuenti, proponitur Inst. de pœna temerè litigantium, in prin. cuius uerba uide paulo superius quæst. 2. in prin. Concordat l. 2. in prin. ibi: Reus autem non aliter. C. de iureiurando propter calum. cuius uerba uide paulo superius quæstion. 1. Aliud rei conuenti iuramentum, proponitur Nouell. const. 124. in princip. cuius uerba uide s̃ reg. prox.

Tertia regula. De tutore & curatore actoris uel rei conuenti, proponitur d. l. 2. §. quod obseruari. cuius uerba uide s̃. d. quæst 1. Concordat Nouell. c. 124. §. in litibus, his uerbis: In litibus uerò qui per tutores aut curatores agitantur, iuramenta quidem tutores aut curatores subeunto, sed nullo ex hoc præiudicio generando ijs, qui sub tutela aut cura degere noscuntur.

Quarta regula. De aduocatis utriusq; partis, proponitur Inst. de pœna temerè litigantium. §. utriusque, his uerbis: Vtriusque etiam partis aduocati iusiurandum subeunt, quod alia nostra cõstitutione comprehensum est. *Concordat l. 12. §. patroni. C. de iudicijs, his uerbis:* Patroni causarum, qui utriq; parti suum præstantes ingrediuntur auxilium, cum lis fuerit contestata, post narrationem propositam, & contradictionem obiectam, in qualicunq; iudicio maiore seu minore, uel apud arbitros, siue ex compromisso, uel aliter datos uel electos: sacrosanctis Euangelijs tactis iuramentum præstent quod omni quidem uirtute sua, omnique ope quod iustum & uerum existimauerint, clientibus suis inferre procurent, nihil studij relinquentes, quod sibi possibile est: nõ autem credita sibi causa cognita, quod improba sit, uel penitus desperata, & ex mendacibus allegationib. composita, ipsi scientes prudentesq; mala conscientia liti patrocinentur. Sed & si certamine procedente aliquid sibi tale cognitum fuerit, à causa recedant, ab huiusmodi communione sese penitùs separantes. Hocque subsecuto, nulla licentia concedatur spreto litigatori ad alterius aduocati patrocinium conuolare, ne melioribus contemptis, improba aduocatio subrogetur. Sin autem pluribus patronis adhibitis, & iuramento ab omnibus præstito, quidam ex his causa procedente patrocinandum esse crediderint, quidam recusauerint: exeant quidé recusantes, uolentes autem remaneant. Causæ etenim terminus manifestare poterit, q timidius, quiq; audacius iudiciũ uel reliquerunt, uel protulerunt: nec in hac parte litigatoribus danda licentia alios pro recusantibus subrogare. *Concordat item l. 2. in prin. item ibi: Et postea utriusq;. C. de iureiurando propter calum. cuius uerba uide s̃. quæst. 1. in prin.*

Quinta regula. De iudice. proponitur l. 12. in prin. C. de iudicijs, hisce uerbis: Rem non nouam neque insolitã aggredimur, sed antiquis quidem legislatoribus placitam: cum uerò cõtempta sit, nõ leue detrimentum causis inferentem. Cui enim non est cognitum, antiquos iudices non aliter iudicialem calculum accepisse, nisi prius sacramentum præstitissent, omnimodò sese cum ueritate & legum obseruatione iudicium disposituros? Cum igitur & uiam non inusitatam inuenimus ambulandam, & anteriores leges nostræ, quæ de iuramentis positæ sunt, non minimam suæ utilitatis experientiam litigantibus præbuerunt, & ideo ab omnibus meritò collaudantur ad hãc in perpetuum ualituram legem peruenimus, per quã sancimus, omnes iudices (siue maiores, siue minores, qui in administrationib. positi sunt, uel in hac regia ciuitate, uel in orbe terrarum, qui nostris gubernaculis regitur, siue eos quibus nos audientiam committimus, uel qui à maioribus iudicibus dantur, uel qui ex iurisdictione sua iudicandi habent facultatem, uel qui ex recepto, id est cõpromissis, quæ iudicium imitantur causas dirimendas suscipiunt, uel qui arbitrium peragunt, uel ex authoritate sententiarum, & partium cõsensu electi sunt) & generaliter omnes omnino iudices Romani iuris disceptatores, non aliter litium primordiũ accipere, nisi prius ante sedem iudicialem sacrosanctæ deponantur scripturę, & hæ permaneant non solùm in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus usq; ad ipsum terminum, & definitiuæ sententiæ

recita-

recitationem. Sic etenim attendentes ad ſacroſanctas Scripturas,& Dei pręſentia conſecrati ex maiore præſidio lites diriment: ſcituri quòd nō magis alios iudicant,quàm ipſi iudicātur, cum etiam ipſis magis quàm partibus iudicium terribile eſt. Siquidem litigatores ſub hominibus ,ipſi autem Deo inſpectore adhibito, cauſas proferunt trutinandas. Et hoc quidem iuſiurandum iudiciale ſit omnibus notum.& Romanis legibus optimum à nobis accedat incrementum, & ab omnibus iudicibus obſeruandū: etſi prætereatur,contemptoribus periculoſum ſit.

Sexta regula. Prædictis iuramentis litigator uel patronus nō iurat quod cauſa uera & iuſta ſit, ſed quòd exiſtimet eā ueram & iuſtam eſſe. quæ regula approbatur l. 2. §. & licet. C. de iureiurando propter calum. his uerbis: Licet uerè cauſæ natura forſitan alia eſt, tamen quod quiſq; credit & exiſtimat,hoc eſt iurandum. *Differt igitur iuſiurandum propoſitum ab illo, de quo dicetur infrà eod. Lib. cap. 6. Quod hic de opinione iuratur, ibi de ueritate.*

V. VBI IVRANDVM.

Regulariter quidem in iudicio eſt iurandū. Verùm huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi perſona, quæ iurare tenetur, in dignitate aliqua propoſita ſit: tunc enim domi iurare poteſt. quæ exceptio approbatur l. 2. §. ſin autē uel dignitas. C. de iureiurando propter calum. his uerbis: Sin autem uel dignitas uel ſexus perſonæ non concesſerit, eam ad iudicem peruenire: in domo litigatoris ſacramentum procedere ſancimus,altera uidelicet parte, uel procuratore eius præſente. *Secunda exceptio eſt: Niſi mulier iurare debeat. quæ exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Vel ſexus perſonæ, &c. *Concordat Nouell. c. 124. §. ſi mulier, his uerbis*: Si mulier ſit, quæ propter honeſtatem uitæ extraneis ſe uiris oſtendere nō conſueuit: tunc & abſente aduerſario misſi cohortales memorata iuramenta ſuſcipiant.

Tertia exceptio eſt: Niſi litigator ad iudicem accedere non poſsit. Hæc exceptio approbatur d. c. 124. §. quòd ſi his uerbis: Quòd ſi (ut ſolet fieri) aliqui litigantium nequeunt ad iudices accedere, tunc iubemus, ut præſentes quidem prædictum iuſiurandum ſubeant, ad abſentes uerò mittātur, cum aduerſa parte ex apparentibus cohortibus aliqui, ut conſimiliter præſentibus ijs prædicta iuramenta præbeantur.

Quarta exceptio eſt: Niſi is qui iuramentum præſtare debet, in alijs locis abſit. Hæc exceptio approbatur d. c. 124. §. ſi partes, his uerbis: Si partes in alijs abeſſe locis contingat, aut unam ex ijs: iubemus,ut abſens in prouincia in qua degit,quo à nobis dictum eſt,modo iuramenta apud actorum monumenta coràm prouinciæ præſide aut locorū defenſore præbeat. *Concordat l. 2. §. ſin autem abſuerit. C. de iureiurando propter calum. his uerbis*: Sin autem abfuerit alterutra pars, & per procuratorem cauſa agatur, non ante licentiam habeat actor,licet exercendam ſuō procuratori mādare,niſi prius actis interuenientibus in prouincia in qua degit, ſacramētum calumnię ſubeat. Similique modo ſi reus abfuerit,& forſitan per Iudicatum ſolui ſtipulationem procuratorem ordinauerit. uel defenſor ꝓ eo interuenerit: & ipſe uel pręſente actore per ſe,uel inſtructum procuratorem, uel etiam abſente eo(ſi hoc iudex perſpexerit)inter acta iuramentum præſtet quod reum antea dare diſpoſitum eſt. *Ait Imp.* Quod reum antea dare diſpoſitum eſt, *ſcilicet ead. conſt. §. reus autem. cuius uerba uide ſ. quæſt. 1. in prin. Concordat item d. l. 2. §. hoc etiam, his uerbis*: Hoc etiā huic legi cenſemus eſſe addendum , ut ſi quis pro alio litem mouere uoluerit, nullo mādato prolato, ſed per fideiusſionem ratam rem dominum habiturum,ſuam perſonam firmauerit: ne uel ex hac machinatione lex circumſcribi uideatur: Sancimus,ſi quid tale in poſterum emerſerit(ſiue pro una perſona quis litem mouere uoluerit, ſiue pro aliquo corpore,uel uico, uel alia uniuerſitate)fideiusſionē quidem ſolitām pręſtare, litem autem ulterius minimè procedere,niſi iudices intra ſtatuendum tempus faciant principales perſonas ſacramentum ſubire, uel præſente aduerſario(ſi hoc maluerit) uel alio pro eo agente,uel penitus altera parte ceſſante,inter acta apud defenſorem locorum huiuſmodi ſacramentum, uel ab ipſo pro quo agitur ,uel à plurima parte uel idonea uniuerſitatis procedat.

VI. QVIBVS PRAESENTIBVS iurandum.

Præſente aduerſario uel eius procuratore iurandum. quæ regula approbatur per leges ſuprà quæſt. prox. propoſitas.

VII. QVANDO IVRANDVM.

Statim in litis exordio lite conteſtata: de qua re dictum ſuprà quæſt. 1.

VIII. EVENTVS ET POENA non iurantis.

Prima regula. Actor iurare nolēs, cadit cauſa. Quæ regula approbatur l. 2. §. quod ſi actor. C. de iureiur. propter calum. his uerbis: Quòd ſi actor noluerit ſubire ſacramentum calumniæ,& hoc legitimè fuerit approbatum:non liceat ei penitus ad litem peruenire,ſed cadat ab inſtituta actione quaſi improbus litigator,& triſticia iudicum ei cum ſumma interminatione occurrat,& ab iudicio eum quàm lon-

gitsim̃ expellet. *Concordat Nouell. c. 124. §. illo utiq; generaliter. his uerbis*: Illo generaliter obseruando, ut si quis litigantium uel præsens, uel absens huiusmodi iuramentũ præstare noluerit, & hoc iu notescat iudici in sententia eius, actor quidem casum & amissionẽ actionis, reus uerò condemnationem sustineat. *Ait imp.* Huiusmodi iuramentum. *quod & quale sit illud iuramentũ, dictũ est supe. q. 4. reg. 1.*

Altera regula. Si reus iurare nolit, pro confesso habetur. quæ regula approbatur d. l. 2. §. sin autem reus, his uerbis: Sin autem reus hoc sacramentum subire recusauerit, in ijs capitulis quæ narratione comprehensa sunt, pro confesso habeatur: & liceat iudicij sententiam proferre, quemadmodum ei & ipsa rei qualitas suggesserit. Sic enim non lites solum, sed etiam calumniatores minuentur: sic pro iudicijs purabunt sese homines in sacrarijs sisti. Si enim & ipsæ principales personæ, &c. *cætera uerba uide s. quæst. 2. Concordat Nouell. c. 124. §. illo utique generaliter. cuius uerba uide s. reg. proxima.*

IX. AD FINE REMEDIUM.

Veteris calumniæ actio sublata: ad fine remedium est propositi iuramenti: quod approbatur inst. de pœna temerè litigantium. §. hæc autem omnia, his uerbis: Hęc autem omnia pro ueteris calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinẽ abijt: quia in partem decimam litis actores mulctabat: quod nusquam factum esse inuenimus. Sed pro his introductum est, & præfatum iusiurandum, & ut improbus litigator & damnum & impensas litis inferre aduersario suo cogatur. *Cõcord. l. 2. §. antiqua itaq;. C. de iureiur. propter calum. cuius uerba uide s. q. 2.*

DE PROBATIONIBVS. Cap. II.

Lite contestata, & eo in quo lis consistit seu statu causæ à iudice cognito, iuramentoq; calumniæ præstito, sequitur probatio, de qua nunc dicendum.

I. CAVSA EX QVA probandum.

Si aduersarius id quod propositum est negauerit, affirmanti incumbit probatio. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aduersarius semel confessus sit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur s. cod. Lib. cap. 5. Secunda exceptio est: Nisi instrumentum amissum sit. Hæc exceptio re probatur l. 5. C. de fide instrum. his uerbis: Sicut iniquum est, instrumẽtis ui ignis consumptis, debitores quantitatem debitarum renuere solutionem: ita non statim casum conquerẽtibus facile credendum est. Intelligere itaque debetis, non existentibus instrumentis, uos uel alijs instrumentis, probare fidem precibus uestris adesse. *Concordat l. 13. C. eod. tt. his uerbis*: Apud eos qui rem gestam ignorauerunt, amissorum instrumentorum habita restatio nihil ad probationem ueritatis prodesse potest. *Planè admittitur exceptio proposita, si is qui in seruitutem petitur, instrumenta emptionis subtracta probauerit. quæ distinctio approbatur l. 10. C. de probationibus, his uerbis*: Si de possessione seruitutis, emptionis instrumentis subtractis, in libertatem proclamat Eutychia: cum petitori probationis onus incũbat, intentione sua defecta, his iuuari minimè potest. Nam si in seruitutem petatur: ad emptionis probationem nõ est indicijs alijs opus, sed instrumentorum furtum mõstrare sufficit. *Tertia exceptio est: Nisi aduersario iusiurandum deferatur. Hæc exceptio approbatur l. 25. §. in omnib. ff. de probation. his uerbis*: In omnibus decisionibus quas proposuimus, licentia concedenda est ei, cui onus probationis incumbit, aduersario suo de rei ueritate iusiurandum inferre, prius ipso pro calũnia iurante: ut iudex iuramenti fidem secutus: ita sententiam suam possit formare, iure scilicet referendæ religionis eius seruando. *Ait Iurisconsultus*: Quas proposuimus, *scilicet d. l. 25. cuius uerba uide s. quæst. prox. reg. 1. except. 2. Plura item de exceptione proposita uide s. cod. Lib. cap. 6 & 7.*

II. VTRI INCVMBAT probatio.

Prima huius loci regula est, quod affirmanti, non neganti incumbat probatio. quæ regula approbatur l. 2. ff. de probationibus his uerbis Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. *Huius exemplũ proponitur l. 22. ff. de probationib. his uerbis*: Eũ qui uoluntatem muratam dicit probare hoc debere Vlpianus ait. *Aliud exemplum proponitur l. 1. C. de probationib. his uerbis*: Vt creditor qui pecuniam petit numeratam, implere cogitur: ita rursum debitor, qui solutam adfirmat, eius rei probationem præstare debet. *Concordat l. ult. C. de solutionib. his uerbis*: Solutionẽ adseueranti, probationis onus incumbit. Quo facto chirographũ uendicare potes. *Concordat item l. 12. §. nam si creditum. ff. de probationib. cuius uerba uide s. reg. 3. Aliud exemplum proponitur l. 18. §. qui dolo. ff. de probationib. his uerbis*: Qui dolo dicit factum aliquid (licet in exceptione) docere debet dolum admissum esse. *Concordat l. 6. ff. cod. tt. his uerbis*: Patronus manifestè docere debet, libertũ in fraudẽ suam aliquid dedisse: ut partem eius quod in fraudẽ datum esset, possit auocare. *Aliud exemplum proponitur l. 23. ff. cod. tt. cuius uerba uide s. reg. 3. except. 2. Aliud exemplum proponitur l. 4. ff. cod. tt. his uerbis*: Paulus respondit: Emptorem probare debere eum seruum, de quo quæritur antequam emeret fugisse. *Aliud exemplum proponitur l. 1. ff. cod. tt. his uerbis*: Quoties quæreretur genus uel gentem, quis haberet nec ne:

eum

eum probare oportere, Papinianus ait. *Alud exemplum proponitur l.17.ff. d.tt. de probationib. his uerbis:* Cum de lege Falcidia quæritur, hæredis probatio est locum habere legem Falcidiam. Quod cum probare non potest, meritò condemnabitur. *Plura propositæ regulæ excẽpla uide in regulis sequentibus. Planè huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui negat antea confessus fuerit, in scriptis uel sine scriptis quamuis non solenniter uel per errorẽ. hoc enim casu postea rursus negãti incumbit probatio. quæ exceptio approbatur exemplo l.2.§.fin. C. de quadriennij præscriptione, his uerbis:* Fiscalium rerum emptoribus cum ratione iusticiæ consulentes, iubemus quoties competens scrinium gestis interuenientibus, distractatum rerũ precia sese deposuerit suscepisse: minimè post huiusmodi solutæ pecunię depositionem emptores, quasi non numeratis pecunijs molestari, uel necessitatem ijsdem emptoribus imponi (licet non solennem consecuri fuerint securitatem) soluta fuisse precia probare. Sed cũ sit in arbitrio precia suscipientis minimè deponere, sese, quod non accepit, suscipisse: ita conuenit nec emptores plenissimam ex huiusmodi depositione super precij solutione securitatem consecutos, ullum (sicut dictum est) ulterius probationis grauamen penitus formidare. *Approbatur exceptio proposita l.13.C. de nõ numerata pecunia, his uerbis:* Generaliter sancimus, ut si quid scripturis cautũ fuerit pro quibuscunq; pecunijs ex antecedẽte causa descẽdentibus, eáq; causam specialiter promissor edixerit, non iam ei licẽtia sit causæ probatione stipulatorem exigere, cum suis adquiescere debeat: nisi certè ipse è contrario per apertissima rerum argumenta, scriptis inserta, religionem iudicis possit instruere, quod in alium quenquam modũ, & nõ in eũ quem cautio perhibeat, negociũ subsecutũ sit. Nimis enim indignũ esse iudicamus, ut quod sua quisq; uoce dilucidè protestatus est, id in eundẽ casum infirmare, testimonioq; proprio resistere. *Concordat l.25.§.fin.ff. de probat. cuius uerba uide j. repl.1. Alud propositæ exceptionis exemplũ proponitur l.15.ff. de probationib. his uerbis:* Quidã quasi ex Seia susceptus Caiö Seio, cum Caius fratres haberet, hæreditatem Caij inuasit, & fratribus eiusdem quasi ex mandato defuncti, fideicommissa soluit, & cautionẽ accepit. Qui postea cognito, quòd filius fratris eorum non fuisset, quærebant, an cum eo de hæreditate fratris propter emissã ab eis manum, possint quasi cum filio agere? Modestinus respondit, cautione exoluti fideicommissi statũ eius, qui probari posset à fratribus defuncti filius nõ esse, minimè cõfirmatũ esse: sed hoc ipsum tamen à fratribus probari debere. *Concordat l.13.C. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. prox. reg.3. exc.1. item concordat l.14.C. eod. tt. cuius uerba uide j. q. prox. Hactenus exempla propositæ exceptionis enumerasse sufficiat. Huius aũt exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quis indebitũ promiserit, uel cauerit generaliter non adiecta causa ex qua debeatur: tũc enim si postea debitũ negauerit, nõ ipsi neganti, sed affirmanti probatiò incumbit. quæ repl. approbatur l.25.§.fin.ff. de probationib. his uerbis:* Si cautio indebiti exposita esse dicatur, & indistinctè loquatur: tũc eũ, in quẽ cautio exposita est, cõpelli debitũ ostẽdere, quod in cautionẽ deduxit: nisi ipse specialiter, qui cautionem exposuit causas explanault, pro quib. eandẽ cõscripsit: Tũc enim stare eũ oportere suæ confessioni, nisi euidẽtissimis probationib. in scripris habitis, ostẽdere paratus sit, sese hæc indebitè promisisse. *Concordat l.13. ibi: Eamq; causam specialiter promissor edixerit. C. de non numerata pecunia. cuius uerba uide paulo superius. Secunda replicatio est: Nisi non numeratæ pecuniæ exceptio obijciatur: tunc enim affirmanti incumbit probatio. quæ replicatio approbatur l.3.C.d.ti. his uerbis:* Si ex cautione tua, licet hypotheca data, conueniri cœperis, exceptione opposità, seu doli, seu nõ numeratæ pecuniæ, cõpellitur petitor ꝓbare pecuniã tibi esse numeratã, quo non impleto, ábsólutio sequetur. *Cõcordat l.10.C. eod. tt. cuius uerba proponentur j. reg.3. Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi argentario cautũ sit: huic enim non numeratæ pecuniæ exceptio si obijciatur, numeratã esse pecuniã, probare nõ tenetur argentarius. quæ duplicatio approbatur Nouell. c. 136.§. insuper de hoc & §. in illo utiq;, his uerbis:* In illo utiq; casu nimis quàm ipsis argentarijs opẽ ferimus, ut si ratiocinia proferãtur, quæ expressè quáque causam habeant adscriptã; &c. *Hæc de prima exceptione. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis indebitum condicat: hic enim quamuis id quod solutum est debitum esse neget; tamen ei probatio incumbit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.25.ff. de probationibus, his uerbis:* Cũ de indebito quæritur, quis probare debeat, non fuisse debitum: res ita temperanda est, ut si quidẽ is qui accepisse dicitur rem uel pecuniam indebitam, hoc negauit, & ipse qui dederit legitimis probationib. solutionem approbauit: sine ulla distinctione ipsum, qui negauit sese pecuniã accepisse (si uult audiri) cõpellendum esse ad ꝓbationes ꝓstãdas, quòd pecuniã debitã accèperit. Etenim absurdũ est, eum qui ab initio negauit pecuniam accepisse, postquam fuerit cõuictus eã accepisse, probationẽ nõ debiti ab aduersario exigere. Sin uerò ab initio cõfiteatur quidẽ suscepisse pecunias, dicat aũt nõ indebitas ei fuisse solutas: præsumptionẽ uidelicet pro eo esse, qui acce-

pit, nemo dubitat: Qui enim soluit, nũquã ita resupinus est, ut facilè suas pecunias iactet, & indebitas effundat: & maximè si ipse qui indebitas dedisse dicit, homo diligens est, & studiosus paterfamiliàs, cuius personam incredibile est in aliquo facilè et rasse. Et ideo eũ, qui dicit indebitas soluisse, cõpelli ad probationes, quod per dolum accipientis, uel aliquã iustam ignorantiæ causam indebitum ab eo solutum sit: & nisi hoc ostẽderit, nullam eum repetitionem habere. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simulat'que prima eius replicatio quæ est: Nisi is cui indebitum solutum esse dicitur, solutionem negauerit, fueritq; conuictus: tunc enim eum probare oportet debitũ fuisse, id quod accepit. Secunda replicatio est: Nisi persona quæ soluit talis sit, quæ facile errare præsumatur. Quæ replicatio approbatur d. l. 25. §. sin autem u. hisce uerbis*: Sin autem, is qui indebitum quæritur, uel pupillus, uel minor sit, uel mulier, uel fortè uir quidem perfectæ ætatis, sed miles, uel agricultor, & forensium rerum expers, uel aliàs simplicitate gaudẽs & desidię deditus: tũc eum, qui accepit pecunias, ostendere benè eas accepisse, & debitas ei fuisse solutas: & si non ostenderit, eas redhibere. *Huius replcationis duplicatio prima hæc est: Nisi nõ totũ, sed pars dicatur indebita: tũc enim proposita replicat. nõ obstãte actori, nõ reo incumbit probatio. quæ dupl. approbatur ibidẽ, his uerbis*: Sed hoc ita, si totam summam indebitam fuisse solutam, is qui dedit, contẽdit. Si autem pro parte quæritur, quòd pars pecuniæ solutæ debita non est, uel quod ab initio quidem debitum fuit, sed uel dissoluto debito postea ignarus iterum soluit: uel exceptione tutus. errore eas pecunias dependit: ipsum omnino hoc ostendere, quod uel plus debito persoluit, uel iam solutam pecuniã per errorem repetita solutione depẽdit: uel tutus exceptione, nesciens suam proiecit pecuniam: secundum generalem regulam, quæ eos qui opponendas esse exceptiones affirmant, uel soluisse indebita contẽdunt, hæc ostendere exigit. *Secunda duplicatio est: Nisi ab initio quidem debitum fuisse fateatur actor, dicat autem se per exceptionem tutum fuisse. Et hæc duplicatio uerbis iam propositis approbatur.*

Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi indebitũ non quidem solutum, sed cautum uel promissum dicatur: hoc enim casu ex ista cautione agenti incumbit probatio. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 25. §. fin. cuius uerba uide s. except. prox. repl. 1. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi præsumptio sit pro affirmante. Hæc exceptio approbatur ratione l. 25. §. sin uerò ab initio. ff. de probationib. cuius uerba uide s. except. prox. Concordat l. 9. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. 3. Sed & propositæ exceptionis exemplo sunt exceptiones sequentes.

Quarta exceptio est: Nisi iure factum esse negetur: tunc enim neganti incumbit probatio. quæ exceptio approbatur l. 5. ff. de probationib. his uerbis: Ab ea parte quę dicit aduersarium suum aliquo iure prohibitum esse, specialiter lege uel cõstitutione id probari oportet. Ideoq; Paulus respondit: Si quis neget emancipationẽ ritè factam, ipsum præstare debere probationem. *Concordat l. 29. §. sed etsi procuratoria ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. 3. Propositæ exceptionis ratio est, quia iure factum præsumitur. quæ ratio proponitur Inst. de fideiussorib. §. fin. his uerbis*: In stipulationibus fideiussorum sciendum est, hoc generaliter accipi: ut quodcunq; scriptum sit, quasi actũ, uideatur etiam actum. Ideoque constat, si quis scripserit se fideiussisse, uideri omnia solenniter acta.

Quinta exceptio est: Nisi filius in patris potestate se neget esse. nam & huic neganti incumbit probatio. quæ exceptio approbatur l. 8. ff. de probationibus, his uerbis: Si filius in potestate patris se esse neget, Prætor cognoscitur prior doceat filius: & quia pro pietate quam patri debet hoc statuendum est, & quia se liberum esse quodammodo contẽdit. Ideo enim & qui proclamat ad libertatẽ, prior edocere iubetur.

Sexta exceptio est: Nisi affirmans probare non possit. Hæc exceptio reprobatur l. 23. C. de probationibus, his uerbis: Actor quod adseuerat, probare se nõ posse, profitendo, reum necessitate mõstrandi contrarium non adstringit: cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit. *Concordat l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. prox. item concordat l. 1. §. interrogatorijs. ff. de interrogatiõib. Planè cogi potest aduersarius ut dicat, utrum pro hærede, an pro possessore possideat quod approbatur l. 11. C. de petit. hæred. his uerbis*: Cogi possessorem ab eo qui expetit, titulum suæ possessionis, dicere, inciuile est præter eũ scilicet, qui dicere cogitur, utrum pro possessore, an pro hærede possideat. *Sed & cogitur reus dicere, utrum in totum, an pro parte possideat. de qua r: uide j. cap. 5. item actione probata reus cogitur dicere titulũ suæ possessionis, et probare. quod approbatur l. 16. C. de probationib. his uerbis*: Siue possideris prædia, &c. *Septima exceptio est: Nisi affirmans neganti, deferat iusiurandum: tunc enim probationis onere sese exonerat. de qua re dicetur j. cap. 6. Hæc de prima propositæ quæstionis regula sint dicta. Octaua exceptio est: Nisi falsum dicatur instrumentũ, tũc enim æquè falsum neganti ac affirmanti incumbit probatio. quæ except. approbatur per ea quæ dicta sunt s. Lib. 4. cap. 8. quæst. 7. reg. 1.*

Secunda regula. Actor tenetur probare suam actionem. quæ regula approbatur l. 21. in fine. ff. de probationib. his uerbis: Semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Possessiones quas ad te pertinere dicis, more iudiciorum persequere: nec enim possesso-

possessori incumbit necessitas probandi, eas ad se pertinere: cum te in probatione cessante, dominiũ apud eum remaneat. Cõcordat item l.8.C.eod.tt.his uerbis: Frustra ueremini ne ab eo qui lite pulsatur, probatio exigatur. item concordat l.2.ibi: Cum petitori. C.de commodato, his uerbis: Cum eum qui temporalis ministerij causa susceperit ancillam, ad restitutionem eius bona fides urgeat: consequens est socerum tuum huius rei causa tradidisse ancillam, adito præside prouinciæ probare: ut fidẽ susceptam is aduersus quẽ supplicas, compellatur agnoscere. Concordat item l.9.C.de probationib.his uerbis: Cum te minorem quinq; & uiginti annis proponas, adire præsidem prouinciæ debes, & de ætate probare. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi de exceptione, non de actione lis sit: tunc enim reo incumbit probatio. de qua re j.reg. prox. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones uide s̃.reg.prox.

Tertia regula. Reus tenetur probare suam exceptionem. quæ regula approbatur l.19.ff. de probationibus. his uerbis: In exceptionibus dicendum est, reum partibus actoris fungi oportere, ipsumq; exceptionem uelut intentionẽ implere: utputa, si pacti conuenti exceptione utatur, docere debet pactum conuẽtum factum esse. Cum quia promisit iudicio sesisti, & reipub. causa abfuisse dicatur, & ob id non stitisse, uel dolo malo aduersarij factũ quo minus sisteretur, uel ualetudinẽ sibi impedimento fuisse, uel tẽpestatẽ: probare id eum oportet. Sed etsi procuratoria quis exceptione utatur, eo quod non licuisset aduersario dare, uel fieri procuratorem: probare id oportet, obijciẽtem exceptionem. Idem erit dicẽdum, etsi ea pecunia petatur, quæ pensata dicitur. Hoc amplius si iudicatæ rei uel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo, quòd tunc petitur siue in alia gestum esse cõtendatur: eũ implere probationes oportet. Cõcordat l.12.ff.eo.tt.his uerb. Quinquaginta testamento tibi legata sunt, idem scriptum est postea in codicillis: refert, duplicare legatum uoluerit, an repetere: & an oblitus se in testamento legasse, id fecerit. Ab utro ergo eius rei probatio exigẽda est? prima fronte æquius uidetur, ut petitor probet, quod intẽdit. Sed interdũ probationes quædam & à reo exigũtur. Nam si creditũ petam, ille respondeat solutã esse pecuniã: ipse hoc probare cogendus est. Et hic igitur, cũ petitor duas scripturas ostendit, hæres posteriorem inanem esse dicat, hæres ipse id ꝓbare iudici debet. Plura huiusmodi exempla uide s̃. reg. 1. Planè propositæ regulæ exceptiõ prima hæc est: Nisi præsumptio sit pro reo excipiente. quæ exceptio approbatur exemplo l. 9.ff.de probationib.his uerbis: Si pactum factum sit, in quo hæredis mentio non fiat, quæritur an id actũ sit, ut ipsius duntaxat debitoris persona artaretur? Sed quamuis uerum est, quòd qui excipit, probare debeat, quod excipitur: attamẽ de ipso duntaxat, ac nõ de hærede eius quoque conuenisse, petitur, non qui excipit probare debet: quia plerunque tam hæredibus nostris, quàm nobismetipsis cauemus. Plura de exceptione proposita uide s̃. reg 1. except.3. Secunda exceptio est: Nisi exceptio sit negatiua: tũc enim eius probatio affirmãti actori incumbit. quæ exceptio approbatur l.10.C.de non numerata pecunia, his uerbis: Adseueratio debitum solutũ cõtendentis, tẽporis diuturnitate nõ excluditur: nec huic obloquitur, quod exceptio nõ numeratæ pecuniæ certa die non delata querela prius euanescat: cum inter eũ qui factũ adseuerans, onus subijt probationis; & negantẽ numerationẽ, cuius naturali ratione ꝓbatio nulla est, & ob hoc ad petitorẽ eius rei necessitatẽ trãsferẽtẽ, magna fit differentia. Concor. l.3.C.eo.tt. cuius uerba uide s̃.reg. 1.ex.1.rep.2.itẽ concordat l.23.ff.de proba.his uerbis: Ante omnia probãdũ est, quod inter agẽtẽ & debitorẽ cõuenit, ut pignori hypothecæue sit. Sed etsi hoc probet actor, illud quoq; probare debet, rẽ pertinere ad debitorẽ eo tẽpore, quo cõuenit de pignore, aut ad eũ cuius uoluntate hypotheca data est. Aliud itẽ exẽplũ proponitur l.18.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis: Interrogationis factæ probationẽ actori imponi debere: id est, ei qui in iure interrogatum dixit respondisse, se solum hæredẽ esse. Sed etsi tacuisse dicatur interrogatus, æquè tantundẽ erit dicẽdũ: imposita ꝓbatione nõ ei qui excepit, se nõ respondisse, sed actori. Sed & aliud propositæ exceptionis exemplum habetur l. 11.ff.de probationib.his uerbis: Non est necesse pupillo probare, fideiussores pro tutore datos cũ accipiebantur, idoneos non fuisse. nam probatio exigenda est ab his, quorum officij fuit prouidere, ut pupillo caueretur. Concordat l.1.§.sed etsi.ff. de magistratibus conueniendis, hisce uerbis: Probatio non pupillo incũbit, ut doceat fideiussores soluendo non fuisse cũ acciperentur: sed magistratibus, ut doceãt eos soluendo fuisse. Planè exceptionis propositæ replicationes uide s̃. reg. 1. Hæc de tribus quæstionis propositæ regulis sint dicta. Plures huiusmodi regulas uide in singulis actionibus: item præsumptionum regulas j. Lib.eod. cap.9. præsertim reg.13.cum sequentib.

III. PER QVAE PROBANDUM.

Prima regula. De fama. Hæc quoque probat: quod approbatur l.3.§. eiusdem. ibi: Aliàs ueluti. ff. de testibus. cuius uerba proponentur j.reg.9.

Secunda regula. De instrumentis domesticis, & priuata annotatione. Hæc non probant proscribente. quæ regula approbatur l.7. C. de probationibus, his

uerbis:Exemplo perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisque sibi adnotatione propria,debitorem constituit. Vnde neque fiscum, neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti, probationem præbere oportet. *Concordat l. ult. C. de conueniendis fisci debitoribus, hisce uerbis*: Inter chartulas confiscati, breuis quidam adseueratur inuentus, qui nomina continebat debitorum, seu contractuum: cum tamen neque testibus credita pecunia probaretur,neque cautionibus ea quæ breui inserta sunt,ostenderentur. Iniquum esse perspeximus,ut sub propria adnotationis manu unusquisque faciat debitorem. Occasionis igitur huiusmodi calumniam præsenti uolumus iussione cohiberi,ut breuis uanitate reiecta,nullus ad redhibitionem de his,quorum nomina conscripta sunt,urgeatur.Quod & in alijs similibus causis obseruandum esse censemus. *Concordat item l. 6. C. de testamentis, his uerbis*: Verba testamenti, quibus mater uestra decedens,nihil se cuiquam donasse significauit,si res se aliter habeat,fidem ueri non perstringunt. *Item concordat l. 6. C. de probationibus,his uerbis*: Rationes defuncti, quæ in bonis eius inueniuntur ad probationem sibi debitæ quantitatis, solas sufficere non posse, sæpè rescriptum est.Eiusdem iuris est, & si in ultima uoluntate defunctus certam pecuniæ quantitatē, aut etiam res certas sibi deberi,significauit. *Item concordat l. 5. C. eod. tit. his uerbis*: Instrumenta domestica,seu priuata testatio,seu adnotatio,si non alijs quoque adminiculis adiuuetur, ad probationem sola non sufficit. *Ex his uerbis posterioribus exceptio propositæ regulæ notanda hæc scilicet: Nisi scriptura domestica alijs argumentis adiuuetur. Concordat l. 26. §. fin. ff. depositi. cuius uerba uide ℨ. reg. 5.*

Tertia regula. De confessione ab aliquo in epistola,uel alia scriptura,aut alio modo facta. Hæc confessio regulariter probat contra confessum,eiusq; hæredes.quæ regula ipso quidem iure subsistit: uerum enim exceptio prima hæc est: Nisi contrarium probetur.quæ exceptio approbatur exemplo l. 15. ff. de probationibus,cuius uerba uide s̄. quæstione prox. reg. 1. exceptione 1. Cui concordat l. 13. C. eod. tit. his uerbis: Non epistolis necessitudo consanguinitatis,sed natalibus,uel adoptionis solennitate coniungitur: nec aduersus absentem hæreditatis diuidendæ gratia,uel contra fratrem pro ancilla petitus arbiter, substantiæ perimit ueritatem. Siue itaq; quasi ad sororem,quam ancillam te posse probare confidis,epistolam emisisti: siue familiæ Erciscundæ quasi pro cohærede petitus arbiter doceatur:fraternitatis quæstio per hæc tolli non potuit. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi testator in testamento ex causa depositi,uel alia simili se debere scripserit,adieceritq́ue se iurasse quod uelit restituere:tunc enim non admittitur probatio in contrarium. quæ replicatio approbatur l. 35. §. codicillis. ff. de leg. 3. his uerbis*: Codicillis ita scripsit:Volo,ut omnia quę subiecta sunt,firmitatem obtineant.Maximo domino meo denarium quindecim milia, quæ depositi nomine à Iulio Maximo patruo eius accepi,ut illi cū in uirū puectus esset, restituerē: ut maximè cū usuris in triginta milia excurrāt,ei restitui uolo.Sic enim patruo eius iuraui.Quæsitū est,an ad depositā pecuniā petendā sufficiant uerba codicillorū, cum hāc solā,nec aliā ullam probationē habeāt?Scæuola respondit,ex his quæ proponerentur, scilicet cum iusiurandū dedisse super hoc testator affirmauit, credendū esse scripturæ. *Secundæ replicationis loco notandum,quòd si testator se debere scripserit,quamuis contrarium probari possit,tamen nihilominus ex testamento sit actio. quæ replicatio approbatur l. penult. §. quisquis. ff. de leg. 2. his uerbis*: Quisquis mihi hæres erit,sciat,me debere Demetrio patruo meo denariûm tria milia,& deposita apud me à Seleuco patruo meo denariûm tria milia: quæ etiā primus reddi & solui ei iubeo. Quęsitū est,an si non deberentur actio esset?Scæuola respōdit,si non deberentur,nullam quasi ex debito actionē esse,sed ex fideicommisso. *Plura de proposita replicatione uide in Comment. de Legatis, in falsa demonstratione. Tertia replicatio est: Nisi non errore,sed ex certa scientia confessio sit facta:tunc enim non admittitur probatio in contrarium.quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur ℨ. cap. 5. de Confessis. Secunda exceptio est: Nisi ei qui ex testamento capere non potest, debere se testator scripserit:hoc enim casu præsumitur in fraudem legis facta confessio, & ob id ei non creditur. quæ exceptio approbatur exemplo l. 27. ff. de probationibus,his uerbis*: Qui testamentum faciebat, ei qui usque ad certum modum capere poterat,legauit licitiam quantitatem: deinde ita locutus est:Titio centum do lego, quæ mihi pertulit,quæ ideo ei non caui, quòd omnes fortunas & substantiam, si quam à matre susceperat,in sinu meo habui sine ulla cautione.Item eidem Titio reddi & solui uolo de substantia mea centum quinquaginta,quæ ego ex reditibus prædiorum eius,quorū ipse fructū percepi,& distraxi: item de calendario,si qua à matre receperat Titius in rem meam conuerti: quæro an Titius ea exigere potest? Scæuola respondit, si Titius suprà scripta ex ratione sua ad testatorē peruenisse probare potuerit, exigi: Videri enim eo quòd ille plus capere nō poterat,in fraudem legis hoc in testamento adiecisse. *Concordat l. 35. §. penult. ff. de leg. 3. cuius*

uerba

uerba uide in Comment. de Legatis cap. 3. exc. 19. repl. 5.

Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi procurator debitoris scripserit, omnia creditoribus esse soluta. Hinc enim non probatur, debitorem procuratori ratione eorum quæ pro eo soluit, nihil debere. quæ exceptio approbatur l. 18. C. de solutionibus, his uerbis: Inquisitio ueritatis tolli non potuit, quod chirographa, quæ fecerat procurator tuus, recepta, tibique restituta ab ipsius hærede proponas, cum subscriptione procuratoris significante, quod nihil creditoribus debeatur: cum nihil prohibeat, & creditoribus satisfactum, & non uestræ pecuniæ, sed ipsius cui negocium gerendum mandaueras, processisse solutionem.

Quarta exceptio est: Nisi in instrumento, uel chirographo alterius debiti causa confecto eius debiti, de quo quæritur, fiat mentio. nam hoc debitum per illam commemorationem obiter factam non probatur. quæ exceptio approbatur l. ultim. ff. de probationibus, his uerbis: Cõmemorationem in chirographo pecuniarum, quæ ex alia causa deberi dicũtur factam, uim, obligationis non habere Scæuola respondit. *Concordat Nouel. c. 119. §. insuper. & hoc. his uerbis:* Præcipimus, ut si quis in instrumento aliquo alterius instrumenti mentioné faciat, nulla ex hac mentione nascatur exactio, nisi ité & alterum instrumentum, cuius mentio in altero facta est, proferatur, aut alia secundum leges adhibeatur probatio, quod ea summa, cuius mentio habita est, reuera debeatur. Id enim in ueteribus legibus inuenimus. *Plures propositæ regulæ exceptiones uide j. eod. Lib. cap. 5.*

Quarta regula. De confessione quàm moriens de modo sui patrimonij præstitit. Hæc regulariter probat. quæ regula approbatur Nouell. const. 48. his uerbis: Sancimus, si quis rerum suarum descriptione facta, siue manu propria, siue per alios quidem conscripta, à se uerò consignata, aut testamenti sui tabulis indita substantiæ suæ modum declarauerit, fortè hæredibus uel partim absentibus, partim præsentibus, uel etiam omnibus præsentibus: ne liceat hæredibus hæc abnuere, aut dicere quod extra ea, quæ à defuncto edicta sunt, hæredum aliquis bona compilauerit. Sed si moriturus iusiurandum præbeat, aut in testamenti sui tabulis abiuret, nihil sibi præterea superesse, hæredes hoc amplexentur, siue liberi, siue etiam extranei fuerint, neque curiosius agant, aut calumniam intentent suis cohæredibus, aut seruos exinde in quæstionem aduocét, & tormentis subdant, & alia eius generis peruestigent, anxieque scrutentur, quæ contentionis tantummodò, non etiam alterius rei argumenta sunt, nempè cum & is substantiæ modus esse uideatur, quem testator iuramento designarit, & hanc solam testator inter hæredes diuidi uoluerit. *Prima propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi testator sine iuramento affirmauerit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Si moriturus iusiurandũ præbeat, aut in testamenti sui tabulis abiuret, &c. *Secunda exceptio est: Nisi contrarium probetur. Hæc exceptio reprobatur iamdictis uerbis hisce:* Neque curiosius agant, aut calumniam intentent suis cohæredibus, &c. *Concordat d. c. 48. §. atq; esto sanè, his uerbis:* Esto sanè inter hæredes facti pœna, ne qui his aduersatus omnino possit ipsis relictis, perfrui imminente his necessitate, ut uel omnibus obtemperent, uel omnia respuant, neque partim ea agnoscant, partim oppugnent, sed testatoris uoluntas ità ab eius hæredibus custodiatur, ut in nullo ei aduersari audeant.

Tertia exceptio est: Nisi non hæredes defuncti, sed creditores de modo patrimonij controuersiam faciant. Hæc exceptio approbatur d. c. 48. §. cæterùm, his uerbis: Cæterùm hæc quidem inter hæredes, qui ijdem quodammodo cũ defunctis esse uidentur, obtinere uolumus. Non æquè tamen ratum hoc esse inter creditores: cum à nostris dictum sit, legibus quæcunque pro se quisque uel dixerit, uel scripserit, ea neque ipsi profutura esse, neque creditoribus paritura præiudicium. Quin illis licentia esto omnia perscrutari, quo uolunt modo hæredes uerò insistere his, quæ à testatore edicta sunt.

Quinta regula. De epistolis. Hæ regulariter probant. quæ regula approbatur l. 26. §. Titius ff. depositi, his uerbis: Titius Sempronio S. Habere me à uobis auri pondo plus minus decem, & discos duos, saccum signatum: ex quibus debetis mihi decem quos apud Titium deposuistis: item παρατροφείων (id est de alimentis puero præstitis) decem: item ex oratione patris uestri decem, & quod excurrit: Quæro an ex huiusmodi scriptura aliqua obligatio nata sit, scilicet quod ad solam pecuniæ causam attinet? Paulus respondit, ex epistola, de qua quæritur, obligationem quidem nullam natam uideri: sed probationem depositarũ impleri posse. An autem is quoque, qui deberi sibi cauit, eadem epistola decem probare possit hoc quod scripsit, iudicé æstimaturũ. *Concordat l. 29. in principio. ff. de probationibus, his uerbis:* Impp. Antoninus & Verus AA. Claudio Apollinari rescripserunt in hæc uerba: Probationes quæ de filijs dantur, non in sola affirmatione testium consistunt, sed & epistolas, quæ uxoribus missæ alleganatur (si de fide earum consistat) non nullam uicem instrumentorum obtinere decretum est. *Propositæ regulæ exceptio*

prima hæc eſt: Niſi contrarium probetur. quæ exceptio approbatur l.13 C. de probationibus. cuius uerba uide s. *reg.3.except.1.* *Secunda exceptio eſt: Niſi quis in epiſtola aliquẽ ſibi cohæredem nuncupauerit. quæ exceptio approbatur l.52. in prin. ff. de pactis, biſce uerbis:* Epiſtola qua quis cohætedem ſibi aliquem cauit, petitionem nullam aduerſus poſſeſſorem rerum hæreditariarum dabit. *Tertia exceptio eſt: Niſi epiſtola inter alios ſit conſcripta, non inter eos inter quos agitur. quæ exceptio etiam ex uerbis iam propoſitis poteſt colligi.*

Sexta regula. Interdum ex ſolutione, uel alio actu præſumitur debitum, nempè l.25. §. fin uerò ab initio. ff. de probationibus, cuius uerba uide s. *quæſt. prox. reg.1. except.2. item aliud exemplum proponitur l.6. ff. de uſuris, his uerbis:* Cum de in rem uerſo cũ hærede patris, uel domini ageretur, & uſurarum quæſtio moueretur: Impetatori ideo ſoluendas uſuras iudicauit, quod eas ipſe dominus uel patet longo tempote præſtitiſſet. Imperator quoq; noſter Seuerus, filię Flauij Athenagoræ, cuius bona fuetant publicata, ideo numerari decies centena dotis nomine iuſsit, quòd ea pattem pręſtitiſſe dotis uſuras allegaſſet. *Concordat l.1. C. de fideicommiſſis. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi inter alios ſit actum. Hæc exceptio approbatur l.1. C. res inter alios acta, his uerbis:* Intet alios res geſtas, alijs non poſſe præiudicium facere, ſæpe conſtitutum eſt. Vnde licet quoſdã de hęredibus eius quem debitorem tuũ fuiſſe ſignificas, ſoluiſſe commemores: tamen cæteri non aliàs ad ſolutionem urgentut, niſi debitum fuerit ptobatum. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi cum hærede eius qui antea ſoluit, uel ſimile quid egit, lis ſit. quæ replicatio conſtat ex ſupradicta l.6. ff. de uſuris. Secunda exceptio eſt: Niſi contrarium poſſit probari ex uoluntate uel per errorem, non ex obligatione præſtitum uel ſolutum eſſe. quæ exceptio approbatur exemplo l.28. C. de pactis, biſce uerbis:* Si certis annis, quòd nudo pacto conuenetat, datum fuit, ad præſtandum in poſterum indebitum ſolutum, obligare non potuit eum qui pactum fecit: niſi placitis ſtipulatio interceſſerit. *Concordat l.17. C. de uſuris, his uerbis:* Creditor inſtrumentis ſuis probare debet, quæ intendit, & uſutas ſe ſtipulatum ſi poteſt: nec enim ſi aliquando ex conſenſu præſtitæ ſunt, obligationẽ conſtituunt. *Concordat item l.31. ff. de operis libertorum, his uerbis:* Operis non impoſitis manumiſſus etiamſi ex ſua uoluntate aliquo tempote præſtiterit; compelli ad præſtandas quas non promiſit, non poteſt.

Septima regula. De cenſu & monumentis publicis, proponitur l.10 ff. de probationibus, his uerbis: Cenſus & monumẽta publica potiora teſtibus eſſe, ſenatus cenſuit.

Octaua regula. De ſignis, indicijs, alijſq; argumentis. Per hæc quoq; poteſt probari. quæ regula approbatur l.19. C. de rei uendicat. his uerbis: Indicia cæteraque, quæ iure non reſpuuntur, non minotem probationis quàm inſtrumenta continent fidem. Quo iure ſi de proprietate domus ambigis, negociumque integrum eſt, uti non prohiberis. *Concordat l.3. C. de fide inſtrument. & iure haſtæ, his uerbis:* Etſi inſtrumenta emptionis non extent, quibuſcunq; tamen probationibus uxor tua oſtenderit, ad ſe eam domum pertinere, quam à fiſco eius nomine dicis compatatam, preciumque ab ea exolutum, & in eam dominium tranſlatum: fruſtra fiſcum ex perſona matris eius teferre quæſtionem, procurator meus non ſinet. *Concordat l.1. C. de fide inſtrument. his uerbis:* Debitotes tuos quibuſcunque rationibus debere tibi pecuniam, ſi probaueris, ad ſolutionem compellet aditus præſes prouinciæ: nec oberit tibi amiſſio inſtrumentorũ, ſi modò manifeſtis probationibus eos debitores eſſe apparuetit. *Concordat l.5. in fine. C. d. tt. cuius uerba uide* s. *eod. cap. quæſt.1. except.2. Concordat item l.7. C. eod. tt. his uerbis:* Si ſolennibus ſtipendijs honeſtè ſacramento ſolutus es, licet ſupet huiuſmodi re inſtrumenta (ut dicis) facta perdita ſint: tamen ſi alijs euidentibus probationib. ueritas oſtendi poteſt, ueteranorum priuilegia etiam te uſurpare poſſe dubiũ non eſt. *Concordat item l.11. C. eod. tt. his uerbis:* Emancipatione facta, & ſi actorum tenor nõ exiſtat: ſi tamen alijs in dubijs ptobationibus, uel ex perſonis, uel ex inſtrumentorum incorrupta fide factam eſſe emancipationẽ probari poſsit: actorum interitu ueritas conuelli non ſolet. *Concordat item l.12. C. de probationib. his uerbis:* Cum res non inſtrumentis, &c.

De inſtrumentis, teſtibus, confeſſione, & iureiurando dicetur J. *in capitibus ſequentibus.*

Nona regula. Quæ argumenta cuiq; rei probandæ ſufficiant, non ſatis poteſt definiri, ſed arbitrio iudicis relinquitur. quæ regula approbatur l.3. §. eiuſdem. ff. de teſtibus. his uerbis: Diui Hadriani principis, extat reſcriptum ad Valerianum Verum, de excutienda fide teſtium, in hæc uerba: Quæ argumenta, ad quem modum, probandæ cuiq; tei ſufficiant, nullo certo modo ſatis definiri poteſt. Sicut non ſempet, ita ſæpè ſine publicis monumentis cuiuſq; rei ueritas deprehenditut: aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas & authoritas, aliàs ueluti conſentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo ſolum tibi ſcribere poſſum ſummatim, non utiq; ad unam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari debere; ſed ex ſententia animi tui te exiſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris. *Haſtenus de regulis*

gulis propositæ quæstionis generalioribus dictum est. Sequuntur nunc eiusdem quæstionis regulæ speciales.

De eo an sit filius probando.

Prima regula. Non solùm affirmatione testium probatur, sed & epistolis ad uxorem missis. quæ regula approbatur l.29. in prin ff. de probationibus, cuius uerba uide ead. quæst. reg. 5.

Secunda regula. Si quis aliquem suum filium confessus sit, ex hoc nõ efficitur filius, sed admittitur probatio in contrarium. quæ regula approbatur l. 5. C. de testamentis, hisce uerbis: Neq; professio, neque adseueratio nuncupantium filios qui non sont, ueritati præiudicat: & quæ, ut filijs testamento relinquuntur, iuxta ea quæ à principibus statuta sunt, non deberi certi iuris est. *Concordat l.14. C. de probationibus, his uerbis:* Non nudis adseuerationibus, nec ementita professione (licet utrique consentiant) sed matrimonio legitimo concepti, uel adoptione solenni, filij ciuili iure patri constituuntur. Si itaque hunc, contra quem supplicas, alienum esse confidis: per te, uel per procuratorem adfirmationem eius falsam detege.

Tertia regula. De affirmatione matris, filium illius non esse, proponitur l.29. §. fin. ff. de probationibus, his uerbis: Mulier grauida repudiata filium enixa, absente marito spurium in actis professa est: quæsitum est, an is in potestate patris sit, & matre mortua intestata, iussu eius hæreditatem matris adire possit, nec obsit professio à matre irata facta? Scæuola respondit, ueritati locum superfore.

De subiecto partu probando.

Subiecta non creditur quam ambo parentes charam filiam habuerunt. quæ regula approbatur l.1. §. ad quæstionem. ff. de quæstionibus, his uerbis: Non facilè credendum subiectam eam, quam ambo parentes dicunt charam filiam habuisse, rescripto diuorum fratrum ad Lucium Tyberianum emisso declaratur.

De libertate & ingenuitate probanda.

Prima regula proponitur l.10. C. de probationibus, his uerbis: Neq; natales tui (licet ingenuum te probare possis) neq; honores, quibus te functum esse commemoras, idoneam probationem pro filiæ tuæ ingenuitate continét: cũ nihil prohibeat & te ingenuũ, & eã ancillam esse. *Concordat l.28 C. de liberali causa, his uerb.* Aui paterni magistratu functi dignitas ad libertatis probationé nihil nepoti prodest: Siquidem in liberali causa matris, non patris inspicitur conditio. Sed nec materni aui sola sufficit: cum licet auia quoq; libera probari possit, multis tamen ex causis status mutari consueuit.

Secunda huius loci regula proponitur l.17. C. de probationibus, his uerbis: Matrem tuam consecutam libertaté, ac te post editá, ut ingenua probari possis, ostédi cõuenit. Quod enim fratribus tuis nulla moueatur quæstio, ad defensionem tuam nihil prodesse potest. *Cõcordat l.17. C. de liberali causa, his uerbis:* Multis rationibus naturalib. ingenuis fratrib. natis, pòst delictis uel casib. interuenientibus, singulorum causæ status separantur. Nihil itaque prohibet eundem & tibi, &c.

Tertia regula. Solis testibus non probatur ingenuitas. quæ regula approbatur l. 1. C. de Testibus, his uerbis: Si tibi controuersia ingenuitatis fiet, defende causam tuam instrumentis & argumentis, quibus putas. Soli etenim testes ad ingenuitatis probationem, non sufficiunt.

Plura de libertate probanda uide ĩ. in causa liberali. Item de ingenuitate probanda ĩ. de iure patronatus. Sed et de seruitute probanda uide ĩ. in d. causa liberali.

De origine & familia probanda.

Origo non solùm ex nomine probatur, sed etiam ex rebus debet probari. quæ regula approbatur l.18. §. penult. ff. ad municipalem, his uerbis: Impp. Verus & Antoninus rescripserunt: Cum quæritur an municeps quis sit, etiã ex ipsis reb. probationes sumi oportere. Nam solam nominis similitudinem ad confirmandam cuiusque originem satis non esse.

De ætate probanda.

Prima regula proponitur l.13. ff. de probationib. his uerbis: Cum de ætate hominis quæreretur, Cæsar noster in hæc uerba rescripsit: Et durũ & iniquũ est, cum de statu ætatis alicuius quæritur, & diuersæ professiones proferuntur, ei potissimum stare, quæ noceat: sed causa cognita, ueritatem excuti oportet: & ex eo potissimum annos cõputari, ex quo præcipuè fidem in ea re constare credibilius uidetur.

Secunda huius loci regula proponitur l.16 ff. eod tit. his uerbis: Etiam matris professio de ætate filiorum recipitur: sed & aui recipienda est.

Tertia regula proponitur l.2. in prin. ibi: Aetas autem. ff de excusationib. tutor. his uerbis: Aetas probatur, aut ex natiuitatis scriptura, &c.

De solutione probanda.

Prima regula. Si in rationibus creditoris scriptum sit solutum esse, probatur inde solutio. quæ regula approbatur l.2. §. fin. C. de quadriennij præscript. cuius uerba uide ĩ. eod. cap. quæstione 2 reg. 1. exceptione 1. Concordat l.2. C. de discussoribus, his uerbis: Ne casu amissa, &c. *Item concordat l.11. C. de susceptoribus, his uerbis:* Securitates, &c.

Secunda regula. Si chirographum debitori sit redditum. De hac re uide Comment. de Liberationib. cap. 25. causa 22.

Tertia

Tertia regula. De solutione per scripturam probãda non per testes, proponitur l. 14. C. de testibus, cuius uerba uide ſ. cap. 4. except. 33.

Quarta regula. Tribus annis continuis solutione probata, etiam præcedentium annorum solutio præsumitur. quæ regula approbatur l. 3. C. de apochis publicis, his uerbis: Quicunque de prouincialibus, &c.

Quinta regula. Probatur insuper solutio per apocham, de qua regula, eiusq; exceptionibus uide ſ. cap. prox. quæst. 8.

De malæ fidei possessione probanda.

Huius loci regula proponitur l. 30. C. de euictionibus, his uerbis: Non ex eo quòd duplum, qui à matre tua mancipium comparauit, euictionis nomine stipulatus est, alienæ rei sciẽtia cõuincitur: nec opinio eius ex hoc læditur, ut malæ fidei emptor existimetur. Alijs itaque hoc indicijs probare debes.

De dominio probando.

Prima huius loci regula est. Quod etiam citra instrumenta probari dominium potest. quæ regula approbatur l. 3. C. de probationibus, his uerbis: Proprietatis dominium non tantum instrumenta emptionis, sed ex quibuscunq; alijs legitimis probationibus ostenditur. *Concordat l. 10. C. de rei uendicat. his uerbis:* Cum super uernis mancipijs nulla instrumenta te habere adseueres, in iudicio in quo negocium cœptum esse proponitur, id quod in preces cõtulisti postulare debuisti. Iudex enim non ignorat, seruorum dominia etiam citra instrumentorum exhibitionem alijs probationibus, uel ipsorum interrogatione posse ostendi. *Alias leges concordantes uide ſ. ead. quæstione, reg. 8.*

Secunda regula. Si quis rem domino locauerit, non ex eo sequitur locatorem rei dominum esse. quæ regula approbatur l. 23. C. de locato, his uerbis: Ad probationem rei propriæ siue defensionem, non sufficit locatio ei facta, qui pòst de dominio cœperit contendere: cum inscientia dominij proprij & errantis nullum habeat cõsensum: sed ex euentu si uictus fuerit, contractus locationis non constitisse magis declaratur. Nemo enim sibi iure possessionẽ mutare potest.

De liberatione probanda.

Si creditor à defuncto debitum nunquam exegit, præsumitur liberatio debiti facta. quæ reg. approbatur l. 26. ff. de probationibus, his uerbis: Procula cũ magnæ quantitatis fideicõmissum à fratre sibi debitum, post mortem eius in ratione cum hæredib. pensare uellet, ex diuerso aũt allegaretur nunquã id à fratre, quàm diu uixisset, desideratũ, cũ uarijs ex causis sæpè in ratione fratris pecunias ratio Proculæ soluisset: diuus Commodus cum super eo negocio cognosceret, non admisit compensationem, quasi tacitè fideicommissum fratri fuisset remissum. *Plures huiusmodi rationes quibus probatur liberatio uide in Comment. de Liberationib. de causis liberationum.*

De matrimonio probando.

De hac re proponitur l. 31. in prin. ff. de donationibus, his uerbis: An maritalis honor & affectio pridem præcesserit, personis comparatis, uitæ coniunctione considerata, perpendendum esse Papinianus respondit. neq; enim tabulas facere matrimonium.

De publico crimine probando.

De hac re proponitur l. 25. C. de probationibus. cuius uerba uide ſ. Lib. 3. cap. 7. actu 2. quæst. 2. reg. 1.

De dolo malo probando. De hac re proponitur regula l. 1. §. fin. ff. de doli mali & metus except. his uerbis: An dolo quid factum sit, ex facto intelligitur. *Huius exemplum contrarium uide l. 11. C. de transactionibus. cuius uerba uide ſ. Lib. 9. cap. 5. except. 4. repl. 4. Alia huius loci regula proponitur l. 6. C. de dolo malo, his uerbis:* Dolũ ex indicijs perspicuis probari conuenit. *Alias huius loci regula proponitur l. 13. §. ad uim. C. de transact. his uerbis:* Ad uim uel dolum arguendum qualitas causæ principalis non sufficit.

De eo memoriam operis extare probando.

Huius loci regula proponitur l. 28. ff. de probationibus, his uerbis: Si arbiter animaduertere debeat, an operis facti memoria extet, hoc ei quærendum est, an aliquis meminerit, id opus factum esse. Paulus: Imò cum ab arbitro, quæritur: memoria facti operis extet, nec'ne? non hoc quæritur, nũ aliquis meminerit, quo die, aut quo cõsule factum sit: sed num hoc aliquo modo probari possit, quàm pridẽ id opus factũ: & ita hoc quod Græci dicere solent ἐν πλάτει. Potest enim hoc memoria teneri: non intra annum (puta) factum: cum interim nemo sit eorum, qui meminerit quibus consulibus id uiderit: sed cum omnium hæc est opinio, nec audisse, nec uidisse, cum id opus fieret, neque ex his audisse qui uidissent, aut audissent: & hoc infinitè similiter sursum uersum accideret: tum memoria facti operis non extaret.

De tacito fideicomisso probando uide ſ. Lib. 11. cap. 5. quæst. 6. reg. 2.

IIII. QVANDO PRObandum.

Exceptio tunc demum probanda, cum primum probata fuerit actio. quæ regula approbatur l. 9. C. de exceptionibus, his uerbis: Si quidem intentionem actoris probatiõe deficere cõfidis, nulla tibi defensio necessaria: si uerò de hac confi-

co nfitendo exceptione munitum te adseueres. de hac tantum conuenit agi.nam si etiam de intentione dubitas,habita exceptionis contestatione,tunc demum cum intétionem secundũ adseuerationem suam petitor probauerit,huic esse locum monstrari conuenit. *Huius regulæ exceptio uidetur esse: Nisi exceptio dilatoria sit probanda. quæ tamen exceptio reprobatur l.19.C. de probationibus,cuius uerba uide 6.Lib.prox.cap.6.in prim.*

V. EVENTVS.

Prima reg. Si fuerit probatũ quod ab aduersario negatũ erat,negans in duplum tenetur. quæ reg. approbatur Nou.c.18.§.studiũ uerò,his uerbis: Studiũ quo pleriq; ad improbitaté ferũtur necessitaté nobis imposuit,ut uetus plebiscitum quod Aquilius olim tribunus pleb rogauit,à quo etiã nomé accepit, quod ex inficiatione dupli exactionib.subijcit eos, q malignè agere,& inficiari pertentant, denuò amplectemur quandoquidé cũ & alię quędã actiões ad e[illegible]dé aptatæ sint ordiné, nihilominus uel paulũ sese ostẽtas humanitas clàm malorum hominũ enutrijt improbitaté. Ea propter necessariũ nobis uisum est.indecétes illas & inhonestas inficiationes dicta mulcta re pœna. Si quis enim proferat alicuius syngraphã quam ille inficietur,& hoc habenté ipsius literas,ut in ea cõprobanda magnis negoc[illegible]s actor implicari cogatur,aut cũ literas agnoscat,neget tñ æs sibi alienũ esse solutũ, actorq; legitimis id modis cõprobet: Sãcimus,ut cõdemnatio in utroq; casu aduersus ipsum ꝓcedat in duplũ: nõ quòd acerbis delectemur legib.sed ut lites ea re ad minoré numerũ redigamus,& metu pœnæ citius aiãt.quod cõfiteri cõueniés est. Prorsus igitur in talib.condénatione hoc modo procedere uolumus & si iudex hæc contra qd faciat,nouerit qd si legé transgrediatur, ipse iis tenebitur pœnis, q lege cõprehésæ sunt. Hæc aũt dicimus,si nõ actor ꝓbationib. abrenũcians rei sacraméto inficiationé purgari uelit. Nã si tale quid egerit, siquidé statim initio post inficiationé iusiurãdũ deferat, & ille statim cõfiteatur quod prius inficiatus erat.impunè erit quantũ ad duplũ. Si uerò in longũ protracta lite denuò actor iusiurãdũ deferat,& ille tandé id cuius causa deferebatur cõfessus fuerit,quãuis dupli eũ pœna eximimus,oés tamẽ expésas quas ad illũ usq; dié in proferẽdis probationib. iurãdo in lité actor se fecisse enumerauerit, iubemus eũ exoluere, qui cũ initio inficiatus sit,postea cõfiteatur. Præterea si quis cũ negasset pecuniã sibi numeratam esse,pòst deinde in defensioné sui utatur solutionib. à se fa[illegible]s:ne illi aliquã reuera soluta utilitaté adferat sancimus:quin potius iubemus, ut integra ab eo sors denuò exigatur, eãq; solã inficiationis pœnã sustineat:id qd etiã quidã ex nostris decessorib. cõstituit nullo iudice ne in hoc quidé casu aliquid à recto declinãte,sed per omnia exquisitã legis uoluntaté perficiéte. Sed & si reus protulerit literas actoris,deinde actor eas inficietur,ille cõprobet:nõ solũ illud reputetur,cuius causa inficias iuit,sed etiã alterũ tantũ insup soluat. Cõsimiliter aũt & in hoc casu dandi ab actore iurisiurãdi ratio introducatur. Si uerò causa agitetur per curatores, utputa ad eas pertinés personas, quę curatorib. indigent: eiusmodi inficiationũ pœnæ,cũ de ꝓprijs curatorũ literis institutæ fuerint, non cõtra eos qui sub illorũ cura sunt, sed cõtra ipsos qui tam inhonestè, tãq; indecéter inficiationé facere non dubitarũt, inferãtur. Si quod uerò aliud in condẽnatione augmentũ uel dupli,uel tripli uel quadrupli, uel antiquis legib. uel imperialib. introductũ est constitutionib. maneat & illud quidé in ꝓpria forma,quemadmodũ id nos in nostris Institutionib. simul & Digestis,neq; nõ constitutionũ Codice sanciuimus: qd uerò in ꝑsentia decernimus, hoc additaméti loco sit priorib. Enimuerò & illud quod crebrò in iudicijs dissensioné habuit, speciosius q̃ oés maiores nostri in mẽbra digerẽdũ esse, redigendũq; in ordiné putauimus. Si quis enim rerum alterius detentator in rem actione conuentus, neget res eius esse, quo de actor dicat,is uerò qui actionem instituit,ut ostendat res illius esse,cogatur uel instrumentis,uel testibus,uel alijs uti laboribus,post deinde qui usq; ad id tempus semper res illius nõ fuisse iuerat inficias uti uelit aliquo exinde iure,dicatq; ratione hypothecariã,aliarũue causarũ,quę originem suã ad illius personam referrent,potioré se esse eo qui litem moueat: omnes quidem aliæ sententiæ quę maioribus nostris placuerũt uacent,inficiantibus auté mediocris quædam & humana, neque ab ipsius rei scopo aberrãs pœna inferatur. Pro eo enim quod inficias ierit,proque actoris laboribus,etiam dum lis apud iudicem agitur,rerũ quibus de quæstio mota est, possessio ad actorem transferatur, licentiam habente eo, qui hanc restituit, ut si quæ ex illa persona, pro qua prius inficiatus fuerat iura ad se pertinentia habeat, ea proponat, & legiã ac iuris beneficium obtineat, pœna in sola translatione possessionis consistente. *Ait Imp.* Vt uetus plebiscitum quod Aquilius olim,&c. *De hoc uide l.1.in principio,ibi: Et infrà deinde. & l.23. §. hæc actio.ff.ad l.Aquiliam. Item l.4.C.de lege Aquilia. Concordat item Institutionibus, de pœna temerè litigan. §. at aduersus.*

Propo-

Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi actor inficianti iusiurandum deferat, isq; tunc confiteatur, quod antea negauerat. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: Hæc autem dicimus, si non actor, &c.

Secunda exceptio est: Nisi is qui inficiatus est, postea se dicat soluisse: hoc enim casu non in duplum condemnandus est, cum simplum soluerit, sed in alterum tantum. quæ exceptio approbatur supradictis uerbis hisce: Prætetea si quis cum negasset, &c.

Tertia exceptio est: Nisi non reus, sed actor fuerit exceptionem inficiatus. quæ exceptio approbatur certo modo supradictis uerbis hisce: Sed & si reus protulerit literas actoris, &c.

Quartæ exceptionis loco notandũ, quod pœna proposita aduersus ipsum inficiantem, non aduersus eum cuius causa agitur, uel defenditur pertineat. quæ exceptio approbatur supradictis uerbis hisce: Si uerò causa agitetur per curatores, &c.

Quinta exceptio uidetur esse: Nisi ipso iure actio in duplum, triplum, uel quadruplum competat. Hæc exceptio reprobatur uerbis suprà propositis hisce: Si quod uerò aliud in condemnatione augmentum, &c.

Sexta exceptio est: Nisi in rem actione agatur, reusq; neget, uel rem actoris esse, uel se eam possidere: tunc enim negans non in duplum condemnatur, sed rei possessione priuatur. quæ exceptio approbatur uerbis suprà dictis hisce: Enimuerò illud quod crebrò in iudicijs, &c. *Concordat l. ult. ff. de rei uendicatione. cuius uerba uide in Commentar. de Rei uendicat. cap. 5. reg. 2.*

Altera regula. Si non fuerit probatum id quod actor intendit, reus est absoluendus. quæ regula approbatur l. 4. in fine. C. de edendo, cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 4 membr. 1. quæst. 3. Concordat l. 9. in prin. C. de exceptionibus. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. item concordat l. 2. C. de probationibus. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 2. reg. 2. Concordat item l. 9. de obligat. & action. his uerbis: Negantes debitores non oportet armata ui terreri, sed petitore quidem, &c. *Quod dictum de actione probanda, idem intelligi debet de exceptione, ut nisi reus suã probauerit exceptionem, condemnetur. nam reus in exceptione actor est, ut ostensum s̄. Lib. 5. cap. 9. in prin. reg. 4. Plane propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is cui probatio incumbit, aduersario iusiurandum deferat, isq; iurare nolit: tunc enim is cui probatio incumbit, quamuis nihil probare possit, debet obtinere. de qua re dicetur J. cap. 6.*

Secunda exceptio est: Nisi delato iureiurando aduersarius illud referat, & is cui probatio incũbit iurauerit: tunc enim æquè debet obtinere, ut J. d. capite 6. dicetur.

Tertia exceptio est: Nisi is cui probatio incumbit delato sibi à iudice iureiurando iurauerit. de hac re item dicetur J. d. cap. 5.

VI. ADFINIA PROBAtionis remedia.

Primum adfine remedium est: Iusiurandum delatum, ut ex iam dictis constat, & J. d. capite 6 copiosius dicetur.

Alterum adfine remedium uidetur, ut cogatur aduersarius dicere titulum suæ possessionis, & probare: uerùm hoc remediũ reprobatur per ea quæ dicta sunt s̄. eod. cap. quæst. 2. reg. 1. except. 6.

Tertium adfine remedium est. Vt teneatur & cogatur reus confiteri. Hoc remedium reprobatur l. 9. C. de obligat. & action. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. Hactenus de Probationibus in genere dictum est: nunc de singulis probationum speciebus est dicendum.

DE INSTRVMENTIS. Cap. III.

I. DEFINITIO INSTRVmentorum.

D*Efiniuntur instrumenta l. 1. ff. de fide instrum. his uerbis:* Instrumentorum nomine ea omnia accipiẽda sunt, quibus causa instrui potest. Et ideo tam testimonio, quàm personæ instrumentorum loco habentur. *Concordat l. 99. §. fin. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Instrumentorum appellatione quæ comprehendantur, perquàm difficilè erit separare. quæ enim propriè sint instrumenta, propter quę dilatio danda sit: inde dignoscemus, si in præsentia personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur (puta qui actum gessit, licet in seruitute, uel qui actor fuit constitutus) putemus uideri instrumẽtorum causa peti dilationem. *Ex hisce patet instrumentorum appellatione non tabulas solum, sed & testes contineri: uerùm de illis quidem tantum in hoc capite dicetur, de hisce uerò in capite sequente.*

II. FINIS ET VSVS instrumentorum.

Fiunt de his scripturæ, ut quod actum est, per eas facilius probari possit. quæ regula approbatur ijsdẽ uerbis l. 4. ibi, Fiunt enim. ff. de fide instrum. Concordat l. 4. §. fin. ff. de pignoribus.

III. COLLATIO INSTRVmentorum & testium.

Proponitur hæc collatio l. 15. C. de fide instrum. his uerbis: In exercendis litibus eandem uim obtinent tam fides instrumentorum, quàm depositiones testium.

IIII. DE ORDINANDIS seu conficiendis instrumentis.

Prima regula. Tabelliones, qui instrumentorum conficiendorum officio præsident, ipsi per se omnibus modis & instrumenti conficiendi mandatum accipiant, & cum absoluitur intersint. quæ regula approbatur Nouell. const. 44. in prin. usq; ad §. illud præterea, his uerbis: Præsenti legi his quædã, quã paulo

antè

antè audiuimus, occasionem præbuit. Proferebatur enim à persona muliebri, &c. *Concordat l.16. ibi: Etsi per tabell. C. de fide instrum. Huius regulæ exceptio uidetur esse talis: Nisi propter morbum aut aliam similem causam absolutioni instrumenti interesse non possit. Hæc exceptio re probatur d.c.44.§.Neq; tabelliones.*

Secunda regula. De principio instrumenti quid præponendum, proponitur d.c.44.§.Illud præterea, his uerbis: Illud præterea præsenti legi apponimus, ne tabelliones in aliam chartam mundam instrumenta conscribant, quàm quæ præpositum (ut uocant) protocollum recipit, preferens gloriosissimi pro tempore comitis sacrarum nostrarum largitionum appellationem, & tempus quo ea charta præparata est, & quæcunque in talibus præponi solent, neque id protocollum abscindant, sed chartis insertum relinquant. Multas enim ex eiusmodi chartis falsitates refutatas nouimus, cum olim rum etiam hoc tēpore. Vnde etsi charta aliqua (siquidem & hoc modo uidimus) protocolli loco sit, nō ita perscripta, sed aliam quādam scripturā cōtinens, neq; illū aut illū præparasse, projiciunto eam tanquam adulterinam, & ad huiusmodi parum idoneam, sed in id genus tantummodo chartam qualem prædiximus, instrumenta conscribunto. Hæc autem quæ de chartarum qualitate à nobis definita sunt, & de abscisione (ut uocant) protocollorū in gloriosissima hac urbe ualere uolumus, ubi & ingens cōtrahentium multitudo, & magna chartarum existit copia, & in manu est legibus recepto modo rebus uti, neq; ansam aliquibus porrigere ut falsi crimen committant, quo semper se obnoxios fore ostendent, si quid cōtra hæc facere præsumpserint.

Tertia regula. Itidem de principio instrumenti & nomine imperatoris proponendo, proponitur Nouell. c.47. his uerbis: Sancimus, ut quicunq; actis publicis conficiendis inseruiunt, siue in iudicio, siue ubicunque tandem acta cōsistūt, tabelliones quoq;, & in summa, qui quacūque forma aut ratione instrumenta conscribunt, siue in ampla hac urbe, siue apud alias gentes, in quas summū à nobis Imperium concessit Deus, ad hunc fermè modū incipiant instrumēta: Sacratissimi huius Augusti & principis Imperij, hoc & hoc anno, & posthęc inferant nomen consulis qui eo anno cum magistratu sit tertio loco indictionē, quā deinde cōsequatur mensis & dies. Per omnia enim hoc pacto tēporum ratio conseruari poterit, & imperatoriæ maiestatis mentio, seriesq; dignitatis consularis, ac reliqua obseruatio instrumentis inserta magna ex parte, ne ea adulterari queant, efficient. Ac si qua, uel apud eos qui Orientem incolunt, uel alios homines custodirur obseruatio in recensendis conditarum urbiū temporibus, neq; huic inuidemus, sed præponitor Imperatoria maiestas, sequitor deinde (ut dictum est) consul & Indictio, neque non mensis & dies quo conficiuntur, referunturque in literas quę geruntur: tunc demum omnibus modis ciuitatis etiā mos introducitor: neq; enim quidquam eorum quæ antè in more fuerunt abrogamus, sed tātum adiectione imperatoria reaugemus. Atq; ipsa scripta à prima statim indictione, quę modò duce & auspice Deo appetit, sic quodāmodo inchoantor: Imperij Iustiniani sacratissimi Augusti & principis, anno undecimo, post consulatū Flauij Belisarij clarissimi uiri anno secūdo, die ante tot & tot calendas: & ita in omnibus Imperij tam nostri quoad illos Deus prolongauerit, quàm aliorum deinceps Imperatorum anni nominantor: cū manifestarium sit, quod iā nūc undecimum imperij nostri annum scribēt. Ex primo uerò die ineuntis mensis Aprilis, quo Deus Romanorum nos reipub. præfecit, duodecimum scribent, & ita deinceps ordine, quo adusq; nobis imperium Deus extenderit, ut ultra leges, earumq; compositionem hęc etiam num causa perpetuò nobis immortalis permaneat, in omnibus scilicet una rebus & temporibus maiestatis Imperatoriæ mentione facta.

Quarta regula. De tempore obscuris & obsoletis literis non scribendo, sed uulgaribus proponitur d.c.47.§.sed & illud, his uerbis. Sed & illud apponimus, ut quoniam qui tempus designāt in iudicijs, cum obscuris illud & obsoletis denotant literis: in omni iudicio obseruent, quo magis post obsoletas illas literas subijciant alias, tempe uulgares hasce & omnibus notas, quæque facilè ab omnibus legi queant: & actorum tempus explanent, ne qui tempus quæritant adsistant, incertique ac dubij tantisper expectent, donec in hominem aliquem incidant, qui planè illas agnoscat literas. Ac quidem si quæ deinceps ordine & post obscurarum literarum descriptionē sequunrur, Gręcę linguę sunt, Gręcis literis tempus subijciant: si uerò totius scripturę in charta series Latina existat, tempus obscurioribus illis elementis subiectum, Latinis literis subscribatur, clariorem tamen literarum seriem habituris, & quam omnes possint legere, qui modò Latinarū syllabarum imperiti non sint.

Quinta regula. De testibus adhibendis. Testes quoque in contractibus celebrandis adhibendi sunt, & in instrumentis denominandi, & ab illis instrumentum subscribendum. quæ regula approbatur l.ult. C. Si certum

tum petatur, his uerbis: Super chirographarijs inſtrumentis hæc pro communi utilitate ſanciēda duximus, ut ſi quis pecuniam credere ſupra quinquaginta libras auri uoluerit, uel ſuper reddito debito ſecuritatem accipere, cum amplius ſit memorata quantitate: ſciat nō aliter debere chirographum à debitore, uel à creditore percipere, quàm ſi teſtimonium trium teſtium probatæ opinionis per eorum ſubſcriptiones idem chirographum capiat. Nam ſi citra huiuſmodi obſeruationem chirographum ſuper pecunijs memoratam auri quantitatem excedentibus proferatur, minimè hoc admitti à iudicantibus oportet: quæ & in futuris creditis, uel debitorum ſolutionibus locum habere oportet. *Concordat Nouell. c. 73. §. ſi quis igitur, his uerbis*: Si quis cautè uult deponere, non ſolum ſcripturæ depoſitum recipientis fidem habeto (id quod mota lite in quęſtionem deductum, quia non profaſſus eſt ſuā ſcripturam eſſe qui id ſcripſiſſe dicebatur, magnam perturbationem habuit, ipſo etiam alia ſcribere coacto: quę tametſi aſsimilia uiſa ſunt, per omnia tamen ſimilia nō fuerunt, ut ſanè quoad ſcripturam ea cauſa indeciſa, & abſque iudicatione permanſerit) ſed qui depoſitum daturus eſt, is etiam teſtes aduocato quoad fieri poteſt graues, & fide dignos non minus quàm tres: ne de ſcriptura tantummodo, & eius per comparationem examinatione pendeamus, ſed nobis cum iudicamus ſuppetat quoque à teſtibus auxilium: quippe talia teſtimonia deſideramus, in quibus prodeuntes teſtes dicant, ſe præſentibus ſubſcripſiſſe, eū qui inſtrumentum confecerat, quodq; id ita factum ſciant. Vſque adeò, ut etſi tales duntaxat aliquos non minus quàm tres fide dignos teſtes conſtitutos repetiamus, neque illis in hac re fidem derogemus. Neque enim hanc legem ferimus, ut probationes in arctum contrahamus, ſed ut multo eas etiam ſtabiliores reddamus. Sed etſi quis inſtrumentum mutui, aut alterius contractus conficiat, neque id uelit componi in foro, non ſuapte natura (quod etiam in depoſito determinamus) pro mutuo dato ſcriptū inſtrumentum fidem habere uidetur, niſi & fide dignorum non minus quàm trium teſtium habeat præſentiam: ut ſiue ipſi prodeant, & ſuis teſtimonium præbeant ſubſcriptionibus, ſiue alij quidam teſtificentur ſe præſentibus inſtrumentum eſſe ita compoſitum, utroque modo cōtractus fidem recipiat, nō quod penitus reijcienda ſit ipſa ſcripturę per comparationem examinatio, ſed quia ſola non ſufficiat, & per acceſsionem teſtium confirmanda eſt. *Concordat d. c. 73. §. oportet autem, his uerbis*: Oportet autem in his qui literas neſciunt, per omnia tabulariōs ſimul (in quib. ſcilicet locis ſunt tabularij) & teſtes adhiberi: maximè autē teſtes, qui contrahentibus ignoti non ſint, quo magis illi quidem pro literarum imperito aut parum literis inſtructo ſcribant: hi uerò teſtentur ſe etiam præſentibus illa confecta eſſe, quodque ipſum in re præſenti aſpexerint: & ita demum horum inſtrumentorum fides ſuſcipiatur, cum perſpicuum ſit, in talibus infra quinque teſtes adhibendos non eſſe, inter quos etiam is erit, qui pro contrahente uel totum, uel poſt paucas in chartā ab illo collocatas literas, ſcribit: ne quid omnino de ſumma diligentia ac ſubtilitate intercidat.

Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi quantitas, de qua inſtrumentum cōſcribitur, quinquaginta libras auri non excedat. quæ exceptio approbatur ſupra dicta l. ult. C. Si certum petatur. Mutatur hæc, quantitas in unam auri libram d. Nouell. c. 73. §. porrò illud quoque, his uerbis: Illud quoque legi apponere pulchrum fuerit, ut ſi intra unam auri libram contractus uerſetur, ne iſtiuſmodi in hoc obſeruatio cuſtodiatur, ſed ſecundum id quod uſque adhuc in repub. obtinuit, res peragatur, ne exiguis de rebus, magnas homines attritiones ſufferant.

Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi inſtrumenta in foro & publicè conficiantur. Hæc except. reprobatur d. c. 73. §. ſed etſi inſtrumenta, his uerbis: Sed etſi inſtrumenta in foro & publicè conficiātur, licet per tabelliones abſoluta ſint, aſſumunto tamen & ipſa, antequam ſumma imponitur manus, ſcriptis deſignatam teſtium præſentiam

Tertia exceptio eſt: Niſi non in urbe, ſed in agro inſtrumentum ſit confectum. Hæc exceptio approbatur d. c. 73. §. item hæc omnia, his uerbis: Hæc omnia in urbibus ualere uolumus. Alioquin in agris, ubi magna ſimplicitas eſt, & neque ſcriptorum uel multorum teſtium copia eſt, ea quæ hactenus apud ipſos obtinuerunt, etiam num firma ſunto. hoc enim iam in ipſis etiam teſtamentis, in quibus maximè laboramus, à nobis ſancitum eſt.

Quarta exceptio eſt: Niſi teſtes adhibiti ſint. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi pauciores quàm tres teſtes ſint adhibiti. quæ replicatio ex ſupradictis conſtat. Sanè ſi is qui contrahit, literarum ſit ignarus, quinque teſtes requiruntur. *quod approbatur d. c. 73. §. oportet, in fine. cuius uerba uide paulo ſuperius.*

Secunda replicatio eſt: Niſi teſtes adhibiti non ſubſcripſerint. quæ replicatio itidem ex præcedentibus conſtat.

Quinta exceptio eſt: Niſi quis contentus ſit ipſius.

cum quo contrahit, chirographo. Hæc exceptio approbatur d. c. 73. §. uerũ enimuerò, his uerbis: Hoc nos quidem pacto probari poſſe arbitramur fidem inſtrumentis ineſſe. Verùm enimuerò ſi quis cum uel deponit, uel mutuũ dat, uel aliter contrahit, contentus ſit ſola ſcriptura eius, q cũ contrahit, eo loco erit ut ſciat ſe fiduciam contraxiſſe, & de illius fide ſe totum pendere. Et quanquam fermè ex ſcriptura ſecundum legem noſtram ſufficiens inſtrumento fides apponi non uideatur: non tamen quod ita geſtum eſt, irritum reddimus, ut maximè teſtium præſentia coram quibus contractus celebratus eſt, aut extremum fortè eius rei refugium, quod ſcilicet ex iuramentis peti ſolet, opem illis non ferat. Vtcunque enim falſitates, & ſcripturarum imitationes uereamur, neq; illis ſi teſtib. deſtituti ſint, fidem habeamus: non tamen negocio talem ſubtilitatem imponimus, ut his qui fiduciam uolunt contrahere, ſuam erga amicos fidem detrahamus, ſed ut perfidiã & inficiationem, quoad fieri poteſt, multis redarguamus modis. *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi inter cõtrahentes conuenerit, ut contractus in ſcriptis celebraretur: tunc enim ſupradictis deficientibus, deficit contractus. quæ replicatio approbatur l. 16. C. de fide inſtrum. cuius uerba uide J. quæſt. prox. except. 2.*

Sexta regula. De inſtrumento à partibus ſubſcribẽdo, proponitur d. l. 16. Concordat l. 11. in prin. ibi: Ipſorum tamen habeant. C. qui potiores in pignore. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi literas neſciant. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio eſt: Niſi alius pro eo ſubſcripſerit. quæ replicatio approbatur l. 3. §. item ſubſcribere. ff. de accuſationibus, his uerbis: Itẽ ſubſcribere debebitis, qui dat libellos, ſe profeſſum eſſe, uel alius pro eo ſi literas neſciat. *Cõcordat Nouell. c. 73. §. oportet autem. cuius uerba uide ŝ. reg. prox. in prin.*

V. DE EXCEPTIONIBVS contra inſtrumenta.

Regulariter quidem inſtrumenta probant. quæ regula approbatur l. 15. C. de fide inſtrument. cuius uerba uide ŝ. eod. cap. quæſt. 5. Huius autem regulæ exceptiones ſunt, quæ ſequuntur.

I. EXCEPTIO: *Niſi inſtrumentum non ſit ſolenniter factum, teſtibus adhibitis, & ſubſcriptionibus ſubiectis. Hæc exceptio approbatur l. ult. §. fin. C. Si certum petatur. cuius uerba uide ŝ. quæſt. prox. reg. 5. in prin. Concordant ea quæ dicta ſunt ŝ. d. reg. 9. Sed & propoſitæ exceptionis replicationes uide ŝ. d. reg. 5. except. 1. cum ſequentibus.*

II. EXCEPTIO: *Niſi imperfectum ſit inſtrumentum, & non abſolutum. Hæc exceptio ſpecies eſt exceptionis præcedentis, & approbatur l. 16. C. de fide inſtrum. his uerbis:* Contractus uenditionum, uel permutationum, uel donationum quas intimari eſt neceſſarium dationes etiam arrarum, uel alterius cuiuſcunq; cauſæ, quas tamen in ſcriptis fieri placuit, tranſactionũ etiã, quas in inſtrumento recipi conuenit: non aliter uires habere ſancimus; niſi inſtrumenta in mundum recepta, ſubſcriptionibusq; partiũ confirmata, & ſi per tabellionẽ cõſcribantur, etiam ab ipſo cõpleta, & poſtremò partib. abſoluta ſint: ut nulli liceat prius quàm hæc ita præceſſerint, uel à ſcheda conſcripta (licet literas unius partis, uel ambarũ habeat) uel ab ipſo mundo, quod necdum eſt impletum uel abſolutum, aliquod ius ſibi ex eodem contractu uel tranſactione uindicare. Adeò, ut nec illud in huiuſmodi uenditionibus liceat dicere, quòd precio ſtatuto neceſsitas uenditori imponatur, uel contractum uenditionis perficere, uel id quod emptoris intereſt, perſoluere. Quę tam in poſtea conficiendis inſtrumentis, quàm in his quæ iam ſcripta ſunt, nondum autem abſoluta ſunt, locũ habere præcipimus: niſi iam ſuper his tranſactum uel iudicatum ſit, quæ retractari non poſſunt: exceptis emptionalibus tantũ inſtrumentis, uel iam in ſcheda, uel in mundo conſcriptis, ad quæ præſentem ſanctionem non extendimus, ſed priſca iura in his tenere concedimus. *Ait Imperator:* Quas tamen in ſcriptis fieri placuit. *Ex hiſce uerbis elicitur aduerſus exceptionem propoſitam replicatiõ hæc: Niſi in ipſo contractu non ſpecialiter conuenerit de inſtrumento ſuper eo conficiendo: tunc enim quamuis nullum nedum imperfectum inſtrumentum exiſtat, nihilominus tamen ualet contractus. de quo uide Comment. de Pactis, except. 12. Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi de ipſo contractu dubitetur: tunc enim quod eiuſmodi inſtrumentũ imperfectũ nihil probet, dubium non eſt.*

III. EXCEPTIO *eſt: Niſi inſtrumentum non ab eodem tabellione ſit abſolutum. Hæc exceptio approbatur d. l. 16. C. de fide inſtrument. Concordat Nouell. c. 44. in prin. uſq; ad §. illud præterea. cuius uerba uide ŝ. quæſt. prox. reg. 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi inſtrumentum à partibus non ſit ſubſcriptum. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ dicta ſunt ŝ. quæſt. prox. reg. 6.*

V. EXCEPTIO: *Niſi ſigna inſtrumenti uicioſa ſint, uel adulterina. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 73. §. oportet uerò, his uerbis:* Oportet iudices conari, ut ſi qua chartis ſigna adſcripta inuenerint, ipſa quoq; diſquirant & recognoſcant, cum ex illis etiam multa eluceſcant, neque temerè ſcripturarum fidem propter prædictas à nobis cauſas, ex aliarum cõparatione admittere.

VI. EXCEPTIO *eſt: Niſi inſtrumentũ falſum dicatur. Hæc exceptio approbatur l. 24. C. de probationib. cuius uerba uide ŝ. Lib. 4. cap. 8. quæſt. 7. reg. 2.*

Concordat l. 2. in fine. ff. de fide instrum. cuius uerba uide J. except. 10. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is qui eo instrumēto utitur, eius fidem adprobauit, uel adprobatus est: quæ replicatio approbatur d. l. 24. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi falsum sit pronunciatum instrumentum. Hæc duplicatio ualet hac ratione: quia res iudicata pro ueritate accipitur Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi inter alios instrumentum falsum sit pronunciatum. quæ triplicatio approbatur l. 2. C. de fide instrum. his uerbis: Si uteris instrumento de quo alius accusatus falsi uictus est, & paratus est (si ita uisum fuerit) à quo pecuniam petis, eiusdem criminis te reum facere, & discrimen periculi pœnę legis Corneliæ subire: non oberit sententia, à qua nec is, contra quem data est appellauit, nec tu qui tūc crimini non eras subiectus, appellare debuisti. *Secunda propositæ replicationis duplicatio est: Nisi cum desideretur instrumentum, rursus produci ut falsum dici possit, is qui eo utitur, illudq; antea adprobauit, id rursus producere nolit. quæ duplicatio approbatur l. 20. C. de fide instrument. cuius uerba uide J. eod. cap. quæst. 6.*

Secunda replicatio est: Nisi comparatione literarum instituta literæ inter se similes appareant. Hæc exceptio tractabitur J. eod. cap. quæst septima. de comparatione literarum.

VII. EXCEPTIO: *Nisi comparatione literarum instituta, literæ inter sese dissimiles reperiantur. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi testes cum instrumento consentiant. quæ replicatio approbatur* Nouell. c. *73. §. 1. his uerbis:* Inopinatum quiddam nobis ex Armenia extitit. Nam cum prolato permutationes instrumento dissimiles inter se scripturæ indicatæ essent, postea tamen quàm qui instrumento testes accesserant, & subscripserant, inuenti sunt, & scripturā suam agnouerunt, instrumentum fidem accepit. Et mirabile quiddam exinde euenit, ut scriptura quidem licet examinata fide carere uideretur, testiū uerò dicta conuenirēt cū ueritate, & hęc per fidem testiū uidentur quodāmodo esse cauta. Videmus tamen naturam eius crebrò desiderare rei examinationem: utpote, cum scripturæ dissimilitudinem sæpenumero tempus (neq; enim eodē modo quis adolescens scribat, & in medio ætatis flore positus, & cum iam senio premitur fortè etiam tremebundus) sępenumero etiam morbus ingrauescens efficiat. Atque hæc eo magis dicimus, si quando calami & atramenti mutatio, ne exquisita per omnia similitudo esset, ademit. Neque rationem inuenerimus, qua recenseamus ordine quàm multa quotidie natura noua p̄generet, & nobis legem latoribus facessat negocia. *Concordat d. c. 73. §. certè si tale, his uerbis:* Certè si tale quid usuueniat, quale factum est in Armenia, & aliud quidem præseferat literarum comparatio, aliud autem testimonia: tunc nos quidem quæ uiua uoce, & cum iureiurando proferuntur, multo arbitramur fide digniora esse, quàm ipsam per se scripturam. Nihilominus tamen hoc ad iudicantis prudentiam simul & religionē pertineat, ut ueris potius fidē habeat, quàm istiusmodi, Atq; hoc nos quidem pacto p̄bari posse arbitramur fidem instrumentis inesse. *De pacto probandi instrumenti, cuius hic meminit Imperator, uide J. quæst. prox. reg. 5.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi is qui instrumento utitur, antea id falsum esse confessus sit, neque eo se usurum dixerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de fide instrum his uerbis:* Si aduersarius tuus apud acta pręsidis prouinciæ, cum fides instrumenti quod proferebat, in dubium reuocaretur, non usurum se contestatus est: uereri non debes ne ex ea scriptura, quam nec esse ueram etiam professione eius constitit, negocium denuò repetatur.

IX. EXCEPTIO: *Nisi instumentum de alio loquatur, quàm qui eo utitur. Hæc exceptio approbatur l. 21. in prin. C. de probationib. his uerbis:* Ad probationem domini, ut aliena subtrahentes instrumenta, minimè possunt: quippe cum horum lectio non recitantes, sed quem tenor scripturæ designat, adiuuet. Cum itaq; nec cætera probationū indicia reprobētur: iure cōpetēti, prædiorū quę in quæstionem ueniunt, dominiū ad te ostende pertinere.

X. EXCEPTIO: *Nisi exemplum instrumenti, non ipsum instrumentum producatur. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. de fide instr. his uerbis:* Quicunque à fisco conuenitur, non ex indice & exemplo alicuius scripturæ, sed ex authētico conueniendus est, ut ita contractus fides possit ostendi. cæterùm calumniosam scripturam uim in iudicio obtinere non cōuenit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi manu commentariensis sit adnotatum. Hæc replicatio approbatur l. 45. §. quoties apud. ff. de iure fisci, his uerbis:* Quoties apud fiscum agitur: actorum potestas postulanda est, ut merito his uti liceat, eaq; manu cōmentariensis adnotāda sunt, quòd si ea aliter proferātur, is qui ita protulerit, causa cadit. *Secūda replicatio est: Nisi tutores instrumentis seu chirographis exustis ex inuentario probēt. quæ replicatio approbatur l. 56. in prin. ff. de administr. tutorum.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi quid contra uoluntatē alterius partis in instrumento sit adscriptū. Hæc exceptio approbatur l. 18. C. de probationib. his uerbis:* Cū precibus tuis significes ignorāte te prædiū eū cuius meministi, sibi uelut à te donatū instrumētis inseri fecisse: si uera sunt quę indidisti, nec ad nomen factæ donationis fundus

fundus iste peruenit. Vnde adito iudice cõpetenti, probare te oportet contra uoluntatem tuam húc fundum instrumento aduersariũ tuum sibi adscribi laborasse: ut secundum tenorem rescripti nostri posſis consequi sententiam.

XII. EXCEPTIO: *Nisi error interuenit, & cõtrarium probetur. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. ueritas. ff. de officio præsidis, bis uerbis*: Veritas rerũ erroribus gestarum non uitiatur. Et ideo præses prouinciæ id sequatur, quod conuenit eum ex fide eorum quæ probantur, sequi. *Concordat l. 2. C. de errore aduocatorum, bis uerbis*: Errores eorum qui desideria & preces scribunt, ueritati præiudicium adferre non posse manifestum est. Et ideo si condemnationem, cuius mentionem libello esse insertam proponis, manifestè probare potes non intercesſisse, allegationes tuas lædi nõ oportere is, qui sup negocio disceptaturus est, non ignorabit. *Concordat l. 92. ff. de reg. iuris, bis uerbis*: Si librarius in transcribendis stipulationis uerbis errasset, nihil nocere quo minus & reus, & fideiussor teneatur. *Vide insuper J. reg. prox.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi aliud actum, aliud scriptum sit. Hæc exceptio approbatur per ea que dicta sunt 5. exc. prox. Sed & approbatur. l. 1. C. plus ualere quod agitur, bis uerbis*: In contractibus rei ueritas potius quàm scriptura perspici debet. *Concordat l. 2. C. eod. tt. bis uerbis*: Acta simulata, uelut non ipse, sed eius uxor comparauerit, ueritatis substantiam mutare non posſunt. Quæstio itaque facti per iudicem uel præsidem prouinciæ examinabitur. *Concordat l. 3. C. eod. tt. bis uerbis*: Emptione pignoris causa facta, non quod scriptum, sed quod gestum est, inspicitur. *Concordat item l. 4. C. eod. tt. bis uerbis*: Si quis gestum à se, alium egisse scribi fecerit: plus actum, q̃ scriptũ ualet. *tem concordat l. 5. C. eod. tt. bis uerbis*: Si falsum instrumentum emptionis conscriptum, tibi uelut locationis, quam fieri mandaueras, subscribenti non relicto: sed fidem habenti suasit: neutrum contractum (in utroque alterutrius consensu deficiẽte) constitisse, procul dubio est. *Concordat item l. 4. C. Si quis alteri uel sibi sub alterius, bis uerbis*: Quamuis instrumento emptionis socrus nomen inscripseris: tamen si posseſsionem tenens dominus effectus es, ob eam rem frustra calumniam mulieris, quamuis ipsa contractus tabulas habeat, reformidas. *Concordat l. 5. C. eod. tt. bis uerbis*: Cum propria pecunia tua te comparante posseſsionem, quondam uxoris tuæ nomen tantummodo accomodasse dicas, eandemque occasione custodiæ suæ commissorum instrumentorum contra bonam fidem proprietatem eiusdem fundi usurpasse dicas, Rector prouinciæ pro sus exercitatione cognitum habens, donationem à non domina uxore tua in filiam suam collatam, nullum præiudicium dominio tuo attulisse: docenti tibi ueritatem procibus tuis adsistere, restituere eandem posseſsionẽ, habita etiam fructuum taxatione, curabit. *item concordat l. 6. ibi: Quod si emisti. C. d. tt. Si quis alteri. Item l. 7. C. de contrah. empt. bis uerbis*: Si ancillam ex emptione sibi quæsitam, mater tua donatione à secundo marito postea se simulauit accepisse: tituli falsi figmentum donationis dominium ei duplicare, uel auferre non potuit. *Concordat item l. 17. C. ad. S. C. Velleianum, bis uerbis*: Si cũ pater uester à Callistrato mutuam sumpsisset pecuniam, uelut hanc eius uxor accepisset instrumẽtum conscriptum est: nec ad exceptionis tractatum ex senatusconsulto uenientem, peruenire necesse est: cum eam ueritatis substantia constituta potior, quàm simulata gesta tueatur. *item concordat l. 21. C. de transactionib. bis uerbis*: Cum ea quæ transactionis causa dari aut retineri conuenit, ueluti emptorem eum, quem accipere placuerat, obtinere præscribitur, ijs quæ simulatè geruntur pro infectis habitis frustra ficti precij postulatur numeratio. *Planè propositæ exceptionis replicatio proponitur l. 19. ff. de usufructu legato. cuius uerba uide in Comment. de Legatis cap. 14. reg 17. except. 3.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi abundans quid in instrumento sit scriptum. Hæc exceptio reprobatur l. 94. ff. de reg. iuris, hisce uerbis*: Non solent quæ abundant, uitiare scripturas. *Concordat l. 37. C. de donationib. cuius uerba uide in comment. Donationum cap. 2. except. 26. concordat item l. 17. C. de testamentis, his uerbis*: Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diuersis hoc deficiens nominibus appellauit: cum superflua non nocent. Nanq; necessaria prætermissa imminuunt contractum & testatoris officiunt uoluntati, non abundans cautela. *Concordat item l. 32. §. Labeo. ff. de auro legato, his uerbis*: Labeo testamento suo Neratiæ uxori suæ nominatim legauit: uestem, mundum muliebrem omnem, ornamentaque muliebria omnia, lanam, linum, purpuram, uersicoloria, facta, infectaq; omnia, &c. Sed non mutauit substantiam rerum non necessaria uerborũ multiplicatio: quamuis Labeo testamento lanam, ac deinde uersicoloria scripsit, quasi desierit lana tincta, lana esse: detractoque uerbo uersicoloria, nihilominus etiam uersicoloria debebuntur, si non appareat aliam defuncti uoluntatem fuisse.

XV. EXCEPTIO: *Nisi pugnantia in eodem instrumẽto inueniãtur. Hæc exceptio approbatur l. 148. ff. de reg. iuris, bisce uerbis*: Vbi pugnantia inter se in testamẽto inueniũtur, neutrũ ratũ est.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi diuersæ scripturæ proferantur. Hæc exceptio approbatur l. 14. C. de fide instrum. his uerbis*: Scripturæ diuersæ fidem sibi inuicem derogantes, ab una eademque parte prolatæ, nihil firmitatis habera poterunt.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi pecunia non sit soluta. de hac exceptione uide alibi De non numerata pecunia, item J. eod. cap. quæst. 8. except. 3.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi plures causæ plurium debitorum in eodem instrumento contineantur. Hæc exceptio reprobatur l. 10. C. Si certum petatur, his uerbis*: Eo quòd, &c.

VI. DE EXHIBENDIS instrumentis.

1. *Vbi exhibenda. Regulariter apud iudicem apud quem litigatur, instrumenta producenda: uerum ex causa etiam alibi produci & exhiberi possunt. quæ exceptio approbatur l. 17. C. de fide instrum. his uerbis*: Iudices siue in hac inclyta urbe siue in prouincijs, secundũ ea quę disposnimus, ut possint (si hoc perspexerint) occasione testium in alijs locis degentium litigantes uel procuratores eorum ibi destinare, ut depositionibus sub utriusque partis pręsenria factis, res ad eos referatur: etiam in illis seruare uolumus, qui prolatis instrumentis fidem adhibere exiguntur, ut si poposcerint, in alijs locis, id eis facere permittatur. Et boc si iustè peti iudex inuenerit, similis proferatur sententia: ut postquã in locis opportunis fides instrumento data, uel minus data fuerit, referatur negocium ad priorem iudicem.

2. *Quoties exhibenda. Definitur l. 20. C. de fide instrum. his uerbis*: Cum quidam instrumentum protulerit, uel aliam chartulam, eiq; fidem imposuerit, postea autem persona contra quam ista chartula uel instrumentum prolatum est, quasi falsum hoc constitutum redarguere nitatur: ne diutius dubitetur utrum necessitatem ei qui protulit, imponi oporteat repetita uice hoc proferre, an sufficiat fides iã adprobata? Sancimus, si quid tale eueniat, eum qui perit eam chartam proferri, prius sacramentum præstare, quòd existimans se posse falsum redarguere, quod prolatum est, ad huismodi ueniat petitioné. Quid enim si cum nosset deperditam esse chartam, uel fortè concrematam, uel alio modo deminutam, hanc requiri adsimulãs & ad difficultatem productionis respiciẽs, huiusmodi faciat petitionem? Et postquam hoc ab actore uel petitore fuerit iuratum, & inscriptionum pagina apud competentẽ iudicẽ deposita: tunc necessitatem imponi ei qui protulit chartam, de qua quæritur, iterum eam apud iudicem criminis proferre, quatenus possit apud eum crimen falsitatis uentilari. Sin autem dicat non esse sibi possibile eam ostendere, quia per fortuitos casus huius copia ei abrepta sit: tunc subeat sacramentum, quòd nec habeat eandẽ chartulam, nec alij eam dedarit, nec apud alium uoluntate eius constituta sit, nec dolo malo fecerit quo minus appareat ea: sed reuera ipsa chartula sine omni dolo sit deperdita, & productio eius sibi impossibilia sit: & si tale subeat sacramentum, ab huiusmodi necessitate relaxetur. Quòd si prædictum iusiurandũ subire minimè maluerit: tunc quasi falsa chartula nullas habeat uires aduersus eum, contra quem prolata est, sed sit penitus euacuata. Neq; enim ulterius pœnam produci contra eos qui non iurauerint, uolumus: cum forsitan quidam subtili reuerentia tenti, nec uetum sacramentum præstare patiuntur. Eandem autem copiam ei præstamus, donec causa apud iudicem uentilatur. Si enim iam plenissimum finem accepit, & neque per appellationem suspensa est, neq; per solitam retractationẽ adbuc lis uiuere speratur: tunc satis durum est huiusmodi querelæ indulgeri: ne in infinitum causæ retractentur, & sopita iam negocia per huiusmodi uiam iterum aperiantur, & contrarium aliquid nostro eueniat proposito.

VII. DE COMPARATIONE literarum.

1. An & ex quibus causis comparatio literarum instituenda.

Si falsum dicatur instrumentum, & manus eius, qui scripsisse dicitur, esse negetur, aliaq; eius probandi argumenta deficiant: tunc enim ad comparationem literarum confugiendum. quæ causa approbatur Nouell. c. 73. *§. certè si ad unum, his uerbis*: Si ad unum omnea testes mortui sint, aut eriam absint fortè, aut alioqui per testes qui subscripserunt, fidem imponere facilè non sit, neq; tabellio qui id absoluit (siquidem forense & publicũ fuerit) supersit, ut à se confectis testimonium præstare possit, aut non agat domi, ut per omnia necesse sit comparationem literarum, uel eorum qui absoluerunt, uel qui subscripserunt assumere: tunc æquũ est ad literarum collarioné progredi: (neq; enim in uniuersum eas prohibuimus) ut tamen cum summa & exactissima diligentia procedant. Et si fidem illis babendam putauerint, & iusiurandum deferant proferenti, quod neque ullius sibi in prolato à se instrumento peruersitatis conscius, neq; quo magis circa collationé fraus aliqua admittetur annisus, in hoc tãtũ eo utatur, ut neq; omnino quidquã perimatur, & per omnia reb. addatur certitudo. Sanè in instrumẽtis quę in foro & publicè conficiuntur, siquidem ta

bellio

bellio progressus iuramento præstito testetur, non per se, sed per quendã suorũ ministrorũ id conscripsisse: progreditor & ille siquidẽ superest, & omnino possibile est, ut ueniat, neq; causa aliqua progressum eius impediat, fortè uehemẽtior morbus, aut alioqui casus fortuitus, quales multi obuenire solent hominibus. Si autem instrumentum & numeratorem habeat, accedito, & ille ut iam tres sint, qui testentur, non unus. Si uerò neq; numerator accessit, & tabellio instrumẽtũ ipse totũ per se cõscripsit & absoluit, aut etiã qui id conscripsit, uel abest, uel aliàs adesse nequit, ipse (cum iuramẽto tamen) confectioni à se absolutæ testimoniũ præbeto: ne locũ habeat collatio. Et sunto, instrumẽta sic etiã fidei plena. Nam testimoniũ uiua uoce absoluẽtis probatũ, & adiunctũ habẽs iusiurandũ, utiq; causæ nonnihil adferat momẽti. Cæterũ si tabelliò mortuus sit, & absoluti instrumẽti testimonium habeatur ex alterius cõparatione, siquidem ita quoq; superstitẽ habeat eũ, qui illius mãdatu instrumentum composuit, & item numeratorem: prodeunto & illi si domi agãt; & scriptum tam ex comparatione eorum per quæ ab illo instrumenta absolui consueuerunt, quàm per testes fidem obtineto. Si nemo horum sit, tũc peragitor quidem eorum quæ instrumentum absolutum ostendunt, inter se comparatio: sola autem hæc non sufficiunto, sed insuper & aliorum, qui uel alioqui subscripserunt, uel etiam cõtraxerunt, scripturę examinantor, ut ex multis comparationibus, tam eius quod instrumentum absolutum ostendit, quàm eorum qui uel subscripserunt fortè, uel etiam contraxerunt, una quædam ex omni parte fides colligatur, efficiaturque. Si nihil aliud inueniatur quam instrumentorum inter se comparatio, quod usque adhuc obtinuit procedito, ut qui id instrumentum ad peragendam cum alijs comparationem profert, solenniter iuret. Vt autem omnino ea res additamentum quoddam accipiat, ad maiorem rei fidem faciendam insuper & is, qui hæc fieri desiderat iurato, quod omni alia probatione destitutus, ad instrumentorum inter se comparationem deuenerit, neque circa hanc quidquam egerit, aut machinatus sit, quod probabiliter fortè ueritatem possit abscondere. Atque his contrahentes liberari ipsis in manu est, si uelint, & utrique in hoc conueniant, ut instrumenta insinuent, & apud acta profiteantur: quo magis ipsi cõtrahentes perfidia & adulteratione & falsitatibus, & quæcunq; alia corrigentes mala, hanc legem proponimus, liberentur, his quæ de literarum comparationibus ex instrumentis priuata manu conscriptis peragendis iam à nobis sancita sunt, in sua uirtute manentibus: procul dubiò & in his qui literas nesciunt, quæ olim ualent in iudicijs, suum robur obtinentibus, simulatq; ex iudiciali forma talia conuenientem examinationem exceperunt.

Verbis iam propositis causa proposita partim approbatur, partim distinguitur. Nam *prima eius exceptio est: Nisi alio modo fides instrumento fieri possit, puta testibus præsentibus: uel tabellione, qui illud conscripsit: his enim præsentibus & fidem instrumenti approbantibus, comparatione literarum opus non est. Quæ exceptio constat ex uerbis propositis, præsertim d. §. certè si ad unum, in princip. item d. §. si uerò neque numerator, in fine. item d. §. si nemo, & d. §. ut autem omnino.*

Secunda exceptio est: Nisi instrumentum actis sit insinuatum. Hæc exceptio constat ex uerbis iam dictis hisce: Atque his contrahentes liberari ipsis in manu est, &c.

2. Antecedentia comparationem literarum.

Prima regula. De animaduertendo an alia ratione fides instrumenti constare possit, proponitur uerbis suprà dictis.

Secunda regula. De iureiurando ab eo qui instrumentũ profert, & ab aduersario præstando quod nullius peruersitatis sibi sit conscius, nihilq; dolo egerit, &c. proponitur d. §. certè si ad unum, ibi: Etsi fidem. Concordat d. §. si nihil aliud. item d. §. ut autem omnino. item l. 19. in fine. C. de fide instrumentorum, his uerbis: Omnes autem cõparationes non aliter fieri concedimus, nisi iuramento antea præstito ab his, qui comparationẽ faciunt, fuerit adfirmatũ, quod neq; lucri causa, neq; inimicitijs, neq; gratia tenti huiusmodi faciunt cõparationẽ: & hoc obseruari tam in omnibus sacris nostris scrinijs, quàm in apparitione omnis sublimissimæ præfecturę, nec non magisteriæ potestatis, cæterisque omnibus iudicijs, quæ in orbe nostro constituta sunt, his omnibus in posterum obseruandis. Comparationes enim iam antea factas, retractari extra periculum minimè est: *Concordat Nouell. c. 50. §. porrò & illud, in fine. cuius uerba uide paulo inferius quæst. 4. except. 3.*

3. Adiuncta comparantis officia.

Prima regula. Cum summa & exactissima diligentia comparatio procedere debet, quæ regula approbatur Nouell. c. 73. §. certè si ad unum, ibi: Vt tamen cum *summa. cuius uerba uide paulo superius.*

Altera regula. Ne temerè credatur comparationi literarum, proponitur d. c. 73. §. oportet uerò, his uerbis: Oportet iudices non temerè scripturarum fidẽ, ꝑpter prædictas à nobis causas, ex aliarũ cõparatione admittere. *Ait Imp.* ꝑpter prædictas, *scilicet d. c. 73. §. 1. his uerbis:* Ex quo plus mille falsitates hisce temporibus

is, cui solui non potest. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur exemplo serui l. unica. C. de solut. et liberat. debitor. ciuitatu, hisce uerbis: Cautiones seruorũ publicorum ita demũ firmam securitatẽ debitoribus præstant, si curatorũ adsignantiũ, uel eorũ quib. exigẽdi ius est, authoritate subnixæ sunt. Cũ aũt is qui exoluisse dicitur, solam scripturã actoris suscipientis pecuniam promat: ea tantũ defensio cõsueuit admitti, si quod exolutum est, reipub. rationi profecisse doceatur. Sanè curator uester, si fraude serui cõstiterit effectum, ut interciperentur à curatore illatæ à debitorib. quantitates: de peculio eius, quod eo modo deest, restituet. *Tertia exceptio est: Nisi debitum non sit solutum: hoc enim casu apocha non liberat, nec solutionem probat. Quæ exceptio approbatur l. 19. §. fin. ff. de acceptilatione, his uerbis*: Inter acceptilationẽ & apocham hoc interest, quòd acceptilatione omnimodò liberatio cõtingit, licet pecunia soluta nõ sit: apocha nõ aliàs, quàm si pecunia soluta sit. *Concordat l. 6. C. de compensationibus, his uerbis:* Neq; scriptura qua cautum est accepta, quæ negas tradita, obligare te contra fidẽ ueritatis potuit, &c. *Concordat item l. 6. C. de solutionib. his uerbis*: Si inter patrem tuum, eosq; quos debitores esse dicebas, non de dubia lite transactio est facta: sed parte tãtummodò recuperata, uniuersum se recepisse cauit: nec de superfluo eos quos uerbis obligauit, per acceptilationem liberauit, nec damnationis causa id factum est: exuberantis debiti integra ei competit repetitio. *Concordat l. 13. C. eod. tit. his uerbis*: Si obligatũ ex causa mãdati, non per stipulationem facta nouatione post acceptilationẽ liberasti, sed tantum receptam ex eadẽ causa debitam quantitatem falso scripsisti: figmento ueritatis extingui nõ potuit obligatio. *Concordat l. 13. C. eod. tit. his uerbis*: Si literarũ Auxenonis cõtemplatione, quas ad Aristonẽ de numerãda tibi pecunia dederat, te recepisse scripsisti debitũ ab Aristone: mãdato nõ impleto (cũ petitio debiti manet integra) nihil legitimã exactionẽ impedire potest. *Cõcordat item l. 89. in prin. ff. de solut. his uerbis*: Ex plurib. causis & chirographis creditorita cauit: Titius Mæuius dico me accepisse, & habere, & acceptũ tulisse à Caio Titio reliquã omne post rationẽ ppositã eius pecuniæ, quã mihi Stichus Caij Titij seruus cauerat: quęsitũ est, an ex cęteris chirographis quæ nõ Stichus cauit, sed ipse debitor, integra maneat actio? Scæuola respondit, eam solam obligationem dissolutam ex qua solutum proponeretur. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi id quod non solutum est, at solutum esse scriptum est, sit remissum. quæ replicatio approbatur l. 21. C. de solutionibus, his uerbis*: Interest multum, utrum'ne spe futuræ numerationis suscepisse te quod instrumento cõtinetur, scripsisti: an accepta minore quãtitate, tantum quantũ lectio probat, in scriptura conferri placuit. Nam superiore quidem casu residui petitio debiti manet integra: posteriore uerò consensu transactionis finitis stari conuenit. *Concordat l. 19. §. fin. ff. de acceptilatione. cuius uerba uide 3. ead. exception. in principio.*

Secunda replicatio est: Nisi apocha publicarum functionum gratia sit conscripta. quæ replicatio approbatur l. ultim. C. de apochis publicis, his uerbis: Securitatib. quę publicarũ functionũ gratia siue in solidũ, siue ex parte solutę esse conscribuntur, nullam exceptionẽ non numeratæ pecuniæ penitùs opponi concedimus. *Concordat l. 14. §. sed quoniam. C. de non numerata pecunia. cuius uerba uide 3. repl. prox.*

Tertia replicatio est: Nisi dotem solutam esse conscriptum sit. Hæc replicatio approbatur d. §. sed quoniam, his uerbis: Quoniam securitatibus & instrumentis depositarum rerum, uel pecuniarum talem exceptionem opponere litigatores conantur, iustum esse prospicimus, huiusmodi potestatem in certis quidem casibus prorsus amputare, in alijs uerò breui tempore concludere. Ideoque sancimus, instrumento quidem depositionis certarũ rerum, uel certæ pecuniæ, securitatibusque publicarum functionum (siue in solidum, siue pro parte solutæ esse conscribantur) illis etiam securitatibus, quæ post confectionem dotalium instrumentorum, de soluta dote ex parte uel in solidum exponuntur: nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitùs opponi.

Quarta replicatio est: Nisi intra triginta dies non soluti debiti exceptio, seu querela non sit opposita. quæ replicatio approbatur d. l. 14. §. super cæteris, his uerbis: Super cæteris uerò securitatibus, quę super priuatis debitis à creditore conscribuntur, partem debiti sortis, uel usurarum nomine solutã esse significantes, uel adhuc fœneraticia cautione apud creditorem manente, solidi tamen debiti solutionem factam esse demõstrantes, uel etiam futuram esse redhibitionem instrumẽti fœneraticij promittentes, uel (si qua alterius cuiuscunque contractus in quo numeratio pecuniarum, uel datio certarum specierũ scripta est securitas similiter data sit) depensas esse pecunias, uel alias res, uel partem earũ significantes: intra triginta tantũmodò dies post huiusmodi securitatis expositionem connumerãdo, exceptionẽ nõ numeratę pecunię posse obijci: ut si hi trãsacti fuerint, eadẽ securitas à iudicantibus omnibus modis admittatur, nec ei liceat, qui securitatem expo-

cimus, ut propter maiorem copiam probationū & hoc obtineat, posśitq; is qui in p̄uincia iudicat, ex prouincia huc dirigere, & apud unum aliquem selectiśsimorum à nobis deputatorum iudicum, decreto ea de re à iudice interposito, testationes dari: & ab una prouincia in aliam prouinciam, aut apud defensorem, aut præsidem testificationibus ex interlocutione iudicis dandis: ibi uidelicet definitiua sententia proferenda, ubi & lis contestata fuit: ut quemadmodum hinc in prouinciam apud prȩsides aut defensores testium productionem peragi posse sancitum est, ita & de loco in locum, atque de prouincia in hanc urbem ualeat, & omnibus per omnia perfecta sit probationum facilitas: ut tamen testificata in ipsis prouincijs non edantur, sed gesta, quæ traduntur testes producentibus, aut eorum aduersarijs apud actorum publicorum monuméta sigilla suscipiant: & ita uel huc, uel in prouincias à iudicibus remittantur, ne quando (ut potest fieri) causæ natura alijs porrò testibus indigeat, & propter editionem testium excludatur accesśio. His omnibus intelligendis in causis pecuniarijs. In criminalibus enim, ubi de maximis rebus uersatur periculum, omnibus modis necesse est testes prodire in conspectum iudicis, & ibi quæ comperta habent ac cognita, edocere: quo casu fortè & tormentis & cuicunq; alij obseruationi locus erit & occasio. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi causa in qua testes examinandi sunt, criminalis sit: tunc enim omnimodò apud ipsum iudicem sunt examinandi. quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* His omnibus intelligendis in causis pecuniarijs: In criminalibus enim, &c.

Secunda replicatio est: Nisi consuetudine receptum sit, ut etiam absentes euocentur. quæ replicatio approbatur l. 3. §. fin. ff. de testibus, his uerbis: Diui fratres rescripserunt: Quod ad testes euocandos pertinet, diligentiæ iudicantis est explorare, quæ consuetudo in ea prouincia, in qua iudicat, fuerit. nam si probabitur, sæpè in aliam ciuitatem testimonij gratia plerosque euocatos: non est dubitandum, quin euocandi sint, quos necessariòs in ipsa cognitione deprehenderit, qui iudicat. *Hæc de prima exceptione, eiusq; replicationibus sunt dicta.*

Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi episcopus testis producatur. quæ exceptio approbatur Nouell. constitut. 123. §. præterea nulli, his uerbis: Nulli magistratuum licebit, Dei amantisśimos episcopos cogere, ut perhibendi testimonij causa in ius prodeant: sed iudex mittito ad eos aliquos ex personis ipsi apparentibus, ut propositis sanctis Euangelijs, prout sacerdotes decet, dicant quæ nouerunt.

3. Antecedentia.

Prima regula. De impendijs, testibus à producente præstandis, proponitur l. 3. §. Cainnio. ff. de testibus. cuius uerba uide ī. quæstione proxima, in principio. Concordat l. 10. C. de testibus, his uerbis: Quoniam liberi testes ad causas postulentur alienas, si socij & participes criminis non dicantur, seò fides ab his noticiæ postuletur: in exhibitione necessariarum personarum, hoc est testium, talis debet esse cautio iudicantis, ut his uenturis ad iudicium, per accusatorem, uel ab his per quos fuerant postulati, sumptus competentes dari præcipiant. Idem iuris est, & si in pecuniaria causa testes ab alterutra parte producendi sunt. *Concordat item l. 6. §. si quis autem. C. de appellationibus, his uerbis:* Si quis post interpositam appellationem necessarias sibi putauerit esse personas, per quas apud iudicem, qui super appellatione cognoscet, ueritatem posśit ostendere, quam existimauerit occultam, hocque fieri iudex prospexerit: sumptus ijsdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit: cum id ipsa iusticia persuadeat ab eo hoc recognosci, qui euocandas personas sua interesse crediderit.

Secunda regula. De uocando aduersario ad productionem, & examinationem testium, proponitur Nouell. c. 90. §. scimus. cuius uerba proponentur infrà inter exceptiones aduersus testes. exceptione trigesimaquarta.

Tertia regula. De testibus inuitis cogendis. Si testis testimonium ferre nolit, cogendus est. quæ regula approbatur Nouell. const. 90. §. præterea. cuius uerba uide J. exceptione 8. ipso quidem iure subsistit: uerùm eius exceptio prima hæc est: Nisi parens aduersus filium uel contrà, producatur testis. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de testibus. cuius uerba uide ī. quæst. 1. exceptione 2. Secunda exceptio est: Nisi quis testimonium dicere nolit aduersus socerum, generum, uitricum, priuignum, &c. Hæc multiplex exceptio cum alijs similibus approbatur l. 4. ff. de testibus, his uerbis: Lege Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne inuito denuncietur, ut testimonium litis dicat aduersus socerum, generum, uitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrinoue natum, eosue, qui priore gradu sint. item ne liberto ipsius, liberorūue eius, parentum, uiri, uxorisue. Et ut nec patroni, patronæue aduersus libertos: neque liberti aduersus patronum cogantur testimonium dicere. *Tertia exceptio est: Nisi aduersus sponsum filiæ, uel sponsæ patrem testimonium ferre nolit. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. eod. tit. his uerbis:* In legibus, quibus excipitur, ne gener, aut socer inuitus testi-

testimonium dicere cogatur, generi appellatione sponsum filię quoque contineri placet: item soceri, sponsæ patrem. *Quarta exceptio est: Nisi testis senex sit, ualetudinarius, miles, cum magistratu absit, uel ei uenire non liceat. Hæc multiplex exceptio approbatur l 8. de testibus, his uerbis*: Inuiti testimonium dicere non coguntur senes, ualetudinarij, uel milites, uel illi qui cũ magistratu reipub. causa absunt, uel quibus uenire non licet. *Quinta exceptio est: Nisi testis publicanus sit, absit, uel quid exercitui præbendum conduxerit. Hæc exceptio multiplex approbatur l. 19. ff. de testibus. his uerbis*: Inuiti testimonium non dicunt publicani. Item, is qui non detrectandi testimonij causa aberit. Item, is qui quid exercitui præbendum conduxerit. *Sexta exceptio est: Nisi testis pupillus sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 19. in fine, his uerbis*: Sed nec pupillus testimonium denunciari potest. *Septima exceptio est: Nisi testis in magistratu sit. Hæc exceptio reprobatur l. 21. §. 1. ff. de testibus, his uerbis*: Illud quoque incunctabile est, ut si res exigat, non tantum priuati, sed etiam magistratus (si in præsenti sint) testimonium dicant. Item senatus censuit, Prætorem quoq; dare debere testimonium in iudicio adulterij causa. *Octaua exceptio est: Nisi testis mediator fuerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio hæc est: Nisi aduersarius consentiat mediatorem testem produci. quæ replicatio approbatur Nouell. c. 90. §. præterea quoniam, his uerbis*: Quoniam legem tulimus, ut in pecuniarijs causis, uel ab inuitis testimonium dicatur non compellendis, præstare testimonium illis qui mediatores ipsis extiterint: & nonnulli ea lege abutuntur, neque uolunt perhibere testimonium. Sancimus, ut si utraq; pars intestimonium eius qui mediator illorum factus est consentiat, seq; contentos fore his, quæ ipse dixerit: uel inuitus ipse testimonium perhibere compellatur, ea ipsa prohibitione quamobrem inuitum eum ad testimonium accedere prior lex nostra noluit, per consensum ambarum partium sublata. *Nona exceptio est: Nisi aduersarius de domo sua testes aduersus se producere cogatur. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. de testibus, his uerbis*: Nimis graue est, quod petitis, urgeri partẽ aduersam ad exhibitionem eorum per quos sibi negocium fiat. Vnde intelligitis, quòd intentionis uestræ proprias adferre debetis probationes, non aduersus se ab aduersarijs adduci. *Decima exceptio est: Nisi is qui testem producit, sumptus itineris non præstet. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s. ead. quæst. reg. 1. Vndecima exceptio est: Nisi testis per quindecim dies iudicẽ examinaturum expectauit frustrà. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. sed cum minimè. C. de testibus, his uerbis*: Cum minimè oporteat testes in huiusmodi casibus protelari, & pro alienis commodis suas inuenire difficultates: disponimus non amplius testes obseruare compelli iudices, postquam fuerint admoniti, nisi tantum quindecim dies: inter quos iudices prouideant, quatenus cognitionem suscipiant, in qua testes necessarij uisi fuerint, ut omnimodo licentia eis concedatur. & altera parte cessante, & minimè eos obseruare uolente, si per executores admoniti uenire noluerint, testes accipere: & alterutra parte præsente, quę eos introducit, testimonia eorum capere. His autem diebus effluentibus, liceat quidem testibus discedere à iudice, nullam habente licentiam eos, postquam adfuerint, iterum retrahere. Ipsum autem iudicem, si per eum steterit, quo minus testimonium præstetur, parti læsæ omnem iacturam pro huiusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire disponimus. *Duodecima exceptio est: Nisi testis semel testimonium perhibuerit: hoc enim casu non uidetur amplius cogẽdus. Hæc exceptio reprobatur l. 16. C. de testib. de qua j. dicetur eod cap. except. 36. Decimatertia except. est: Nisi testis episcopus sit. Hæc exceptio approbatur l. 7. C. de episcopis & cler. hisce uerbis*: Imp. Theodosius: Nec honore, nec legib. episcopus ad testimoniũ dicendum flagitetur. Item dixit: Episcopum ad testimonium dicendum admitti non decet. Nam & persona oneratur, & dignitas sacerdotis exempta confunditur. *Videtur hæc lex quodammodo corrigi ac mutari Nouell. const. 123. §. præterea nulli. cuius uerba uide s. eod. cap quæst. 2. in fine. Decimaquarta exceptio est: Nisi libertus contra patronum testis producatur. Hæc exceptio approbatur l. 12. C. de testibus. cuius uerba uide j. eod. cap. except. 26.*

Quarta regula. Quomodo testis inuitus cogendus sit, definitur l. 15. in prin. C. de testibus, his uerbis: Si quando inuitos testes in pecuniarijs causis ex nostra lege aliquis trahere maluerit, siquidem sua sponte fideiussionem suæ personæ sine damno præstare uelint, hoc fieri: Sin autem noluerint, non carcerali custodia detrudi, sed sacramento eos committi censemus. Si enim pro toto litis certamine iureiurando credendum esse testium putauerint, hi qui eos produxerunt: multo magis præsentiam suam testibus sacramento eorum credere debent.

4. Modus, & adiuncta testium examinandorum.

Prima regula. De iureiurando à testibus præstando, proponitur l. 8. in prin. C. de testibus, his uerbis: Iurisiurandi religione testes prius quàm perhibeant testimonium, iamdudum arctari præcipimus: & ut honestioribus potius testibus fides habeatur.

Secunda regula. De torquendis testibus dictum s. Lib.3.cap. 8.quæst. 2.

Tertia regula. De obseruanda uoce ipsius testis, itē constantia & trepidatione, proponitur l.10. §. plurimum. ff. de quæstionibus, his uerbis: Plurimum quoque in excutienda ueritate etiam uox ipsa & cognitionis subtilis diligentia adfert. Nam & ex sermone, & ex eo qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, uel cuius existimationis quisque in ciuitate sua est, quædam ad illuminandam ueritatem in lucem emergunt.

5. Quoties testes produci posint.

Hæc quæstio definitur Nouell.c.90.*§.quia uerò, usque ad §.porrò, his uerbis:* Quia multi sæpenumero productis testibus, & eo tertia iam uice facto, postquam & renunciarunt, & testificata perceperunt, conantur interpellationibus nobis facessere negocia, cupiuntque etiam quarto testes producere: Sancimus ut iudices nostri maximè ad illos aduertāt, etsi tribus iam uicibus testes processerint, ac denuò ab eo qui testea produxit, & ijs renūciauit, testificataq; percepit, testes petantur ne omnino hos admittant, nimirum existēte suspicione, ne quādo ille si priores quid omiserint, q͛ per publicationē testimoniorū manifestum factum sit, non iam productionem testium, sed priorum uel non testificatorum quandam appendicē, uel testificatorū emendationē appetat. Cæterùm si is qui testes produxit, testificata non percipiat, neq; eorum habeat inspiciundi copiā, neq; ipse, neq; aliquis aduocatorum eius, aduersarius uerò perceperit solus, & exceptiones aduersus ea opposuerit, nō ei tamē qui tertio iam producendorum testium potestatē nactus est, hasce edat, quo minus is qui hosce produxit, per exceptiones recomperta, ea denuò quæ testificata suis desunt apponat, tūc quarta etiam productio testiū hanc petenti danda est, præstito prius ab ipso iuramento, quod testificata, neq; perceperit, neq; horū inspiciundi copiam habuerit, neq; ipse, neq; aliquis aduocatus, qui eius gerat negocia, neque dolo aliquo aut machinatione aut arte, quartam testium productionem fieri petat: sed quia testimonij per denunciationem petitis, prius uti non potuerit. Ac si id factum fuerit, ne imperiali super hoc iussione (ut antea moris fuit) opus sit, sed lex suapte natura ad hæc indulgenda sufficiat, & usque ad quartam quidem productionem testium licentia sit uti testibus, sed non post longum temporis interuallū: ne per hāc causam lites nimiū protrahantur, sed omnino ipsis quædam adhibeatur celeritas, prout iudex id faciendum putauerit. Illud sanè in confesso est, quod si quis uel semel, aut bis duntaxat productis testibus, renunciatione facta testificata percipiat, consideretque uel exceptionibus aduersus ea ab aduersario propositis ipse has perceperit, exindeque testificata perdiderit: nullam omnino licentiam habebit, ut ulterius testium productione utatur, neque si facta hoc iussio adiecerit.

Alia propositæ quæstionis regula, proponitur l. 16. C. de testibus. cuius uerba proponentur infrà.

6. Euentus & consequentia examinis testium.

Prima regula. Si testis ob dicendum testimonium quid acceperit, pœna falsi coercetur. quæ reg. approbatur l.1. §.1. ff. ad l. Cornel. de falsis. de qua re uide s. Lib.4.cap.8.quæst.1.causa 20.

Secunda regula. Si testis falsum testimonium præbuerit, falsi pœna coercetur. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s. d. quæst.1.causa 18.

Tertia regula. Si contraria inter se testes dixerint testimonia, falsi pœna coercentur. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s.d.quæst.1. causa 19. Hæc de examine testium sint dicta.

III. DE EXCEPTIONIBVS conta testes.

Regulariter quidem testes probant, uel saltem præsumptionem inducunt. quæ regula approbatur l.3. in princ. ibi: Nam si careat ff. de testibus. cuius uerba uide i. except. 4. Concordat l. 21. §. si testes. ff. eod. tt. uerùm huius regulæ exceptiones plures sunt nunc proponendæ.

I. EXCEPTIO: *Nisi non sit legitimus testium numerus. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 14. C. de testibus. cuius uerba uide i. except. 53.*

Aliud propositæ exceptionis exemplum proponitur inst. de fideicom hæred. §. & quia prima fideicom. cuius uerba uide in Cōment. de Legatis. Sanè quis sit legitimus testium numerus, quæri solet. Regulariter igitur duo testes sufficiunt, nisi specialiter amplior numerus à legibus in causa proposita, sit constitutus: quod approbatur l.12. ff. de testibus, his uerbis: Vbi numerus testium non adijcitur, etiam duo sufficient: pluralis enim locutio duorum numero contenta est.

II. EXCEPTIO: *Nisi unicus tantum sit testis. Hæc exceptio species est exceptionis præcedentis, & approbatur l. 8. C. de testibus, his uerbis:* Sancimus ut unius testimonium nemo iudicum in quacunque causa facilè patiatur admitti, & nunc manifestè sancimus, ut unius omnino testis respōsio non audiatur, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat. *Concordat l. 20. ff. de quæstionibus. Cuius uerba uide s. Lib.3.cap.8. quæst.1. except.1. in fine.*

III. EXCEPTIO: *Nisi testis fides uacillet. Hæc exceptio approbatur l.1. in prin. ff. de testibus. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin. Concordat l.2 ff. eod. tt. his uerbis:* In testimonijs autem fides, digni-

tas, mores, grauitas examinanda est. Et ideò testes qui aduersus fidem testationis suę uacillant, audiendi non sunt.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi testis homo sit notatus & reprehensibilis, humilis & abiectus. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. de testibus, his uerbis:* Testium fides diligenter examināda est: ideoq; in persona eorum exploranda erunt, in primis conditio cuiusq;: utrum quis decurio, an plebeius sit: & an honestę & inculpatę uitæ: an uerò quis notatus, & reprehensibilis: an locuples, uel egēs sit, ut lucri causa quid facilè admittat: uel an ei inimicus sit, aduersus quem testimonium fert, uel amicus ei, pro quo testimonium dat. Nam si careat suspicione testimonium, uel propter personā; à qua fertur, quòd honesta sit: uel propter causam, quòd neq; lucri, neq; gratiæ, neque inimicitiæ causa fiat, admittendum est. *Concordat Nouell. c. 90. §. corroborantes, his uerbis:* Corroborantes rataq; facientes omnia, quæ à ueteribus de prohibendis his, quos ipsi à dicendo testimonio arcent, prodita sunt sancimus: & maximè in ampla hac & alma urbe, ubi (quo authore Deo dictum esto) honestorum bonorumq; uirorum summa existit copia, ut qui in testimonium adhibētur, illęsa existimatione sint, atq; tales qui ob cōstantē sibiq; cōsentientē famā dignitatis, militiæ, opulentiæ, aut professionis, omnem longè calumniā superēt, aut si tales nō sint, saltē ab alijs quod fide digni existant testimoniū habeant: non autē sedentarij, aut humi repentes, & prorsus reiectæ conditionis homines ad dandum testimonium procedant, sed quorum studia facilè possint (si quid incidat dubij) eorū uitā qui ad dicendū testimoniū accesserūt, inculpatam, ac honestam ostendere. Si uerò ignoti sint & undiquaq; obscuri, &c. *Reliqua uerba uide s. Lib. 3. cap. 8. quæst. 2. reg. 2. except. 3. in prin. item cōcordat l. 4. C. de testibus, his uerbis:* Eos testes ad ueritatem adiuuandā adhiberi oportet, qui omni gratię & potentatui fidem religioni iudiciariæ debitam possint pręponere. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi testis torqueatur. Hæc replicatio elicitur ex l. 21. § si ea rei ff. de testibus, his uerbis:* Si ea rei conditio sit, ut arenarium testem, uel similē personam admittere cogimur, sine tormentis testimonio eius credendum non est. *de hac re uide plura s. Lib. 3. cap. 8. q. 2. reg. 2. except. 3. Concordat item l. 3. §. lege Iulia, in fine ff. de testibus. cuius uerba paulo inferius proponentur except. 8.*

V. EXCEPTIO: *Nisi testis ob testimonium dicendum, uel non dicendum pecuniam accepisse conuictus fuerit. Hæc exceptio approbatur d. §. lege Iulia.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi testis in uinculis sit, uel in custodia pub. Et hæc exce. approbatur d. §. lege Iulia.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi testis iudicio publico reus sit. Hæc exceptio approbatur l. 20. ff. de testibus his uerbis:* In testimonium accusator citare non debet eum, qui in iudicio publico reus erit, aut qui minor uiginti annis erit.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi reus publico iudicio damnatus sit. Hæc exceptio approbatur cum alijs, l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus, his uerbis:* Lege Iulia de Vi cauetur, ne hac lege in reum testimonium dicere liceat ei qui se ab eo, parenteue eius liberauerit: quiue impubes erit: quiq; iudicio publico damnatus erit: qui eorum in integrum restitutus nō erit: quiue in uinculis, custodiaue publica erit: quiue ad bestias, ut depugnet se locauerit: quęue palàm quæstum faciat, feceritue: quiue ob testimonium dicendum, uel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus uel conuictus erit. Nam quidam propter reuerentiam personarum, quidam propter lubricum consilij sui: alij uerò propter notam & infamiam uitę suæ admittendi non sunt ad testimonij fidem. *Propositæ exceptionis exemplum proponitur l. 14. ff. eod. tit. his uerbis:* Scio quidem (inquit Iulianus) tractatum esse, an ad testamentum faciendum adhiberi possit adulterij damnatus? Et sanè iustè testimonij officio interdictum ei existimo. Ergo neq; iure ciuili testamentum ualere, ad quod huiusmodi testis processit: neq; iure prætorio, quod ius ciuile subsequitur: & neq; hæreditas adiri, neq; bonorum possessio dari possit. *Concordat l. 18. ff. eod. tit. Aliud exemplum proponitur l. 15. in prin. ff. de testibus, his uerbis:* Repetundarum dānatus, nec ad testamentum, nec ad testimonium adhiberi potest. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi damnatus in integrum sit restitutus. Hæc replicat. elicitur ex l. 3. §. lege Iulia. ibi: Qui eorū ff. de testibus. cuius uerba uide paulo superius ead. exceptione in prin.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi testis in publico iudicio calumniæ sit damnatus. Hæc exceptio approbatur l. 13. ff. de testibus. his uerbis:* Quæsitum scio, an in publicis iudicijs calumniæ damnati, testimoniū iudicio publico perhibere possint? Sed neq; lege Rhemnis prohibētur, & lex Iulia de Vi, & repetundarū, & peculatus, eos homines testimonium dicere non uetuerunt. ueruntamen quod legibus omissum est, nō omittetur religione iudicantium, ad quorū officium pertinet, eius quoq; testimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere.

X. EXCEPTIO: *Nisi testis ob carmen famosum sit damnatus. Hæc exceptio approbatur l. 21. in prin. ff. de testibus, his uerbis:* Ob carmen famosum dānatus, intestabilis fit.

XI. EXCEPTIO: *Nisi testis hereticus sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 21. C. de*

hereticis.

hereticis, his uerbis: Quoniam multi iudices in dirimendis litigijs nos interpellauerunt, indigentes nostro oraculo, ut eis respondeatur quid de testibus hereticis statuendum sit, utrúmne accipiantur eorum testimonia, an respuantur? Sancimus contra Orthodoxos litigantes quidem, nemini heretico, uel ijs etiam, qui Iudaicam superstitionẽ colũt, esse in testimonia communionem, siue utraque pars Orthodoxa sit, siue altera. Inter se autem hæreticis uel Iudæis, ubi litigandum existimauerint, cõcedimus fœdus permistũ, & dignos litigatorib. etiã testes introducere: exceptis scilicet ijs, quos uel Manichaicus furor, cuius partẽ & Borboritas esse manifestũ est, uel Pagana superstitio detinet: Samaritis nihilominus, & qui illis non absimiles sunt, id est Montanistis, & Ascodrogitis, & Ophitis, quibus pro reatus similitudine omnis legitimus actus interdictus est. Sed his quidẽ, id est Manichæis, & Borboritis, & Paganis, necnõ Samaritis, & Montanistis, & Ascodrogitis, & Ophitis omne testimoniũ, sicut & alias conuersationes legitimas, sancimus esse interdictum. Alijs uerò hæreticis tãtũmodo iudici alia testimonia cõtra Orthodoxos, secũdũ qđ cõstitutũ est, uolumus esse inhibitã. Cæterũ testamẽtaria testimonia eorũ, & quæ in ultimis elogijs uel in cõtractibus cõsistũt, ꝑpter utilitatẽ necessarij usus eis sine ulla distinctione permittimus: ne probationũ facultas angustetur.

Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi hereticus cõtra hereticum ferat testimoniũ. quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce: Inter se autẽ hæreticis, &c. *Huius replicationis duplicatio proponitur dictis uerbis hisce:* Exceptis scilicet ijs quos uel Manichaicus furor, &c. *Secunda replicatio est: Nisi in testamẽto, uel in cõtractu hereticus testis interueniat. quæ replicatio approbatur supradictis uerbis hisce:* Cæterùm testamẽtaria testimonia eorum, &c. *Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi pro Orthodoxo hereticus testimoniũ ferat. Hec replicatio approbatur Nouell. c. 45. §. enimuerò, his uerbis:* Illud nobis quæstione tibi dignum uisum denunciasti. Ex quo enim hæreticos à dicẽdo testimonio arcuimus, in quibus causis Orthodoxi inter se litigant, permittẽtes illis in nostra constitutione: siquidẽ qui inter se miscẽtur & litigãt, uterq; hæreticus sit tam actor, quàm reus, ut possint testimonium dicere, cum alter altero dignus sit, siue litigator, siue testis: & rursus si hæreticus sit & Orthodoxis, ut cõtra hæreticos qdẽ nimis q̃ testimoniũ perhibere possint, de Orthodoxis nõ itẽ. Litigatorib. uerò utrinq; Orthodoxis existẽtibus, ut nullus omnino illis ad testimonium dicẽdum pateat aditus. Inde adeò docuisti nos; quòd quidã cũ Orthodoxi sint, inficientur se curialis esse fortunæ, & necesse sit uel genere illis coniunctos, uel qui alioqui de illorum fortuna habeant nòticiã, in testimoniũ ꝓduci. Et quia lex de Orthodoxis prolata hereticorũ testimonia arcet, ꝓpterea iudices uereãtur hæc admittere. Atqui inani sollicitantur metu, qui istiusmodi testimonia suscipere recusant: primũ quidẽ, quia ꝓ orthòdoxis interponũtur, id qđ leges hereticos facere nõ uetãt: mox si quis eos qui decuriones sunt, renuẽtes deinde conditionẽ ad curiã retrahat, & hæreticos in testimonium aduocet, quomodo pro nostra hoc republica nõ facit, ut ipsa quidẽ respub. litigatoris locum teneat, orthodoxa existens & maximè ab eo tempore, quo Deus illi nos imperare permisit, qui uerò eo nomine testimoniũ dicũt pro orthodoxis testificẽtur. Siquidem nostra respub. recta est, & orthodoxa iam imbuta, fide omni alia hæresi exosa.

XII. EXCEPTIO: *Nisi testis pauper sit. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. de testibus, cuius uerba uide s̃. except. 4.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi testis seruus sit. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 90. §. enimuerò, his uerbis:* Si seruilis cõditionis esse dicatur, qui testimoniũ ꝓhibere uoluerit, is uerò liberũ se affirmet existere, si iam inde à natiuitate: impletor quidẽ testimonij dictio, de statu tñ quæstio in tẽpus exceptionũ reseruator, ut si seruilis cõditionis fuisse uideatur, habeatur testimoniũ eius pro nõ dato. Si se manumissũ dicat, cogitor primũ ostẽdere ipsum instrumentũ, per quod libertatẽ nactus est, & ita testimoniũ dicito. Si in alia regione se libertatẽ consecutũ aiat, aut ad manus se ꝓbationes nõ habere, idq; præscriptis uerbis eiurauerit: describitor quidẽ testimonium, sed nisi manumissionis instrumentũ ostendatur, testimonio illius is qui eũ produxit, nõ utetur. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi alia probatio desit: tũc enim seruus testis admittitur. Hæc replic. approbatur l. 7. ff. de testib. his uerbis:* Serui respõso tũc credendũ est, cùm alia ꝓbatio ad eruendã ueritatẽ nõ est. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi pro domino suo, uel contra dominũ, seruus testimoniũ ferat. Hæc duplicatio approbatur l. 7. C. de testib. his uerbis:* Seruos ꝓ domino quemadmodũ aduersus eũ interrogari nõ posse: pro facto aũt suo interrogari posse, nõ ambigitur. *Concordat l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæstionib. cuius uerba uide s̃. Lib. 3. cap. 8. quæst. 2. reg. 1. except. 4. repl. 16. Concordat d. l. 1. §. Antoninus. cuius uerba uide d. except. 4. in prin. Concordat d. l. 1. §. si serui. cuius uerba uide d. except. 4. in prin. Item concordat l. 9. §. ex quibus. ff. de quæstionib. his uerbis:* Ex quibus causis quæstio de seruis aduersus dominos haberi nõ debet, ex his

causis nec quidem interrogatio ualere debet: & multo minus indicia seruorum contra dominos admittenda sunt. *item concordat l.18.§.seruo.ff.eod.tt.his uerbis*: Seruo qui ultrò aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: neq; enim oportet salutem dominorum, seruorum arbitrio committi.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi testis se ad bestias depugnandi gratia locauit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus. cuius uerba uide ȿ. exceptione 8.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi mulier testis sit. Hæc exceptio reprobatur l.18.ff.de testibus, his uerbis*: Ex eo, quod prohibet lex Iulia de Adulterijs, testimonium dicere condemnatá mulierem: colligitur etiá, mulieres in iudicio testimonij dicendi ius habere. *Concordat l.20.§.mulier. ff. Qui testamentum facere poß. his uerbis*: Mulier testimonium dicere in testaméto quidé nó poterit: aliàs autem posse testem esse mulierem, argumento est lex Iulia de Adulterijs, quæ adulterij damnatam testem produci, uel dicere testimonium uetat.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi testis mulier, palàm corpore quæstum faciat. Hæc exceptio approbatur l. 3.§.lege Iulia.ff de testibus.cuius uerba uide ȿ.ex.8.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi testis minor sit uiginti annis. Hæc exceptio approbatur l.20.in fine.ff.de testibus.cuius uerba uide ȿ.except.7.Concordat l.3.§. lege Iulia, ibi: quiue impubes erit ff.eod. tt. cuius uerba uide ȿ. except. 8. item concordat l.19.in fine.ff.eod.tt. his uerbis*: Sed nec pupillis testimonium denunciari potest. *Concordat item l.15.§.1.ff.de quæstionib. cuius uerba uide ȿ. Lib.3. cap.8.quæst.2.reg.2. except.3.repl.3.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi domesticus testis sit, & cui imperari potest, ut testis fiat. Hæc exceptio approbatur l. 2. C.de testibus, his uerbis*: Etiam iure ciuili domestici testimonij fides improbatur. *Concordat l.6.ff.de testib.his uerbis*: Idonei nó uidentur esse testes, quibus imperari potest ut testes fiant. *Item concordat l.24.ff.eod.tt. his uerbis*: Testes eos quos accusator de domo produxit, interrogari non placuit. *Item concordat l.9.ff.eod. tt.his uerbis*: Testis idoneus pater filio, aut filius patri non est.

XIX. EXCEPTIO: *Nisi testis amicus sit eius, pro quo testimoniū dicit. Hæc exceptio approbatur l. 3.in prin ibi*: Vel amicus ei pro quo testimonium dat. *ff.de testib.cuius reliqua uerba uide ȿ.ex.4.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi testis inimicus sit eius, cótra qué testimonium fert. Hæc exceptio approbatur Nouell.c.90.§.insuper, his uerbis*: Si quis eum qui ad dicédū ꝓdit testimoniū, inimico aiat cótra se esse animo, & fortè ab ipso in crimé publico postulatū iudicio: si ꝓtinus ostédatur criminalé inter ipsos causam agitari, nó procedito: Inter testes, is qui in tátū alienato ab hoc est animo, ut etiá de crimine ipsum publico postulet iudicio. Si alioqui inimicitias alere dicatur, aut actione cótédere pecuniaria, nó ꝓhibemus quo nimus is testetur: huiusmodi tamé quæstiones in tépus exceptionū reseruátor. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi causa cognita iudici aliter uideatur. quæ replicatio approbatur l.1.§.preterea.ff.de quæstionib.cuius uerba uide ȿ. Lib.3.cap. 8.quæst.2.reg.2.except.9. repl.11. Huius exemplum est J. except.prox.*

XXI. EXCEPTIO: *Nisi testis ab eo, cótra qué testimoniū profert, proditus sit, traditus, uel custoditus. Hæc exceptio approbatur certo modo l.1.§.cū quis latrones.ff.de quæstionib.his uerb.* Cū quis latrones tradidit, quibusdá rescriptis cótinetur, non debere fidé haberi eis in eos qui eos tradiderút. Quibusdá uerò, q̄ sunt pleniora, hoc cauetur, ut neq; de stricto habeatur, ut in cæterorū persona solet: sed causa cognita æstimetur, habéda fides sit, nec 'ne? Pleriq; enim dū metuūt ne fortè adprehési eos nominét, ꝓdere eos solét: scilicet impunitaté sibi captantes, quia nó facilè eis indicantibus proditores suos credatur. Sed neq; passim impunitas eis per huiusmodi proditiones cócedenda est, neque transmittenda allegatio dicentium, idcirco se oneratos, quòd eos ipsi tradidissent: neque enim inualidum argumentum haberi mendacij debet, siue calumniæ in se instructæ. *Concordat l.4.C.de quæstionibus, his uerbis*: Sicuti conuictis cófessisq; ad societatem scelerum uocantibus eos, à quibus adprehensi custoditiue sunt, facilè credi non oportet, ita si euidentibus rationibus post commissum communiter facinus ad euitandam de se sententiam id fecisse fuerint probati, publicæ uindictę nó sunt subtrahendi.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi testis antea in eundem reum testimonium dixit. Hæc exceptio approbatur l.23.ff.de testibus, his uerbis*: Produci testis nó potest, qui ante in eum reum testimonium dixit.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi plures testes ex eadem domo producantur. Hæc exceptio reprobatur l. 17.ff. de testibus, his uerbis*: Pater, & filius qui in potestate eius est: item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt: testes utrique in eodem testamento uel eodem negocio fieri possunt: quoniam nihil nocet ex una domo plures testes alieno negocio adhiberi.

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi pater contra filium, uel filius contra patrem testis producatur. Hæc exceptio approbatur l.5.C.de testibus, his uerbis*: Parentes & liberi inuicem aduersus se, nec uolentes ad testimonium admittendi sunt.

XXV. EXCEPTIO: *Nisi seruus contra dominum testimonium perhibeat. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt ȿ. except. 13.in fine.*

XXVI.

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi libertus contra patronum testis existat. Hæc exceptio approbatur l. 11. C. de testibus, his uerbis*: Libertorum aduersus patronos illicitas atq; improbas uoces pœnæ obiectione præcludimus: atq; ita ut non solummodo sponte prodire non audeant, sed ne uocati quidē in iudiciū uenire cogātur.

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi testis ab eo existat contra quem testimonium perhibet, parente se liberauerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus. cuius uerba uide §. except. 8.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi testis in ea causa, in qua testimonium perhibet, patronus uel executor fuerit. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. de testibus, his uerbis*: Mandatis cauetur, ut præsides attendant, ne patroni in causa cui patrocinium præstiterunt, testimoniū dicant. Quod & in executoribus negociorum obseruandum est.

XXIX EXCEPTIO: *Nisi testis negocio non interfuit, uel casu non rogatus interuenit. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 90. §. & quamuis, usq; ad §. si eiusmodi, his uerbis*: Quamuis antea quoq; lege lata sanximus, ne qua in debitis scriptura interueniente cōtractis solutionum, sine scriptura celebratarum probatio per testes suscipiatur, nisi secundū obseruationē inibi expressam, quam etiamnum ualere uolumus, renouamus tamen id nunc etiam. Nam si debitum scriptura interueniente cōtractum sit & solutionis sine scriptura celebratæ probatio per testes tantum prætendatur, à litigatoribus, ea apud iudices tunc demum suscipitor, cum ad hoc ipsum testes assumpti sunt, ut celebratæ solutioni uel mentioni eius quod facta iam aliqua sit solutio, cum id ille, qui pecuniam in solutum acceperat profiteretur, homines fide digni testimonium præberent, aut etiam suo testimonio manifestum facerent. Vana autē illa, & ueluti per transennā atq; obiter cōcepta testimonia nulla ratione obtineant, neq; eiusmodi fingāt testimonia, quod cū per aliam quandam necessitatem interuenissent, audierint hunc dicentem, accepisse se ab hoc aurum in solutum, aut se huic debere. Manifestē enim ea nobis suspecta, & nullius esse precij uidetur: & maximè postquam huiusmodi aliquid & in causarū cognitione deprehendimus. Siquidem cum magna pecuniæ summa soluta diceretur, duo tantum tabularij se id audisse aiebant, nullo teste præsente: quanquam debitum scriptura intercedente contractum esset, & is qui solutionem peregerat sciret scribere, possetque per propriam scripturam ista manifesta facere: quod semper ab eo tempore exosū præsentis legis causam apprehendimus. Rursus alius quidem speciem de se præbens calumniatoris, productus coram testibus & tabulario iuratus debere se confessus est: deinde qui mercede conductus id egerat, decessit: ab altero uerò quòd ille alius tanquam fuum testato professus erat, id debitum exactum est: neque hoc postea latuit, nimirum Deo non concedente talia perpetuò occultari. Quapropter neq; istiusmodi testimonijs, neq; confessionibus iurato apud tabularios (ut diximus) depositis credimus, ubi literarum periti sunt, qui iurato confessionem deposuisse dicuntur: cum in manu sit uel scribere, uel constituto iudicio id profiteri, & negocio fidem extra omnem controuersiam positām tribuere: Neque item ut uera perseuerent, corrumpere concedimus, neque si quid tale factum sit admittimus, sed exigimus ut testes ab eo qui producit ad hoc ipsum rogati sunt, & hoc testimonijs comprobetur, sintque (quemadmodū in testamento moris est) & ipsi rogati, & existimatione illæsa, negociumq; ita demum per ipsos probationem suscipiat, non uerò testimonium solo audicu obiter conceptū nullam testium præsentiam, & in iudicio facta depositionem, & subscriptionem habens de cætero ualeat. *Hactenus uerba Nouellæ const. 90. quibus exceptio proposita approbatur: quibus quodammodo contradicere uidetur l. 11. ff. de testibus, his uerbis*: Ad fidem rei gestæ faciendam, etiam non rogatus testis intelligitur.

XXX. EXCEPTIO: *Nisi de propria causa quis testimonium perhibeat. Hæc exceptio approbatur l. 10. ff. de testib. his uerbis*: Nullus idoneus testis in re sua intelligitur. *Concordat l. 9. C. de testibus, his uerbis*: Omnibus in re propria dicendi testimonij facultatem iura submouerunt. *Quæ autem sit res uel causa propria, definitur l. 1. §. in propria. ff. Quando appellandum sit, his uerbis*: Propriam causam ab aliena quemadmodum discernimus? & palàm est, eam propriam esse causam, cuius emolumentum uel damnū ad aliquem suo nomine pertinet.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi de ingenuitate testimonium feratur. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de testibus. cuius uerba uide §. eod. Lib. cap. 2. quæst. 3. de libertate probanda, reg. 3.*

XXXII. EXCEPTIO: *Nisi de ciuili, uel criminali causa testimonium perhibeatur. Hæc except. reprobatur l. 1. §. 1. ff. de testibus, his uerbis*: Adhiberi testes possunt, non solum in criminalibus causis, sed etiam in pecuniarijs litibus, sicubi res postulat: & hi quibus non interdicitur testimonium, nec ulla lege à dicendo testimonio excusantur.

XXXIII. EXCEPTIO: *Nisi de solutione quæratur. hæc enim per testes probari non potest. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 14. C. de testibus, his uerbis*: Testiū facilitatem, per quos multa

multa ueritati contraria perpetrantur, protut possibile est resecantes: omnibus prædicimus, ut qui in scriptis à se debita tetulerint, non facile audiantur, si dicant omnis debiti uel partis solutionem sine scriptis fecisse, uelintque uiles & forsitan redemptos testes super huiusmodi solutione producere: nisi quinque testes idonei & summę atq; integræ opinionis præsto fuerint solutioni celebratæ, hique cum sacramenti religione deposuerint sub præsentia sua debitum esse solutum: ut scientes omnes ita ea statuta esse, non aliter debitum uel partem eius persoluant, nisi uel securitatem in scripturis capiant, uel obseruauerint pręfatã testium probationem: his scilicet qui iam sine scriptis debitum uel partem eius soluerunt, præsenti sanctione meritò excipiendis. Sin uerò facta quidem per scripturam securitas sit, fortuito autem casu uel incendij, uel naufragij, uel alterius infortunij perempta, tunc liceat his qui hoc perpessi sunt, causam peremptionis probantibus, etiam debiti solutionem per testes probare, damnumque ex amissione instrumenti effugere. *Concordat Nouell. c. 90. §. & quamuis. cuius uerba uide s̄. except. 29. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi sine scriptis debitum sit contractum: tunc enim etiam sine scriptura solutio debiti potest probari. quæ replicatio constat ex uerbis iam dictis hisce:* Vt qui in scriptis à se debita retulerint, &c. *Concordat d. §. & quamuis. Secunda replicatio est: Nisi quinque testes sint, per quos solutio probetur. Quæ replicatio approbatur supradictis uerbis hisce:* Nisi quinque testes idonei, & summæ atque integræ opinionis præstò fuerint, solutioni celebratæ, &c. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi testes non fuerint præstò solutioni celebratæ. Quæ duplicatio ex uerbis iam dictis constat. Cui concordat d. §. & quamuis. Altera duplicatio est: Nisi testes non fuerint rogati. Et hæc duplicatio approbatur d. §. & quamuis.*

Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi tempore latæ constitutionis, solutio sine scriptis sit facta. Quæ replicatio approbatur supradictis uerbis hisce: His scilicet qui iam sine scriptis debitum uel partem eius soluerunt, pręsenti sanctione meritò excipiendis.

Quarta replicatio est: Nisi solutione per scripturam celebrata, scriptura fortuito casu sit amissa. quæ replicatio approbatur uerbis suprà propositis hisce: Sin uerò facta quidem per scripturam securitas sit, &c.

XXXIIII. EXCEPTIO: *Nisi absente aduersario testes sint examinati. Hæc excep. approbatur Nouell. c. 90. §. scimus. his uerbis:* Scimus & hoc multoties fieri, quod nonnulli uel ad locorum defensores, uel clarissimos prouinciarum præsides, uel etiam (ut adsolet) hic apud clarissimum magistrum census ingressi, & querela proposita, quod ab hoc contra leges tractati, aut alioqui affecti iniuria damnoue inuoluti sint, uelint eius rei testes sistere. At ne posterius ipsis obijciatur, quod gesta ex una tantum parte constiterint, oportet & illum in eadem degentem urbe, ubi præstantur testimonia, à præside aut defensore citatum sistendis interesse testimonijs. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi aduersarius citatus adesse noluerit. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Si interesse nolit & respuat, ut testificata ex una tantum parte præstita, per se utilitatem non habeant. Sancimus, ut huiusmodi testimonia ita obtineant, quasi non ex una parte affectæ, sed ipso etiam præsente perfectæ essent. Nam si uenire recuset, neque uelit audire quæ à testibus deponuntur, quæque insuper deposita publicantur, non ex ineuitabili aliqua necessitate accedere impeditus, perinde futurus est, ac si interuenisset, neque aliquam ex contumacia sua utilitatem sentiet, sed uidentor collato quodammodo pede cominus inter se constitisse. Quæcunque uerò illi exceptiones cõpetent, his arbitratu suo utitor, eo solo opponi nequeunte, quòd cum à testimonijs audiendis obstinatione quadam animi seipsum absentarit, per contumaciam eius ex una tantum parte factę uideantur. *Concordat l. 15. §. sed cum: mmmè, ibi: Et altera parte cessante. C. de testibus. cuius uerba uide s̄. eod. cap. de Examinandis testibus, quæst. 3. reg. 3. except. 11. Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi non per contumaciam, sed ex iusta causa aduersarius absit. quæ replicatio ex uerbis iam propositis potest elici.*

XXXV. EXCEPTIO: *Nisi testis examinatus non iurauerit. Hæc exceptio approbatur l. 8. in pr. C. de testibus. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 4. in prin. Concordat l. 14. ibi: Hiq; cum sacramenti religione. C. eod. tit. cuius uerba uide s̄. except. 11.*

XXXVI. EXCEPTIO: *Nisi non apud ordinarium, sed compromissariũ iudicem testes sint examinati. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 16. C. de testibus, his uerbis:* Cum apud cõpromissarios iudices testes fuissent producti, uariatum erat, utrum deberet eorum depositionibus in iudicio litigator uti, an non esset audiendus? Sancimus igitur, siquidem in cõpromissis aliquid pro huiusmodi causa statutum est, hoc obseruari. Sin autem nihil conuentum est in huiusmodi casibus: siquidem supersint testes, licentiam habere eum contra quem depositiones eorũ proferuntur, si eos recusauerit, concedere testes iterum adduci, & non opponi eis quòd iã testimoniũ suũ dederint: uel si hoc concedere minimè maluerit, depositiones

eorum

eorum quasi factas accipere omni iure legitimo quod ei competit aduersus eas, seruato. Sin autem ab hac luce omnes subtracti sunt: tunc necessitatem ei imponi, fide scripturæ adprobata, in qua depositiones eorũ referuntur, eas quasi factas accipere. Si uerò res permistæ fuerint, & quidam ex his mortui alij uiuentes, tunc in superstitum quidẽ testimonijs eandem electionem seruari litigatori, aduersus quem testimonia proferuntur: in morientiũ aũt personas depositiones eorum non esse respuendas: omni secundum quod iam prædiximus, aduersus eas & testes legitimo iure, quod ei competit, aduersus quem proferuntur, integro seruato.

XXXVII. EXCEPTIO: *Nisi non uiua uoce, sed in scriptis testimonium ferat testis. Hæc exceptio approbatur l.3.§.idem diuus.ff. de testibus, cuius uerba uide ĩ.eod.cap de Examinandis testibus. quæst. 2.in prin. Concordat d.l.3.§. Caninio. cuius uerba uide d quæst.2.in prin.*

XXXVIII. EXCEPTIO: *Nisi contraria inter se uel diuersa testes deposuerint. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio est: Nisi nõ unus contraria sibi deposuerit, sed plures: tunc enim ei quod credibilius est, standum. quæ replicatio approbatur l.21.§.si testes ff.de testib. his uerbis:* Si testes omnes eiusdem honestatis & existimationis sint, & negocij qualitas, ac iudicis motus cũ his concurrat, sequenda sunt omnino testimonia. Si uerò ex his quidã aliud dixerint (licet impari numero) credendũ quidẽ est: sed q̃ naturæ negocij cõuenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ suspicione caret: confirmabitq; iudex motũ animi sui ex argumentis & testimonijs, quæ rei aptiora & uero proximiora esse compererit. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidẽ, & testimonia quibus potius lux ueritatis adsistit. *Concordat Nouell.c.90.§.si quis planè, his uerbis:* Si qui planè cõtraria sibijpsis, aut inter se pugnãtia protulẽrint, maximè ad eã rẽ iudices aduertant animũ, & si circa potiorẽ causæ partẽ testiũ cõtrarietates dephẽderint, huiusmodi testimonia reijciãt, his solis intenti, q̃ à plurib. & maiore fide dignis, prolata sunt. *Cõcor. item l.24. ff. de manumiss. his uerbis:* Si testes nõ dispari nũmero tam pro libertate, quàm contra libertatem dixerint: tamẽ pro libertate pronunciandum esse, sæpè constitutum est.

XXXIX. EXCEPTIO: *Nisi alia desint argumenta præter testimonia. Hæc exceptio approbatur l.9.C.de testibus, his uerbis:* Solam testationẽ prolatam, nec alijs legitimis adminiculis causam adprobatam, nullius esse momenti, certum est. *Concordat l.1.C.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. eod. Lib.cap.2.q.3.de Libertate probanda, reg.3. Hæc de exceptionibus aduersus testes sint dicta. Sed & aliæ exceptiones permittuntur arbitrio iudicis l.13.ff.de testibus. cuius uerba uide ĩ.except.9. Concordat l.3.§.2. ff.eod.tt. his uerbis:* Diuus Hadrianus Iunio Varo legato prouinciæ Ciliciæ rescripsit, eum qui iudicat magis scire posse, quanta fides habenda sit testib. Verba Epistolæ hęc sunt: Tu magis scire potes, quanta fides habenda sit testibus: quin, & cuius dignitatis, & cuius existimationis sint, & qui simpliciter uisi sunt dicere: utrum unum eundemq; & præmeditatum sermonem attulerint, an ad ea, quę interrogaueras ex tempore uerisimilia responderint.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

¶ *Planè exceptiones hactenus propositæ, quæ quidem sumuntur ex persona testis eliduntur replicatione generali hac: Nisi is qui contra personam testis excipit, antea eodem teste in alia causa sit usus: hoc enim casu exceptio illi deneganda. quæ replicatio approbatur simul & distinguitur l.13.C.de testibus, hisce uerbis:* Si quis testibus usus fuerit, ijdemq; testes aduersus eum in alia lite producantur: non licebit ei personas eorum excipere: nisi ostenderit inimicitias inter se & illos postea emersisse, ex quibus testes repelli leges præcipiunt: non adimenda scilicet ei licentia, ex ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. Sed & si liquidis probationibus datione uel promissione pecuniarum eos corruptos esse ostenderit: etiam eam allegationem integram ei seruari præcipimus.

Propositæ replicationis ratio eadẽ est quæ edicti prætoris. Quod quisq; iuris in alterum statuit, ut ipse eodem iure utatur. quæ ratio proponitur l.1.§.1.ibi: Scilicet. ff.d.tt. Quod quisq; iuris, his uerbis: Scilicet, ut quod ipse in alterius persona æquum esse credidit, id in ipsius quoq; persona ualere patiatur. *Ait Imperator:* Nisi ostenderit inimicitias inter se, & illos postea emersisse. *Hisce uerbis prima propositæ replicationis duplicatio continetur. subijcitur:* Ex quibus testes repelli leges præcipiunt. *De hac re uide ĩ. except.20. Secunda propositæ replicationis generalis duplicatio est: Nisi non aduersus personas, sed aduersus dicta testium excipiatur. quæ duplicatio approbatur supradictis uerbis hisce:* Non adimenda scilicet ei licentia; ex ipsis depositionibus testimonium eorum arguere.

Tertia duplicatio est: Nisi testes pecunia, uel pollicitatione corrupti doceantur. quæ duplicatio approbatur suprà propositis uerbis hisce: Sed & si liquidis probationibus datione, uel promissione, &c. *Hæc de Testibus & testimonijs sint dicta.*

DE CONFESSIS, ET INterrogationibus in iure faciendis. Cap. V.

DE CONFESSIS, ET ACTIone quæ datur ex confeßione.

1. Causa huius actionis, seu effectus confesſionis.

Confessus pro iudicato habetur, competitq; aduersus eum ex sua ipsius confeßione actio. quæ regula approbatur l.1.ff.de confeßis, his uerbis: Confessus pro iudicato est: quia quodammodo sua sententia damnatur. *Concordat l.3. in fine. ff.eod.tt.his uerbis:* Confessus pro iudicato habetur. *Concordat item l.6.§.si alia.ibi: & omne.ff. eod.tt.his uerbis:* Dici potest, Prætorē debere omne omnino quod quis confessus est, pro iudicato habere. *Concordat item l.unica.C.de confeßis, hisce uerbis:* Confessos in iure pro iudicatis haberi placet. Quare sine causa desideras recedi à confesſione tua, cum & soluere cogeris. *Item cōcordat l.1.§.fin.ff.de interrog.in iure faciendis.his uerbis:* Ad probationes litigatoribus sufficiunt ea, quæ ab aduersa parte expressa fuerunt apud iudices, uel in hæreditatibus, uel alijs rebus, quæ in causis uertũtur. *Concordat item l.7.ff.eod.tt.his uerbis:* Si quis in iure interrogatus an quadrupes quæ pauperiē fecit eius sit, respōderit, tenetur. *Item concordat l.8.ff eod.tt.his uerbis:* Si quis interrogatus de seruo, qui damnũ dedit, responderit suũ esse seruũ, tenebitur lege Aquilia quasi dominus. Etsi cum eo actum sit, qui respōdit, dominus ea actione liberatur. *Propositæ regulæ exceptiones hæ sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi alius quàm is qui ex confesſione conuenitur, confessus sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, secundum regulam uulgarem. Quod res inter alios acta, alijs non præiudicet, nec alterius cōditio per alterum deterior fieri poßit: uerùm eius exceptionis replicatio hæc est: Nisi alius qui confessus est procurator, tutor, uel curator, aut defensor sit eius, qui conuenitur. Hæc replicatio reprobatur l. 6. §. sed an & ipsos ff.de confeßis.hisce uerbis:* Sed an & ipsos procuratores, uel tutores, uel curatores fateri sufficiat uideamus? & non puto sufficere. *Planè hoc casu ipse procurator, tutor, curator uel defensor, qui alium fecisse confeßus est, tenetur. quod approbatur l.9.§.Celsus.ff. de interrogationib.in iure fac. his uerbis:* Celsus libro quinto Digestorũ scribit: Si defensor in iudicio interrogatus, an is quem defendit hæres, uel quota ex parte sit falsò respōderit: ipse quidē defensor aduersario tenebitur: ipsi autē quē defendit nullũ facit præiudiciũ. Veram itaq; esse Celsi sententiá dubiũ non est. An ergo nō uideatur defendere, si nō respōderit uidendũ: quod utiq; cōsequens erit dicere: quia nō plenè defendit. *Concordat l.25.§.si procurator.ff.ad l.Aquiliam, his i.e. his:* Si procurator, aut tutor, aut curator, aut quiuis alius cōfiteatur absentem uulnerasse, confessoria in eos utilis actio danda est.

II. EXCEPTIO: *Nisi minor ætate confeßus sit. Hæc exceptio approbatur l. 6.§. minorem. ff. de confeßis, his uerbis:* Minorē à confesſiōe sua restituemus. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi tutoris uel curatoris authoritate interueniente confeßus sit minor. quæ replicatio approbatur d.l.6.§.in pupillo, his uerbis:* In pupillo tutoris authoritatem exigimus.

III. EXCEPTIO: *Nisi falsum eße id, quod cōfeßus est, doceatur. Hæc exceptio reprobatur exēplo l. 4. ff.de confeßis, hisce uerbis:* Si is cũ quo lege Aquilia agitur, cōfessus est seruũ occidisse, licet non occiderit, si tñ occisus sit homo, ex cōfesso tenetur. *Aliud exēplũ proponitur l.11.§.1. ff.de interr.in iure fac.his uerbis:* Si quis cũ hęres nō esset, interrogatus respōderit ex parte se hęredē: sic cōuenietur, atq; si ex ea parte hęres esset: fides enim ei cōtra se habebitur. *Aliud exemplũ proponitur d.l.11.§.2. his uerbis:* Qui ex quadrāte hæres, uel omnino cũ hęres nō esset, responderit se hæredē ex asse, in assem instituta actione cōuenietur. *Aliud exemplum proponitur l.12.in prin.ff. de interrog. in iure fac. his uerbis:* Si filius qui abstinuit se paterna hæreditate, in iure interrogatus, responderit se hæredē tenebitur. nam ita respondēdo pro hærede gesſisse uidetur. *Planè exceptio proposita admittitur in casib. qui proponuntur, in exceptionib. proximè sequentib. Sed & admittitur in cōfeßione extraiudiciali. de quo dicetur J. except. 14. eiusq; exēplum proponitur l.25.§.fin.ff.de probationibus. cuius uerba uide ∫.cap.2.q.2.reg.1.except.1.repl.1.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi id quod confeßus quis est, nec ius, nec natura admittat. Hæc exceptio approbatur l.14.§.fin ff.de interrog. in iure fac. his uerbis:* In totũ aũt confesſiones ita ratæ sunt, si id quod in cōfesſione uenit, & ius & natura recipere potest. *Huius exceptionis exemplũ proponitur l.13.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* Eũ qui patrēfamiliâs suũ esse respondit seruũ: non teneri noxali actione. Ac nec si bona fide liber homo mihi seruiat, mecum noxali iudicio agi potest: & si actum fuerit, manebit integra actio cũ ipso qui admisit. *Concordat l.14.in prin. ff.eod.tt.his uerbis:* Si is, cuius nomine noxale iudiciũ acceptũ est, manēte iudicio liber iudicatus est: reus absolui debet, nec quidquá interrogatio in iure facta ꝓderit: quia eius personę, cuius nomine quis cum alio actionē habet, obligationē trásferre potest in eũ qui in iure suum esse confitetur: uelut alienũ seruum suũ esse confitendo. Liberi autē hominis nomine (quia cũ alio actio nō est) nec per interrogationē quidem, aut confesſionē transferri potuit. Quo casu eueniet,

ut non

ut non rectè hominis liberi nomine actũ sit cũ eo, qui cõfessus est. *Aliud exemplũ proponitur l.16.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* Quanquã placet etiam eũ teneri, qui alienũ seruũ suũ cõfessus esset: tñ rectissimè placuit eũ demũ teneri, qui eũ seruũ potuit habere. Cæterùm si dominiũ quærere nõ potuit, non teneri. *Aliud exemplũ proponitur d.l.16. in prin. his uerbis:* Si seruus ab hostib. captus sit, de quo in iure interrogatus responderit in sua potestate esse: quãuis iura postliminij possint interim efficere nos dubitare, attamẽ nõ puto locũ esse noxali actioni: quia nõ est in nostra potestate. *Aliud exemplũ proponitur l.13.§. & si eum. ff.eod.tt. his uerbis:* Si eum, qui in potestate patris esset, respondissem filium meum: ita me obligari Paulus ait, si ætas eius pateretur, ut filius meus esse possit. Quia falsæ confessiones naturalibus conuenire debent. Propter quæ fiet, ut patrisfamiliàs nomine respondendo non obliget.

V. EXCEPTIO: *Nisi eius nomine quod quis cõfessus est, cum alio actio non sit. Hæc exceptio approbatur d.l.13. in prin. his uerbis:* Confessionib. falsis respondentes, ita obligantur, si eius nomine de quo quis interrogatus est, cum aliquo actio sit: quia quæ cum alio actio esset, si dominus esset, in nosmetipsos confessione nostra conferemus. *Exemplum huius exceptionis est infrà except. prox. Eius autem replicatio hæc est: Nisi quis seruum hæreditarium suum esse confessus est: hoc enim casu quamuis nemo sit, cum quo agi possit, puta hæreditate nondum adita, nihilominus tamen confessus tenetur. quæ replicatio approbatur l.15. in princip. ff. de interrog. in iure facien. his uerbis:* Si ante aditam hæreditatem seruum hæreditarium meum esse respondeam, teneor: quia domini loco habetur hæreditas.

VI. EXCEPTIO: *Nisi id quod quis se fecisse cõfessus est, factum non sit, nec ab eo qui falsò confessus est, nec ab alio. Hæc exceptio approbatur exẽplis l.23. §.fin. cum lege sequente. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si quis hominem uiuum, falsò confiteatur occidisse, & postea paratus sit ostendere hominẽ uiuũ esse: Iulianus scribit cessare Aquiliã, quãuis cõfessus sit se occidisse. hoc enim solum remittere actori confessoriam actionem, ne necesse habeat docere eum occidisse. Cæterùm occisum esse hominẽ à quocunque oportet. Hoc apertius est circa uulneratũ hominem. nam si confessus sit uulnerasse, nec sit uulneratus, æstimationẽ cuius uulneris faciemus, uel ad quod tempus recurremus. Proinde si occisus quidẽ nõ sit, mortuus aũt sit, magis est, ut nõ teneatur de mortuo, licet fassus sit. *Concordat l.4. ibi: Si tamẽ ff. de confessis. cuius uerba uide paulo superius exce.3.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi incertum quis cõfessus sit. Hæc exceptio approbatur l.6. in prin. ff. de confessis, hisce uerbis:* Certũ confessus, pro iudicato erit: si incertum, non erit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex duobus unum se debere confessus sit: tunc enim tenetur, & ut certum confiteatur urgeri potest. quæ replicatio approbatur d.l.6. §.1. his uerbis:* Si quis in certũ confiteatur, ueluti si corpus sit confessus, si Stichũ uel fundum dare se oportere: urgeri debet, ut certum confiteatur. *Secunda replicatio est: Nisi incertam quantitatem confessus est, hoc enim casu nihilominus tenetur, & certã fateri cogitur. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Item qui rem cõfessus est, ut certam quantitatem fateatur.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi per errorem & ignorantiam confessus sit. Hæc exceptio approbatur l.2. ff. de confessis, hisce uerbis:* Non fatetur qui errat, nisi ius ignorauit. *Concordat l.11. §. ex causa. ff. de interrog. in iure facien. his uerbis:* Ex causa succurri ei, qui interrogatus respondit, non dubitamus. Nam si quis interrogatus, an patri hæres esset, responderit mox prolato testamento inuentus sit exhæredatus: æquissimũ est ei succurri: & ita Celsus scribit. Hic quidem & alia ratione, quod ea quę postea emergunt, auxilio indigent. Quid enim si occultæ tabulæ & remotæ, postea prolatæ sunt? cur noceat ei, qui respondit, quod in præsentiarum uidebatur? Idem dico, & si quis hæredẽ se responderit: & mox falsum, uel inofficiosum, uel irritũ testamentũ fuerit pronunciatum: nõ enim improbè respõdit, sed scriptura ductus. *Concordat item d.l.11. §. qui iusto, his uerbis:* Qui iusto errore ductus negauerit se hæredẽ, uenia dignus est. Sed & si quis sine dolo malo, culpa tñ respõdit: dicendũ erit absolui eum debere: nisi culpa dolo ꝓxima sit. *Concordat item d.l.11. §. fin. item l.7. ff. eod. tt. cuius uerba uide 3. Lib. prox. cap.3. except. 11. Concor. itẽ l.8. C. de iuris & facti ignor. his uerbis:* Cũ testamentũ nullo iure cõstiterit, ex eius q̃ ab intestato successit ꝓfessione sola, uelut ti ex testamẽto liberos p errorẽ ꝓfitẽtis, orcini, uel proprij liberti, si non ipsius accessit iudiciũ (cũ errãtis uolũtas nulla sit) effici nõ poterat. *Concor. l.9. C. eo. tt. his uerbis:* Nõ idcirco minus, q̃ à uobis uelut à liberis debitã accepisse pecuniã sanius dicitur (cũ nullus sit errãtis cõsensus) mouere status q̃stionẽ ꝓhibentur eius hæredes. *Itẽ concordat l.13. C. de probationibus. cuius uerba uide 3. Lib. eod. cap. 2. quest. 3. reg. 3. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is qui confessus est, non probet contrarium. quæ replicatio approbatur per ea quæ dicta sunt 3. d. cap. 2. quæstione 2. regul. 1. exceptione 1. Secunda replicatio est: Nisi in iure, non in facto erratum sit. Hæc replicatio approbatur l.2. ff. de confessis. cuius uerba uide paulo superius ead. except. 8. in prin. Tertia replicatio est: Nisi propter culpam latam uel dolo proximam errauit. Hæc replicatio approbatur*

l.11.§.

l.11.§.qui iusto,in fine. ff.de interrog.in iure faciendis. cuius uerba uide paulo superius ead. except.

IX. EXCEPTIO: *Nisi de maleficio quis ultrò sit confessus: hoc enim casu non semper ei fides habenda. quæ exceptio approbatur l.1.§. si quis ultrò. ff. de quæstionibus, his uerbis:* Si quis ultrò de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est: nonnunquã enim aut metu, aut qua alia de causa in se confitentur: & extat epistola diuorum fratrum ad Voconium Saxã, qua continetur liberãdum eum qui in se fuerat cõfessus, cuiua post damnationem de innocentia constitisset: cuiua uerba hęc sunt: Prudenter & egregia ratione humanitatia (Saxa charissime) Primitium seruum, qui homicidiũ in se cõfingere metu ad dominum reuertendi suspectua esset, perseuerante falsa demonstratione, damnasti: quæsitutus de cõscijs quos ęquè habere se cõmẽtua fuerat, ut ad certiorẽ ipsius de se confessionẽ peruenires: nec frustrà fuit tam prudens cõsiliũ tuum: cũ in tormentia cõstiterit, neq; illos ei conscios fuisse, & ipsum de se temerè cõmentum. Potea itaq; decreti gratiã facere: & eum per officiũ distrahi iubere: conditione addita, ne unquã in potestatẽ domini reuertatur: quem precio recepto certum habemus libenter tali seruo caritutum.

X. EXCEPTIO: *Nisi non interrogatus cõfessus sit. Hæc exceptio reprobatur l.9. in princ. ff. de interrogat. in iure fac. his uerbis:* Si sine interrogatione quis responderit se hæredem, pro interrogato habetur.

XI. EXCEPTIO: *Nisi nõ legitimè interrogatus sit: puta ab alio quàm debetur, uel de alia re, uel alio tẽpore, &c. de hac re uide J. eod. cap. de interrog.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi hac, uel illa actione conuentus cõfessus sit. Hæc exceptio reprobatur l.6.§. si alia quã. ff. de confeßis, his uerbis:* Si alia quacũq; actione ciuili, uel honoraria, uel interdicto exhibitorio, uel restitutorio, uel prohibitorio, cum quia conuenitur, cõfiteatur: dici potest in his omnib. subsequi prętorẽ uoluntatem orationis diui Marci debere: & omne omnino quod quis cõfessua est pro iudicato habere. Dabitur igitur ex hia actionibus, ex quibus diea datur ad restituendam rem, confesso tempus ad restitutionem: & si non restituat, lis æstimabitur.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi absente aduersario confessus sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, eiq; concordat l.ult. ff. de interrogat. in iure facien. cuius uerba proponentur J. quæst.3. uerùm eius exceptionis replicatio hæc est: Nisi procurator, tutor, uel curator aduersarij fuerit præsens. quæ replicatio approbatur l.6.§. si quis absente. ff. de cõfeßis, hisce uerb.* Si quis absente aduersario cõfessus sit, uidendum nunquid non debeat pro iudicato haberi? quia nec qui iurat, de operis obligetur, nec soleat quis absenti condemnari certè procuratorem, tutorem, curatoremúe præsentem esse sufficit.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi nõ in iure, se extra sit confessus. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur l.4.§.fin. ff. de interrogat. in iure facien. his uerbis:* Quod ait Prætor: Qui in iure interrogatus responderit, sic accipiendũ est, apud magistratus populi Rom. uel pręsides prouinciarũ, uel alios iudices. Iua enim eũ solum locũ esse, ubi Iuris dicundi, uel iudicandi gratia cõsistat: uel si domí, uel in itinere hoc agat. *Concordat l.1.§.fin. & ibi glossa. ff. eod. tit. cuius uerba uide S. eod. cap in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi confessus nõ probat contrarium. quæ replicatio approbatur per ea quæ dicta sunt S. Lib. eod. cap.2. q.2. reg.1. except.1. Est igitur hæc inter confessionem iudicialem, & extraiudicialẽ differentia, quòd in confeßione iudiciali non admittatur probatio in cõtrarium, de quo dictum paulo superius except.3. In extraiudiciali autem confeßione admittatur: quia non actionem, nec exceptionem, sed tantum præsumptionẽ parit, & aduersarium probandi onere releuat. ut ostẽsum S. d. except.1.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi in causa criminali reus confessus ulla alia probatione urgeatur. Hæc exceptio approbatur l.1.§. diuus Seuerus. ff. de quæstionibus. de qua re uide S. Lib.3. cap.8. quæst.1. except.1.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi postea re integra confessum confeßionis pœniteat. Hæc exceptio approbatur l.11.§.fin. ff. de interrog. in iure faciend. his uerbis:* Celsus scribit, licere respõdenti pœnitere, si nulla captio ex eiua pœnitentia sit actori. Quod uerisaimum mihi (Vlpiano) uidetur, maximè si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumẽtis uel epistolis amicorum de iure suo edoctus.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi certo modo & qualitate confessus sit: hoc enim casu confeßio cũ sua qualitate accipienda est. De hac re uide S. Lib.3. cap.8. q.8. reg.3. except.1.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi in principali causa, in qua cõfeßio facta est, actor per exceptionẽ submoueri potuit: hoc enim casu per eandẽ exceptionẽ ex cõfeßione agẽs potest submoueri. quæ exceptio approbatur l.11.§.fin. ff. de interrog. in iure fac. his uerbis:* Exceptionib. quæ institutis in iudicio contra reos actionib. opponũtur: etiã ia uti potest, q ex sua respõsione cõuenitur: ueluti pacti cõuẽti, rei iudicatę, & cęteris. *Huius exceptionis exemplum proponitur l.15.§. mortuo. ff. eod. tit. his uerbis:* Mortuo seruo, quem in iure interrogatus, suum esse confessua sit, non teneturis, qui respondit, quemadmodũ & si prius eiua fuisset, post mortẽ eius non teneretur. *Aliud exemplum proponitur l.13.§.fin. cum lege sequente. ff. eod. tit. cuius uerba cum alijs similibus uide S. except. 4. Aliud exemplum proponitur l. ult. ff. de confeßis, hisce uerbis:* Non omnimodò con-

confeſſua condemnari debet eius rei nomine, quæ an in rerum natura eſſet, incertū ſit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non ſpecialiter ſe promiſiſſe, uel legatum eſſe confeſſus ſit, ſed generaliter ſe debere dixerit: tunc enim exceptione cauſæ principalis non adiuuatur. quæ replicatio approbatur exemplo l. 2. ff. de confeßis, biſce uerbis:* Iulianus ait: Confeſſum certum ſe debere legatum, omnimodò damnandum etiamſi in rerum natura non ſit, aut iam à natura receſſerit: ita tameu, ut in ęſtimatione eius damnetur: quia confeſſus pro iudicaro habetur. *Concordat l. 5 ff. eod. tit. his uerbis:* Qui Stichum debere ſe confeſſus eſt, ſiue mortuus iam Stichus erat, ſiue poſt litis conteſtationem deceſsit, condemnandus eſt. *Huius replicationis duplicatio proponitur l. 7. ff. de confeßis. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 3. except. 11 repl. 1. Hæc de exceptionibus propoſitæ regulæ, ſeu actionis ſint dicta. Plures huiuſmodi exceptiones uide J. eod. cap. de interrogationibus. item 5. Lib. eod. cap. 2. quæſt. 3. reg. 3.*

II. QVOMODO CONfeſſus teneatur.

Prima regula. Quaſi ex contractu, pro quo pulſabatur, tenetur. quæ regula approbatur l. 11. §. qui interrogatus. ff. de interrog. in iure faciẽdis, biſce uerbis: Qui interrogatus reſponderit, ſic tenetur, quaſi ex conrractu eius obligatus, pro quo pulſabatur, dum ab aduerſario interrogetur. Sed ſi à Prætore fuerit interrogatus, nihil facit prætoris authoritas, ſed ipſius reſponſum, ſiue mendacium.

Secunda regula. Quaſi ex re iudicata tenetur. quæ regula approbatur l. 6. §. ſed & ſi fundum. ff. de confeßis, biſce uerbis: Sed & ſi fundum uindicem meum eſſe, tuq; confeſſus ſis: perinde teneberis, atq; ſi dominij mei fundū eſſe pronūciatum eſſet.

III. QVIBVS DETVR Actio ex confeſsione.

Iis qui confeſſum non interrogauerunt, non datur ex confeßione actio. quæ regula approbatur l. ult. ff. de interrogat. in iure faciendis, biſce uerbis: Procuratore Cæſaris ob debitum fiſcale interrogāte, unus ex filijs, qui nec bonorū poſſeſsionem acceperat, nec hæres erat, reſpondit ſe hæredem: an quaſi interrogatoria cæteris tenearur? Scæuola reſpondit, ab his, qui in iure non interrogaſſent, eum ex reſponſo ſuo conueniri non poſſe.

IIII. ADVERSVS QVOS detur actio.

De procuratore, tutore & curatore confitente, & ipſo domino litis, proponitur 5 q. 1. except. 1.

V. QVID VENIAT IN hac actione petendum.

Prima regula. Si reſpondit ſe hæredem, nec adiecit pro qua part hæres ſit, in ſolidum tenetur. Idem eſt ſi & alio modo obſcurè confeſſus eſt: de qua re dicetur J. eod. cap. de interrogationib. quæſtione 6.

Secunda regula Si non reſtituat, lis æſtimabitur. quæ regula approbatur l. 6. §. ſi alia quacūq;. in fin. ff. de cōfeßis. cuius uerba uide 5. quæſt. 1. except. 12.

VI. QVANDO COMpetat actio.

De tempore ad ſolutionem ei qui confeſſus eſt dando, proponitur d. §. ſi alia quacunq;. Concordat l. 21. ff. de iudicijs, his uerbis: Si debitori meo uelim actionem edere, probandum erit ſi fateatur ſe debere, paratumq; ſe dicat ſoluere audiendum eum, dandumq; diem cum competēti cautela ad ſoluendam pecuniam. neq; enim damnum magnum eſt in mora modici temporis. Modicum autem tempus hic intelligendum eſt, quod poſt condemnationem reis indultum eſt. *Concordat item l 31. ff. de re iudicata. cuius uerba uide J. Lib. 8. cap. 4. quæſtione 5. reg. 1.*

VII. EVENTVS ACTIONIS propoſitæ & confeſsionis.

Prima regula. Nullæ partes iudicantis in confitentes ſunt. quæ regula approbatur l. 25. §. fin. cum lege ſequente. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis: Notandum, quòd in hac actione, quę aduerſus confitentem datur, iudex non rei iudicandæ, ſed æſtimandæ datur. nam nullæ partes iudicantis in confitentes ſunt. Puta enim quod qui conuenitur, fateatur ſe occidiſſe, & paratus ſit æſtimationē ſoluere, & aduerſarius magni litem æſtimet.

Altera regula. Liberatur uerus debitor quæ regula approbatur exemplo l. 8. ff. de interrogat. in iure fac. cuius uerba uide 5. eod. cap. in prin. Concordat l. 20. in prin. ff. eod. tit. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi cauſa, in qua confeßio facta eſt, talis ſit, ut uno condemnato non liberetur alter. quæ exceptio approbatur d. l. 20. in prin. his uerbis: Qui ſeruū alienū reſpondit ſuum eſſe, ſi noxali iudicio conuentus ſit, dominum liberat: aliter atq; ſi is qui confeſſus ſit ſe occidiſſe ſeruum, quem alius occidit: uel ſi quis reſponderit ſe hæredem. nam his caſibus non liberatur, qui fecit, uel qui hæres eſt. Nec hæc inter ſe cōtraria ſunt. Nā ſuperiore caſu ex perſona ſerui duo tenētur (ſicut in ſeruo communi dicimus) ubi altero cōuento, alter quoq; liberatur. At is qui cōfitetur ſe occidiſſe uel uulnaſſe, ſuo nomine tenetur: nec debet impunitū eſſe delictum eius, qui fecit, propter eū qui reſpondit: niſi quaſi defenſor eius, quī admiſit, uel hæredis litē ſubijt hoc genere: tūc enim in factū exceptione dāda, ſubmonendus eſt actor: quia ille Negociorum geſtorum uel Mandati actione recepturus eſt, quod præſtitit. Idem eſt in eo qui mandatu hæredis hæredem ſe eſſe reſpondit: uel cum eum aliàs defendere uellet. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi is qui confeſſus*

fessus est, defendendi ueri debitoris causa, confessus sit: tunc enim eo conuento, liberatur etiam uerus debitor. quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce: Nisi quasi defensor eius, &c. *Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi confessus per exceptionẽ, tutus sit. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 25. §. fin. ff. de interrogat. in iure faciendis. cuius uerba uide §. quæst. 1. except. 4. Tertia exceptio est: Nisi cõfessus soluendo non sit. Hæc exceptio approbatur l. 28. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui ex parte dimidia hæres erat: cùm absentem cohæredem suum defendere uellet, ut satisdationis onus euitare posset: respõdit se solum hæredem esse, & condemnatus est. Quærebat actor, cũ ipse soluendo non esset, an rescisso superiore iudicio, in eum, qui reuera hæres erat, actio dari deberet? Proculus respondit, rescisso iudicio posse agi: idq; uerum est.

VIII. AD FINEM PROPOSITAE actionis remedium.

Ex confeßione non solùm actio, sed exceptio quoq; nascitur. quæ regula approbatur l. 30. in prin. ff. de donationibus, his uerbis: Quidam in iure interrogatus, nihil sibi debere tutoris hæredes, respondit: eum actionem iure amisisse, Papinianus respondit. Licet enim non transactionẽ, sed donationia hæc uerba esse quis accipiat, attamen eum, qui in iure cõfessus sit, suam confessionem infirmare nõ posse.

DE INTERROGATIONIBVS *in iure faciendis.*

I. Ratio interrogationum.

Ratio interrogationum, proponitur l. 2. cum legibus sequentibus. ff. de interrogat. in iure faciendis, hisce uerbis: Edictum de Interrogationibus ideo Prætor proposuit, quia sciebat difficile esse eis qui hæredem, bonorumúe possessorem conuenirent, probare aliquem esse hæredem, bonorumúe possessorem: quia plerunq; difficilis probatio hæreditatis est. Voluit autem Prætor adstringere eum, qui conuenitur ex sua in iudicio responsione, ut uel confitendo, uel mentiendo se oneret: simul ut de portione, pro qua quisq; hæres extiterit, ex interrogatione certioretur. *Cõcordat l. 1. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Est autem interrogatio tunc necessaria, cum in personã est actio, & ita, si certum petetur: ne dum ignoret actor, qua ex parte aduersarius defuncto hæres extiterit, interdum plus petẽdo aliquid damni sentiat.

II. CAVSA, EX QVA INterrogatio facienda.

Si dubitetur de aliquo, & probatio difficilis sit, aduersarius interrogandus est, ut uel confitendo, uel mentiendo sese oneret, & ita is cui probandi onus incumbit, eo releuetur. quæ causa ex supradictis constat. Cõcordat l. 1. in prin. ff. de interrogat. in iure faciendis his uerbis: Toties hæres interrogandus est, qua ex parte hæres sit, quoties aduersus eũ actio instituitur, & dubitat actor, qua ex parte is, cum quo agere uelit, hæres sit. *Aliud exemplum proponitur l. 10. ff. eod. tt. his uerbis:* Nõ alienum est, eum, à quo damni infecti stipulari uelimus interrogari in iure, an ædes uel locus eius sit, ex quo damnum timeatur, & pro qua parte: ut si, neget suum prædiũ esse, ne damni infecti caueat: aut cedere, aut si resistendum putauerit, quasi dolo uersatus, tradere compellatur. *Concordat deniq; l. 21. ff. eod. tt. his uerbis:* Vbicunque iudicem æquitas mouerit, æquè oportere fieri interrogationem, dubiũ non est. *Propositæ regulæ exceptiones uide paulo inferius.*

III. QVID, SEV DE QVA re interrogatio facienda.

Prima regula. De interrogando an, & pro qua parte hæres sit, proponitur l. 2. cum lege sequẽte. ff. de interrogat. in iure faciendis, cuius uerba uide paulo superius quæst. 1. Concordat l. 1. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. q. prox. Item concordat l. 4. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. quæst. 1.

Secunda huius loci regula proponitur l. 9. §. illud quæritur. ff. eod. tt. his uerbis: Illud quæritur, an quis cogatur respondere, utrũ ex testamento hæres sit: & utrum suo nomine ei quæsita sit hæreditas: an uerò per eos, quos suo iuri subiectos habet, uel per eum, cui hæres extitit? Summatim igitur Prætor cognoscere debebit, cum quæretur, an quis respondere debeat, quo iure hæres sit: ut si ualde interesse competerit, plenius respondere iubeat, quæ obtinere debent non solùm in hæredibus, sed etiam in honorarijs successoribus.

Tertia regula. De interrogando, an hæreditas ex causa fideicommißi ei sit restituta, proponitur d. l. 9. §. fin. his uerbis: Iulianus scribit, eum quoq;, cui hæreditas restituta est, debere in iure interrogatum respondere, an hæreditas ei sit restituta.

Quarta regula. Si de peculio agatur, quid interrogandum, definitur d. §. fin. his uerbis: Iulianus scribit: Si de peculio agatur, non oportere responderi à patre uel domino, an in potestate habeat filium uel seruum: quia hoc solum quæratur, an peculium apud eum, cum quo agitur, sit.

Quinta regula. Si damni infecti nomine agatur, quid interrogandum, definitur l. 10. ff. d. tt. cuius uerba uide paulo superius. quæstion. 2. Concordat l. 20. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. quæst. 6. regul. 1. except. 14. repl. 3.

Sexta regula. Interrogatus an fundum poßideat, etiam interrogari debet, quota ex parte poßideat. Quæ regula approbatur d. l. 20. §. in iure. cuius uerba uide §. quæst. 6. reg. 1. except. 14. replic. 3.

IIII. AD-

IIII. ADFINE REMEDIUM.

Adfine remedium interrogationum, sunt actiones interrogatoriæ nunc sublatæ. quod approbatur l. 1. §. interrogatorijs. ff. de interrog. in iure faciend. his uerbis: Interrogatorijs actionibus hodie non utimur: quia nemo cogitur ante iudiciũ de suo iure aliquid respondere: ideoq; minus frequentantur, & in desuetudinem abierunt, & tantummodo ad probationes litigatoribus sufficiunt ea, quæ ab aduersa parte expressa fuerint apud iudices, uel in hæreditatibus, uel alijs rebus quæ in causis uertuntur.

V. Qui interrogare possint? Item, Qui interrogandi, ubi, & quando uide J. in exceptionib. proximè sequentib.

VI. EVENTVS INTERROGATIONUM.

Prima regula. Si interrogatus non responderit, in solidum tenetur. quæ regula approbatur l. 11. §. qui tacuit. ff. de interrog. in iure faciendis, his uerbis: Qui tacuit apud Prętorem, in ea causa est, ut instituta actione in solidum cõueniatur, quia quasi negauit se hæredem. Nam qui omnino non respondet, contumax est: contumaciæ autẽ pœnam hanc ferre debet, ut in solidum conueniatur: quemadmodum si negasset: quia prætorem contemnere uidetur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non iudex, sed aduersarius interrogauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. 1. ff. de interrog. in iure faciẽdis, hisce uerbis:* Interrogatum non solum à Prætore accipere debemus, sed & ab aduersario. *Concordat l. 11. §. qui interrogatus. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. eo. cap. de Confeßis, quæst. 2. reg. 1. Secunda exceptio est: Nisi seruus interrogauerit. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. 1. ff. de interrogat. in iure faciendis. cuius uerba uide J. exceptione proxima.*

Tertia exceptio est: Nisi seruus interrogetur. Hæc exceptio approbatur d. §. 1. his uerbis: Si seruus interrogetur, nulla erit interrogatio, non magis, quàm si seruus interroget. *Quarta exceptio est: Nisi interrogatus non suo, sed alieno nomine agat uel conueniatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 9. §. alius, his uerbis:* Alius pro alio non debet respondere cogi, an hæres sit: de se enim debet quis in iudicio interrogari: hoc est, cum ipse conueniatur. *Concordat l. 19. ff. eod. tt. his uerbis:* Si filius cum pro patre suo ageret, tacuit interrogatus, omnia perinde obseruanda erunt, ac si non esset interrogatus. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi non de se, sed de alio quem defendit interrogetur. Hæc replicatio approbatur d. l. 9. §. Celsus, ibi: An ergo. cuius uerba uide s̃. eod. cap. de confeßis, quæst. 1. except. 1. concordat l. 39. in prin. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide s̃. Lib. 5. cap. 7. reg. 11. quæst. 2. reg. 2. Quinta exceptio est: Nisi non in iure, uel apud iudicem sit interrogatus, sed alibi. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur l. 4. §. fin. ff. de interrogat. in iure faci. cuius uerba uide s̃. d. quæst. 1. except. 14. Concordat l. 1. §. Interrogatorijs. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius quæst. 4. Sexta exceptio est: Nisi interrogatus tempus deliberandi petat. Hæc exceptio approbatur l. 5. cum lege sequente. ff. de interrog. in iure fac. his uerbis:* Qui interrogatur an hæres, uel quota ex parte sit, uel an in potestate habeat eum, cuius nomine noxali iudicio agitur, ad deliberandum tempus impetrare debet, quia si perperam confessus fuerit, incommodo adficietur: Et quia hoc defunctorum interest, ut successores habeant: interest & uiuentium, ne præcipitentur, quamdiu iustè deliberant. *Septima exceptio est. Nisi interrogatus an hæres sit, controuersiam hæreditatis patiatur. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. interdum. ff. d. tt. his uerbis:* Interdum interrogatus quis, an hęres sit, non cogitur respondere: utputa si controuersiam hæreditatis ab alio patiatur. Et ita diuus Hadrianus cõstituit: ne aut negando hęredem, præiudicet sibi, an dicendo se hæredem, illigetur etiam ablata sibi hęreditate. *Octaua exceptio est: Nisi filius, qui se abstinuerat hæreditate, an hæres sit, interrogatus, tacuerit. Hæc exceptio approbatur l. 12. § sin autem. ff. d. tt. his uerbis:* Si filius, qui se abstinuit, interrogatus tacuerit, succurrẽdum est ei: quia hunc qui abstinuit, Prętor non habet hæredis loco. *Nona exceptio est: Nisi de ætate sit interrogatus. Hæc exceptio reprobatur l. 11. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* De ætate quoq; interrogatus, interdum respondere debet. *Decima exceptio est: Nisi interrogatus sit de causa, ex qua hæres sit. Item, per quem hæres sit effectus. Hæc exceptio reprobatur l. 9. § illud quæritur. ff. de interrog. in iure fac. cuius uerba uide s̃. quæst. 3. reg. 2. Vndecima exceptio est: Nisi rei uendicatione conuentus, interrogetur pro qua parte res eius sit. Hæc exceptio approbatur l. 73. ff. de rei uendicatione, his uerbis:* In speciali actione, nõ cogitur possessor dicere pro qua parte eius sit: hoc enim petitoris munus est, non possessoris. Quod etiam in Publiciana obseruatur.

Duodecima exceptio est: Nisi rei uendicatione, uel alia simili actione conuẽtus interrogetur de titulo suæ possessionis. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̃. Lib eod. cap. 2. quæst. 2. reg. 1. except. 6. Decimatertia exceptio est: Nisi actione de Peculio conuentus, interrogatus si utrum in potestate filium uel seruum habeat, nec ne? Hæc exceptio approbatur l. 9. §. fin. ff. de interrogat. in iure faciendis. cuius uerba uide paulo superius quæst. 3. reg. 4. Decimaquarta exceptio est: Nisi responderit interrogatus quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi ad interrogatum non responderit. Hæc replicatio approbatur l. 11. §. quod autem. ff. de interrog. in iure faciendis, his uerbis: Quod ait Prætor: Omnino non respondisse: posteriores om-

nes sic acceperunt, ut omnino non respondisse uideatut, & qui ad interrogatum non respondit id est, πρὸς ἔπος. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi interrogatus an ex dimidia parte hæres sit, responderit, hæres sum. Hæc duplicatio approbatur l. 9. §. qui interrogatus. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui interrogatus hæredem se responderit, nec adiecerit ex qua parte: ex asse respondisse dicendus est: nisi fortè ita interrogetur, an ex dimidia parte hæres sit, & responderit, hæres sum. hic enim magis puto eum ad interrogatum respoudisse.

Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi obscurè responderit interrogatus. Quæ replicatio approbatur l. 11. §. Nihil. ff. de interrogat. in iure fac. his uerbis: Nihil interest neget quis, an taceat interrogatus, an obscurè respō deat, ut incartum dimittat interrogatorem.

Tertia replicatio est: Nisi se hæredem esse, uel possidere responderit, nec adiecit pro qua parte uel hæres sit, uel possideat. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. qui interrogatus. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius repl. 1. Concordat l. 20. §. in iure. ff. eod. tt. his uerbis: In iure interrogatus, an fundum possideat: quæro, an respondere cogendus sit, & quota ex parte fundum possideat? Iabolenus scribit, possessorem fundi cogi debere respondere, quota ex parte fundum possideat: ut si minore ex parte possidere se dicat, in aliam partem quæ non defenderetur, in possessioné actor mittatur. Idem etsi damni infecti caueamus. Nam & hic respōdere debet, quota ex parte eius sit prędium ut ad eam partem stipulationem accōmodemus. Pœna auté non repromittentis hæc est, ut in possessioné eamus: & ideo eò pertinet scire, an possideant. *Quarta replicatio est: Nisi respondens se pro parte hæredem, non adiecerit pro qua parte. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi pro dimidia parte sit hæres. quæ duplicatio approbatur l. 11. §. si interrogatus. ff de interrog. in iure facien. his uerbis:* Si interrogatus quis an ex asse hæres esset, responderit se ex parte hætedē, si ex dimidia esset, nihil ei nocere responsum: quæ senté-tentia humana est. *Quinta replicatio est: Nisi interrogatus negauit, estq; mentitus. Hæc replicatio approbatur l. 11. §. nihil interest. ff. de interrogat. in iure facien. cuius uerba uide paulo superius replicatione 2. Concordat d. l. 11. §. qui tacuit. cuius uerba uide s. eadem quæstione in principio. Concordat item d. lex 11. §§. si cum esset, his uerbis:* Si cum esset quis ex semisse hæres, dixerit se ex quadrāte, mendacij hanc pœnam feret, quod in solidum conuenietur. non enim debuit mentiri, dum se minoris portionis hęredem adseuerabat. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi sine dolo malo negauerit. Hæc duplicatio approbatur d. §. si cum, his uerbis:* Interdū iusta ratione potest opinari se hęredem ex minore parte. quid enim si nescit sibi partam adcreuisse, uel ex incerta parte fuit institutus? cur ei responsum nocaat. *Concordat d. l. 11. §. qui iusto, his uerbis:* Qui iusto errore ductus negauerit se hæredem, uenia dignus est. Sed etsi quis sine dolo malo, culpa tamen respōdit, dicédum erit, absolui eum debere, nisi culpa dolo proxima sit. *Secunda duplicatio est: Nisi is qui negauit seruum in sua potestate esse, pro parte tantum sit dominus, cæteriq; domini æquè sint mentiti. Hæc duplicatio reprobatur l. 17. ff. de interrog. in iure fac. his uerbis:* Si seruus non sit unius, sed plurium: & omnes mentiti sunt, eum in sua potestate non esse: uel quidam ax illis, aut dolo fecerunt, quo minus sit in potestate: unusquisq; eorum tenabitur in solidum, quemadmodū tenerantur, etsi haberét in potestate. Is uerò q nihil dolo nō fecit, quo minus in potestate haberet, uel negauit nō tenebitur. *Plures propositæ replicatiōu duplicationes uide s. eod. cap. de confeßis quæst. 1. Hæc de prima regula, eiusq; exceptionib. sint dicta.*

SECVNDA REGVLA. *Si interrogatus obscurè, uel non ad interrogatum responderit, æquè in solidum tenetur. Quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s. reg. prox. except 14. repl. 1. cum replicationibus sequentibus.*

TERTIA REGVLA. *Si interrogatus negauit, estq; mentitus, æquè in solidum tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt paulo superius reg. 1. except. 14. repl. 5.*

QVARTA REGVLA. *Si interrogatus confessus sit, ex ista confeßione aduersus eum oritur actio: de qua dictum s. eod. cap. in prin. Hactenus de confeßis, & interrogationibus in iure faciendis sit dictum.*

DE IVREIVRANDO.
Cap. VI.

I. VSVS IVRISIVRANDI, ET similia.

P*Rima regula. Iureiurando deciduntur controuersiæ. Quæ regula approbatur l. 1. ff. de iureiurando, his uerbis:* Maximū remediū expediendarum litium in usum uenit iurisiurandi religio: qua uel ex pactione ipsorum litigatorum, uel ex authoritate iudicis deciduntur controuetsiæ.

Secunda regula. Iusiurandum aßimilatur transactioni l. 2. ff. d. tt. his uerbis: Iusiurandum speciem continet transactionis, maioremq; habet authoritatem, quàm res iudicata.

Tertia Regula. Iusiurandum confertur rei iudicatæ l. 1. in prin. ff. quarum rerum actio non datur, his uerbis: Iusiurandum uicem rei iudicatæ obtinet, non immeritò: cum ipse quis iudicem aduersarium suum de causa sua fecerit, dafe rendo ei iusiurandum. *Concordat l. 15. ff. quib. mo*

dis

dis pignus soluitur.Cōcordat item l.2.ff de iureiurādo. cuius uerba uide s̄.reg.prox.item cōcordat l.26.§.fin. ff.eod.tt.cuius uerba uide j.reg.prox.

Quarta regula.Iusiurandum confertur nouationi d.l.26,§.fin.his uerbis: Iurisiurandi conditio ex numero esse uideri potest nouandi, delegandiue: quia proficiscitur ex conuentione: quamuis habeat & instar iudicij.

Quinta regula.Solutioni comparatur l.27.ff.eod. tt.his uerbis: Iusiurandum etiam loco solutionis cedit.

Sexta regula. Acceptilationi simile est iusiurandum.quæ regula approbatur l.40.ff. de iureiurando, his uerbis: Iusiurandum est acceptilationi simile.

II. CAVSAE EX QVIbus iurandum.

Si deficiente probatione iusiurandum delatum sit, aut iurandum, aut causa cadendum est. quæ regula approbatur l.34.§.ait Prætor.ff.de iureiurando,his uerbis: Ait Prætor: Eum, a quo iusiurandum petetur, soluere, aut iurare cogam. Alterum itaque eligat reus: aut soluat, aut iuret. Si nō iurat, soluere cogendus erit à Prætore. *Concordat l.38.ff.eod.tt.his uerbis:* Manifestæ turpitudinis est, & confessionis, nolle nec iurare, nec iusiurandum referre. *Concordat item l.9.C. eod.tt.his uerbis:* Delata conditione iurisiurandi reus (si nō per actorem, quo minus de calumnia iuret, steterit) per iudicem soluere, uel iurare, nisi referat iusiurandum, necesse habet. *Concordat item l.34.§.datur.ff.d.tt. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alius non aduersarius iusiurandum detulerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur j. cap.prox.quæst.1.except.6. Secunda exceptio est: Nisi is iusiurandum deferat, qui ad hoc habilis non sit. Hæc exceptio approbatur l.15.§.1.ff.de iureiurando, his uerbis:* Prodigus si deferat iusiurandū, audiendus non est. Idemq; in cæteris similib. ei dicendum est. Nam siue pro pacto conuento, siue pro solutione, siue pro iudicio hoc iusiurandum cedit, non ab alijs delatū ꝓbari debet, quàm qui ad hæc habiles sunt. *Plura propositæ exceptionis exempla uide j. d.cap. prox.quæst.1 except.5.cum exceptionib. sequentibus. Tertia exceptio est: Nisi parenti, uel patrono iusiurandum deferatur. Hæc exceptio reprobatur l.14.ff.de iureiurando, his uerbis:* Quoties propter rem iuratur, nec parenti, nec patrono remittitur iusiurandum: propter rem autem iusiurandū exigitur, ueluti, de pecunia credita: cum iurat actor sibi dari oportere, uel reus se dare non oportere. Idem est, cum de pecunia cōstituta iusiurandum exigitur. *Quarta exceptio est: Nisi is cui iusiurandum defertur, iudicium suscipere cogi non possit. Hæc exceptio approbatur exemplo l.15.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* Qui non cōpelluntur Romæ iudicium accipere, nec iurare compellendi sunt, ut legati prouinciales. *Concordat l.28.§.ex quibus.ff.de iudicijs, hisce uerbis:* Ex quibus causis non cogitur legatus iudicium accipere, nec iurare cogēdus est, se dare nō oportere: quia hac iusiurandum in locum litis contestatę succedit. *Aliud exēplum proponitur l.16.ff.de iureiurando, his uerbis:* Si patronus libertam suam duxerit uxorem, non compellitur iurare de rerum amotarū iudicio. Sed & si ipse deferat iusiurandū libertæ suæ, de calumnia non debet ipse iurare. *Aliud exemplum proponitur l.14.§.illo obseruando.C.de non num.pecunia, his uerbis:* Illo uidelicet semper obseruando, ut in quib. non permittitur exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere uel ab initio, uel post taxatum tempus elapsum: in his nec iusiurandum offerre liceat. *Quinta exceptio est: Nisi pupillo deferatur. Hæc exceptio approbatur l.34. §.pupillo.ff.de iureiurando, his uerbis:* Pupillo non defertur iusiurandum. *Sexta exceptio est: Nisi alij, quàm ei qui gessit, iusiurandum deferatur. Hæc exceptio approbatur l.11.§.iurare.ff. rerum amotarum, his uerbis:* Pater amouentis iurare nō cogitur, cum iniquum sit de alieno facto alium iurare. Is ergo cogitur iurare, qui amouisse dicitur: & idcirco nec hæres eius, qui quæue amouisse dicetur, iurare cogetur. *Concordat l.34.§.procurator.ff.de iureiurando, his uerbis:* Procurator non compellitur iurare, nec defensor: & ita Iulianus scribit lib. x. Digest. defensorem iurare non compelli, sufficereque ad plenam defensionē, si paratus sit iudicium accipere. *Septima exceptio: Nisi tutori rei conuenti iusiurandum deferatur. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̄.except. proxim. eius autem replicatio hæc est: Nisi tutor ipse gesserit, uel cū eo sit gestum. quæ replicatio approbatur exemplo l.5. C.de iureiurando, his uerbis:* Cum etiam à pupillorum tutoribus, uelut ab ipsis pupillis, relicta fideicommissa uidentur: super fideicōmissis præses prouinciæ cognoscet, & si id tibi relictum esse constiterit, reddi tibi efficiet. Idem si inficietur, ad iusiurandum (ut desideras) tutorem adiget. *Octaua exceptio est: Nisi non de omnibus rebus iusiurandum deferatur. Hæc exceptio reprobatur l.14.ff. rerum amotarum, his uerbis:* De rebus amotis permittendum est marito uel uxori de quibusdam rebus iusiurandum deferre: de quibusdam probare. *Nona exceptio est: Nisi deferens de calumnia iurare nolit. Hæc exceptio approbatur l.34.§.qui iusiurandum.ff.de iureiurando, his uerbis:* Qui iusiurandum defert, prior de calumnia iurare debet, si hoc exigatur: deinde sic ei iurabitur. *Concordat l.37.ff eod.tt. his uerbis:* Si non fuerit remissum iusiurandum, ab eo qui detulit, nec de calumnia iuretur: consequens est, ut debeat denegari actio. Sibi enim im-

putet, qui procesſit ad delationem iuriſiurandi, nec prius de calumnia iurauit: ut ſit iſte remittenti ſimilis. *Concordat l. 9. ibi: Si nõ per actorem. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. quæſtione, in prin.* *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi parens filio, uel patronus liberto iuſiurandum deferat.* *Hæc replicatio approbatur d. l. 34. §. qui iuſiurandum, in fine, his uerbis:* Hoc iuſiurandum de calumnia æquè patrono ac parentibus remittitur. *Concordat l. 16. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 4.* *Concordat item l. 7. ibi: Nec deferentes. ff. de obſequijs liberorum.* *Altera replicatio eſt: Niſi is cui iuſiurandum delatum eſt, illud referat. referens enim de calumnia, iurare nõ cogitur. quæ replicatio approbatur l. 34. §. datur autem ibi: Sed nec iuſiurandum. ff. de iureiurando, his uerbis:* Nec iuſiurandum de calumnia referenti defertur: quia non eſt ferendus actor, ſi conditioni quam ipſe detulit, de calumnia uelit ſibi iurari.

Decima exceptio eſt: Niſi antea quoque iuſiurandum delatum fuerit, & rurſus reuocatum. *Hæc exceptio approbatur l. 11. in prin. C. de iureiurando, his uerbis:* Si quis iuſiurandum intulerit, & necdum eo præſtito, poſtea utpote ſibi allegationibus abundantibus hoc reuocàuerit: ſancimus nemini licere penitùs iterum ad ſacramentum recurrere (ſatis enim abſurdum eſt redire ad hoc, cui renunciandum putauit: & cum deſperauit aliam probationem, tunc denuò ad religionem conuolare) & iudices nullo modo eos audire ad tales iniquitates uenientes.

Vndecima exceptio eſt: Niſi is cui iuſiurandũ delatum eſt, illud referat. Hæc exceptio approbatur l. 34. §. datur. ff. de iureiurando, his uerbis. Datur autem & alia facultas reo, ut ſi malit, referat iuſiurandum: & ſi is, qui petet, conditione iuriſiurandi non utetur, iudicium ei Prętor non dabit. Aequiſsimè enim hoc facit: cum non debeat diſplicere conditio iuriſiurandi ei, qui detulit. *Concordat d. l. 34. in princ. his uerbis:* Iuſiurandum & ad pecunias, & ad omnes res locum habet, etiam de operis iuſiurandũ deferri poteſt. Nec de iniuria queri aduerſarius poteſt, cũ poſsit iuſiurandũ referre. *Concordat item d. l. 34. §. fin. his uerbis:* Cũ res in iuſiurandũ demiſſa eſt, iudex iuranté abſoluet, & referenté audiet, & ſi actor iuret, condemnet reum: nolentem iurare reum, ſi ſoluat, abſoluet: non ſoluentem condemnet: uel ex relatione nõ iuráte actore abſoluet reum. *Concordat item l. 9. in fine. C. de iureiurãdo. cuius uerba uide ſ. ead. quæſt. in prin.* *Item concordat l. 12. §. ſed iuramento. C. eod. tt.* *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi referens nõ iurauerit de calumnia.* *Hæc replicatio reprobatur l. 34. §. datur. ibi: Sed nec iuſiurandum. ff. de iureiurando. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 9. repl. 2.*

Secunda replicatio eſt: Niſi ex conuentione extra iudicium iuſiurandum ſit delatum. *Hæc replicatio approbatur l. 17. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Iuſiurandũ, quod ex conuentione extra iudicium defertur, referri non poteſt. *Tertia replicatio eſt: Niſi ex delicto agatur. quæ replicatio uidetur approbari l. 11. §. fin. cum lege ſequente. ff. rerum amotarũ, his uerbis:* Si quis delatum ſibi iuſiurandum referre uelit, non uidetur Prætor id permiſiſſe: non magis quàm ſi quis ei qui furti agat, iuſiurandum referat, an ipſe fur ſit. *Concordat l. 13 ff. eod. tt. his uerbis:* Idem Labeo ſcribit, mulieri non eſſe permittendum referrè iuſiurandũ, & ita edicto ordinatũ uidetur. *Quarta replicatio eſt: Niſi reus dicat ideo ſe liberatũ, quòd putet rem quæ petitur, in rerum natura eſſe deſiſſe. Hæc replicatio reprobatur l. 34. §. 1. ff. de iureiurando, his uerbis:* Quid tamen ſi ideo dicat reus ſe liberatum, quoniam Stichum, quem promiſerat, putat deceſsiſſe? non erit tutus per relationem: & ideo ex hac cauſa putat Marcellus (& rectè) aut remittendum ei iuſiurandum, aut ſpacium dandum, ut certioretur, & ſic iuret. *Quinta replicatio eſt: Niſi non tale iuſiurandum referatur, quale defertur.* *Hæc replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius ſunt duplicationes aliquot ex arbitrio iudicis pendentes. quæ duplicationes approbantur d. l. 34. §. non ſemper, his uerbis:* Non ſemper conſonans eſt, per omnia referri iuſiurandum quale defertur: forſitan ex diuerſitate rerum uel perſonarum quibuſdam emergentibus, quæ uarietatem inducunt. Ideoq; ſi quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huius iuriſiurandi terminetur. *Plures huiuſmodi replicationes uide ſ. cap. prox.* *Duodecima exceptio eſt: Niſi poſtquam in cauſa pronunciatum eſt, iuſiurandum deferatur. Hæc exceptio uidetur approbari l. 12. §. omne igitur. C. de iureiurando his uerbis:* Omne iuramentum ſiue à iudicibus ſiue à partibus illatũ, uel in principio litis, uel in medio, uel in ipſa definitiua ſententia, ſub ipſo iudice detur, nõ expectata uel ultima definitione, uel prouocationis formidine. *Decimatertia propoſitæ regulæ except. eſt: Niſi is qui defert iuſiurandũ ipſe dubitet. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 34. §. 1. ff. de iureiurando, cuius uerba uide paulo ſuperius repl. 4.* *Hæc de quæſtione propoſita ſecũda.*

III. VBI IVRANDVM.

Regulariter apud iudicem iurandũ eſt. quæ regula approbatur l. 12. §. omne igitur. C. de iureiurãdo. cuius uerba uide ſ. proximè except. 12. *Verùm huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi is cui iuſiurandum delatũ eſt, egregia perſona ſit, uel ualetudinarius. quæ exceptio approbatur l. 15. ff. de iureiurãdo, his uerbis:* Ad perſonas egregias, eosq; qui ualetudine impediuntur, domũ mitti oportet ad iuſiurandũ. *Vide inſuper de exceptione propoſ. ſ. Lib. eod. cap. 1. de iuramento calumniæ, quæſt. 5.* *Secunda exceptio*

ceptio eſt: Niſi is qui iurare debet, abſit. Hæc exceptio approbatur l.12.§.bis de præſentib. C.de iureiurando, his uerbis: Si perſona nō pręſens inueniatur, cui ſacramentum eſt illatum, lite fortè per procuratorem uentilata: neceſſe eſt, uel ipſam principalē perſonā datis certis inducijs ad iudicē uenire, ut ea quæ de ſacramētis ſtatuta ſunt, impleat: uel ſi iudex exiſtimauerit in prouincia ubi degit, ſub actorū teſtificatione iuramentum ab eà uel dari, uel referri, uel recuſari, hoc ꝓcedere: ut ſingulis caſibus euentus iam definitus imponatur. Licētia concedenda etiā parti alteri, uel per ſe uel procuratorē ſuper hoc ipſo ordinatū, adeſſe his quæ de iuramento aguntur: uel ſi neutrū facere maluerit, & ex una parte (ſub fide tamē geſtorum) iuramentū præſtari, uel referri, uel recuſari: expenſis ꝓpter huiuſmodi cauſam præſtandis, officio iudicis trutinandis, an ab utraq; parte, uel ab altera eas oporteat dependi. Nullo tamē ex hoc litibus impedimēto generando, ſed donec ea procedunt, alijs capitulis uel litis mēbris à iudice examinādis: & poſtquā fuerint ei intimata geſta ſuper iuramēto ſubſecuta, tunc iterum ad hoc capitulum iudice redeunte, & eo adimpleto ad cætera ꝓueniete: omnibus alijs quæ de præſentibus ſancita ſunt, & in abſentium parte obſeruādis. In omnibus autē caſibus, in quibus ſacramēta præſtantur, obſeruationē iudicialē permanere cenſemus ſecundū perſonarum qualitatē, ſiue ſub ipſo iudice præſtari oporteret iuramētum, ſiue in domibus, ſiue ſacris ſcripturis tactis, ſiue in ſacroſanctis oratorijs. *Plura de exceptione propoſita uide s̄. Lib. eod. cap.1. de iuramento calumniæ, quæſtione 5. exceptione 4. Sed & plures propoſitæ regulæ exceptiones uide d. quæſt. 5.*

IIII. QVANDO IVrandum.

Regulariter ſtatim poſtquam delatum eſt, iuſiurandum præſtari debet. quæ regula approbatur l. 5.§.fin. & l.6.§.fin.ff.de iureiurando. de qua re j. dicetur cap. prox. quæſt.1. cauſ.s 8 & 3. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſpacium ad deliberandum ex iuſta cauſa petat. Hæc exceptio approbatur exemplo l.34.§.1. ff.de iureiurando, cuius uerba uide s̄. quæſt. 2. except. 11. repl. 4. Concordat l.5. cum lege ſequente ff. de interrog. in iure fac. cuius uerba uide s̄. cap. prox. de interrog. quæſt. 6. reg. 1. except. 6.

V. QVA FORMA iurandum.

Vt delatum eſt, ita quoq; iurandū. quæ regula approbatur l.3.§.fin. cum legibus ſequentib. ff. de iureiurando, his uerbis: Iurari aūt oportet, ut delatū eſt iuſiurandum. Cæterùm ſi ego detuli, ut per Deū iurares, tu per caput tuū iuraſti, uel filiorū tuorū, non erit ratū habendū iuſiurandum. Quòd ſi exegi, ut per ſalutem tuam iurares, & iuraſti: ſtabitur. Omne enim omnino licitum iuſiurādū, per quod uoluit quis ſibi iurari, idoneū eſt: & ſi ex eo fuerit iuratum, Prætor id tuebitur. *Concordat l.33. ff. eod. tit. his uerbis*: Qui per ſalutē ſuā iurat, licet per Deū iurare uideatur (reſpectu enim diuini numinis ità iurat) attamē ſi non ita ſpecialiter iuſiurandum ei delatū eſt, iuraſſe non uidetur. Et ideo ex integro ſolenniter iurandum eſt. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi iuſiurandum illicitum ſit delatum. Hæc exceptio approbatur l.5.§. ſed ſi quis. ff. de iureiurando, his uerbis*: Si quis illicitum iuſiurandū detulerit, ſcilicet improbatæ publicæ religionis: uideamus an pro eo habeatur, atq; ſi iuratum nō eſſet? Quod magis exiſtimo dicendum. *Cōcordat d.l.5.§. diuus, his uerbis*: Diuus Pius iurijurando, quod propria ſuperſtitione iuratum eſt, non eſſe ſtandū reſcripſit. *Planè in quibuſdam exemplaribus uocabulum* Non *eſt omiſſum. Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi iuſiurandū referatur: hoc enim caſu uidetur tale iuſiurandum præſtandū, quale delatum eſt, non quale eſt relatū. De hac re uide s̄. q.2. except. 11. repl. 3.*

VI. Qui iurare debeant? & alia uide j. cap. prox. inter Exceptiones.

VII. EVENTVS IVriſiurandi.

PRIMA REGVLA. *Si delato iureiurando iuratum non ſit, is cui delatum eſt, pro confeſſo habetur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ dicta ſunt s̄. q.2. Sed & diſtinguitur per ea quæ habentur j. cap. prox. q.1. except. 1.*

SECVNDA REGVLA. *Si delato, uel relato iureiurando iuratum ſit, iuranti iam actio, quàm exceptio ex eo datur: idem eſt, & ſi uolenti iurare iuſiurandum remiſſum ſit. Item ſi is cui delatum eſt iuſiurandū, illud retulit, nec aduerſarius iurare uoluit. de qua re dicetur j. cap. prox.*

TERTIA REGVLA. *Sed & aduerſus iurantem datur ex iureiurando actio. quæ regula approbatur l.13.§. ſi quis iurauerit. ff. de iureiurando, his uerbis*: Si quis iurauerit me ei uendidiſſe rem centum, ex empto agere poterit, ut ei cætera præſtentur: id eſt, ut res tradatur, & de euictione caueatur. An tamen ad preciū conſequendum ex uendito conueniri poſsit, uidendum. Et ſiquidem de hoc ipſo iuratum eſt, & quòd precium ſolutum eſt, nulla pro precio actio ſupereſt. Si uerò hoc non fuerit iuratum: tunc conſequens eſt, de precio eū teneri. Idem dicemus, & ſi quis ſocietatem feciſſe iurauerit. Nam & is pro ſocio poterit conueniri. Marcellus etiam ſcribit, ſi quis iurauerit ob decem pignori dediſſe fundum, non aliàs eum pignoraticia agere poſſe, quàm ſi decem ſoluerit. Sed & illud adijcit, fortaſsis eum etiam in decem

ex iureiurando suo posse conueniri, quod magis probat: cui Quintus Saturninus consensit: argumentoque utitur eius, qui iurauit eam, quæ uxor sua fuerat, rem sibi in dotem dedisse. nam & hic uxori ait utilem de dote actionem dandam. Quæ non esse extra æquitatem posita, non negauerim.

QVARTA REGVLA. *Si occasione iurisiurandi præstandi, aliqua oriatur controuersia, in arbitrio iudicantis est.* *Hæc regula approbatur l.34.§. si de qualitate .ff. de iureiurando, his uerbis*: Si de qualitate iuramenti fuerit inter partes dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis est. *Concordat d.l.34.§.non semper, in fine. cuius uerba uide s̄.quæst.2. except.11. repl.5.* *Concordat item l.12.§. in omnib. C. de iureiurãdo. cuius uerba uide s̄.quæst.3.except.2.*

QVINTA REGVLA. De periurio. *Si peieratum sit, periurij pœna competit. quæ regula approbatur l.21.cum lege sequente ff.de dolo malo, cuius uerba uide j.cap.proxim.quæstione 1.exceptione 17. Huius regulæ exceptio prima hæc est*: *Nisi pupillus peierauit.* *Hæc exceptio approbatur l.26.in princip ff. de iureiurando, his uerbis*: Pupillus non uidetur peierare: quia sciens fallere non uidetur. *Secunda exceptio est*: *Nisi quis id, quod iurato promisit, ex iusta uel necessaria causa non præstet.* *Hæc exceptio approbatur exemplo l.ultim. ff. qui satisdare cogantur, his uerbis*: Qui iurato promisit iudicio sisti, non uidetur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit. *Aliud exemplum proponitur l.38.in principio. ff.ad municipalem, his uerbis*: Impp. Seuerus & Antoninus rescripserunt, gratiam se facere iurisiurandi ei, qui iurauerat se ordini non interfuturum, & postea duumuir creatus esset.

Quæ sit pœna periurij definitur l.13.§.fin.ff.de iureiurando, his uerbis: Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium principis, dare se non oportere, & peierauit: uel dari sibi oportere, uel intra certum tempus iurauerit se soluturum, nec soluat, Imp. noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigatum dimitti, & ita ei superindici, προπετῶς μὴ ὄμνυε.

Alia de pœna periurij regula proponitur l. ultim.ff. stellionatus, his uerbis: De periurio si sua pignora esse quis in instrumento iurauit, crimen stellionatus fit: & ideo ad tempus exulat.

Alia de pœna periurij regula proponitur l.2. C.de iureiurando, his uerbis: Iurisiurandi contempta religio satis Deum ultorem habet. Periculum autem corporis, uel maiestatis crimen, secundum constituta diuorum parentum meorum, & si per principis uenerationem quodam calore fuerit peieratum, inferri non placet. *Ait Imp.* Vel maiestatis crimen. *Huic concordat l.2.C.ad l.Iul.maiestatis, his uerbis*: Alienam sectæ meæ sollicitudinẽ concepisti, quasi crimen maiestatis sustineres, & si seruo tuo iratum esse non perseueres, quod semper te facturum inconsultè iuraueras.

DE ACTIONE ET exceptione Iurisiurandi.
Cap. VII.

I. CAVSAE EX QVIBVS actio uel exceptio proposita competit.

P*Rima causa. Si delato, uel relato iureiurando iuratum sit, iuranti ex eo iureiurando tam actio, quàm exceptio datur. quæ causa seu regula approbatur l.7.ff. de iureiurando. cuius uerba uide j.except.13. repl.9. Concordat l.9.§.1.ff. de iureiurando, his uerbis*: Iureiurando dato, uel remisso, reus quidem adquirit exceptionem sibi, alijsque, actor uerò actionem adquirit: in qua hoc solum quæritur, an iurauerit dari sibi oportere, uel cum iurare paratus esset, iusiurandū ei remissum sit. *Concordat item l.34.§.fin.ff.eod. tt. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.2.exceptione 11. in prin. Item concordat l.40.ff.eod.tt. his uerbis*: Iusiurandum à debitore exactum efficit, ut pignus liberetur. Est enim hoc acceptilationi simile. Perpetuam certè exceptionem parit. Idcirco pœnam quoque petentem creditorem exceptione submoueri oportet, & solutum repeti potest: utpote cum interposito eo, ab omni cõtrouersia discedatur. *Cõcordat item l.6.C.eo.tt. his uerbis*: Cum proponas partibus placuisse, iurisiurandi religione, litem decidi, præses prouinciæ iuxta decretum arbitri ad uoluntatis uestræ placitum amitæ tuæ filijs consulet. *Concordat denique Inst. de exceptionibus, his uerbis*: Si debitor creditore deferente iurauerit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet. Sed quia iniquū est, de periurio quæri: defenditur per exceptionẽ iurisiurandi. In ijs quoq; actionibus, quibus in rẽ agitur, æquè necessariæ sunt exceptiones: ueluti si petitore deferẽte possessor iurauerit eam rẽ suam esse, & nihilominus petitor eandem rem uindicet: licet enim uerum sit, quod intendit, id est, rem eius esse: iniquum tamen est possessorem condemnari. *Propositæ regulæ exceptiones uide paulo inferius.*

Secunda causa. Si delato iureiurando, illud remissum sit. Nam & hoc casu ei cui remissum est, perinde ac si iurasset tam actio quàm exceptio iurisiurandi competit. quæ causa seu regula approbatur l.9.§.1. ff. de iureiur. cuius uerba uide s̄.causa prox. Declaratur causa proposita l.6.in pr.ff.eo.tt. his uerbis: Remittit iusiurandū, qui deferẽte se cū paratus esset aduersarius iurare, gratiá ei facit, cõtentus uoluntate suscepti iurisiurandi. *Propositæ causæ*

seu

seu regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iusiurandũ nõ fuerit susceptũ. Hæc except. approbatur d. l. 6. in fin. his uerbis: Quòd si nõ susceperit iusiurandũ: licet postea parato iurare, actor nolit deferre, non uidetur remissum. Nam quod susceptum est, remitti debet. *Concordat l. 5. §. fin. ff. eod. tt.*

Secunda exceptio est: Nisi pupillus iusiurandum remiserit. Hæc exceptio approbatur l. 32. ff. eod. tt. his uerbis: Iurisiurandi gratiam facere pupillus non potest. *Tertia exceptio est: Nisi ignoranti uel absenti, non præsenti iusiurandum remissum sit. Hæc exceptio reprobatur l. 41. ff. eod. tt. his uerbis*: Labeo etiam absenti & ignoranti iurisiurandi gratiam fieri posse respondit. Sed & per epistolam iurisiurandi gratia fieri potest. *Plures propositæ causæ exceptiões uide paulo inferius in Exceptionib. sequentib.*

Tertia causa. Si delato uel relato iureiurãdo is, cui delatũ est, iurare recusauit: hoc enim casu ei qui detulit uel retulit iusiurãdũ, iurisiurãdi tam actio, quàm exceptio datur. Quæ causa approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s. cap. prox. quæst. 2. Huc pertinet l. 5. §. si neque. ff. de iureiurando, hisce uerbis: Si neque iuratum est, neque remissum iusiurãdum, pro eo debet haberi, atque si res in iusiurandum admissa non esset. *Propositæ causæ exceptio uidetur esse talis: Nisi postea iurare sit paratus. Hæc exceptio reprobatur d. §. si neque, his uerbis*: Proinde si postea iurare paratus sit, nihil ei hoc iusiurandum proficiet: quia ex eo quod delatum est, iuratum non est. *Reliquas exceptiones uide j. item s. cap. prox. d. quæst. 2.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalioribus.

I. EXCEPTIO: *Nisi iuratum non sit: hoc enim casu iurisiurandi exceptio uel actio denegatur. Hæc exceptio approbatur l. 9. in prin. ff. de iureiurando, his uerbis*: Si controuersia erit, id est si ambigitur an iusiurandum datum sit, exceptioni locus est. *Concordat l. 5. §. dato. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. except. 17. Propositæ exceptionis replicationes sunt supradicta causa secunda & tertia.*

II. EXCEPTIO: *Nisi postea iuratum sit ab aduersario prius iuratum non esse. quæ exceptio approbatur l. 29. ff. de iureiur. his uerbis*: Quod si iurari te deferente, non iurasse te dari tibi oportere: aduersus utilem actionem, quà hoc quæritur, an iuraueris tibi dari oportere, oponenda est exceptio iurisiurandi, perimentis quæstionem actione comprehensam.

III. EXCEPT. *Nisi postea delato iureiurando, iuretur contrarium. Hæc exceptio approbatur l. 28. §. fin. ff. de iureiurando, his uerbis*: Cùm ex hac parte iusiurandum & actionem & exceptionem inducat: si fortè reus extra iudicium, actore inferente iurauerit se dare non oportere, & actor reo referente dari sibi oportere, uel cõtrà: posterior causa iurisiurandi potior habebitur: nec tamé præiudiciũ periurio alterius fiet: quia nõ quæritur an dare eũ oporteat, sed an actor iurauerit.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi iusiurandum non fuerit delatum. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. de iureiurando, his uerbis*: Ait Prætor: Si is, cum quo agetur, conditione delata, iurauerit. Eum, cum quo agetur, accipere debemus ipsum reum: nec frustra adijcitur, Conditione delata. Nam si reus iurauerit nemine ei iusiurandum deferente: Prætor id iusiurandum non tuebitur: sibi enim iurauit. Alioquin facilimè quisque ad iusiurandum decurrens, nemine sibi deferente iusiurandum, oneribus actionum se liberabit.

V. EXCEPTIO: *Nisi is qui iusiurandum detulit, inhabilis sit ad deferendum. Hæc exceptio approbatur l. 35. §. 1. ff. de iureiurando. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 2. except. 2. Propositæ exceptionis exempla uide in Exceptionib. sequentib.*

VI. EXCEPT. *Nisi alius, non is cui iusiurandũ obijcitur, detulit. Hæc except. approbatur l. 7. C. de iur. his uerb.* Nec filius, nec quisquã alius, nec litigando, nec paciscendo, sed neque iusiurandum citra uoluntatem dominæ rei deferendo, præiudicium ei facere potest. Vnde si citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, nec hoc ratum habuisti: nihil tibi oberit. *Concordat l. 9. § fin. cum lege sequente. ff. de iureiurando, his uerbis*: Si petitor iurauit, possessore deferente, rem suam esse actori dabitur actio, sed hoc duntaxat aduersus eum, qui iusiurandum detulit, eosque qui in eius locum successerunt. Cæterùm si aduersus alium uelit prærogatiua iurisiurandi uti, nihil ei proderit. Quia nõ debet alij nocere, quod inter alios actum est. *Concordat item l. 3. §. penult. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. except. 12. Concordat item l. 11. §. fin. cum lege sequente. ff. eod. tt. his uerbis*: Si cùm de hæreditate inter me & te controuersia esset, iurauero hæreditatem meam esse, id consequi debebo, quod haberem, si secundum me de hæreditate pronunciatum esset: & non solum eas res restituere debebis, quas tunc possidebas, sed etsi quas postea cœpisses possidere: perindeque haberi, quod iuratum est, atque si probatum esset. Idcirco utilis actio mihi competit. Quòd si ego ex eadem hæreditate possiderem, tuque cœpisses petere à me, cum aduersus te iurassem: exceptione me uti debere iurisiurandi. Planè si alius à me petere hæreditatem cœperit, dubium non erit (ut & Iulianus scribit) nihil mihi iusiurandum prodesse. Idem est etsi ego quolibet alio possidente res hæreditarias petere uelim: quia etsi petijssem

ſem à te hęreditatem, probaſſemque meam eſſe: nihilominus ab altero petendo, id ipſum probare neceſſe haberem. *Concordat itē l. 7. §. ſi petenti. ff. de Publiciana in rem actione, his uerbis:* Si petenti mihi rem, iuſiurandum detuleris, egoq; iurauero rem meam eſſe, com petit mihi Publiciana, ſed aduerſus te duntaxat. Ei enim ſoli nocere debebit iuſiurandum, qui detulit. Sed etſi poſſeſſori delatū erit iuſiurandum, & iurauerit rem petitoris non eſſe: aduerſus eum ſolum petentem exceptione utetur, nō ut actionem habeat. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi tutor uel curator aduerſarij detulerit. Hæc replicatio approbatur l. 17. §. ſi tutor. ff. de Iureiurando, his uerbis:* Si tutor, qui tutelam gerit, aut curator furioſi, prodigiue iuſiurandum detulerit, ratam id haberi debet. Nam & alienare res, & ſolui eis poteſt, & agendo rem in iudiciū deducunt. *Concordat item l. 15. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Tutor pupilli, omnibus alijs probationibus deficientibus, iuſiurandum deferens, audiendus eſt: quandoq; enim pupillo denegabitur actio. *Secunda replicatio eſt: Niſi procurator aduerſarij detulit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 17. §. fin. cum duabus legibus ſequentib. ff. de iureiurando, his uerbis:* Procurator quoque quod detulit, ratum habendum eſt: ſcilicet ſi aut uniuerſorum bonorum adminiſtrationem ſuſtineat: aut ſi idipſum nominatim mandatum ſit: aut ſi in rem ſuam procurator ſit. Aliàs autem procuratorem deferentem iuſiurandum nōn audiendum, Iulianus lib. X. Digeſt. ſcribit: ne poſtea reus, qui ſemel iurauit, à domino conueniatur: nec multum ei proficere, ſi fuerit ei de rato cautum. ſiue enim dominus petat, cogetur reus docere liquidò ſe iuraſſe: poſita ſcilicet exceptione. Siue ex ſtipulatione de rato agat, neceſſe habebit ipſe de periurio ſuo docere. Si itaque mandatum fuit procuratori, ut petat, ille autem iuſiurandum detulit: aliud fecit, quàm quod mandatum eſt. *Ex hiſce patet, replicationem propoſitam ipſo quidem iure reprobari, admitti uerò in hiſce tribus caſibus, ſcilicet ſi uel uniuerſorum bonorum adminiſtrationem procurator habeat, uel nominatim illi mandatum ſit, uel in rem ſuam procurator ſit datus. Quartus caſus reprobatur, ſcilicet: ſi de rato caueat.*

Tertia replicatio eſt: Niſi defenſor alicuius corporis detulit. Hæc replicatio approbatur ſub dicta conditione l. 34. §. defenſor. ff. eod. tt. his uerbis: Defenſor municipum, uel cuiuſuis corporis, iuſiurandum deferre poteſt, ſi ſuper hoc mandatum habeat.

Quarta replicatio eſt: Niſi iudex iuſiurandum detulerit. Hæc replicatio approbatur l. 1. ff. de iureiurando, cuius uerba uide ſ. cap. prox. in prin. Concordat l. 31. §. ſolent enim. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. except. 17. diſtinct. 2. item concordat l. 3. C. eod. tt. his uerbis: In bonæ fidei contractibus, nec non etiam in cæteris cauſis inopia probationum, per iudicem iureiurando cauſa cognita res decidi oportet. *Plura de hac re uide j. eod. Lib. cap. 9. reg. 10.*

Quinta replicatio eſt: Niſi ſeruus aduerſarij iuſiurandum detulerit. Hæc replicatio approbatur ſub conditione l. 20. cum duab. legibus ſequentibus. ff. de iureiurando, his uerbis: Seruus quod detulit, uel iurauit, ſeruatur, ſi peculij adminiſtrationem habuit. Huic enim ſolui quoque rectè poteſt: & nouandæ obligationis ius habuit. Quidam putant & de peculio actionem in dominum dandam, ſi actori ſeruus detulerit iuſiurandum. Eadem & in filio familiâs dicenda ſunt. *Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ſeruus peculij adminiſtrationem non habens detulit. Hæc duplicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si peculij adminiſtrationem habuit. *Concordat l. 24. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Ipſi autem referentes, conditiones eorum, quibus ſubiecti ſunt, non faciunt deteriorem.

Sexta replicatio eſt: Niſi filiuſfamiliâs in cauſa peculiari detulerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ dicta ſunt ſ. repl. 5.

Septima replicatio eſt: Niſi reus ſtipulandi aduerſarij detulit. quæ replicatio approbatur l. 28. in prin. ff. d. tt. his uerbis: In duobus reis ſtipulandi, ab altero delatum iuſiurandum etiam alteri nocebit.

Octaua replicatio eſt: Niſi in populari actione iuſiurandum ſit delatum. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 10. §. in popularibus. ff. de iureiurando, his uerbis: In popularibus actionibus iuſiurandum exactum ita demum aduerſus alios proderit, ſi bona fide exactum fuerit. nā & ſi quis egerit, ita demum conſumit publicam actionem, ſi non per colluſionem actū ſit. Hæc de ſexta exceptione, eiuſq; replicationibus ſint dicta.

VII. EXCEPTIO: *Niſi pupillus iuſiurandum detulerit. Hæc exceptio approbatur l. 17. §. pupillus. ff. de iureiurando, his uerbis:* Pupillus tutore authore iuſiurandum deferre debet. Quòd ſi ſine tutoris authoritate detulerit, exceptio quidem obſtabit, ſed replicabitur: quia rerum adminiſtrandarum ius ei non competit. *Cōcord. l. 4. C. de iureiurando, his uerbis:* Si ad excludendam tutelæ actionem pupillus iuſiurandum tutori detulerit, poſtea eandem litem exercere non prohibetur. *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi tutore authore pupillus iuſiurandum detulerit. quæ replicatio approbatur uerbis ſupradictis hiſce:* Pupillus tutore authore iuſiurādū deferre debet. *Sed & approbatur l. 1. §. 1. ff. quarū rerū actio nō datur, his uerbis:* Si pupillus ſine tutoris authoritate detulerit iuſiurādū,

dicemus

dicemus non obstare exceptionem istam, nisi tutore authore in iudicio delatio facta sit.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi minor uiginti quinque annis iusiurandum detulerit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur l. 9. §. si minor. ff. de iureiurando, his uerbis*: Si minor uigintiquinque annis detulerit, & hoc ipso captũ se dicat: aduersus exceptionem iurisiurandi debebit id replicari: ut Pomponius ait: Ego (Vlpianus) autem puto hanc replicationẽ non semper esse dandam: sed plerunque ipsum Prętorem debere cognoscere, an captus sit. & sic in integrum restituere: nec enim, ut quisque minor est, statim & circumscriptũ se docuit. Propterea exceptio ista, siue cognitio, statum tempus post annum uicesimumquintum non debet egredi. *Ex uerbis iam propositis duæ aduersus exceptionem propositam replicationes constant. prima est: Nisi minor in deferendo captus non sit. Altera est: Nisi maior factus, intra quadriennium in integrum restitutionem non petierit.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi debitor in fraudem creditorum suorum iusiurandum detulerit. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. sed & si quis. ff. de iureiurando, his uerbis*: Si quis iusiurandum in fraudem creditorum detulerit debitori, aduersus exceptionem iurisiurandi, replicatio fraudis creditoribus dari debet. Præterea si fraudator detulerit iusiurandum creditori, ut iuraret decem sibi dari oportere: mox bonis uenditis, experiri uolet: aut denegari debet actio, aut exceptio opponitur fraudatorum creditorum.

X. EXCEPTIO: *Nisi deferens delatum iusiurandum reuocauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 11. §. si quis autem. C. de iureiurando, his uerbis*: Si quis iusiurandũ intulerit, & hoc reuocare maluerit: licere quidem ei hoc facere, & alias probationes (si uoluerit) præstare: ita tamen, ut huiusmodi licentia usq; ad litis tantummodò terminum præstetur. Post definitiuam autem sententiam, quæ prouocatione suspensa non sit, uel quæ postquam fuerit appellatum, corroborata fuerit: nullo modo reuocare iuramentum: & iterum ad probationem uenire cuiquam cõcedimus: ne repetita lite, finis negocij alterius causæ fiat exordium.

XI. EXCEPTIO: *Nisi non statim delatum iusiurandum susceptum sit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. fin. ff. de iureiurando, cuius uerba uide s̄. ead. quæst. causa 3. in fine. Concordat l. 6. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. ead. quæst. causa 2.*

XII. EXCEPTIO. *Sumpta ex causa in qua, & ex re de qua iuratur, reprobatur l. 3. §. quacunque, cum sequentibus. ff. de iureiurando, his uerbis*: Quacunque autem actione quis conueniatur, si iurauerit, proficiet ei iusiurandum, siue in personam, siue in rem, siue in factum, siue pœnali actione, uel quauis alia agatur, siue de interdicto: sed & si de conditione personæ fuerit iuratum, Prętor iusiurandum tuebitur: Vt puta, detuli tibi iusiurandum, & iurasti te in potestate mea non esse, tuendum erit iusiurandum. Vnde Marcellus scribit: Etiam de eo iurari posse, an prægnans sit mulier, uel non sit: & iureiurando standum. Denique ait, si de possessione erat quæstio seruari oportere: si fortè quasi prægnans ire in possessionem nolebat: & cum ei contradiceretur, uel ipsa iurauit se prægnantem, uel contra eam iuratum est. Nam si ipsa, ibit in possessionem sine metu: si contra eam, non ibit, quamuis uerè prægnans fuerit: proderitq; (inquit Marcellus) mulieri iuranti iusiurandum, ne conueniatur quasi calumniæ causa uentris nomine fuerit in possessione, neue uim patiatur in possessione. Sed an iusiurandum eò usq; prosit, ut post editum partum non quæratur, ex eo editus sit, an non sit, cuius esse dicitur, Marcellus tractat: & ait ueritatem esse quærendam: quia iusiurandum alteri neque prodest, neque nocet. Matris igitur iusiurandum partui nõ proficiet, nec nocebit: & si mater detulerit, & iuretur ex eo prægnans non esse. *Concordat l. 10. C. de iureiurando, his uerbis*: In actione etiam depositi, quæ super rebus quamuis sine scriptis datis mouetur, iusiurandum ad exemplum cæterorum bonæ fidei iudiciorum deferri potest.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi alius quàm is qui actione, uel exceptione iurisiurandi utitur, iurauit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. penultim. ff. de iureiurando, his uerbis*: Iusiurandum alteri neque prodest, neque nocet. Matris igitur, &c. *Reliqua uerba uide paulo superius exceptione proxima. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi seruus eius qui iureiurando utitur, iurauerit. Hæc replicatio approbatur l. 23. ff. de iureiurando, his uerbis*: Si seruus iurauerit dominum dare non oportere, exceptio domino indulgenda est, sibique aduersarius imputabit, qui seruo detulit iusiurandum. *Concordat l. 20. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. exceptione sexta, replicatione quinta. Item concordat l. 25. ff. eod. tit. his uerbis*: Si seruus meus delato, uel relato iureiurando, iurarit rẽ domini esse, uel dari oportere, puto dandã mihi actionẽ, uel pacti exceptionẽ, propter religionẽ & conuentionẽ. *Secunda replicatio est: Nisi filius eius qui iureiurando utitur, iurauerit. Hæc replicatio approbatur l. 24. ff. eod. tit. his uerbis*: Multo magis proderit patri religio filij, cum quo etiam iudicium consistere poterit. *Concordat l. 2. in prin. ff. quarum rerum actio non datur, his uerbis*:

Si fia

Si filiofamiliâs delatum sit iusiurandum, & iurauerit patrem suum dare non oportere, danda est patri exceptio. *Concordat item l. ultim. ff. de exceptionibus, his uerbis:* Filiusfamiliâs exceptionem iurisiurandi patri quærit, si eũ dare non oportere iurauerit. *Tertia replicatio est: Nisi pater eius qui iureiurando utitur, iurauerit. Hæc replicatio approbatur l. 26. §. si pater. ff. de iureiurando, his uerbis:* Si pater filium dare non oportere iurauerit, Cassius respondit, & patri & filio dandam exceptionem iurisiurandi. *Quarta replicatio est: Nisi procurator, uel defensor eius qui iureiurando utitur, iurauit. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. iusiurandum. ff. de iureiurando, his uerbis:* Iusiurandum defensoris, uel procuratoris ei ab aduersario delatum prodesse, exceptionemque domino parêre, Iulianus scribit. Idem ergo dicendum erit, & si datus ad petendum procurator, reo deferente, iurauerit dari mihi oportere. nam actionem mihi parit, quæ sententiis habet rationem. *Concordat l. 42. §. penultim. ff. eod. tit. his uerbis:* Si actore deferente, defensor absentis uel præsentis iurauit eum, quem defendit, dare nõ oportere: exceptio iurisiurandi ei, cuius nomine iuratum fuerit, dari debebit. Eadem ratio est, & si fideiussoris defensor iurauerit. reo enim datur exceptio. *Concordat item l. 12. §. his de præsentibus. C. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. prox. quæstione 1. except. 2.* *Quinta replicatio est: Nisi fideiussore conuento reus iurauit. Quæ replicatio approbatur l. 28. §. 1. ff. de iureiurando, his uerbis:* Quòd si reus iurauit etiam fideiussori proficit. Item a fideiussore exactum iusiurandum, prodesse etiam reo Cassius & Iulianus aiunt. Nam quod in locum solutionis succedit, hoc quoq; eodem loco habendum est: si modo ideo interpositum est iusiurandum, ut de ipso contractu, & de re, non de persona iurantis ageretur. *Concordat l. 42. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si reus iurauerit, fideiussor tutus sit: quia & res iudicata secundum alterutrum eorum utrique proficiet. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi de sola iurantis persona, in iureiurando sit actum. quæ duplicatio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Si modò ideo interpositum est iusiurandum, ut de ipso contractu, & de re, non de persona iurantis ageretur. *Secunda duplicatio est: Nisi in tali causæ iusiurandum interpositum sit, in qua liberato reo, non liberatur etiam fideiussor. quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 42. in princip. his uerbis:* Creditore, qui de mutua pecunia contra pupillum contendebat, iusiurandum deferente, pupillus iurauit se dare non oportere: eandem pecuniam à fideiussore eius petit, an excludendus sit exceptione iurisiurandi? quid tibi placeat, rescribe mihi. Eandem rem apertius explicat Iulianus. Nam si controuersia inter creditorem & pupillum fuerit, an omnino pecuniam mutuam accepisset: & conuenerit, ut ab omni conditione discederetur, si pupillus iurasset, isque iurauerit se dare non oportere: naturalis obligatio hac exceptione tolletur, & soluta pecunia repeti poterit. Sin uerò creditor quidem se mutuam dedisse contendat: pupillus autem hoc solo defendatur, quod tutor eius non interuenerit, & hoc tale iusiurandum interpositum est: hoc casu fideiussoré Prætor non tuebitur. Si autem liquidò adprobari non potest, quid actum sit, & in obscuro erit (ut plerunque) de facto, an de iure inter creditorem & pupillum controuersia fuerit: tantumque deferente creditore pupillum iurasse, intelligere debemus, actum inter eos, ut si iurasset dari non oportere, ab omni conditione discederetur. Atque ita & solutam pecuniam repeti posse: & fideiussoribus exceptionem dari debere existimabimus.

Sexta replicatio est: Nisi debitore conuento, fideiussor iurauit: hoc enim iusiurandum etiam debitori prodest. quæ replicatio approbatur l. 28. §. 1. ff. de iureiurando, cuius uerba uide s. replic. prox. in princip. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi de persona iurantis tantum sit actum. quæ duplicatio approbatur d. §. 1. Concordat l. 1. §. sed si fideiussor. ff. quarum rerum actio non datur. cuius uerba uide j. duplicat. prox. Secunda duplicatio est: Nisi de eo iurauerit fideiussor, se non fideiussisse. quæ duplicatio approbatur d. l. 28. §. si ei qui, his uerbis: Si ei, qui debitorem meum in iudicium exhibere promiserit, iusiurandum detulerim, isque iurauerit se omnino exhibitionem eius non promisisse: prodesse id debitori meo non debet: si uerò iurauerit se nihil mihi præstare oportere: distinguendum est, & replicatione emendandum, utrum ideo iurauerit, quia post promissionem exhibuerit: an uerò quia soluerit. Quod eodem modo & in fideiussore debiti distinguendum est. *Concordat l. 42. §. si fideiussor. ff. eod. tit. his uerbis:* Si fideiussor iurauerit se dare non oportere, exceptione iurisiurandi reus promittendi tutus est. Atquin si quasi omnino idem non fideiussisset, iurauerit: non debet hoc iusiurandum reo promittendi prodesse. *Concordat l. 1. §. sed si fideiussor. ff. quarum rerum actio non datur, his uerbis:* Si fideiussor iurauit, siquidem de persona sua tantum iurauit, quasi non esset ipse obligatus: nihil reo proderit. Si uerò in rem iurauit, dabitur exceptio reo quoque. *Septima replicatio est: Nisi debitore conuento, fideiussor defensor iurauit. Hæc replicatio approbatur l. 42. §. penult.*

ff. de

ff. de iureiurando. cuius uerba uide s. replicat. 4.

Octaua replicatio est: Nisi alter ex reis promittendi iurauerit: tunc enim alteri quoq; iusiurandum prodest. quæ replicatio approbatur l. 28. §. ex duobus. ff. de iureiurando, his uerbis: Ex duobus reis promittendi eiusdem pecuniæ, si alter iurauit, alteri quoq; prodesse debebit. *Nona replicatio est: Nisi is qui iureiurando utitur, successor sit eius, qui iurauit. Hæc replicatio approbatur l. 7. cum lege sequente. ff. de iureiurando, his uerbis:* Ait Prætor: Eius rei, in qua iusiurandum delatũ fuerit, neq; in ipsum, neq; in eũ, ad quẽ ea res pertinet, actionẽ dabo. Eius rei: sic erit accipiẽdum, siue de tota re, siue de parte sit iuratum. Nam de eo q̃ iuratũ est, pollicetur se actionẽ nõ daturũ, neq; in eũ qui iurauit, neque in eum qui in locum eius, cui iusiurandum delatum est, succedit: etiamsi in rẽ successit. nam postesquam iuratum est, denegatur actio. *Concordat l. 1. §. si petitor. ff. quarum rerum actio non datur, his uerbis* Si petitor fundi iusiurandum detulerit aduersario, si auctor eius iurasset suum fundum se tradidisse, ab ea cõtrouersia discessurum se: exceptio possessori fundi dabitur. *Hæc de exceptione decimatertia, eiusq; replicationibus sint dicta.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi minor annis, uel mulier iurauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 26. in prin. ff. de iureiurando, his uerbis:* Qui iurasse dicitur, nihil refert, cuius sexus, ætatisúe sit. omni enim modo custodiri debet iusiurandum aduersus eum, qui contentus eo dum deferret, fuit: quamuis pupillus non uideatur peierare, quia sciens fallere non uideatur.

XV. EXCEPTIO: *Nisi illicitum iusiurandum præstitum sit, Hæc exceptio approbatur l. 5. §. sed si quis. ff. de iureiurando, cuius uerba uide s. ca. prox. quæst. 5. except. 1.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi dolo malo iuratum esse dicatur. Hæc exceptio reprobatur l. 15. ff. de exceptionibus, his uerbis:* Aduersus exceptionem iurisiurandi replicatio doli mali non debet dari: cum Prætor id agere debeat, ne de iureiurando cuiusquam queratur. *Sanè exceptio hæc uideatur eadem esse cum sequente.*

XVII. EXCEPTIO: *Nisi peieratum sit, & contrarium probetur. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. dato. ff. de iureiurando, his uerbis:* Dato iureiurando non aliud quæritur, quàm an iuratum sit, remissa quæstione, an debeatur: quasi satis probatum sit iureiurando. *Concordat l. 28. § fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. exceptione 5. Concordat item l. 30. in principio, ibi: Et potest dici. ff. eod. tit. item concordat l. 1. C. de iureiurando, his uerbis:* Causa iureiurando ex consensu utriusque partis, uel aduersario inferente, delato & præstito, uel remisso decisa, nec periurij prætextu retractari potest, nisi specialiter hoc lege excipiatur. *Concordat item l. 21. cum lege sequente. ff. de dolo malo, his uerbis:* Si deferente me iuraueris & absolutus sis, postea periurium fuerit approbatum: Labeo ait, de dolo actionẽ in eum dandam. Pomponius autem, per iusiurandum transactum uideri: quam sententiam & Marcellus lib. VII. Digest. probat. Stari enim religioni debet. nam sufficit periurij pœna. *Concordat item l. 3. §. unde Marcellus, ibi: Quamuis uerè prægnans fuerit. ff. de iureiurando. cuius uerba uide s. exceptione 12. Planè admittitur exceptio proposita, primùm in legatis & fideicommissis. quæ distinctio approbatur l. ultim. C. de iureiurando, his uerbis:* Cum quis legatum uel fideicommissum, utpote sibi derelictum exigeret, & testamento fortè non apparente, pro eo sacramentum ei ab hærede delatum esset, & is religionem suam præstasset, affirmans sibi legatum uel fideicommissum derelictum esse, & ex huiusmodi testamento, id quod petebat, consecutus esset, postea autem manifestum factum esset, nihil ei penitùs fuisse derelictum: apud antiquos quærebatur, utrum iureiurando standum esset, an restituere deberet, quod accepisset, uel si reuera ei derelictum fuisset legatum uel fideicommissum, an daremus licentiam hæredi Falcidiam, si competat ex hoc retinere? Nobis itaque melius uisum est repeti ab eo legatum uel fideicommissum, nullumque ex huiusmodi periurio lucrum ei accedere. Sed si uerum fuerit inuentum, quartæ detentionem introduci (si tamen locum habeat) ne cui ex delicto impium sibi lucrum adferre nostris legibus concedatur.

Secundò admittitur exceptio proposita, si non ab aduersario, sed à iudice iureiurando delato, postea noua inueniantur instrumenta. quæ distinctio approbatur l. 31. ff. de iureiurando, his uerbis: Admonendi sumus, interdum etiam post iusiurandum exactum, permitti constitutionibus principum ex integro causam agere, si quis noua instrumenta se inuenisse dicat, quibus nunc solum usurus sit. Sed hæ constitutiones tunc uidentur locum habere, cum à iudice aliquis absolutus fuerit. Solent enim sæpè iudices in dubijs causis exacto iureiurando, secundum eum iudicare, qui iurauit. Quòd si allàs inter ipsos iureiurando transactum sit negocium, non conceditur eandem causam retractare.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi etiamsi uerè factum esset, quod iuratum est, nihilominus tamen obstaret exceptio aliqua. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 11. §. item si iurauero ff. de iureiurando, his uerbis:* Si iurauero usumfructum alicuius rei uel meum esse, uel mihi dari oportere, eatenus mihi cõpetit actio, quatenus si uerè

uerè usumfructum haberem, duraret: quibus uerò casibus amitteretut, non competit mihi actio. *Aliud exemplum proponitur l.10. §.fin.ff.eod.tt. his uerbis*: Si iurauero usumfructum mihi dari oportere, nõ aliter dari debet, quàm si caueam boni uiri arbittatu me usurum, & finito usufructu, testituturum. *Aliud exemplum proponitur d.l.30.§.si iurauero, his uerbis*: Si iutauero te Stichũ mihi dare oportere, qui non sit in terum natura: nec æstimationem mihi præstare reus debet, nisi ex causa furtiua, uel ptopter moram: tũc enim etiam post mortem serui æstimatio præstatut. *Aliud exemplum proponitur l.13.§. Marcellus. ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄.cap.prox. quæst. 7.reg.3. Aliud exemplum proponitur l.26.§. si pater. ff.eod tt. his uerbis*: Si parer iurauerit, in peculio nihil esse filius conueniri poterit. Sed & pater ita conuenietur, ut post adquisiti peculij ratio habeatut. *Aliud exemplum proponitur l. 42. in prin. ibi: Sin uerò creditor. ff.eod. tt. cuius uerba uide s̄.except.13.repl.5.dupl.2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non specialiter quid factum esse, uel non esse iuratum sit, sed generaliter iurauerit nihil deberi. quæ replicatio approbatur d. l. 42. in princip. Concordant huic replicationi ea quæ dicta sunt s̄.cap.5.de confeßis, quæst.2.except.18.replicat.1. Altera replicatio est: Nisi temporis præscriptio actioni in qua iuratum est, obstet. nam hæc præscriptio iuriiurando non obstat. quæ replicatio approbatur l.9. §. si is qui. ff. de iureiurando, his uerbis*: Si is qui temporaria, &c. *Concordat l.13.§.idem ait. ff. eod.tt. his uerbis*: Iulianus ait, eum qui, &c.

XIX. EXCEPTIO: *Nisi id quod iuratum est, nec ius, nec natura concedat. Hæc exceptio approbatur in casu simili s̄.d.quæst.2.except.4. Huius exceptionis replicatio est: Nisi iurauerit se usumfructum habere rerum, quarum usufructus constitui non potest. Hæc replicatio approbatur l.11.§.sed & si rerum. ff.de iureiurando, his uerbis*: Si rerum in quibus usufructus ptopter abusum constitui non potest, iurauerit usumfructum se habere, uel sibi deberi: effectum iurisiurandi sequendum arbitror. Ideoque tunc quoq; uideri eum rectè iurasse puto, & ex eo iureiurando posse petete usumfructum, cautione oblata.

XX. EXCEPTIO: *Nisi præstito iureiurando fuerit appellatum. Hæc exceptio reprobatur l. 12. §.sed iuramento C.de iureiurando, his uerbis*: Iuramento illato (cum hoc à pattibus factum fuerit, & à iudice adprobatum, uel ex authoritate iudicis cuicunq; parti illatum) siquidem is cui imponitur sacramentum, nihil ad hoc fuerit reluctatus, & hoc ptæstetur, uel referatur: necessitate ei imponenda, cui iure refertur, relationis sacramentum subire, uel si hoc tecusauerit, quasi illato sacramento præstito, causa uel capitulum decidatur, nullo loco prouocationi relinquendo. Quis enim ferendus est, ad appellationis ueniens auxilium in ijs quæ ipse facienda procutauit? *Concordat d.l.12.§.siue autem, his uerbis*: Siue autem illatum iutamentũ ptæstitum fuetit, siue recusatũ: ipsi parti quę hoc intulit, nullum ptouocationis remedium in hoc reseruabitur: cum nimis crudele est, parti quæ hoc detulit, propter hoc ipsum, quòd iudex eius petitionem secutus est, superesse prouocationem. *Planè admittitur exceptio proposita in eo cui delatum est iusiurandum, non relatum: huic enim appellandi licentia conceditur. quæ distinctio approbatur d. l.12. §. sin autem is, bisce uerbis*: Sin autem is cui sacramentũ est illatum uel à parte, uel à iudice, hoc subire minimè uoluerit, licẽtiam quidem habeat sacramentum recusare. Iudex autem si hoc omnimodò præstandum existimauerit, sic causam dirimat, quasi uolente eo sacramentum sit recusarum: & ita cætera siue capitula, siue rotius negocij summa examinentur, & lis suo marte petcurrat, nullo ei obstaculo obuianre. Ipse autem qui sacramentum sibi illatum date recusauerit: uel hoc attestetut, uel si fortè non audeat, habeat sibi in ultima prouocarione repositum auxilium: & si iudex appellarioni præsidens, benè quidem illatum iusiurandum, non ritè autem recusatum ptonunciauerit, res secundum quod iudicarum est, permanebit. Sin autẽ non ritè quidem illatum, rectè autem recusatum sactamentum pronunciauerit: tunc ei licebit emendare sentẽtiam iudicis, quæ quasi ex recusato sacramento ptocessit: & nihil penitùs nec præiudicij, nec iniusti dispendij cuicunque incurtet: sed & causæ cursus ab initio usque ad nouissimum terminum non impedietur: & lis æqua lance trutinabitur.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi possessor iurans rem petitoris non esse, postea possessione amißa, ex eo iureiurando rem repetat. Hæc exceptio approbatur l.11.in prin ff.de iureiurando, his uerbis*: Si possessori fuerit iusiurandum delatum, iurauerítq; rem petitoris non esse, quamdiu quidem possidet, aduersus eum, qui detulit iusiurãdum, si petat exceptione iurisiurandi utetur. Si uerò amiserit possessionem, actionẽ non habebit, nec quidem etiamsi is possideat, qui ei iusiurandum detulit. non enim rem suam esse iurauit, sed eius non esse. *Concordat l.7.§.si petenti, in fine. ff. de publicana in rem actione. cuius uerba uide s̄.except. 6.in prin. Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi non rem petitoris non esse, sed rem suam esse possessor iurauit. Hæc replicatio approbatur d.l.11.§.1.his uerbis*: Proinde si cum possideret, deferente petitore, rem suam esse iurauit, consequenter dicemus,

mus, amissa quoq; possessione, si is qui detulit iusiurandum, uactus sit possessionem: actionem in factum ei dandam. Fructus etiam perceptos ex re, quam meam esse iuraui, restitui mihi placuit. Sed & partum editum, fœtusq; pecorum restituendos cõstat, post iusiurandum delatum.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi alia actione agatur, quàm actum est, cum iusiurandum deferretur. Hæc exceptio reprobatur l. 28. §. exceptio. ff. de iureiuran. his uerbis:* Exceptio iurisiurandi, nõ tantum si ea actione quis utatur, cuius nomine exegit iusiurandum, opponi debet: sed etiamsi alia: si modò eadem quæstio in iudicium deducatur: fortè si ob actionem mandati, negociorum gestorum, societatis, cæterasq; similes, iusiurandum exactum sit, deinde ex ijsdem causis certum condicatur: quia per alteram actionem altera quoq; cõsumitur. *Concordat d. l. 28. §. quæ iurauit, in fine. cuius uerba uide ĩ. distinct. 3. Huius exemplum proponitur d. l. 28. §. colonus, his uerbis:* Colonus, cum quo propter succisas fortè arbores agebatur ex locato, si iurauerit se non succidisse, siue è lege XII Tabul. de arboribus succisis, siue ex lege Aquilia damni iniuriæ, siue interdicto, Quod ui aut clàm, postea conuenietur: per exceptionem iurisiurandi defendi poterit. *Aliud exemplum proponitur l. 13. §. item Iulianus. ff. eod. tt. his uerbis:* Iulianus scribit, eum qui iurauit se furtum non fecisse, uideri de toto iurasse. Atque ideo neq; furti, neq; condictiçia teneri: quia condictiçia (inquit) solus fur tenetur. Nunquid ergo qui iurauit furtum se non fecisse: hoc solo nomine, condictione si conueniatur, exceptione utetur? Cæterùm si contendat, qui condicit, quasi cum hærede se furis agere, non debet repelli: & quasi *μονομερὴς* (id est uniformis) condictio ei dari debet aduersus hæredem furis: nec pati eum iudex debet, si cœperit tentare, furem probare. *Propositæ exceptio admittitur primum. Si alia non eadem quæstio, de qua iuratum est, in iudicium deducatur. quæ distinctio approbatur uerbis ĩ. ead. except. propositis hisce:* Si modò eadem quæstio in iudicium deducatur. *Huius distinctionis exemplum proponitur uerbis iam propositis hisce:* Cæterùm si contendat, qui condicit, quasi cum hærede se furis agere, &c. *Sed & huius distinctionis exempla sunt distinctiones sequentes. Secunda distinctio, sub qua exceptio proposita admittitur, proponitur l. 28. §. si quis. ff. de iureiurando, his uerbis:* Si quis iurauerit se non rapuisse, non debet adiuuari hoc iureiurando & in actione furti, & condictione: quia aliud est furtum fecisse, quod uel clàm fieri potuit.

Tertia distinctio proponitur d. l. 28. §. quæ iurauit, his uerbis: Quæ iurauit diuortij causa rem se non amouisse, non debet defendi per exceptionem, si cum ea in rem agatur: & si contendat suam esse, alio iureiurando opus est. Contrà si iurauerit suam esse, debet in actione rerum amotarum defendi. Et omnino hoc obseruandum est (licet per aliam actionem eadem quæstio moueatur) ut exceptio iurisiurandi locum habeat.

Quarta distinctio proponitur d. l. 28. §. igitur si quis, hisce uerbis: Igitur si quis iurauit se non esse condemnatum: etiamsi ex stipulatu Iudicatum solui ob rem iudicatam conueniatur, defendetur per exceptionem. Contrà si cum ex stipulatu Iudicatum solui, conueniretur, iurauit se dare non oportere: agenti iudicati non utique obstabit exceptio. Potest enim fieri, ut non sit commissa stipulatio, licet res iudicata sit: nisi ideò iurauit, quòd nec damnatum se esse diceret.

Quinta distinctio proponitur l. 36. ff. de iureiurando, his uerbis: Si actor deferat iusiurandum de sola cõstituta pecunia, & reus iurauerit: exceptione utetur, si de constituta conueniatur. Sed si de sorte, id est de priore obligatione conueniatur, exceptio cessabit: nisi de hac quoque iurauerit, aduersario deferente.

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi ex alia causa agatur, quàm de qua iuratum est. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ĩ. exceptione prox.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi alia res petatur, quàm de qua iusiurandum præstitum est. Et hæc exceptio constat ex ijs quæ dicta sunt ĩ. except. 22. Huius autem replicatio hæc est: Nisi ex eadem causa, de qua iuratum est, alia res petatur: tunc enim nihilominus obstat exceptio. quæ replicatio approbatur exemplo l. 30. §. si libertus. ff. de iureiurando, his uerbis:* Si libertus, deferente patrono, iurauit se libertum non esse: ratum habẽdum est iusiurandum, ut nec operarum petitio, nec bonorum possessio contra tabulas dari debeat. *Hæc de causis actionis & exceptionis, earumq; exceptionibus sint dicta.*

II. *Quibus iurisiurandi actio uel exceptio competat, uide ĩ. except. 13.*

III. *Aduersus quos actio uel exceptio hæc competat, dictum ĩ. except. 6.*

IIII. QVID VENIAT IN actione Iurisiurandi.

Prima regula. De eo quod in iudicati uel principalem actionem uenit, proponitur l. 12. §. si cum de hereditate. ff. de iureiurando. cuius uerba uide ĩ. quæst. 1. except. 6. in prin. Aliud exemplum proponitur l. 13. §. si quis iurauerit. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. cap. prox. quæst. 7. reg. 3.

Secunda regula. Si in actione quæ inficiando crescit, iuratum sit sibi deberi, in simplum, non in duplum datur actio. quæ regula approbatur l. 30. in prin. ff.

eod.l. his uerbis: Eum qui iurauit, ex ea actione quæ inficiando crescit, aliquid sibi deberi: simpli, non dupli persecutionem sibi adquirere, Pediua ait. Abundè enim sufficere, exonerare petitorem probandi necessitate: cum omissa hac parte edicti, dupli actio integra maneat. Et potest dici hoc iudicio non principalem causam exerceri, sed iusiurandum actoris conseruari.

Tertia huius loci regula proponitur d.l.10. §.si mulier, his uerbis: Si mulier iurauerit decem dotis sibi deberi, tota ea summa præstanda est. Sed si iurauit se decem dedisse in dotem, hoc solum non erit quærendum, an data sint, sed quasi data sint, quod ex eo reddi oportet, præstandum erit.

V. QVAE PRAESTITO IVREIVRANDO, COMPETAT ACTIO.

Prima regula. In factum actio datur. quæ regula approbatur l.8.C. de iureiur. his uerbis: Actori delato uel relato iureiurando, si iurauerit, uel ei remissum sit sacramentum, ad similitudinẽ iudicati in factum actio competit.

Secunda regul. Etiam principalis actio in qua iuratum est, competit. quæ regula approbatur exemplo l.13. §.si quis iurauerit. ff. de iureiurando. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.7. reg. 3.

Tertia regula. Iuranti Publiciana competit actio. quæ regula approbatur l. 7. §.si petenti. ff.de Public. in re act. cuius uerba uide s̄. quæst.1.except.6.in prin.

Quarta regula. Iuranti furtum factum esse non etiam condictio rei furtiuæ competit. quæ regula approbatur l. 28. §. item Pomponius. ff.de Iureiurando, his uerbis: Pomponius ait, eum qui furtum sibi alicuius rei factum iurauerit, non statim etiam condictionis causam nancisci.

Quinta regula. Iuranti, se nihil debere, non solum exceptio competit, sed etiam pignoraticia actio, & condictio indebiti soluti. quæ regula approbatur l.40.ff. de iureiurando. cuius uerba uide s̄.eod.cap. in prin.

VI. EVENTVS.

Prima regula. Damnatus post iusiurandum ex famoso iudicio, infamis quoque efficitur. quæ regula approbatur l.9. §. si damnetur. ff. de iureiurando, his uerbis: Si damnetur quis post iusiurandum ex famoso iudicio, famosum esse magis est.

Altera regula. Vno ex patronis iusiurandum deferente, si libertus iurauit, illum patronum non esse, illius portio alteri patrono non adcrescit. quæ regula approbatur l. 13. in prin. ff. de iureiuran. his uerbis: Si duo patroni essent, & libertus altero deferente iurasset se libertum eius non esse, utrum alteri debitæ sibi portionis, an uerò dimidię debitæ ei, & suę partis bonorũ possessio cõpeteret Iulianus quęrit? & ait: Si is cui iuratũ est patronus fuisset, alteri suæ partis bonorũ possessionem cõpetere: nec ei prodesse, q̃d aduersus alterũ libertus iurasset. Multum tamen fidei & authoritatis apud iudicem patronum habiturum, quo magis solum patronum se probaret, quod libertus iurasset, alterum patronum non esse.

DE ORDINE COGNITIONUM, & officio iudicis. Caput VIII.

HActenus de Probationibus, & iis quæ probationum uicem obtinent, nunc de cognitionum ordine, & iudicio eorum quæ proposita sunt, nec non & aliis iudicum officiis, dicetur.

I. QVO ORDINE QVODQUE SIT COGNOSCENDUM.

Prima regula. Prius de possessione, quàm de uiolentiæ crimine cognoscendum est. quæ regula approbatur l.1.C.de appellationib. his uerbis: Prius de possessione pronunciare, & ita crimen uiolentiæ excutere præses prouinciæ debuit: quod cum non fecerit, iustè ab eo prouocatum est.

Secunda regula. Prius de possessione, quàm de proprietate, uel alio iure, quod quis in re sibi uindicat, cognoscendum. quæ reg. approbatur l.17.ff.de iudic. his uerbis: Si de ui & possessione quęratur, prius cognoscẽdũ de ui, quàm de proprietate rei diuus Had. τῷ κοινῷ θεσσαλῶν rescripsit. *Concordat l.5.§.si de ui.ff.ad l.Iul.de ui publica, his uerbis*: Si de ui, & possessione, uel dominio quæratur, antè cognoscendum esse de ui, quàm de proprietate rei, diuus Pius τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν rescripsit. Sed & decreuit, ut prius de ui quęratur, quàm de iure dominij siue possessionis. *De iure possessionis hic intellige, non de ipsa possessione, ne contradicat regulæ præcedenti, sed de qualitate possessionis: & sic prius cognoscendum est: uter possidere debeat, & uter petitoris partibus fungi: deinde utrum iustè, uel iniustè possideat: quia aduersarius uel dominum rei se dicit, uel usufructuarium, uel rem sibi pignori obligatam, &c. quod hic ius possessionis dicitur. Concordat l. 35.ff.de adquir.poss. his uerbis*: Exitus controuersiæ possessionis hic est tantum, ut prius pronunciet iudex uter possideat: ita enim fiet, ut is qui uictus est de possessione petitoris partibus fungatur: & tunc de dominio quęratur. *Item concordat l.13.C.de rei uendicatione, his uerbis*: Ordinarij iuris est, ut mancipiorum orta quæstione, prius exhibitis mancipijs, de possessione iudicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodem iudice decidatur. *Concordat item l.3. C. finium regundorum, his uerbis*: Si quis super sui iuris locis prior de finibus detulerit quęrimoniam, quæ proprietatis controuersiæ cohæret: prius possessionis questio finiatur, & tunc agrimensor ire præcipiatur ad loca ut patefacta ueritate, huiusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars, ne huiusmodi

modi quæstio terminetur, se subtraxerit: nihilominus agrimensor in ipsis locis iussione rectoris prouinciæ, unà cum obseruante parte hoc ipsum faciens perueniet. *Concordat item l. 3. C. de interdictis, hisce uerbis*: Incerti iuris non est, orta proprietatis & possessionis lite, prius possessionis decidi oportere quæstionem competentibus actionibus: ut ex hoc ordine facto, de dominij disceptatione probationes ab eo, qui de possessione uicta est, exigantur. *Concordat item l. 14. C. de agric. et cẽs. hisce uerb.* Si coloni, quos bona fide quisque possedit, ad alios fugæ uitio transeuntes necessitatem propriæ conditionis declinare tentauerint: bonæ fidei possessori, primum oportet celeri reformatione succurri, & tunc causam originis & proprietatis agitari.

TERTIA *regula. Si duæ causæ in iudicium deducantur, quarum alteri per alteram futurum est præiudicium, maior causa ante minorem est expedienda. quæ regula approbatur l. 54. ff. de iudicijs, his uerbis*: Per minorem causam maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet. maior enim quæstio, minorem causam ad se trahit. *Declaratur hæc regula l. 21. ff. de exceptionib. his uerbis*: Rei maioris pecuniæ præiudicium fieri uidetur, cũ ea quæstio in iudicium deducitur, q̃ uel tota uel ex aliqua parte communis est quæstioni de re maiori. *Huius exemplum proponitur l. 5. §. fin. ff. de petitione hæreditatis, hisce uerbis*: Eorum iudiciorum quæ de hæreditatis petitione sunt, ea authoritas est, ut nihil in præiudiciũ eius fieri debeat. *Concordat l. ult. in prin. C. eod. tit. his uerbis*: Cũ hæreditatis petitioni locus fuerat, exceptio adsumebatur, quæ tuebatur hæreditatis petitionem, ne fieret ei præiudicium: magnitudo etenim, & authoritas centumuiralis iudicij, non patiebatur per alios tramites uiam hæreditatis petitionis infringi. *Concordat item l. 32. §. si is faciat. ff. de receptis arbitris, his uerbis*: Si is faciat controuersiam hæreditatis, qui cum defuncto cõpromiserat, futurum est præiudicium hæreditati, si arbiter sententiam dicat. Ergo interea inhibendus est arbiter. *Concordat item l. 5. C. de actionib. hæred. his uerbis*: Vt debitum ante tibi de hæreditate soluatur: ac tunc si ad te pertineret, quæri iubeamus: præpostera petitio est. Etenim cum tibi soceri successorẽ quæsitam patuerit: debiti petitionem per confusionem extingui non ambigitur. *Aliud exemplum proponitur l. 16. ff. de exceptionib. his uerbis*: Fundum Titianum possides: de cuius proprietate inter me & te controuersia est: & dico præterea uiam ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum esse constat, deberi. Si uiam petam, exceptionem, quod præiudicium prædio non fiat, utilem tibi fore putant: uidelicet quod non aliter mihi uiá probaturus sim, quàm prius probauerim fundũ Titianũ meũ esse. *Alia duo exempla proponuntur l. 18. ff. eod. tit. his uerbis*: Fũdi quẽ tu proprium tuũ esse dicis, partẽ à te peto: & uolo simul iudicio quoq; Cõmuni diuidundo agere, sub eodẽ iudice. Itẽ, si eiusdẽ fundi quẽ tu possideas, & ego propriũ meũ esse dicã, fructus condicere tibi uelim: quæsitũ est, an exceptio qđ præiudiciũ fundo, partiue eius nõ fiat, obstet, an denegáda lis. Et utrobiq; putat Africanus interuenire Prætorẽ debere, nec permittere petitori, prius quàm de proprietate cõstet, huiusmodi iudicijs experiri. *Aliud exemplũ propositæ regulæ proponitur l. 1. C. qui accusare non possunt, his uerbis*: Prius est, ut criminib. quæ tibi ut grauiora ab aduersario tuo obijciũtur, cædis atq; uulnerũ respõdeas: & tũc ex euentu causæ iudex existimabit, an tibi permittendũ sit eũdẽ accusare, tametsi prior inscriptionẽ deposuisti. *Hactenus exempla propositæ regulæ sunt enumerata, quorum plura uide in regulis sequentibus. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est*: *Nisi ciuilis causa sit, & criminalis: hoc enim casu quamuis criminalis maior sit, quàm ciuilis causa, tamen hæc antè illam potest exerceri. quæ exceptio approbatur l. unica. C. quando ciuilis actio criminali, &c. cuius uerba uide s̄. Lib. 3. cap. 2. except. 15. repl. 4. Sed & simul agitari possunt, quod approbatur l. 3. C. de ordine iud. his uerbis*: Cum ciuili disceptationi principaliter motæ quæstio criminis incidit, uel crimine prius instituto ciuilis causa adiungitur: potest iudex eodẽ tẽpore utrãq; disceptationẽ sua sentẽtia dirimere. *Planè propositæ exceptioni contradicere uidetur l. ult. C. de ordine iud. Secunda exceptio est: Nisi maior illa causa in iudiciũ deducta sit: tunc enim minor quoq; in illud potest deduci. quæ exceptio approbatur l. 13. ff. de Exceptionib. his uerbis*: Si post litẽ de hæreditate cõtestatã res singulę petantur, placet nõ obstare exceptionẽ quod præiudiciũ hæreditati nõ fiat: futuri enim iudicij, nõ facti nomine huiusmodi exceptiones comparatæ sunt. *Tertia propositæ regulæ exceptio est*: *Nisi tertius de causa minore agens, caueat euicta hæreditate id quod ei restitutum fuerit, reddi. quæ exceptio approbatur l. ult. C. de petitione hæreditatis. de quo alibi.*

Quarta *regula. Prius quæstio proprietatis, quàm plagij determinanda. quæ regula approbatur l. 8. C. ad l. Fabiam de plag. cuius uerba uide s̄. Lib. 4. cap. 6. q. 2. causa 1. except. 2.*

Quinta *regula. Prius quæstio generis, quàm hæreditatis determinãda. quæ regula approbatur l. 2. C. de ordine iud. his uerbis*: Si quæstio tibi generis ab his quos fratres patrueles esse dicis, nõ fit, adito præside & accepto familiæ Erciscundæ iudicio, experire. Quòd si de ea re quæstio erit: prius de natiuitatis ueritate secun-

dum iuris formam quæri, idem uir clarissimus curæ habebit.

Sexta regula. Præiudicialis causa, quæ cũ alia cõcurrit, prius determinanda est. quæ regula approbatur l. 5. C. de ordine cognit. his uerbis: Cum status quæstionẽ tibi moueri, & te debita uelle petere cõmemores: ordinariũ est, prius solennibus interpositis (si hoc iuris admiserit ratio) causam liberalẽ apud præsidẽ prouinciæ decidi: ut si liber fueris, uel seruus nõ esse pronũciatus: tũc tibi iure debita restitui iubeat. Dum hoc incertũ est, utrũ'ne tibi libero cõstituto, an domino (si seruũ te sentẽtia declarauerit) debeatur, ad solutionẽ debitorẽ tuũ urgeri nõ oportet. *Cõcordat l. 26. C. ad l. Iul. de adult. cuius uerba uide s. Lib. 4. cap. 7. quæst. 2. except. generali 8. repl. 2. Cõcordat itẽ l. 1. C. de ordine cognitionũ, his uerbis*: Si de hæreditate & libertate cõtrouersia est, prius agi causa libertatis debet. Sed si de hęreditate agetur: ordinanda quidẽ est causa libertatis, sed sufficit ei qui libertate utitur, ad uictoriam, de hæreditate secundũ eũ esse pronũciatũ. *Cõcordat item l. 1. C. eod. tt. his uerbis*: Cũ & ipse cõfessus es, statu te cõtrouersiá pati, qua ratione postulas priusquã de cõditiõe cõstaret tua, accusandi tibi tribui potestatẽ cõtra eũ qui te seruũ esse cõtẽdit? Cũ igitur (sicut allegas) statu tui generis fretus es: iuxta ius ordinariũ præsidẽ pete, qui cognita prius liberali causa, ex euentu iudicij, quid de crimine statuere debeat, nõ dubitabit. *Cõcordat itẽ l. 5. C. eod. tt. his uerbis*: Si crimẽ aliqđ inferatur ei quá ingenuá esse dicis: antè liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionẽ suá præside præbente: quoniá necesse est antè sciri, si delictũ probatũ fuerit, utrũ ut in liberá & ingenuá, aut ut in ancillam constitui oporteat iudicium. *Concordat itẽ l. 4. C. eod. tt. his uerbis*: Si status controuersiá pateris: lite prius liberali terminata, si pro te fuerit pronunciatũ, agere etiá aduersus eũ qui se dominũ tuũ esse cõtendit, nõ prohiberis. Quòd si ideo te ab accusatione elidet, quasi seruũ nõ propriũ, sed alienũ: liberale quidẽ iudiciũ cessat: causæ autẽ examinatio apud eũ qui iudicat, ostẽdet utrúmne accusatio induci debeat propter statum personæ, an euanescat? *Cõcordat itẽ l. 6. C. eod. tt. his uerbis*: Si res tuas raptas tibi uel amotas esse dicis, ab ijs quos seruos tuos esse contendis, hiq; in libertatem proclamauerint: causa liberalis prius aduersus eos, & tunc damni dati, rerumque amotarum lis apud præsidem prouinciæ contestanda est: ut siquidem, liberi uel serui non esse pronuncientur, tunc demum damni dati, & amotarum rerum procedere posit adhibita probatione condemnatio. Si uerò secus, quæstio rerum amotarum euanescat. *Concordat denique l. 7. C. eod. tt. his uerbis*: Si quando negocium status fuerit exortum: siquidem ab eius parte qui dicitur seruus, aliquid dicatur dominus abripuisse: prius considerari placet, utrum de possesione seruitutis in libertatem reclamandum putet, an uerò ex possesione libertatis in seruitutem uocetur. Ac si eum de obsequijs seruilibus libertatem constiterit flagitare: ante decidi status conuenit causam, atque ita præberi direptorum negociorum (si res exegerit) audientiam. Quòd si ei qui ad seruitutem uocatur, quidquam direptum esse memoretur: uniuersa quæ constiterint ablata, ita demum reddi conuenit ei qui seruus esse contenditur, si modò saluam rem futuram per idoneos fideiussores promiserit. Nam si tales non potuerit dare, tunc ea conuenit, de quibus in iudicio tractabitur, sequestrari in eum diem in quo controuersia sopiatur: ita ut ex ijsdem (si aliqua alia facultas esse non poterit) tantum litis sumptus & alimoniæ homini subministretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æstimatum. Cum autem nec lite de statu mota, res ab aliquo direptæ sint, & sententia de restituenda possesione rerum lata, ille ne sententiæ huic satisfieret, de statu controuersiam mouit, necesitatem habebit & sine satisdatione easdem res reddere, & tunc causam liberalem secundum iuris ordinem exercere.

II. QVAE SINT OFFICIA iudicis in iudicando, & cognoscendo.

Prima huius loci regula proponitur l. 9. C. de iudicijs, hisce uerbis: Iudices oportet in primis rei qualitatem plena inquisitione discutere, & tunc utranque partem sæpius interrogare, nunquid noui addere desideret: cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, siue definienda causa per iudicem, siue ad maiorem potestatem referenda sit.

Secunda regula. Quod à litigatoribus uel aduocatis prætermissum est, iudex debet supplere. quæ regula approbatur l. unica. C. Vt quæ desunt aduocatis, hisce uerbis: Dubitandum non est iudici, si quid à litigatoribus, uel ab ijs qui negocijs adsistũt minus fuerit dictum, id supplere & proferre quod sciat legibus & iuri publico conuenire.

Tertia regula. Ea quæ sunt Imperij magis quàm iurisdictionis, ut sunt causæ cognitiones, per libellum expedienda non sunt. quæ regula approbatur l. 9. §. 1. ff. de officijs proconsulis & legati, his uerbis: Vbi decretum necessarium est, per libellum id proconsul expedire non potest: omnia enim quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri. *Sed de hac re dictum quoque s. Lib. 2. cap. 4. q. ult.*

Quarta

Quarta regula. *De officio ſucceſſoris iudice mortuo proponitur l.60.ff. de iudicijs, hiſce uerbis:* M[illegible]rtuo iudice quod eum iudicare oportuerat, idem eum qui ſubditus eſt, ſequi oportet.

Quinta huius loci regula proponitur l.74. in prin. ff. de iudicijs, his uerbis: De qua re cognouerit iudex, pronunciare quoque cogendus erit. *Concordat l.13.§.fin ff de uacat. mun. cuius uerba uide J. Lib.13. cap.5. except.2.*

Sexta regula proponitur l.23. ff. de legibus, his uerbis: Inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula eius propoſita iudicare, uel reſpondere.

Septima regula proponitur l. 40. in prin. ff. de iudicijs, hiſce uerbis: Non quidquid iudicis poteſtati permittitur, id ſubijcitur iuris neceſſitati. *Huius exemplũ proponitur l.1. C. quomodo & quando iudex ſententiam, his uerbis:* Non ſemper compelleris, ut aduerſus abſentem pronuncies propter ſubſcriptionẽ patris mei, qua ſignificauit etiam contra abſentes ſententiam dari ſolere. Id enim eò pertinet, ut etiam abſentem damnare poſsit, nõ ut omnimodo neceſſe habeat.

Octaua regula. Ne iudex conſultationes, & ſententias aliorum in iudicando ſequatur, proponitur l.13. C. de ſententijs & interlocut. om. iud. his uerbis: Nemo iudex uel arbiter exiſtimet neque conſultationes, quas non rite iudicatas eſſe putauerit, ſequendum, & multo magis ſententias eminentiſsimorum præfectorum, uel aliorum procerum. Non enim ſi quid non benè dirimatur, hoc & in aliorum iudicum uitium extendi oportet: cum non exemplis, ſed legibus iudicandum ſit, nec ſi cognitionales ſint ampliſsimæ præfecturæ, uel alicuius maximi magiſtratus prolatæ ſententiæ: ſed omnes iudices noſtros ueritatem, & legum, & iuſticiæ ſequi ueſtigia ſancimus. *Huius regulæ exceptiones uide ſ. Lib.1. cap.9. in fine.*

Nona regula. Ne iudex iuſsione, uel reſcripto principis pendente lite elicito moueatur. uel id ſequatur. Hæc regula approbatur, ſimul & diſtinguitur ſ. Lib. 1. cap.10. exce.2. Reliqua iudicis officia uide J. in capitibus ſequentibus. ſed & de ijs uide ſ. Lib.2. cap.2. cum ſequentibus, item ſ. Lib.5. cap.2. in fine.

DE REBVS DVBIIS ET obſcuris. Cap. IX.

NVnc officia iudicis uideamus circa res dubias & obſcuras. Hoc igitur loco ſciendum eſt, quẽadmodum ignorantia, ita quoque dubitationem duplicẽ eſſe, iuris et facti. Nam aut de iure quæritur in iudicijs, utrum iuſtum, uel iuſtius ſit aut de facto, utrum factum ſit nec ne? Vnde Pomponius: Si in obſcuro erit (inquit) ut plerunq; de facto, an de iure inter creditorem & pupillum controuerſia fuerit, &c. [a] *Ante omnia igitur iudici cognoſcendum, utrum de iure, an de facto ſit contentio. Seu quis ſit ſtatus totius negocij, de quo dictum ſ. Lib. eod. cap.1. quæſt.1. & in Praxi mea forenſi dixi copioſius. Sanè de iure item dupliciter dubitatur: primum, an ſit iuſtum nec ne, dein[illegible] utrum inter duo iuſta iuſtius ſit? Sed & quæritur [illegible] generis: ueluti, an proximiores uenditoris cognati habeant ius retractus? aut de iure cauſæ quæritur: ueluti, an Sempronij uenditoris cognati habeant ius retractus? Sanè omnis quæſtio de iure cauſæ pendet ex quæſtione generis, de quo in Praxi mea forenſi diſſerui. Nunc regulas uideamus: primùm, quæſtionis iuris, deinde quæſtionis facti: poſtremò utriuſq; quæſtionis regulas communes.*

[a] Lib.4. ſen. ... liqui... do. & de iure iurando.

I. SI DE IVRE DVBITAtur, regulæ.

Prima huius loci regula eſt. Ne aliter iudicet iudex, quàm legibus eſt cautum. quæ regula approbatur Inſt. de officio iudicis, in prin. his uerbis: In primis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet, quam legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. *Concordat l.1. §. ſed etſi. ff. ad l. Cornel. de falſis, his uerbis:* Si iudex conſtitutiones principum neglexerit, punitur. *Concordat item Nouell. c.82. §. omnis denique, his uerbis:* Omnis iudex ſiue magiſtratum gerat, ſiue al[illegible]ter iudicet, leges obſeruato, & ſecundum [illegible]as proferto ſententias. Et quamuis i[illegible] medio noſtram litis contingat iuſsionem aut ſacram formam (licet pragmatica ſit) procedere, legem tamen ſequitor. Nos enim id obtinere uolumus, quod noſtræ uolunt leges.

SECVNDA REGVLA. *Vbi lex non diſtinguit, ibi nec iudex diſtinguere debet. Hanc regulam colligunt Doctores ex l. 8. ff. de Publiciana in rem act. cuius hæc ſunt uerba:* De precio ſoluto nihil exprimitur. Vnde poteſt coniectura capi, quaſi nec ſententia prætoris ea ſit, ut requiratur an ſolutum ſit precium. *De regula propoſita uide ſ Lib.1. cap.6. except.6.*

TERTIA REGVLA. *Iuris quæſtio in arbitrio iudicis non eſt. quæ regula approbatur l. 15. in prin. ibi: Cum facti. ff. ad municipalem, his uerbis:* Facti quidem quæſtio eſt in poteſtate iudicantium, iuris autem authoritas non eſt. *Concordat l. 1. §.1. ibi: Nam ut Papinianus. ff. ad S.C. Turpill. his uerbis:* Facti quidem quæſtio in arbitrio eſt iudicantis, pœnæ uerò perſecutio non eius uolũtati mandatur, ſed legis authoritati reſeruatur. *Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi crimen ſit extraordinarium, uel cauſæ cognitio iudicis arbitrio à lege permiſſa. De qua re dixi in libello meo de Ratione iudicandi.*

QVARTA REGVLA. *Si inter duo iuſta quæratur utrum iuſtius, regulæ ſunt obſeruandæ, quæ propoſitæ ſunt ſ. Lib.1. cap.7.*

QVINTA REGVLA. *Si aliud uerba, aliud uolũtas legis, uel teſtatoris uel contrahentium ſignificent, uoluntas potius quàm uerba ſequenda: quæ*

regulæ approbatur l. 3. in fine. C. de liberis præteritis, his uerbis: Cum manifeſtiſsimus eſt ſenſus teſtatoris, uerborum interpretatio nunquam tantum ualeat, ut melior ſeuſus exiſtat. *Concordat l. 58. §. optimum. ff. de instructo legato, his uerbis:* Optimum eſſe Pædius ait, non propriam uerborum ſignificarionem ſcrutari, ſed in primis quid teſtator demonſtrate uoluerit: deinde in qua præſumprione ſint, qui in quaque regione commoranrur. *Concordat item l. 219. ff. de uerb. signif. his uerbis:* In conuenrionibus contrahenrium uoluntatem porius quàm uerba ſpectari placuit. Cum igirur ea lege fundum uectigalem municipes locauerint, ur ad hęredes eius qui ſuſcepit, pertineret, ius hæredum ad legatarium quoque transferri potuit. *Concordat l. 96. ff. de reg. iuris, his uerbis:* In ambiguis orationib. maximè ſententia ſpectanda eſt eius, qui eas prorulisset. *Concordat denique l. 67. §. Titius. ff. de leg. 1. cuius uerba uide in comment. de Legatis, cap. 15. de ſeruis legatis. reg. 10. Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi uoluntas legis uel teſtatoris, uel contrahentium ſit dubia: tunc enim uerbis potius certis, quàm incertæ uoluntati eſt ſtandum. quæ exceptio approbatur l. 1. §. ſed ſi ſciente, ibi: In re igitur. ff. de exercitor. act. his uerbis:* In re dubia melius eſt uerbis edicti ſeruire. *Concordat l. non aliter 69. in prin. ff. de leg. 3. his uerbis:* Non aliter à ſignificatione uetborum recedi oportet, quàm cum manifeſtũ eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem.

II. SI DE FACTO DVBItetur, regulæ.

SEXTA REGVLA. *Facti quæſtio in arbitrio iudicantis eſt. quæ regula approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. eod. cap. reg. 3 Concordat item l. 79. §. iudicib. ff. de iudicijs. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 1. ex. 2. item concordat l. 3. in prin. uſq; ad §. Caninio, & l. 21. §. fin. ff. de teſtib. cuius uerba uide ſ. in ſuis locis.*

SEPTIMA REGVLA. *Non ad unã probationis ſpeciem cognitionem ſuam alligare debet, ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare, quid aut credat, aut parum probatum ſibi opinetur. Quæ regula approbatur l. 3. §. eiuſdem, in fine. ff. de teſtibus. cuius uerba uide ſ. Lib. eod. cap. 2. quæſt. 3. reg. 9.*

OCTAVA REGVLA. *Iudex confirmabit motum animi ſui ex argumentis & teſtimonijs, quæ rei aptiora, & uero proximiora eſſe compererit, &c. quæ regula approbatur l. 21. §. fin ff. de teſtib. cuius uerba uide ſ. Lib. eod. cap 4. de except. contra teſtes except. 38. Huius elegans exemplum proponitur l. 5. §. A barbaris. ff. de re militari. cuius uerba uide ſ. Lib. 12. ca. 12. quæſt. 8. reg. 1. in prin. Aliud exemplum proponitur l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. cuius uerba uide ſ. Lib. 4. cap. 4. except. generali 1. in fine.*

NONA regula. *Ad circumſtantias iudex reſpiciet, & ad efficiendi facultatem. quæ regula approbatur l. 7. §. Hoc tamen. ff. ad l. Iul. maieſtatis: cuius uerba uide ſ. lib. 4. cap. 1 quæſt. 1. except. generali 1.*

DECIMA REGVLA. *Deficientibus probationibus, iudex alterutri partium iuſiurandum poteſt deferre. quæ regula approbatur l. 3 C. de iureiurando. cuius uerba cum alijs ſimilibus uide ſ. eod. Lib. cap. 7. quæſt. 1. except. 6. repl. 4. Sed & concordat l. 12. §. ſed iuramento, ibi: Vel ex authoritate. C. de iureiurando. cuius uerba uide ſ. d. quæſt. 1. except. 20. Eſt igitur in arbitrio iudicis deficientibus probationibus: ſi alterutra pars illi ſit ſuſpecta, uel ipſi, uel eius aduerſario deferre iuſiurandum prout ei uiſum fuerit, etiam altera parte non conſentiente. Hac ratione potuit finiri cauſa, quam Gellius ſe Prætore dicit accidiſſe, & à ſe alijs alia ſuadentibus indeciſam relictam. uerba Gellij lib. 14. Noctium Atticarum cap. 2. hac de re talia ſunt:* Illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperiendæ ſententiæ ambiguitas. Petebatur apud me pecunia, quæ dicebatur data numerataque: ſed qui petebat, neque tabulis, neqne teſtibus id factum docebat, & argumentis admodum exilibus nitebarur: ſed eum conſtabat uirum eſſe fermè bonum, notæque & expertæ fidei, & uitæ inculpatiſsimæ, multaque & illuſtria exempla probitatis, ſynceritatisq; eius expromebantur. Illum autem, unde petebarur, hominem eſſe non bonæ rei, uitaque turpi & ſordida, conuictumque uulgo in mendacijs, plenumque eſſe perfidiarum & fraudum oſtendebatur. Is tamen cum ſuis mulris patronis clamitabat, probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis expenſilatione, menſæ rationibus, chirographi exhibitione, tabularum obſignatione, teſtium intercetsione. Ex quibus omnibus ſi nulla re probaretur, dimitti iam ſe oportere, & aduerſarium de calumnia damnari. Quod de utriuſque aurem uita atque factis diceretur, fruſtra id fieri atque dici. Rem enim de perenda pecunia apud iudicem priuatum agi, non apud Cenſorem de moribus. Tunc ibi amici mei, quos negaueram in conſilium uiri exercitati, arque in patrocinijs & in operis fori celebres, ſemperque ſe circum undique diſtrahentibus, cauſis feſtinantes, non ſedendum diutius, ac nihil eſſe dubium dicebant, quin abſoluendus foret, quem accepiſſe pecuniam illam nulla probatione ſolenni docebatur. Sed enim ego homines cum conſiderabam alterum fidei, alterum probri plenum ſpurciſsimæque uitæ ac defamatiſsimæ, nequaquam adduci porui ad abſoluendum. Iuſsi igitur diẽ diffindi, atq; inde à ſubſellijs pergo ire ad Phauorinum philoſophum, quem eo tẽpore Romæ plurimũ ſectabar, ac de hominibus, quæ apud me dicta fuerant, uti res erat, narro omnia: ac peto, ut ipſum illud in quo hærebam, faceret me ut eius rei eſſem prudentior.

Tum

Tam Phauorinus religione illa cunctationis, & sollicitudinis nostræ comprobata, inter cætera inquit: Quod ad pecuniam pertinet, quam apud te iudicem peti dixisti, suadeo hercle tibi, utare M. Catonis prudentisśimi uiri consilio, qui in oratione, quam pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit, ita esse moribus maiorum traditũ, obseruatumq; ait, ut si quid inter duos actum est, neq; tabulis, neq; testibus planum fieri posśit, tum apud iudicẽ, qui de ea re cognosceret, uter ex ijs uir melior esset, quæreretur: & si pares esśẽt, seu boni pariter, seu mali, tum illi unde petitur crederetur, ac secũdum eum iudicaretur. In hac autem causa de qua tu ambigis, optimus est, qui petit, unde petitur deterrimus: & res est inter duos acta sine testibus. Eas igitur & credas ei, qui petit, condemnesq; eũ de quo petitur: quoniam sicuti dicis, duo pares non sunt: & qui petit melior est. Hoc quidẽ mihi tum Phauorinus, ut uirum philosophum decuit, suasit. Sed maius ego, altiusq; id esse existimaui, quam quod meæ ætati & mediocritati cõueniret, ut cognouisse & condemnasse de moribus, non de probationib. rei gestæ uiderer: ut absoluerem tamẽ, inducere in animum non quiui: & propterea iuraui, mihi non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum. Verba ex oratione M. Catonis, cuius cõmeminit Phauorinus, hæc sunt: Atq; ego à maiorib. memoria sic accepi. Si quis quid alter ab altero peteret, si ambo pares essent, siue boni, siue mali essent, quòd duo res gessissent uti testes nõ interessent, illi unde petitur, potius credendum esse. Nunc si sponsionem fecisset Gellius cum Turio, ni uir melior esset Gellius, quàm Turius: nemo, opinor, tam insanus esset, qui iudicaret meliorem esse Gelliũ, quàm Turiũ. Si nõ melior est Gellius Turio, potius oportet credi unde petitur. *Hactenus uerba ex Aulo Gellio desumpta. Ego autem (ut ad propositum reuertar) si de causa iam dicta consulerer, neque absoluendum reum suaderem, ut Iuriscõsulti, neq; condemnandum, ut philosophus Phauorinus, sed potius ex regula proposita iusiurandum deferendum censerem, non quidem peiori, sed meliori, ut ille uel iuraret, uel iusiurandum referret, aut causa caderet secundum ea quæ dicta sunt s̃. de Iureiurando. Planè si neque persona, neq; aliud quid in causa iudicem moueat, iusiurandum facilè deferendum non est, sed actore suam actionem non probante, reus absoluendus est, aut reo suam exceptionem non probante, condemnandus. Hæc de regula decima sint dicta, de qua plura etiam uide s̃. cap. 6 & 7. Lib. eod.*

VNDECIMA REGVLA. *Si de significatione alicuius uocis quæratur, quid sequendum definitur per ea quæ dicta sunt s̃. Lib. 1. cap. 4. de Legum interpretatione, quæstione tertia. Item in Commentarijs de Legatis, capite uigesimo: item j. in regulis sequentibus.*

DVODECIMA REGVLA. *Si de uoluntate uel sententia alicuius quæritur, an & quid senserit, quid sequendum definitur l. 12. ff. de reg. iuris his uerbis:* In testamentis plenius uoluntates testantium interpretamur. *Sed & huc pertinet l. 128. in fine. ff. eod. tit. cuius hæc sunt uerba:* Quod factum est, cum in obscuro sit, ex adfectione cuiusque capit interpretationem. *Item huc pertinet l. 7. C. de fideicommissis. cuius hæc sunt uerba:* Voluntatis defuncti quæstio in æstimatione iudicis est.

DECIMATERTIA REGVLA. *Si de pariter mortuis quæratur, uter prior decesserit, siquidem pater & filius pariter mortui dicantur, filius patri creditur superuixisse. quæ regula approbatur l. 10. §. cum bello. ff. de rebus dubijs, hisce uerbis:* Cum bello pater cum filio perijsset, materque filij quasi postea mortui bona uindicaret: agnati uerò patris quasi filius antè perijsset, diuus Hadrianus credidit patrem prius mortuum. *Concordat d. l. 10. §. fin. cuius uerba uide paulo inferius except. 3. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi patronus defuncti, liberti, hæreditatẽ ab intestato uindicet. quæ exceptio approbatur d. l. 10. §. si cum filio, his uerbis:* Si cum filio suo libertus simul perierit, intestati patrono legitima defertur hæreditas: si non probatur superuixisse patri filius: hæc enim reuerentia patronatus suggerente dicimus. *Altera exceptio est: Nisi fideicommissum relictum sit sub hac conditione, Si sine liberis decesserit: hoc enim casu si pariter cum filio mortuus fuerit, pater creditur superuixisse. quæ exceptio approbatur l. 17. §. si quis autem. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. his uerbis:* Si quis susceperit quidem filium, uerùm uiuus amiserit: uidebitur sine liberis decessisse. Sed si naufragio, uel ruina, uel aggressu, uel quo alio modo simul cum patre perierit, an conditio, Si sine liberis decesserit, defecerit uideamus? & magis non decessisse arbitror: quia non est uerum, filium eius superuixisse. Aut igitur filius superuixit patri, & extinxit conditionem fideicommissi: aut non superuixit, & extitit conditio. Cum autem quis antè, & quis postea decesserit, non apparet: extitisse conditionem fideicommisśi magis dicendum est. *Propositæ exceptionis ratio hæc est: Quòd in rebus dubijs id potius accipiendum sit, quo res de qua agitur, magis ualeat quàm pereat. de quo j. eod. cap. dicetur*

Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi filius impubes fuerit. quæ exceptio approbatur l. 10 §. fin. ff. de reb. dubijs, his uerbis: Si Lucius Titius cum filio pubere, quem solum testamento scriptum hæredẽ habebat, perierit, intelligitur

superuixisse filius patri, & ex testamento hęres fuisse, & filij hæreditas successorib. eius defertur, nisi contrariũ adprobetur. Quòd si impubes cum patre filius perierit, creditur pater superuixisse: nisi & hic contrariũ adprobetur.

Si mater & filius simul perijsse dicantur, filium superuixisse matri credendum est. quæ regula approbatur l.23.ff.de rebus dubijs, his uerbis: Cum pubere filio mater naufragio perijt: cum explorari non possit, uter prius extinctus sit: humanius est credere filium diutius uixisse. *Concordat l.17.cum lege sequente ff.eo.tt.his uerbis*: Quod de pariter mortuis tractamus, & in alijs agitatum est. Vt ecce si mater stipulata esset dotem à marito, mortua filia in matrimonio sibi reddi, & simul cũ filia perijsset, an & hęredibus matris actio ex stipulatu competeret? Et diuus Pius rescripsit, non esse commissam stipulationem: quia mater filię non superuixit. Idem quæritur, si extraneus qui dotem stipulatus est, simul cum marito decesserit, uel cum ea propter quã stipulatus est: an ad hæredem suam actionem transmittat. Idem est, & si dos uxori prælegata sit, & simul cum marito perierit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi filius uel filia impubes sit: tunc enim mater creditur superuixisse. quæ exceptio approbatur l.24.ff.eod.tt.his uerbis*: Si mulier cũ filio impubere naufragio perijt, priorem filium necatum esse intelligitur.

Si maritus & uxor simul perijsse dicantur, creditur maritus superuixisse. quæ regula approbatur l.10.§.si maritus.ff.de reb.dubijs, hisce uerbis: Si maritus & uxor simul perierint: stipulatio de dote, ex capitulo, Si in matrimonio mulier decesserit, habebit locũ, si non probatur illa superstes uiro fuisse. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi ex hac interpretatione res, de qua quæritur, sit peritura. quæ exceptio approbatur l.9.ff.eo. tt.his uerbis*: Si inter uirum & uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto cui donatum est, ad eum res redit, qui donauerit. Quòd si simul tam is cui donatum est, quàm is qui donauerit: quæstionis decidendæ gratia magis placuit ualere donationem: eo maximè quòd donator non superuiuat, qui rem condicere posit. *Iuxta hanc exceptionem intelligendam etiam puto l.18.ff.eod.tt.cuius uerba uide paulo superius.§.si mater & filius, ibi*: Idem est, & si dos uxori prælegata sit, &c.

Si cum ei qui nouißimus mortuus esset, substitutio facta esset, ambo simul decessirint, quid iuris, definitur l.10.in principio.ff. de rebus dubijs, his uerbis: Qui duos impuberes filios habebat, ei qui supremus moreretur, Titium substituit: duo impuberes simul in naue perierunt: quæsitum est, an substituto, & cuius hæreditas deferatur? Triphoninus dixit, si ex ordine uita decessissent, priori mortuo frater ab intestato hæres erit, posteriori substitutus. In ea tamen hæreditate etiam ante defuncti filij habebit hæreditatem. In proposita autem quæstione, ubi simul perierunt: utrum quia neuter frater superstes fuit, quasi utrique ultimi decessisse uideantur: an uerò neutri, quia comparatio posterioris decedentis, ex facto prioris mortui sumatur, quæritur? Sed superior sententia magis admittenda est, ut utrique hęres sit. Nam & qui unicum filium habet, si supremum morienti substituit, non uidetur inutiliter substituisse: & proximus adgnatus intelligitur etiam qui solus est, quiq; neminem antecedit: & hic utrique (quia neutri eorum alter superstes fuit) ultimi primique obierunt. *Huic contradicit l.34.ff. ad Senatusconsul.Trebell.his uerbis*: Si eius qui nouissimus ex filijs mortuus esset, partem hæreditatis propinquo uoluit pater restitui: si simul fratres diem suum obijssent, propinquum (si non ostenderit quis nouissimus obijsset) ad partem hæreditatis non admitti, sed matrẽ ex Tertylliano senatusconsulto ad utriusq; hæreditatem admitti, constat.

III. SEQVVNTVR REGVlæ communes tam iuris, quàm facti quæstionibus.

Decimaquarta regula proponitur l.85.§.fin.ff.de reg.iuris, his uerbis: Quoties æquitatem desiderij naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est.

Decimaquinta regula. In re dubia potius fauendum reo, quàm actori. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt §.Libro quinto, capite nono, in principio, regula 2.

Decimasexta regula. In re dubia proniores debemus esse ad liberandum, quàm ad obligandum. quæ regula approbatur l.46.ff. de actionibus & obligat. his uerbis: Arrianus ait multum interesse, quæras utrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur: ubi de obligando quæritur, propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem, ad negandum. Vbi de liberando, ex diuerso, ut faciliores simus ad liberationem. *Concordat l.5.in princip.ff.de pœnis, his uerbis*: Diuus Traianus rescripsit: Satius esse impunitũ relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.

Decimaseptima regula proponitur l.41.ff. de reg. iuris, hisce uerbis: In re obscura melius est fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

Decimaoctaua regula proponitur l.33.ff. de rebus dubijs, his uerbis: Quoties in actionibus aut in exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res de qua agitur, magis ualeat quàm pereat. *Concordat*

cordat l.21. in fine. ff. eod. tt. his uerbis: Semper in dubijs id agendum est, ut quàm tutissimo loco res sit bona fide contracta: nisi cum apertè contra leges scriptum est. *Item concordat l.66. ff. de iudicijs, bisce uerbis*: Si quis intentione ambigua uel oratione usus sit, id quod utilius ei est, accipiendum est. *Item concordat l.132. in fine. ff. de reg. iuris, his uerbis*: Ambigua intentio ita accipienda est, ut res salua sit actori.

Decimanona regula proponitur d. l.132. in principio, his uerbis: In cõtrahenda uenditione, ambiguum pactum contra uenditorem interpretandum est.

Vicesima regula proponitur l.9. ff. de regulis iuris, bisce uerbis: Semper in obscuris quod minimum est, sequimur. *Concordat l.34. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide in Commentarijs de Actionibus, cap.5. de Valore & moneta. Item concordat l.38. §. fin. ff. de re iudicata. cuius uerba uide J. Lib. proxim. cap.3. except.4.*

Vicesimaprima regula proponitur l.200. ff. de reg. iuris, his uerbis: Quoties nihil sine captione inuestigari potest, eligendũ est, quod minimum habeat iniquitatis.

Vicesimasecunda regula. In ambiguis pro libertate respondere melius est. quæ regula approbatur l.20. ff. de reg. iuris, bisce uerbis: Quoties dubia interpretatio libertatis est, secũdum libertatem respondendum erit. *Concordat l.179. ff. eod. tt. his uerbis*: In obscura uoluntate manumittentis, fauendum est libertati. *Concordat l.14. in fin. C. de fide. libertat. cuius uerba uide paulo inferius. Item concordat l.18. ff. de re iudicata. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap.1 except.4.*

Vicesimatertia regula proponitur l.85. in prin. ff. de reg. iuris, bisce uerbis: In ambiguis pro dotibus respondere melius est. *Concardat ijsdẽ uerbis l.70. ff. de iure dotium.*

Vicesimaquarta regula. Id quod humanius est, eligendum est. Hæc regula approbatur l.14. in fine. C. de fideicommiß. libertat. his uerbis: In ambiguis sensibus melius est (& maximè in libertate fauore eius) humaniorem amplecti sententiam. *Concordat l.11. §. fin. ff. de rebus dubijs, his uerbis*: In ambiguis rebus humaniorẽ sententiam sequi oportet.

Vicesimaquinta regula. Benigniora præferenda sunt. quæ regula approbatur l.55. ff. de regulis iuris, bisce uerbis: Semper in dubijs benigniora præferenda sunt. *Concordat l.152. in fine. ff. eod. tt. his uerbis*: In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, quàm tutius. *Concordat item l.197. in fine. ff. eod. tt. his uerbis*: In pœnalibus causis benignius interpretandum est. *Exemplum huius regulæ proponitur l.5. C. de bonis quæ liberis, &c. de quo alibi. Sed & plura uide s. Lib.1. cap.5. quæst. 8. regula 1.*

Vicesimasexta regula proponitur l.114. ff. de reg. iuris, his uerbis: In obscuris inspici solet, quod uerisimilius est, aut quod plerunque fieri solet. *Concordat l.14. ff. eod. tt. cuius uerba uide in Commentarijs de Actionibus, cap.3. de Valore & moneta.*

Vicesimaseptima regula. De tempore adiecto, proponitur l.17. ff. de reg. iuris, his uerbis: Cum tempus in testamento adijcitur, credendum est pro hærede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicut in stipulationibus promissoris gratia tempus additur.

Vicesimaoctaua regula. Si iudices in ferenda sententia inter se dissentiant, quid iuris, dicetur J. Lib. prox. cap.3. except.4.

Reliquæ huiusmodi regulæ speciales suis subiectæ sunt locis: ut regulæ de legib. ambiguis & obscuris interpretandis propositæ sunt s. Lib.1. cap.5.

DE RELATIONIBVS ET causa ad superiorem iudicem remittenda. Cap X.

I. AN CAVSA REFERENDA, & princeps consulendus.

D*Efinitur hæc quæstio Nouell. const. 82. §. penult. his uerbis*: Si quid iudices dum cognoscunt, putauerint subesse dubij, damus eis licentiam de his nunciare nobis, & nos consulere, ut discant quę necessaria sunt, & ita quod agendum est, explicent, & faciant iusta simul & rationabilia iudicia. *Concordat Nouell. c.113. §. cæterùm si iudici, his uerbis*: Si iudici dubitatio oboriatur de lege aliqua, suggestionem referto ad potentiam nostram, & scripto comprehensam, à nobis expectato causæ explanationem aut interpretationem, secundumque eam litem decidito. *Concordant item ea quæ habentur s. Lib.1. cap.5. quæst.2. Contradicere uidetur atq; mutare iam dicta Nouell. c.125. his uerbis*: Quoniam quidam iudicum post longa litium certamina, & plurima damna litigatoribus illata, in causis apud ipsos motis ad nostram tranquillitatem denuò utuntur suggestionib. Visum nobis est, & hoc præsente generali corrigere, quo minus ex his dilatio procreetur in negocijs, & aliud rursus exordium examinationes capiant. Iubemus igitur ne quis iudicum ullo modo aut tempore, in causis apud ipsos propositis, relationem per suggestiones ad nostram tranquillitatem instituat, sed perfectè negocium examinet, & secundũ quod ipsi iustũ & legitimum uisum fuerit, iudicet. Et si quidẽ partes iudicatis adquieuerint, sentẽtia ꝑ tenore legum etiam executioni tradatur. Quòd si quis ex

defi-

definitiua se sententia oblæsum putauerit, legitima utatur appellatione, & ea secundum ordinem à legibus definitum exercea tur, perfectumque suscipiat terminum. Si duo aut plures sint litis disceptatores, & inter ipsos oriatur dissonantia, iubemus sic quoque unumquenq; horum, prout sibi uisum fuerit, suam dare sententiam. *Hæc uerba (ut dixi) uidentur propositæ regulæ contradicere, eamq; tollere: uerùm hac antinomia seposita, uideamus cum propositæ regulæ exceptiones, tū reliquas relationis ac consultationis circumstantias.*

Propositæ igitur regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res plena instructione indigeat. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. sed nec ad nos. C. de relationib. his uerbis: Sed nec ad nos mittatur aliquid quod plena instructione indigeat.

Altera exceptio est: Nisi non de iure, sed de facto dubitatio sit. Hæc exceptio approbatur l. 79. §. iudicibus. ff. de iudicijs, his uerbis: Iudicibus de iure dubitantibus præsides respondere solent. Sed de facto consulentibus, non debent præsides cōsilium impertire, uerùm iubere eos, prout religio suggesserit, sententiam proferre: hæc enim res nonnunquam infamat, & materiam gratiæ uel ambitionis tribuit. *Concordat l. 3. §. ideoq; diuus. ff. de testibus, cuius uerba uide s. eod. Lib. cap. 4. de Exceptionib. contra testes, post except. 39.*

Tertia exceptio est: Nisi in causa sit pronunciatū: tunc enim relatio non admittitur. quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. C. de relationib. cuius uerba uide J. q. 3. reg. 3. Concordat l. 34. ibi: Dum id partib. C. de appellationib. cuius uerba uide J. d. q. 3. reg. 4.

II. AD QVOS REFERENDUM, seu qui consulendi sint.

Princeps consulitur, ut ex supradictis constat. Sed & præses prouinciæ, ut constat ex l. 79. ff. de iudicijs paulo superius proposita.

III. OFFICIA REFERENTIS, item relationis euentus, & consequentia quæ sint.

Prima regula. De libello consultationis formando, proponitur l. 3. C. de relationibus, his uerbis: Si quando ratio aut necessitas est, in negocijs nostra iudicia requirendi, expectandiq; respōsa: omnes omnino causas, relationis series comprehendat: ut recitata consultatione, quæ ita est dirigenda, propemodum actorum recensione nō sit opus: actis etiam necessario sociandis.

Secunda regula De exemplo cōsultationis ante relationem litigatoribus edendo, proponitur l. 1. §. fin. C. de relationib. his uerbis: Quoties ad nostrā scientiam iudex se polliceatur relaturum, consultationis exemplum litigatoribus illicò edi apud acta iubeat: ut si cui fortè relatio minus plena, uel contraria uideatur, is refutatorias preces similiter apud acta sine aliqua frustratoria dilatione offerat. *Concordat l. 2. C. eod. tit. his uerbis*: Super delictis prouincialium nunquam Rectores prouinciarum ad scientiam principum putēt esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplū: quippe tunc demū relationib. plena ueritas est, cum & allegationib. repelluntur, uel probantur assensu.

Tertia regula. Ne relatione pendente, iudex pronunciet, proponitur l. 1. in prin. C. de relationibus, his uerbis: Si quis iudicum duxerit esse referendum, nihil inter partes pronunciet: sed magis super quo hęsitandum putauerit, nostrā consulat scientiam: aut si tulerit sententiā, minimè postea, ne à se prouocetur, relatione promissa terreat litigantes: sciens quòd si hoc fecerit, nihilominus iure appellationis res agitabitur. *Concordat l. 34. in pr. ibi: Non prius. C. de appellationib. cuius uerba uide J. reg. prox.*

Quarta regula. De modo respondendi ad relationē, & per quos respondendum, proponitur d. l. 34. his uerbis: Iubemus, si qua suggestio maioris uel minoris iudicis ad nostram referatur clementiam de negocio quod iudicandum ei tradidimus, uel de quo pro sua iurisdictione iudicauerit, à nostro numine petentis finē eidem imponi negocio quod ab eo disceptatum est, siue additum sit eidem suggestioni, quid referenti placeat (dum id partibus per sententiæ suæ recitationem manifestum non fecit) siue nihil huiusmodi adiectum sit, sed simpliciter nostri numinis responsum expectat: non prius causam discerni, quàm per sacram pragmaticam nostri numinis iussionem duo magnifici uiri, uel patricij, uel consulares, uel profectorij, quos pro tempore nos elegerimus, iubeantur adiungi uiro illustri pro tempore quæstori nostri palatij, & unà cum eo in scriptis relationem discernere (siue præsentibus partibus hoc prospexerint, siue absentibus) & responsum relationi dandum sua sententia manifestare: ut tamen dispositio huiusmodi excellentissimorum iudicum omnimodò rata sit, nulli danda licentia prouocationem contra eorum proferre sententiam, uel aliam quamcunque dubitationem introducere. Quam obseruationem non solùm si unus iudex suggestione uel relatione usus fuerit, tenere censemus: sed etiamsi duobus, uel amplioribus datis iudicibus, in unam sententiam minimè omnes conuenerint, sed diuersas suas sentētias unusquisq; nostræ mansuetudini retulerit, uel omnes non consuluerint quid discernendum sit. *Concordat Nouell. c. 126. in pr. cuius uerba uide J. cap. prox. reg. 8.*

Quinta regula. Relatione facta & responso ad eam dato,

dato, sentẽtiáq; exinde lata, appellatio denegatur. quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce: Vt tamen dispositio huiusmodi excellẽtissimorum iudicum omnimodò rata sit, nulli danda licentia prouocationem contra eorum proferre sententiam. *Concordat l. ult ff. quando appellandum sit, his uerbis:* Illud uideamus: si cum Imperatori scriberetur, exemplum literarum litigatori editum sit, neq; is appellauerit, & postea cõtra eũ rescriptũ sit, an appellare à literis pridem sibi editis possit? quia qui tunc non appellauit, uera esse quæ scripta sunt consensisse uidetur: nec audiendus est, si dicat euentum rescripti sacri se sustinuisse. *Propositæ regulæ contradicit l. 1. §. 1. ff. de appellationibus, his uerbis:* Quæsitum est, an aduersus rescriptum principis prouocari possit: fortè si præses prouinciæ, uel quis alius consuluerit, & ad consultationem eius fuerit rescriptum. Est enim quæsitum, an appellandi ius supersit. Quid enim si in consulendo mentitus est? de qua re extat rescriptum diui Pij quo ostenditur prouocari oportere. Verba rescripti ita se habent: *Ἐὰν μὲν ἐπιστάλη τις ἡμῖν, ἅμα δὲ καὶ ἀντιγράφωμεν ὑμεῖς ὅτι οὖν· ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν. εἰ γὰρ διδάξειεν, ἢ ψευδεῖς, ἢ οὐχ οὕτως ἔχειν τὰ ἐπεσταλμένα: οὐδὲν ἐφ' ὑμῶν εἶναι δοκεῖ προδιεγνωσμένον, τῶν ὡς ἑτέρως ἐχόντων τοῖς γραφεῖσιν ἀντεπεσταλκότων.* id est: Si quis per epistolam nos consuluerit, simulque nos illi quidpiam rescripserimus, omnibus qui uolent aduersus rescriptum prouocandi copia erit. Nam si quæ epistola comprehensa sunt, uel falsa, uel aliter se habere docuerint, nihil per nos præiudicij factum esse putetur, qui ita rescripserimus quasi scriptis ad nos relata aliter se habuerint. Hinc consequenter uidetur rescriptũ, à consultatione iudicis non esse appellandum, si quis fortè interlocutus fuerit, principem se consultaturum, cum possit post rescriptum prouocare. *Hæc (ut dixi) propositæ regulæ uidentur obstare, nisi quis fortè exceptionis loco ea ponat. ut sit exceptio hæc: Nisi literæ consultationis aduersario non fuerint, antea exhibitæ, uel falsum contineant. Quòd si ita est, prima exceptio hic constituenda. Iuxta hanc igitur exceptionem etiam uidetur accipienda l. 2. C. de appellationibus. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 2. quæst. 2. except. 1. Secunda exceptio est: Nisi post sententiam latam relatio fiat. quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. ibi: Aut si tulerit. C. de relationib. cuius uerba uide s̄. ead. q. reg. 3.*

IIII. AD FINE REmedium.

De causa ad delegantem à delegato iudice remittenda. Reprobatur hoc remedium l. 3. C. de pedaneis iudicibus, his uerbis: Placet, ut iudicibus (si quos grauitas tua disceptatores dederit) insinuea, aut delegata sibi negocia lata sententia determinent, nec in his causis in quibus p̄nunciare debent, & possunt, facultatem sibi remittendi patere ad iudicium præsidale cognoscant: maximè cum & si iudicatio alicui litigatorum parti iniusta uideatur, interponendæ prouocationis potestas à sententia ex omni causa prolata libera litigatoribus tribuatur. *Ex his patet, causam à iudice delegato, ad delegãtem remittendã nõ esse. cuius tamẽ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi delegata ita sit causa, ut remittatur. quæ exceptio approbatur exemplo l. 6. in prin. ff. de officio proconsulis. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 15. reg. 2. except. 2.*

Secunda exceptio est: Nisi quid sit quod meri sit imperij: hoc enim remittẽdum. quæ exceptio approbatur exemplo l. 11. ff. d. tit. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 4. quæst. 5. reg. 3. except. 1. Hæc de Relationibus & consultationibus sint dicta. Plura de hac re uide J. Lib. proxim. cap. 1. de Appellationibus.

DE SENTENTIA FORmanda et pronuncianda.

Cap. XI.

I. *Regula. Deliberatione habita, formanda sententia est, & in libellum conferenda, nec præcipitanda. quæ regula approbatur l. 2. in princip. C. de sententijs ex breuiculo recitandis, hisce uerbis:* Hac lege perpetua credimus ordinandum, ut iudices quos cognoscendi, & pronunciandi necessitas tenet, nõ subitas, sed deliberatione habita post negocium sententias ponderatas sibi antè forment: & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scriptasque ex libello partibus legant. Sed nec sit eis posthac copia corrigendi, uel mutandi: exceptis tam iuris eminentissimis præfectis prætorio, quàm alijs illustrem administrationem gerentibus, cæterisque illustribus iudicibus: quibus licentia conceditur etiam per officium suum, & eos qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitiuas recitare. *Concordat l. 6. §. fin. C. de modo mulctarũ. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 4. de reliquis circumstantijs reg. 11. except. 2. repl. 1. Item concordat l. 2. in prin. C. de requirendis reis. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 6. in prin.*

II. *Regula. De certa re uel quantitate in sententia exprimẽda, proponitur Inst. de act. §. curare, his uerbis:* Curare debet iudex, ut omnino quãtũ possibile ei sit, certæ pecuniæ, uel rei sententiã ferat, etiamsi de incerta quantitate apud eum actum est. *Plura de hac re uide J. Lib. prox. cap. 5. except. 14.*

III. *Regula. De eo quod inter partes conuenit pronunciando, proponitur l. 26. ff. de re iudicata, his uerbis:* Si conuenerit inter litigatores quid pronuncietur: nõ ab re erit iudicem huiusmodi sententiam proferre.

IIII. Re-

IIII. Regula. De procuratore, non reo principali qui abest condemnando, proponitur l.1.C.de sententijs & interlocut. his uerbis: Non uidetur nobis rationem habere sententia decessoris tui, qui cum cognouisset inter petitorem & procuratorem, non procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnauit, cuius persona in iudicio non fuit. Potes igitur, ut re integra de causa cognoscere. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi illustris persona actione iniuriarum per procuratorem criminaliter agat uel conueniatur. Hæc exceptio approbatur l.ult.§.penult.C. de iniurijs. cuius uerba uide ʒ̄. Libro secundo, cap.2. quæstione 7. regula 1. except. 3.

V. Reg. Ne sub conditione sententia feratur, proponitur l.1.§. biduum.ff. quando appellandum sit, cuius uerba uide ʒ.Lib.prox.cap.2.quæst.5.

VI. Regula. Vt uictum uictori in expensas condemnet. De hac re uide ʒ.Lib.prox.capite quinto, de Sumptibus litis.

VII. Regula. Etiam actorem si obnoxius fuerit inuentus, iudex potest condemnare. quæ regula approbatur l.14.C.de sentētijs & interloc. cuius uerba uide ʒ.Lib.prox.cap.3.except. 1.repl.1.

VIII. Regula. Tam Latina, quàm Græca lingua sententia formari potest quæ regula approbatur l.12.C.de sentētijs & interlocut. his uerbis: Iudices tam Latina, quàm Græca lingua, sententias proferre possunt. Huius regulæ exceptio proponitur l.48.ff.de re iudicata, his uerbis: Decreta à Prætoribus Latinè interponi debent.

IX. Regula. Ne ij qui in sacro palatio sententias ferunt, in personam Imperatoris sententias cōcipiant, proponitur Nouell.c.126.in prin.usq; ad §. in omnib. his uerbis: Manifestè Theodosius & Valentinianus sacratiss. principes lege expresserunt, &c.

X. Regula. Vt præsentibus litigatoribus sententia pronuncietur. De hac re uide ʒ.Lib.prox.capite tertio, except.10.

XI. Regula. De sententia ab ipso iudice recitanda, proponitur l.1.C.de sententijs ex breuic. recit. his uerbis: Arbitri nulla sententia est, quam scriptā edidit litigatoribus, si non ipso recitauit. Si igitur nihil fallis: omissa prouocationis mora, ex integro iudicari impetrabis à Rectore prouinciæ. Concordat l. 6. §.fin.C.de modo mulctarum. cuius uerba uide ʒ̄. Lib.3.cap.4. de Reliquis circumstant.reg.11.except.2. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi præfectus prætorio aut illustris iudex sententiam ferat. quæ exceptio approbatur l.2.in fine.C.de sententijs ex breuiculo recitand. cuius uerba uide ʒ̄.eod.cap.reg.1.

XII. Regula. De sententia ex breuiculo recitanda, proponitur l.ult.C.de sententijs ex breuiculo recit. his uerbis: Statutis generalibus iussimus, ut uniuersi iudices, quibus reddendi iuris in prouincijs permisimus facultatem, cognitis causis, ultimas definitiones descripti recitatione proferant. Huic adijcimus sanctioni, ut sententia quæ dicta fuerit, cū scripta non esset, nec nomen quidem sententiæ habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum appellationis solennitas requiratur. Concordat l.2 ibi: Scriptaq; C. eo.tit. cuius uerba uide ʒ̄.eo.cap. reg.1. Itē concordat l. 6.§.fin.ibi: Scilicet ut scripta. C. de modo mulctarum. cuius uerba uide ʒ̄.Lib.3.cap. 4. de reliquis circumst. reg.11.except.2. Concordat item l.17.§.fin.C.de dignitatib. item l.8.§.hoc etiam.C.de principibus agent. in reb. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi per annotationem iudicet. Hæc exceptio reprobatur Nouell. const.82.§.præbebunt, his uerbis: Præbebunt omnino causæ usq; ad trecentos surgenti solidos audientiam, idq; in forma annotationis: ita enim citius causæ iudicabuntur, & litigatores cognitionum ambagibus, & lōga liberabantur mora temporis. Illud constat, quod tametsi per annotationem causis accommodabunt audientiam, nihilominus terminum illis adsignabunt in scriptis, qui ipsorum exprimat sententiam: nulli penitùs ab his appellandi sublata copia, nisi tertio aliquis prouocare uoluerit, aut per contumaciam se absentet. Istiusmodi enim ratio quoq; appellationum, sublata est. Hactenus regulæ formandarum & pronunciandarū sententiarum propositæ sunt. Plures tamen huiusmodi regulas uide ʒ.Lib.prox.cap.3.inter exceptiones. Nunc effectus & consequentia sententiæ latæ sequuntur.

XIII. Regula. Sententia lata, cessat officium iudicis quæ regula approbatur l. 55.ff. de re iudicata, his uerbis: Iudex posteaquam semel dixit sentētiam, iudex esse desinit. Et hoc iure utimur, ùt iudex qui semel, uel pluris, uel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiā suam non possit. Semel enim malè seu benè functùs est officio.

XIIII. Regula. Iudex sententiam latam amplius mutare aut corrigere non potest quæ regula approbatur uerbis ʒ̄.reg.prox.propositis. Concordat l.1.C. sentent.rescindi non posse, his uerbis: Neque suam neq; decessoris sui sententiam quenquam posse retractare, in dubium non uenit: nec necesse esse ab huiusmodi decreto interponere prouocationem, explorati iuris est. Concordat item l.1.§.fin.ff.de quæstionibus. cuius uerba uide ʒ̄.Lib.3.cap.15.quæst.2. Item concordat l.9.§. istæ ferè, in fine.ff.de pœnis. cuius uerba uide ʒ̄.Lib.3. cap.4.de persona delinquentis.in prin. Item concordat l.3.C: commiссationes, &c. his uerbis: Ea quæ causa cognita statuuntur, subscriptionibus reuocari non posse, sæpè rescriptum est. Concordat item l.43.§.de amplianda.ff.de re iudicata, his uerbis: De amplianda uel minuenda pœna damnatorum post sententiam dictam sine principali authoritate, nihil est statuendum. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi uerba emēdentur

dentur manente ſententia. quæ exceptio approbatur l.46.ff.de re iudicata, his uerbis : Actorum uerba emendare tenore ſententiæ perſeuerante, non eſt prohibitum. *Secunda exceptio eſt: Niſi eodem die ſententiam uelit mutare. Hæc exceptio reprobatur l.62.ff.eod.tt.his uerbis:* Cum quærebatur, iudex ſi perperam iudicaſſet, an poſſet eodem die iterum iudicare? Alfenus reſpondit, non poſſe. *Tertia exceptio eſt: Niſi non mutetur ſententia, ſed declaretur & ea quæ deſunt, ſuppleantur. Hæc exceptio approbatur l.42. ff de re iudicata, his uerbis:* Paulus reſpondit, reſcindere quidem ſententiam ſuam præcedentem Prætorem non poſſe: reliqua autẽ quæ ad conſequentiam quidem iam ſtatutorũ pertinent: priori tamen ſententiæ deſunt, circa condemnandum reum uel abſoluendum debere ſupplere ſcilicet eodẽ die. *Quarta exceptio eſt: Niſi non ſententia ſit, quæ mutatur, ſed mandatum aliquod aut iuſsio. quæ exceptio approbatur l.14. ff. de re iudicata, his uerbis:* Quod iuſsit uetuitue Prætor cõtrario imperio tollere & remittere poteſt: ſed de ſententijs contrà. *Quinta exceptio eſt: Niſi illuſtris iudex ſententiam ſuam mutare uelit. Hæc exceptio approbatur l.2. §. ſed nec ſit. C. de ſententijs ex breuiculo. cuius uerba uide ſ. eod. cap. reg. 1. Sexta exceptio eſt: Niſi mulcta indicta, condemnatus nõ ſit ſoluendo. Hæc exceptio approbatur l.6. §. fin. C. de modo mulctarum. cuius uerba uide ſ. Lib. 3. cap. 4. de reliquis circumſtãtijs, reg. 11. except. 2.*

XV. *Regula. De actis circumducendis, proponitur l.45. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Acta apud ſe habita, ſi partes conſentiant, & iudex hoc permiſerit, poteſt iubere ea die circumduci: niſi uel negocium uel lis terminata eſt.

Plures de effectib. & conſequentib. ſententiarũ regulas, uide J. Lib. prox. Hactenus igitur de Actib. iudiciorum tam antè, quàm poſt litis conteſtationẽ contingentibus, ſit dictũ. Sequitur quartus iudiciorum locus, de effectis & conſequentibus iudiciorum.

DIGESTORVM LIBER OCTAVVS.

DE EVENTIS ET CONSEQVENTIbus Iudiciorum.

DE APPELLATIONIbus. Cap. I.

LATA *ſententia, finitoq; iudicis officio, conſequitur appellatio, res iudicata, iudicati actio, executio rei iudicatæ, &c. de quibus nunc ordine eſt tractandum.*

I. RATIO ET VSVS APpellationum quia ſit.

Definitur l.1. in prin. ff. de appellationibus, his uerbis: Appellandi uſus quàm ſit uetus, frequens, quamque neceſſarius, nemo eſt qui neſciat: quippe cum iniquitatem iudicantium uel imperitiam corrigat: Licet nonnunquam benè latas ſententias in peius reformet. Neq; enim utiq; melius pronũciat, qui nouiſsimus ſententiam laturus eſt.

II. CAVSA, EX QVA APpellatio concedenda, cum ſuis exceptionibus.

Regulariter quidem ſi quis non rectè iudicatũ eſſe dicat, appellatio illi concedenda. quæ regula approbatur Nouell. r. 82. §. nam ſi per prouocationẽ, his uerbis: Si per prouocationem cauſa ſuſpendatur, omnino iudex oblatam appellationem ſuſcipito, nullum omnino prætextum obijciens, quacunque tandem ratione licet appellare. Auxilium uerò circa appellationes omnibus adiacet, per quod ei, qui ſe læſum putat, uel conqueri licet, uel mereri emendationem, ſiue ab appellationum iudicibus, ſiue à nobis ipſis, ſiquidem ad nos refertur ſententia. *Planè habet iam dicta regula ſuas exceptiones, de quibus ordine diſpiciendum: & primùm de ijs quæ ſumuntur ex perſona iudicantis.*

I. EXCEPTIO: *Niſi princeps in cauſa iudicauit, & ſententiam tulit. Hæc exceptio approbatur l.1. in prin. ff. à quibus appellationib. non licet, his uerbis:* Tractandum eſt, à quibus appellare non licet. Et quidem ſtultum eſt, illud admonere à principe appellare fas non eſſe: cum ipſe ſit, qui prouocatur. *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi princeps non fuit iudex in cauſa, ſed ad conſultationem iudicis reſcripſit. quæ replicatio approbatur l.2. C. de appellationibus, his uerbis:* Nouum, quod poſtulas, non eſt, quòd & ſi reſcripti mei authoritas interceſſerit, prouocandi tamen facultas tibi non denegatur. *Concordat l.1. §.1. ff. de appellationibus, ſed contradicunt ea quæ dicta ſunt ſ. Lib. prox. cap. 10. quæſt. 3. regul. 5.*

II. EXCEPTIO: *Niſi Præfectus prætorio iudicauit. Hæc exceptio approbatur l. unica. §. his cunabulis. ff. de officio præfecti prætorio. cuius uerba uide ſ. Lib. 2. cap. 10. reg. 1. Concordat l.19. §.1. C. de appellationibus, his uerbis:* A' Præfectis prætoriorum prouocare non ſinimus. *Planè hoc caſu in uicem appellationis introducta eſt ſupplicatio, & ſen-*

tentiæ retractatio: de qua J. *cap. prox. membr.* 3.

III. EXCEPTIO: *Nisi is qui uice præfecti prætorio iudex est, sententiam tulit. Hæc exceptio reprobatur l.* 19. *in prin. C. de appellationib. his uerbis:* A ꝓconsulibus, & comitibus, & ijs qui uice præfectorum cognoscunt, siue ex appellatione, siue ex delegatione, siue ex ordine iudicauerint, prouocari permittimus: ita ut appellanti iudex præbeat opinionis exemplum, & actu cum refutatorijs partium suisq; literis ad nos dirigat.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi legatus proconsulis pronunciauit. Hæc exceptio reprobatur l* 2. *ff. quis à quo appelletur: cuius uerba uide* J. *eod. cap. quæst.* 4. *reg.* 2.

V. EXCEPTIO: *Nisi senatus Romanus pronunciauerit. Hæc exceptio approbatur l.* 1. *§. sciendum. ff. à quib. appell. non licet, his uerbis:* Sciendum est appellari non posse à senatu principem, idque oratione diui Hadriani effectum est.

VI. EXCEPTIO: *Nisi iudex consensu litigatorum datus, pronunciauit. Hæc exceptio reprobatur l.* 23 *in prin. ff. de appellationibus, his uerbis:* Ex consensu litigantium citra compromissum à præside prouinciæ iudice dato, uictus potest prouocare. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex compromisso aliter sumptus sit: quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Citra compromissum. *de qua et uide* J. *Lib.* 9. *cap.* 4. *quæst.* 1. *causa* 7. *except.* 11.

VII. EXCEPTIO: *Nisi à proceribus sacri palatij sententia sit lata. Hæc exceptio approbatur l.* 35. *§. fin. C. de appellationib. cuius uerba uide* J. *Concordat l.* 34. *§. ut tamen. C. eod. tit. cuius uerba uide* s. *Lib. prox. cap.* 10. *quæst.* 3. *reg* 4.

VII. EXCEPTIO: *Nisi à principe iudex delegatus pronunciauerit. Hæc exceptio reprobatur l.* 16. *C. de appellationib. his uerbis:* Etiam eos qui imaginem principalis disceptationis accipiunt, appellationum adminicula necesse est accipere. *Hactenus de exceptionibus ex persona iudicis, qui sententiam protulit, sumptis. Sequuntur nunc exceptiones ex causa in qua iudicatum est & ex re, de qua est pronunciatum, desumptæ, nec non ex causa ob quam appellatur.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi causa in qua pronunciatum est exigua sit. Hæc exceptio reprobatur l.* 20. *C. de appellationib. his uerbis:* Et in maioribus & in minoribus negocijs appellandi facultas est: nec enim iudicem oportet iniuriam sibi fieri existimare eo, quòd litigator ad prouocationis auxilium conuolauit.

IX. EXCEPTIO: *Nisi causa sit infrà legitimam appellandi quantitatem. Hæc exceptio approbatur exemplo Nouell.* r. 23. *§. illud etiam, ibi: Nulla ei post. item ibi: & causas sine spe. cuius uerba uide* J. *eod. cap. reg.* 11. *cum sequentibus. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi plures species eiusdem causæ coniunctæ legitimam efficiant quãtitatem. Hæc replicatio approbatur l.* 10. *§.* 1. *ff. de appellationib. his uerbis:* Si quis, cum una actione ageretur, quæ plures species in se haberet, pluribus summis sit condẽnatus, quarum singulæ notionem principis non faciunt, omnes autẽ coniunctæ faciunt, quid dicendum est? & poterit ad principẽ appellare. Sed cum aduersus plures probatæ essent rationes quæ eis nocerent, sufficit eis una appellatio: quia uno titulo probatarum rationum omnes conueniebantur.

X. EXCEPTIO: *Nisi officialis à suo iudice ob malè gestum officium, fuerit condemnatus. Hæc exceptio approbatur l.* 3. *C. quorum appell. non recip. his uerbis:* Nulli officialium à sententia proprij iudicis prouocatio tribuatur: nisi in eo tantum negocio, quod ratione ciuili super patrimonio fortè apud proprium iudicem inchoauerit: scilicet, ut in eo tantum negocio à sententia eius, cui paret, iudicis quisquis uelit officialis appellet, quod per procuratorem etiam persequi iure tribuitur.

XI. EXCEPTIO: *Nisi causa in qua appellatur criminalis sit. Hæc exceptio reprobatur l.* 29. *C. de appellationib. his uerbis:* Addictos supplicio, & ꝓ criminum immanitate damnatos nulli per uim atque usurpationem uindicare liceat ac tenere: quibus in causa criminali humanitatis consideratione (si tempora suffragãtur) interponendæ prouocationis copiam non negamus: ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem per errorẽ uel gratiam cognitoris oppressa putatur esse iusticia: ea conditione, ut si proconsul, uel comes Orientis, uel præfectus Augustalis, uel uicarij fuerint cognitores, non tam ad clemẽtiam nostram, quàm ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Eorum enim de his plenum uolumus esse iudiciũ, qui (si ita res est, & crimen exegerit) rectius possint punire damnatos. *Concordat l.* 30. *C. eod. tit. his uerbis:* Si quis prouocatione interposita suspecti iudicis uelit prolatam euitare sententiam: in hac uoce liberam habeat potestatem, nec timeat contumeliam iudiciorum: cum & ab ipsa iniuria possit facile prouocari: & maximè cum à solo tantũ Præfecto prætorio, non sine dispendio causę prouocare, permissum sit. Sciãt igitur cũcti sibi ab iniurijs, & suspectis iudicib. & in capitali supplicio, ac fortunarum dispendio prouocationem esse concessam. *Concordat l.* 6. *§. fin. C. de episcop. audient. Planè proposita exceptio admittitur in quibusdam casibus, de quibus uide* s. *Lib.* 3. *cap.* 12. *quæst.* 1. *except.* 2.

XII. EXCEPTIO: *Nisi ab executione appelletur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.* 4. *in prin. ff. de appellationib. his uerbis:* Ab executore sententię appellare non licet. Sed ab eo qui malè sententiam iam interpretari

dicitur,

dicitur, appellare licet: si tamen is interpretandi potestatem habuerit, uelut præses prouinciæ, aut procuratot Cæsaris: ita tamen, ut in causis appellationis reddendæ hoc solum quæratur, an iure interpretatum sit: idque etiam diuus Antoninus rescripsit. *Concordat l.21. ibi: Quæ non contra executionem. C. eod. tit. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi executor malè sententiam dicatur interpretari. quæ replicatio ex iam dictis constat.*

Secunda replicatio est: Nisi executor sententiæ modum dicatur excedere. Hæc replicatio non absimilis est præcedenti, & approbatur l.5 C. Quorum appell. non recipiuntur. cuius uerba uide s. Lib.5. cap.9. de re litigiosa sequestranda, quæst.1 except. 3.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi à iureiurando in litem ob contumaciam aduersarij præstito, & exinde sententia lata, sit appellatum. Hæc exceptio reprobatur l.28. §.1. ff. de appellat. his uerbis:* Iussus à iudice exhibere, secundum pręceptum præsidis prouinciæ rationes, quas apud se esse cauerat, instrumentorum gratia data dilatione, nec postea exhibuit: ideoq; secundum constitutionem recitatam (quia instrumenta per contumaciam non exhibuerat) cum petitor quanti sua interesset exhiberi, iurasset; facta erat condemnatio, quæsitum est, an post iusiurandum appellationem interponere posset? Scęuola respondit, nihil proponi cur denegandum esset appellationis auxilium.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi res dilationem non recipiat. Hæc exceptio approbatur l. 7. in prin. ff. de appell. recipiendis, hisce uerbis:* Si res dilationem non recipiat, non permittitur appellare: uelut ne testamentū aperiatur, (ut diuus Hadrianus cōstituit) ne frumentū in usum militū in annonæ subsidia contrahatur, neúe scriptus hæres in possessionem inducatur.

XV. EXCEPTIO: *Nisi appelletur ne testamentum aperiatur, neúe hæres in possessionem mittatur. Hæc exceptio ex iam dictis constat. cui concordat l.6. C. Quorum appell. non recipiunt. his uerbis:* Quisquis ne uoluntas defuncti testamento scripta referetur, uel ne ij quos scriptos patuerit hæredes, in possessionem mittantur, ausus fuerit prouocare, interpositamq; appellationem, is cuius de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit: uiginti librarum auri mulcta, & litigatorem, qui tam importunè appellauerit, & iudicem, qui tam ignauá conniuentiam adhibuerit, inuoluat.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi contra id quod perpetuo edicto decretum est, appelletur. Hæc exceptio approbatur l.7. §. penult. ff. de appell. recip. his uerbis:* Si ex perpetuo edicto aliquid decernatur: id quo minus fiat, nō permittitur appellare.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi ne pignus uendatur, appelletur. Hæc exceptio approbatur d.l.7. §. fin. his uerbis:* Quo minus pignus uendere liceat, appellari non potest.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi in causa momentaneæ possessionis fuerit appellatum. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. si de moment. poss. his uerbis:* Cū de possessione, & eius momēto causa dicitur, & si appellatio interposita fuerit, tamē lata sententia sortitur effectum. Ita tamen possessionis reformationē fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa seruetur.

XIX. EXCEPTIO: *Nisi in causa fisci, uel tributariæ functionis sit appellatum. Hæc exceptio approbatur l.4. C. quor. appell. non recip. his uerb.* Abstinendū prorsus ab appellatiōe sancimus, quoties fiscalis calculi satisfactio postulatur, aut tributariæ functionis solēne munus exposcitur, aut publici, uel etiá priuati (dūmodo euidētis atq; cōuicti) redhibitio debiti flagitatur: aut necessario in contumacē uigor iudiciarius excitetur. *Concordat l.8. C. eo. tit. his uerbis:* Et publicarū necessitatū, & priuati ærarij deposcit utilitas, ne cōmoda, q̄ domui nostræ debentur, callidis debitorū artib. differantur. Quamobrē eorū appellatione reiecta, qui apertè manifesteq; conuicti sunt: hoc obseruari pręcepti huius authoritate cēsemus, ut ei quē constiterit publicū debitorē, appellatiōis beneficiū deuegetur. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi bonorū uacantium, aut hæreditatis tanquam indigno auferendæ nomine, fiscus controuersiam faciat. quæ replicatio approbatur l.22. C. de appellationib. his uerbis:* Lata sententia, quæ pertinet ad bona uacantia, & ad ea quæ ut indignis legibus cogentibus auferūtur, si quis putauerit prouocandum, uox eius debebit admitti.

XX. EXCEPTIO: *Nisi à mulcta ab iudice indicta, appelletur. Hæc exceptio reprobatur l.25. C. de appellationibus, his uerbis:* Et in mulctis à iudicibus inferendis, appellationes iubemus admitti.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi uictor appellet ob expensas litis, à quib. uictus est absolutus. Hæc except. approbatur sub conditione hac. Si uictus appellauit. l. ult. C. quādo prouocare non sit necesse, his uerbis:* Omnē honorem saluū iudicibus reseruantes, si quando una pars quasi læsa per definitiuā eorum sentētiam, prouocatione usa fuerit: interdicimus alteri parti, quæ uicit, ꝓ hoc tantūmodò quòd nihil capere pro sumptibus litis, & detrimentis, uel minus quàm oportuerat, iussa est, prouocationē offerre: cum & ipsa decisionem litis rectè factā esse confiteatur: iudicib. scilicet, siue florentissimis proceribus sacri nostri palatij, siue his quibus pro minore litium æstimatione cōsultationes delegantur (si prospexerint adiuuandū esse uictorem sumptuū perceptione) etiam sine prouocatione eius hoc sta-

tuentibus, & iustam eorundem sumptuum quãtitatem definientibus. Sed nec occasione consultationis introducẽdæ uictori prouocate concedimus: cum & priscis legibus liceat ei & sine prouocationis auxilio eandem consultationẽ differente suo aduersario introducere, & nos ei nihilominus hoc permittimus, iniuriam ex superuacua prouocatione iudicibus fieri prohibentes.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi non à definitiua, sed ab interlocutoria sententia sit appellatum. Hæc exceptio approbatur l. 7. C. Quorum appell. non recipiantur, his uerbis*: Ante sententiæ tempus, & ordinem euentus, nec à discussore, nec à rationali appellari liceat. *Concordat l. 6. §. super his. C. de appellationib. his uerbis*: Non nisi audita omni causa atque discussa, post sententiam dictam appellare conueniet. *Huius exemplum proponitur l. 4. ff. de appell. recip. cuius uerba uide* ∫. *except. 27. repl. 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi iudex quæstionem habendam interlocutus sit. ab hac enim interlocutoria potest appellari, quæ replicatio approbatur l. 2. ff. de appell. recip. his uerbis*: Ante sententiam appellari potest, si quæstionẽ in ciuili negocio habendam iudex interlocutus sit: uel in criminali, si cõtra leges hoc faciat. *Altera replicatio est: Nisi interlocutoria, à qua appellatur, uim habeat definitiuæ sententiæ. Hæc replicatio passim hodie in usu est, atq; in ore aduocatorum.*

Tertia replicatio est: Nisi fideiussores idonei, uel non idonei esse pronunciati sint. Hæc replicatio approbatur per ea quæ dicta sunt ∫. *Lib. 6. capite septimo, quæst. 7. reg. 1. Postremò pœna si ante definitiuam sententiam fuerit appellatum, proponitur l. 2. C. de episcopali aud. his uerbis*: Si clericus &c. *Hactenus de secundo genere exceptionum contra appellationes. Sequuntur nunc exceptiones reliquæ.*

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi iureiurando delato iuratum sit, uel non sit, & exinde sententia lata: hoc enim casu denegatur appellatio ei, contra quem est iuratum & pronunciatum. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt* ∫. *Lib prox. cap. 7. quæst. 1. except. 20. Sed & exceptionis propositæ replicatio hæc est: Nisi deferente iudice in litem sit iuratum. Hæc replicatio approbatur l. 28. §. 1 ff. de appell. cuius uerba uide* ∫. *hoc cap. except. 13.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi iudex ita datus sit, ne ab eo appelletur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. fin. ff. A quibus appellare non licet, his uerbis*: Interdum Imperator ita solet iudicem dare, ne liceat ab eo prouocare: ut scio sæpissimè à diuo Marco iudices datos, an & alius ita possit iudicem dare, uidebimus? & puto non posse.

XXV. EXCEPT. *Nisi appellans antea professus sit se nõ prouocaturũ. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. si quis, bisce uerbis*: Si quis ante sententiã professus fuerit se à iudice non prouocaturum: indubitatè prouocandi auxilium perdidit. *Concordat l. 5. §. fin. C. de temp. & reperat. appel. his uerbis*: Si partes inter se scriptura interueniente paciscendum esse crediderint, nemini parti licere ad ꝓuocationis auxilium peruenire, uel ullum fatale obseruare: eorũ pactionem firmam esse censemus. Legum etenim austeritatem in hoc casu uolumus pactis litigantium mitigari.

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi antè bis fuerit appellatum. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. Ne liceat in una eademq; &c. his uerbis*: Si quis in quacunque lite iterum prouocauerit, non liceat ei tertio in eadem lite super ijsdem capitulis prouocatione uti, uel sententias excellentissimorum præfectorum prætorio retractare: licentia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam, qui eum dedit, ante litis contestationem inuocare, & huiusmodi petitione minimè ꝓuocationis uim obtinente. *Cõcordat Nouell. c. 82. §. præbebunt. ibi: Nisi tertio. cuius uerba uide* ∫. *Lib. prox. cap. 11. reg. 10.*

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi appellans antea contumaciter absuit, & per contumaciam absens condemnatus sit. Hæc exceptio approbatur l. 73. §. fin. ff. de iudicijs, bisce uerbis*: Sciendum ex peremptorio edicto absentem condemnatum, si appellet, non esse audiendum, si modò per contumaciam defuerit: si minus, audietur. *Concordat l. 23. §. fin. ff. de appellationib. his uerbis*: Eum qui cognouit edictum peremptorium secundum ordinis causam datum, placuit non rectè prouocasse: cum in eius potestate fuerit, ante diem præstitutum pro tribunali respondentem, aut defensum edicti denunciationem rumpere. *Concordat item l. 1. C. Quorum appell. non recip. his uerbis*: Eius qui per contumaciam absens, cum ad agẽdam causam uocatus esset, condemnatus est: negocio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest. *Concordat item l. 4. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide* ∫. *except. 10. Concordat itẽ l. 11. §. cum autem cremodicium. C. de iudicijs. cuius uerba uide* ∫. *Lib. 5. cap. 1. quæst. 3. reg. 2. Concordat denique Nouell. c. 82. §. præbebunt, in fine. cuius uerba uide* ∫. *Lib. prox. cap. 11. reg. 11. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi appellans non per contumaciam absuit. quæ replicat. approbatur l. 73. §. fin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide paulo sup. ead. except. in pr.*

Secunda replicatio est: Nisi ideo non adfuit, quòd dicat se libellum principi dedisse, & expectare responsum. Hæc replicatio reprobatur l. 4. ff. de appell. recip. his uerbis: Eius qui ideò causam agere frustratur, quòd dicit se libellum principi dedisse, & sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: etsi ob eam causam prouocauerit, appellatio eius recipi sacris constitutionibus uetatur.

Tertia replicatio est: Nisi absens statim, postquam pronunciatum est, adsit. Hæc replicatio

appro-

approbatur l.7.in prin.ff.de in integrum reſtitut. his uerbis: Si citatua nō reſpondit, & ob hoc mō re ſolito pronunciatum eſt, confeſtim autē pro tribunali te ſedentem adijt, exiſtimari poteſt non ſua culpa, ſed parum exaudita uoce præconis defuiſſe. Ideoq; reſtitui poteſt. *Plura de exceptione propoſita uide ℈.eod.Lib. capite 3.exceptione 10.repl.1.& ſ̃.Lib.6.capite ſecundo,quæſt.7.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Niſi appellans antea dilationem ad ſoluendum petijt,uel alio modo ſententiæ adquieuit. Hæc exceptio approbatur l.5.C.de re iudicata,his uerbis:* Ad ſolutionem, dilationem petentem, adquieuiſſe ſententiȩ manifeſtè probatur: ſicut eū qui quolibet modo ſententiæ adquieuit. nec enim inſtaurari finita, rerum iudicatarum patitur authoritas. *Huius item exemplum proponitur l. 40.§.1.ff. de pactis,hiſce uerbis:* Qui prouocauit, pactus eſt, intra diē certum pecunia, qua trāſegerat, non ſoluta, iudicatiſſe ſatis facturū. Iudex appellatiōia nullo alio de principali cauſa, diſcuſſo iuſtā cōuētionē, ueluti cōfeſsi, ſequetur.

XXIX. EXCEPTIO: *Niſi intra decennium à lata ſententia non appellauit. Hæc exceptio tractatur ℈.eod.cap. quæſt.5.*

III. QVIBVS COMPETAT ius appellandi.

Regulariter alij quàm ei, qui condemnatus eſt, uel in iudicio egit, ius appellandi non competit. quæ regula approbatur l.1.§.ſed ſi alius.ibi: Quia in aliena cauſa. ff.quando appellandum ſit.cuius uerba uide ℈. eod. cap.q.5. Concordat l.1.ff.de appell.recipiendis, his uerbis: Non ſolēt audiri appellātes, niſi hi quorum intereſt. uel quib. mandatū eſt, uel qui negociū alienū gerūt quod mox ratum habeatur. Sed & ſi mater cū filij rē ſentēria uerſam animaduerterit, & prouocauerit, pietati id dando: dicendū eſt, & hanc audiri debere: & ſi litē præparandā curare maluerit, intercedere non uidetur, licet ab initio defendere non poteſt. *Concordat l.5.in prin. ff.eod. tt.cuius uerba uide ℈. except. proxim.* *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi appellantis interſit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi hi quorum intereſt. *Concordat l.4. §.alio cond ff.de appell. his uerbis:* Alio condemnato, is cuius intereſt, appellare poteſt: qualis eſt, qui per procuratorē expertus uictus eſt, nec ꝓcurator ſuo nomine appellat. Item ſi emptor de ꝓprietate uictus ſit, eo ceſſante auctor eius appellare poterit. Aut ſi auctor egerit, & uictus ſit, non eſt deneganda emptori appellādi facultas Quid enim ſi uēditor, q appellare noluit, idoneus nō eſt? quin etiā ſi auctor appellauerit, deinde in cauſæ defenſione ſuſpectus ſit uiſus? perinde defenſio cauſæ emptori cōmittenda eſt, atq; ſi ipſe appellaſſet. Idq; ita cōſtitutū eſt in perſona creditoris, cū debitor uictus appellaſſet, nec ex fide cauſam defenderet. Quȩ cōſtitutio ita accipiēda eſt, ſi interueniēte creditore debitor de pignore uictus prouocauerit. nā abſenti creditori nullū præiudiciū debitor facit, idq; conſtitutū eſt. *Concordat l. 5.ff.eod.tt.his uerbis:* A' ſentēria inter alios dicta appellari non poteſt, niſi ex iuſta cauſa: ueluti ſi quis in cohæredū prȩiudiciū ſe cōdēnari patiatur, uel ſimilē ob cauſam: quāuis & ſine appellatione tutus eſt cohæres. Itē fideiuſſores pro eo ꝓ quo interuenerūt. Igitur & uēditoris fideiuſſor emptore uicto appellabit, licet emptor & uenditor adquieſcāt. Si hæres inſtitutus uictus fuerit ab eo qui de in officioſo teſtamēto agebat: legatarijs, & qui libertatē acceperūt, permittendū eſt appellare, ſi querantur per colluſionem pronunciatū: ſicut diuus Pius reſcripſit. Idēq; reſcripſit, legatarios cauſam appellationis agere poſſe. Sed & ſi in fraudē ſuā trāſactione factā ab eo qui appellaſſet, dicerēt, idē dicendum eſt. Sed & ſine appellatione ſi fuerit tranſactū: ſimiliter reſcriptū eſt. *Concordat item l.14.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Si proluſorio iudicio actū ſit aduerſus teſtamētū, an ius faciat iudex uidendum eſt? & diuus Pius, cum inter cōiunctas perſonas diceretur per colluſionē in necē legatariorū & libertatum actū, appellare eis permiſit: & hodie hoc iure utimur, ut poſsint appellare: & agere cauſam apud ipſum iudicē, qui de teſtamēto cognoſcit: ſi ſuſpicantur nō ex fide hæredē cauſam agere. *Concordat deniq; exceptioni propoſitæ l.2.§.ſed ſi alius.ff. quando appellandum.de quo ℈.* *Secunda propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi alij qui appellat, mandatum ſit. Hæc exceptio approbatur l.1.ibi: Vel quibus mandatum eſt.ff.de appell.recip.cuius uerba uide paulo ſuperius ead. reg. in prin.* *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi à procuratore non à principali reo mandatū ſit. Hæc replicatio reprobatur l.4.§.fin.ff. de appellationib. his uerbis:* Si procurator qui iudicio interfuerit, uictus ſit? an ipſe quoq; per procuratorē appellare poſsit, uideamus? quia conſtat ꝓcuratorem alium procuratorem facere non poſſe. Sed meminiſſe oportet, quòd procurator lite cōteſtata dominus litis efficitur. Et ideo & per procuratorem appellare poteſt. *Concordat l.10. C. de appellationib. his uerbis:* Si actor à curatore ordinatus, deteriorē calculū reportauerit, tam ipſe, quàm curator ad ꝓuocationis auxiliū poſſunt peruenire: curator uerò ſolus prouocationis litem exercebit. Sin autem interim adoleſcens ueniā ætatis impetrauerit, uel ad legitimam ætatem peruenerit: poteſt ſuo nomine appellationem exercere. *Tertia exceptio eſt: Niſi dominus in cauſa ſerui appellauerit. Hæc exceptio appro*

batur l.15.ff.de appell. his uerbis: Serui appellare non possunt: sed domini eorũ ad opẽ seruo ferendã possunt, uti auxilio appellationis, & alius domini nomine id facere potest. Si uerò neq; dominus, neq; alius pro domino appellauerit: ipsi seruo qui sententiam passus est, triste auxilium sibi implorare nõ denegamus. *Quarta exceptio est: Nisi seruus in causa domini appellauerit. Hæc exceptio reprobatur l.18. in prin.ff.de appellationib.his uerbis*: Creditor cũ fideiussoribus egerat: sed post iudicium acceptum ad agẽdam causam ipse nõ adfuit: & cum absoluti essent fideiussores, seruus eius appellauit: quæsitum ast, an appellatio quam seruus interposuit nomine domini, nullius momenti esset? Scæuola respondit, eiusmodi appellationẽ non esse obseruandam. *Quinta exceptio est: Nisi pater, uel mater in causa filij appellauerit. Hæc exceptio approbatur l.2.§.si is qui.ff.quando appellandum sit, cuius uerba uide ꝫ.quæst.5.eod.cap. Cõcordat l.1.ibi: Sed & si mater.ff. de appellat. recip. cuius uerba uide s̃.ead.quæst. in pr. Sexta exceptio est: Nisi filius in causa patris appellauerit. Hæc exceptio approbatur l.23.§. filiumfa.ff. de appellat.his uerbis*: Filiumfamiliâs, cum aduersus patrem eius de bonis, quę per ipsum poterant adquiri, pronũciatum esset: Papinianus respondit, nõ nisi patris nomine potuisse prouocare. *Septima exceptio est: Nisi alio appellante, ratum id à domino litis sit habitum. Hæc exceptio approbatur l.1.ibi: Vel qui negociũ.ff.de appell. recip. cuius uerba uide s̃.ead.q.in prin. Octaua exceptio est: Nisi cum quis ad supplicium esset damnatus, alius pro eo appellet. Hæc exceptio approbatur l.6.ff. de appell.his uerbis*: Non tantum ei qui ad supplicium ducitur, prouocare permittitur, uerùm alij quoq; nomine eius: non tantum si ille mandauerit, uerùm quisquis alius prouocare uoluerit, neq; distinguitur utrũ necessarius eius sit, néc ne? credo enim humanitaris ratione omnẽ prouocãtẽ audiri debere. Ergo & si ipse adquiescat sententiæ: nec quærimus cuius intersit. Quid ergo si resistat, qui damnatus est aduersus prouocationẽ; nec uelit admitti eius appellationem, perire festinans? adhuc putat Martianus differendum supplicium.

IIII. QVI APPELLANDI, seu ad quos.

Prima regula. Gradatim appellandũ est, non omissa medio. quæ regula approbatur l.21. in prin.ff. de appellat.his uerbis: Impp. Antoninus & Verus rescripserũt, appellationes quæ rectà ad principẽ factæ sunt, omissis his ad quos debuerunt fieri: ex imo ordine ad præsides remitti. Iidẽ rescripserunt, à iudice quẽ à præside prouinciæ quis acceperat, non rectè Imperatorẽ appellatũ esse. Ideoq; reuarti eum ad præsidẽ debere. *Concordat Nouell. 6, 17.§.scito tanq; cuius uerba uide s̃.Lib.1.cap.1.reg.8. in princ. Huius exemplum etiã proponitur l.29.§.ea conditione. C.de appellat. cuius uerba uide s̃.hoc cap.q.2.excep.11. Item concordat Nauell.c.23.§.illud etiam. cuius uerba uide ꝫ.reg.11.*

Secunda reg. A' sententia legati proconsulis, proconsul appellari potest. quæ regula approbatur l.2.ff. quis à quo appelletur, his uerbis: Appellari à legatis procõsulis potest: & si mulctam dixerit, potest de iniquitate eius proconsul cognoscere, & quod optimũ putauerit, statuera.

Tertia reg. A' Pratore præfectus urbi appellatur. quæ regula approbatur l.17.C.de appell.his uerbis: Si apud utrunq; Prætorẽ, dum quæstio uentilatur, ab aliqua parte auxiliũ prouocationis fuerit obiectum: præfecturę urbis iudicium sacrum appellator obseruet.

Quarta reg. A' præside Bithyniæ, Paphlagoniæ, Lydiæ, &c. Præfectus urbi appellatur quæ reg. approbatur l.23.C.de appell.his uerbis: Cũ appallatio interposita fuerit, per Bithyniã, Paphlagoniã, Lydiã, Hellespontum, insulas etiã ac Phrygiam salutarẽ, Europam ac Rhodopen, & Aemum montem: præfecturę urbis iudiciũ sacrum appellator obseruet.

Quinta regula. A procuratore Cæsaris appellatur præfectus Pretorio. quæ regula iuxta Glossam approbatur l.26.C.de appellat. cuius uerba uide s̃.Lib.2.cap.4.q.2.except.2.repl.6.

Sexta reg. A' procõsule, uel Augustali, uel comite Orientis, uel Vicario appellatur Præfectus pretorio, & quæstor sacri palatij. Hæc reg. approbatur l.32. in pr. C.de appell.his uerbis: Pręcipimus ex appellationib. spectabiliũ iudicũ, quæ per cõsultationes nostri numinis disceptationẽ implorant, nõ nostrã ulteriua audientiã expectari: ne nostris occupationibus, quib. pro utilitate mũdi à singulorũ nõnunquã negocijs auocamur, aliena fraudari cõmoda uideantur. Sed si à procõsulib. uel Augustali, uel comite Oriẽtis, uel Vicarijs fuerit appellatũ: uirũ illustrẽ Præfectũ ꝑtorio, qui in nostro est comitatu, uirũ etiã illustrẽ quæstorẽ nostri palarij, sacris iudicijs præsidẽtes disceptationem iubemus arripere, eo ordine, ea obseruatione, ijsdẽq; tẽporibus, quib. cæteræ quoq; lites fatali die post appellationem in sacris auditorijs terminantur. Et hæc, licet quidã prædictorũ spectabilium iudicũ iure concesso, ut sacri iudices, appellationes acceperint. *Concordat l.29.§.ea conditione. C. eod.tit.*

Septima reg. A delegato appellatur delegãs, seu is qui iudicẽ dedit. quæ regula approbatur d.l.32.§.hæc si appellatio, his uerbis: Hęc si appellatio fuerit oblata, qui nõ ex delegatione cognoscit. Eorũ enim sentẽtijs appellatione suspẽsis, qui ex delegatione cognoscũt, necesse est, eos ęstimara, iustè nécne fuerit appellatum, qui causas delegauerint iudicãdas. *Concordat l.u. in prin.*

in prim. ff. quis à quo appelletur, his uerbis: Quod dicitur, eũ appellari, qui dedit iudicẽ: sic accipiendũ est, ut & successor eius possit appellari. Proinde & si pfectus urbis iudicẽ dederit, uel Præfectus ptorio, ipse erit prouocandus, qui eũ iudicẽ dederit. *Concordat l. 3. ff. eod. tt. his uerbis*: Dato iudice à magistratib populi Rom. cuiuscũq; ordinis, etiãsi ex authoritate principis, licet nominatim iudicẽ declãratis dederint, ipsi tñ magistratus appellabũtur. *Huius exemplũ proponitur l. 2. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. reg. 2. Aliud exemplum proponitur l. 21. §. iudem. ff. de appell. cuius uerba uide s̃. reg. 1. Concordat item Nouell. c. 82. §. accommodabuntq;, his uerbis*: Si à pedaneis, seu gloriosissimis uiris causæ per prouocationẽ suspẽdantur, siquidẽ a nobis ipsis & seorsim delegatæ sint, hæ pro quãtitate, aut cõmuniter apud gloriosissimos iudices nostros, examinentur, aut alijs secundũ consuetudinẽ sacrarũ consultationũ delegentur: aut si qui fortè ex gloriosissimis nostris magistratib. causas ipsis delegarint, ad eos qui audientiã his cõmiserũt, appellatio deueniet, & pdicto modo ab illis denuò huiusmodi iudicabũtur. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi non uniuersa, sed unius causæ iurisdictio sit mandata. quæ exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. quis à quo appell. his uerbis*: Ab eo cui quis mandat iurisdictionẽ: non ipse prouocabitur. nam & generaliter is erit prouocandus ab eo cui mãdata est iurisdictio, qui prouocaretur ab eo qui mandat iurisdictionem. *Huius exceptionis replicatio prima proponitur l. 33. C. de appell. his uerbis*: Eo casu quo apparitor magisteriç potestatis decuria uel officio cohortali, de statu in puincia patitur controuersiã, uel ut tributa uel functiones debens in prouincia detinetur: si sententia Rectoris puinciç fuerit appellatione suspẽsa, cũ tua sublimitate ultro quoq; magnifico magistro militũ cognoscente, causæ iubemus merita ponderari, licet magister militum Rectori prouinciç causam delegauerit perorandam. *Altera replicatio proponitur Nouell. c. 123. §. ceterùm si episcopus. cuius uerba uide J. Lib. 10. capite tertio, regul. 10. exceptione 3.*

Octaua regula. A duce magister officiorũ & sacri palatij Quæstor appellatur. quæ regula approbatur l. 36. C. de appellat. his uerbis: Si quando duciano iudicio appellatio fuerit oblata: siue ab ipsa qualitate iudicis, siue ex diuina delegatione uiro spectabili duci destinata, siue inter spectabiles idem dux cõnumeretur, siue illustri dignitate decoretur, siue etiam maiore (cum etiam magisteriæ potestis homines, nec non consulares sæpe, utilitate publica poscente, ad huiusmodi curam perueniant) nullo discrimine habito, non dignitatem, sed ducatus magistratum spectari: & appellationem ex quocunque duce peruenientem, non ut antea erat dispositum, sed apud uirum sublimissimum magistrum officiorum, nec non uirum excellentissimum nostri palatij quæstorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationum, uiris deuotis epistolaribus excipientibus uentilari: nulla ueteris legis in hac causa obseruatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos iudices causa trutinanda. *Ait Imperator*: Nõ ut antea erat dispositũ. *Per hæc uerba uidetur tolli ac mutari id, quod cauetur l. 32. §. quod si à duce. C de appellation. his uerbis*: Si à duce fuerit appellatum, si idem & præses sit, præfectura necessariò tantum iure ordinario in sacro auditorio iudicabit.

Nona regula. Ab eo cui princeps causam delegauit siquidem non sit illustris Præfectus prætorio, & quæstor sacri palatij appellatur. Sin uerò illustris sit, cui causa delegata est, uel cum duobus delegata esset, unus illustris sit, alter non sit: princeps appellatur. quæ regula approbatur l. 32. §. huic saluberrimæ. C. de appellationib. his uerbis: Huic saluberrimæ legi illud consultissimè credidimus inferendum, ut si priuato nõ illustri uni pluribusúe (ut adsolet) nostra serenitas adita delegauerit causam, & eius eorumúe definitio fuerit appellatione suspensa: uir quidem magnificus Præfectus prætorio, qui in nostro est comitatu, cũ uiro illustri quæstore temporali uidelicet die cognoscat. Nostri uerò libellenses, quę apud arbitros gesta sunt, suscipiant, cognitiones inducant, & ea quæ geruntur excipiãt, scribãt, scriptaq; litigatorib. edãt, qui etiã apud arbitros (licet illustres sint) ex delegatione nostra cognoscentes excipiũt, si in sacratissima nostri numinis comitatu causæ dicãtur. Sanè si illustriũ ac magnificorũ iudicũ sentẽtiæ fuerint appellatione suspensę, eorũ uidelicet quorũ sentẽtias licet appellatione suspendi: per consultationem nostrã uolumus audiẽtiã expectari: licet antea priuato homini, id est nõ illustri lite à nobis delegata. is postea tẽpore definitiõis illustri decoratus dignitate reperiatur. Eodẽ obseruãdo, etsi alter ei cõiunctus sit arbiter, qui nõ illustrẽ meruit dignitatẽ. Quidquid autem hac lege specialiter nõ uidetur expressum, id ueterum legum constitutionumq; regulis omnes relictum intelligant.

Decima regula. Ab illustri ac magnifico iudice appellatur princeps. quæ regula approbatur uerbis s̃. regula prox. propositis, hisce: Sanè si illustrium ac magnificorum iudicum sententiæ fuerint appellatione suspensæ, &c.

Vndecima regula. Ex Aegyptiaco tractu, uel Libya appellatur præfectus Augustalis. quæ regula approbatur Nouell. c. 23. §. illud etiam, his uerbis: Illud

disponendum est, quod antiquitas benè statuit, nouitas autem neglexit. Cum enim ueneranda uetustatis authoritas ita magistratus digessit, ut alij maiores, alij medij, alij minores essent, & appellationes à minoribus iudicibus, non ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito, litem exercerent: nouitas autem hęc dereliquit, euenit ut super minimis causis maximi nostri iudices inquietētur, & homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendijs, ut forsitan totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficias, Ideoque sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu, uel adiuncta ei utraque Libya prouocatio speratur, usque ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc regiam urbem uenire, sed ad præfectum Augustalem, qui audiat & causam dirimat uice sacri cognitoris, nulla ei post definitiuam sententiam appellatione porrigenda.

Duodecima regula. Ex Asia dioecesi uel Pontica appellentur uiri spectabiles, quibus specialiter Princeps commiserit. quæ regula approbatur d. § illud etiam. ibi: Similiq; modo, his uerbis: Similique modo quoties in Asiana diœcesi, uel Pontica tale aliquid emerserit, usq; ad prædictam quātitatem decem librarum auri ad uiros spectabiles (comites fortè, uel proconsules, uel prætores, uel moderatores) quibus specialiter easdem lites peragendas deputauimus, remittantur, quatenus & hi ad similitudinem præfecti Augustalis uicem sacri cognitoris intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen & legum timore proferant decidendas.

Decimatertia regula. Ex tractu Orientali appellatur comes Orientis. quæ regula approbatur ibidem, his uerbis: Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, & usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad uirum spectabilem comitem Orientis mitterre, simili modo audientiam & finem eis impositurum.

Decimaquarta regula. Ex prouincia Lycaonia, prætor Lycaoniæ appellatur. quæ regula approbatur Nouell. c. 25. de pretore Lycaoniæ. §. secundum legem. cuius uerba uide §. Lib. 2. cap. 17. de pretore Lycaoniæ.

Decimaquinta regula. Ex prouincia Caria, Cypro, Mysia, Scythia & Cycladib. insulis quis appelletur, de finitur Nouell. c. 41. his uerbis: Scimus paulo ante sacram à nobis constitutionem factā, &c.

Decimasexta regula. Ab ordine præses appellatur. Quæ regula approbatur l. 1. §. solet i in fine ff. quando appellandum sit, his uerbis: Solent plerunque præsides remittere ad ordinem nominatū, scilicet ut Caium Seium creent magistratū, uel alius quis honor uel munus in eum conferatur. Vtrum igitur tūc appellandum est, cum ordo decretum interposuerit: an uerò à remissione, quam præses fecerit, appellatio sit interponenda? & magis est ut tunc sit appellandum, cum ordo decreuerit. Magis enim consilium dedisse Pręses uidetur, quis sit creandus, quàm ipse constituisse. Deniq; ipse erit appellādus, non ab eo prouocandum. Sed etsi præses in ordine fuerit (ut fieri adsolet) cum ab ordine crearetur quis, ipse erit prouocādus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat appellatio.

Decimaseptima regula. Ne à pari par iudex appelletur, proponitur Nouell. constitutione 23. §. illo uidelicet, his uerbis: Illo uidelicet obseruando, ut uiri spectabiles, duces, uel alij spectabiles iudices, non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices, suas transmittant appellationes in litibus, quantęcunque sint quantitatis cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed à minore iudicio in maius tribunal ascendere: sed ad illustrissimam præfecturam illorum appellationes, cuiuscunque sint quantitatis (ut dictum est) dirigantur, qui unà cum uiro excelso pro tempore quæstore eas diritmat: utroque officio subministrante, id est tam ex sacris scrinijs more solito, quàm præfectorio: ita tamē hæc sancimus, ut nec à ducibus, uel alijs spectabilibus iudicibus, quibus fortè (etsi priuati sint) imperialis maiestas causas iniunxerit, appellatio ad memoraros spectabiles iudices currat, ne causa nō gradatim procedere, sed perperam uideatur. Sed à præsidibus quidem prouinciarum & iudicibus à nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quātitatem referetur. Si autem illustres sint dati à nobis iudices, quibus apices dignitatū super spectabilitatem sunt, uel duces qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, uel hi qui à principe delegari sunt, spectabilem habeant dignitatem: eorum appellationes sub quacunque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referuntur: omnibus alijs quæ in appellationibus statuta sunt, uel ab antiqua prosapia, uel ab authoritate anteriorum cō stitutionum, uel à nostra humanitate intactis illibatisq; custodiendis.

Decimaoctaua regula. De commutando appellationis iudice, proponitur l. 28. C. de appellationib. his uerbis: Si quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi, & suos libellos recuperandi: ne iustè pœnitudinis humanitas amputetur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi minorem iudicem primū appellauerit, quàm is est, à quo appellat. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appel.*

de qua re uide J. cap. 3. except. 47. repl. 1.

V. QVANDO, ET QVAMdiu appellandum.

In propria causa biduum, in aliena causa triduũ iure antiquo datur ad appellandum. quæ regula approbatur l. 6. §. penult. C. de appellat. his uerbis: Si in iudicio propriã quis fuerit causam persecutus, atq; separatus noluerit prouocare, eodẽ die uel altero libellos appellatorios offerre debebit. Is uerò qui negociũ tuetur alienũ, supradicta conditione etiam tertio die ꝓuocabit. *Concordat l. 1. §. in propria. ff. quando appellandum sit, his uerbis*: In propria causa biduum accipitur. *Declaratur regula proposita d. §. in propria cũ sequent. his uerbis*: Propriã causam ab aliena quemadmodum discernimus? Et palàm est, eam propriam esse causam, cuius emolumentũ uel damnum ad aliquẽ suo nomine pertinet. Quare procurator, nisi in rẽ suam datus est, tertium diem habebit. In suam autem rem datus, magis est, ut alterum diem obseruet. At si in partem proprio nomine, in partem pro alieno litigat: ambigi potest, utrum biduum an triduum obseruetur? Et magis est, ut suo nomine biduum, alieno triduum obseruetur. Tutores, itẽ defensores rerumplicarum, & curatores adolescentum, uel furiosi, tertium diem habere debent: idcircò quia alieno nomine appellant. Ex hoc apparet, tertio die prouocandum defensori, si modò quasi defensor causam egerit, non suo nomine: cum obtentu alieni nominis suam causam agens, tertio die appellare posſit. Si quis suspectũ tutorem faciens non obtinuerit, appellare eum intra triduum debere Iulianus lib. XL. Digestorum scribit: Profectò quasi pupilli defensorum. *Pertinet item ad regulam propositam declarandam l. 2. tota. ff. eod. tit. cuius hæc sunt uerba*: Si ꝓcuratorio nomine egeris, & uictus appellaueris: deinde iniusta appellatio tua fuerit ꝓnunciata, potest dubitari nũ secundo die appellare debeas: quia cum de tua iniusta appellatione pronunciatũ sit, tua interfuisse uidetur. Sed rectius dicetur, tertia die appellare te posse: quia nihilominus alienã causam defenderis. Sed si alius quàm qui iudicio expertus est, appellet, qualis est is cuius interest, an etiã tertia die appellare posſit, uideamus? Sed dicendum est, secunda die appellare eum debere: quia uerum est, eum suã causam defendere. Et contrariũ est ei, si dicat, idcircò sibi licere intra triduũ appellare, quia uidetur quasi alieno nomine appellare: quando si uelit causam suã alienã uideri, semetipsum excludat: quia in aliena causa ei qui in iudicio expertus nõ est, appellare nõ liceat. Si is qui ex libertinitate in ingenuitatẽ se defendebat, uictus appellare omiserit, an pater eius appellare posſit, maximè si dicat eũ in sua potestate esse, quæritur. Sed & si potest (qđ magis probatur) secũda die, ut in ꝓpria causa appellare debet. Si ꝓ eo qui capite puniri iussus est, necessaria ꝑsona appellet, an tertia die audiri posſit Paulus dubitat: sed dicendũ est, hãc quoq; ꝑsonã, ut in ꝓpria causa, secũda die appellare debere: quia qui sua interesse dicit, ꝓpriã causam defendit. *Huc pertinet etiã l. 20. in pr. ff. de appell. his uerbis*: Qui suspectũ tutorẽ facit, & qui de nõ recipiẽda tutela excusationem agit: alieno nomine agere intelligẽdus est. Is uerò qui in rẽ suã ꝓcurator datus est, intra biduũ appellare debet: quia suam causam agit. *Cõcord. itẽ l. 1. ff. de appell. recip. his uerbis*: Intra triduũ appellare licet ei, q de suspecto tutore egit, uictusq; appellat. *Planè quæ hactenus dicta sunt de biduo & triduo, tolluntur, illudq; biduũ ac triduũ sublata distinctione mutatur in decenniũ. Nouell. c. 23. in prin. usq; ad §. ad hæc sancimus, his uerbis*: Anteriorũ legũ acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hoc circa appellationes faciẽtes, & in præsenti ad huiusmodi beneficiũ peruenire duximus esse necessariũ. Antiquitati etenim cautũ erat, ut si quis ꝑ se litẽ exercuisset, & fuisset condemnatus, intra duos dies tantũmodò licentiã appellationis haberet. Sin aũt ꝑ ꝓcuratorem causa uentilata esset, & in triduũ proximum ea extenderetur. Ex rerũ aũt experientia inuẽnimus hoc satis esse dãnosum. Plures enim homines ignaros legũ subtilitatis, & putantes in triduũ esse ꝓuocationes porrigẽdas, in propriũ periculũ incidisse, & biduo trãsacto, causas perdidisse. Vnde necessariũ duximus huiusmodi rei cõpetenter mederi. Et sancimus, oẽs appellationes siue per se, siue per ꝓcuratores, seu per defensores, uel curatores, uel tutores uentilẽtur, posse intra decẽ dierũ spaciũ à recitatione sentẽtiæ numerandũ iudicib. ab his quorũ interest offerri, siue magni, siue minores sunt (excepta uidelicet sublimisſima Prætoriana ꝓfectura) ut liceat homini intra id spaciũ plenisſimè deliberare siue appellãdũ sit ei, siue qescẽdũ, ne timore instãtię opus appellatoriũ frequẽtetur: sed sit omnib. inspectionis copia. q & indiscussos hominũ calores potest refrenare. Iure itaque nouo siue in propria siue in aliena causa quis appellare uelit, decem dies illi ad appellandum constituuntur, ueteri iure de biduo & triduo sublato. *Planè quæ de tempore quo biduum ac triduum currere incipiebat, iure antiquo statuta sunt, & ad ius nouum decem dierum transferri possunt. Biduum autem & triduum illud currere incipiebat ex die latæ sententiæ. quod approbatur l. 1. §. biduum. ff. quando appellandum sit, his uerbis*: Biduum uel

triduum

triduum appellationis, ex die sentẽtiæ latæ cõputandũ erit. *Idem in iure nouo de tempore decem dierũ statuitur uerbis paulo superius propositis hisce:* A'recitatione sentẽtiæ numerandum, &c. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sub cõditione lata sit sententia: hoc enim casu uidetur à tempore cõditionis existentis tempus numerandũ: uerùm exceptio hæc reprobatur d. §. biduũ, his uerbis:* Quid ergo? si sententia fuerit sub condictione dicta: utrũ ex die sententiæ latæ tẽpus computamus ad appellandũ, an uerò ex die quo conditio sententiæ extitit? Sanè quidẽ non est sub conditione sentẽtia dicenda. Sed si fuerit dicta, quid fiet? & est utile, statim tẽpora ad appellandũ computari debere. *Secunda exceptio est: Nisi iudex sententiam latam Imperatori transmiserit confirmandam, uel ut locus pœnæ adsignetur: hoc enim casu etiam à rescripto principis tempus currit. quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. quando appellandum, his uerbis:* Siquidem in insulam deportandũ adnotauerit Præses prouinciæ, & Imperator rescripsit, ut deportetur: uideamus quando sit prouocandum: utrum cum rescripsit, an cum ei scribitur? & putat Vlpianus tunc esse appellandum, cũ recipi eum præses iubet: sententia prolata Imperatori scribendum, ut deportetur. Cæterùm uerendũ est, ne serò fit, ut tunc prouocetur, cum Imperator insulã ei adsignauerit. Cõprobata enim sententia præsidis, tũc solet insulam adsignare. Rursus illud uerẽdũ est, si mendacijs apud Principẽ onerauerit eũ quẽ deportandũ laborabat: intercludi illi uiã prouocãdi. Quid ergo est? rectè dicetur humanitate suggerẽte, ut & hoc & illo tempore non frustrà prouocaretur: quia non aduersus principem, sed aduersus iudicis calliditatem prouocauit. Simili modo & in decurione erit probandũ: quẽ punire sibi præses prouincię permittere nõ debet: sed recipere eũ in carcerẽ, & principi scribere de pœna eius. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi non necessariò sententia principi transmittatur, sed consuletur princeps, exemplo literarũ consultationis litigatori edito. quæ replicatio approbatur l. 3. ff. quãdo appell. cuius uerba uide s̃. Lib. prox. cap. 10. q. 3. reg. 5. Tertia exceptio est: Nisi præses ad munus uel honorẽ nominatum aliquem remisit, ad ordinẽ confirmandum: hoc enim casu non à die nominationis uel remissionis tempus currit: sed à tempore decreti ab ordine interpositi. quæ exceptio approbatur l. 1. §. solent. ff. quando appell. cuius uerba uide s̃. quæst. prox. reg. 16. Plures propositæ regulæ exceptiones uide j. eod. Lib. cap. 3. exc. 47. repl. 2. Sed & ad quæstionem propositam pertinet, quod ante sententiã appellari non possit. de qua re uide s̃. eod cap. q. 2. exce. 22.*

VI. *Quot appellationibus sit opus, uide j. eod. Lib. cap. 3. except. 47. repl. 3 & 4.*

VII. FORMA ET MODVS appellandi quis sit.

Prima reg. Regulariter in scriptis est appellandũ. cuius regulæ exceptio hæc est: Nisi quis ipso die, quo sentẽtia fertur, apud acta uiua uoce appellet. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. de appell. his uerb. Si apud acta quis ipso die uiua uoce appellauerit, satis erit si dicat Appello. *Concordat l. 5. §. fin. ff. eo. tt. his uerbis:* Si quis ipso die inter acta uoce appellauit, hoc ei sufficit: si aũt hoc non fecerit, ad libellos appellatorios dandos biduũ uel triduũ cõputandũ est. *Cõcordat item l. 14. C. eod. tt. his uerbis:* Litigatorib. copia est etiã non conscriptis libellis illico appellare uoce, cùm res poposcerit iudicata, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis.

Secunda reg. De libellis appellatorijs concipiendis, proponitur l. 1. §. fin. ff. de appell. his uerbis: Libelli qui dãtur appellatorij, ita sunt cõcipiẽdi, ut habeãt scriptũ, & à quo dati sunt, hoc est, q appellet: & aduersus quẽ, & à qua sentẽtia. *Ait Iurisc̃õsultus:* Et à quo dati sunt, hoc est, qui appellet. *Hic quæritur si plures sint aduersus quos pronunciatũ sit, an si non omniũ nomina in libello sint cõprehensa præscribatur? Cui respõdet Iurisconsultus l. 3. §. certè si plures. ff. eod. tt. his uerbis:* Certè si plures hi sunt aduersus quos p̃nũciatur, & quorundã nomina in libellis sunt cõprehensa, quorundã nõ: hi soli appellasse uidebũtur, quorũ nomina in libellis sunt cõprehensa. *Ait insuper Iurisconsultus.* Et aduersus quẽ. *Hic quæritur an si illud sit omissum obstet præscriptio? cui respondet Iurisconsultus d. l. 3. in pri. his uerbis:* Scio quæsitũ, si quis nõ addiderit in libellis contra quẽ aduersariũ appellet, an præscriptiõi subijciatur? Et puto (inquit) nihil oportere pręscribi. *Sed & ibidem quæritur, si cum plures aduersarios haberet, non omniũ nomina libello inseruisset, an ei ab ijs quorum nomina omissa sunt, præscribi possit. Cui æquè respondet Iurisconsultus d. l. 3. §. 1. his uerb.* Sed illud cecidit in q̃stionẽ, si plures habuerit aduersarios, & quorũ nomina in libellis sint cõplexa, quorundã nõ, an æquè p̃scribi ei possit ab his quorũ nomina comprehensa nõ sunt, quasi aduersus eos ipsos adquieuerit sentẽtiæ, & cũ una causa sit, arbitror nõ esse prescribendũ. *Ait deniq; Iurisconsultus:* Et à qua sententia. *Hic quæritur. Si non adiecerit in libello, à qua parte sententiæ appellet, an ei præscribatur. Cui respondet Iurisconsultus l. 13. in pr. ff. eod. tt. his uerbis:* Appellanti nihil obesse qđ in libellis, à qua parte sententię appellaret, non significauit.

Tertia regula. De libellis appellatorijs dandis. Si libelli appellatorij intra legitimũ tẽpus non sint dati, obstat præscriptio. quæ reg. approbatur l. 5. §. fin. ff. de appell. cuius uerba uide s̃. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi uiua uoce apud acta appellauerit. quæ exceptio proposita est s̃. d. reg. 1. Secunda exceptio

ptio

puo est: *Nisi propter uiolentiam iudicis dare non fuit ausus. quæ exceptio approbatur l.7.ff.de appellationibus, his uerbis*: Cum quidã ꝑpter uiolentiã iudicis, nõ ipsi à quo appellauit dedisset libellos, sed publicè proposuisset: D.Seuerus ueniam ei dedit, & permisit causam appellationis agere.

VIII. *Causæ ex quibus appellatio fit irrita, proponentur* ℥.*cap.3.except.47.repl.5.*

IX. OFFICIA APPELLANTIS, & appellationis euentus, & consequentia.

Prima regula. De causa appellationis reddẽda, proponitur l.13.§.fin ff.de appell. his uerbis: Nõ solere improbari appellationes eorũ qui uel unã causam appellandi probabilẽ habuerũt, Vlpianus ait. *Sanè quæ sint causæ appellationum probabiles*, ℥.*dicetur cap.prox.*

Secunda reg. De causa appellationis mutãda, proponitur l.3.§.fi.ff.eo. tit.his uerbis: Si causam appellãdi certam dixerit, an liceat ei discedere ab hac, & aliã causam allegare? an non, quasi forma quadã obstrictus sit? putat tamen Vlpianus cum semel prouocauerit, esse ei facultatem in agendo etiam aliã causam prouocationis reddere, persequiq; prouocationem suam quibuscunq; modis potuerit.

Tertia reg. Cautio de exercẽda prouocatione nõ necessariò præbẽda. quæ reg. approbatur l.6.§.fin. C. de appell. cuius uerba uide ℥.*reg. prox.*

Quarta reg. De apostolis, seu libellis dimissorijs, à priore iudice ad iudicẽ appellationis petẽdis & dãdis, proponitur l.unic., in prin.ff.de libellis dimissorijs, hisce uerbis: Post appellationẽ interpositã literæ dandæ sunt ab eo à quo appellatũ est, ad eũ q de appellatiõe cogniturus est, siue principe, siue quẽ aliũ: quas literas, dimissorias siue apostolos appellãt. Sensus aũt literarũ talis est: appellasse (puta) Luciũ Titiũ à sententia illius, q inter illos dicta est. *Concordat l.106.ff.de uerb.signif.his uerbis*: Dimissoriæ literę dicuntur, quę uulgò dicũtur Apostoli. Dimissoriæ aũt dictę, quòd per eas causa ad eũ qui appellatus est, dimittitur. *Concord. item l.6.§.fin.C.de appell his uerbis*: Apostolos post interpositã prouocationẽ, etiã non petẽte appellatore, sine aliqua dilatione iudicẽ dare oportet: cautione uidelicet de exercenda prouocatione in posterũ minimè præbẽda. *Concordat itẽ l.32.§.in his aũt.C.de appell. his uerbis*: In his omnib.iudicijs, q cõsultationũ intro duximus loco, uel apostolos, uel ea q apud eũ gesta sunt, cõtra cuius sentẽtiã dicitur appellatũ, suscipere ab appellatorib. & cognitiões inducere apud uiros illustres ꝑdictos iudices, & ea quę gerũtur excipere, scribere scripraq; litigatorib. edere nostros epistolares ꝑcipimus: officijs uidelicet eorũ cũ qb. uir illustris quęstor iudicat, exequẽtib. iudicata. *Si iudex apostolos dare noluit, nõ id obest appellãti. quæ reg. approbatur l.unica.§.fin.ff. de libellis dimiss. hisce uerbis*: Sufficit petijsse intra tẽpus dimissorias instãter & sæpius: ut & si nõ accipiat, idipsum cõtestetur. nã instantiã repetẽtis dimissorias, cõstitutiões desiderãt. Æquũ est igitur, si ꝑ eũ steterit, qui debebat dare literas, quo minus det, ne hoc accipienti noceat. *Sanè si iudex copiam apostolorum denegauerit, eo nomine querela competit. de qua l.32. C. de appell. cuius uerba uide* ℥.

Quinta reg. De libellis refutatorijs transmittendis, proponitur l.6.§.super his.C.de appell. cuius uerba uide ℥.*reg.prox. Conc. l.19.in pr. C eo. tt. cuius uerba uide* ȿ.*eo.cap.q.2 exc.3. De hisce aũt libellis concipiendis, proponitur reg. l.17.§. in refutat. C.eod.tt.his uerbis*: In refutatorijs aũt libellis qui solẽt maximè in sacro auditorio prudentissimorũ nostrorũ ꝑcerũ recitari, caueãt tam litigatores q libellorũ dictatores uerbosis uti assertionib. & ea q iam perorata sunt, iterũ resuscitare: sed hęc sola eis inscribere q cõpendiosa narratione causas prouocationis possunt explanare, uel aliquid noui cõtinẽt, uel addere qđ derelictũ est. Sciturí qđ si hoc fuerit ꝑtermissum, nõ deerit aduersus libellorũ cõditores ampliss. iudicij cõperens indignatio, qđ sufficiãt gestorũ uolumina intro ducta, & uirorũ spectabiliũ magistrorũ scriniorũ breues omnia apertissimè ostẽdere.

Sexta reg. De opinione iudicis trãsmittẽda, proponitur l.19.in prin.ibi: Vt appellanti. C. de appell. cuius uerba uide ȿ.*eod.cap.q.2.except.3. Concordat l.6.§. super his.C.eod.tt.his uerbis*: Super his qui in capitalib. causis cõstituti appellauerint (quos tñ & ipsos, uel qui ꝑ his ꝑuocabũt, nõ nisi audita omni causa atq; discussa, post sententiã dictã appellare conueniet) id obseruandũ esse sancimus, ut inopia idonei fideiussoris retentis in custodia reis, opiniones suas iudices, & exempla ab appellationib. edita, & refutatorias eorũ, ad scrinia quorũ interest transmittant: quib. gestarũ rerum fides manifesta relatione pandatur, ut meritis eorum consideratis, pro fortuna singulorum sententia proferatur.

Septima reg. De actis edẽdis & transmittendis, proponitur l.24 C.de appell.his uerbis: Iudicib. nõ solùm appellationis suscipiẽdæ necessitas uidetur imposita, uerumetiã triginta dierum spacia ex die sentẽtiæ definita sunt, intra q gesta unà cũ relatiõe litigatoribus cõuenit præstari: iudice & officio eius, si statuta fuerint aliqua parte mutilatę, mulcta subiacentib. *Cõcordat Nouell.c.134.§. appellationes, his uerb.* Appellationes quæ secundũ legem offeruntur, uolumus ut oẽs iudices, & si nostro iussu audientiã præbeant (quia & à diuinis appellare licet iudicibus) siue maiores, siue mino-

minores suscipiant, & actitata in causa, sine ulla dilatione litigatoribus edant, ut legitima in his procedat examinatio. *Concordat itẽ l.15. C. de appellationib. his uerbis*: Ne causas quæ in nostram uenerit scientiam, rursum transferri ad iudicia necesse sit: instructiones necessarias plenè actis inseri præcipimus. Nã cogimur à proferenda sententia temperare quoniam uerendum est, ne lis incognito negocio dirimatur, adempta copia conquerendi. Quare perennibus inuretur iudex notis, si cuncta quæ litigatores instructionis probationisq; causa recitauerint, indita actis uel subiecta non potuerint inueniri. *item concordat l. 19. in princip. C. eod. tt. cuius uerba uide s̃. eod. cap. quæstione secunda, except. 3. Concordat item l. 32. §. in his autem. C. eod. tt. cuius uerba uide s̃. reg. 4. Concordat l. 3. ibi: Ita ut etiam. C. de temp. & reparat. appell. concordat item Nouell. c. 126. §. ad hæc sancimus. cuius uerba uide j. regula prox. item concordat l. 41. §. quoties apud. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s̃. Lib. prox. cap. 1. quæst. 15. except. 10. item concordat d. l. 45. §. quoties uerũ, his uerbis*: Quoties iterum, &c.

Octaua regula. De appellatione à iudice non deneganda sed recipienda, proponitur l. 25. ff. de appellationib. his uerbis: Imp. Alexãder. Vniuersitati Græcorum in Bithynia: Quanquam non uideo quo pacto iudices prohibere possint, quo minus quis prouocet, cum aliam uiam capessenti idem efficere, celeriusq; ad me peruenire liceat: ne tamen iniuria aut ui aduersus prouocantes utantur, custodiaq; militari eos circumsistant, & (ut simpliciter dicã) aditũ illis ad eos obstruãt, curatorib. principibusq; gẽtiũ ꝓhibemus, &c. *Cõcor. l. 6. in pr. C. de appell. his uerbis*: Eos qui de appellatiõib. cognoscent ac iudicabunt, ita iudicium suum præbere conueniet, ut intelligant quod cum appellatio post decisam sententiã litem interposita fuerit, non ex occasione aliqua remittere negocium ad iudicem suum fas sit, sed omnem causam propria sententia determinare conueniat: cum salubritas legis constitutæ ad id spectare uideatur, ut post sententiam ab eo qui de appellatione cognoscit, reuersus fieri non possit ad iudicem, à quo fuerit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias, remotam occasionem atq; exclusam penitus intelligant: cum super omni causa interpositam prouocationem, uel iniustam tantum liceat pronunciare, uel iustam. *Concordat Nouell. c. 82. §. atqui ut omnib. his uerbis*: Vt omnibus modis iudices appellationes suscipiãt sancimus, neq; ulli omnino facultas sit hoc repellendi, præter thronum excellentiæ tuæ, cui iam inde ab initio maiestas id imperatoria largita est, in huius locum retractationis introducto auxilio. *Concordat item d. Nouell. c. 82. §. nam si per prouocat. cuius uerba uide s̃. eod. cap. quæst. 2. in prin. item concordat Nouell. c. 126. §. ad hæc sancimus, his uerbis*: Sancimus, ut omnes iudices appellationem quidem quę intra deputatos dies offertur, neqoe interdicta est legibus, omnibus modis suscipiant: intra triginta uerò dies quam oblata fuit appellatio, actitata in causa cum propria subscriptione prębeant litigatoribus, ut illi pro suo hęc auxilio competenti possint insinuare magistratui. Quod si quis iudicum hoc facere supersederit, sententia quidem temporis decursu confirmabitur: ipse uerò iudex qui ista non obseruauit, quique huic apparent, omne damnum quod per causam nõ editorum actorum litigator sustinuerit, ex proprijs facultatibus ei resarcire compellentur, & denarum librarum auri pœnam nostris inferendam rebus priuatis persoluent. *Item concordat Nouell c. 134. §. appellationes, cuius uerba uide s̃. reg. prox. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi post tempus appellationi præstitutum sit appellatum.*

Secunda exceptio est: Nisi appellatio legibus sit interdicta. Hæ duæ exceptiones approbãtur Nouell. c. 126. §. ad hac sancimus. cuius uerba uide paulo supe.

Tertia exceptio est: Nisi à præfecto prætorio appelletur. Hæc exceptio species est præcedentis exceptionis proximæ, & approbatur Nouell. c. 82. §. atqui ut omnib. ibi: Præter thronum. cuius uerba uide paulo superius ead. regula. itẽ de hac re dictum s̃. eod. cap. quæst. 2. excep. 2. Reliquas huiusmodi exceptiones uide s̃. eod. cap. quæst. 2.

Nona regula. De querela deferenda, si appellatio recepta non sit, quamdiu scilicet competat, proponitur l. 31. C. de appellationib. his uerbis: Si appellationẽ oblatam, in qua uel tuæ amplitudinis, uel urbanæ præfecturæ sacrum auditorium postulatur, iudex non susceperit, uel suscepta appellatione apostolorum copiam denegauerit: ad deponendam super hac iniquitate querimoniam, necnon etiam conueniendum aduersarium ex sententia prolata, iuxta antiquum ius anni meras habeat litigator: uel si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio: ad hæc eadem facienda sex menses habeat litigator. Si uerò arbiter appellationem suscipere, aut relationem dare contempserit, quattuor mensium tempora obseruentur: ut his quę statuimus actitatis, pareat appellator temporibus, quę de appellationibus definita noscuntur. *Concordat l. 5. §. fin. ff. de appell. recipiend. cuius uerba uide j. reg. prox.*

Decima regula. De eadem querela apud quem sit proponenda, definitur l. 5. ff. de appellationib. recipiendis, hisce uerbis: Si cuius appellatio non recipitur,

cipitur, sufficit si possit dicere appellationem suam non esse receptam: quod quaqua ratione doceat, admittetur eius appellatio. Non recepta autem appellatione, si quidem principem appellari oportuit, principi erit supplicandum. Si uerò alius appellabitur quàm princeps, ille erit adeundus. Sed etsi quod aliud post receptam appellationem impedimentum factum fuerit, eum adiri oportet, quem appellare quis debet. Planè si appellatione non recepta, non ipsum adierit quem debuit, sed principem: pro eo habebitur atque si is aditus sit, qui adiri debuit, idque rescripto imperatoris nostri Antonini declaratur. Planè si alium pro alio adijt, non principem: nihil ei hic error proderit, licet non uideatur cessasse. Intra constituta autem appellatoria tempora debet is cuius appellatio non est recepta, ad competentem iudicem, uel principem adire. *Concordat l. 19. §. quod si uictus. C. de appellationibus, his uerbis:* Si uictus oblatam, nec receptam ab iudice appellationem adfirmet, præfectos adeat, ut apud eos de integro litiget, tanquam appellatione suscepta. Superatus enim si iniustè appellare uidebitur, lite perdita notatus abscedet. At si uicerit: cõtra eum iudicem qui appellationem non receperit, ad nos referri necesse est, ut digno supplicio puniatur.

Vndecima regula. De exceptionibus aduersus iam dictam querelam à iudice proponendis, proponitur l. 6. §. eum quoque. ff. de appell. recipien. his uerbis: Eũ qui appellationem non recipit, opinionem suam confestim per relationem manifestare, & causam propter quam non receperit appellationem, eiusq; exemplum litigatori reddere debere, mandatis cauetur. *Quæ autem sint huiusmodi causæ siue exceptiones propter quas appellatio potest non recipi, dictum est paulo superius reg. 8.*

Duodecima regula. Quid ueniat in supradictam querelam, seu de pœna iudicis non recipientis appellationem, proponitur l. 21. C. de appellationibus, his uerbis: Quoniam iudices ordinatij prouocationes existimant respuendas: placet, ut si quis appellationem suscipere recusauerit, quæ non contra executionem, sed aduersus sententiam intentionem, iurgiumque terminantem fuerit interposita: triginta auri pondo cogatur largitionibus nostris inferre: triginta alia officio eius itidem soluturo, nisi ei pertinaciter restiterit, atq; actis cõtradixerit, & quid iure sit constitutum, ostenderit. *Alia huius delicti pœna definitur Nouell. c. 126. §. ad hæc sancimus. cuius uerba uide paulo sup. reg. 8.*

Decimatertia regula. De nihil innouando appellatione pendente, proponitur l. unica. ff. Nihil innouari appell. interp. his uerbis: Appellatione interposita, siue ea recepta sit, siue non: medio tempore nihil nouari oportet. Si quidem recepta fuerit appellatio, quia recepta est. Si uerò non est recepta, ne præiudicium fiat quoad deliberetur, utrũ recipiẽda sit appellatio, an non sit. Recepta autẽ appellatione, tamdiu nihil erit innouandũ, quàmdiu de appellatione fuerit pronunciatum. Si quis ergo fortè relegatus fuerit, & appellauerit, nõ arcebitur, neq; in Italia, neq; in prouincia à qua relegatus est. Propter eādẽ rationẽ & si quis deportatus fuerit ab eo cui deportandi ius est, uel adnotatus: neq; uincula patietur, neq; ullam aliã iniuriam, quam patitur qui sententiæ adquieuerat. Integer enim status esse uidetur prouocatione interposita. Ergo etsi abstinere ordine iussus sit, & prouocauerit, eadẽ ratione potest cœtũ participare: cũ hoc sit cõstitutũ & sit iuris, ne quid pẽdẽte appellatione nouetur. *Cõcordat Nouell. c. 134. §. ad hæc iubemus, his uerbis:* Iubemus ut appellatione secundum legẽ oblata, neq; executio peragatur, neq; possessiones rerũ transferantur, donec absoluta in ea processerit iudicatio. *Concordat l. 3. C. quando prouocare non est necesse, his uerbis:* Si ut proponis, suspẽsa apud amplissimos iudices cognitione prouocationis, quam te ob id interposuisse dicis, q̃d decurio nominatus esses, ad duumuiratum uocatus es: manifestum est prǽiudicium futuræ notioni memoratorum iudicum fieri nõ potuisse. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi appellatio non sit recepta. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis bisce:* Siue ea recepta sit, siue non, &c. *Concordat l. 6. in prin. ff. de appell. recipiend. his uerbis:* Sciẽdum est, cũ appellatio non recipitur, præcipi sacris constitutionib. omnia in eodẽ statu esse, nec quidquam nouari, etiamsi contra fiscum appellatum sit. *Concordat item l. 5. C. de appellationib. his uerbis:* Appellatione interposita, licet à iudice repudiata sit, in prǽiudicium deliberationis nihil fieri debere, & in eo statu omnia esse, quo tempore pronunciationis fuerunt, sæpissimè constitutum est. *Planè iam dictis contradicere uidetur Nouell. c. 126. §. ad hæc sancimus. ibi: Quod si quis iudicum. cuius uerba uide §. ead. quæst. reg. 8. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi ex pluribus facinoribus condemnatus propter quædam appellauit, propter quædam non: hoc enim casu eorum propter quæ appellatum non est, nihilominus executio fieri potest. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur l. unica §. fin. ff. nihil innouari appell. pend. his uerbis:* Si quis ex pluribus facinoribus condẽnatus, propter quędam appellauit, propter quædam non: utrum differẽda pœna eius sit, an non, quæritur. Et si quidẽ grauiora sint crimina, ob quę appellatio interposita est, leuius autem id propter quod quis

nõ appellauerit:recipiẽda est omnino appellatio, & differenda pœna. Si uerò grauiorẽ sentẽtiam meruit, ex ea specie, ex qua non est appellatum, omnimodo pœna imponẽda est. *Tertia exceptio est: Nisi in causa criminali cõdemnatus non satisdet: hoc enim casu in custodia est retinendus. quæ exceptio approbatur l.12. C. de appellationib. his uerbis:* Minimè fas est, ut in ciuili nagocio libellis appellatorijs oblatis, aut carceris cruciatus, aut cuiualibet iniuriæ genus seu tormẽta, uel etiã contumelias perferat appellator absque in criminalibus causis in quibus etiamsi prouocare possit, eũ tamẽ statum debat obtinera, ut post prouocationem in custodia (si fideiussoris idonei copiam non habeat) parseuerat. *Concordat l.6. §. super his. C. eod. tt. cuius uerba uide s. reg. 6. Quarta exceptio est: Nisi ab executione fuerit appellatum, resq; litigiosa mobilis sit: hoc enim casu res apud sequestrum deponitur. quæ exceptio approbatur l. 5. C. Quorum appell. non recipiantur. cuius uerba uide s. Lib. 5. cap. 9. de re litigiosa sequestranda, quæst. 1. except. 3. Quinta exceptio est: Nisi appellans depopuletur agros litigiosos. hoc enim casu fructus sunt sequestrandi. quæ exceptio approbatur l. 21. §. fin. ff. de appellationib. cuius uerba uide ã. d. quæst. 1. except. 2. Plures propositæ regulæ exceptiones uide J. cap. 3. except. 47.*

Decimaquarta regula. De non iniuria efficiẽdo iudice, à quo est appellatũ, proponitur l. 8. ff. de appellationib. his uerbis: Illud sciandum est, eum qui prouocauit, non debere conuiciari ei, à quo apaelauit. Cæterum oportebit eum plecti: & ita diui fratres rescripserunt.

Decimaquinta regula. De ministris appellationum, & officio illorum, uide s. Lib. 5. cap. 3. quæst. 4.

Decimasexta regula. Potest quis in causa appellationis allegare, quod in priore iudicio est prætermissum. quæ regula approbatur l. 6. §. si quid autem. C. de appellationib. his uerbis: Si quid in agendo negocio minus se allegasse litigator crediderit, quod in iudicio acto fuit omissum, apud eũ qui de appellatione cognoscit, persequatur cum uotum gerentibus nobis aliud nihil in iúdicijs, quàm iusticiam locum habere debere, necessaria res fortè transmissa, non excludenda uideatur. *Concordat l. 35. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide J. Cõcord. item l. 4. C. de temporib. & reparat. his uerbis:* Per hanc diuinam sanctionẽ decernimus, ut licẽtia quidam pateat in exercendis consultationibus, tam appellatori quàm aduersæ parti, nouis etiã assertiorib. utendi, uel exceptionibus, quę nõ ad nouũ capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ sunt, quæ apud anteriorẽ iudicem noscuntur propositæ. Sad etsi qua dicta quidem allegatio mõstrabitur, uel instrumentum aliquod prolatum: probationes tamẽ illo quidem defuerunt tempore, uerũ apud sacros cognitores sine procrastinatione pberi potuerũt: id quoq; eos admittere, quò exercitatis iam negocijs pleniore subueniatur ueritatis lumine. *Proposita regulæ exceptio hæc est: Nisi appellãs uel eius aduersarius aliã actionẽ in causa appellationis uelit proponere, uel aliam rem petere. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Quæ non ad nouum capitulũ pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ sunt, &c.

Decimaseptima reg. Is quoq; cõtra quẽ appellatum est, cõtra sententiã in causa appellationis excipere potest, & quæ in ea desiderat proponere. quæ regula approbatur l. 37. in prin. C. de appell. his uerbis: Ampliorẽ prouidẽtiã subiectis cõferẽtes, q̃ forsitã ipsi uigilãtes inueniũt, antiquã obseruationẽ emendamus. Cũ in appellationũ auditorijs is solus post sententiã iudicis emẽdationẽ meruerat, qui ad prouocationis cõuolasset auxilium, altera parte, q̃ hoc nõ fecisset, sententiã sequi (qualiscũq; fuisset) cõpellẽda. Sancimus itaq; si appellator semel in iudiciũ uenerit, & causas appellatiõis suæ proposuerit, habare licentiã & aduersariũ eius, si quid iudicatis opponere maluerit (si præstò fuerit) hoc facere, & iudiciale mereri psidiũ. Sin aũt absens fuerit, nihilominus iudicẽ per suũ uigorẽ eius partes adimplere. *Concordat l. 10. C. quando prouocare non est necesse. cuius uerba uide s. eod. cap. q. 2. except. 21.*

Decimaoctaua reg. Si appellãs obtinuerit, executio facta retractãda. & id quod soluit, ei restituendũ. quæ reg. approbatur l. 11. ff. de appell. his uerbis: Cum ex causa iudicati soluta esset pecunia, ex necessitate iudicis ab eo q appallatiõe interposita meruerit meliorẽ sentẽtiã: racipere eũ pecuniã quã soluit, oporteat. *Cõcord. Nouel. c. 119. §. aliud, in fin. de quo uide J. cap. 3. except. 47. repl. 7.*

Decimanona reg. De pœna appellantis nõ obtinentis, proponitur l. 6. §. ne temerè. C. de appell his uerbis: Ne temerè ac passim omnib prouocãdi facultas pbeatur, arbitramur eũ qui malã litẽ fuerit persecutus, mediocriter pœnã à cõpetenti iudice sustinera. *Cõcordat l. 5. §. fin. C. quorũ appell. nõ recipiantur. cuius uerba uide s. Lib. 5. ca. 9. de re sequestranda, q. 1. excep. 3. Si itẽ ad munus uel honores nominatus appellauerit, nec obtinuerit, damnũ quod interim resp. sensit, præstare tenetur. quæ reg. approbatur l. 1. ff. si tutor uel curator creatus appellauerit, his uerbis:* Si qui ad munera publica nominati appellauerint, nec causas probauerint, sciant ad periculũ suum pertinere, si quid damni per moram appellationis reip. acciderit. Quòd si apparuerit eos necessariò prouocasse, cui adscribendũ sit id damnũ, præses uel princeps æstimabit. *Cõcordat l. 21. §. si magistratus. ff. de appell his uerbis:* Si magistratus creatus appellauerit, collegam eius interim utriusque officium sustinere debere. Si uterque appellauerit, alium interim in lo-

cum

cum eorum creandum, & eum qui non iuste appellauerit, damnum agniturum, si qđ respub. passa sit. Si uerò iusta sit appellatio, & hoc pronuncietur: eos æstimaturos, cui hoc adscribendum sit.

Vicesima regula. Si ad munus uel honorem nominatus appellauerit, interim alius in locum eius creandus. quæ regula approbatur iam dicto. §. si magistratus. Cui cõcordat d. l. 11. § in locũ, his uerbis: In locum curatoris qui annonam administraturus est, alium interim adsumẽdum quoadusq; appellatio pendeat.

Vicesima prima regula. De officio iudicis alterutro litigatore absente, proponitur Nouell. c. 126. §. in omnib. cũ sequẽtib. cuius uerba uide J. cap. 3. ex. 47. repl. 5. dupl. 7. Hæc de off. appellãtiũ, nec nõ de appellationum euentis & consequentib. sint dicta. pertinẽt autẽ huc etiam quæ traduntur de prosequenda appellatione, cui scilicet ius persequendæ appellationis competat. Sed de hac re uide J. cap. 3. exce. 47. repl. 5. dupl. 11 & 12. Nunc ad adfinia appellationis remedia transeundum.

DE ADFINIBVS APPELLAtionis remedijs, deq. actionibus & exceptionibus, quæ uicto aduersus iudicem uel uictorem competunt.

Caput II.

I. Interdum sententia etiam sine appellatione uel ipso iure non ualet, uel retractanda est. de qua re uide J. cap. prox.

II. DE IN INTEGRVM REstitutione aduersus sententiam.

Hoc remedium uice appellationis competit minorib. uigintiquinq; annis per sententiam læsis, & alijs quibusdam, de quib. dicetur in loco De in integrum restitutionib. Sed & respub. per sententiam læsa in integrum restitutionem petere potest. quod approbatur l. 1. C. de officio eius qui uicem alicuius iudicis obtinet, his uerbis: In causa quę spectat ad utilitatem reipub eum qui uice pręsidis prouinciæ administrat, potuisse cognoscere in dubium non uenit. Sanè si in aliquo captũ est ius reipublicæ, iuxta scita diuorum principum defensores reipub. (si modò adesse fiduciã negocio putant) restitutionis auxilium possunt flagitare. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi pro libertate sit pronunciatum. Hæc exceptio approbatur l. 9 ff. de appellationib. his uerbis:* Illud sciendum est, neque pupillum, neque rempub. cum pro libertate iudicatur, in integrum restitui posse: sed appellationem esse necessariam: idque ita rescriptum est.

III. DE RETRACTANDA SENtentis Pręfecti prætorio.

A' sententia Præfecti prætorio non appellatur, ut supra dictum est: sed de ea retractanda supplicatur principi. quod remedium retractationis approbatur l. unica. C. de sententijs præfector prætorio, his uerbis: Litigantibus in amplissimo prætorianę pręfecturæ iudicio, si contra ius se læsos affirmẽt, non prouocandi: sed supplicandi licentiam ministramus: licet pro curia, uel qualibet publica utilitate, seu alia causa dicatur prolata sententia. Nec enim publicè prodest singulis legum adminicula denegari, ita uidelicet, ut intra bienniũ tantũ nostro numini cõtra cognitionales sedis p̃torianæ præfecturæ sententias post successionem iudicis numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas. *Concordat Nouell. c. 82. §. atqui ut omnib. in fine. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 9 reg. 1. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi post biennium quàm præfecto prætorio successum est, de retractanda sententia supplicetur. quæ exceptio constat ex uerbis iam dictis hisce:* Ita uidelicet ut intra biennium, &c. *Altera exceptio est: Nisi semel de ea re supplicatio sit facta. quæ exceptio approbatur l. 4. C. de precibus imp. offerendis, his uerbis:* Si quis aduersus Præfectorum prætorio sententias duxit supplicãdum, uictusq; fuerit de uno, nullam habebit licentiam iterum super eadem causa supplicandi.

IIII. De actione. Si iudex litem suam fecisse dicatur, uide s. Lib. 2. cap. 3. actione 6.

V. DE EXCEPTIONE QVOD quisq; iuris in alterum statuit uel impetrauit, ut ipse eodem iure utatur.

Potest & hæc exceptio inter appellationis adfinia remedia numerari: qua iniquitas uel iudicantis, uel aduersarij potest coerceri: qui etiam appellationis est finis.

I. CAVSA HVIVS EXCEptionis.

Si magistratus aduersus aliquem ius aliquod statuit, uel quis ius aliquid pro se impetrauit, eo aduersus illum alius uti potest. quæ causa & regula approbatur edicto prætoris l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris in alterũ statuit, &c. his uerbis: Qui magistratum potestatemúe habebit, si quid in aliquem noui iuris statuerit, ipse quandoque aduersario postulante eodem iure uti debet. Si quis apud eum qui magistratum potestatemúe habẽbit, aliquid noui iuris obtinuerit: quandoq; postea aduersario eius postulante, eodem iure aduersus eum decernentur: scilicet ut quod ipse in alterius persona æquum esse credidit, id in ipsius quoque persona ualere patiatur. *Ratio causæ uel regulæ propositæ constat ex uerbis iam dictis hisce:* Scilicet ut quod ipse, &c. *Cui concordat d. l. 1. in prin. his uerbis:* Hoc edictum summam habet ęquitatem: & sine cuiusquã indignatione iusta. Quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, uel dici effecit? *Huius regulæ exceptio prima hæc est; Nisi non ipse iudex, sed assessor per imprudentiam ius aliter dixit. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. eod. tit. his uerbis:* Hoc edicto dolus debet

ius dicentis puniri. nã si adsessoris imprudentia ius aliter dictum sit, quàm oportuit: non debet hoc magistratui officere, sed ipsi adsessori. *Secunda exceptio est: Nisi statutum ius non habuit effectum. quæ exceptio approbatur l.1.§. hæc autem.ff.quod quisque iuris in alterum, &c. his uerbis*: Hæc uerba, Quod statuerit, cum effectu accipimus, non uerbotenus. Et ideo si cum uellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuerit, cessat edictum. Nam uerbum Statuit, rem perfectam significat, & consummatam iniuriam, non cœptã. Et ideo si inter eos quis dixerit ius, inter quos iurisdictionem non habuit: quoniam pro nullo hæc habetur, nec est ulla sententia: cessare edictum putamus. Quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum? *Tertia exceptio est: Nisi iure impetrato non sit usus is, qui impetrauit. Hac exceptio reprobatur l.3.§.1.ff. Quod quisque iuris, &c. his uerbis*: Siue impetrauit, & usus est iure aliquo siue impetrauit ut uteretur (licet usus non sit) hoc edicto punietur. *Quarta exceptio est: Nisi non postulante aduersario ius sit impetratum. Hæc exceptio approbatur d.l.3. in prin. his uerbis*: Si quis iniquum ius aduersus aliquem impetrauit, ipse eo iure ita demum utetur, si per postulationem eius hoc euenerit. Cæterùm si ipso non postulante, nõ coercetur.

Quinta exceptio est: Nisi quis actione uel exceptione proposita usus, iniquum ius impetrauit. Hæc exceptio approbatur l.4.ff.eod.tt. his uerbis: Illud eleganter Prætor excipit: Præterquam si quis eorum contra eum fecerit, qui ipse eorum quid fecisset, & rectè: ne scilicet uel magistratus, dum studet hoc edictum defendere, uel litigator dum uult beneficio huius edicti uti, ipse in pœnam ipsius edicti committat. *Sexta exceptio est: Nisi solutum sit hoc enim casu ratione propositi edicti solutum repeti non potest. quæ exceptio approbatur l.3. §. fin. ff. Quod quisque iuris, &c. hisce uerbis*: Ex hac causa solutum repeti non posse Iulianus putat: superesse enim naturalem causam, quæ repetitionem inhiberet.

Septima exceptio est: Nisi actio, cui exceptio proposita opponitur eo tempore, quo actor ius iniquum statuit uel impetrauit, nondum fuit adquisita. Hæc exceptio reprobatur d l.3.§.penult. his uerbis: Illud nõ sine ratione Iulianus scribit, non solum in his actionibus pati eum pœnam edicti, quas tunc habuit, cum incidit in edictum, uerùm & si quæ postea ei adquirentur.

Octaua exceptio est: Nisi non suo, sed alieno nomine impetrauit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.3. §. si procurator. ff. Quod quisque iuris. cuius uerba uide paulo inferius quæst.3. reg.2.

II. QVIBVS EXCEPTIO PROposita competit.

Etiam alij quàm contra quem ius iniquum statutum uel impetratum est, aduersus impetrantem uel statuentem competit exceptio. quæ regula approbatur l.3. §. hæc pœna. ff. Quod quisq; iuris, his uerbis: Hæc pœna aduersus omnem qui in edictum incidit statuitur, non solum eo postulante, qui ab eo læsus est, sed omni qui quandoque experitur.

III. ADVERSVS QVOS DATVR exceptio proposita.

Prima regula. Assessore iniquum ius statuente, iudici non obstat exceptio. quæ regula approbatur l. 2. ff. Quod quisque iuris. cuius uerba uide s̃. quæst.1. exceptione 1.

Secunda regula. Procuratore impetrante, ipsi domino exceptio obstat. quæ regula approbatur l. 3. §. si procurator. ff. d. tt. his uerbis: Si procurator meus postulauit, quæritur quis eodem iure utatur? Et putat Pomponius, ne solum uti si hoc ei specialiter mãdaui, uel ratum habui. Si uerò tutor, uel curator furiosi, uel adolescẽtis, postulauit, ipse hoc edicto coercetur. Idem aduersus procuratorem obseruandum est, si in rem suam fuerit datus.

Tertia regula. Alieno, non suo nomine impetranti non obstat exceptio. quæ regula approbatur, simul & distinguitur uerbis s̃. reg. prox. propositis.

Quarta regula. Filio statuente uel impetrante ius iniquum patri agenti non obstat exceptio. quæ regula approbatur l. 3. § . si filius. ff. quod quisque iuris, hisce uerbis : Si filius meus in magistratu in hoc edictum incidit, an in ijs actionibus, quas ex persona eius intento huic edicto locus sit? & Vlpianus non putat: ne mea conditio deterior fiat.

Quinta regula. Etiam hæredi statuentis uel impetrantis obstat exceptio. quæ regula approbatur d.l.3. §. quod autem, his uerbis: Quod ait Prætor, ut is eodem iure utatur: an etiam ad hæredem hæc pœna transmittatur: & scribit Iulianus, non solum ipsi denegari actionem, sed etiam hæredi eius.

Sexta regula. Reo principali ius iniquum impetrante, fideiussori quoque obstat exceptio. quæ regula approbatur d.l. 3. §. si is pro quo, his uerbis : Si is, pro quo spopondisti impetrauit, ne aliquis debitor ipsius aduersus eum exceptione utatur: deinde tu in negocio, in quo spopondisti, uelis exceptione uti, nec te, nec ipsum oportet hoc impetrare: etsi interdum patiatur iniuriã, si soluendo debitor non sit. Sed si tu incidisti in edictum, reus quidem utetur exceptione, tu uerò non uteris, nec pœna tua ad reum promittendi pertinebit. Et ideo mandati actionem non habebis. *Ait Iurisconsultus*: Deinde tu in negocio, in quo spopondisti, uelis exceptione uti. *Ex hisce uerbis elicitur propositæ regulæ exceptio hæc: Nisi fideiussor non ex eo, quod fideiußerit pro eo qui ius iniquum* impe-

impetrauit, conueniatur: sed ex alia causa, quæ ad impetrantem non pertinet.

Septima regula. Fideiußore iniquum ius statuente uel impetrante, non obstat exceptio reo principali. quæ regula constat ex uerbis iam dictis hisce: Sed si tu incidisti in edictum, reus quidem utetur exceptione, tu uerò non uteris, nec pœna tua ad reum promittendi pertinebit. *Quod autem subijcitur:* Et ideo mandati actionem non habebis. *De hoc alibi dicetur in actione Mandati.*

DE RE IVDICATA.

Cap. III.

I. DEFINITIO REI iudicatæ.

D*Efinitur res iudicata l. 1. ff. de re iudicata, his uerbis:* Res iudicata dicitur, quæ finem controuersiarum pronunciatione iudicis accipit, quod uel cõdemnatione, uel absolutione contingit.

II. DE EFFECTV REI iudicatæ.

Sententia lata si appellatum non sit, rebus iudicatis standum est, & sententia executioni mandanda: nasciturq; hinc tam actio iudicati, quàm rei iudicatæ exceptio. quæ regula approbatur l. 1. C. de his qui propter metum iudicis non appell. his uerbis: Si contra te iure ꝑnunciatum est, nec appellationis auxilium imploratum est, intelligis adquiescere te statutis oportere. In sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti. *Cõcordat l. 8. C. de appellat. his uerbis:* Si contra maiorem uigintiquinq; annis sententia prolata, prouocationis secutę tempore pręfinito causas non esse repręsentatas, nec appellatione pẽdente transactione finitum negociũ rector ꝓuincię animaduerterit: res iudicatas exequi curabit. *Concordat itẽ l. 3. C. de re iudicata, his uerbis:* Si pecuniam quam mala ratione intercepisse uos apparuerit iussi sitis inferre cum pœna, & comperto præcepto præsidis non prouocaueritis: uniuersam quantitatẽ debetis inferre. *Concordat item l. 3. C. ut lite pendente, uel post prouocat. cuius uerba uide s. Lib. 1. cap. 9. except. 3. Cõcordat deniq; l. 25. ff. de statu hominum. cuius uerba uide s. eod. cap. except. 25.*

III. DE EXCEPTIONIBVS CONtra rem iudicatam.

Planè habet regula proposita plures exceptiones, quæ hic ordine sunt proponendæ: primùm quidem eæ quæ sumuntur ex persona ipsius iudicis: deindè quæ sumuntur ex persona eius, aduersus quem sententia est lata: tertiò de ijs dicetur exceptionibus, quæ sumuntur ex ipsa re iudicata, & causa de qua est iudicatũ, quartò de ijs quæ sumuntur ex causa iudicati, & antecedentibus: quintò de exceptionib. sumptis ex loco & tempore iudicati: postremò de ijs quæ sumuntur ex consequentib. iudicatum. Ex persona igitur iudicis sumuntur exceptiones hæ.

I. EXCEPTIO: *Nisi à non competente iudice sit iudicatum. Hæc exceptio approbatur l. ult. C. Si à nõ competente iudice, his uerbis:* Et in priuatorũ causis huiusmodi forma seruetur, ne quẽquam litigatorum sententia non à suo iudice dicta constringat. *Concordat item l. 20. ff. de iurisdictione, his uerbis:* Extra territorium ius dicenti impunè non paretur. Idem etsi supra iurisdictionem suam uelit ius dicere. *Huius exceptionis exemplum proponitur l. 23. §. 1. ff. de appellat. his uerbis:* Cum procurator Cæsaris, qui partibus præsidis non fungebatur, in litem priuatorum ius dandi iudices non habuisset, frustra prouocatum ab ea sententia constitit, quæ non tenebat. *Huic concordat l. 1. C. de pedaneis iudicibus, his uerbis:* Procuratori nostro non uice præsidis agẽti dádi iudices, inter priuatas personas nõ competere facultatem, manifestum est. Et ideo si (ut allegastis) inter priuatas personas is cuius meministis, arbitros dandos putauit, sententia ab eis prolata, nullo iure subsistit. *Aliud exemplum proponitur l. 2. C. Si à non competente iudice, his uerbis:* Si militaris iudex super ea causa, de qua ciuilibus actionibus disceptandum fuit, non datus à quo dari poterat, cognouit: etiã remota appellatione id, quod ab eo statutũ est, firmitatẽ iudicati non habet. *Aliud exemplum proponitur l. 10. C. de sentẽtijs & interlocut. his uerbis:* Nulli qui statuendi non habet facultatẽ, interdicere patrię cuiquam permittitur. *Aliud exemplum proponitur l. 6. C. de executione rei iudicat. his uerbis:* Si (ut proponis) rerum iudicatarũ executor datus partes sibi iudicis uindicauit, & contra ea quę pridem pro partibus tuis fuerunt statuta, aliquid pronunciandum putauit: sentẽtia ab eo dicta, uim rei iudicatæ obtinere nequaquam potest. *Sanè quando dicatur iudex competens, uel non competens uide s. Lib. 5. cap. 2. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi iudex qui reo competẽs est, actori non est, actorem in aliquo condemnauit: hoc enim casu nihilominus ualet sentẽtia. quæ replicatio approbatur l. 14. C. de sententijs & interlocut. his uerbis:* Cum Papinianus summi ingenij uir, in quæstionibus suis ritè disposuerit, non solum iudicẽ de absolutione rei iudicatæ, sed & ipsum actorem, si econtrariò fuerit obnoxius inuẽtus, cõ demnare: huiusmodi sententiam nõ solum roborandum, sed etiam augendum esse sancimus: ut liceat iudici uel cõtra actorem ferre sententiam: & aliquid eum daturum uel facturum ꝑnunciare, nulla ei opponenda exceptione, quod non competens iudex agentis esse cognoscatur. Cuius enim in agendo obseruat arbitrium, eum habere & contra se iudicem in eodem negocio non dedignetur. *Concordãt huic ea quæ dicta sunt s. Lib. 5. cap. 2. repl. generali 5. Secunda replicatio est:*

catio est: Nisi publicè ab omnib. iudex competens fuerit existimatus. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 3. ff. de officio Prætoris. cuius uerba uide s̄. Lib. 1. cap. 7. except. 1. repl. 1. Plures huiusmodi replicationes uide s̄. d. cap. 2. Sed & similem exceptionem uide s̄. Lib. 3. cap. 12. except. 1.

II. EXCEPTIO: *Nisi quidã, nõ oẽs iudicauerint uel pronunciauerint. Hæc exceptio approbatur l. 39. ff. de re iudicata. his uerbis:* Duo ex trib. iudicib. uno absente iudicare nõ possunt: quippe omnes iudicare iussi sunt. Sed si adsit, & contrà sentiat, statur duorũ sentẽtiæ. Quid enim minus, uerũ est oẽs iudicasse? *Concordat l. 18. ff. de receptis arbitris, his uerbis:* Tribus iudicib. dãtis, quod duo ex consensu, absente tertio iudicauerunt, nihil ualet: quia ita demũ quod maior pars omniũ iudicauit, ratum est, cum & omnes iudicasse palàm est. *Concordat item l. 4. C. quando prouocare non est necesse, his uerbis:* Cum magistratus datos iudices, & unũ ex his pronunciasse proponas, non uidetur appellandi necessitas fuisse, cum sententia iure nõ teneat. *Concordat l. 2. ff. de decretis ab ordinè facien. cuius uerba uide s̄. Lib. 1. cap. 7. except. 1. Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi omnes præsentes fuerint: tunc enim quamuis non omnes consentiant, nihilominus maioris partis consensus ualet. quæ replicatio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Sed si adsit, & contrà sentiat, statur duorum sententiæ. *Concordat l. 36. cum lege sequente. ff. de re iudicata. his uerbis:* Pomponius lib. XXXVIII. scribit: Si uni ex pluribus iudicibus de liberali causa cognoscenti de re non liqueat, cæteri autem consentiant, si is iurauerit sibi non liquere, eo quiescente, cæteros qui consentiant sententiam proferre: quia & si dissentirent, sentẽtia plurium obtineret. Tunc autem uniuersi iudices intelliguntur iudicare, cum omnes adsunt.

III. EXCEPTIO: *Nisi adsessores absente iudice statuerint uel pronunciauerint. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 60. §. porrò & illud, cum sequẽtibus. cuius uerba uide s̄. Lib. 5. cap. 8. quæst. 2. regul. 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi iudices inter se dissenserint. Hæc exceptio reprobatur l. 38. ff. de re iudicata, his uerbis:* Inter pares numero iudices si dissonæ sententiæ proferantur: in liberalibus quidem causis secundum quod à diuo Pio statutum est, pro libertate constitutum obtinet: in alijs autem causis pro reo. Quod & in publicis iudicijs obtinere oportet. Si diuersis summis condemnent iudices, minimam sententiam spectandam esse Iulianus scribit. *Concordat l. 24. ff. de manumissionibus, his uerbis:* Lege Iunia Patronia si dissonantes pares iudicum sententiæ existant, pro libertate pronunciari uisum est. *Concordat item l. 36. ibi: Quia & si dissentirent. ff. de re iudicata. cuius uerba uide paulo superius except. 2. Item concordat l. 39. ibi: Sed si adsit ff. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 2. Item concordat Nouell. c. 125. §. si duo aut plures. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 10. in pr. Ex his constat, ob dissonantiam iudicum non improbari rem iudicatam. Sed & quid hoc casu sequendum sit definitur. Sciendum igitur est, si quidem dispari numero sint iudices, tunc quod maior pars iudicauit, ratũ esse. quod approbatur l. 18. ibi: Quia ita demum. ff. de receptis arbitris. cuius uerba uide paulo superius except. 2. Cui concordat l. 36. ff. de re iudicata. cuius uerba uide item d. except. 2. Item concordat l. 39. ff. eod. tt. cuius uerba uide ibid. in prin. Sin autem pari numero iudices sint utriusq; sententiæ: tunc siquidem causa sit liberalis, pro libertate est respõdendum, in alijs autem causis pro reo conuento: quia rei fauorabiliores sunt, quàm actores. Item si in summa dissentiant iudices, id quod minimũ est sequendũ, ut ex ijs quæ paulo superius ead. exceptione proposita sunt, constat. Hæc autẽ ita se habent, si iudices qui dissentiunt, sunt ordinarij. Sin aũt iudices sint delegati dissentientes pari numero: tunc id seruabitur, quod iudex delegatus ratum habuerit. quod approbatur l. 28. ff. de re iudicata. his uerbis:* Duo iudices dati, diuersas sententias dederunt: Modestinus respondit utranque sententiam impendenti esse, donec competẽs iudex unam earum confirmauerit. *Hæc de primo genere exceptionum, quæ ducta sunt ex persona iudicantis. Sequitur secundum genus earum scilicet, quæ sumuntur ex persona eius, contra quem est iudicatum.*

V. EXCEPTIO: *Nisi contra fiscum sit iudicatũ. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. de sententijs contra fiscum, his uerbis:* Causas in quibus contra fiscum iudicatum est, intra triennium retractari posse: & post id tempus, si præuaricatio arguatur, uel manifesta fraus probetur, notum est.

VI. EXCEPTIO: *Nisi contra rempub. sit iudicatum. Hoc enim casu & si appellatum non sit, tamẽ per in integrum restitutionem sententia potest rescindi. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s̄. cap. prox. ad fin. remed. 2. Sanè si respub. non fuit defensa, ipso iure non ualet sententia. quod approbatur l. 1. C. de iure reipub. his uerbis:* Si quid aduersus rempublicam indefensam in ea specie in qua neq; defensores creati fuerint, neq; ut crearentur placuit, statutum est, actionibus eius nihil præiudicatum est.

VII. EXCEPTIO: *Nisi contra minorem annis sit iudicatum. Hæc exceptio approbatur l. 45. §. fin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Contra indefensos minores tutores uel curatores non habentes, nulla sententia proferenda est. *Concordat l. 1. C. qui legitimam personam standi in iud. &c. his uerbis:* Si cum esses pupillaris ætatis, sine tutoria authoritate cum aduersario tuo consistens, Præses prouinciæ aduersus te pronunciauit, minimè authoritate iudicati nititur, quod statutum est. *Concordat item l. 6.*

C. quo

C. quomodo & quando iudex, his uerbis: Si præses quasi desertã ab adultis tuis causam appellationis, quæ ab adiutore suo acta fuerat, circumduxit eo tẽpore, quo adulti curatores non habebant: repetitus notionem suam exhibebit. Neq; enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore statutum est, quo defensione iusta, & curatorio auxilio fuerant destituti. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi tutore uel curatore authore, minor egerit, uel conuentus fuit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. qui legitimam personam, &c. his uerbis*: In re quæ priuati iudicij quæstionem habet, sicut pupillus authore tutore & agere & conueniri potest: ita adultus curatore consentiente litem, & intendere & excipere debet. *Planè hoc casu quo minor tutore uel curatore authore agens uel conuentus condemnatus est, uel aduersarius eius absolutus, ipso quidem iure ualet sententia. uerùm per in integrum restitutionẽ potest rescindi. quod duplicationis loco notandum, de qua re dicetur In integrum restitutionibus.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi contra furiosum sententia sit dicta. Hæc exceptio approbatur l. 9. ff. de re iudicata, his uerbis*: Furioso sententia à iudice uel ab arbitro dici non potest.

IX. EXCEPTIO: *Nisi contra defunctum sententia sit dicta. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. quæ sententiæ sine appellation. rescind. his uerbis*: Paulus respondit, eum qui in rebus humanis non fuit, sententiæ dictæ tempore inefficaciter condemnatum uideri. Idem respondit, aduersus eum qui in rebus humanis non esset, cum iudex datus est, neq; iudicis dationem ualuisse, neq; sententiam aduersus eum dictam, uires habere. *Concordat l. 59. §. fin. ff. de re iudicata, his uerbis*: Si quis ex edicto peremptorio post mortem sit condemnatus, non ualet sententia: quia morte rei peremptorium soluitur. Ideoq; ut in re integra, de causa notio præstabitur, & quod optimum patuerit, statuetur.

X. EXCEPTIO: *Nisi contra absentem sententia sit dicta. Hæc exceptio approbatur l. 47. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis*: De unoquoque negocio præsentibus omnibus, quos causa contingit, iudicari oportet: aliter enim iudicatum tantum inter præsentes tenet. *Concordat l. 14. §. fin. ff. de appellationibus, his uerbis*: Quod absente possessore, nec quoquam nomine eius respondente, pronunciatum est, non habet rei iudicatæ authoritatem: nisi aduersus eum solum qui adesse neglexit. Quare his qui testamento libertates uel legata uel fideicommissa acceperunt, saluæ sunt actiones, si quas habuerunt, perinde ac si nihil esset iudicatum: & ideo aduersus eum qui uicit, permittimus eis agere. *Concordat item l. 7. C. quomodo & quando iudex sentent. his uerbis*: Ea quæ statuuntur aduersus absentes, non per contumaciam scilicet denunciationibus nequaquam ex more conuentos, iudicatę rei firmitatem non obtinere certum est. *Concordat item l. 7. ff. de iure fisci, his uerbis*: Si fiscus alicui status controuersiam faciat, fisci aduocatus adesse debet. Quare si sine fisci aduocato pronunciatum sit, diuus Marcus rescripsit nihil esse actum. Et ideo ex integro cognosci oportere. *Concordat item l. 3. §. diuus Hadrianus. ff. eod. tit. his uerbis*: Diuus Hadrianus Flauio Proculo rescripsit, cum in libertatem proclamat is, qui ex bonis ad fiscum pertinẽtibus esse dicitur, iudicium datur præsentibus & agentibus, etiam his qui negocijs fisci, solent interuenire. Et huiusmodi liberales causæ, si non interueniente fisci aduocato, &c. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi absens uocatus uenire noluit. quæ replicatio approbatur l. 8. C. quomodo & quando iudex sent. proferre debeat, &c. cuius uerba uide s. Libro sexto, capite secundo, quæstione 6. regul. 2. Concordat l. 47. §. qui apud. ff. de re iudicata, his uerbis*: Qui apud fiscum causam defendere sæpius conuenti neglexerint, rebus iudicatis subijciendi sunt. Quod eo apparet, si sæpè conuenti, præsentiam sui facere noluerint. *Concordat item l. 14. §. fin. ibi: Nisi aduersus eum. ff. de appellationibus. cuius uerba uide paulo superius ead. except. in prin. uide insuper s. Lib. 6. cap. 2. quæst. 6. reg. 2. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi aduersarius præsens per dolum sciens, falsò aliquid allegauerit. Hæc duplicatio approbatur l. 75. ff. de iudicijs, his uerbis*: Si Prætor iusserit eum, à quo debitum petebatur, adesse: & ordine edictorum peracto, pronunciauerit, absentem debere, utiq; iudex qui de iudicato cognoscit, nõ debet de Prætoris sententia cognoscere: alioquin lusoria erunt huiusmodi edicta & decreta Prætorũ. Marcellus notat. Si per dolũ sciẽs falsò aliquid allegarit, & hoc secutũ in sentẽtia Prætorẽ liquidò fuerit adprobatũ, existimo debere iudicẽ querelã rei admittere. *Secũda duplicatio est: Nisi absens uocatus adesse nõ potuit. Hæc dupl. approbatur d. l. 75. in fin. his uerb.* Paulus notat. Si aut morbo impeditus, aut reip. causa auocatus, adesse nõ potuit reus, puto uel actionẽ iudicati eo casu in eũ denegandã, uel exequi Prætorẽ ita iudicatũ nõ debere. *Cõcordat l. 10. C. quomodo & quando iudex sent. his uerbis*: Cũ nõ uoluntatis tuæ arbitrio, sed necessitate profectus sis: quidquid contra te absẽte statutũ fuerit, quando absentiæ causa necessaria fuit, officere tibi iuris ratio non permittit. *Item concordat l. 60. ff. de re iudicata, his uerbis*: Quæsitum est, cùm alter ex litigatoribus febricitans decessisset, & iudex absente eo, pnunciasset: an iure

uideretur pronunciasse? Marcellus respondit, morbus sonticus etiam inuitis litigatoribus ac iudice diem differt. Sonticus autem existimandus est, qui cuiq; rei agendæ impedimento est litiganti. Porrò quid magis impedimento est, quàm motus corporis cōtra naturam, quem Febrem appellāt. Igitur si rei iudicandæ tempore alter ex litigatoribus febrem habuit, res non uidetur iudicata. Potest tamen dici, esse aliquam & febrium differentiam. nam si quis sanus aliàs ac robustus, tempore iudicandi leuissima febre correptus fuerit, aut si quis tam ueterem quartanam habeat, ut in ea omnibus negocijs superesse soleat: poterit dici morbum sonticum non habere.

Tertia duplicatio est: Nisi edictum peremptorium non fuerit propositum, nec in noticiam absentis peruenerit. Hæc duplicatio approbatur l.1.§.item cum ex.ff.quæ sentent.sine appell. rescind. his uerbis: Cū ex edicto peremptorio, quod neq; propositum est, neq; in noticiam peruenit, absentis condemnatio fit: nullius momenti esse sententiam constitutiones demonstrant. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi alio modo admonitus, uenire noluit. Hæc triplicatio approbatur l.2.C.quomodo & quando iudex sentent. profer. his uerbis:* Cessante quoq; caosa peremptorij edicti, aduersus eos qui admoniti iudicio adesse noluerunt, sententiam à iudice posse ferri, certum est.

Quarta duplicatio est: Nisi feriatis diebus absens uocatus sit. Hæc duplicatio approbatur l.4.C.d.tt. quomodo & quando, his uerbis: Si (ut proponis) pars diuersa, die feriato absente, uel ignorante te à iudice dato sententiam pro partibus suis quasi contumaciter deesses, impetrauit: non immeritò præses denuò negocium alterios iudicis notioni terminandum commisit. *Concordat l.1. §.1.ff.de ferijs & dilationibus. cuius uerba uide s̄.Lib.5.cap.2.quæst. 2.except.1. Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Plures huiusmodi duplicationes uide s̄.Librò sexto, capite 2. quæst. 7.*

Secunda replicatio est: Nisi is contra quem absentem pronunciatum est, præsens litem cœperit. Hæc replicatio approbatur l. ultim.C.quomodo & quando iudex sentent &c. his uerbis: Cum præsentibus partibus litem inchoatam proponas, si posteaquam cōtra te licet absentem pronunciatum est, intra præfinitum diem non appellasti: latam sententiam rescindi postulanti: multæ sacræ coostitutiones refragantur.

Tertia replicatio est: Nisi absens contra quem iudicatum est, non statim re comperta, eo nomine querelam detulit uel ratum habuit. quæ replicatio approbatur l.3.C.d.tt. his uerbis: Ab eo iudicato recedi non potest, quod uobis absentibus & ignorantibus, atque indefensis dicitur esse prolatum, si ubi primum cognouistis, non illicò de statutis querelam detulistis: ita enim firmitatem sententia, quæ ita prolata est, non habebit, si ei non sit commodatus adsensus.

Quarta replicatio est: Nisi alius nomine absentis condemnati præsens fuit. Hæc replicatio elicitur ex l.14.§.fin. ibi: Nec quoquam nomine eius respondente.ff.de appellationibus. cuius uerba uide s̄.ead. exception. in princip. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi præsenti mandatum non sit, uel inutiliter sit mandatum. Hæc duplicatio approbatur exemplo l.4.C.de procuratoribus. cuius uerba uide s̄. Libro quinto, capite sexto, quæstione quarta, except. 17. replicat.1.

Quintæ replicationis loco notandum, quòd ceteris qui fuerunt præsentes, exceptio proposita non detur. quæ replicatio approbatur l.47. in principio. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. except. proposita, in princip. Hactenus de decima exceptione sit dictum, nec non de secundo genere exceptionum, quæ desumptæ sunt ex persona eius, contra quem est iudicatum. Sed & huius loci exceptio est hæc: Nisi seruus sit condemnatus. quæ exceptio approbatur l.6.C. de iudicijs. de qua re uide commentar. Actionum, capite quinto, regula prima. Sequitur tertium genus quod sumptum est ex re iudicata, & ex causa de qua est iudicatum.

XI. EXCEPTIO: *Nisi de alia re iudicatum est, quàm de qua iudex est datus. Hæc exceptio approbatur l.1.C.si à non compet.iud. his uerbis:* Iudex ad certam rem datus, si de alijs pronūciauerit, quàm quod ad eam rem pertinet, nihil egit. *Concordat l.3.C.eod.tt. his uerbis:* Si de proprietate datus iudex, aduersus te nihil super hac statuit, Rector prouinciæ aditus causam hanc cognoscere, suaq; decidere sententia curabit: cum & si quid de possessione pronunciatū probetur, hoc causæ proprietatis minimè noceat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ad condemnandum datus iudex absoluerit. quæ replicatio approbatur l.3.ff.de re iudicata. his uerbis:* Qui damnare potest, is absoluendi quoq; potestatem habet. *Concordat l.37.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Nemo qui condemnare potest, absoluere non potest. *Concordat l 7.ff de confessis, his uerbis:* Cum fideicommissum peteretur, hæres confessus est debere: arbiter ad restituendom datus comperit nihil deberi: quæsitum est, an possit absoluere? Africanus respondit posse. Interesse tamen, qua ex causa nihil debeatur. nam si ob id quod nullum fideicōmissum fuerit, non debere eum absoluere. Si uerò quia testator fortè soluendo non erat, aut quia hæres omoe solutum esse apud Prætorem dixerat, & cum controuersia & computatio

putatio difficilior esset, arbiter datus fuerit saluo officio eum absoluturum. Has enim partes eius esse, ut si in computatione nihil inueniatur, possit absoluere. Sed ex superiore casu ad prætorem remittere debet, ut absoluatur. *Hisce uerbis replicatio proposita approbatur, simul & distinguitur.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi de alia re quàm petita est, sententia sit lata. Hæc exceptio approbatur l. 17. C. de fideicommissarijs libertatibus. cuius uerba uide alibi. Concordare uidetur l. 74. in pr. ff. de iudicijs, hisce uerbis:* De qua re cognouerit iudex, pronunciare quoq; cogendus erit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi in causa appellationis, in qua iudex appellatus, id quod sententiæ, à qua appellatum est, deest, potest etiam contra appellantem supplere. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. Lib. eod. cap. 1. quæst. 9. reg. 17.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi terminos ac fines suæ iurisdictionis iudex inferenda sententia, excesserit. Hæc exceptio approbatur l. 20. ff. de iurisdiction. cuius uerba uide s. eod. cap. except. 1. Concordat l. 5. C. Quando prouocare non est necesse, his uerbis:* Certa ratione & fine mulctare præsides possunt. Quòd si aliter & contra legis statutum modum præses prouinciæ mulctam uobis irrogauerit: dubium non est, id quod cõtra ius gestum uidetur, firmitatem non tenere, & sine appellatione posse rescindi. *Concordãt ea quæ dicta sunt s. Lib. 5. ca. 4. de reliquis circumst. reg. 12. excep. 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ab initio minor quantitas uisa est, & inferenda demum sententia maior apparet. quæ replicatio approbatur l. 37. §. sed enim. C. de appell. his uerbis:* Scimus legem nostram esse promulgatam, per quã more consultationum in causis quidẽ quæ usque ad decem libras auri extenduntur, unum iudicem sancimus supponi uiginti autem duos sublimissimos iudices: sed cum prima quidem facie uidebatur non tantam summam, &c. *Plura de exceptione hac uide s. Lib. 5. cap. 2. except. 47.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi incerta sit sententia & summa non expressa. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. de sententia quæ sine certa quant. his uerbis:* Hęc sententia, Quæ bona fide accepisti, solue: cũ incertum esset quid accepisset, quantumq; ab eo peteretur, præsertim cum ipse qui extra ordinem iudicabat, interlocutus sit dotem datam, quæ repeteretur, non liquidum esse, iudicati authoritate non nititur. Cùm igitur is qui postea iudicabat, contra te certam sententiam protulit, neque à statutis prouocaueris, ipse tuo facto confirmasti iudicatum. *Concordat l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Hæc sententia, Omnem debiti quãtitatem cum usuris competentibus solue: iudicati actionem parere non potest: cum apud iudices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio, authoritate rei iudicatæ censeatur, si parte aliqua actorum certa sit quantitas comprehensa. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi summa non expressa in sententia, aliunde constet. Quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Apud iudices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio, authoritate rei iudicatę censeatur, si parte aliqua actorũ certa sit quantitas comprehensa. *Huius exemplum puto l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Quanquam pecuniæ quantitas sentẽtia curatoris reipub. non continetur: sententia tamen eius rata est: quoniam indemnitatem reipublicę pręstari iussit. *Concordat item replicationi propositæ l. 59. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis:* In sententijs sufficit si expresserit iudex summam, soluique iusserit, uel præstari, uel quo alio uerbo hoc significauerit. Amplius est rescriptum, etsi in sententia non sit summa adiecta: si tamen is qui petit, summam expresserit, & iudex ait, Solue quod petitum est, uel Quantum petitum est, ualere sententiam. *Concordat item l. 5. §. fin ff. eod. tt. his uerbis:* Si iudex aliquem sic condemnet, ut quod habet ex testamento uel codicillis Mæuij, restitueret Titio: sic accipiendum est, quasi quantitatem nominauerit, quæ testamento uel codicillis relicta est. Sed etsi fideicommissum sine scriptura pronunciatum est: idem erit probandum.

Altera replicatio est: Nisi usurarum condemnatione incerta facta, sortis condemnatio certa sit. Hæc replicatio reprobatur l. 59. §. qui sortis. ff. de re iudicata, his uerbis: Qui sortis quidem condemnationem faciunt, de usuris autem ita pronuciãt: Vsuræ, si quę competunt, præstentur: non recte pronũciatur: debent enim de usuris quoque cognoscere, & certam facere condemnationem.

Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi certa sortis usuras solui iusserit, non adiectis, his uerbis Si quæ competunt. *Hæc duplicatio approbatur l. 1. C. de sententiis, quæ sine certa. cuius uerba uide paulo inferius except. 21.*

XV. EXCEPT. *Nisi sententia neque condemnationem, neque absolutionẽ contineat. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de sententijs & interlocut. his uerbis:* Præses prouinciæ nõ ignorat definitiuã sententiam, quæ condemnationem uel absolutionem non continet, pro iusta non haberi. *Huius exemplum proponitur l. 7. C. eod. tt. cuius uerba uide s. excep. 19. Planè etiamsi nõ condemnationis uel absolutionis, sed alio uerbo eandem uim habente est usus, nihilominus ualet sententia: quod replicationis loco notandum. quæ replicatio approbatur l. 59. in prin. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s. except. prox. repl. 1.*

XVI. EX-

XVI. EXCEPT. *Niſi nō procurator, ſed dominus litis ſit condemnatus.* *Hæc exceptio approbatur l.1. C. de ſententijs & interloc. cuius uerba uide ſ. Lib. prox. cap. 11. quæſt. 1. reg. 4.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi impoßibile quid ſententia contineat. Hæc exceptio approbatur l. 3. ff. quæ ſentent. ſine appell. his uerbis:* Paulus reſpondit, impoſsibile præceptum iudicis, nullius eſſe momenti. Idem reſpondit, ab ea ſententia, cui pareri rerum natura non oportuit, ſine cauſa appellari.

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi contra leges uel cōſtitutiones ſit pronunciatum. Hæc exceptio approbatur l. 19. ff. de appellationibus, his uerbis:* Si expreſſim ſententia contra iuris rigorem data fuerit, ualere non debet. Et ideo & ſine appellarione cauſa denuò induci poreſt. Non iure profertur ſeutentia, ſi ſpecialiter contra leges, uel ſenatuſconſulta, uel conſtirutiones fuerit prolata. Vnde ſi quis ex hac ſenteuria appellauerit, & præſcriprione ſubmotus ſit, minimè confirmatur ex hac præſcriprione ſententia, unde poteſt cauſa ab inirio agitari. *Concordat l. 1. §. item cum contra. ff. quæ ſententiæ ſine appellat. reſcind. his uerbis:* Cum contra ſactas conſlitutiones iudicatur, appellarionis neceſsitas remittitur. Contra conſtitutiones autem iudicatur, cum de iure conſtituto, non de iure litigatoris pronunciatur. Nam ſi iudex uolenti ſe ex cura muneris uel tutelæ beneficio liberorū, uel ętatis, aut priuilegij excuſare, dixerit neq; filios, neq; ætaté, aut ullū priuilegiū ad muneris uel rutelæ excuſarioné prodeſſe, de iure co[illegible]tuto pnūciaſſe intelligitur. Quòd ſi de iure ſuo pbanté admiſerit, ſed idcircò cōtra eū ſenrentiá dixerit, quod negauerit eū de ætate ſua, aut de numero liberorū pronūciaſſe: de iure litigaroris pronunciaſſe intelligirur, quo caſu appellatio neceſſaria eſt *Concordat l. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe, his uerbis:* Si cū inter te & auiam defuncti q̄ſtio de ſucceſsiōe eſſet, iudex datus à præſide puinciæ pronunciauit, potuiſſe defun[illegible] & minoré quatuordecim annis teſtamentū facere, ac per hoc auiā potiorē eſſe: ſententiā eius contra tam manifeſti iuris formā datā, nullas habere uires palàm eſt. Er ideo in hac ſpecie nec puocarionis auxiliū nece[illegible]. Quòd ſi cū de ætate quæreretur, impleſſe defunctū quartūdecimū annum, ac per hoc iure factū teſtamētū pronūciauit, nec prouocaſti, aut poſt appellationis implerā cauſam deſtitiſti: rem iudicatā retractare non dobes. *Concordat item l. 5. C. eod. tit. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 13.*

Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi iudex leges ac conſtitutiones propoſitas, exiſtimat ad cauſam propoſitam non pertinere, ſed eam eſſe exceptam. quæ replicatio approbatur l. 32. ff. de re iudicata, his uerbis: Cum prolaris conſtitutionibus contra eas pronunciat iudex, ex eo quòd nō exiſtimat cauſam, de qua iudicat, per eas iuuari: non uiderur contra conſtitutiones ſententiam dediſſe. Ideoq; ab huiuſmodi ſententia appellandum eſt: alioquin rei iudicaræ ſtabitur. *Huius replicationis exemplum proponitur l. 27. ff. eod. tit. his uerbis:* Præſes prouinciæ in uſuras uſurarum condemnauit contra leges & ſacras conſtitutiones. Ideoq; Lucius Titius contra prolatā ſentenriam iniuſtam præſidis appellauit: quæro, cū nō ſecundū legem hic Titius prouocaſſet, an exigi poſsit pecunia ſecūdū cōdemnationé? Modeſtinus reſpondit, ſi in ſententia certa quanritas contineatur, nihil proponi cur iudicati agi non poſsit.

XIX. EXCEPTIO: *Niſi ſententia nullo iure nitatur. Hæc exceptio approbatur exēplo l. 7. C. de ſentent. & interloc. his uerbis:* Ex ſtipulatione parta actione, paciſci proximis perſonis ſuadēdo Pręſes prouincię, uerborū obligarioné, quā certo iure tolli tantū licet, extinguere non poteſt: nec uox omnis iudicis, iudicati continet authoritaté, cū poteſtaté ſententię certis finib. cōcludi, ſæpè cōſtitutū ſit. Quapropter ſi nihil cauſa cognita ſecundū iuris rationé pronunciatū eſt: uox paciſci ſuadentis præſidis actioné perimere (ſi quam habuiſti) minimè potuit. *Huius exceptionis replicationes uide ſ. in exceptionib. proximis reprobatis.*

XX. EXCEPTIO: *Niſi iudex bona debitorū fideiuſſorib. addixit, ut ipſi creditoribus ſatisfacerēt. Hæc exceptio reprobatur l. 5. C. de ſentent. & interlocut. his uerbis:* Cum eorū qui principaliter fiſco tenebantur, bona ea lege fideiuſſoribus procurator tradi iuſſerit, ut ipſi indemnitatem fiſco præſtarent, nec à ſentétia eius interceſſerit prouocatio, conſequens eſt datę formæ obremperari.

XXI. EXCEPTIO: *Niſi uſuras iudex ſolui iuſſerit, donec iudicatum ſolueretur. Et hæc exceptio approbatur l. 1. §. nec tamen. ff. de uſuris, hiſce uerbis:* Nec tamen iudex iudicij bonæ fidei rectè iubebit interponi cautiones, ut ſi tardius ſententiæ condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur uſuræ, cum in poteſtate ſit actoris iudicatum exigere. Paulus notat. Quid enim pertinet ad officium iudicis poſt condemnationem futuri temporis tractus? Papinianus circa tutelæ, &c. *Concordat l. 1. C. de ſententia quæ ſine certa quantitate, his uerbis:* Cum iudicem quoad pecunia condemnationis ſoluta fuiſſet, de pendendis uſuris legem dixiſſe profitearis: non contra iuris formam ſententiam datam, palàm eſt. *Concordat l. 13. in fine. C. de uſuris.*

XXII. EXCEPT. *Niſi iuſiurandū iudex præſtari*

stari iußit, nõ adiecto in quẽ finẽ sit præstandum. Hæc exceptio approbatur l. 11 C. de sentent. & interloc. his uerbis: Cum iudex in definitiua sentẽtia iusiurandum solummodò præstari præcipiat, non tamen addat quid ex recusatione uel præstatione sacramenti fieri oportet: huiusmodi sententiam nullam uim obtinere, palàm est.

XXIII. EXCEPTIO: Nisi sub conditione sententia sit lata. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. biduum. ibi: Sanè quidem. ff. quando appellandum. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæst. 5. except. 1.

XXIIII. EXCEPTIO: Nisi aduersarius non etiã in sumptus litis sit cõdemnatus. Hoc enim casu & sine appellatione introducta, consultatione, sententia potest retractari. quæ exceptio approbatur l. 10. in fine. C. quando prouocare non est necesse. cuius uerba uide s̄ eod. Lib. cap. 1. q. 2. except. 21.

XXV. EXCEPTIO: Nisi factum non sit, quod factum esse iudicatum est, & contrarium poßit probari. Hæc exceptio approbatur l. 56. ff. de re iudic. his uerbis: Post rẽ iudicatã uel iureiurãdo decisam, uel, &c. Cõcord. l. 2. in fin. C. quãdo prouocare nõ est necesse. cuius uerba uide s̄. except. 18. Concordat l. 1. §. itẽ cũ cõtrà. ibi: Quòd si de iure. ff. quæ sententiæ sine appell. rescind. cuius uerba uide d. except. 18. Concordat item l. 25. ff. de statu hominũ, his uerbis: Ingenuum accipere debemus etiã eũ, de quo sententia lata est, quãuis fuerit libertinus: quia res iudicata pro ueritate accipitur. Cõcordat item l. 22. §. si quis cũ ff. de bonis libertorũ, his uerb. Si quia cũ esset ex hæredatus pronunciatus, uel perperã sit exhæredatus nõ esse nõ repellitur. reb. n. iudicatis standũ est. Cõcordat item l. 8. C. de sentẽt. & interlo. his uerbis: Libera quidẽ Theodora, quã exẽptionis causa, uel in solutũ creditori tradita proponis, pronũciata: citra prouocationis auxiliũ sentẽtia rescindi nõ potest. Verùm si mota quæstione, præmissa denũciatione ei qui auctor huiusmodi mulieris fuit, iudicatũ processit: quãti tua interest, empti, si emisti, uel ob debitũ reddendũ, si in solutũ data est, repetere nõ prohiberis. Cõcordat deniq; l. 1. in prin. ff quæ sent. sine appell. rescin. cuius uerba uide j. excep. 55. Planè admittitur exceptio proposita in certis quibusdã casibus, de quib. uide j. except. 32. cum seq. item except. 52. Hactenus de exceptionib. desumptis ex re iudicata dictũ est. Sequitur nunc quarti generis exceptiones sumptæ ex causa, iudicati & antecedentibus: necnon ex adiunctis. & modo iudicati.

XXVI. EXCEPTIO: Nisi antea diuersum fuerit pronũciatũ. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. quãdo prouocare nõ est necesse. his uerbis: Latã sententiam dicitis, quam ideo uires non habere contenditis, quod contra res prius iudicatas, à quibus prouocatũ nõ est, lata sit: cuius rei probationem si promptam habeatis, etiam citra prouocationis adminiculũ, quod ita pronunciatũ est, sententiæ authoritatem non obtinebit. Cõcordant ea quæ habentur s̄. Lib. prox. cap. ult. reg. 13. Huius exceptionis species est: Si Imperator suo rescripto uel sententia controuersiã finierit. Nam contra hanc sententiam Imperatoris non ualet sententia iudicis. quæ species approbatur etiam Nouell. constitut. 113. §. si qua enim ad nos, his uerbis: Si qua ad nos controuersia, uel actitata modo apud iudicem, uel antequam ea lis initium sumeret deuenerit uisumque nobis erit nostra sententia eam disponere & decidere: non sanè alterius præterea id sententia indiget. Quæ etenim sacta (ut dictũ est) disponuntur, deciduntur q; sententia, ea aliorum examinatione, aut sentẽtia, aut retractatione aliqua non indigent. Neq; enim nos quibus Deus ferendarum etiam legum potestatem donauit, si de controuersia aliqua qualemcunque sententiam protulerimus, permittimus, ut alius iudex hãc siue per formas, siue per commissiones spectabilium nostrorum Referendariorum, aut alterius cuiuspiam quomodo hanc examinare retractareue oporteat, examinet & retractet: utpote cum quod à nobis semel iudicatũ est, retractari à nemine possit. His uidelicet obtinentibus, si scripto cõprehẽsa eiusmodi aliqua iussio procedat. Huius exceptionis in specie proposita replicatio hæc est: Nisi lite apud iudicem pendente Imperator in causa rescripsit. quæ replicatio approbatur d. c. 113. §. 1. cuius uerba cum similib. uide s̄. Lib. 1. cap. 10. exc. 2.

XXVII. EXCEPTIO: Nisi exceptio aliqua fuerit omissa. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. sententiam rescindi non posse, his uerbis: Peremptorias exceptiones omissas in initio, antequam sententia feratur, opponi posse perpetuum edictum manifestè declarat. Quòd si aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur. Nam iudicatum contra maiores annis uigintiquinque non oppositæ præscriptionis uelamento citra remedium appellationis rescindi non potest. Exemplum huius proponitur l. 23. §. si quis post. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide j. Lib. prox. cap. 5. except. 25. repl. 4. dupl. 2.

XXVIII. EXCEPTIO: Nisi falsus procurator interuenerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. quibus res iudicata non nocet, his uerbis: Si neque mandasti fratri tuo defensionẽ rei tuæ, nec quod gestum est, ratum habuisti, præscriptio rei iudicatæ tibi non oberit. Et ideo non prohiberis causam tuã agere sine præiudicio rerum iudicatarum. Concordat l. 24. C. de procuratoribus. cuius uerba uide s̄. Lib. 5. cap. 6. q. 4. except. 1. repl. 1.

XXIX. EXCEPTIO: Nisi procurator fines mandati excesserit. Hæc exceptio approbatur l. 10. in prin. C. de procuratorib. cuius uerba uide s̄. Lib. 5. cap. 8. effectu 2. except. 2.

XXX. EXCEPTIO: *Niſi procurator dolo egit in cauſa agenda, uel defendenda. Hæc exceptio reprobatur d.l.10.in fine. Planè ſi procurator pecunia accepta ſe cōdemnari paſſus eſt, domino conuento datur exceptio. quæ diſtinctio approbatur l.9. ff. de doli mali & metus except. his uerbis:* Si procurator rei pecunia accepta, damnari ſe paſſus ſit, & cū domino iudicati agatur: tuebitur ſe doli mali exceptione: nec hoc quod accepit ꝓcurator, auferri ab eo poteſt. nam turpiter accepta pecunia, iuſtius penes, &c.

XXXI. EXCEPT. *Niſi aduocatus cauſæ, prævaricatus fuerit. Hæc exceptio approbatur l.1.C. de aduocatis diuerſ. iudicum, his uerbis:* Si patronum cauſæ præuaricatum putas, & impleueris accuſationem, non deerit aduerſus eum ꝓ temeritate commiſſa ſententia, atq; ita de principali cauſa denuò queretur. Quòd ſi non docueris præuaricatum: & calumnia notaberis, & rebus iudicatis, à quibus non eſt prouocatum, ſtabitur. *Plura de hac exceptione uide ſ. Lib.3.cap.2.except.15.repl.2.*

XXXII. EXCEPT. *Niſi error aduocati uel notarij interuenerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, ſed & approbatur in notarijs l.2.C. de errore aduocatorum. cuius uerba uide ſ. Lib prox. cap.3.q.5. except.12. Huius autem exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi dominus litis præſens fuerit, nec contradixerit. quæ replicatio approbatur l.3. C. de errore aduocatorum, his uerbis:* Sententijs finita negocia, reſcriptis reuocari nō oportet: nec enim quæ conſtituta ſunt, ut aduocatorum error litigatoribus non noceat, tibi etiam opitulari poſſunt: cum te præſentem, neq; cauſæ palàm ex continenti, id eſt, triduo proximo contradixiſſe, neq; poſt ſententiam appellationis remedio: ſi tibi hæc diſplicebant, uſum eſſe proponas. *Concordat l.1. C. eod. tt. his uerbis:* Ea quæ aduocati præſentib. ijs quorum cauſæ aguntur, allegant, perinde habenda ſunt, ac ſi ab ipſis dominis litium proferantur.

XXXIII. EXCEPTIO: *Niſi calculi error interuenerit. Hæc exceptio reprobatur l.2.C. de re iudicata, his uerbis:* Res iudicatæ ſi ſub prætextu computationis inſtaurentur, nullus erit litium finis. *Concordat l. unica. ibi: Si res iudicatæ. C. de errore calculi. Planè admittitur exceptio propoſita, ſi ipſi ſententiæ calculi error inſit. quæ diſtinctio approbatur l.1.§.1.ff. Quæ ſententiæ ſine appellat. reſcind. his uerbis:* Si calculi error in ſententia eſſe dicatur, appellare neceſſe nō eſt. Veluti ſi iudex ita pronunciauerit: Cum cōſtat Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta, item ex illa ſpecie uigintiquinq; debere, idcircò Lucium Titium Seio in centum cōdemno. Nam cum error computationis eſt: nec appellare neceſſe eſt, & citra prouocationem corrigitur. Sed & ſi huius quæſtionis iudex ſententiam centum confirmauerit, ſiquidem ideo, quod quinquaginta & uigintiquinq; putauerit fieri centū, adhuc idem error computationis eſt, nec appellare neceſſe eſt. Si uerò ideo, quoniā & alias ſpecies uigintiquinq; fuiſſe dixerit, appellationi locus eſt.

XXXIIII. EXCEPTIO: *Niſi ex falſis inſtrumentis iudicatum ſit. Hæc exceptio approbatur l.2.C. ſi ex falſis inſtrum. iudicatum ſit, his uerbis:* Et qui non prouocauerunt, ſi inſtrumentis falſis ſe uictos eſſe probare poſſunt, cum de crimine docuerint, ex integro de cauſa audiūtur. *Concordat l.1. C. eod. tt. his uerbis:* Si tabulas teſtamenti, quas ſecutus proconſul uir clariſſimus ſententiam dixit, falſas dicere uis: ꝓbebit notionem ſuam, non obſtante præſcriptione rei iudicatæ: quia nondum de falſo quæſitum eſt. *Concordat item l.ult. C. eod. tt. his uerbis:* Iudicati executio ſolet ſuſpendi, & ſoluti dari repetitio, ſi falſis inſtrumentis circumuentam eſſe religionom iudicantis (crimine poſtea falſi illato) manifeſtis probationibus fuerit oſtenſum. *Concordat denique l.11. ff. de exceptionibus. cuius uerba uide ſ. Lib.4.cap.8.q.1.except. generali 9. Huius exceptionis replicationem uide j. except. prox.*

XXXV. EXCEPTIO: *Niſi ex falſo teſtimonio ſit iudicatum. Hæc exceptio approbatur l.33 ff. de re iudicata, his uerbis:* Diuus Hadrianus aditus per libellum à Iulio Tarentino, indicante eo falſis teſtimonijs, conſpiratione aduerſariorum teſtibus pecunia corruptis, religionem iudicis circumuentam eſſe: in integrum cauſam reſtituendam, in hæc uerba reſcripſit: Exemplum libelli dati mihi à Iulio Tarentino mitti tibi iuſsi: tu ſi ptobauerit, conſpiratione aduerſariorum teſtib. pecunia corruptis oppreſſum ſe, & rem ſeuerè uindica: & ſi quod à iudice tam malo exemplo circumſcripto iudicatum eſt, in integrum reſtitue. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non probetur iudicem ſecutum falſi teſtimonij, uel inſtrumenti fidē pronunciaſſe. Hæc repl. approbatur l.3.C. ſi ex falſis inſtrum. hiſce uerbis:* Falſam quīdem teſtationem, qua diuerſa pars in iudicio aduerſus te uſa eſt (ut proponis) ſolito more arguere non prohiberis. Sed cauſa iudicati in irritum non deuocatur, niſi probare poteris, eum qui iudicauerat, ſecutum eius inſtrumenti fidem, quod falſum eſſe conſtiterit, aduerſus te pronunciaſſe.

XXXVI. EXCEPTIO: *Niſi iudex ſecundū reſcriptum lite pendente impetratum, pronūciauerit. Hæc except. approbatur Nouell. c.111.§. atq; hæc dicimus, ibi: Sed & ſi quis. cuius uerba uide ſ. Lib.1.cap.10.except.2.repl.1.*

XXXVII. EXCEPTIO: *Niſi iudex pecu-*

nia

nia corruptus, sententiam dixit. Hæc exceptio approbatur l.7.C.Quando prouocare non est necesse,his uerbis: Venales sententias quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur,& citra interpositæ prouocationis auxilium iampridem à diuis principibus infirmas esse decretum est.

XXXVIII. EXCEPTIO: *Nisi iudex per errorem,uel ambitiosè sententiam dixit. Hæc exceptio reprobatur l.65.§.cum Prætor. ff. ad senatus.Trebellianum,his uerbis:* Cum Prætor causa cognita per errorem, uel ambitiosè iubet hæreditatem ex fideicommisso restitui: etiam publicè interest restitui propter rerum iudicatarum autoritatem. *Concordat l.penult.§.prætor quoq;. ff. de iust. & iure. cuius uerba uide §. Lib.1.ca.1. quæst. 2. Quod dicitur per errorem, id distinguitur in exceptionibus præcedentibus de falso testimonio, de falsis instrumentis,de errore calculi,&c.*

XXXIX. EXCEPTIO: *Nisi nullo actu ex lege habito uel contra solitum iudiciorum ordinem sit pronunciatum. Hæc exceptio approbatur exemplo l.12.ff.de appellationib.his uerbis:* Si constat nullo actu ex lege habito Duumuirum creatum, sed tantum uocibus popularium postulatū, eisq; tunc proconsulem (quod facere non debuit) consensisse: appellatio in aperta re superuacua fuit. *Concordat l.4.C.de sententijs & interlocut.his uerbis:* Prolatam à præside sententiam, contra solitum iudiciorum ordinem, authoritatem rei iudicatæ nō obtinere certum est. *Concordat l.7. C. eod.tt.cuius uerba uide §. except.19. Quis autem sit iudiciorum ordo, atq; (ut nostri uocant) processus dictum §. in libris præcedentibus. Propositæ exceptionis exemplum, est comminatio iudicis,quod proponitur l.1.C.comminationes,epistolas, &c. his uerbis:* Nec uim stipulationis obtinere potest cōminatio iudicis, qui certas usuras præstituros eos dixit, qui intra certum diem debitum non exoluissent. *Concordat l.4.C.eod.tt.his uerbis:* Interlocutio præsidis apud acta signata, ut nisi solutioni debitis qui conuenitur, obsequium præstitisset, duplum seu quadruplum inferat: uoluntas potius comminantis quàm sententia iudicatis est, cum placitum huiusmodi, ne rei iudicatæ authoritatem obtineat, iuris ratio declarat. *Cōcordat item l.6.C.eo.tt.his uerbis:* Programma, si quod à præside prouinciæ propositum est, uim rei iudicatæ nequaquam obtinere potest. Nec comminationem uim rei iudicatæ obtinere manifestum est. *Aliud exemplum est epistola iudicis. quod proponitur l.2.C. d.tt. his uerbis:* Rei iudicatæ effectum non habet, quod per epistolam Rector ꝓuinciæ fol uere uos pecuniam reipub. iussit. *Tertiū exēplū est, subscriptio ad libellū facta, quod proponitur l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Iudex qui disceptationi locum dederat, partium allegationes audire & examinare debuit. nam subscriptionem ad libellum datam talem, quæ diuersam partē in possessionem fundi mitteret, uicē rei iudicatę non obtinere, non ambigitur. *Quartum exemplum proponitur l.ult. C.d. tt. his uerbis:* Quod magno cōflictu sentētia decerni solet, id paucis literis temerè descriptis definiri fas non est. *Quintum exemplum proponitur l.2. C. de iure fisci. his uerbis:* Instar rei iudicatæ obtinere minimè potest computatio à tabularijs facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata. *Planè exceptionis propositæ replicationes uide paulo §.except.42. Sed & eius replicatio hæc est: Nisi extra ordinaria causa atq; cognitio sit. quæ replicatio approbatur, simul & declaratur per ea quæ habentur §.Lib prox.cap.1.*

XL. EXCEPTIO: *Nisi aduocatus eius contra quem iudicatum est, non fuerit præsens. Hæc exceptio reprobatur l. 4. C. de postulando, his uerbis:* Velamento absentiæ patroni causæ rursus adfinitas, quæstiones frustra quis redire conatur. *Hæc de quarto genere exceptionum aduersus rem iudicatam dictum. Sequuntur nunc quinto loco exceptiones ex loco & tempore sententiæ latæ desumptæ.*

XLI. EXCEPTIO: *Nisi non publicè, sed in secreto loco officio non præsente sententia sit lata. Hæc exceptio approbatur l.6. C. de sentētijs & interlocut. his uerbis:* Cum sententiam Præsidis irritam esse dicis, quòd non publicè, sed in secreto loco officio eius non præsente, sententiam suam dixit: nullum tibi ex ijs quæ ab eo decreta sunt, præiudicium generandum esse constat.

XLII. EXCEPTIO: *Nisi alibi quàm ubi se cogniturum dixit iudex, pronunciauit. Hæc exceptio approbatur l.5. C. Quomodo & quando iudex, &c. his uerbis:* Si (ut proponis) præses prouinciæ, cum certum locum causæ cognoscendę dedisset, alibi per obreptionem aditus, sententiam aduersus te absentem protulit: quod ita gestum est, ad effectum iuris spectare minimè oportet.

XLIII. EXCEPTIO: *Nisi non pro tribunali, sed de plano sententia sit dicta. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerum eius replicatio prima hæc est: Nisi custodia sit damnanda. quæ replicatio approbatur l. 18. §.fin.ff. de quæstionib. his uerbis:* Custodię nō solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt atque damnari.

Secunda replicatio est: Nisi leuia sint crimina uel causæ, de quibus statuitur. Hæc replicatio approbatur l.6.ff.de accusationib.his uerbis: Leuia crimina audire & discutere de plano proconsulem oportet: & uel liberare eos quibus obijciuntur, uel fustibus castigare, uel flagellis seruos uerberare. *Concordat Nouell.c.17.§.Tertio. cuius uerba uide §.Lib.2.cap.1.reg 8.*

XLIIII. EXCEPTIO: *Nisi diebus feriatis sen*

tentia sit lata. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 6. ff. de ferijs. cuius uerba uide s̄. Lib. 5. cap. 1. quæst. 2. except. 1. Concordat l. 1. §. 2. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. except. 1.

X LV. EXCEPTIO: *Nisi cum iudex ad tempus datus esset, uel certe tempore litem dirimere iussus non intra illud tempus pronunciauerit. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. Quando prouocare non est necesse, his uerbis:* Cum non ex eo die quo præses prouinciæ præcepit, iudex ab eodem datus pronunciauerit, sed ductis diebus alieno ue tempore sententiam dedisse proponatur: ne ambages frustra interpositæ prouocationis ulterius negocium protrahant, præses prouinciæ superstitiosa appellatione submota, ex integro inter uos cognoscet. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi consensu partium tempus sit prorogatum. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 2. §. si & iudex. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 14.*

XLVI. EXCEPTIO: *Nisi eo tempore quo successum est ei, qui iudicem dedit, iudex pronunciauit. Hæc exceptio approbatur l. 49. §. fin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 4. quæstione 2. exceptione 15.*

XLVII. EXCEPTIO: *Nisi post sententiam dictam aliquid statuitur: hoc enim uim rei iudicatæ non habet. quæ exceptio approbatur l. 9. C. de sentent. & interlocut. his uerbis:* Post sententiam quę finibus certis concluditur, ab eo qui pronunciauerat, uel eius successore, de quæstione quæ iam decisa est, statuta rei iudicatę non obtinent autoritatem. Nam nec de possessione pronũciata, proprietari ullum pręiudicium adferunt, nec interlocutiones ullam causam plerunque perimunt. *Vide insuper de exceptione proposita s̄. Lib. prox. cap. ult. reg. 13. Superest unum genus exceptionum, quod sumitur ex consequentibus iudicatum. cuius generis exceptiones nunc ordine sequuntur.*

XLVIII. EXCEPTIO: *Nisi à sententia sit appellatum, eaq́; ab appellationis iudice rescissa, uel rescindi speretur. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. eod. Lib. cap. 1. quæst. 9. reg. 13. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non competens iudex appellatus sit. Hæc replic. approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. si quis in appell. ff. de appellat. his uerbis:* Si quis in appellatione errauerit, utputa cum alium appellare deberet, alium appellauerit: uidendum est, an error ei nihil obfuerit. Et siquidem cum maiorem iudicẽ appellare deberet, ita errauit, ut minorem appellet, error ei nocebit. Si uerò maiorem iudicem prouocauit, error nihil oberit: & ita multis constitutionibus continetur. Denique cum quidam iudicem ex rescripto principis à consulibus accepisset, & præfectum urbi appellasset: errori eius subuentum est, rescripto diuorũ fratrum. cuius uerba hęc sunt: Cum per errorem factum dicas uti à iudice, quem ex rescripto nostro ab amplissimis consulib. acceperas, ad Iunium Rusticum amicum nostrum, pręfectum urbi prouocares, consules amplissimi perinde cognoscent, atque si ad ipsos facta esset prouocatio. Si quis ergo uel parem uel maiorem iudicem appellauerit, alium tamen pro alio, in ea causa est, ut error ei nõ noceat: sed si minorem, nocebit. *Concordat l. 5. §. planè. ff. de appellationib. recipiendis. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæst. 9. reg. 10.*

Secũda replicatio est: Nisi non iusto tempore sit appellatum. Hæc replicatio approbatur l. 2. in prin. C. De his qui propter metum iudicis, his uerbis: His qui pro tempore competenti nõ appellant, redintegrandæ audientiæ facultas denegatur. *Quod autem sit tempus appellandi competens, uide s̄. cap. 1. quæst. 5. item paulo inferius repl. 5. Huius autem replicationis duplicatio prima hæc esse uidetur: Nisi miles appellauerit. Sed hæc duplicatio reprobatur l. 20. §. fin. ff. de appellat. his uerbis:* Militibus appellandi tempora non remittuntur: & uicti si non prouocauerint, & solennia fecerint, postea non audiuntur.

Secunda duplicatio est: Nisi sententia ipso iure non ualeat. Hæc duplicatio approbatur exemplo l. 19. ff. de appellationib. cuius uerba uide s̄. except. 18.

Tertia duplicatio est: Nisi non à definitiua sententia, sed ab interlocutoria sit appellatum. Hæc duplicatio reprobatur l. 1. §. quod in sententijs. ff. Quando appellandum, his uerbis: Quod in sententijs receptum est, ut uel altera die uel tertia prouocetur: hoc etiam in cæteris obseruandum est, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportere & posse, suprà relatum est. *Ait Iurisconsultus:* Suprà relatum est, *scilicet s̄. cap. 1. quæst. 2. except. 12.*

Quarta duplicatio est: Nisi ad honores uel munus uocatus appellauerit. hoc enim casu quamuis post statutum tempus appellauerit, intra duos tamen menses appellatio recipitur. Quæ duplicatio approbatur l. 1. C. de temporib. & reparationib. appell. his uerbis: Si quis per absentiam nominatus, uel ad duumuiratus, aliorumque honorum infulas, uel munus aliquod euocatus, ad prouocationis auxiliũ cucurrerit: ex eo die interponendæ appellationis duorum mensium spacia ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem decidisse mõstrauerit. Nam præsenti, qui factam nominationem cognouit, & appellare uoluerit, statim debent duorum mẽsium spacia computari.

Quinta duplicatio est: Nisi appellans absens fuit, & nesciuit contra se pronunciatum. hoc enim casu à tempore scientiæ tempus appellationis computandũ. Quæ duplicatio uerbis iam dupl. prox. approbatur. Sed & approbatur l. 1. §. fin. ff. quando appellandum, his uerbis: Si aduersus absentem fuerit pro-

nuncia-

nunciatum, biduum uel triduum, ex quo quis scit, computandum est: non ex quo pronunciatum est. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi procurator absentis fuerit præsens. quæ triplicatio approbatur d. §. fin. his uerbis:* Quod autem dicitur, absentem posse prouocare ex quo scit: sic accipimus, si non in causa per procuratorem defensus est. nam si ille non prouocauit, difficile est ut hic audiatur. *Sexta duplicatio est: Nisi iudicis copia nō fuerit appellāti. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. dies autem, usq; ad §. in propria. ff. quando appellandum, his uerbis:* Dies istos quibus appellandum est, ad aliquid utiles esse oratio diui Marci uoluit: si fortè eius à quo prouocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur. Ait enim: Is dies seruabitur, quo primò adeundi facultas erit. Quare si fortè statim post sententiam dictam copiā sui non fecerit, is qui pronunciauit, ut fieri adsolet: dicendum est, nihil nocere appellatori. Nam ubi primum copiam eius habuerit, prouocare poterit. Ergo si statim se subduxit, similiter subueniendum est. Quid igitur est, si conditio horę effecit ut se reciperet? si fortè dicta sit sententia iam suprema hora? utiq; non uidebitur se subtraxisse. Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit. Cæterùm si non fecerit, an imputetur alicui, quod ad domum eius non uenerit, quodq; in hortos non accesserit, & ulterius quòd ad uillam suburbanam? magisq; est, ut non debeat imputari. Quare si in publico eius adeundi facultas non fuit, melius dicetur facultatem non fuisse adeundi. Si quis ipsius quidem à quo appellauit, adeundi facultatem non habuerit, eius autem ad quē appellauit, habeat copiam: uidendum est an ei præscribi possit, quod eum non adierit? & hoc iure utimur, ut si alterutrius adeundi fuerit copia, præscriptio locū habeat.

Septima duplicatio est: Nisi metu iudicis non appellauit. Hæc duplicatio reprobatur l. 2. C. de his qui propter metum iudicis non appell. cuius uerba uide s. eod. cap. quæst. 2. in prin. Concordat l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide j. dupl. prox.

Octaua duplicatio est: Nisi ob uim sibi factam non appellauit. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 2. his uerbis: His qui tempore competenti non appellant, redintegrandę audientiæ facultas denegatur. Omnes igitur qui contra præfectos urbi magistros officiorum uel magistros militum, seu proconsules, seu comites Orientis, seu uicarios, seu præfectos Augustales, uel alium iudicem sub specie formidinis prouocationē non arbitrantur interponendā, à reuocanda lite repellantur. Qui uerò uim sustinuerunt, contestatione publicè proposita, intra dies legitimos, uidelicet quibus appellare licet, causas appellationis euidenti adfirmatione distinguant: ut hoc facto tanquam interposita appellatione ijsdem æquitatis adminicū la tribuantur. *Hæc de secunda propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationib. sint dicta.*

Tertia replicatio est: Nisi alius appellauit, non ipse qui iudicati actione conuenitur. Hæc replicatio approbatur l. 10. in prin. ff. de appellationib. his uerbis: Si qui separatim fuerint cōdemnati, quamuis ex eadem causa pluribus eis appellationibus opus est. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi causa non appellanti, cum eo qui appellauit, communis sit. Hæc duplicatio approbatur l. 2. C. Si unus ex plurib. appell. his uerbis:* Si in una eademque causa unus appellauerit, eiusque iusta appellatio pronunciata est, ei quoque prodest qui non appellauerit. Quod si ætatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetrauerit, maiori qui suo iure non appellauerit, hoc rescriptum non prodest. *Concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Si iudici probatum fuerit, unam eandemque condemnationem eorū quoque quorum appellatio iusta pronunciata est fuisse, nec diuersitate factorum separationem accipere: emolumentum uictoriæ secundum ea, quę constituta sunt, ad te quoque pertinere non ignorabit. *Concordat l. 10. §. sed cum aduersus. ff. de appellationib. cuius uerba uide s. eod. Lib. cap. 1. quæst. 2. except. 9. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi diuersæ fuerint causæ defensionis. quæ replicatio approbatur l. 10. §. quod est rescriptum. ff. de appellationib. his uerbis:* Quod est rescriptum in communi causa, quoties alter appellat, alter non, alterius uictoriam etiam ei proficere, qui non prouocauit: ita demum probandum est, si una eademque causa fuerit defensionis. Cęterùm si diuersæ, alia causa est: ut in duobus tutoribus procedit, si alter tutelam gesserat, alter non gesserat, & is qui nō gesserat, prouocauerat. Iniquum est enim, eum qui idcirco agnouerat sententiam, quoniam gessisse se sciebat, propter appellationem eius qui non gesserat, obtinere.

Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi in alia causa & ab alia sententia sit appellatum. Hæc replicatio approbatur l. 17. in prin. ff. de appellationib. his uerbis: Cum in una causa separatim duplex sentētia diuisa datur, ueluti una sortis, alia usurarum: duplex appellatio necessaria est, ne alteram agnouisse, de altera prouocasse intelligatur.

Quinta replicatio est: Nisi appellationem interpositam intra legitimum tempus non inchoauerit appellans, aut appellationem non exercuerit, uel deseruerit. Hæc replicatio approbatur l. 5. §. illud etiam. C. de temporib. & reparat. appell. his uerbis: Illud meritò addendum huic legi censemus, ut si quis fa

tali die ad appellationis iudicem introductus (siue ex una parte, siue cognitionaliter) causæ appellationis imponat axordiū, deinde relicta ea discadat, & in desidia reliquum tempus permaneat, & annale tempus post inchoatam litem præterierit: uicto re neque sententiam ad effectum perducere ualente, propter litem iam inchoatam, neque iam terminum accipere inuenianta, cum appallatoris absentia eam finiri non facilè concedat: huiusmodi iniquitatem amputantes (cum aduersarius potest etiam minimè præsente appellatore litem exercere: quia hoc speciale priuilegium eius est, qui appellarioni examinandæ præsidat, posse & ex una parte causam dirimere: iubemus eundem appellatorem, nisi obseruauerit iudicium, & causam usque ad finem peregarit, sed etsi per eum steterit quo minus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari & sententiam contra eum latam in suo robore durare, & ad defectū perduci, tanquam si ab initio minimè fuerit ꝓuocatum: nisi ipse appellator auidantissimis probationibus possit ostendere, se quidem summa ope nisnm uoluisse litem exercere, per iudicem autem stitisse, uel aliam inexorabilem causam secutam, propter quam hoc facere minimè ualuit: tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus: quo effluente, & lite minimè finem accipiente, cadere de appellatorio iuuamine disponimus: cum sit ei apertissima facultas & nostram adire maiastatem, & tarditatem iudicis in quarelam deducere, & nostro beneficio perpotiri. Cui consentaneum est, ut & in sententijs omnium amplissimorum præfectorum prætorio ex diuino oraculo retractandis, eadem obseruatio quæ supradicta est, post ingressum unius uel utriusque partis, tam propter absentiam personarum quàm propter statuta tempora teneat. *De iam dicta constitutiane uide plura paulo inferius ead. repl. dupl. 1. Concordat replicationi propositæ l. 8. C. de appellationib. cuius uerba uide s̄. eod. cap. quæst. 2. in prin. Cōcordat item l. 18. C. eod. tt. his uerbis*: Quoniam nonnulli fisci debitores, cum iussi fuerint debitam summam exoluere, interposito prouocationis auxilio, uim executionis aludunt, nec iam opinionis exemplum, nec refutatorias preces curant petere uel offerre: placuit, ut si intra dies solennitatibus prę stitutos ad facienda hæc appellatoris cura defuerit, daserta ab eo prouocatio existimetur, moxq; debitum exigatur. *Concordat itē l. 2. §. fin. C. de tēpor. & reparat. appell. his uerbis*: Si quis secus ac iura ꝑcipiūt, lapsus dies fuerit temporalis, & hoc primo loco à præsente aduersario uel etiam iudica, si solus litigat appellator, fuerit oppositum, probatumq; pro eo habebitur appellator, ac si sentautiā quoquo modo non coactus susceperit. *Item concordat l. 2. §. fin. C. quando prouoc. non est necesse. cuius uerba uide s̄. except. 18. Hactenus leges quibus replicatio proposita approbatur, enumeratæ sunt: nunc leges quibus replicatio ista declaratur, & tempus appellationis tam inchoandæ, quàm exequendæ definitur proponendæ. Definitur autem tempus inchoandæ seu introducendæ causæ appellationis l. 2. C. de temporib. & reparationib. appell. his uerbis*: Tempora fatalium dierum pro seculi nostri beatitudine credimus emendata, ubiq; dilationum materias amputantes. Et primi quidem fatalis diei tempora post appallationem, siue à uiro clarissimo rectore prouinciæ, siue à spectabili iudice fuerit appellatum, sex mensium esse iubemus. Quòd si primo fatali die lapsus est appellator, tricesimum primum diem alterum uolumus esse fatalem. Quòd si eo quoque appellator exciderit, tertium similiter, totidem diabus intermissis, fatalem obseruari dacernimns. Quod si tertius quoque lapsus fuerit temporalis: quartum etiam fatalem post trigesimum primum diem similiter obseruari decernimus. Quòd si ita contigerit, ut quatuor fatalibus diebus, qui appellauit exciderit: tunc intra trium aliorum mensium spacium à nostro numina reparationem peti præcipimus: qua petita nec aduarsarium decernimus admoneri, nec temporalem diem ad petitionem reparationis numerari, sed trium mensium spacio ex quarto fatali numerando causam induci præcipimus: licet ante unum diem reparatio fuetit impetrata, licet allegata in iudicio uirorum illustrium præfectorum non fuerit. Nec hoc parti nocebit aduersæ: cum non dubius, sed notus omnibus dies fatalis appareat. Et hæc si aduersus uiri clarissimi rectoris prouinciæ uel spectabilium iudicum sententias fuarit appellatum. Quòd si ab arbitro in prouincia ex delegatione sacra disceptante appellario subsequatur, post ptiorem fatalem lapsum, tres alij tantum fatales dies similiter (ut suprà dictum est) seruabuntur, nulla raparatione à nostro numine postulanda: ita, ut nonaginta tribus diabus elapsis, iudicata congruæ executioni mandentur. Sin sutem ex sentētia prętorianæ præfecturæ, uel magistri officiorum, uel ab alio illustri dignitate decorato arbiter in hac sacratissima ciuitate fuerit delegatus, & appellatio contra definirionem uel sententiam aius subsecuta fuerit: primus quidem fatalis dies duorum mensium, alij uarò tres ad similitudi-

nem

nem ſupra dictorum fatalium numerentur. Qui uerò delegatum uel à ſpectabili iudice ſeu præſide prouinciæ arbitrum appellauerit: primum quidem fatalem diem duorum menſium, tres uerò alios ad ſimilitudinem prædictorum fatalium dierum habeat. Illud etiam circa obſeruationem fatalium dierum cuſtodiri decernimus, ut ſi fortè temporales in feriatos dies quoquo modo inciderint: præcedentes eos dies ut temporales à litigantibus obſeruentur. Quod ſi quis ſecus ac iura præcipiunt, &c. *Reliqua uerba uide paulo ſuperius ead. replicat. Definitur item tempus inchoandæ appellationis, & quæ iam propoſita ſunt, in quibuſdam mutantur l. 5. in prin. uſque ad. §. in his. C. eod. tit. his uerbis:* Cum anterioribus legibus ex omni prouincia adhúc noſtrum ſacratiſsimum comitatum ſimilis curſus ad appellationes exercendas impartitus eſt: neceſſarium nobis uiſum eſt, huiuſmodi ſpacijs iuſtum imponere libramentum. Sancimus itaque, ſiquidem ab Aegyptiaco, uel Libyco limite, uel Oriẽtali tractu uſque ad utraſque Cilicias numerando uel Armenijs gentibus, & omni Illyrico cauſa fuerit more appellationum tranſmiſſa primum ſemeſtre ſpacium in antiqua definitione permanere, & nihil penitùs neque deminui, neque adcreſcere. Si ñ autem ex alijs imperij noſtri partibus ſiue Aſianæ, ſiue Ponticæ, ſiue Thracianæ diœceſeos lis prouocatione ſuſpenſa in hanc regiam urbem perueniat: pro ſemeſtri ſpacio trium tantummodo menſium ſpacium eis indulgeri. alijs trium menſium ſpacijs, id eſt nonaginta & tribus diebus, ſimili modo ſequentibus, ſiue ſemeſtre impertiatur tempus, ſiue tres priores menſes, ſecundum locorum definitionem, quam deſignauimus, ſed & alijs tribus mẽſibus, qui ex reparatione ab aula concedi ſolent, in ſuo robore duraturis, & prioribus accedentibus: ut partim annale numeretur, partim nouem menſium ſpacium conſequatur. Et cum antea in fine cuiuſque temporis unus fatalis dies ex antiquis legibus conſtitutus eſſet, & ſæpe eueniebat (cùm multę ſunt occaſiones mortales appellationum uel ęgritudine, uel ſpacij prolixitate, uel per alias cauſas, quas nec dici, nec enumerari facile ſit) eundem diem fatalem non obſeruari, & lites expirare, & huiuſmodi luctuoſis infœlicitatibus patrimonia hominum titubare. Propter hoc fortunæ releuantes inſidias, ſancimus non in unum diem fatalem ſtandum eſſe in poſterum, ſed ſiue ante quartum diem fatalis luminis, & ipſum fatalem, ſiue poſt quinq; dies ex quo ortus fatalis effluxerit, appellator uenerit, & litem inſtituendam curauerit, & eam in competens iudicium deduxerit, legi uideri ſatisfactum: nec ingemiſcat mortuæ cauſæ diſpendio, ſed noſtro gaudeat beneficio: cum nobis cognitum ſit etiam ex errore calculi dierum quem officium habuit, ſæpè eſſe cauſas periclitatas: qđ in poſterum non fieri ex remedio legis præſentis ſperandum eſt. Eodem beneficio & in alijs omnibus fatalibus, qui uel à pedaneis iudicibus, uel ab alijs dantur, quos leges ſuis ſanctionibus enumerauerunt, cuſtodiendo, ſeu obſeruando: ut decem fatales dies pro uno ubique inſtituantur. *Definitur demum tempus introducendæ appellationis Nouell. c. 82. §. cæterùm, his uerbis:* Appellationes à pedaneis huius amplæ urbis, ad iudices in curſu fatalium dierum non ultra duorum menſium ſpacium habere uolumus: poſt quos neceſſe ſit fatales dies ſuum inchoare curſum, nullum in his locum habente reparatione, ut in legibus appellatur. *Definitur deniq; tempus illud inchoandæ appellationis l. 15. §. his uidelicet, ibi: Vt tamen. C. de appellationib. his uerbis:* Liceat non ſolum uicto, ſed etiam uictori conſultationem ad unum uel duos iudices mittendam, intra biennij tempus ei uel eis intimare: poſt exceſſum enim memorati temporis huiuſmodi licentiam amputamus. *Hoc quod hic dicitur de biennio, mutatur l. 5. §. in his autem. C. de tempor. & reparat. appellation. his uerbis:* In his caſibus, in quibus biennium conſtitutum eſt, quatenus more conſultationum in regia urbe ſub communi audientia florentiſsimorum ſacri noſtri palatij procerum uentilentur: biennij metas unius anni terminis coartamus, ut intra eum & geſta colligere, & ea uiris deuotis epiſtolaribus tradere, & refutatorios libellos (ſi uoluerint) offerre, & litem in ſacrum noſtrum conſiſtorium introducere cogantur. Nulli licentia deneganda uictrici parti, ſi uoluerit, ſecundum quod iam conſtitutum eſt, & præmaturè cauſam inducere: neque annali ſpacio expectato.

Hactenus quod ſit tempus inchoandæ & introducendæ cauſæ appellationis, eſt definitum. Sed & certum tempus eſt exequendæ & finiendæ cauſæ appellationis, quod definitur d. l. 5. §. illud etiam. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. repl. in prin. Conſtituitur autem ibi ad exercendum appellationis cauſam annale tempus, cauſa cognita biennium.

Regulariter igitur niſi intra annum cauſa appellationis ad finem perducatur, obſtat appellanti præſcriptio, eiuſq; appellatio propoſita replicatione eliditur. cuius replicationis duplicatio prima hæc eſt:

Niſi ex iuſta & ineuitabili cauſa ad finem perduci non potuit. cuius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi biennium ſit elapſum: tunc enim quamuis ex cauſa ineuitabili ad finem perduci non potuit: tamen confirmatur ſententia, & biennalis præſcriptio nocet. quæ triplicatio cum ſua duplicatione approbatur dicto §. Illud etiam, ibi: Niſi ipſe appellator. Cui concorcordat Nouell. conſtitut. 50. in princip. Planè eo caſu quo ex cauſa ineuitabili appellans intra biennium cauſam appellationis ad finem perducere non poteſt, petente eo contra quem appellatam eſt, intra biennium iudex etiam abſente appellatore cauſam examinabit, & ſententiam dictam uel confirmabit, uel infirmabit: quod primæ quadruplicationis loco notandum. quæ quadruplicatio approbatur cum alijs quibuſdam, dicto capite 50. in princip. uſque ad § Porrò & illud. cuius hæc ſunt uerba: Fluxa ſanè illa rerum humanarum conditio, quæ nullo unquam tempore ijſdem poteſt inſiſtere ueſtigijs: & cum ſemper exiſtat, non ſemper tamen permanet, tum legiſlatoribus quandam inferendis legibus perturbationem importat, tum quod rectè ſe habiturum iudicatum eſt, quodque firmiter iam collocatum uidetur, & exquiſita obſeruatione munitum ſæpenumero emergentium denuò cauſarum uarietas permouet. Scimus enim, quomodo quod perperam & ſubdolè circa appellationes ſolebat fieri pridem correxerimus. Siquidem qui prouocauerant, hi ſola cauſæ in iudicium introductione contenti, & perſonæ facta præſentia ſiue ex una parte, ſiue cognitionaliter, (neque enim differentiam hoc habuit) cauſam deſerebant, & prorſus nullum cauſæ exitum uictor inueniebat, neque propter appellationem ualens iudicatis perfrui, neque per abſentiam alterius partis efficere ut de appellatione interponeretur examinatio. Hæc nos pridem lata lege correximus ei quidem, qui appellationem ſiue ſeorſim ſiue conſiſtente etiam altera parte iudicem adiens, obtulerit ſtatuto anno, intra quod ſpacium litem exerceat, & ius ſuum aſſequatur, neque cauſam deſerat nondum cognitam & examinatá, humanitatis poſtea intuitu altero quoque anno appoſito, ſi iudicantis fortè culpa aut ex alia quadam ineuitabili cauſa moram appellatio patiatur: quo effluente, niſi lis finem accipiat, ratam uictori manere ſententiam ſanximus. Hæc igitur & nobis placuerunt, & in generali lege perſcripta ſunt, & ut ea lege comprehenſa, omniſque illius obſeruatio ualeat, etiamnum uolumus. Sed multi nos adierunt dicentes, Tametſi appellationum iudicibus denunciarint, cupere ſe ut lis examinaretur: non tamen apud ipſos ſe iudices impetraſſe ut ſuſtinerent propter ineuitabiles fortè aliquas occupationes. Quidam etiam de exuperanti uentorum uehementia conqueſti ſunt, & quòd neque nauigare ex prouincia contrarijs repellentibus flatibus licuerit, neque terra iter metiri potuerint propter ſummam rerum in itinere neceſſariarum inopiam: aut quia inſolani fortè cũ eſſent, aliter quàm per mare uenire nequiuerint, & propterea ne ſecundo quidem anno cauſam uſque ad finem exercere ualuerint. Alij etiam deformitatem hyemis, alij morbos ſonticos cauſati ſunt: quæ omnia de facto nobis nunciata ſcimus. Vnde optimo nos iure iſta turbarunt, & cum neque legem uellemus tranſgredi, & nihilominus his qui per huiuſmodi aliquem fortuitum caſum afficerentur iniuria, quoad fieri poſſet, cuperemus ferre auxilium: quid obſecro factum oportuit, niſi ad aliam legem reſpicere, quæ negocio (uti æquum eſt) opitularetur? Quocirca reliqua quidem memoratæ legis noſtræ obſeruatio, quemadmodum diximus, ita per omnia cuſtoditor. Cæterùm ſi prorſus ineuitabile aliquid eueniat, & qui appellationis cauſam agendam ſuſcepit, iudicium non obſeruet neq; compareat: quanquam fatali die ad appellationis iudicem introductus, & periculum ſit ne biennij tempus excedat: tunc corroboretur quidem uictori ſententia (id quod prior lex noſtra dicit) ſed cum quadam diſtinctione, quam in præſentia apponimus. Ex quo enim temporis infinitatem ad certum modum ſtatuentes, his qui fatali die ad exercendam appellationem introducti, poſtea ad agendam ulterius cauſam uel accedere nolunt, uel in media etiam cauſæ dictione ipſam deſerunt: uictoribus opem tulimus, perpulchrè utique in id quod æquitati conſentaneum eſt, oculos intendiſſe uidebimur, ſi uictores quoque illis nonnihil in hoc inferiores reddamus. Volumus enim ut qui litem obtinuit, ſi reuera ſententiam confirmari uelit, non per obreptionem, aut per interuallum quoddam temporis: ſed per ipſam rerum ueritatem, & cauſam deſerente eo qui appellationem obtulit, ad iudicem ingrediatur, & de hoc ipſo queratur, deſertoremque perquiret: & ſiue inuenire ipſum ualuerit, ſiue ille diſpareat, ius ſuum in medium proferat, durante uidelicet adhuc biennio (ſub finem tamen) ut unus fortè adhuc menſis etiamnũ negocio ſuperſit. Et quidẽ ſi ſuperior eſſe uideatur, rata ſit ſententia. Si uerò inferior in agenda cauſa appareat, quamuis qui appellationẽ obtulit, fataliq; die introductus eſt, iudiciũ non obſeruet: nihilominus tamen cauſa iuri conſentaneam referat ſententiam. Il-

lo ſoq

lo solum apponẽdo, ut sumptus per ingressum ad appellationẽ expediendam factos desertor omnino præstet, siue qui prius uicerat, nunc quoque litem obtineat, siue in ea uincatur. Nam siue litem occasione impensæ obtinuit, propter hoc ipsum quia uicit, rectum iustumque fuerit etiam impensam ipsum recipere: siue etiam inferior discedit, propterea quòd omnino ille abfuit, & uel absenti ipsi uincere contigit, tam expensas soluat, quàm etiam sententia potitus Deo, simul & præsenti legi gratiam habeat, quæ ad eum illi modum iusticiam conseruarit, & sola ipsum litis expensa mulctauit: quanquam non lex, sed absens ipse seipsum mulctauerit. At uerò si neuter occurrat, neque uictor, neque uictus, qui quidem fatali die ingressus postea abfuit: uictoris sententia rata maneto: omnibus reliquis de appellationibus scriptis legibus in suo robore durantibus, siue appellationi offerendæ præfinitum terminum, siue alia concernant. Siquidem expressè hanc legem de his tantum, qui post ingressum fatali die factum absunt, proponimus, nihil ex alijs legibus aut appellationum temporibus, uel tollentes uel immutantes: quin potius, ut ratæ sint per hanc etiam legem efficientes. Sed & illud insuper determinare pulchrum fuerit, ut siquidem uictores contingat iam sententiam promereri, quæ firmas declaret illorum uictorias, his fruantur: nihil enim eorum, quæ finem iam acceperunt, commouemus. Si uerò usque adhuc pendent, insistente & neque dum decurso biennio, neque corroborata sententia, promerentor & ipsæ eandem examinationem, & uictores ita demum sententijs perfruantor, si eas rectè se habere comprobauerint. *Hæc de prima propositæ replicationis duplicatione, eiusq; triplicatione, huiusq; quadruplicatione sint dicta. Sed & propositæ triplicationis quadruplicationes sunt duplicationes sequentes. Loquitur autem iam dicta duplicatio, eiusq; leges, quando causa appellationis in iudicium deducta, intra legitimum tempus non est finita. Sequitur secunda duplicatio, quæ loquitur de appellationis causa nondum intra legitimum tempus deducta in iudicium. Est autem talis: Nisi reparatio, seu in integrum restitutio à principe fuerit petita. cuius duplicationis triplicatio prima est: Nisi intra tres menses post elapsos fatales dies, reparatio fuerit petita. Hæc triplicatio cum sua duplicatione approbatur l. 2. §. quòd si ita. C. de tempor. & reparat. appell. cuius uerba uide paulo superius ead. replicat. in prin.*

Secunda triplicatio est: Nisi ab arbitro appellatio sit facta, non à iudice ordinario. tunc enim reparatio frustrà petitur. quæ triplicatio approbatur d. l. 2. §. quòd si ab arbitro. ibi: Nulla reparatione. Planè duplicatio proposita uidetur reprobari l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide j. duplicatione decima. Hæc de secunda duplicatione. Sequentes duplicationes partim loquuntur de tempore introducendæ uel exercendæ appellationis specialiter, partim'communiter tam de introducendæ, quàm exercendæ ac finiendæ appellationis tempore.

Tertia autem duplicatio est: Nisi unus ex litigatoribus pendente appellatione, fuerit defunctus: tunc enim hæredi eius præter statutum tempus quatuor quoque menses adduntur. quæ duplicatio approbatur l. 6. C. si pendente appellation. mors interuener. his uerbis: Si unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus sit, non residuum tantum temporis hæredes eius habeant, sed etiam alios quatuor menses. Sin autem ad deliberationem hæreditatis certum tempus indulgetur, post elapsum eius temporis quatuor mensium spacium numerabitur: ne ignorantes negocium, uel etiam super adeunda hæreditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur. *Concordat l. 5. C. de appellationibus, his uerbis:* Præses prouinciæ, ad quem appellasti, si non uitio negligentiæ uestræ tempus, quod ad reddendos apostolos præscriptum est, exemptum esse animaduerterit: sed ex fatalis casus necessitate diem functo eo qui eos perferebat, id accidisse cognouerit: iuxta perpetui iuris formam desiderio uestro medebitur.

Quarta duplicatio est: Nisi in consistorium principis appellatio sit introducta. tunc enim tempus finiendæ appellationis non obseruatur. quæ duplicatio approbatur l. 5. §. si tamen. C. de tempor. & reparat. appellationib. his uerbis: Si in sacro nostro consistorio lis exordium cœperit, etiamsi non fuerit in eodem die completa: tamen perpetuari eam concedimus: cùm iniquum sit propter occupationes florentissimi ordinis, quas circa nostræ pietatis ministeria habere noscitur, causas hominum deperire. *Concordat Nouellar. constitution. 23. §. ad hæc sancimus, his uerbis:* Sancimus, si quando lis speratur inferri in nostrum consistorium, si fortè contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis & mundanis prouisionibus, non posse conuocare patres, quatenus causa agitetur: non ex hoc litem periclitari. Quod enim uitium est litigantium, si culmen imperatorium occupetur? Vel quis est tantæ authoritatis, ut nolentẽ principẽ possit ad cõuocãdos patres cæterosque proceres coartare? Sed si quid tale euenerit, causa intacta pmaneat, donec Imperator monitus, sua sponte

& conuocari proceres iusserit, & litem inferri patiatur, & omnia secundum morem procedere.

Quinta duplicatio est: Nisi inter partes conuenerit, ne tempora appellationis obseruentur. quæ duplicatio approbatur l.5.§.fin. C. de tempor. & reparat. appell. cuius uerba uide s̄. eod. Lib. cap. 1. quæstione 2. except. 25.

Sexta duplicatio est: Nisi pendente appellatione in arbitros sit compromissum. quæ duplicatio approbatur Nouell. constitut. 93. his uerbis: Subditorum nostrorum interpellationes legum nobis ad salutem collatorum conscribendarum ansam præbenr. Siquidem nonnulli interpellationem nobis fecerunt uolente lege, ut is qui prouocasset, & per biennium tacuisset, aut etiam cum cœpisset agere, litem non persequererur, actione appellarionis excideret, & ne confirmara iam sententria liceret ulterius progredi: sed alteri ea abiret in rem iudicatam, tam se quàm aduersarium suum cum lis agitaretur in iudicio excellentiæ tuæ, à cœpta apud te actione destitisse, & communi consensu compromisisse in arbitros, apud quos & scripto congresi sint, & benè multa disceptarint. Postea conremptis compromissarijs iudicibus, litem à se motam non prosecutos esse, sed decurso biennio aduersarios suos improbè hoc sibi sumpsisse in usum, quod istiusmodi lis in iudicio tuo amplius tractari nequiret: sed biennio semel præterito, iam pro iudicato & confirmato haberi deberet, cum ille tamen propterea apud gloriam tuam litem prosecurus non sit, quòd causa agereturapud compromissarios iudices. Sancimus igitur, ne prædicta controuersia, ex qua nobis hæc renunciata sunt, decursu temporis aliquid damni sentiat, neue iudicis sententia semel prouocatione suspensa, rata sit: sed denuò apud gloriam tuam examinetur & legitimum terminum accipiat, & si plus millies biennij spacium decurrerit, aut decurrat. De cætero uerò in omni controuersia, in qua huiusmodi aliquid eueniat, & medio tempore dum apud appellationis iudicem moueretur, aut ea nondum mota in alios compromitratur, & per hoc biennium intra quod appellationum iudices oportuerat, litem decidere excedat, & quocunque casu lis denuò redeat ad appellationum iudices, alijs omnibus partibus, uti fas esto, ac si appellationis iudicium ne deseruissent quidem. Cæterùm progresi ad arbitros biennij decursu uti nequeunto. Nam qui semel alios delegit iudices, is sanè silentium per hoc iniuria affecto iustè non obiecerit, quodque ex compromisso factis iudicibus fidem habuerit & propterea litem prosecutus non sit, aut istic liti non satisfecerit, quia apud illos iudices agitarerur controuersia. Hæc itaque in omni controuersia tum à iudicio tuo custodiri uolumus, tum ab omni alio qui forma appellationis iudicat, ne quid circa subditos nostros agatur, quod gratiosum non sit. Cæterùm si post relictos compromissarios iudices biennale rempus prætereat, tunc corroboretur confirmeturque sententia, secundum nostras de hoc latas constitutiones. Quod quidem in controuersijs deinceps eo modo euenturis obtinere uolumus: omnibus alijs, quæ de exercendis appellationibus prioribus prodita legibus, & à nobis in legum codicibue descripta sunt, in sua firmitate manentibus.

Septimæ duplicationis loco notandum, quòd non ipso temporis decursu confirmetur sententia, à qua est appellatum: sed iudicem de actis iudicare debere, & ita sementiam dictam uel absente appellatore confirmare, uel etiam (si uidetur) infirmare. Quæ duplicatio approbatur Nouellar. constitution. 126. §. in omnibus. usque ad §. ad hæc sancimus, his uerbis: In omuibus appellationibus hoc ualere iubemus, ut quotiescunque appellatione interposita intra præfinitum tempus utraque pars fatalem diem obseruauerit, absque omni dilatione iudices tum acta causæ, tum iudicata examinare studeant, & legi ac iuri consentaneam depromere sententiam. Sin uerò solus is qui prouocauit, fatali die ingressus fuerit, examinatis actis causæ legitimum adsignent terminum. Si solus is qui uictricem retulit senrentiam, ingrediatur: qui uerò prouocauit, requisitus inuentus non fuerit, præstolentur iudices non solùm ad extremum usque fatalem diem, sed etiam per tempus reparationis, hoc est tres menses. Quòd si ne runc quidem inuentus fuerit, qui prouocauit, non amplius decursu temporis corroboretur sententia: sed uel una rantum parte præsente iudices actitata in causa & iudicata examinent. Et si quidem rectè prolatam sententiam inuenerint, eam confirment. Si quid in ea per negligentiam omissum est, id corrigant, & legitimam edant sententiam. Simulatque uerò semel appellationis causa, intra eos dies qui dilationis causa præfiniti sunt, siue ab utraque parte, siue ab una tantum introducta fuerit: non amplius biennij decursu firmitarem decæ-

de cætero capiat sententia, sed attentis oculis ueritate ac iure considerato terminū huiusmodi causis legitimum adhibeant, siue una, siue utraq; parte præsente. Ac propterea iubemus, ut in hoc genere causarum nō amplius, quemadmodum in præsentē usq; diem obtinuit, in primam appellationem omnes cognitiones conferantur, sed unaquæq; cognitio suum diem præscriptum habeat. *Concordat duplicationi propositæ Nouell.const.50.in prin. usq; ad §. porrò & illud. cuius uerba uide paulo superius dupl.1.* *Octaua duplicatio est: Nisi per iudicem à quo appellatum est steterit, quo minus appellatio intra legitimum tempus sit inchoata.* *Hæc duplicatio reprobatur d.Nouell.const. 116.§.ad hæc sancimus.ibi: Quòd si quis iudicum.cuius uerba uide s̃.eod.Lib. capite primo, quæstione nona, regula 8.* *Nona duplicatio est: Nisi per iudicem appellatum steterit, quo minus appellatio intra legitimum tempus fuerit inchoata uel finita.* *Hæc duplicatio approbatur Nouell.c.119.§.quum & hoc, his uerbis*: Et hoc sancimus, ut si quando insecuta appellatione nouissimo exeuntium induciarum die uel utraq; pars, uel is solus qui appellatione usus est occurrat, & sui præsentiam appellationis causam examinaturo magistratui aut eius consiliarijs, aut causas introducentibus manifestet, & iudex hunc intra deputatum tempus admittere differat: nullum omnino partibus, aut uni horum ex hoc oriatur præiudicium, sed & postea nihilominus huiusmodi appellationes examinentur, & legitima terminentur sententia. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi intra biennium causa finiatur: hoc enim casu uidetur non obstante duplicatione proposita, appellans præscriptione submouendus. quæ triplicatio approbatur l.5.§.illud etiam.ibi: Nisi ipse appellator. C.de temp.& reparat.appellation.cuius uerba uide s̃. ead.replicat.in princip.* *Quanquam iste paragraphus per propositum Nouell. const. 119. paragraphū uidetur corrigi atq; mutari.*

Decima duplicatio est: Nisi appellans rescriptum contra impetrauerit. *Hæc duplicatio reprobatur l.3.C. de tempor. & reparat.appell. his uerbis*: Nemo arbitretur in posterum licentiam futuram consultationibus ultra statuti temporis spacia uiuendi, neque per oblationem precum, neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, neque sub prætextu quodam altero: sed omnibus incumbendum esse uigilanti diligentia, quò prouocationes eorum intra statutum tempus introducantur: ita ut etiam gesta in iudicio, contra quod prouocatum est, non propè finem temporis tradantur scrinio sacrarum epistolarum: ne præpediatur per astutias fatalis rei terminus: sed aut statim postquam appellatum sit, aut non minus quàm antè dimidiam partem temporis præbeantur scrinio, ne (quod per angustias contingit temporum) tardus appellationis fautor suo dispendio refutetur. *Propositæ duplicationi contradicere uidetur l.2.§.quòd si ita.C.eod.tt.cuius uerba uide s̃.ead. replicat. in princip.de qua re dictum etiam s̃. duplic. 2.in fine.*

Vndecima duplicatio est: Nisi alius nomine appellatoris causam appellationis exequatur. *Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur l.1.ff. an per alium causæ appell.reddi poßint, his uerbis*: Quæri solet, an per alium causæ appellationis reddi possint? Quæ res in rebus pecuniarijs & in criminalibus agitari consueuit. Et in rebus pecuniarijs sunt rescripta, posse agi. Verba rescripti ita se habent. Diui fratres Longino: Si tibi qui appellauit, mandauit, ut eum de appellatione, quam Polla ad eū fecit, defenderes, & res pecuniaria est: nihil prohibet nomine eius te respondere. Sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis: per procuratorem agi non licet. Sed & si ea causa sit, ex qua sequi solet pœna usque ad relegationem: non oportet per alium causam agi, sed ipsum adesse auditorio debere, sciendum est. Planè si pecuniaria causa est, ex qua ignominia sequitur, potest & per procuratorem hoc agi. Idque erit probandum & in ipso accusatore si appellauerit, uel si aduersus eum sit appellatum. Et generaliter, quæ causa per alium agi non potest, eius nec appellationem per alium agi oportet. *Concordat l.18.ff. de appellationibus, his uerbis*: Lucius Titius pro seruo suo, qui ad bestias datus est, prouocationem interposuit: quæro, an huiusmodi appellationis causas per procuratorem reddere possit? Modestinus respondit posse. *Concordat item l.2. C. de procuratoribus, his uerbis*: Cum rem pecuniariam esse dicas, potes per maritum tuum solennibus impletis, appellationi aduersariæ tuæ respondere: cum appellationes pecuniariæ etiam per procuratores exerceri ab utraq; parte litigantium possint. *Concordat item l.3.in fine. C. quorum appellat.non recipiantur. cuius uerba uide s̃.capite primo, quæstione 2.except.10.* *Item concordat l.10. C.de appellationib. cuius uerba uide s̃. capite 1. quæst.3.except.2.* *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi causa principaliter per aliū agi nō poßit: tunc enim nec eius appellatio per aliū potest exerceri. quæ triplicatio approbatur supradictis uerbis hisce*: Generaliter quæ causa per alium agi non potest, eius nec appellationem per alium agi oportet. *Huius exempla sunt causæ criminales, de quibus ibidem dicitur.*

Duodecima

Duodecima duplicatio est: Nisi cum procurator, tutor uel curator appellasset, postea dominus litis ipse causam appellationis exequatur. Hec duplicatio approbatur l.ult.§.substituti.ff. de appellationib.his uerbis; Substituti tutores in locum legitimi tutoris, experti cum eo tutelæ iudicio, cum arbiter iniquè cōdemnasset, & aliter quàm rei æquitas exigebat: à sententia eius prouocauerunt, pendente causa appellationis iuuenes adoleuerunt: quæsitum est, cum omnia excusatio huius ad adultos pertinear, & causam ad se pertinentem idoneè tueri posint, an postulatio eorum, contra quos appellarum erat, dicentium illos debuisse causas appellatiōis reddere, qui primi sunt experti, admittēda non sit? Scæuola respōdit: Eos quorū tutels gesta esset, si uellēt causam exequi, nō prohibendos. Idem & in curatoribus obseruandum, si interim adultus ad legitimam ætatē peruenisset. *Concordat l. 24.§.curator.ff.eod.tt.his uerbis:* Curator iuuenis aduersus tutoris hęredes iudicio expertus, appellationem interposuit: cum impleslet autem uicesimumquintum annum ætatis iuuenis, etiam in militia ageret, exequi appellationē desijt. Quæro regressus à militia, utrum ipse appellationē explicare deberet, an uerò curatorem in eam rem conueniri oporteret? Et respondit Papinianus, ipsum militem causam ad se pertinentem exequi debere, secundum ea quæ proponerentur. *Item concordat l.10.C.de appellationib. cuius uerba uide s̄.cap.1.quæst.3.except.2. Item concordat l.9.C. d.tt.his uerbis:* Dominus litis causam appellationis, quam procurator suus litigādo interposuit, etiam absente procuratore exequi potest. *Concordat huic l.2.ff. an per alium causæ appell.reddi posint, his uerbis:* Si procurator absentis appellauerit, deinde rationes reddiderit: nihilominus ipse respondere debet. Sed an eo cessante dominus litis respōdere posit exemplo adolescentis, uideamus? Magis tamē obseruatur, ut audiri debeat in causis appellationis reddēdis is, cuius absentis procuratot appellauit.

Decimatertia duplicatio est: Nisi exclusis ferijs. tēpus nondum sit finitum. quæ duplicatio uidetur approbari l.1.C. de ferijs. cuius uerba uide J.Lib.12.cap.14. reg.15. Hæc de quinta replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Sexta replicatio est: Nisi appellans sine hærede decesserit. Hæc replicatio approbatur l.unica, in prin.ff.si penden.appell.mors interuenerit, his uerbis: Appellatore defuncto, siquidē sine hęrede, cuiuscūq; generis appellatio fuerit, euanescit. *Septima replicatio est: Nisi sententia Præfecti pretorio per supplicationem sit suspensa. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur Nouell.const.119.§.aliud ad hæc, his uerbis:* Ex quo leges nostræ definiunt, si quando Præfecti sacrorum prætoriorum sententiam proferunt, ne qua contra eam offerarut appellatio: sancimus, ut quoties à gloriosiss. cuiuscunq; tractus præfectis profertur sententia, & unus (ut potest fieri) litigatorum putet se grauatum, talis licentiam habeat admonitorium eius rei libellum intra decem dierū spacium, quàm prolata fuit sententia, sententiam proferentibus gloriosiss. præfectis aut collaboratoribus eorum, aut causas introducentibus offerre: ne hoc insecuto aliter sententia executioni mandetur, nisi prius uictrix pars in tam magnā quantitatē idoneas fideiussiones præbuerit, quàm magnam cō plectitur condemnatio, ut si postea retractatione legitimo more pcedēte sentētia subuertatur, res cum legitimis illi incrementis restituatur. Si uerò intra memoratum decē dierum spacium, quàm prolata fuit sententia, libellum is, qui se læsum putat non obtulerit, iubemus ut executio negocij sine fideiussione procedat, retractationis nihilominus iure illi reseruando, qui se grauatum putauerit. *De retractatione, cuius hic fit mentio, uide s̄.cap.prox.membr.3. Plures propositæ quadragesimæoctauæ exceptionis replicationes uide s̄. eod. Lib. cap 1.quæst.2. Nam ex quibus causis appellatio denegatur, ex ijsdem exceptio quoque proposita uidetur deneganda esse.*

XLIX. EXCEPTIO: *Nisi is, contra quem iudicatum est, ob uim sibi factā appellare nō potuit. Hæc excep. approbatur l.1. in fin. C. de his qui propter metū iud. nō appel. cuius uerba uid. s̄. exc. prox. repl.2. du.8.*

L. EXCEPTIO: *Nisi iudex qui sententiā tulit, postea seruus sit effectus. Hæc exceptio approbatur l.2. C. de sententijs & interloc. his uerbis:* Si arbiter datus à magistratibus, cū sententiā dixit, in libertate morabarur: quamuis postea in seruitutē depulsus sit, sentētia tamē ab eo dicta habet rei iudicatæ authoritatē. *Concordat l.3. ff. de officio Pretoris. cuius uerba uide s̄. Lib.1. cap.6. except.1. repl.1.*

LI. EXCEPT. *Nisi iudex mortuus fuerit. Hæc except. reprobatur l.ult. C. de re iud. his uerbis:* Gesta quæ sunt trāslata in publica monumēta, habere uolumus ppetuā firmitatē. neq; enim morte cognitotis pire debet publica fides.

LII. EXCEPT. *Nisi tutore pupilli nomine condēnato, pupillus postea sese hereditate abstinuerit, adoleuerit, uel mortuus fuerit. Hæc except. approbatur l. ult. ff. si quis cautionib. in iudicio sistēdi, &c. cuius uerba uide s̄. Lib.6. cap.9. q.5. except 23. Planè exceptio proposita tutori quidē condemnato datur, pupillo aūt qui adoleuit, eius'ue heredib duob. posterioribus casibus non est danda. de quo uide J. cap. prox q.3. reg.1. except. 2.*

LIII. EXCEPTIO: *Nisi post sententiam latam noua instrumenta inuenta sint. Hæc exceptio reprobatur l. 4. C. de re iudicata, his uerbis* : Sub specie

ſpecie nouorum inſtrumẽtorum poſtea repertorũ, res iudicatas reſtaurari exẽplo graue eſt. *Concordat l.27.§.fin.ff.de except.rei iudicatæ. Planè admittitur exceptio propoſita in quibuſdam caſibus, quorum primus eſt: Si ex iureiurãdo à iudice delato cauſa ſit deciſa. qui caſus proponitur l.31.ff.de iureiurando. cuius uerba uide ſ.Lib. 7. cap. 7. quæſt.1. except.17.diſtinct.2. Alter caſus eſt: Si cauſa publica ſit: tunc enim propter exceptionem propoſitam, cauſa cognita negocium reſtituitur. qui caſus proponitur l.35.ff.de re iudicata, his uerbis:* Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerũt: Quanquã ſub obtentu nouorum inſtrumentorum reſtitui negocia minimè oporteat, tamen in negocio publico ex cauſa permittere ſe huiuſmodi inſtrumentis uti.

LIIII. EXCEPTIO: *Niſi iudex ipſe, qui iudicauit, ſententiam poſtea mutauit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ dicta ſunt ſ. Lib. proximo, cap. ult.reg.13.*

LV. EXCEPTIO: *Niſi reſcriptum cõtra ſententiam ſit impetratum. Hæc exceptio reprobatur l.1.C.ſentent.reſcindi non poſſe, his uerbis:* Impetrata reſcripta non placet admitti, ſi deciſæ ſemel cauſę fuerint iudiciali ſententia, quam prouocatio nulla ſuſpendit: ſed eos qui tale reſcriptum meruerũt, à limine iudiciorum repelli. *Concordat l.2.C.ut lite pendente, &c. cuius uerba uide ſ.Lib.1.cap.10.except.3. repl.1. Item concordat l.1.in prin.C.de errore aduocatorum. cuius uerba uide ſ.except.32. Planè reſcriptum ante litem inchoatam impetratum, ſententia reſcindi non poteſt. quod approbatur per ea quæ habentur ſ. except.26.in fine. Plura de exceptione propoſita uide ſ. Lib.1.cap.10. except.3.*

LVI. EXCEPTIO: *Niſi poſtea pronunciatum ſit, iudicatum non eſſe. Hæc exceptio approbatur l.1.in prin.ff.quæ ſententiæ ſine appell. reſcind. his uerbis:* Illud meminerimus, ſi quæratur iudicatum ſit, nec'ne, & huius quęſtionis iudex nõ eſſe iudicatum pronunciauerit: licet fuerit iudicatum, reſcinditur, & ſi prouocatũ non fuerit.

LVII. EXCEPTIO: *Niſi condemnatus aliquò modo ſit liberatus. Hæc exceptio approbatur l.4. §.ſoluiſſe.ff.de re iudicata, his uerbis:* Soluiſſe accipere debemus, non tantum eum qui ſoluit, uerùm omnem omnino, qui ea obligatione liberatus eſt, quæ ex cauſa iudicati deſcendit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſſe uidetur: Niſi intra tempus condemnato ad ſoluendum ſtatutum ſit liberatus. Hæc replicatio reprobatur l. 7.ff.de re iudicata, his uerbis:* Intra dies conſtitutos quamuis iudicati agi non poſſit, tamen multis modis iudicatum liberari poſſe, hodie non dubitatur: quia conſtitutorum dierum ſpacium, pro iudicato, nõ contra iudicatum per legem conſtitutum eſt.

LVIII. EXCEPTIO: *Niſi condemnatus ei cui condemnatus eſt, ſatiſfacere paratus ſit. Hæc exceptio approbatur, cauſa tamen cognita l.4.§. ait Prætor.ff.de re iudicata, his uerbis:* Ait Prætor: Condemnatus, ut pecuniam ſoluat. A' iudicato ergo hoc exigitur, ut pecuniã ſoluat. Quid ergo ſi ſoluere quidem paratus non ſit, ſatisfacere autem paratus ſit? quid dicemus? Et ait Labeo, debuiſſe hoc quoque adijci; Neq; eo nomine ſatisfaciat: fieri enim poſſe, ut idoneum expromiſſorem habeat. Sed ratio pecuniæ exigendæ hæc fuit, quòd noluerit Prætor obligationem ex obligationibus fieri. Idcircò ait: Vt pecunia ſoluatur. Ex magna tamen & idonea cauſa accedendum erit ad Labeonis ſententiam.

LIX. EXCEPTIO: *Niſi nouatio facta ſit, & ei cui quis condemnatus eſt, ſit cautum. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.4.§. ſi ex conuentione, his uerbis:* Si ex conuentione litigantiũ cautum ſit poſt rem iudicatã, ei cui quis cõdemnatus eſt, eueniet, ut hic etiã recedatur: ſi modò nouatio interceſſerit. Cæterùm ſi nõ nouãdi cauſa id factũ eſt, manebit ordo executionis. Sed & ſi pignora accepta ſint, uel fideiuſſores in rẽ iudicatam, conſequẽs erit dicere non ceſſare executionẽ: quippe cum acceſſerit aliquid rei iudicatæ, non eſt à re iudicata receſſum. Idem obſeruandum eſt in eo, cuius procurator cõdemnatus eſt. *Concordat l.2.C.de executione rei iudicatæ, his uerbis:* Si cauſam iudicati non nouaſti, rem iudicatam Præſes prouinciæ etiam pignoribus captis & diſtractis ad emolumẽtum perduci iubebit. Quòd ſi nouata cauſa eſt, ex ſtipulatu tibi actio competit: & iudice accepto ſecundum iuris formam experire. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non nouandi animo factum ſit. Hæc exceptio conſtat ex iam dictis. Altera replicatio eſt: Niſi iudicatum ſolui ſtipulatio interpoſita ſit. per hanc enim non nouatur iudicati actio. quæ replicatio approbatur l.8.§. idem Celſus ff.de nouationibus. cuius uerba uide Libro ſexto, cap.10.in fine.*

LX. EXCEPTIO: *Niſi actor rem, ad quam reſtituendam quis ei fuit condemnatus, recepterit. Hæc exceptio approbatur l.1.C. de re iudicata; his uerbis:* Rebus quidem iudicatis ſtandum eſt. Sed ſi probare poteris eum cui condẽnatus es, id quod furto amiſiſſe uidebatur, recepiſſe; aduerſus iudicati agẽtem doli exceptione oppoſita tueri te poteris.

LXI. EXCEPTIO: *Niſi res perierit, uel ob aliã cauſam reſtitui nõ poſſit. Hæc except. reprobatur l. 8.ff.de re iud. his uerbis:* Si homo ex ſtipulatu petitus, poſt litem conteſtatã deceſſerit, abſolutionem non faciendam, & fructuum rationem habendam placet. *Concordat l. 7. C. de executione rei iudicatæ, his uerbis:* Si longius aper-

apertisq; frustrationibus partis aduersæ restitutio remorata est, etiam seruis rebus humanis exēptis, à frustratore æstimatio eorum restituenda est. Animalia quoq; cũ fœtibus tibi intercessu præsidis repręsentabũtur. *Concordat deniq; l.68.ff.de rei uendicat.cuius uerba uide J.cap.5.de execut. rei iud. quæstione sexta, regul.4.*

LXI. EXCEPTIO: *Nisi condemnatus aduersus eum cui cōdemnatus est, actionem habeat propositam. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.fin.ff.quæ sent.sine appell.rescind.bis uerbis*: Si apud eundẽ iudicem inuicem petamus, & si mea petitio & tua sine usuris fuit, & iudex me priorem tibi condemnauit, quo magis tu prior me condemnatum habeas, non est mihi necesse pro hac causa appellare: quando secũdum sacras constitutiones iudicatum à me petere non possis, priusquam de mea quoque petitione iudicetur. Sed magis est, ut appellatio interponatur.

LXIII. EXCEPTIO: *Nisi in duplum ob euictionẽ condemnatus, rem euictã cum eo quod interest offerat. Hæc exceptio approbatur l.15.ff.de doli mali except.bis uerbis*: Fideiussor euictionis, &c.

DE ACTIONE IVDICATI. Cap. IIII.

HActenus exceptiones aduersus rem iudicatam sunt enumeratæ atq; descriptæ. Effectus autem rei iudicatæ sunt (ut suprà dictum est) actio iudicati, rei iudicatæ exceptio, nec non executio. De exceptione rei iudicatæ uide Comment. de Liberationib. cap 16. De iudicati actione nunc dicetur: postea de exe cutione rei iudicatæ.

I. Causa huius actionis, est res iudicata. cuius causæ seu regulæ exceptio generalis hæc est: Nisi sententia nullius sit momenti. Hæc exceptio approbatur l.4. §.condemnatum ff. de re iudicata, bis uerbis: Condemnatum accipere debemus eum, qui ritè condemnatus est, ut sententia ualeat. Cæterùm si aliqua ratione sententia nullius momenti sit: dicendum est, condemnationis uerbum non tenere. *Huius exceptionis species seu propositæ causæ exceptiones speciales uide ş. capite proximo.*

II. QVIBVS IVDICATI actio competit.

Prima regula. De alio quàm cui condemnatus est reus, res inter alios acta, alijs non prodest. quæ regula approbatur l.2. in prin.C. quibus res iudicata non nocet. cuius uerba uide J.quæst. prox. reg. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi actor hæres eius sit, cui reus est condemnatus. quæ exceptio approbatur l.6. §.fin.ff.de re iudic.his uerbis: Iudicati actio perpetua est, & rei persecutionem continet, itẽ hæredi, & in hæredem competit. *Secunda exceptio est: Nisi actor cohæres eius sit, cui quis iudicio hæreditario est condemnatus. Hæc exceptio approbatur l.7.ff.familiæ Erciscundæ, his uerbis*: Si hæres unus, cùm sub conditione, aut apud hostes addictum cohæredem haberet, dixerit se hæredem esse, & actione expertus uicetit: deinde conditio hęredis extiterit, uel postliminio redierit, an uictoriæ commodum debeat cum eo communicari? an indubitatè iudicati actio ei in solidum competat? & putat Venuleius electionem cohærodi dandam, aut cōmunicandi eam: aut experiundi potestatem faciendi huic, qui post uictoriam cohæredis effectus sit hæres, aut reuersus sit in ciuitatem. Idemq; obseruandum, si postea natus sit Posthumus. non enim his personis silentium imputari potest, cum ad hęreditatem post uictoriam cohæredis peruenerint. *Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi actor cum posset antea cum eo qui uicit agere, id noluit. quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce*: Non enim his personis silentium imputari potest, cum ad hęreditatem post uictoriam cohęredis peruenerint. *Tertia exceptio est: Nisi actor socius sit eius, qui in communi causa agens obtinuit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt ş. cap.prox.except.47.repl.3. dupl. unica. Quarta exceptio est: Nisi tutore obtinente pupillus agat. quæ exceptio approbatur l.2.in prin.ff. de administrat. cuius uerba uide J.quæst.prox.reg.1.except.2. Concordat l.6.ff.quando ex facto tutoris, bis uerbis*: Tutor interposito decreto Prætoris actorẽ reliquit, secundum eum sententia dicta, iudicati actio ad pupillum non minus transfertur, quàm si tutor obtinuisset.

Secunda regula. Si procurator obtinuit, domino litis, non procuratori competit iudicati actio. quæ regula approbatur l.28.in princ. ibi: Sicuti iudicati, & §.1.ibi: Sicut cum agit.ff. de procuratoribus. cuius uerba uide ş.Lib.6.cap.10.de Actione si iudicat. solui satisd. est.quæst.2.reg 1. Concordat *l.6.§.actor.ibi: Actor itaq;.ff.quod cuiusq; uniuers. nom.bis uerbis*: Actor iste uniuersitatis procuratoris partibus fungitur, & iudicati actio ei ex edicto nõ datur, nisi in rem suam datus sit, & constitui ei potest. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi in rẽ suam procurator sit datus. quæ exceptio uerbis iamdictis approbatur.*

III. ADVERSVS QVOS iudicati actio competit.

Prima regula. De alio quàm qui condemnatus est. Alius quàm qui condemnatus est iudicati actione non tenetur, quemadmodum nec rei iudicatæ exceptione. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt in Comment. liberationum, cap.19. except.1. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procuratore cōdemnato, dominus conueniatur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur J. reg. proxima. Secunda exceptio est: Nisi tutore uel curatore condemnato, pupillus uel adultus conueniatur. Hæc

exceptio

exceptio approbatur l.2.in princip ff. de adminiſtrat. tutor.his uerbis: Siue tutor condẽnauit,ſiue ipſe condemnatus eſt: pupillo & in pupillũ potius actio iudicati datur: & maximè ſi ideo liti ſe obtulit, quod non poſſet uel propter infantiam, uel propter abſentiam author eſſe ei ad accipiendum iudicium. & hoc etiam diuus Pius reſcripſit: Et exinde multis reſcriptis declaratum eſt, in pupillũ dandam actionem iudicati ſemper tutore condemnato: niſi abſtineat. tunc enim nec in tutorem, nec in pupillum dari, nec pignora tutoris accipienda eſſe, ſæpè reſcriptum eſt. *Concordat l.7.ff.quando ex facto tutoris,his uerbis*: Tutori qui infantem defendit ſuccurritur, ut in pupillum iudicati actio detur. *Concordat l.1. C.quando ex facto tutoris, &c. his uerbis*: Cuius tibi curatores condemnati ſunt, ſi uiceſimumquintum annum ætatis egreſſa eſt, actio iudicati utilis aduerſus ipſam, bonaq; eius exercenda eſt. nam tutores curatoresque finito officio, non eſſe conueniendos ex adminiſtratione pupillorum uel adoleſcentum, ſępè decretum eſt. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi pupillus hæreditate, cuius nomine tutor condemnatus eſt, ſe abſtinuerit. Quæ replicatio approbatur uerbis ſuprà dictis hiſce*: Niſi abſtineat: tũc enim nec in tutorem, nec in pupillum dari, nec pignora tutoris accipienda eſſe, ſæpè reſcriptum eſt. *Altera replicatio eſt: Niſi tutor qui condemnatus eſt, non fuerit legitimus, uel non cauerit rem pupilli ſaluam fore. Hæc replicatio approbatur l.4.C. in quibus cauſis in integrum reſtitut. his uerbis*: Si tutor tuus qui pro tutelari officio non cauerat, iudicio expertus eſt: contra eum lata ſententia, iuri tuo officere non potuit, nec ea quæ ab eo geſta ſunt, ullam firmitatem obtinent. Fruſtrà igitur in integrũ reſtitutionis auxilium deſideras: quando ea quæ ab eo geſta ſunt, qui legitimę adminiſtrationis perſonam ſuſtinere nõ potuit, ipſo iure irrita ſunt. *Tertia propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi defuncto condemnato, hæres eius cõueniatur. Hæc exceptio approbatur l.6.§.fi.ff.de re iudicata.cuius uerba uide s̄.quæſt.prox.reg.1. except.1. Quarta exceptio eſt: Niſi condemnatus ſeſe hæreditate abſtinuerit: tunc enim actio datur in ſubſtitutũ uel cohæredem, ad quem portio condemnati peruenit. quæ exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur l.44.ff de re iudicata, his uerbis*: Ex contractu paterno actum eſt, cum pupilla, tutore authore, & cõdemnata eſt: poſtea tutores abſtinuerunt eam bonis paternis, & ita bona defuncti ad ſubſtitutum, uel ad cohæredes peruenerũt, quæritur, an hi ex cauſa iudicati teneantur? Scæuola reſpondit, dandam in eos actionem: niſi culpa tutorum pupilla condemnata ſit.

Secunda regula. De procuratore condemnato. hic non tenetur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.4.in prin.ff. de re iudicata, his uerbis: Si ſe non obtulit procurator: iudicati actio in eũ denegabitur, & in dominum dabitur. Si ſe obtulit, in ipſum dabitur. Obtuliſſe autem uidetur ſe liti non is, qui in rem ſuam procurator datus ſit. Nam hic alia ratione recuſare iudicati actionem non poteſt: quia nõ in alienam, ſed in rem ſuam procurator factus eſt. Tutor quoque uel curator in ea conditione ſunt, ut non debeant uideri ſe liti obtuliſſe. Idcircoque debet denegari in eos iudicati actio. Actor etiam municipum poteſt rem iudicatam recuſare. In municipes enim iudicati actio dabitur. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi procurator ſeſe liti obtulerit. quæ exceptio uerbis iam propoſitis approbatur. Cui concordat l.61 ff. de procuratoribus, his uerbis*: Plautius ait, procuratorem damnatum non debere cõueniri: niſi ſi aut in rem ſuam datus eſſet, aut obtuliſſet ſe cum ſciret cautum non eſſe: omnibus placuit. Idem erit obſeruandum, & ſi defenſoris loco cum ſatiſdatione ſe liti obtulerit.

Secunda exceptio eſt: Niſi ſine mandato abſentis defenſionem ſuſceperit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Idem erit obſeruandum, & ſi defenſoris loco cum ſatiſdatione ſe liti obtulerit. *Concordat l.28.§.fin ff.de procuratoribus.cuius uerba uide s̄. Lib.6. cap.10. de Actione, quæſt.3.reg.1.*

Tertia exceptio eſt: Niſi in rem ſuam procurator datus ſit. Hæc exceptio approbatur l.61.ff. de procuratorib.cuius uerba uide s̄. except. 1. Concordat l.4.in prin.ibi: Non is qui.ff.de re iudicata.cuius uerba uide s̄.ead.reg.in prin.

Quarta exceptio eſt: Niſi procurator domino litis hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur l.31. in prin.ff.de procuratoribus. cuius uerba uide s̄. Lib.5. cap.8.effectu 4.cauſa 1.except.4.

Tertia regula. Nec tutor uel curator condemnatus, iudicati actione tenetur. quæ regula approbatur l 4. §.1.ff.de re iudicata. cuius uerba uide s̄. ead. regul. in prin. Concordat l.1.C.quando ex facto tutoris, &c. cuius uerba uide s̄.ead.quæſtione.regul.1.exception.2. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi poſt finitã tutelam uel curam nouatio ſit facta, & obligatio in tutorem uel curatorem translata. quæ exceptio approbatur l.5.in prin. ff. quando ex facto tutoris, his uerbis: Poſt mortem furioſi non dabitur in curatorẽ, qui negocia geſſit, iudicati actio: non magis quàm in tutorem. ſi modo nullã ex cõſenſu poſt depoſitum officium nouationem factam, & in curatorem uel tutorẽ obligationem eſſe translatam conſtabit. *Altera exceptio eſt: Niſi pupillus poſtea ſeſe hæreditate, cuius nomine tutor condemnatus eſt, abſtinuit. Hæc exceptio reprobatur l.2.in prin.ff. de adminiſtr.*

ruter. cuius uerba uide s̄. reg. 1. except. 2.

Quarta regula. Actor uniuersitatis condemnatus non tenetur actione iudicati. quæ regula approbatur l. 2. §. 1. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. regula 2. in principio.

IIII. QVID VENIAT in iudicati actione.

Prima regula. Rei persecutionem continet. quæ regula approbatur l. 6. §. fin. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. quæst. 2. reg. 1. except. 1.

Secunda regula. Si plures una sententia condemnati sunt, quilibet pro uirili parte non in solidum tenetur. quæ regula approbatur l. 43. ff. de re iudicata, his uerbis: Paulus respondit, eos qui una sententia in unam quantitatem condemnati sunt, pro portiõe uirili ex causa iudicati cõueniri: & si ex sententia aduersus tres dicta, Titius portionem sibi competentem exoluit, ex persona cęterorum ex eadem sententia conueniri eum non posse. *Concordat l. 10. §. quoties. ff. de appellationibus, his uerbis*: Quoties plures in unã summã condemnantur: utrum una sententia est, & quasi plures in unã summã sint rei promittẽdi, ita ut unusquisq; eorũ in solidũ teneatur: an uerò scinditur in personas eorum sentẽtia, quęritur? Et Papinianus respondit, scindi sentẽtiam in personas: atq; ideo eos qui condemnati sint, uiriles partes debere. *Concordat item l. 1. C. si plures una sententia cond. his uerbis*: Si non singuli in solidum, sed generaliter tu & collega tuus una & certa quantitate cõdemnati estis, nec additũ est, ut quod ab altero seruari non posset, idem alter suppleret: effectus sententiæ pro uirilibus portionibus discretus est. Ideoq; parens pro tua portione sententiæ, ob cessationem alterius ex causa iudicati conueniri non potes. *Concordat item l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Quoties à tutoribus singulis procuratoribus datis, insequitur in omnium persona condemnatio: periculũ sententiæ uidetur esse diuisum. Ideoque quod ab uno seruari non potuerit, à cæteris exigi non posse, explorati iuris est.

Tertia regula. Si diuersis summis quis condemnatus est, minima summa debetur. quæ regula approbatur l. 38. §. fin. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. cap. prox. except. 4.

Quarta regula. In decem aut noxæ dedere condemnatus, in decem tenetur. quæ regula approbatur l. 6. §. decem. ff. de re iudicata, his uerbis: Decem, aut noxæ dedere condemnatus, iudicati in decẽ tenetur. facultatem enim noxæ dedendæ ex lege accipit. Is autem qui stipulatus est decem, aut noxæ dedere, nõ potest decem petere: quia in stipulatione singula per se ueniunt, eaque singula separatim stipulari possumus. At iudicium solius noxæ deditionis, nullum est, sed pecuniariam condemnationem sequitur. Et ideo iudicati, in decem agitur. His enim solis condemnatur: noxæ autem deditio in solutione est, quæ è lege tribuitur.

Quinta regula. De usuris rei iudicatæ, proponitur l. ult. ff. de re iudicata, his uerbis: Negociorũ gestorũ condemnatus appellauit, & diu negociũ tractatũ est: quæsitum est, appellatione eius iniusta pnunciata: an quo tardius iudicatũ sit, usuræ pecuniæ in condemnationẽ deductæ medij tẽporis debeantur? respondetur, secundũ ea quæ proponerentur, dandã utilem actionẽ. *Concordat iisdem uerbis l. 24. in prin. ff. de appellationib. item concordat l. 1. C. de usuris rei iudicatæ, his uerbis*: Is qui bona secundũ dictam sentẽtiam prosequitur, eas quoq; rationes habiturus est, ut qui post legitimũ tempus placitis non obtemperauerit, usuram centesimam temporis, quod postea fluxerit, soluat. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Eos qui cõdemnati solutionem pecuniarum, quas dependere iussi sunt, ultra quatuor menses à die condemnationis, uel si prouocatio fuerit porrecta, à die confirmationis sententiæ connumerandos, distulerint, centesimas usuras exigi præcipimus: nec priscis legibus, quæ duas centesimas eis inferebant, nec nostra sanctione, quæ dimidiam centesimæ statuit, locum in eorum personam habentibus.

Sexta regula. De usurarum usuris ne exigantur, proponitur l. 3. in prin. usq; ad §. & cum antiquitas. C. d. tt. his uerbis: Sancimus, ut si quis condemnatus fuerit post datas à nobis quadrimestres inducias, centesimas quidem usuras secundum naturam iudicati eum compelli soluere: sed tantummodò sortis, & non usurarum, quæ ex pristino contractu in cõdemnationẽ deductæ sunt. Cùm enim iam constituimus usurarum usuras penitus esse delendas, nullum casum relinquimus ex quo huiusmodi machinatio possit induci. Si enim sine emendatione relinquatur, aliquid absurdum atq; inelegans necesse est euenire: cum usum utiliter contractib. descendentes, plerunq; minores centesima ex nostra lege factæ sunt, & necesse erit minoribus usuris grauiores supponi. Si enim ex iudicati actione cẽtesimæ omnimodò currunt usuræ, ex contractibus aũt hoc rarò cõtingit: in capitulis lege nostra tantummodo exceptis. huiusmodi iniquitatẽ ipsa necessitas rerũ introducebat. Et ideo pio remedio causam corrigẽtes, sancimus sortis tantũmodo usuras usq; ad centesima currẽtes, ex iudicati actione pfligari, non autem usurarum quantascunque usuras. Si enim nouatur iudicati actione prior contractus,

necesse

neceſſe eſt,uſurarum quidem quæ anterioris contractus ſunt,curſum poſt ſententiam inhiberi: alias autem uſuras ex iudicati actione tantummodò ſortis procedere: & non ideo quod forſitan conſummata eſt, quantitas ſortis & uſurarum,totius ſummę uſuras poſtea colligi,ſed ſortis tantũmodo.

Septima regula. De ſumptibus & expenſis litis, proponetur ʒ.cap.prox.

V. QVANDO COMPETAT iudicati actio.

Prima regula. Condemnato tempus ad ſoluendum dandum. quæ regula approbatur l.31.ff.de re iudicata, his uerbis: Debitoribus non tantum petentibus dies ad ſoluendum dandi ſunt, ſed & prorogandi,ſi res exigat. Si qui tamen per contumaciam magis, quàm quia non poſſint explicare pecuniam, differant ſolutionem,pignoribus captis compellendi ſunt, ad ſatisfaciendum ex forma,quam Caſsio proconſuli diuus Pius in hæc uerba reſcripſit: His qui fatebuntur debere, aut ex re iudicata neceſſe habebunt reddere, tempus ad ſoluendum detur,quod ſufficere ꝓ facultate cuiuſq; uidebitur. Eorum qui intra diem uel ab initio datum,uel ex ea cauſa poſtea prorogatum ſibi, nõ reddiderint, pignora capiãt,eaq; ſi intra duos mẽſes nõ ſoluerint, uẽdãtur.Si quid ex precijs ſuperſit: reddatur ei cuius pignora uẽdita erant. *Propoſitæ reg.exceptio prima hæc eſt: Niſi per contumaciam tempus ad ſoluendum petatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hiſce*: Si qui tamen per contumaciam,&c. *Altera exceptio eſt: Niſi non ſatiſdet de litis æſtimatione præſtanda. Hæc exceptio approbatur Inſt.de officio iudicis.§.2.his uerbis*:Si poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe,& ſine fruſtratione uidebitur tempus reſtituendi cauſa petere:indulgendum eſt ei,ut tamen de litis æſtimatione caueat, cum fideiuſſore ſi, &c.

Secunda regula.Condemnato quatuor menſes dantur ad ſoluendum l. 2. C.de uſuris rei iudicatæ. cuius uerba uide ʒ.quæſt.prox.reg.5. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt:Niſi non condemnatus, ſed hæres eius conueniatur.quæ exceptio reprobatur l.29. ff. de re iudicata,his uerbis: Tempus quod datur iudicato,etiam hæredibus eius,cæteriſq; qui in locum eius ſuccedunt, tribuitur: uidelicet quod ex eo tempore deeſt: quia cauſæ magis quàm perſonę beneficium prǽſtatur.

Secunda exceptio eſt:Niſi non condemnatus,ſed fideiußor uel mandator eius conueniatur. Et hæc exceptio reprobatur l.3.§.& quum antiquitas.C. de uſuris rei iudicatæ,his uerbis: Quum antiquitas peſſimo exemplo reis quidem condemnatis laxamentum duorum menſium præſtabat,fideiuſſores autem eorum eodem uti beneficio non concedebat: ut liceret uictoribus (relictis propter legem condemnatis perſonis) à fideiuſſoribus eorum uel mandatoribus ſtatim pecunias uel res in condemnatione poſitas exigere:huiuſmodi acerbitatem reſecantes, ſancimus quadrimeſtres inducias,quas dedimus condemnatis, etiã ad fideiuſſores eorum & mandatores extendi,ne legi fiat derogatum. Cùm enim interuentor ſoluere compellatur,& ipſe reum coercebat ad inuitam ſolutionem,nullum condemnatus habebat noſtræ ſenſum humanitatis: quia per medium fideiuſſorem ſtatim pecunias perſoluere compellebatur.

Tertia exceptio eſt: Niſi iudex aliud tempus uel maius,uel minus condemnato conſtituerit ad ſoluendum. Et hæc exceptio reprobatur l.4.§. ſi quis condemnatus.ff de re iudicata,his uerbis: Si quis condemnatus ſit,ut intra certos dies ſoluat,unde ei tempus iudicati actionis cõputemus, quæritur? Vtrum ex quo ſententia prolata, an uerò ex quo dies ſtatutus præterijt? Sed ſiquidem minorem diem ſtatuerit iudex, tempore legitimo repletur ex lege, quod ſententiæ iudicis deeſt. Sin autem ampliorem numerum dierum in ſua definitione iudex amplexus eſt: computabitur pro reo & legitimum tempus, & quod ſupra iudex præſtitit.

Quarta exceptio eſt:Niſi iudici cauſa cognita aliter uideatur. Hæc exceptio approbatur l. 2.ff de re iudicata,his uerbis: Qui pro tribunali cognoſcit,nõ ſemper tempus iudicati ſeruat, ſed nonnunquam arctat:nonnunquam prorogat pro cauſę qualitate & quantitate, uel perſonarum obſequio,uel cõtumacia. Sed perrarò intra ſtatutum tempus ſententiæ exequuntur: ueluti,ſi alimenta conſtituantur, uel minori uigintiquinque annis ſubueniatur.

VI. QVAMDIV COMPETIT iudicati actio.

Perpetua eſt actio.quæ regula approbatur l.6.§.fin. ff.de re iudicata.cuius uerba uide ʒ.quæſtione ſecunda, reg.1.except.1.

VII. ADFINIA HVIVS Actionis remedia quæ ſint.

Prima regula. Executio rei iudicatæ adfine remedium eſt,de qua ʒ.cap.prox.dicetur.

Secunda regula.Si cauſa iudicati nouata ſit, ex ſtipulatu competit actio.quæ regula approbatur l. 2. C. de executione rei iudicatæ.cuius uerba cum propoſitæ regulæ exceptionibus uide ʒ.cap.prox.except.58.

Tertia regula.Si iudicatum ſolui ſatiſdatum eſt, etiam ex ea ſtipulatione agi poteſt. de qua re uide ʒ. Lib.6.cap.10.

Quarta regula.Adfine quoque remedium eſt. Exceptio rei iudicatæ.de qua uide Comment. de Liberationib.cap.19.

DE EXECVTIONE REI IVdicatæ. nec non de ſumptibus & expenſis litis præſtandis. Item de ſportulis iudicum, eiusq́; miniſtrorum. Cap. V.

DE EXECVTIONE REI iudicatæ.

I. *Quid ſit executor, & executio, definitur l. 8. C. de executione rei iudicatæ, his uerbis:* Executorem eũ ſolum eſſe manifeſtum eſt, qui poſt ſententiam inter partes audita omni & diſcuſſa lite prolatam, rei iudicatæ uigorem ad effectum uidetur adducere.

II. CAVSA EX QVA competit.

Si à lata ſententia non ſit appellatum, uel appellatio ſit deſerta executio rei iudicatæ facienda. quæ regula approbatur l. 5. C. de appellationibus. cuius uerba cum legibus concordantibus uide ſ. eod. Lib. cap. 3. quæſt. 2. Propoſitæ regulæ exceptiones uide ſ. d. cap. 3. quæſt. 3.

III. QVIBVS COMPETIT executio rei iudicatæ.

Prima regula. De eo qui iudicem dedit, proponitur l. 15. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis: A' diuo Pio reſcriptum eſt magiſtratibus populi Romani, ut iudicum à ſe datorum uel arbitrorum ſententiã exequantur hi qui eos dederunt.

Secunda regula. De alterius loci magiſtratu quàm ubi ſententia dicta eſt, proponitur d. l. 15. §. 1. his uerbis: Sententiam Romæ dictam, etiam in prouincijs poſſe per præſides, ſi hoc iuſſi fuerint, ad finem perſequi, Imp. noſter cum patre reſcripſit. *Concordat l. 45. §. fin. ff. de iudicijs, his uerbis:* Nomine puellæ tutoribus in prouincia cõdemnatis, curatores iudicatũ Romæ facere coguntur, ubi mutuã pecuniã mater accepit, cui filia hæres extitit.

Tertia regula. De iudicis præfectiano, palatino, uel milite, proponitur l. 8. C. de officio rectoris prouinciæ, his uerbis: Ne quis iudicum in prouincia ſua præfectianum, uel palatinum, uel militẽ, uel ex ijs etiam omnibus, qui antea in huiuſmodi officijs fuerint commorati, interceſſorem, id eſt executorem, cuiuſquam litigatoris petitione in quolibet, ſeu priuato, ſeu publico negocio, putet eſſe tribuendum. Nam peccantem contra conſulta cœleſtia, cum ſuo officio non ſolùm detrimentũ famæ, ſed etiam patrimoniorum damna comirentur. *Concordare uidetur l. 5. C. de iuriſdict. omnium iudicum, cuius uerba uide ſ. Lib. 5. cap. 2. quæſt. 1. in principio.*

Quarta regula. Quibus competat ius exequendi ſententiam arbitri cõpromiſſarij, definitur l. 5. in prim. ibi: Quatenus poſſit. C. de receptis arbitris. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 2. except. 25. repl. 1.

IIII. VBI EXECVTIO facienda.

De hac re uide locum de Solutionibus. Vbi ſoluendum. Item de Legatis & fideicommiſſis, ubi præſtanda.

V. QVANDO EXECVtio facienda.

Prima regula. Non ante rem iudicatam, ſed poſt eã facienda. quæ regula approbatur l. 1. C. de executione rei iud. his uerbis: Nimia properè iudex pignora Marcellæ capi, ac diſtrahi iuſſit, ante rem iudicatam. Prius eſt ergo, ut ſeruato ordine actionem aduerſus eam dirigas, & cauſa cognita ſententiam accipias. *Concordat l. 58. ff. de re iudicata, his uerbis:* Si cum nulla ſententia præceſſiſſet, capta ſunt, & diſtracta pignora, poſſunt reuocari.

Secunda regula. De tempore dando ad ſoluendum, uide ſ. cap. prox. quæſt. 5.

VI. QVOMODO EXEcutio facienda.

Prima regula. De capiendis pignoribus & diſtrahendis, proponitur l. 31. §. fin. ff. de re iudicata, cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 5. reg. 1. in princip. Concordat l. 2. C. de execut. rei iud. cuius uerba uide ſ. cap. 3. except. 58. item concordat l. ult. C. eod. tit. his uerbis: Eos quos debitores tuos eſſe contendis, apud Rectorem conueni prouinciæ: qui ſiue debitum confeſſi, ſiue negentes & conuicti fuerint condemnati, nec intra ſtatutum ſpacium ſolutioni ſatisfecerint, cum latæ ſententiæ pignoribus etiam captis ac diſtractis, ſecundum ea quę ſæpè conſtituta ſunt, meruerint executionem, iuris formam tibi cuſtodiet. *Plura de diſtractione pignorum uide J. cap. 8.*

Secunda regula. Quæ iure pignoris capienda & diſtrahenda, item quo ordine, proponitur l. 15. §. in uenditione. ff. de re iudicata, his uerbis: In uenditione pignorum captorum facienda, primò quidem res mobiles & animalea capi pignori iubẽt: mox diſtrahi: quarum precium ſi ſuffecerit, benè eſt: ſi non ſuffecerit, etiam ſoli pignora capi iubẽt, & diſtrahi. Quòd ſi nulla mouentia ſint, à pignoribus ſoli initium faciunt. Sic denique interloqui ſolent. Si mouentia non ſint, ut ſoli quoque capiantur. Nam à pignoribus ſoli initium faciendum non eſt. Quòd ſi nec quæ ſoli ſunt, ſufficiant: uel nulla ſint pignora ſoli: tunc peruenietur etiam ad iura. Exequuntur itaque rem iudicatam præſides iſto modo.

Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi res, quæ pignoris iure capiantur ſint litigioſæ, uel negentur condemnati eſſe. Hæc exceptio approbatur certo modo d. l. 15. §. ſi rerum quæ pignoris, his uerbis: Si rerum quæ pignoris iure captæ ſint, controuerſia fiat, conſtitutum eſt

ab

ab Imperatore nostro, ipsos qui rem iudicatam exequũtur, cognoscere debere de proprietate: & si cognouerint eius fuisse, qui condemnatus est, rem iudicatam exequantur. Sed sciendum est, summatim eos cognoscere debere: nec sententiam eorum posse debitori præiudicare, si fortè hi dimittẽdam eam rem putauerunt, quasi eius sit, qui controuersiam mouit, non eius cuius nomine capta est: nec eum cui restituta est, statim habere per sententiam debere, si fortè iure ordinario cœperit ab eo res peti. Sic eueniet, ut omnibus integris tantum capioni res iudicata proficiat. Sed & illud debet dici, ubi controuersia est de pignore, id dimitti debere, & capi aliud, si quod est sine controuersia. *Secunda exceptio est: Nisi res non sit condemnati propria, sed pignori tantum ei obligata. Hæc exceptio reprobatur d.l.15.§. quòd si res, his uerbis*: Si res fuerit pignorata, quę pignori capta est, uidẽdum est, an sic distrahi possit, ut dimisso creditore superfluum in causam iudicati conuertatur? Et quanquã non cogatur creditor rem quã pignori accepit, distrahere: tamen in iudicati executione seruatur, ut si emptorem inuenerit res quæ capta est, qui dimisso priore creditore superfluum soluere paratus sit, admittẽda sit huiusmodi quoq; rei distractio. Nec uidetur deterior conditio creditoris fieri, suum consecuturi, nec prius ius pignoris dimissuri, quàm si ei fuerit satisfactum. *Tertia exceptio est: Nisi pecunia condemnati sit apud argentarios, uel alium. Et hæc exceptio reprobatur d.l.15.§. sed & si pecunia, his uerbis*: Sed & si pecunia penes argentarios sit, ęquè capi solet. Hoc amplius & si sit penes alium quem, destinata tamen ei qui condemnatus est: solet pignoris iure capi, & conuerti in causam iudicati. *Quarta exceptio est: Nisi pecunia nomine condemnati, apud alium deposita sit, uel in arca reclusa. Hæc exceptio reprobatur d.l.15.§.fin. his uerbis*: Prętera pecuniam quoque depositam nomine condemnati, uel in arcam reclusam solent capere, ut iudicato satisfiat. Hoc amplius & si pupillaris pecunia in arca reposita sit ad prędiorum comparationem, etiam citra permissum Prætoris, ab eo qui exequitur iudicatum, solet capi, & in causam iudicati conuerti. *Quinta exceptio est: Nisi nomen condemnati pignori capiatur, uel aliud quod in iure subsistit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi nihil aliud sit, quod pignori capi possit. quæ replicatio approbatur l.15. §. in uenditione, ibi: Quòd si nec. ff. de re iudicata, cuius uerba uide paulo superius ead. reg. in prin. Concordat d.l.15.§. sic quoque, his uerbis*: Sic quoque iudices exequentur iudicatum, ut nomina iure pignoris capiant, si nihil aliud sit, quod capi possit. Posse enim nomen iure pignoris capi, Imperator noster rescripsit. *Concordat l.5.C. de executione rei iudicatæ, his uerbis*: Etiam nomen debitoris in causa iudicati capi posse, ignotum non est. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi nomen non confessum sit, sed controuersum. quæ duplicatio approbatur d.§. sic quoq;, his uerbis*: Sed utrum confessum nomẽ tantum capi possit, an etiamsi neget quis se debere ei, uideamus. Et magis est, ut id duntaxat pignori capiatur, quod confitetur. Cæterùm si negetur, æquissimum erit discedi à nomine: nisi fortè quis exemplum secutus corporalium pignorum, ultra processerit, dixeritq; ipsos debere iudices de nomine cognoscere, ut cognoscerẽt de proprietate? Sed contrà rescriptum est. Item quid dicemus: utrum ipsi iudices conuenient nomen, exigentq; id quod debetur, & in causam iudicati conuertent, an uerò uendent nomen, ut pignora corporalia solent: & necesse est, ut quod eis facilius uideatur ad rẽ exequendam, hoc faciant.

Sexta exceptio est: Nisi stipendia condemnati, iure pignoris capiantur uel retineantur. Hæc exceptio approbatur l.4.C. de execut. rei iud. his uerbis: Stipendia retineri, propterea quòd condemnatus es, non patietur præses prouinciæ: cum rem iudicatam possit alijs rationibus exequi. *Septima exceptio est: Nisi præmia quæ condemnato ob coronas sacras præstantur, pignoris iure capiantur. Hæc exceptio reprobatur l.40.ff. de re iudicata, his uerbis*: Commodis præmiorum, quæ propter coronas sacras prædantur, cõdemnato placuit interdici: & eam pecuniã iure pignoris in causam iudicati capi.

Octaua exceptio est: Nisi id quod pignoris iure aufertur, ad culturam agri pertineat. quæ exceptio approbatur l.8.C. quæ res pignori oblig. possunt, his uerbis: Pignorum gratia aliquid quod ad culturam agri pertinet, auferri non conuenit. *Concordat l.7.C. eod. tit. his uerbis*: Executores à quocunq; iudice dati ad exigenda debita, quę ciuiliter poscuntur, seruos aratores, aut boues aratorios, aut instrumentum aratorium, pignoris causa de possessionibus non abstrahant, ex quo tributorum illatio tardetur, &c.

Tertia regula. De re pignoris iure capta, creditori non addicẽda. Res pignoris iure capta, regulariter creditori addicenda non est, sed distrahenda. de qua re dicetur in iure Pignorũ. Huius autẽ regulæ exceptio hæc est: Nisi res emptorem non inueniat. quæ exceptio approbatur l.15.§. si pignora. ff. de re iudicata, his uerbis: Si pignora quę capta sunt, emptorem nõ inueniant, rescriptum est, ab Imperatore nostro, & diuo patre eius, ut addicantur ipsi, cui quis condemnatus est: addicantur autem utique ea quantitate, quæ debetur.

Ná & si creditor maluerit pignora in creditum posside re,hisq; esse cõtentus,rescriptũ est,non posse eũ quod amplius sibi debetur petere: quia uelut pacto transegisse de cætero uideatur,qui contentus fuerit pignora possidere, nec posse eũ in quãtitaté certam pignora tenere,& superfluum petere. *Concordat l.3.C.de execut.rei iud.his uerbis*: Ordo rei gestæ,& mora solutionis, quæ intercessit, constantius desiderat remedium. Si itaq; p̄sidé prouinciæ, qui rem iudicatam exequi debet,adieris,& allegaueris res soli, quæ pignori datæ sunt,diu subhastatas,ex compacto siue ambitione diuersæ partis emptorem non inuenire posse: in possessioné earum te mittat, ut uel hoc remedio res tamdiu protracta ad effectum perducatur.

Quarta regula. De cogendo condemnato manu militari, & alio executionis modo si res restitui non possit,proponitur l.68. ff. de rei uendicat. his uerbis: Qui restituere iussus,iudici non paret,contendens non posse restituere: siquidem habet rem,manu militari officio iudicis ab eo possessio trásfertur:& fructuum duntaxat, omnisque causæ nomine condemnatio fit. Si uerò non potest restituere. & dolo fecit, quo minus possit,is, quantum aduersarius in litẽ sine ulla taxatione in infinitũ iurauerit, damnandus est. Si uerò nec potest restituere,nec dolo fecit,quo minus possit:non pluris quàm res est,id est,quanti aduersarij interfuit,condemnandus est. Hæc sententia generalis, siue interdicta, siue actiones, & siue in rem,siue in personam sint, ex quibus arbitratu iudicis quid restituitur, locum habet.

VII. EVENTVS EXECVtionis, deq; executoribus puniendis.

Prima regula. De appellatione quæ fit ab executione,proponitur l.5.C.quorum appellat. non recipiantur.cuius uerba uide s̃.Lib.5. cap. 9. de re sequestranda.quæst.1.except.3.

Secunda regula. Si emptori, cui res pignori capta uendita est,de re uendita moueatur controuersia, uel ei cui res est addicta,an executoris sit cognitio: definitur l.15.§ si post addictum ff.de re iudicata,his uerbis: Si post addictum pignus aliqua controuersia emptori moueatur,an sit cognitio eiusdem iudicis,qui sententiam executus fuerit,uidẽdum est? & cum semel emptio perfecta sit,eiusq; qui sic comparauit, periculũ uersetur, non puto locum esse cognitioni. Certè posteaquam inductus est emptor in possessioné:nonne cessabunt partes eorundem iudicum? idemq; & si ipsi cui quis iudicatus est,res fuerit addicta.

Tertia regula. Si emptor precium rei pignori captæ atq; distractæ non soluat,an executoris sit cognitio,definitur d.l.15.§.sed si emptor,his uerbis: Si emptor cui pignora sunt addicta, exequente iudice precium non soluat,utrum aduersus emptorem porrigere manus debeant ijdẽ iudices,qui sententiam exequuntur, uidendum est:& non puto eos ultrà procedere. Cæterùm longè res abibit. quid enim dicemus? Condemnabunt emptorem, & sic exequentur aduersus eum sententiam: an statim pro iudicato habebunt,& quid si neget se emisse,aut exoluisse contendat: melius igitur erit,si non se interponant,maximè cum nec habeat actionem aduersus eũ is cui iudicatum fieri desideratur, nec iniuria adficiatur. Oportet enim res captas pignori & distractas,pręsente pecunia distrahi,non sic ut post tempus pecunia soluatur. Certè si se interponant,hactenus debebunt interuenire, ut ipsam rem addictam capiát & distrahant,quasi nõdum uinculo pignoris liberatam.

Quarta regula. De executoribus puniendis ac mutandis,proponitur l.2.C. de sportulis & sumptibus,&c. his uerbis: Omnibus iudicibus licentiam præstamus,siue ijs quibus à nostro numine lites mandantur, illustribus uel spectabilibus,uel clarissimis, uel togatis fori cuiuscunque præfecturæ, uel alijs quibusdam, uel ijs qui ex nostris iudicibus delegatas lites accipiunt,executores, si cessauerint causas eis instructas auferre, & remouere ab executione eos, & alios idoneos supponere,uel etiam mulctis afficere. Sed si quidem illustres sunt iudices, usque ad sex solidorum summam: sin autem alij, usque ad tres tantummodò aureos, & ad iudices quorum interest, referre, quatenus militia exuti pœnas luant corporales. Nostris autem amplissimis iudicibus licentia sit,& maiores pœnas, & corporales maculas executoribus imponere, si malè fuerint circa lites uersati: ut sciant non esse causas eludendas, nec lucri gratia aliquod eis uitium imponendum. *Hæc de executione rei iudicatæ.*

DE SVMPTIBVS ET EX*pensis litis præstandis.*

I. Causæ ex quibus sumptus litis præstandi.

Prima regula. Si alter litigatorum temerè ac iniustè litigauerit.quæ causa approbatur Inst.de pœna temerè litigantium.§.hæc autem omnia, ibi: Et, ut improbus.*cuius uerba uide s̃.Lib.prox.cap.1.de iuramẽto calumniæ,q.9. Concordat l.79.in prin. ff. de iudicijs,hisce uerbis*: Eum quem temerè aduersarium in iudicium uocasse constiterit, uiatica, litisq; sumptus aduersario suo reddere oportebit. *Concordat item l.11.§ siue aũt alterutra. C.de iudicijs. cuius uerba uide s̃. Lib.5. cap. 2. quæst.3. reg.2.*

reg.2.§.si per reum steterit. Concordat item l.4.C. *de fructibus & litium expensis.hisce uerbis:* Non ignoreteris cuius ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua ptractus fuerit examina, quòd si culpa sua fuerit dilata cognitio, uel minimè actioni adfuerit, uel delata non probauerit: pro calumnia quidem pœnam luat legibus constitutam: pro pecuniaria uerò causa, post sumptus, considerata quantitate postulatorum, uel medij itineris interuallo, condemnationem pro æstimatione iudicis sustinebit. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi iudex uictum uictori in expensas litis non condemnauerit. quæ exceptio approbatur l.5.C.d.tt.de fructibus, his uerbis:* Terminato transactoq; negocio, posthac nulla actio, neq; ex rescripto super sumptuum petitione præstetur: nisi iudex, qui cum de principali negocio sententiam promulgauit, cominus partibus constitutis, iuridica pronunciatione significauerit uictori causæ restitui debere expensas, aut super his querelam iure competere. Post absolutum enim dimissumq; iudiciũ nefas est litẽ alterã cõsurgere ex litis primæ materia. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi uictus appellauerit: tunc enim uictor quoq; in causa appellationis potest de hoc queri, quod aduersarius sine sumptib. litis fuerit condemnatus. quæ replicatio approbatur l.ult.C.quando prouocare nõ est necesse. cuius uerba uide s.eod.Lib.cap.1.q.2.except.22.* *Altera exceptio est: Nisi uictus, uel eius aduersarius priuilegium habeat, ne soluat litis expensas. quæ exceptio approbatur l.ult.C.de fructibus & litium expensis, hisce uerbis:* Cum quidam per leges sacrasq; constitutiones, alij per speciales largitatea sibi pstita priuilegia contendunt, tam super sportulis pro cõuentionib. usq; ad certam quantitatem præbẽdis, quàm super expensis litium uel minuendis, uel penitus non agnoscẽdis: per hanc legem decernimus, ut quicũq; huiusmodi priuilegio munitus est, uel postea talem prærogatiuam quolibet modo meruerit: sciat & si quos ipse utpote obnoxios sibi pro quacunq; criminali uel ciuili causa constitutos in accusationem deduxerit, hos nihilominus ijsdem priuilegijs potituros. Quoniam non est ferendũ, eos qui præfatas prærogatiuas (ut iam antè latum est) prætendunt, aliquid plus ab aduersarijs suis quærere concedi, quàm ipsi ab alijs pulsati facere patiantur. Ita scilicet, ut hæc quidem forma modis omnib. obseruetur super priuilegijs per liberalitates, uel generaliter quibusdam officijs, aut scholis, seu dignitatib. uel specialiter certis personis præstitis, uel postea præbẽdis, siue hoc ipsum expressim principalib. dispositionibus, uel affatibus insertum, siue præter-missum sit, uel fuerit. *Concordat l.12.§.& quoniam.C.de proximis sacrorum scinior.*

Altera sumptuum litis præstandorum causa est. Si citatus absens non compareat, posteaq; ueniat causam acturus: tunc enim non est aliter audiendus, quàm sumptibus litis restitutis. quæ causa approbatur per ea quæ habentur j.cap.prox.q.3.except.5.repl.3. Concordat l.4.C.de fructibus & litium expensis. cuius uerba uide paulo superius.

II. QVID ET QVANTVM sumptuum nomine præstandum.

Prima regula. In quantum uictor iurauerit, in tantum uictus expensarũ nomine condemnandus. quæ regula approbatur l.12.§.siue autem alterutra.C.de iudicijs. cuius uerba uide s. Lib.5.cap.2.q.3.§.si per reum steterit. Concordat Nouell.c.53.§.1. *cuius uerba uide s. Lib 6.cap.2.q.6.reg.5. Item concordat Nouell. c. 82. §.ut autem, his uerbis:* Vt omnimodò iudices rationẽ expensarum perpendant, quia pclarè hoc Zenonis quoq; piętiss. principis scitũ constituit, neq; nos in parte id nostrarũ dispositionũ dedignamur assumere, manente & hoc in eadẽ nunc forma custodiendũ: illo solo insuper apposito, ut si iudex uictori iuramentũ de expẽsis deferat, ad quantitatẽ scilicet, quæ moderata illi uidetur, quã leges taxationẽ uocant, deinde ille ita deierauerit: ne licentiã iudex habeat in minorẽ summam quàm deieratum est condemnare, neque humanior uideri uelit, quàm lex quæ ista constituit. Cæterũm si propter cõtrouersiæ fortè uarietatem neutram illi partem rationi expensarum subdere uisum sit, determinet hoc ipsum in sententia.

Secunda regula. Etiam pro æstimatione iudicis in expensas uictus condemnandus. quæ regula approbatur l.4.in fin.C.de fructibus & litium expensis. cuius uerba uide s.quæst.prox.causa 1. Concordat l.13.C.de iudicijs. cuius uerba uide j.cap prox.

DE SPORTVLIS IVDICVM, eiusq; ministrorum.

Quantum sportularum nomine iudici dandum, definitur Nouell.c.82.§.porrò ne circa. cuius uerba uide s.Lib.2.cap.1.q.3.reg.1.

Quantum iudicum ministris sportularum nomine dandum, regulariter quidem non definitur: in exceptionibus autem sequentibus definitur. Est enim propositæ regulæ prima exceptio hæc: Nisi in sacris scrinijs militantes, horum'ue parentes, aut uxores, liberi'ue agãt, uel conueniantur. quæ exceptio approbatur l.12.§. modum, usq; ad finem legis. C.de proximis sacror. scri. his uerbis: Modum sportularum, ad mediocrem deduci quantitatem iubemus. Executoribus de schola agẽtium in rebus attribuentes unum solidum, singulos usque ad finem negocij, &c. *Secunda exceptio est: Nisi agentes in rebus, horum'ue parentes, liberi, uel uxores agant aut conueniantur. quæ excep. approbatur l.2.C.*

de præ-

de præpositis agentium in rebus. cuius uerba uide §. Lib.2.cap.19.*specie* 12.*reg*.11. *Tertia exceptio est: Nisi princeps agentiũ in rebus, eius'ue uxor aut liberi agant uel conueniantur. Hæc exceptio approbatur l.8.C.de principibus agent. in reb.cuius uerba uide* §. *d.specie* 12.*reg*.6. *Quarta exceptio est: Nisi castrensiarij, uel ministeriani, horum'ue parentes, liberi, uel uxores agant uel conueniantur. quæ exceptio approbatur l.4.§.1.C.de castrensiarijs & ministr. cuius uerba uide* §.*Lib.5.cap.2.except.33.* *Quinta exceptio est. Nisi scholares, horumúe uxores, matres, uel liberi conueniantur. quæ exceptio approbatur l.3.C. de priuilegijs scholarum, his uerbis*: Quoties super causa ciuili, uel etiam criminali, &c.

DE MISSIONE IN POSSESSIONEM BONORUM REI SERUANDÆ CAUSA. Cap. VI.

Executionis speciem continet mißio in bonorũ possesßionem debitoris rei seruandæ causa, & quæ istam mißionem sequuntur scilicet, ut bonis curator detur, item bonorum uenditio. de quibus nunc ordine dicendũ, & primum de ipsa Mißione in possesßionem bonorum debitoris rei seruandæ causa.

I. *Species cognatæ huius mißionis, proponuntur l.1.ff.quib.ex causis in possess.eatur, his uerbis*: Tres ferè causæ sunt, ex quibus in possessionem mitti solet: rei seruandæ causa, item legatorum seruandorum gratia, & uentris nomine. Damni enim infecti nomine si non caueatur, non uniuersorum nomine fit missio, sed rei tantum, de qua damnũ timetur.

II. CAVSAE EX QVIBVS fit mißio in possessionem rei seruandæ causa.

Prima causa. Si reus conuentus potestatem sui non faciat, nec defendatur, in bona eius fit mißio. quæ causa approbatur l.2.in prin.ff.quibus ex causis in possess.eatur, his uerbis: Prætor ait: In bona eius qui iudicio sistendi causa fideiussorem dedit, si neque potestatem sui faciet, neq; defendetur, iri iubebo. *Concordat l.2.§.fin.C.ubi in rem actio exer. cuius uerba cum alijs legibus concordantibus uide* §.*Lib.6.cap.2.quæst.6.reg.6.* *Declaratur causa proposita definitione horum uerborum*: Potestatem sui non faciat. *l.2. §. 1.ff. quibus ex causis in possess. eatur, his uerbis*: Potestatem sui non facit, qui id agit, ne aduersarius eius copiam sui habeat. Ergo latitantis bona iubet posſideri. Quid si non latitet, sed absens non defendatur: nónne uidetur potestatem sui non facere? *Definiuntur deniq; illa propositæ causæ uerba*: Neq; defendatur. *l.52. ff. de regulis iuris, hisce uerbis*: Non uidetur defendere non tantum qui latitat, sed & is qui præsens negat se defendere, aut non uult suscipere actionem. *Planè causa proposita plurimas recipit exceptiones, quæ proponentur paulo infe. nũc reliquæ causæ mißiõis proponẽdæ.*

Secunda causa. Si reus conuentus minor ætate, tutorem uel curatorem non habeat, uel ab eo non defendatur. Hæc causa approbatur l.10.ff.quibus ex causis in possess.eatur, his uerbis: Si pupillus præsens sit, tutorem autem non habeat, pro absente habendus est. *Concordat l.5.ff.de reb.iudicis authør.posſid. his uerbis*: Si minor uigintiquinq; annis qui habet curatorem, à curatore non defendatur, nec alium defensorẽ inueniat: bonorum uenditionem patitur, & si non latitet, nec fraudationis causa latitare uideatur, qui sui non est idoneus defensor. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi pupillus defendatur. Hæc exceptio approbatur l.5. in prin.ff. quibus ex causis in possess. eatur, his uerbis*: Hæc autẽ locum habent, quoties pupillus non defendatur à quocunq; siue à tutore, uel curatore, siue habeat tutorem pupillus, siue nõ habeat. Cæterùm si existat aliquis qui defendere sit paratus, cessabit rei seruandæ causa possessio. *Plura de hac exceptione uide* ʃ.*eod.cap.except.4.* *Altera exceptio est: Nisi non constet, an pupillus non defendatur. Hæc exceptio approbatur d.l.5.§.2.his uerbis*: Non defendi pupillum constare debet, liquereq; Prætori, ut sic permittat bonorum possessionem. Hoc autem constare debet sic: Euocandi sunt ad Prætorem tutores pupilli, ut defendant. Si tutores non habeat, requirẽdi cognati, uel adfines, & si qui fortè alij sunt, quos uerisimile est defensionem pupilli pupillæúe nõ omissuros, uel propter necessitudinem, uel propter charitatem, uel qua alia ratione: liberti etiam, si qui sunt idonei euocandi, exquirendaq; defensio Si autem negẽt se defendere, aut non negent, sed taceant: tunc Prætor possessionem dabit, tamdiu scilicet, quoad non defendatur. Si defendi cœpit pupillus uel pupilla, desinet possideri. Idem est in furioso.

Tertia causa est. Si reus conuentus furiosus sit, uel prodigus, alius'ue qui curatoris ope iuuatur. Hæc causa approbatur l.7.§. adeò autem, cum sequentibus.ff. quibus ex causis in possess.eatur. cuius uerba uide ʃ.*ca.8.excep.2.Concordat l.166.in fin.ff.de reg.iuris, hisce uerbis*: Furiosus absentis loco est, & ita Pomponius libro primo Epistolarum scripsit. *Concordat l.5.§.1.in fine.ff. quibus ex causis in possess. eatur. cuius uerba uide* §.*causa prox.except.2.*

Quarta causa Si debitor sine herede decesserit. Hæc causa approbatur l.5.C.de bonis author.iud.posſid.his uerbis: Si bona debitoris tui uacare constet, & hæc à fisco non agnoscantur: in possessionem eorum mitti te à competenti iudice rectè postulabis. *Concordat l.6.§. quòd si specialiter.C.eod.tit.cuius uerba uide* ʃ.*quæst.6.reg.2. Concordat item l.1.in prin.ff.de curatore bonis dando. & l.4.ff.de reb.iud.auth.posſid.quarum legum uerba uide* ʃ.*causa prox. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi alius defun-*

defunctum defendat. quæ exceptio approbatur d. l. 4. §. fin. his uerbis: Si quis tamen hæredem se respondendo, uel actiones patiendo defunctum defendat, bona defuncti uenire non poterunt.

Quinta causa. Si incertum sit utrum debitori defuncto, extiturus hæres sit, néc ne. Hæc causa approbatur l. 8. cum lege sequente. ff. quibus ex causis in possess. eatur, his uerbis: Si diu incertum sit, hæres extiturus, nécne sit, causa cognita permitti oportebit bona rei seruandæ causa possideri. Et si ita res urgeat uel conditio, bonũ hoc erit concedendum, ut curator constituatur unus ex creditoribus. Si alter ex hæredibus intra tempora sibi præstituta deliberet adire hæreditatem, alter uerò neget se aditurum: uidendum est, quid creditoribus agendum sit? Et placet interim eos in possessionem mittendos custodiæ causa; donec appareat is qui deliberat, utrum agnoscat partem suam, an non agnoscat.

Sanè hoc casu adfine remedium missionis est, ut cogatur hæres institutus conditioni parere, & hæreditatẽ adire, uel eam repudiare. quod remedium proponitur l. 1. in prin. ff. de curatore bonis dando, his uerbis: Is qui sub conditione hæres institutus est, cogendus est, conditioni parêre si potest, aut si responderit se non aditurum, et is si conditio extiterit, uendenda erunt bona defuncti. *Concordat l. 4. ff. de rebus iud. auctor. possidendis, his uerbis*: Si seruus sub conditione hæres institutus sit, aut dubium sit, an is hęres liberque futurus sit, non est iniquum postulantibus creditoribus ita decerni, ut si ante certum tempus is hæres non extiterit, perinde omnia obseruentur ac si is hæres ita institutus non esset. Quod plerunq; accidet, si sub cõditione dandæ alicui pecuniæ hæres institutus sit, nec dies adpositus sit. Sed hoc quantum ad bona, ita obseruandum. Cæterùm libertas ei quandoq; competit, & à Prætore conseruanda est, etiamsi certum sit, neq; hæredem, neq; bonorum possessorem futurum.

Sexta causa. Si hæres defuncti debitoris quasi suspectus satisdare creditoribus iussus, decreto non obtemperauerit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 15. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis: Si creditores hæredem suspectum putent, satisdationẽ exigere possunt pro suo debito reddẽdo. cuius rei gratia cognoscere Prætorem oportet: nec statim eum satisdationis necessitati subijcere debet, nisi causa cognita, constiterit prospici debere his qui suspectum eum postulauerunt. Sed suspectus hæres non ijsdem modis quibus suspectus tutor æstimatur. Si quidẽ tutorẽ non facultates, sed fraudulenta in reb. pupillaribus, uel callida conuersatio suspectũ commendet, hæredem uerò solæ facultates. Planè in recenti adita hæreditate audiendi erũt, qui suspectũ postulant. Cæterùm si probẽtur passi eũ in hæreditate morari, nec q̃dquã possunt obijcere criminis, quasi dolosè eo uersato: nõ debebit post multum tẽporis ad hanc necessitatẽ cõpelli. Quòd si quasi suspectus satisdare iussus, decreto Prætoris nõ obtẽperauerit: tũc bona hæreditatis possideri, uenũq; dari ex edicto suo permittere iubebit. Planè si doceatur nihil ex bonis alienasse, nec sit quod ei iustè prę ter paupertatem obijciatur, contentus esse Pętor debet, ut iubeat eum nihil minuere. Quòd si nec inopia laborantem eum creditores ostendere potuerint, iniuriarum actione ei tenebuntur.

III. DE EXCEPTIONIBVS áduersus prædictas causas, præsertim primam.

Hactenus causæ missiõis in possessionẽ bonorũ rei seruandæ causa sunt enumeratæ. Nũc istarũ causarum primæ præsertim exceptiones proponendæ sunt.

I. EXCEPTIO: *Nisi pupillus uel minor uiginti quinq; annis, item furiosus & prodigus potestatẽ sui non faciat, nec defendatur. Hæc multiplex exceptio reprobatur per ea quæ dicta sunt s̃. quæst. prox. causa 2 & 3.*

II. EXCEPTIO: *Nisi reus debitor ab hostib. captus sit: & ob id copiam sui non faciat. Hæc exceptio reprobatur l. 6. §. fin. ff. quib. ex causis in possess. eatur. cuius uerba uide j. cap. 8. q. 1. except. 5.*

III. EXCEPTIO: *Nisi in rem agatur: tunc enim non in uniuersa debitoris bona, sed tantum in rem petitam actor est mittendus. cuius exceptionis replicatio hæc est: Nisi non absit, sed latitet reus. tunc enim in uniuersa eius bona actor mittendus. Hæc exceptio cum sua replicatione approbatur l. 7. §. item uideamus. ff. quibus ex causis in possess. eatur. cuius uerba uide j. q. 5. regul. 2.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi absens per alium defendatur. Hæc exceptio approbatur l. 22. in fine. ff. de in ius uocando, his uerbis*: Qui in ius uocatus est, duobus casib. dimittendus est. Si quis eius personã defendat, & si dum in ius uenitur, de ea re transactũ fuerit. *Concordat l. 5. in prin. ff. quib. ex causis in possess. eatur. cuius uerba uide s̃. q. prox. causa 2. except. 1. Concordat item d. l. 5. §. prætor, his uerbis*: Prætor ait: Si is pupillus in suam tutelam uenerit, eaue pupilla uiripotens fuerit & rectè defendetur: eos qui bona possident, possessione decedere iubebo. *Concordat itẽ l. 4. §. fin. ff. de rebus iud. auth. possid. cuius uerba uide s̃. quæst. prox. causa 4. except. 1 Concordat itẽ l. 1. C. de procuratorib. cuius uerba uide s̃ cap. 1. ex [illegible] 47. repl. 5. dupl. 11. item concordat l. ult C. eod. tit. cuius uerba uide s̃. Lib 5. cap. 6. quæst. 4. except 31. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi defensor non satisdet iudicatum solui. Hæc replicatio*

appro-

approbatur d.l.5.§.fin.his uerbis: Rectè defendi quid sit, uideamus: utrum tantum copiam sui facere, & ad suscipiendum iudicium paratum esse, an uerò & satisdare omnimodò? Et quidem non solùm ipsis se defendere uolẽtibus, hoc edictum scriptum est, sed & in rem: & sic rectè defendetur: hoc est, uel à se, uel ab alio quocunq;. Sed si alius defendat, erit necessaria satisdatio: si ipse, non puto necessariam satisdationem. Ergo oblata defensione deijci poterit, interdicto reddito. *Cõcordat l.63.ff.de iudicijs, his uerbis*: Rectè defendi hoc est, iudiciũ accipere uel per se, uel per aliũ, sed cũ satisdatione: nec ille uidetur defendi, qui quod iudicatũ est, non soluit. *Itẽ concordat l.17.§.defendere.ff.de priuilegijs creditor. his uerbis*: Defendere debitorem sicut anteaquam eius bona posſiderentur licet: ita quoq; post bonorũ posſesſionẽ eius. Siue ipse sui, siue alius defensionẽ eius suscipiat, debet satisdare, ut satisdatione interposita iudiciũ accipiatur, à posſesſione discedatur. *Plura de replicatione proposita uide ṡ. Lib.5.cap. 6.q. 4.except.1.in fine, dupl.generali 3. & Lib.6.cap.10.* *Secunda replicatio est: Nisi per absentiam rei, actoris causa fiat deterior. Hæc repl. approbatur l.2.§.defendi.ff.quib.ex causis in poſs.eatur, his uerbis*: Defendi uidetur, qui per absentiam suam in nullo deteriorem causam aduersarij facit. *Tertia replicatio est: Nisi defendi desierit absens. Hæc replicatio approbatur d.l.2.§.fin.his uerbis*: Hæc uerba, Neque defendetur παραστατικῶς scripta sunt, ut neq; sufficiat unquam defendisse, si nõ duret defensio: neq; obsit, si nunc offeratur. *Quarta replicatio est: Nisi postquam aduersarius in posſesſionem missus est, defendi absens cœperit. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam dictis hisce*: Neq; obsit, si nunc offeratur. *Concordat l.17. §.defendere. ff.de priuilegijs creditorum. cuius uerba uide paulo superius repl 2. Planè admittitur replicatio proposita in casu, de quo uide ȷ.except. prox.repl.4.* *Quinta replicatio est: Nisi extraneus uniuersitatem uelit defendere non actor, uel is qui est ex ea uniuersitate. Hæc replicatio reprobatur l.1.§.fin. ff.quod cuiuscunque uniuersitat. nom. his uerbis*: Et si extraneus defendere uelit uniuersitatem, permittit proconsul, sicut in priuatorum quoque defensionibus obseruatur: quia eo melior conditio uniuersitatis fit.

Sexta replicatio est: Nisi mulier absentem defendat. Hæc replicatio approbatur l.54.ff. de procuratoribus, his uerbis: Neque fœmina, neque miles, neq; qui reipub. causa absfuturus est, aut morbo ꝑpetuo tenetur, aut magistratũ initurus est, aut inuitus iudiciũ pati nõ potest: idoneus defensor intelligitur. *Plura de hac replicatione uide ṡ.Lib.5.cap.6 q.4.exc.17.* *Septima replicatio est: Nisi miles absentẽ defendat. Hæc replic. approbatur iam dictis uerbis hisce*: Neq; miles. *Plura de hac replicatione uide d.quæst.4 except.16.*

Octaua replicatio est: Nisi defensor reipub. causa sit absfuturus. Et hæc replicatio approbatur uerbis iã dictis hisce: Neq; qui reipublicæ causa absfuturus est. *Nona replicatio est: Nisi defensor perpetuo morbo laboret. Hæc replicatio approbatur uerbis suprà repl.6. propositis hisce*: Aut morbo perpetuo tenetur. *Decima replicatio est: Nisi defensor in magistratu sit. Hæc replicatio approbatur uerbis suprà repl.6. propositis hisce*: Aut magistratum initurus est. *Plura de hac replicatione uide ṡ. Lib.5.cap.6.quæst 4. except. 14.* *Vndecima replicatio est: Nisi defensor inuitus iudicium pati cogi non poſsit. Hæc replicatio approbatur uerbis ṡ. repl.6. propositis hisce*: Aut inuitus iudicium pati non potest. *Duodecima replicatio est: Nisi minor uiginti quinq; annis defensionem absentis suscipiat. Hæc replicatio approbatur l.51. in prin. ff.de procuratorib. his uerbis*: Minor uiginti quinq; annis si defensor existat in quib. causis in integrum restitui potest, defensor idoneus non est: quia & ipsi, & fideiusſoribus eius per in integrũ restitutionem succurritur. *Concordat.l.12. in fine. C.de procuratorib. cuius uerba uide ṡ. Lib.5.cap.6. quæst. 4. except.1. repl.2.* *Decimatertia replicatio est: Nisi defensor reus criminis sit. Hæc replicatio approbatur l.6.C.de procurator. his uerbis*: Reum criminis constitutum, defensionem causæ suscipere non posse, antequam purget innocentiam suam, incognitum nõ est. *Plures propositæ exceptiones uide ṡ.Lib.5.cap.6.quæst. 4. item Lib.6.cap.9.quæst.5.except.22. item cap. 10. quæst. 4. except. 10. item ȷ. except. prox.*

V. EXCEPT. *Nisi absens reuersus, defensionẽ sui suscipere sit paratus. Hæc exce. approbatur l.8.§.pen. C. de præsc.30 uel 40 ann. his uerbis*: Si quis ꝑ sententiam iudicis posſesſionem obtinuerit, ea tantum occasione, quòd absens prior posſesſor ad litem uocatus minimè responderit: licebit ei & instar cæterorum qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionemq́ue suscipiendæ litis danti, eandem rem recipere, superq́ue ea cognitionalia subire certamina. *Concordat l.63. ff. de iudicijs. cuius uerba uide ṡ.exceptio.prox.repl.1. item concordat Nouell. constitution.53.§. ne igitur latitante, in fine. cuius uerba uide ṡ. Lib. 6. cap. 2. quæstio.6. reg. 2. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post annum, non intra annum defensionem sui suscipere sit paratus. quæ replicatio constat ex uerbis iam propositis hisce*: Intra annum se offerenti. *Planè replicatio hæc locum habet, si in rem petitam misſio sit facta, non in uniuersa bona. nam hoc posteriore casu perpetua est defensio, non annalis. Secunda replicatio est: Nisi reuersus non caueat uel satisdet. Hæc replicatio constat ex uerbis iam dictis hisce*: Cautionemq́ue suscipiendæ litis danti. *Concordat dicta lex 63. ff.de iudicijs. item l.17.§. defendere. ff.de priuilegijs creditorum. cuius uerba uide*

ṡ.ex-

s̄.except.prox.repl.1. Item concordat Nouell.const. 53.§.ne igitur latitante, in fine Contradicere uidetur l. 5.§.fin.ff.quibus ex causis in possess.eatur. cuius uerba uide s̄.except.prox.repl.1.

Tertia replicatio est: Nisi absens reuersus, aduersario non soluat impensas litis, & damnum non præstet. Hæc replicatio approbatur l.13.C.de iudicijs, hisce uerbis: Sancimus omnes iudices siue in hac florentissima ciuitate, siue in prouincijs, si quando absens persona citata postea apparuerit, non aliter ei iudicialem aditum reuelare, sed omnem claudere ei iudiciorū copiam: nisi prius omnia damna restituat ex huiusmodi uitio aduersarijs eius inflicta, siue circa ingressus litis, siue circa honoraria aduocatorum, uel alias causas quę in iudicio uersantur: æstimatione iudicis quantitate eorum definienda, postquam iuratum ab eo fuerit, qui fecit expensas, executoribus negociorum modis omnibus dispositiones eorum adimplentibus: scituris iudicibus nostris & executoribus, quod si hoc prætermiserint, ex substantia sua huiusmodi detrimentum læsis resarcire compellentur. Quod & in pedaneis iudicibus obseruari censemus, licet non citati, sed requisiti litigatores mala conscientia abfuerint. *Concordat Nouell.constitut. 53.§. ne igitur latitante, in fine. cuius uerba uide s̄. Lib.6. cap.2.quæst.6.reg.2. Item concordat l.4.C.de fructibus & litium expensis. cuius uerba uide s̄.ca.prox. de Sumptibus litis, in prin.*

Quarta replicatio est: Nisi ob contumaciam absente condemnato, executio rei iudicatæ sit facta: tunc enim sententia retractanda non est, nec executio infirmanda. quæ replicatio approbatur l.11.§.sin autem reus, ibi: Nulla licentia. C.de iudicijs. cuius uerba uide s̄. Libro quinto, capite primo, quæstione 3. regul. 2. §.si per reum.

Quinta replicatio est: Nisi cum ob fraudationem creditoris, debitor latitaret, in bona eius missio facta sit, eaq; bona uendita: tunc enim non retractatur missio. quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur j.capite octauo.

Sexta replicatio est: Nisi cum in rem ageretur, & reus per contumaciam abesset, possessio non uniuersorum bonorum, sed rei tantum petitæ ad actorem sit translata: hoc enim casu quamuis reus reuersus defensionem suscipere sit paratus, non tamen possessionem rei recuperat. Plane proprietatem rei uendicans, & petitoris onera sustinens est audiendus. quod primæ duplicationis loco notandum. Hæc replicatio cum sua duplicatione approbatur l.2.§. fin. C. ubi in rem actio exerceri debeat. cuius uerba uide s̄. Libro sexto, capite secundo, quæstione sexta, regula 6. Altera duplicatio est. Nisi non per contumaciam, sed ex iusta causa abfuit reus: tunc enim reuersus, intra annum defensionem suscipiens, recuperat possessionem. quæ duplicatio approbatur l.8.§.penultim. C. de præscript.trig.annorum. cuius uerba uide s̄. ead. exceptione, in principio.

VI. EXCEPTIO: *Nisi is qui sui copiam non facit, debitor non sit, uel per exceptionem dilatoriam, uel peremptoriam se possit tueri. De hac exceptione uide j. quæstione proxim regula 2. item capite octauo, exceptione 12. Hæc de exceptionibus, quæ competunt aduersus causas missionis in possessionem bonorum, quando scilicet reus non latitat fraudandorum creditorum causa, sed ob aliam aliquam causam abest. Si autem fraudandorum creditorum causa reus latitat: et non solùm aduersarius in bona mittatur, sed & bona uendantur, aliæ sunt exceptiones, de quibus j.capite 8.*

IIII. QVI IN BONA sint mittendi.

Prima regula. De alijs creditoribus, quàm qui mitti petierint. Hi quoque in possessionem bonorum mittentur. quæ regula approbatur l.12.in principio. ff.de rebus iud.eis auth.possid.his uerbis: Cum unus ex creditoribus postulat in bona debitoris se mitti: quæritur, utrum solus is qui petit, possidere possit: an cum unus petit, & Prætor permiserit, omnibus creditoribus aditus sit? Et commodius dicitur, cùm Prętor permisit, non tam personæ soliua petentis, quàm alij creditoribus & in rē permissum uideri: qood & Labeo putat. Nec uidebitur libera persona adquirere alij: quia nec sibi quidquam adquirit, cui Prętor permittit hoc: sed aliquid ex ordine facit. Et ideo cæteris quoque prodest. *Concordat l. 10.in princip.C.de bonis author.iudic.possid.his uerbis:* Cum apud ueteres quæstionem ortam inuenimus super pecunijs debitis, pro quibus hypothecæ non sunt constitutæ, propter res ad debitorem pertinentes, dum is seueriores creditores formidans sese celauerit, & illi de rebus ad eum pertinentibus competentia ingrediantur iudicia, postulentque in possessionem rerum sese transmitti: si etiam alij creditores, quibus obnoxius esse uidetur, possint quandam habere communionem in rerum possessione: huiusmodi dubitationem amputantes, censemus per præsentem diuinam generalem constitutionem, ut si non omnes huiusmodi debita prætendentes, sed ex ijs certi ab iudiciali sententia in possessionem rerum mittantur: non solùm ij, sed etiam alij omnes talia debita prætendentes, eadem commoditate potiantur, ut possint cum prioribus rerum detentatoribus communionem in rebus habere, de quibus (sicut superius declaratur) prolata fuerit sententia. Quid enim iustius est, quàm omnes qui ad res debitoris mitti debēt esse participes huiusmodi cōmoditatis? *Propositæ regulæ exceptio*

exceptio prima hæc est: Nisi si is qui mitti postulauerit, creditor non fuerit: tunc enim quemadmodum nec is qui postulauit, mittendus est in possessionem, ut infrà dicetur, ita nec alij qui non postulauerunt. quæ exceptio approbatur d.l.12.§. planè ff. de reb. iud. auth. poßid. his uerbis: Planè si is postulauerit, qui creditor non est, minimè dicendum est uel eum qui creditor est, posside re posse: quia nihil egit talis postulatio: aliter atq; si creditor cui permissum est possidere, postea recepit debitum suum. Cæteri enim poterunt peragere bonorum uenditionem. *Secunda exceptio est: Nisi alij qui non postularunt missionem in bona, præsentes quidem nõ intra biennium, absentes uerò non intra quadriennium credito suo probato communicari sibi possessionem petierint. quæ exceptio approbatur d.l.10.§. ut autem non. C. de bonis auth. iud. poßid. his uerbis*: Vt autem non in perpetuum aliorũ negligentia illi, qui pro suis debitis alacriores creditoribus alijs ostenduntur fuisse, prægrauentur: rectius nobis esse uidetur, tunc cõmunionem habere in possessione rerum alios creditores, qui nõ hoc peregisse noscuntur, cũ præsentes quidem in una eademq; degẽtes prouincia, in qua & possessores rerum commorantur, intra duorum annorum spacia, absentes autẽ intra quadriennium creditoribus possessionem antelato modo detinentibus, suũ debitum certum faciant, & expensas secundum quantitatem debitorum persoluant eis qui sententias consecuti sunt, per sacramẽtum eorum manifestandas, qui eas adipiscendæ gratia possessionis rerum sustinuerũt: quia & secundum debita satis ei fieri, explorati iuris est. Post completum autem memoratum tempus nullam eis esse licentiam, eos qui possessionẽ adepti sunt molestare, uel aliquibus damnis afficere: actiones autem quas ex legibus sibi competere putauerint, contra suas exercere debitores. *Planè uenditis bonis si illi qui in possessionem missi sunt, suum receperũt, ex eo quod superest etiã alijs creditorib. quãuis post quadrienniũ uenientib. soluendũ: quod replicationis loco notandũ. quæ replicatio approbatur d.l.10.§. sin aũt hi, ibi: Vt si quis postea. de quo j. Tertiæ propositæ regulæ exceptio est: Nisi alij creditores nõ soluant pro sua portione expensas quas creditores immißi pro immißione consequenda fecerunt. Hæc exceptio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce*: Et expensas secundum quantitatem debitorum persoluant eis, qui sententias consecuti sunt. &c.

Secunda regula. De creditoribus conditionalibus. Et hi in bona sunt mittendi. quæ regula approbatur l. 6. in prin. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis: In possessionem mitti solent creditores, etsi sub conditione eis pecunia promissa sit. *Huius regulæ exemplum sunt legatarij, quib. sub conditione legatum debetur, nam & hi in possessionem bonorum hæreditariorum mitti solent: de qua mißione uide ff. lib. 36. tt. 3 & 4. Propositæ regulæ contradicit l.14. in fine. ff. d. tt. quib. ex causis, hisce uerbis*: Creditor conditionalis in possessionem non mittitur: quia is mittitur, qui potest bona ex edicto uendere. *Vide item j. cap. 8. quæstion. 1. except. 12.*

V. IN QVAE BONA CREDITORES SINT MITTENDI, & MISSI UIDEANTUR.

Prima regula. Olim in uniuersa bona debitoris fiebat mißio: hodie uerò tantum in partem, pro quantitate debiti. quæ regula approbatur Nouell. c. 53. §. ne igitur latitãte, ibi: Et actorem. cuius uerba uide s. Lib. 6. cap. 2. quæst. 6 reg. 2.

Secunda regula. Si in rem agatur, in solam rem petitam mißio est facienda: nisi reus fraudandi creditoris causa latitet: tunc enim in uniuersa bona debitoris mißio est facienda. quæ exceptio cum sua regula approbatur, l.7.§. item uideamus. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis: Videamus si quis aduersus in rem actionem latitet, an bona eius possideri, uenumq; dari possint? & extat Neratij sententia, existimãtis bona esse uendenda, & hoc rescripto Hadriani continetur: quo iure utimur. Celsus autem lib. vj. respondit: Si fundum quem peto, Titius possideat, neq; absens defendatur, cõmodius se existimare in fundi possessionem mittendum, quàm bona eius possideri. Hic adnotandum est, Celsum consultum non de latitante, sed de absente.

Tertia regula. Si hæreditas petatur, in bona hæreditaria actor mittendus, non in propria possessoris bona. quæ regula approbatur d. l.7.§. penult. & ult. his uerbis: Celsus existimat, si is à quo hæreditatem petere uelim, latitet: commodissimè fieri posse, ut in possessionem mittar rerum quas pro hærede, uel pro possessore possidet. Sed si dolo fecerit quo minus possideat, bona eius possidẽda & uendenda esse. Diuus quoq; Pius in persona eius qui hæreditatem possidens, copiam sui non faciebat, rescripsit in possessionem rerum hæreditariarum aduersarium inducendum. In quo rescripto & fructum percipere iussit eum, qui per nimiam contumaciam possessoris hæreditatis (ut lucro eius cedat) in possessionem inductus est rerum hæreditariarum. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi reus dolo malo bona hæreditaria poßidere desierit. quæ exceptio approbatur iam dictis uerbis hisce*: Sed si dolo fecerit quo minus possideat, bona eius possidenda & uendenda esse.

Quarta regula. Si uniuersitas non defendatur uel collegium aliquod, in bona communia, non singulorum propria actor mittendus. quæ regula approbatur l. 2. §. penult. ff. quod cuiusque uniuersitatis, hisce uerbis:

Quod

Quod si nemo eos qui in corpore aliquo fuerit defendat, quod eorum commune erit possideri, etsi moniti non excitetur ad defensionem sui uenire se iussurum, proconsul ait.

Quinta regula. Si hæreditaria actione agitur, non solum defuncti, sed & hæredis bona possideri ac uendi possunt. quæ regula approbatur l.12. §. at cum substitutus. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis: Cum substitutus filio hæreditatem adijt, postquam pupillus se paternæ miscuerat hæreditati: tunc hæreditas & patris & filij una est: & in omni ære alieno, quod aut patris aut filij fuerit, etiam inuitus hæres obligatur. Et quemadmodum liberum ei non est post obligationem, ut non omnimodo, si non defendatur, ipsius bona ueneant: ita ne separare quidem æs alienum patris & filij poterit. Quo casu efficietur ut creditorib. in eum actio dari debeat *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi hæres sese hæreditate abstinuerit. quæ exceptio approbatur ibidem his uerbis:* Quod si substitutus hæres hæreditatem non adierit: creditoribus patris in id quod pupillus reliquit, actio dari non debet: quoniam neque pupilli bona uenire debent propter æs alienũ patris: neq; in bonis patris est, quod pupillus adquisiuit. *Concordat d.l.12. in prin. his uerbis:* Paterfamiliàs impuberi filio, si ante pubertatem decessisset, substituit hęredem: is filius paterna hæreditate se abstinuit, ideoq; bona patris uenierunt: postea filio hæreditas obuenit: qua adita decessit: quęro, cum prætor in ipsum pupillum, (quamuis postea hæreditas obuenisset) creditoribus tamen patris actionem non daret: an in substitutum creditoribus patris danda sit actio, cum ex bonis paternis, quę scilicet ad creditores missos ad bona pertinent, nihil adquirat: & cum creditores nihil iuris in bonis pupilli habuerint, eorumq; nihil interfuerit, adiretur, nec ne, pupilli hæreditas: cum ea bona omissa à substituto hæreditate, ad creditores non pertinerent? Me illud maximè mouet, quòd præceptoribus tuis placet. unum esse testamentum. Iabolenus respondit: Quod prætor filio qui à paterna hæreditate se abstinet, præstat, ne bonis patris eius uenditis in eum actio detur, & tametsi postea ei hæreditas obuenit, creditoribus non reddat, idem in substituto filio hærede seruandum non est: quoniam filij pudori parcitur, ut potius patris quàm bona eius ueniant. Itaq; in id quod postea ei obuenit, actio creditoribus denegatur: quia id quod ex aduenticio adquisitum est, non per patrem ad eum peruenit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi impuberis hæredis bona qui se abstinuit, ad pupillariter substitutum peruenerint: hoc enim casu uidetur creditores paternos non solum in patris, sed & in impuberis filij defuncti bona esse mittendus, quamuis impubes hæres paterna hæreditate se abstinuerit, cum substitutus hæreditatem impuberis ex testamento paterno sit consecutus. Hac replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Idem in substituto filio hærede seruandum non est. *Quanquam in quibusdam exemplaribus particula* Non, *est omissa, & affirmatiuè, non negatiuè legitur. Altera propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi pupillus hæres sit. quæ exceptio approbatur l.3. in prin. ff. quib. ex causis in possess. eatur, cuius uerba uide J. cap. 8. quæst. 1. except. 2. repl. 1. Concordat l. 6. in prin. ff. de reb. iudic. auth. possid. his uerbis:* Si non expedierit pupillo hæreditatem parentis retinere, prętor bona defuncti permittit uenire, ut quod superauerit, pupillo restituatur. *Plures propositæ regulæ exceptiones uide in comment. de Actionibus. Aduersus quos, regula de hæredib.*

Sexta regula. De rebus quæ in territorio iudicis immittentis non sunt sitæ. In has res creditor missus non uidetur. quæ regula approbatur l.12. §. penult. ff. de rebus iudic. auth. possid. his uerbis: Is qui possidere iubetur, eo loco iussus uidetur, cuius cura ad iubentem pertinet.

Septima regula. De rebus alienatis. In has regulariter creditor missus non uidetur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.8. §.1. ibi: Nam si iam. ff. de rebus iud. auth possid. his uerbis: Si iam à debitore fructus prædij uel locatus erat, uel uenierat, seruabit prætor uenditionem & locationem à debitore factam, etsi minoris distractum est uel locatum: nisi in fraudem creditorum hoc fiat: tunc enim prætor arbitrium dat creditoribus, ut ex integro locationem uel uenditionem faciant. *Huius regulæ prima exceptio uidetur esse: Nisi minoris alienatio sit facta. uerùm hæc exceptio reprobatur iam dictis uerbis hisce:* Etsi minoris distractum est uel locatum. *Altera exceptio est: Nisi in fraudem creditorum alienatio sit facta. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi in fraudem creditorum hoc fiat. tunc enim prætor arbitriũ dat creditoribus, ut ex integro locationem uel uenditionem faciant. *De hac re alibi dicetur copiosius. Tertia exceptio est: Nisi minor ætate debitoris defuncti hæres, postquam ex hæreditate quædam alienasset, se abstinuit hæreditate. Hæc exceptio reprobatur l.22. ff. de minorib. uiginti quinq; annis, hisce uerbis:* In integrum restitutione postulata aduersus aditionem à minore factam, si quid legatis expensum est, uel precia eorũ qui ad libertatem aditione eius peruenerunt, à minore refundenda nõ sunt: quemadmodum per contrarium, cum minor restituitur ad adeundam hæreditatem, quæ antè gesta erant per curatorem bonorum, decreto prætoris ad distrahenda bona, secundum iuris formam constitutum, rata esse habenda

benda Calpurnio Flacco Seuerus & Antoninus rescripserunt. *Concordat l. 31. ff. eodem tt. his uerbis*: Si mulier postquam hæres exritit, propter ætatem abstinendi causa in integrum restituta fuerit: seruos hæreditarioa ex fideicommisso ab ea rectè manumissos retinere libertatem Papinianus respondit. Nec erunt cogendi uiginti aureos pro libertate terinenda dependere, quam iure optimo consecuti uidentut. Nam & si quidam ex creditoribus pecuniam suam ante restitutionem ab ea recuperassent: cæterorum querela contta eos, qui accepetunt, ut pecunia communicetur, non admittetut. *Plane quod his dicitur de creditoribus, quibus solutum est, id non simpliciter. sed causa cognita admittendum est, aut non admittendum. quod approbatur l. 6. §. si pupillus. ff. de rebus iud. author. possid. his uerbis*: Si pupillus antequam abstineret aliquid gesserit, seruandum estutique, si bona fide gessit. Quid ergo si quibusdam creditoribus soluerit, deinde bona uenierint? si quæratut an repetitio sit: ex causa id statuendum Iulianus ait: ne alterius aut negligentia, aut cupidiras huic qui diligens fuit, noceat. Quod si utroq; instante tibi gratificatus tutor soluerit, æquum est aut prius eandem portionem mihi quæri, aut communicandum quod accepisti: & hoc Iulianus ait. Apparet autem esse uerum si ex bonis paternis solutum sit. Quid ergo si aliunde pupillus soluerit? reddi ei debebit nécne? & utrum à creditore, an ex hæreditate? Scæuola noster ait, si aliquid sit in bonis, deducendum ex hæreditate solidum exemplo eius qui gessit negocia. Sed si nihil sit in bonis, non esse iniquum aduersus creditorē dandam repetitionem quasi indebiti soluti.

VI. EVENTVS ET CONSEquentia missionem.

Prima regula Si missus prohibeatur ingredi in bona, datur in prohibentem actio quanti ea res est. quæ regula approbatur l. 14. ff. quibus ex causis in possess. eatur, his uerbis: Si quis creditorem prohibuerit ne bona debitoris ingrediatur, datut in eum actio quanti ea res est. *De hac actione tractatur. ff. ne uis fiat ei qui in possessionem missus est.*

Secūda regula. Bona debitoris creditoribus nō sunt addicēda. quæ regula approbatur l. 6. C. de bonis auth. iud. possidendis. hisce uerbis: Pro debito creditores addici sibi bona sui debitoris, non iure postulant. Vnde siquidem debitoris tui cæteri creditores pignori res acceperunt: potiores eos quàm te chirographarium creditorē haberi non ambigitur. Quòd si specialiter uel generaliter nemini ꝓbentur obligatæ, ac sine successore cōmunis debitor uel hæres eius decessit: non dominij rerū uindicatione, sed possessione bonorū, itemq; uenditione æquali portione pto tata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest. *Concordat l. 8. C. eod. tt. his uerbis*: In possessionem rei seruandæ causa uxor defuncti, uel alij creditores missi, dominium ex hac causa tenētes adipisci minimè possunt. *Cōcordat item l. 4. C. qui bonis cedere possunt, his uerbis*: Legis Iuliæ de Bonis cedendis beneficium, constitutionibus diuorum nostrorū parentum ad prouincias porrectum esse, ut cessio bonorum admittatur, notum est: nō tamen creditoribus sua authoritate diuidere hæc bona, & iurè dominij detinere, sed uenditionis remedio, quatenus substantia paritur, indemnitati suæ consulere permissum est. Cum itaq; contra iuris rationē res iure dominij teneas, eius qui cessit bonis creditorem te dicens: longi temporis præscriptione petitorem submoueri nō posse. manifestum est. Quòd si non bonis eum cessisse, sed res suas in solutum tibi dedisse monstretur, præses prouinciæ poterit de proprietate tibi accommodare notionem.

Tertia regula. Creditores ex bonis alendi non sunt. quæ regula approbatur l. 7. in prin. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis: Fulcinius existimat creditores rei seruandæ causa missos in possessionem, ex his rebus ali non debere.

Quarta regula. Debitor pupillus ex bonis alendus est. quæ regula approbatur l. 27. in prin. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis: Si pupillus ex contractu suo non defendatur, ideoq; bona eius creditores possidere cœperint: deminutio ex his bonis fieri debet uescendi pupilli causa. *Concordat l. 23. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Pupillus si non defendatur in possessione creditoribus constitutis, minori ex his usq; ad pubertatem alimenta præstanda sunt.

Quinta regula. De uenditione bonorum debitoris facienda, dicetur J. cap. 8.

Sexta regula. De fructibus prædiorum à creditoribus uendendis ac locandis, proponitur l. 8. §. 1. cum sequentib. ff. de reb. iud. auth. possid. his uerbis: Si qui fructus ex prædio debitoris capi poterit, hunc creditor qui in possessionem prædij missus est, uendere uel locare debet. De cæterarum quoq; rerum fructibus idem erit dicendum, ut si qui locari possint, locentur: puta mercedes seruorum, uel iumentorum, cæterorumq; quæ possunt locari. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi debitor ipse uendiderit uel locauerit. quæ exceptio approbatur d. §. 1. ibi: Sed hoc ita, his uerbis*: Sed hoc ita demum si ante neq; uenierit neq; locatus erit. Nam si iam à debitore, &c. *Reliqua uerba uide ī. quæst. prox. reg. 7. Secunda exceptio est: Nisi cum commodius posset locare, uendidit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 8. §. de tēpore, in fine. cuius uerba uide J. reg. prox. Tertia exceptio est: Nisi dolo malo uersatus sit in locando*

cando uel uendendo. Hæc exceptio approbatur d. §. de tēpore. Plures huiusmodi exceptiones uide in reg. seq.

Septima regula. Itidem de locandis à creditore fructibus, quamdiu locandi, proponitur d. l. 8. §. de tempore, his uerbis: De tēpore locationis nihil prætor locutus est: & ideo liberū arbitriū creditoribus datū uidetur quāto tēpore locetur: quemadmodum illud est in arbitrio eorum uendant úel locent, scilicet sine dolo malo: ex culpa autem rei non fiunt.

Octaua regula. Itidem de locandis & uendendis fructib. qui locare uel uēdere debeant, proponitur d. l. 8. §. fin. his uerbis: Si unus sit qui possideat bona, expeditum erit de locatione. Quod si non unus, sed plures sint: quis eorum debeat locare uel uendere quæritur? & si quidem conuenit inter eos, expeditissimū est: nā & omnes possunt locare, & uni hoc negociū dare. Si uerò non conuenerit, tunc dicendum est prætorem causa cognita eligere debere, quis locet uel uendat.

Nona regula. Itidem de locandis & uendendis fructibus, quid scilicet eueniat si neq; locentur, neq; uendantur, proponitur l. 9. §. in eum. ff. de rebus iudicis auth. possid. his uerbis: In eum, qui neq; locauit fructum prædij, neq; uendidit, in factum actionem dat prætor, & in hoc condemnabitur, quanto minus propter hoc perceptum est, quia neq; uendidit, neq; locauit. Cæterùm si tantum perceptum est, quàntum perciperetur, si locatus uel distractus fructus esset: nihil ei imputatur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi tantum perceptum sit, quantum si locatus uel uenditus esset perciperetur. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis. Secunda exceptio est. Nisi antequam creditor in possessionem uenerit, uel postquam ab ea discesserit fructus non sint uenditi uel locati. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis*: Præstat autem per id tantum temporis, quo in possessione fuerit uel ipse uel iussu eius alius, quoad inde de possessione discessum est: nam neq; hoc imputabitur creditori cur in possessionē nō uenerit, neq; illud cur de possessione discesserit: cū & uoluntariū, &c.

Decima regula. De iure & officio creditorum circa rationes & instrumenta debitoris, proponitur l. ult. ff. de rebus iud. auth. possid. his uerbis: Cum plures creditores in possessionem rerum debitoris mittuntur, ne corrumpantur rationes, uni hoc negocium à creditoribus esse dandum, quē maior pars creditorū elegerit Vlpianus putat & ἀναγραφὴν (descriptionem siue inuentarium) scilicet facere instrumentorum: non ut describant ipsa corpora instrumentorū, sed quot sint & de qua re sint, subnotent sibi, & quasi inuentariū faciant: quod etiam uniuersorū facere eis erit permittendum. Præterea nonnunquā prætor causa cognita etiā describere aliquid ex instrumentis creditoribus debebit permittere. Si qua idonea causa interueniat, utrum semel, an etiā sæpius recognitio & dispunctio cōcedenda sit creditoribus, uideamus? & ait Labeo, amplius quàm semel non esse concedendam. Si quis tamen (inquit) iurauerit nō calumniæ causa se postulare, neque habere quæ dispunxerit: iterum ei faciendā potestatē ait, nec amplius quam bis.

Vndecima regula. De Inuentario uniuersorū bonorum conscribendo, proponitur uerbis iam dictis bis: Quod etiam uniuersorū facere eis erit permittendum. *Hæc de euentis & consequentibus missionem sint dicta. Sed & huc pertinent quæ proponentur ↓ capp. prox.*

VII. ADFINE MISSIONIS remedium.

Proponitur l. ult. C. de episcopali audientia, his uerbis: Sancimus, &c. *Sed & aliud adfine remedium est, ut curator bonis constituatur: de qua re alibi dicetur. item ut furioso non defenso curator detur. de quo l. 7. §. adeò autem. ff. quib. ex causis in possess. eatur. cuius uerba uide ↓ cap. 8. except. 2.*

DE ACTIONIBVS QVAE INter debitorem et creditorem missum, occasione missionis nascuntur. Cap. VII.

I. DE ACTIONE OB FRVCTVS, *& alias res à creditore perceptos.*

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

Si quos fructus uel alias res ex bonis debitoris creditor percepit, ad eos restituendos hac actione cogi potest. quæ causa approbatur l. 9. in prin. ff. de reb. iud. auth. possid. his uerbis: Prætor ait: Si quis cū in possessione bonorū esset, quod eo nomine fructus cœperit, ei ad quem ea res pertinet, nō restituet: siue qđ impensæ sine dolo malo fecerit, ei nō præstabitur: siue dolo malo eius deterior causa possessionis facta esse dicetur: de ea re iudicium in factum dabo. Subijcit Paulus Iuriscōsultus: Quod de fructibus ait, etiā de cæteris quacunq; ex re debitoris peruenerint intelligēdum est. Et sanè debuit hoc ita esse: quid enim si ex cōpromisso uel alio casu pœnam consecutus est? nam eam pœnā quā consecutus est, præstare debet. *Concordat l. 14. §. 1. ff. eod. tit. his uerbis*: Datur in creditorē actio, qui in possessionē missus est, de eo quod ex bonis debitoris ad eum peruenit. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex causa pœnali quid sit consecutus. Hæc exceptio reprobatur supradictis uerbis hisce*: Quid enim si ex compromisso uel alio casu pœnā consecutus est? nam eam pœnā quā consecutus est, præstare debet. *Secunda exceptio est: Nisi ob nimiam contumaciam possessoris*

hæreditatis quis in bona hæreditaria missus sit. hoc enim casu fructus lucratur. quæ exceptio approbatur l.7.§.fin.ff.quib.ex causis in possess eatur, cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.5.reg.3. Tertia exceptio est: Nisi actionem tantùm, non rem ipsam nactus sit creditor. Hæc exceptio reprobatur l.14.§.si nondum.ff. de rebus iud.auth.possidendis, his uerbis: Si nondum aliquid consecutus sit, actiones suas præstabit.

II. QVIBVS COMPETIT hæc actio?

Prima regula. De eo ad quem ea res pertinet, proponitur l.9 in prin.ff.de rebus iud.auth.possid. cuius uerba uide s̄.quæst.prox.in prin.

Secunda regula. De curatore bonis dato & debitore, proponitur d.l.9.§.his uerbis. cuius hæc sunt uerba: His uerbis: Ei ad quem ea res pertinet, & curator bonis distrahendis datus continebitur: & ipse debitor, si cõtigerit ne eius bona ueneant. Et ipsi itaq; creditori aduersus hos dabitur actio, quos enumerauimus: siue quid in fructibus recipiendis erogauerit, siue in familia alenda, curaudaue, siue prædijs fulciendis, uel reficiendis, uel damni infecti promittendo, uel seruo noxali iudicio defenso: si modò non magis eum expedijt dedere, quàm retinere. Quod si dedere expedijt, consequens erit repetere eum non debere.

Tertia regula. De hæredibus proponitur d.l 9.§. penult.his uerbis: Hæ actiones neq; temporariæ sunt, & tam hæredibus quàm in hæredes dabuntur, cæterosq; successores.

III. ADVERSVS QVOS competat?

Etiam aduersus hæredes creditoris. quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce: In hæredes dabuntur, cæterosq; successores.

IIII. QVID VENIAT IN hac actione?

Prima regula. De omni quod in negociorum gestorum actioné ueniret, si ea agi liceret, proponitur l.14. §.fin.ff de reb.iud.auth.possid.his uerbis: Datur actio in factum aduersus eũ: & omne quod in actionem Negociorum gestorũ ueniret, si posset agi, restituendum à creditore.

Secunda regula. De actionib. præstandis, proponitur d.l.14.§ si nondũ, cuius uerba uide s̄.quæst.1.exc.3.

V. QVANDIV COMPETAT?

Perpetua est actio quæ regula approbatur l.9.§. penult.ff.de reb.iud.auth.possid. cuius uerba uide s̄. quæst.2.reg 3.

VI. QVAE ACTIO detur?

In factum actio. quæ regula approbatur d.l.9. in prin.ibi: Iudicium in factum dabo.ff.de reb.iud.auth. possid.cuius uerba uide s̄.quæstio.1.in prin.Concordat l.14.§.datur.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.quæst. 4.reg.1.

II. DE ACTIONE, SI DOLO *creditoris causa possessionis deterior sit facta.*

I. CAVSAE HVIVS actionis.

Si causa possessionis deterior sit facta, actio datur aduersus creditorem, qui in eam fuit missus. quæ causa approbatur l.9.in prin.ibi: Sine dolo.ff.de reb.iud. auth.possid.cuius uerba uide s̄.act.prox.quæst.1.in prin. Exemplum huius causæ est, si fructus prædiorum creditor non locauerit uel uendiderit: de qua re uide s̄.cap.prox.quæst.6.reg.9. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi non dolo, sed culpa creditoris deterior sit facta. quæ exceptio approbatur d.l.9.§.est præterea, his uerbis: Est quæsitum, si deteriora prædia facta fuerunt sine dolo malo creditoris, uel iura eorum amissa, uel ædificia diruta, uel exusta, item familiæ pecorumq; acta cura non sit, aut possessio alij tradita sine dolo malo tamen: an teneatur? Et apparet eum non teneri. quia dolo malo caret: eritq; melior eius conditio, quàm in pignore creditoris: qui non tantum dolum malum, uerùm culpá quoq; debet. Eadem causa est curatoris bonorum: nam & iste tenetur ut creditor. *Concordat l.8.§.de tempore, in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.6. reg.7. Altera exceptio est: Nisi antequam in possessionem creditor uenerit, uel postquam ab ea discesserit, causa possessionis deterior sit facta. quæ exceptio approbatur d.l.9.§.in eum ibi: Præstat autem. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.6.reg.9.except.2.*

II. QVIBVS DATVR hæc actio?

Prima regula. De curatore bonis dato & debitore, proponitur l.9.§.his uerbis. ff.de reb.iud.auth.possid. cuius uerba uide s̄.actio.prox.quæst.2.reg.2.

Secunda regula. De hæredib.proponitur d.l.9.§.penult.cuius uerba uide s̄.act.prox.quæst.2.reg.3. Concordat l.11.ff.eod.tt.his uerbis: Hæredi dabitur: quia & rei continet persecutionem.

III. ADVERSVS QVOS datur?

Aduersus hæredes creditoris non datur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.9.§.fin.cũ lege sequente.ff.de rebus iud.auth.possid. his uerbis: Si possessionis causa deterior facta esse dicetur, dolo eius qui in possessioné missus sit: actio in eum ex dolo datur, quæ neque post annum, neq; in hæredes, cæterosq; successores dabitur: cum ex delicto oriatur, pœnæq; nomine concipiatur: nisi quatenus ad eum peruenit.

IIII. QVID VENIAT IN hac actione?

Prima regula. Si fructus prædiorum neque locati, neq; uenditi sint à creditore, in hoc condemnabitur quanto minus propter hoc perceptum est. quæ regula appro-

la approbatur l.9.§.in eum.ff.de reb.iud. auth. poßid. cuius uerba uide §.cap. prox.quæst.6.reg.9.

*Secunda regula.*Quanti actoris intereſt uenit. *quæ regula approbatur d.§.in cũ,in fine,his uerbis:* Aeſtimatio ſit quãti intereſt eius, qui experitur.

V. QVAMDIV COMPETAT?

Annalis eſt actio.quæ regula approbatur l.9.§.fin. ff.de reb.iud.auth.poßid.cuius uerba uide §.quæſt.3.

III. DE ACTIONE, OB IMPENſas à creditore factas.

L. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

Si creditor impenſas fecit in res debitoris,in quas fuit miſſus,poteſt eas hac actione repetere. quæ cauſa approbatur l.9.in prin.ibi: Siue quod impenſæ.ff. de reb.iud.aut.poßid.cuius uerba uide §.eod.cap.in prin. Concordat d.l.9.§.quod ait pretor,his uerbis: Quod ait Prætor. Siue quod impenſæ ſine dolo malo fecerit,ei non præſtabitur: hoc eò ſpectat, ut ſi quid ipſe erogauerit creditor (ſi modò ſine dolo erogauit) ei hoc præſtetur. Sufficit igitur ſine dolo malo erogaſſe, etiamſi nihil profuit erogatio eius rei debitori. *Concordat item d. l.9.§.generaliter,his uerbis:* Generaliter etiam dicendum eſt,quidquid impendit in rem (ſi modò ſine dolo malo impendit:) repetere eum poſſe. nam negotiorum geſtorum agere non magis poteſt, quàm ſi ſocius commune ædificium fulſit: quia hic quoq; creditor commune,non alienum negocium geſſiſſe uidetur. *Huius cauſæ exempla proponũtur d.l.9.§.his uerbis, ibi: Siue quid in fructibus.cuius uerba uide §. act.1. quæſt.2.reg.2. Propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi dolo malo creditor impendit.quæ exceptio approbatur uerbis paulo ſuperius propoſitis. Secunda exceptio eſt: Niſi id quod impendit,non profuit rei uel debitori. Hæc exceptio reprobatur uerbis paulo ſuperius propoſitis biſce:* Sufficit igitur ſine dolo malo erogaſſe, etiamſi nihil profuit erogatio eius rei debitori. *Tertia exceptio eſt: Niſi cum noxali iudicio conuentus,æſtimationem damni dediſſet,melius fuiſſet ipſum ſeruum noxæ dedere. Hæc exceptio approbatur l.9.§.his uerbis,ibi: Vel ſeruo noxali. ff. de reb. iud. auth.poßid.cuius uerba uide §.act.1.quæſt.2.reg.2.*

II. QVIBVS DATVR hæc actio?

Heredibus datur.quæ regula approbatur d.l. 9. §. hæ actiones.cuius uerba uide §.d.quæſt.2.reg.3.

III. ADVERSVS QVOS datur?

Prima regula. Aduerſus heredes datur. quæ regula d.§.hæ actiones approbatur.

Altera regula. De eo ad quem ea res pertinet, debitore & curatore bonis dato,proponitur d. l. 9. §. his uerbis,ibi: Et ipſi.cuius uerba uide d.quæſt.2.reg 2.

IIII. QVAMDIV DATVR?

Perpetua eſt actio. quæ regula approbatur l. 9. §. hæ actiones.ff.de rebus iud.auth.poßid.cuius uerba uide d.quæſt.2.reg.3.

V. QVAE ACTIO DETVR?

Prima regula.In factum actio datur.quæ regula approbatur d.l.9.in prin.ibi: Iudicium in factum dabo. cuius uerba uide §.eod.cap.in prin.

Secunda regula. Negociorum geſtorum actio non datur.quæ regula approbatur d.l.9.§.generaliter.cuius uerba uide paulo ſuperius quæſt.1.in prin.

DE VENDITIONE BONOrum debitoris. Cap. VIII.

L. CAVSAE EX QVIBVS BOna ſunt uendenda.

PRima cauſa *Si debitor bonis ceßit.quæ cauſa approbatur l.4.ibi: Sed uenditionis.C.qui bonis cedere poſſunt.cuius uerba uide §.cap.6. quæſt.6.reg.2. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi debitor pœnitentia ductus,ceßionem reuocat.quæ exceptio approbatur l.5.ff.de ceßione bonorum.cuius uerba uide in cõment.Liberationum.cap.22.in fine,effectu.2.Sed & alias exceptiones uide d.cap. 22. in comment.de Liberationib. Secunda cauſa. Si debitor latitat.quæ cauſa approbatur l.7.§.1 ff.quib.ex cauſis in poſſeſſ. eatur, his uerbis:* Prætor ait,Qui fraudationis cauſa latitauit,ſi boni uiri arbitratu non defendetur,eius bona poſſideri uendiq; iubebo. *Concordat l.19.ff.de in ius uocando.cuius uerba uide §.lib. 6.cap.1.quæſt.3.reg.1.item concordat l.9.C. de bonis auth.iud.poßid.his uerbis:* Cum proponas eum contra quem ſupplicas,ex adminiſtratione tibi negociorum obligatum, hunc ſecundũ iuris rationem adito rectore prouinciæ pòtes conuenire. Nam ſi ad circumſcriptionẽ tui iuris latitat,nec defendatur,& eum tuũ eſſe debitorem conſtet: ad exemplum edicti bonorum eius poſſeſsionem poteris impetrare. Tempore autem tranſacto, etiam uenditionem eorum à competente iudice poſtulare non prohiberis. *Declaratur cauſa propoſita definitione uerbi Latitare.l.7.§.quid ſit.ff quib. ex cauſis in poſſeſſ.eatur,his uerbis:* Quid ſit latitare uideamus. Latitare eſt,non (ut Cicero definit) turpis occultatio ſui: poteſt enim quis latitare non turpi de cauſa: ueluti qui tyranni crudelitatem timet, aut uim hoſtium,aut domeſticas ſeditiones. *item definitur d.l.7. §. latitare autem, his uerbis:* Latitare autem,eſt cum tractu quodã latitare,quemadmodum factitare, eſt frequenter facere. *item definitur d.l.7.§.illud ſciendum, his uerbis:* Illud ſciendum eſt,poſſe quem in eadem ciuitate eſſe et latitare: & in alia ciuitate eſſe, & non latitare. At enim qui in alia ciuitate ſit,copiamq; ſui faciat in publico, ibique appareat, an latitet, uideamus? Sed hodie

hoc iure utimur, ut siue quis eodem loci agat, siue alio, siue peregrè, si tamen occursum creditoris euitet, latitare uideatur. Denique eum quoque qui in eodem foro agat, si circa columnaa aut stationes se occultet, uideri latitare ueteres responderunt: & posse quem aduersus alterum latitare, aduersus alterum non. Constat autem ut ipse posʃit bona eius uendere, aduersus quem latitet. *Concordat l.10.ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: Eum qui circa columnas se occultat ut creditorem euitet, latitare placet. Nam & eum qui recedit, hoc est, qui subterfugit, ut ne secum aliqua actio moueatur, latitare placet, tum & qui ab urbe profugit, utique fraudandi causa. Nec interest, (quod attinet ad latitandum) utrum quis profugerit, an uerò Romæ agens copiam sui non faciat. *Propositæ causæ exceptiones uide paulo inferius.*

Tertia uendendorum bonorum causa est. Si creditor in debitoris absentis & non defensi bona sit missus. quæ causa approbatur l.6.§.1.ff.quib. ex causis in possess.eatur, his uerbis: Cum dicitur, Et eius cuiua bona possessa sunt à creditoribus, ueneant: præterquam & pupilli, & eius qui reipublicæ causa sine dolo malo abfuerit: intelligimus eius qui dolo malo abfuerit, posse uenire.

DE EXCEPTIONIBVS IAM DICtæ secundæ & tertiæ causæ.

I. EXCEPTIO: *Nisi pupillus sit qui latitat, uel non defenditur. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce*: Præterquam pupilli, &c. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi pupillus non ex suo, sed ex alieno contractu conueniatur. quæ replicatio approbatur l.3.in prin ff quib.ex causis in possess.eatur, his uerbis*: Apud Iulianum quæritur, si communem rem cum Titio pater pupilli habuerit, & Communi diuidundo iudicio pupillua non defendatur, nihilque erit cuius nomine propter personam patris condemnatio fieri debeat: utrum uenire bona patris oporteat: an uerò rei seruandæ causa possideantur: & ait, siquidem pater aliquos fructus percepit, aut rem deteriorem fecit, bona eius uenire possunt: si uerò nihil sit propter quod patris bona ueneant, pupilli possideri. Marcellus autem notat, perquam iniquum esse, eum qui nihil cum pupillo contraxit expectare eius pubertatem. quæ sententia habet rationem. Ideoque cùm contractus ex persona patris descendat, dicendum erit non esse expectandam pupilli pubertatem. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi cum seruo pupilli contractum sit. hoc enim casu quamuis non cum ipso pupillo contractum sit, tamen perinde habetur ac si cum ipso contractum esset: Ideoque bona eius non ueniunt. quæ duplicatio approbatur d.l.3.§.contractum, his uerbis*: Contractum cum Pupillo potest dici, etsi cum seruo eius contractum sit. Competit enim aduersus eum de peculio actio. Vnde probandum est, ex omnibus causis ex quibus aduersus pupillum actio datur: hoc idem seruandum. Et facilius erit hoc probandum in seruo, qui in rem domini uertit: aut iussu eius contraxit, aut si institoria cum eo agi posʃit. *Secunda duplicatio est: Nisi cum tutore pupilli contractum sit. Hæc duplicatio approbatur d.l.3.§.contractum, ibi: Ego puto, his uerbis*: Vlpianus putat, etsi cum tutore eius contractum est, ex qua causa actio in pupillum datur, magis esse ut edicto locus sit, quasi cum eo contractum sit. *Ait Iurisconsultus*: Magis esse ut edicto locua sit. *Scilicet isti edicto, quo exceptio proposita approbatur. uerba huius edicti proposita sunt paulo superius causa 3. Tertia duplicatio est: Nisi legata uel fideicommissa à pupillo petantur. nam & hoc casu perinde est, ac si cum pupillo contractum sit. quæ duplicatio approbatur d.l.3.§.fin.cum lege sequente, his uerbis*: Si pupillus hæres extiterit alicui, & ex ea causa legata debeat: uidendum est, an huic edicto locus sit? magisque est (ut Marcellus scribit) posse etiam pupilli bona posʃideri: esseque in arbitrio hæreditariorum creditorum, quid potius eligant. Etenim uidetur impubes contrahere, cum adijt hæreditaté. Sed & Is qui immiscuit se, contrahere uidetur.

II. EXCEPTIO: *Nisi furiosus latitet, uel nõ defendatur. quæ exceptio approbatur l.7.§.adeò autem.ff.quibus ex causis in poss.eatur, his uerbis*: Adeò latitatio animum & affectum occultantis se desiderat, ut rectè dictum sit, furiosum hinc uenditionem pati non posse: quia non se occultat, qui suus non est. Planè si non defendatur furiosus, curatorem ei dandum, aut bona eius ut posʃideantur, nominarim permittendum. Labeo autem scribit: Si non inueniatur curator uel defensor furiosi, sed etsi curator datus eum non defendat: tunc remouendum eum & oportere Prætorem dare curatoré aliquem ex creditoribus, ut non amplius quàm necesse est, ex bonis furiosi ueneat: eaque seruanda Labeo ait, quæ solent seruari, cum uenter in possesʃionem mittitur. *Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi æs alienum urgeat, & dilatio damnum sit allatura creditoribus. quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis*: Planè interdum bona eiua cognita causa uendenda erunt, si urgeat æa alienum, & dilatiò damnum sit allatura creditoribus. Ita autem uendendá, ut quod supersit, furioso detur:

detur: quia hominis eius status & habitus à pupilli conditione non multum abhorret: quod quidem non est sine ratione. Idemque in prodigo dicendum est, cæterisque qui curatorum ope iuuantur: nec enim quisquam propriè latitare eos dixerit.

III. EXCEPTIO: *Nisi prodigus uel alius qui curatorum ope iuuatur, latitare dicatur, uel non defendatur. quæ exceptio constat ex uerbis iam dictis hisce:* Idemque in prodigo dicendum est, cærerisque, &c.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi reip. causa debitor absit. quæ exceptio approbatur l. 6. §. 1. ff. quib. ex causis in possess. eatur, cuius uerba uide paulo superius eod. cap. causa 3. Huius exceptionis replicatio est: Nisi dolo malo reipub. causa absit: tunc enim bona eius uendi possunt. quæ replicatio interprete Accursio approbatur l. 19. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis:* Eum qui in possessionem missus est, eius qui reipublicæ causa abfuit, si apparuerit eum dolo malo reipublicæ causa abesse, iure in possessione esse placet, donec solidum soluatur. Eum autem qui rerum eius, qui sine dolo malo reipub. causa abfuit, in possessionem missus sit, pignus non contrahere: & ideo discedere oportere de possessione.

V. EXCEPTIO: *Nisi debitor apud hostes sit. Hæc exceptio approbatur l. ult. §. fin. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis:* Eius qui ab hostibus captus est, bona uenire non possunt, quamdiu reuertatur. *Concordat l. 6. §. fin. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis:* Si ab hostibus quis captus sit, creditores eius in possessioné mittendi sunt: ut tamen non statim bonorum uenditio permittatur, sed interim bonis curator detur.

VI. EXCEPTIO: *Nisi non latitat debitor. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. si quis bona. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis:* Si quis bona possederit alicuius quasi latitantis, qui non latitabat & uendiderit: consequens erit dicere uenditioné bonorũ securá nullius momenti esse. *Concordat d. l. 7. §. cùm hoc edictum, ibi:* Neq; *fraudationis. cuius uerba uide j. excep. prox. Huius exceptionis replicatio prima, hæc est: Nisi dolo malo absit: tunc enim quamuis in publico uersetur, tamen pro latitante habetur. quæ replicatio approbatur l. 6. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide ŝ. eod. cap. causa 3. Altera replicatio est: Nisi ob delictum suũ absit: tũc enim quãuis nõ lateat, si tamen nõ defendatur, bona eius ueneũt. quæ replicatio uidetur approbari exẽplis l. 13. ff. eo. tt. his uerbis:* Ad cognitioné Imperatorũ à Præside prouinciæ remissus, etsi in cæteris litibus Romæ defendere se nõ cogitur, tamen in prouincia defendendus est: nã & exilio téporario puniti, si defensor nõ existat, bona ueneũt. *Tertiæ replicationis loco notandũ, quòd etiã nõ latitantis bona possideantur, quamuis nõ uendãtur. quæ replicatio approbatur l. 2. §. 1. ibi:* Quid si non latitet. *ff. eod. tt. cuius uerba uide ŝ. cap. 6. quæst. 2. causa 1. Quarta replicatio est: Nisi in alia sit ciuitate euitandi creditoris causa: tunc enim quamuis ibi in publico uersetur, pro latitente habetur. quæ replicatio approbatur l. 7. §. illud sciendũ. ff. quib. ex causis in poss. eatur, cuius uerba uide ŝ. eod. cap. causa 2.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi nõ fraudationis causa latitet. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. cum hoc edictũ. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis:* Cũ hoc edictum locũ habet, nõ sufficit latitare, sed & necesse est fraudationis causa id fieri: neque fraudationis causa si sine latitatione fit, satis est ad possessioné & uenditioné. Sed oportet fraudatiõis causa latitare. Et est frequentissima hæc causa possessionis. nam in usu latitantium bona possidentur. *Ait Iurisconsultus:* Hoc edictum. *Verba huius edicti uide ŝ. eod. cap. causa 2. in prin. concordat d. l. 7. §. quid sit. cuius uerba uide d. causa 2.*

VIII. EXCEPT. *Nisi fraudationis quidem latitat, sed nõ ob creditores fraudandos. Quæ exceptio approbatur l. 7. §. sed & is qui. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis:* Sed & is qui fraudationis causa latitat, nõ tamen propter creditores, etsi hæc latitatio creditores fraudet: in ea tamé erit causa, ne hinc possideri bona eius possint: quia non hoc animo latitat, ut fraudet creditores: animus enim latitãtis quæritur, quo aĩo latitet, ut fraudet, an alia ex causa.

IX. EXCEPTIO: *Nisi præter fraudationis causam ob alias etiã causas latitet. Hæc exceptio reprobatur ibidẽ, his uerbis:* Quid ergo si duas causas latitandi habuit, uel plures, inter quas etiã fraudandi creditores? an uenditio rectè ꝓcedat? & Vlpianus putat ꝓbandũ, si plures causæ sint latitationis, inter quas est & fraudationis causa, nocere debere, posseq; hinc bona uendi.

X. EXCEPTIO: *Nisi nõ propter oẽs creditores fraudandos latitet, sed propter quosdã tantùm. Hæc causa reprobatur ibidẽ, his uerbis:* Quid si aduersus quosdã occultare se consiliũ non est, aduersus quosdã est? quid dicemus? & rectissimè Pomponius scribit, nõ aduersus oẽs latitationé exigendã, sed aduersus eum quẽ quis decipere & fraudare latitatione destinat. *Concordat d. l. 7. §. illud sciendum, ibi:* Et posse quem. *cuius uerba uide ŝ. eod. cap. causa 2.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi nõ diu latitat. Hæc exceptio uidetur approbari l. 7. §. latitare autẽ. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis:* Latitare est, cũ tractu aliquo latitare: quemadmodũ factitare est, frequenter facere.

XII. EXCEPTIO: *Nisi is qui latitat, debitor nõ sit, uel per exceptionem se tueri possit. Hæc exceptio approbatur d. l. 7. §. si in diem, his uerbis:* Si in dié uel sub cõditione debitor latitet, anteq̃ dies

uel conditio ueniat, non possunt bona eius uenire. Quid enim interest, debitor quis nõ sit, an nondum conueniri posſit? nam etsi non sit debitor, idem dicemus. Idem erit dicendum, etsi quis habet quidem actionem, sed talem, quę per exceptionem repellitur. *Concordat l.9. ibi: Et cum tuum esse debitorem constet. C. de bonis auth. iud. posſid. cuius uerba uide* s̄. *eod. cap. causa 2. Huius exceptionis exemplum proponitur l.50. in prin. ff. de peculio, his uerbis*: Eo tempore quo in peculio nihil est, pater latitat, in bonorum possessionem eius rei seruandæ causa mitti non possum, qui de peculio cum eo acturus sum: quia non fraudationis causa latitat, qui si iudicium acciperet, absolui deberet. Nec ad rem pertinet, quod fieri potest, ut damnatio sequatur. Nam etsi in diẽ uel sub conditione debeatur, fraudationis causa non uidetur latitare, tametsi potest iudicis iniuria condemnari. *Huic contradicit d. l. 7. §. si qui actione. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis*: Si qui actione de peculio, filij uel serui nomine conueniri posſit, latitet: eo iure utimur, ut posſint bona eius posſideri & uenire, tametsi nihil in peculio fuerit, quia esse potest, & rei iudicatæ tempus spectamus, utrum sit an non sit: & quod teneat actio, etiamsi nihil in peculio fuerit.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi debitor præsens iudicium suscipere compelli non posſit. quæ exceptio approbatur l.3. ff. de iudicijs, his uerbis*: Non uidetur frustrandę actionis causa latitare, qui præsens suscipere iudicium non compellitur.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi creditor in bona non sit missus, uel missus in possessionem, non uenerit. Hæc exceptio colligitur ex l.7. §.1. ff. quib. ex causis in possess. eatur. cuius uerba uide* s̄. *eod cap. causa 2. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi posſideri non posſit. quæ replicatio approbatur l. 12. §. fin. cum lege sequente. ff. de reb. iud. auth. posſid. his uerbis*: Si propter naturam rei: ueluti, si prædium inundatum sit, aut propter latronum potentiam non potest posſideri: rectè dicitur nõ esse, quod posſideatur. Quamuis bona possessa non sint, quia nihil fortè fuerit quod posſideatur, aut sine controuersia non posſideatur: creditor qui in possessionem missus, &c. *Hactenus exceptiones aduersus causas uenditionis bonorum sunt propositæ. Plures huiusmodi exceptiones uide* s̄. *cap. 6. quæst. 3. ex quibus enim misſio in bona locum non habet, ex ijs multo minus uenditio locum habere potest.*

II. QVAE BONA SINT VENDENDA?

Vide s̄. *cap. 6. quæst. 5.*

III. QVIBVS VENDENDI ius competat?

Prima regula. De eo in cuius fraudationem non latitat debitor, huic ius uendendi non competit. quæ regula approbatur l.7. §. utrum ergo. ff. quib. ex causis in possess. eatur, his uerbis: Vtrum omnes bona eius uendere possunt qui latitat, hoc est etiam hi aduersus quos non latitat: quia uerum est latitare: an uerò is solus aduersus quem latitat? & quidem uerum est, eum latitare, & fraudationis causa latitare, etsi non aduersus me latitet. Sed illud spectandum Pomponius putat, an aduersus omnes latitet, eumque solum posse hanc uenditionem impetrare, aduersus quem latitet. *Concordat d. l.7. §. illud sciendum, in fine. cuius uerba uide* s̄. *eod. cap. quæst. 1. causa 2.*

Altera regula. De curatore bonis dato, proponetur alibi.

IIII. QVIBVS POTIVS bona uendenda?

Definiri uidetur hæc quæstio l.1. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis: Cum bona ueneunt debitoris, in comparatione extranei, & eius qui creditor cognatusúe sit, potior habetur creditor cognatusúe: magis tamen creditor quàm cognatus: & inter creditores potior is, cui maior pecunia debetur.

V. QVANDO VENDENDA bona?

Post tempus à legibus statutum. quæ regula approbatur l.10. §. sin autem, ibi: Post definitum à nobis tempus. C. de bonis auth. iudicis posſid. cuius uerba uide paulo inferius quæst. 7. reg. 1. Concordat l.9. §. fin. C. eod. tit. cuius uerba uide s̄. *eod. cap. quæst. 1. causa 2. sanè quod tempus definitum sit ad uendenda bona, dubitatur, de qua re uide Glossam.*

VI. ANTECEDENTIA.

Prima regula. De impetrando prius iure uendendi à iudice, proponitur d. l.9. §. fin. Cui concordat l. 6. §. penult. ff. de re iudicata, his uerbis: Qui iudicati bona authoritate sua distraxit, Furti actione, & Vi bonorum raptorum tenetur. *Planè fructus prædiorum creditor qui in possessionem missus est, etiam sine iudice uendere uel locare potest & debet. de qua re uide* s̄. *c.6. q.6. reg.6. cum sequent. A cuius autem loci iudice ius uendendi sit petendum & impetrandum, definitur l.1. cum duab. legib. sequentib. ff. de rebus iud. auth. posſid. his uerbis*: Venire ibi bona oportet, ubi quisque defendi debet: id est, ubi domicilium habet: aut ubi quisque contraxit contractum autem non utiq; eo loco intelligitur, quo negocium gestum est, sed quo soluenda est pecunia.

Altera regula. De hastæ solennitate, proponitur l. 1. & l. 2. C. de fide instr. & iure hastæ. quarum uerba uide j. *quæst. prox. reg. 7. except. 3*

VII. OFFICIA VENDITORIS, ITEM euentus & consequentia uenditionem.

Prima reg. De eo quod supfluũ est, ex precio redacto ultra id quod uẽditori debetur deponẽdo, proponitur l.10. §.

l.10.§.sin autem,cum sequentibus.C.de bonis auth.iud. possid.his uerbis: Si hi qui detinent possessiones,uel ex sententia iudicis res uendiderũt, uel alio quocunque legitimo modo, omne ius quod in ijs rebus habere noscuntur,in alias personas post definitum à nobis tempus transtulerint,& certas pecunias acceperint: quidquid superfluum inuentum fuerit,uel amplius quàm eis debetur,hoc modis omnibus necesse est eos præsentibus tabularijs signare,& in Cimelarchio sanctę ecclesiæ illius ciuitatis,in qua huiusmodi contractus celebratur, deponere: attestatione uidelicet prius per memoratos tabularios conscribenda: præsente etiã eo qui res eas uendiderit,uel in alias personas transtulerit: ut per eam manifestetur tam quantitas pecuniarũ, quę pro uenditione rerum uel translatione præstitæ sunt,quàm earũ quæ superfluæ post dissolutum debitum inueniantur: ut si quis postea creditor apparuerit,& debiti cautionẽ ostenderit, possit ex his satis sibi facere.Prius scilicet rectore prouinciæ, sine aliquo damno causæ faciente examinationẽ,& non concedente, nec uiros reuerendissimos œconomos uel Cimeliarchas sanctæ ecclesiæ,in qua pecunię deponuntur,aliquod detrimentũ uel dispendium sustinere: per suam autem interlocutionem creditorem præcipiẽte, secundum modum debiti,ex depositis pecunijs suum accipere debitum.

Secunda regula.De attestatione super modo uenditionis conscribenda & insinuanda, proponitur uerbis iam dictis hisce: Attestatione uidelicet prius per memoratos tabularios conscribenda, &c.*Concordat d.l.10.§.ut autem.his uerbis*: Vt autem non liceat creditori in uenditione uel translatione rerum,uel dolum, uel machinationem aliquam, uel circumscriptionem facere: iubemus attestationem super hoc celebrandam,apud defensorem locorũ gestis interuenientibus insinuari,siue tantùm ex precio,quantum debetur, siue plus siue minus colligitur: & præsentibus non tantùm (sicut dictum est) tabularijs,sed etiam uiro reuerendissimo Cimeliarcha, apud quem (si ita contigerit) superfluæ pecunię signatæ deponendæ sunt, iusiurandum sacrosanctis Euangelijs propositis,uenditore uel translatore rerum pręstante,quod neq; per gratiam emptoris,uel eius ad quẽ res iure cessionis transferuntur,nec dolo aliquo interueniente minorẽ iusto rerum precio quantitatẽ acceperit,sed eam quam reuera, cum omni studio potuerit inuenire.

Tertia regula.De iureiurando à uenditore præstando,proponitur uerbis iã dictis hisce: Et præsentib. non tantùm (sicut dictũ est) tabularijs,&c.

Quarta regula.De eo quod superfluum est ex precio redacto debitori restituendo,proponitur l.45.§.si plus.ff.de iure fisci,his uerbis: Si plus seruatum est ex bonis debitoris à fisco distractis, iure ac meritò restitui postulatur.*Concordat l.6.in prin.ff.de reb.iud.auth.poss.cuius uerba uide s.cap.6, quæst.5.reg.5.except.2.*

Quinta regula.De empti actione,quid ueniat in ea seu emptori debeatur: & primùm de statua in honorem eius cuius bona ueneunt,in publico posita,proponitur l.13.ff.de priuilegijs creditorum,his uerbis: Fulcinius refert,statuas in publico positas, bonis distractis eius cuius in honorem positę sunt,non esse emptoris bonorum eius: sed aut publicas,si ornãdi municipij causa propositæ sint,aut eius cuius in honorem positæ sunt,& nullo modo eas detrahi posse.*Vide item j.Lib.12.cap.10.reg.26. De concubina & liberis naturalibus,proponitur l.22.ff.eod.tt.his uerbis*: Bonis uenditis,excipiuntur concubina & liberi naturales.

Sexta regula.Bonis uenditis debitori nulla competit actio ad debita persequenda.quæ regula approbatur l.4.C.de curatore bonis dando,his uerbis: Impp. Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, bonis per curatorem ex Senatusconsulto distractis,nullam actionem ex antè gesto fraudatori competere.

Septima regula.Debitor uenditionem bonorum rescindere non potest.quæ regula approbatur,simul & distinguitur l.14.ff.de priuilegijs creditorum.his uerbis: Impp.Antoninus & Verus Augusti rescripserunt,eos qui bona sua negant iure uenisse,præiudicio experiri debere: & frustra à principe desiderare, rescindi uenditionem.*Propositæ regulæ exceptio prima hæc est*: *Nisi non iure dicatur facta uenditio.quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis. Secunda exceptio est*: *Nisi minoris uenditio facta sit.hæc exceptio approbatur l.3.C.de iure fisci, his uerbis*: Si minore precio quàm res est,aperta fraude emptoris,uel gratia quæ obligata sunt fisco uenierunt: aditus procurator meus debitam quantitatem inferenti,restitui ea prædia iubebit.*Concordat l.2.C.de fide instrum.& iure hastæ.cuius uerba uide j.except.prox. item concordat l.16.C.de rescind.uend.cuius uerba uide j.except.prox. itẽ cõcordat l.1.C.de præsc.30.uel 40.an.cuius uerb.uide j.eo.c.in fine.*

Tertia exceptio est: *Nisi non ab eo cui uendendi ius fuit uenditum, uel non iusto ordine ad uenditionem uentum sit.hæc exceptio approbatur l.1.C.de fide instrum.& iure hastæ, his uerbis*: Quod in libellum contulisti procuratori meo, ad cuius officium desiderium tuum pertinet,allega: cui si probaueris non auctore procuratore, uel eo cui uendendi fuit facultas, neque habitis hastis, neque omni ordine peracto uenditas res esse, & id quod ex causa iudicari debes, exolueris: rescissa uendi-

uenditione mala fide facta, easdem res recipies cum fructibus, quos ad emptorem mala fide peruenisse, uel peruenire debere, constiterit. *Concordat l.2.C.eod.tt.his uerbis*: Duplex ratio desiderium tuum iuuat, & quod prætermissa hastarum solennitate possesiones tuas ex officio distractas suggeris: & quod precij uilitate ob exiguum debitum, gratiosam emptionem in fraudem tuam, contraq; utilitatem rationum mearum aduersarium commentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quàm tuę securitati operam daturus. *Concordat l.16.C.de rescind.uend. his uerbis*: Si quos debitorũ mole depressos: necessitas publicæ rationis adstringat, proprias distrahere facultates: qualitas rei & redituum quantitas æstimetur, nec sub nomine subhastationis publicæ locus fraudibus relinquatur, &c. *Vide item J. Lib.11.cap.5.quæst.6 reg.1.*

Quarta exceptio est: Nisi rescriptum principis sit de rescindenda uenditione. Hæc exceptio reprobatur l.14. in fine. ff. de priuilegijs creditorum. cuius uerba uide S̄. ead. regula, in prin. Concordat l. 5.C. de fide instrum. & iure hastæ. cuius uerba uide J. reg. prox. Quinta exceptio est: Nisi minoris uiginti quinq; annis bona uẽdita sint. Et hæc exceptio reprobatur d.l.5. his uerbis: Quæcunq; pro reliquis prodigorum in annonario titulo, cæterisq; fiscalibus debitis in quibuscunq; corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco authore uendantur: ut perpetuò penes eos sint iure dominij, quibus res huiusmodi sub hastæ solennis arbitrio fiscus addixerit: & siquidem unquam ut à fisco facta uenditio posit infringi, authoritute rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cum etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis addicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur ætatem. *Planè minoris quatuordecim annis seu pupilli bona uendi non possunt, & uenditio facta ipso iure non ualet. de qua re uide S̄. eodem cap. quæstio.1. except. 1. Plures propositæ regulæ exceptiones colligi possunt ex ijs quæ proposita sunt in quæstionibus præcedentib. huius capitis. Nã quæ ibi dicta sunt, hic ferè omnia exceptionum loco possunt repeti. uide item J. Lib.11.cap.5.quæstio.6.regul.1.*

REPLICATIONES PRAECEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Planè dictarum exceptionum replicatio generalis prima est: Nisi debitor, qui uenditionem rescindi desiderat, id quod debet non offerat uel soluat. quæ replicatio approbatur exemplo l.3. ibi: Debitam quantitatem inferenti. C. de iure fisc. cuius uerba uide paulo superius exceptione 2. Concordat l.1. ibi: Et id quod ex causa. C. de fide instrumen. & iure hastæ. cuius uerba uide S̄ except.3. Altera præcedentium exceptionum replicatio est: Nisi longißimi temporis præscriptio obstet. Hæc replicatio approbatur l. 1. C. de præscript. trig. annorum. his uerbis: Cum adseueras te absente eos qui oculos prædijs tuis imposuerant, operam dedisse, ut annonariæ collationis prætextu uili precio ab officio præsidali prædia tua distraherentur, si legitimi temporis spacium ex uenditionis die fluxit, qui prouinciam regit, inter uos cognoscet, & quod publico iuri præscriptum est, statuet. Sin aũt, &c. *Hæc de euentis & consequentib. uenditionem bonorum sint dicta. Plura de uenditione bonorum uide in Venditione pignoris. Planè huius etiam loci sunt ea quæ habentur de comparatione creditorum, qui scilicet potiores sint in bonis debitoris, item ea quæ habentur de separationibus. Ideoq; de hisce sequitur.*

DE PRIVILEGIIS CREDITORUM, seu qui in bonis debitoris potiores habeantur. Cap. IX.

Venditis bonis sequitur ut precium ex bonis redactum inter creditores distribuatur: uerùm eo non sufficiente quæritur, uter utri sit præferendus? de qua re in hoc titulo tractabitur.

I. REGVLA.

De fisco. Fiscus creditor regulariter cæteris creditoribus præfertur. quæ regula approbatur l. 46. §. fiscus. ff. de iure fisci, his uerbis: Fiscus semper habet ius pignoris. *Concordat l. 3. C. de priuilegio fisci, his uerbis*: Si cum pecuniam pro marito solueres, neque ius fisci in te transferri impetrasti, neque pignoris causa domum, uel aliud quid ab eo accepisti: habes personalem actionem, nec potes præferri fisci rationibus, à quo dicis ei uectigal denuò locatum esse: cum eo pacto uniuersa quę habet habuitúe eo tẽpore, quo ad conductionẽ accessit, pignoris iure fisco teneantur. Salua igitur indemnitate fisci, debitorem tuũ pro pecunia, quam pro eo fisco soluisti, more solito conuenire non prohiberis. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pœnam fiscus persequatur. quæ exceptio approbatur l.17. ff. de iure fisci. his uerbis*: In summa sciendum est, omnium fiscalium pœnarum petitionem creditoribus postponi. *Cõcordat l. unica. C. Pœnis fiscalibus creditores præferri, his uerbis*: Rem suam persequentibus pœnę exactio postponitur. Sicut itaque in sortis quantitate fisci persecutio potior est, ita in triplo quod pœnæ nomine adiectum est, propria forma obseruáda est. *Concordat item l.11. ff. de iure fisci. cuius uerba uide J. Lib.11.cap.3.quæst.4.reg.5. Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi creditor per exceptionem poßit submoueri. quæ replicatio approbatur l.37. ff. de iure fisci, his uerbis*: Quod placuit fisco non esse pœnam petendam, nisi creditores suam recuperauerint:

perauerint: eò pertinet, ut priuilegiũ in pœna contra creditores non exerceatur, non ut ius commune priuatorum fiscus amittat. *Huius exemplum proponitur l. 48. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis*: Cornelio Fœlici mater scripta hæres, rogata erat hæreditatem restituere post mortem suam, cum hæres scripta condemnata esset, & fisco omnia bona mulieris occuparentur, dicebat Fœlix, se ante pœnam esse: hoc enim constitutum esse. Sed cum nondum dies fideicommissi uenisset, quia posset prius ipse mori, uel etiam iure alias res acquirere, repulsus est interim à petitione. *Secunda exceptio est: Nisi creditor rem suam uindicet. quæ exceptio approbatur l. 1. C. de priuilegio fisci, his uerbis*: Bona mariti tui, si ob reliqua administrationis primipilariæ à fisco occupata sunt: res quas tuas esse liquidò probaueris, ab alijs separatæ tibi restituantur. *Tertia exceptio est: Nisi alij creditori res debitoris, pignori sint obligatæ: hoc enim casu fisco præfertur. quæ exceptio approbatur l. 8 ff. qui pot. in pig. his uerbis*: Si pignus specialiter respublica accepit, dicendum est, præferri eam fisco debere, si postea fisco debitor obligatus est: quia & priuati præferuntur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi postquam debitor fisco fuit obligatus, res suas alteri obligauit. quæ replicatio approbatur l. 2. C. de priuilegio fisci. his uerbis*: Quamuis ex causa dotis, uir quondam tuus tibi sit condemnatus: tamen si priusquam res eius tibi obligarentur, cum fisco contraxit, ius fisci causam tuam præuenit. Quod si post bonorum eius obligationem rationibus meis cœpit esse obligatus, in eius bona cessat priuilegium fisci. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi prioris pignoris nouatio sit facta, postquam fisci debitor esse cœpit. quæ duplicatio approbatur l. ult. in prin. ff. qui potiores in pignore, his uerbis*: Titius Seiæ ob summam, qua ex tutela ei condemnatus erar, obligauit pignori omnia bona sua quæ habebat, quæq; habiturus esser, postea mutuatus à fisco pecuniam, pignori ei res suas omnes obligauit, & iutulit Seiæ partem debiti, & reliquam summam nouatione facta eidem promisit, in qua obligatione similiter, ut suprà, de pignore conuenit: quæsitum est, an Seia præferenda sit fisco, & in illis rebus quas Titius tempore prioris obligationis habuit, item in his rebus quas post priorem obligationem adquisiuit, donec uniuersum debitum suum consequatur? Scæuola respondit uihil proponi, cur non sit præferenda. *Secundæ replicationis loco notandum, quòd quamuis alius creditor habeat hypothecam generalem, tamen fiscus præferatur in bonis post suam obligationem adquisitis. quæ replicatio approbatur l. 28. ff de iure fisci, his uerbis*: Si is qui mihi obligauerat, quæ haberet, habiturusque esset, cùm fiscò contraxerit, sciendum est in re postea adquisita fiscum potiorem osse debere Papinianum respondisse: quod & constitutum est. præuenit enim causam pignoris fiscus. *Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi alij creditori sit solutũ, uel à debitore alienatum: hoc enim casu uidetur eius causa tanquam possessoris fisco potior habenda. Verùm exceptio hæc reprobatur l. penult. C. de priuilegio fisci, his uerbis*: Cum patrem tuũ fisci debitorem fuisse demonstres, eumq; nubenti tibi possessionẽ dedisse alleges: procuratorem ius fisci exequentẽ, eam iure pignoris reuocare potuisse intelligis. *Planè uidetur exceptio proposita admittenda, primũ si creditor ignorauit etiã fisci debitorẽ esse. Sed hæc distinctio reprobatur l. 18. §. fin. ff. de iure fisci, his uerbis*: Papinianus tam lib. vj. quàm xj Responsorũ scribit, ita demum publicam auferri pecuniã ei qui cum erat creditor, in solutũ pecuniam accepit, si aut sciebat, cum accipiebat publicũ quoq; debitorem esse, aut postea cognouit antequã consumeret pecuniã. Sed placet omnino ei pecuniam auferendam esse, etiamsi ignorauit cum consumeret: & postea quidam principes directam actionẽ cõpetere ablata pecunia rescripserunt: ut & Marcellus lib. vj. Digest. scribit. *Secundo admittitur exceptio proposita, si antequam fisci debitor esse cœperit, alienauit, uel in solutum dedit. quæ distinctio approbatur l. 9. §. sed in ijs. C de bonis proscriptorum, his uerbis*: In ijs qui fiscalibus actibus nexi sunt, & pro ratiocinijs proscribuntur & condemnantur: placuit, si quid propriũ uxor habuerit, uel à marito datũ ante initium actus, ex quo origo fraudis, ac uitij in iudicium deducta est: si quid deinde in emãcipatos filios donatione collatũ est, antequã crimen oriatur, intemeratũ apud accipientiũ iura persistere, nec quidquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxiũ: nisi quod in dñio proprio cũ obligari cœpit habuerit: uel quod agẽs tam suo quàm uxoris suæ, uel filiorũ, uel cuiuscunq; præterea nomine cõparauit: exceptis duntaxat Cæsarianis uel Catholicianis, qui ab omni iuris beneficio excluduntur, nisi ꝓbata à nobis purgataq; ratiocinia fuerint: ut quod innoxiè habuerint, trãsmittendi copiã habeãt. *Concordat l. 1. C. de iure fisci, his uerbis*: Si priusquã fisci rationibus pater uester obligaretur, perfectã prædiorũ donationẽ fecisse fuerit ꝓbatus, quod citra fraudẽ creditorũ gestum est, nõ rescinditur. *Concordat itẽ l. 4. C. de priuilegio fisci, his uerbis*: Si debitor cuius fundum fuisse, & ipse cõfiteris prius eũ distraxit, quàm fisco aliquid debuit: inquietandum te nõ esse, ꝓcurator meus cognoscet. Nam etsi postea debitor extitit, non ideo tamen ea quæ de dominio eius excesserunt,

ſerunt, pignoris iure fiſco potuerunt obligari. *Propoſitæ diſtinctionis replicatio proponitur l 9.§.fin.ibi: Exceptis duntaxat. C. de bonis proſcriptorum. cuius uerba uide paulo ſuperius. Porrò ex iam dictis conſtat, ſi debitor fiſci quid alienauit uel inſolutum dedit, ad illud repetendum fiſco actionem competere: de qua actione plura dicentur J. Lib. 11. cap. 3. quæſt. 8. nunc quintam propoſitæ regulæ exceptionẽ uideamus. Quinta exceptio eſt: Niſi fiſcus actione quam ab alio iure ſucceſſionis eſt conſecutus experiatur. quæ exceptio approbatur l 1.§ ſi poſteriori. ff. de iure fiſci, his uerbis:* Si poſteriori creditori fiſcus ſucceſſerit, eo iure utitur, quo is uſurus erat, cui ſucceſsit. *De hac re uide plura in iure Fiſci. Hactenus igitur de Prima regula ſit dictum.*

II. REGVLA.

De eo qui in fiſci locum ſucceſsit: is quoq; perinde ac fiſcus cæteris creditoribus præfertur. quæ regula approbatur l.ult. C. de priuilegio fiſci, his uerbis: Si iu te ius fiſci cum ſolueres reliqua debitoris pro quo ſarisfaciebas, tibi competẽs iudex adſcripſit, & rranſtulit: ab ijs crediroribus quibus fiſcus potior habetur, res quas eo nomine tenes, non poſſunt inquietari. *Concordat l.45. §. qui pro. ff. de iure fiſci, his uerbis:* Qui pro alio à fiſco conuentus debitũ exoluit, nonnunquá poſtulat perſecutionẽ bonorũ eius pro quo ſoluerit, in quo etiã adiuuari p officiũ iudicis ſolet. *Plura de hac re uide J reg. 17.*

III. REGVLA.

De republica Reſpub. quoq; poſt fiſcum cæteris creditorib. præfertur. quæ regula approbatur l.penult. in fine. ff. de priuilegijs cred. his uerbis: Reſpublica creditrix omnibus chirographarijs creditoribus præfertur. *Concordat l.2. C. de debitorib. ciuitatum, his uerbis:* Apud eos quos ſuperſtites integris facultatibus eiſe prouideris, uel quorum hæredes in columnia rerinẽt patrimonia, &c. *Huic quodammodo uidetur contradicere l. 10. ff. ad municipalẽ & de incolis, his uerbis:* Simile priuilegiũ fiſco nulla ciuitas habet in bonis debitoris, niſi nominatim id à principe datũ ſit. *Huic concordat l.2. C. de iure reipub. his uerbis:* An reſpu. in cuius locũ ſucceſiſtis, ideo quia ſatisfeciſſe, &c. *Sed & propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi bona debitoris alij pignori ſint obligata: tunc enim reipub. præfertur. quæ exceptio approbatur l.3. C. de remiſſ. pign. his uerbis:* Si ignorãte te uel inuito, debiror tuus qui uniuerſa bona ſua ob pecuniã debitã ribi obligauerat, etſi cũ repub. poſtea cõrraxit, ius tuũ nõ læſit. *Alias exceptiones uide ſ. reg. 1. quæ enim exceptiones priuilegio fiſci poſſent opponi, eædem reipublicæ multo magis obſtabunt.*

IIII. REGVLA.

Cauſa dotis potior eſt, & cæteris creditoribus mulier dotem repetens, præfertur. quæ regula approbatur l.9. C. de iure dotium, his uerbis: Doris tuæ potiorẽ cauſam magis eſſe cõuenit quàm reipublicæ, cui idem maritus obnoxius factus eſt. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi mulier hæretica ſit. quæ exceptio approbatur Nouell. c.109. his uerbis:* Ex quo præiogariuá mulieribus dedimus in dotibus quidẽ, ut antiquioribus creditoribus præferantur, & meliore loco ſint, quanquã tẽpore uincantur: in donarionibus uerò propter nuprias, ut pro ratione temporũ, quibus factæ ſint hypothecarũ ius habeant. Omnibus in præſentia p hanc ſactam legem noſtrã notum facimus, quod & hanc prærogatiuã, & tacitas hypothecas, & omnia alis quæ mulieribus in diuerſis priuilegijs à noſtris conceſſa ſunt legibus, his ſolis præbemus, ut ex his fructũ capiant, illorumq; utantur beneficijs, quæ diligentiam adhibent quo magis rectam & adorandam fidem noſtram (nempe Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ) retineant, & participent ſalutari in ea cõmunione. Quæ enim à ſancta Catholica & Apoſtolica Dei eccleſia ſeipſas ſeparant, neq; incontaminata in ea communione, cum Dei amantiſſ. huius ſacerdotibus participare ſuſtinẽt, eas neutiqusm uolumus huiuſmodi priuilegijs perfrui. *Secunda exceptio eſt: Niſi non mulier ipſa, ſed hæres eius dotem repetat. quæ exceptio approbatur l.unica C de priuilegio dotis, hiſce uerbis:* Scire debes priuilegium dotis, quo mulieres utuntur in actione de dote, ad hęredem non rranſire. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi hæres filius uel nepos ſit mulieris defunctæ. quæ replicatio approbatur Nouell. c.91. in prin. ibi: Neque enim. & §. ſi uero nihil, in fine. cuius uerba uide paulo inferius ead. reg. except. 7. Tertia exceptio eſt: Niſi & alius creditor, cui mulier præferri cupit, priuilegium habeat. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. ad hæc omnia. C. qui potiores in pignore. cuius uerba uide J. except. 6. Concordat Nouell. c. 97. §. his conſequens, uſque ad §. Quia uerò. his uerbis:* Scimus nonnullas hypothecas ex priuilegijs à legibus ipſis cõceſsis, rempore poſteriores cum ſint, uel antiquioribus creditoribus præferri: nempe cum quis pecunia ſua effecerit, ut uel nauis ematur, extruaturúe aut reficiatur, uel fortè domus exædificetur, uel etiam ager comparetur, aut aliud quiddã. In omnibus enim hiſce poſteriores credirores, quorum pecunijs res uel comparatæ uel renouatæ ſunt, potiores ſunt his qui uel mulrò antiquiores exiſtunt. Quæſitum eſt igitur, ſi mulier prærendens in uetere dore, & augmento priuilegium (quarenus ramen id priuilegium, ut prædictum eſt, ſeruatur) prioribus præualere uelit creditoribus: Veniat autem & alter creditor, qui licet tempore poſterior ſir, prærendat ramen ſuis pecunijs compararam, quæſitamúe uel nauẽ, uel domum, uel agrum, & conuenire ut in ijs

rebus

rebus quæ suis pecunijs comparatæ quæsitæue sint, prædictum priuilegium habeat: utrum dotē oporteat etiā huiusmodi præferri? an uerò alijs quidē creditoribus, qui talia non prætēdant, præualere debeat, his autē cedere: quandoquidem per ipsorum substantiam ea res quæsita fuerit? Ac longa sanè deliberatione de his habita, inuenire tamen non potuimus iustè mulierem tali alicui cedere priuilegio. Videmus enim quanta ex ea re secutura sit absurditas, si ignobilioribus quidem mulieribus ex corpore suo accedat quæstus, exindeq; uictū habeant: benè uerò & pudicè educatis, & insuper tam se quàm substantiam suā in domum mariti deducentibus, non solùm nullus ab improbè uitam degentibus maritis, quæstus accedat, sed etiam adigantur ad paupertatem, neq; aliquid præterea spei habeant reliquum. Vnde secundum hæc uolumus, ut quamuis alterius tandem pecunijs aliquis comparasse agrum, aut refecisse domum, aut etiam prædium emisse uideatur: nequeant tamen id genus priuilegia mulieribus opponi. Nam & imbecillitatem muliebris sexus satis nouimus, & quod facilè contra ipsas circumscriptiones procedunt: deminui uerò ijs dotem nulla ratione concedimus, cum satia sit, quòd lucris careant, & si tempore prior inueniatur donatio ante nuptias: & cum satis magna illis exinde iactura proueniat, non uolumus, ut item de ipsa dote in periculum ueniant. *Ait Imp.* Quatenus tamen id priuilegium, ut prædictum est, seruatur. *De hoc uide paulo inferius except. 13. Concordat l. 9. C. de iure dotium. cuius uerba uide s̄. ead. reg. in prin. Planè exceptio proposita admittitur in exceptionibus proximè sequentibus.*

Quarta exceptio est: Nisi ad militiam adipiscendam, uel ob similem causam quis marito mutuam dederit pecuniam, conueneritq;, ut is potior sit: hic enim mulieri in causa dotis præfertur. quæ exceptio approbatur d. Nouell. const. 97. §. quia uerò. his uerbis: Sancimus, si quis occasione militiæ, uel ut aliquis referatur inter statutos, uel ob alias huiusmodi causās reuera aurum mutuum dederit, & id ipsum expresſsis uerbis descriptum sit in instrumento, & de hoc pactum conuentum sit, ut casu facto solus is potior sit, qui in hanc causam credidit: ut in hac sola specie mulier cedat: non temerè illi habenda fide ne per testes quidē, nisi negocium interueniente scriptura confectum sit, & testium subscriptiones habeat, & ipso actu processerit. tunc enim si per omnes huiusmodi uias negocium decurrat, suspicione uacat, & conuenit, ut qui isto modo contrahunt, suis rebus non defraudentur. Omnibus alijs præualeat mulier, iuxta priuilegiū, quod iam ipsis à nobis concessum est.

Quinta exceptio est: Nisi fiscus creditor sit: huic enim mulier non præfertur. quæ exceptio approbatur l. 3. C. de primipilo, his uerbis: Vtilitas publica præferenda est priuatorū contractibus. Et ideo si constiterit fisco satisfactum esse ob causam primipili, poteris obligatam possessionem titulo dotis petere, ut satis doti fieri possit. *Concordat l. 4. C. in quibus causis pignus tacitè contrahitur, his uerbis:* Satis notum est, & item cōstitutum, bona earum in dotem data, quæ nuptæ sunt, ijs qui primipili sarciná subeunt, obnoxia necesſsitati eius teneri. Verum certo ordine, ut scilicet tūc demum ad hoc mulieris patrimonium periculum respiciat, si uniuersis uiri ac nominatorum facultatibus exhaustis, nihil residuum inueniatur. *Sexta exceptio est: Nisi hypothecarij sint creditores: hi enim uidentur mulieri præferēdi, quia præferuntur & fisco, ut s̄. reg. 1 except. 3. est ostensum. uerùm hæc exceptio reprobatur l. 12. C. qui potiores in pignore, his uerbis:* Asſiduis aditionibus mulierum inquietati sumus, per quas suas dotes deperditas esse lugebāt, & ab anterioribus creditoribus substantias maritorum detentas. Nos itaq; ad antiquas leges prospeximus, in personalibus actionibus rei uxoriæ actioni, quam in præsenti sustulimus, magnam prærogatiuam præstantes, ut cōtra omnes penè personales actiones habeant priuilegia, & creditores alios antecedant, licet fuerant anteriores. Et hæc cum in personalibus statuerant actionibus, si hypothecam respiciebant, illico iustitiæ uigorē relaxabant, & senioribus hypothecis nouas mulieris hypothecas, si habebant actiones, expellebant: nec ad fragilitatem muliebrē respicientes, nec quod & corpore & substātia, & omni uita sua maritus fungitur, cum penè mulieribus tota substantia in dote cōstituta est. Oportebat enim maritos disponi creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris quam ad suos uictus, suasq; alimonias mulier posſsidet, uel à semetipsa datam, uel pro ea ab alio. Ad hæc omnia respicientes & reminiscentes, quod & alias duas constitutiones fecimus pro dotibus mulieribus subuenietes, & omnia in unum colligentes sancimus, ex stipulatu actionem quam mulierib. iam pro dote restituenda dedimus, cuiq; etiam tacitam donauimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis priuilegio uallati. Cum enim in personalibus actionibus (secundum quod diximus) tali priuilegio utebatur res uxoria: quapropter [a] non in hypotheca hoc mulieri & nūc indulgemus beneficium, licet res dotales,

[a] id est quare.

uel ex his aliæ comparatæ non extent, ſed quocunq; modo uel diſsipatæ uel conſumptæ ſint: ſi tamen reipſa fuerint parri mariti datæ? Quis enim earum non miſereatur ꝓpter obſequia quæ maritis præſtát proptet partus periculum, & etiam liberorum procreationem, pro qua multa noſtris legibus inuenta priuilegia ſunt? Et ideo quod antiquitas quidé dare incœpit, ad effectũ auté non pertulit, nos pleno legis articulo conſummauimus: & ſiue liberos habeat mulier, ſiue ab initiò non habuit, ſiue progenitos amiſit: hoc ei priuilegium indulgemus. Exceptis uidelicet contra nouercas anterioris matrimonij filijs. quib. pro dote matris ſuæ iam quidem dedimus hypothecam: cõtra paternas res uel eius creditores, in præſenti autem ſimilé prærogariuam eis ſeruamus, ne quod poſteriori datum eſt uxori, hoc anteriori negetur: ſed ſic maneat eis ius incorruprum, quaſi adhuc uiuente etiam matre eorum: duabus enim dotibus ab eadem ſubſtantia debiris, ex tempore prærogatiuam manere uolumus. *Concordat l. 10. C. eod. tt. cuius uerba uide* J.

Septima exceptio eſt: Niſi ab alijs quoq; dos anterior petatur: hi enim mulieri dotem poſteriori tempore datã perſequenti, præferũtur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Exceptis uidelicet contra nouercas anterioris matrimonij filijs, quibus pro dote matris ſuæ iam quidem dedimus hypothecam, &c. *Concordat Nouell c. 91. in prin. uſq; ad §. Sed & illud, his uerbis:* Quidam cum & initiò uxorem habuiſſet in matrimonio, & ea amiſſa, deinde alteram ſibi adiunxiſſet dote utrinque ſuſcepta, procreatisque ex priore liberis humanis rebus exceſsit, ſecũda uxore etiamnum ſuperſtite. Volebat igitur ſecunda uxor datam à ſe dotem exigere freta priuilegio à nobis conceſſo: contradicebant ei ex prioribus nuptijs ſuſcepti filij prætendentes, & ipſi maternam dotem. Et in controuerſia erat, an priore uxore non amplius ſuperſtite, illius filios contra ſecundam dotem mouentes actionem admitti oporteret? Neque enim id priuilegij alijs uel hæredib. uel creditoribus, aut iam dedimus, aut adhuc damus præterquam ſolis filijs. Ac multæ cõtentiones ea in re exortæ ſunt, dicente ſecunda uxore, prioris uxoris doté marirũ, uel antequá ad ſecundas perueniſſet nuptias inſumpſiſſe, neq; iuſtũ eſſe, ut cũ maritus amplius in bonis reliquiſſe non inueniatur, quàm quâtum ad ſolá ſecundam dotem ſufficiat, ipſa propriam quidem dotem amittat, illi uerò iam conſumptam recipiant. At filij ius hypothecarum protulerunt, quod omninò ſi quid in bonis defunctus relinqueret, defunctę iam uxoris hypothecæ antiquiores eſſent, quàm ſecundæ. His itaq; in controuerſiá deductis illud ſanè in confeſſo, & noſtris iam expreſſum legib. eſt, quòd ſi quid ex reb. prioris, aut ſecũdæ doris appareat, id neceſſe ſit, aut prioris filios aut ſecundam uxorem, aut ſi & ipſa mortua ſit eius habere filios, ſingulos prout aliquid ſe in ea te iuris obtinere oſtéderint. Siquidé eo caſu & actio in ré, ſiue de dominio uindicando directè cõperit, ut unũquéque oportet obtinere, quod ſuum eſt, nullo indigens priuilegio. Si uerò nihil earũ rerũ quæ ad alterutram pertineant dotem appatear, aut quædá appareant, quædam deſiderétur, ſiue ſupetſtires ſint uxores, priore fortè matrimonio per diuortium ſoluto, & dotis exactione mulieri cõpetente, ſiue ambæ mortuæ ſint exiſtentibus filijs, ſiue altera ex his: potiorem eſſe in his quæ deſiderantur priorem, & ex ea progn atos filios antiquiorem dotem prætendentes. Idem dicere fas eſt, & de nepotibus & pronepotibus, & reliqua deinceps ſucceſsione cuiuſcunque ſexus ſint. Quemadmodum enim ſi duo debita ſint fiſcalia, neceſſe eſt, antiquius debitum potius eſſe poſteriore: ita & hoc caſu neceſſe eſt, priora priuilegia primæ doti tribui, & ſecunda ſecundæ, neque dotem præferre doti, neq; hypothecã hypothecæ: ſed quod antiquius eſt, & plus habet temporis, id manere propriam firmitatem & prærogatiuam obrinens. Nam tépora hypothecarum mutare, aut tollere nulla ratione ſuſtinemus. Atq; hęc dicimus, nõ quod ignoremus, alibi quoq; iſta in noſtra determinata eſſe legislarione: quia tamen omninò apud nos agitata ſunt, & diuerſas ea res quæſtiones habuit, propterea etiam ad præſentis legis condendę neceſsitatem deuenimus, non ut hoc primum tempore id ſanciremus, ſed ut omnibus id manifeſtius & clarius redderemus. *Propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi res dotales poſterioris dotis adhuc apud maritũ, eius'ue hæredes extent: tunc enim in ijs cauſa dotalis poſterior præfertur priori. quæ replicatio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* His itaq; in controuerſiam deductis, illud ſanè in confeſſo, & noſtris iam expreſſum legibus eſt, quòd ſi quid ex rebus prioris aut ſecundæ dotis appareat, &c. *Ait Imperator:* Noſtris iam expreſſum legibus eſt. *Scilicet l. 30. in princip. C. de iure dotium. cuius uerba uide* J. *ead. regul. in fine. replic. generali.* *Octaua exceptio eſt: Niſi creditoris alterius contractus antiquior ſit, quàm cauſa dotis.* *Hæc exceptio reprobatur l. 12. C. qui potiores in pignore. cuius uerba uide paulo ſuperius exceptione 6.* *Nona exceptio eſt: Niſi nuptiæ, quarũ cauſa dos data eſt, non ſint ſecutæ.* *Hæc exceptio* repro-

reprobatur l.2.§.fin.cum duabus legibus sequentibus. ff.de priuilegijs creditorum, his uerbis: Si sponsa dedit dotem,& nuptijs renunciatum est:tamersi ipsa dotem condicir, tamen æquum est,hanc ad priuilegium admitti,licet nullum matrimonium contractum est. Idem puto dicendum, etiamsi minor duodecim annis in domum quasi uxor deducta sir, licet nondum uxor sit.Interest enim reipublicæ,& hanc solidum consequi,ut ætate permittente nubere possit: Dabimusq; ex his causis ipsi mulieri priuilegium. *Decima exceptio est:Nisi maritus seruus apparuit. Et hæc exceptio reprobatur l.22.§.fin.ff.soluto matrimonio quē-ad.dos,his uerbis:* Si mulier in conditione mariti errauerit,putaueritq; esse liberum, qui seruus esser,concedi oportet, quasi priuilegium in bonis uiri mulieri: uidelicet, ut si sinr & alij credirores,hæc præferatur circa actionem de Peculio: ur tamen, si domino aliquid debeat seruus,non præferatur mulier:nisi in his tantum rebus,quæ uel in dotem datæ sunr,uel ex dote comparatę,quasi & hæc dotales sinr. *Vndecima exceptio est: Nisi cum seruus existeret maritus domino suo, quid debuit:in hoc enim mulier nō præfertur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam propositis hisce*: Vr tamen si domino aliquid debear seruus, non præferatur mulier: nisi in his,&c. *Duodecima exceptio: Nisi constante matrimonio dos repetatur. Hæc exceptio reprobatur l.29.C.de iure dotium,his uerbis*: Vbi adhuc matrimonio constituto maritus ad inopiā sit deductus, & mulier sibi prospicere uelit, resq; sibi supposiras, pro dote, & ante nuptias donatione,rebusq; exrra dotem constitutis tenere:non tantū mariti res ei tenēti,& super his ad iudicium uocatæ excepronis,præsidiū ad expellendum ab hyporheca credirorē secundū,præstamus:sed etiam si ipsa contra detentatores rerum ad maritum suum pertinētium,super ijsdem hypothecis aliquam actionem, secundum legū distinctionem moueat,non obesse ei marrimonium,adhuc constitutum sancimus:sed ita eam posse easdē res uindicare, uel à creditorib.posterioribus,uel ab alijs, qui non poriora iura legibus habere noscuntur, ut potuisset,si matrimoniū eo modo dissolurū esset,quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterat.Ira tamen,ur eadem mulier nullam habeat licētiam eas res alienandi uiuente mariro, & matrimonio inter eos constituto: sed fructibus earū ad sustentationem tam sui, quàm mariti filiorumq;,si quos habet, utatur: creditorib, scilicet marin,cōtra eum,eiusq; res, si quas fortè adquisierit,integra iura sua habentib. ipsis etiam marito & uxore post matrimonij dissolutionem, super dote & ante nuptias donatione,pro dotalium instrumentorum tenore,integro suo iure potituris. *Decimatertia exceptio est:Nisi non ipsam dotem, sed dotis augmentum mulier petat. Hæc exceptio approbatur Nouell.c.97.§.cæterùm si mulier, his uerbis*: Si mulier rem immobilem in bonis non habear, sed augmentum dotis in mobilibus conscribat:certa esto, quòd priuilegium habitura non sit, nisi in pristina dote duntaxat,non item in simultaneo fortè augmento.Nam quod initiò extitit, hoc in uniuersum omni suspicione solutum est: quod postea per machinationem accessit, inducit & præ se fert defraudandorum credirorum consilium:neq; ratione aliqua uolumus, ut homines per priuilegium à nobis concessum, dotibus oblædantur. *Propositæ exceptionis replicatio est:Nisi augmentum dotis in immobilibus rebus constituatur.quæ replicatio approbatur d.c.97.§.si res utrinq;,his uerbis*: Si res utrinque immobiles non sinr,uxor quidem omnino augmentum celebret in immobilibus, ut tam dos quàm augmentum: consimiliter ex omni parte contra antiquiores creditores priuilegium habeanr, scilicet accessione nullam in se recipiente controuersiam. Maritus uerò etiam in mobilibus augmentum facito: nihil enim exinde damni oritur. Cæterùm si mulier,&c. *Cætera,ut s̄.ead. except.in prin. Decimaquarta exceptio est: Nisi non dotem,sed ante nuptias donationem mulier petat. Hæc exceptio approbatur l.12.§.fin.C.qui potiores in pignore,his uerbis*: Hæc autem tantum ad dotem sancimus,non autem ante nuptias donationem,quam suo tempori seruire disponimus, & habere inter credirores sui temporis ordinem. non enim pro lucro fouemus mulieres, sed ne damnum patiantur, suisque rebus defraudentur curamus. *Ait Imp.*Hæc aurem. *Hæc quæ sint uide paulo superius except.6. Huic exceptioni uidetur contradicere l.29.C.de iure dotium.cuius uerba uide s̄. except.12. Decimaquinta exceptio est: Nisi paraphernalia, non dotem mulier petat. Hæc exceptio reprobatur d.l.29. ibi:Rebusq; extra dotem constitutis.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

¶ *Hactenus exceptiones contra dotis priuilegium propositæ sunt:earum aūt exceptionum replicatio generalis hæc est:Nisi res ipsæ dotales extent, uel res ex rebus dotalibus comparatæ.Nam in hisce rebus, prædictis exceptionibus non obstantibus, mulier priuilegium dotis retinet.quæ replicatio approbatur l.30.in princip.C.de iure dotium, his uerbis*: In rebus dotalibus, siue mobilibus, siue immobilibua, seu se mouentibus (si tamen extanr) siue æstimatæ, siue inæstimatæ sint, mulierem in ijs uindicandis omnem habere post dis-

ſolutum matrimonium prærogatiuam iubemus : & neminem creditorum mariti, qui anteriores ſunt, poſſe ſibi potiorem cauſam in ijs per hypothecam uendicare : cum eædem res & ab initiò uxoris fuerant, & naturaliter in eius permanſerunt dominio. Non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti uideatur fieri, ideo rei ueritas deleta uel confuſa eſt. Volumus itaque eam in rem actionem, quaſi in huiuſmodi rebus proprijs habere, & hypothecariam omnibus anteriorem poſſidere: ut ſiue ex naturali iure eiuſdem mulieris res eſſe intelligantur, uel ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perueniſſe: per utranque uiam ſiue in rem ſiue hyporhecariam, ei pleniſsimè conſulatur. *Propoſitæ replicationis exemplum proponitur l.22.§.fin.ff. ſoluto matrimonio. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 10. Aliud exemplum proponitur Nouell. r. 91. §. his itaq; in controuerſ. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 7. Hactenus de Priuilegio dotis quarta regula ſit dictum.*

V. *Regula. Pupillus tutelæ actione agens, cæteris præfertur creditoribus in bonis tutoris. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non pupillus, ſed eius hæres uel alius agat. quæ exceptio approbatur l. 41. ff. de adminiſtrat. tutor. his uerbis*: Ex pluribus tutoribus in ſolidum unum turorem iudex condemnauit: In rem ſuam iudicatus procurator datus, priuilegium pupilli non habebit, quod nec hæredi pupilli datur. Non enim cauſæ ſed perſonæ ſuccurritur, quæ meruit præcipuum fauorem. *Concordat l. 4. ibi: Ipſe autem. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: Ipſe pupillus habet priuilegium, ſed eius ſucceſſores non habent. *Secunda exceptio eſt: Niſi pupillus poſt pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius ſecutus, uſuras accepit. Hæc exceptio reprobatur l. 43. ff. de adminiſtration. tutor. his uerbis*: Si pupillus poſt pubertatem rarionibus à tutore accepris, reliquationem eius ſecutus, uſuras acceptauerit: priuilegium ſuum non amitrit, in bonis tutoris uenditis. Prætor enim priuilegium ei ſeruare debet. *Tertia exceptio eſt: Niſi non contra tutorem, ſed eum qui pro tutore negocia geſſit, agatur. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. de tutelæ & rationibus diſtrah. his uerbis*: Non ſolùm tutelæ priuilegium datur in bonis tutoris, ſed etiam eius qui pro tutela negocium geſſit, uel ex curatione pupilli, pupillæúe, furioſi furioſæúe debebit, ſi eo nomine cautum non ſit. *Concordat l. 4. §. 1. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: Si quis cum tutor nō eſſet pro tutore negocia geſsit, priuilegio locū eſſe manifeſtū eſt: nec intereſt ipſe debeat, qui geſsit, ſiue hæres eius, cæterique ſucceſſores. *Item concordat l. 7. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: Si negocium impuberis aliquis ex officio amicitiæ geſſerit, debet bonis eius uenditis, priuilegium pupillo conſeruari: & ita accepi. *Quarta exceptio eſt: Niſi non tutor, ſed eius defenſor ſit condemnatus. Et hæc exceptio reprobatur l. 22. ff. de tutelæ & rationibus diſtrah. act. his uerbis*: Defenſor tutoris condemnatus non auferet priuilegium pupilli. neq; enim ſpontè cum eo pupillus contraxit. *Quinta exceptio eſt: Niſi ſubſidiaria actione aduerſus magiſtratum, qui tutorem dedit, agatur. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. priuilegium. ff. de magiſtrat. conueniendis, biſce uerbis*: Priuilegium in bonis magiſtratus pupillus non habet, ſed cum cæteris creditoribus partem habiturus eſt.

VI. *Regula. Furioſus, prodigus & cæteri, qui curatores habent, idem priuilegium habent in bonis curatoris, quod pupillus in bonis tutoris. quæ regula approbatur l. 4. §. fin. cum duab. legib. ſequentibus. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: Aequiſsimum erit ad cæteros quoq;, quibus curator, quaſi debilibus, uel prodigis datur, uel ſurdo, uel muto, uel fatuo, idem priuilegium competere. *Concordat l. 15 ff. de curatoribus furioſo, his uerbis*: In curatoris bonis priuilegium furioſo furioſæúe ſeruatur. Prodigus etiam & omnes omninò, etiamſi in edicto non ſit eorum mentio, in bonis curatoris decreto, priuilegium conſequuntur. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi bonis curator datus ſit, uel abſenti. quæ exceptio approbatur l. 6 ff. de priuilegijs credit. his uerbis*: Sed ſi bonis datus ſit curator, uel abſentis uel ab hoſtibus capti, uel dum deliberant ſcripti hæredes de adeunda hæreditate. non oportet priuilegium dari. non enim in eadem cauſa eſt. *Altera exceptio eſt: Niſi uentri curator ſit datus. Hæc exceptio approbatur l. 8. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Si uentri curator datus ſit, nec partus editus, priuilegium ceſſabit.

VII. *Regula. Qui apud menſam numulariam depoſuit, ex hac cauſa agens, cæteris præfertur creditoribus. quæ regula approbatur l. 8. §. in bonis. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: In bonis menſularij uendundis, poſt priuilegia poriorem eorum cauſam eſſe placuit, qui pecunias apud menſam fidem publicam ſecuti depoſuerunt. *Concordat l. 7. §. quoties. ff. depoſiti, his uerbis*: Quoties foro cedunt numularij, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum: hoc eſt, eorum qui depoſitas pecunias habuerint, quas nō fœnore apud numularios, uel cum numularijs, uel per ipſos exercebāt: & ante priuilegia. Igitur ſi bona uenierint, depoſitariorū ratio habetur: dūmodò eorū qui uel poſtea uſuras acceperūt, ratio nō habeatur, quaſi renunciauerint depoſito. *Concordat item l. 8. ff. eod. tt. his uerbis*: Hoc

priuilegium exercetur non in ea tantũ quãtitate, quæ in bonis argentarij, ex pecunia deposita, reperta est, sed in omnibus fraudatoris facultatibus: idq; propter necessarium usum argentariorũ, ex utilitate publica receptum est. Planè sumptus causa, qui necessariò factus est, semper præcedit. nam deducto eo bonorum calculus subduci solet. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui pecuniam deposuit, usuras à numularijs acceperit. quæ exceptio approbatur l. 8. §. in bonis, ibi: Sed enim. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: Qui depositis numis, usuras à mensularijs acceperunt, à cæteris creditoribus non separantur, & meritò. Aliud est enim credere, aliud deponere. Si tamen numi extent, uindicari eos posse puto à depositarijs: & futurum eum qui uindicat, ante priuilegia. *Concordat l. 7. §. quoties, ibi: Dummodo eorum. ff. depositi. cuius uerba uide paulo superius. Secunda exceptio est: Nisi creditores sint priuilegiati. quæ exceptio constat ex d. §. in bonis, ibi: Post priuilegia. cuius uerba uide paulo superius ead. reg. in principio. Huius exceptionis replicatio est: Nisi is qui deposuit, uindicet numos quos deposuit, quiq; adhuc extant. nam hoc casu præfertur creditoribus priuilegiatis. quæ replicatio approbatur d. §. in bonis, ibi: Si tamen numi. cuius uerba uide paulo superius exceptione proxima. Tertia exceptio est: Nisi & alij sint depositarij: his enim non præfertur, sed cum illis concurrit. quæ exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. depositi, his uerbis*: Quæritur, utrum ordo spectetur eorum, qui deposuerunt, an uerò simul omnium depositariorum ratio habeatur: & constat simul admittendos. hoc enim rescripto principali significatur. *Quarta exceptio est: Nisi sumptuum causa sit: hæc enim depositarijs præferenda. quæ exceptio approbatur l. 8. in fine. ff. depositi. cuius uerba uide paulo superius ead reg. in prin.*

VIII. Regula. *De eo qui in funus credidit, uel impendit. Hic cæteris præfertur. quæ regula approbatur l. penultim. ff. de religiosis & sumptibus funerum, his uerbis*: Impensa funeris semper ex hereditate deducitur, quæ etiam omne creditum solet præcedere, cum bona soluendo non sunt. *Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi in alterius non in eius funus, de cuius bonis agitur, impensum sit. quæ exceptio reprobatur l. 2. in principio. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: Quæsitum est, utrum ita demum priuilegiũ habeat funeraria, si is cuius bona ueneunt, funeratus sit, an etiam si proponas alium esse funeratum, & hoc iure utimur, ut quicunque sit funeratus, id est, siue is cuius de bonis agitur, siue quid is debuit, quod reddere eum si uiueret funeraria actione cogi oporteret: priuilegio locus sit. *Altera exceptio est: Nisi alia, quàm funeraria actione, sumptus repetatur. Et hæc exceptio reprobatur ibidem, his uerbis*: Paruique referre dicamus, qua actione hic sumptus repetatur funeraria, an familiæ Erciscundæ, an qua alia, dummodò sumptus funeris causa factus sit. Quacunque igitur actione ob funeris sumptum utatur, etiam funerariam ei competere. Quare si in stipulatum funeris impensa deducta sit, dicẽdum est, locum esse priuilegio, si modò quis non abijciendi priuilegij causa stipulatus sit.

IX. Regula. *De eo qui rem uindicat. Is in ea re, si modè extat, potior est. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s. regul. 4. in fine. item regul. 7. except. 2. Huius etiam exemplum proponitur l. 11. in prin. ff. ut in possess. leg. cuius uerba uide in Cõment. de Legatis capite 23. causa 1. except. 5.*

X. Regula. *De eo qui in rem conseruandam uel reficiendam credidit. Hic potior habebitur. quæ regula approbatur l. 1. ff. de cessione bonorum, his uerbis*: Creditori, qui ob restitutionem ædificiorum crediderit, priuilegium exigendi datur. *Concordat l. 8. §. 1. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis*: Diuus Marcus ita edixit: Creditor, qui ob restitutionem ædificiorum crediderit, in pecunia, quæ credita erat, priuilegium exigendi habebit: quod ad eum quoque pertinet, qui redemptori domino mandante pecuniam subministrauit. *Concordat l. 25. ff. si certum petatur, his uerbis*: Creditor qui ad restitutionem ædificiorum credidit, in pecuniam quam credidit, priuilegium exigendi habebit. *Concordat item l. 1. ff. ex quibus causis pignus contrah. his uerbis*: Senatusconsulto, quod sub Marco Imperatore factum est, pignus insulæ creditori datum, qui pecuniam ob restitutionem ædificij extruendi mutuam dedit. Ad eum quoque pertinebit, qui redemptori domino mandante, numos administrauit. *Concordat insuper l. 5. cum lege sequente. ff. qui potiores in pignore, his uerbis*: Interdum posterior potior est priore: utputa si in rem istam conseruandam impensum est, quod sequens credidit: ueluti si nauis fuit obligata, & ad armandam eam uel reficiendam ego credidero. Huius enim pecunia saluam fecit totius pignoris causam. Quod poterit quis admittere, & si in cibaria nautarum fuerit creditum, sine quibus nauis salua peruenire non poterat. Item si quis in merces obligatas crediderit, uel ut saluæ fiant, uel ut naulum exoluatur: potentior erit, licet posterior sit. nam & ipsum naulum potẽtius est. Tantundem dicetur, & si merces horreorum, uel areæ, uel uecturæ iumentorum debetur. nam & hic potior erit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi mulier dotem repetat. hæc enim præfertur ei qui in rem conseruandam credidit. quæ exceptio approba-*

tur Nouell. constitution. 97. §. his consequens, cum sequentibus. cuius uerba uide §. eod. cap. regula quarta, except. 3.

X I. *Regula. De eo qui in nauem extruendam, instruendam, uel emendam credidit: hic cæteris præfertur creditoribus. Quæ regula approbatur l. 10. ff. de priuilegijs creditor. his uerbis*: Qui in nauem extruendam, uel instruendam, uel etiam emendam crediderit, priuilegium habet. *Concordat l. 18. ff. eod. tit. his uerbis*: Quod quis nauis fabricandæ, uel instruendæ causa, uel quoquo modo crediderit, uel ob nauem uendiram petat: habet priuilegiũ post fiscum. *Plura uide §. reg. prox.*

XII. *Regula. De eo qui redemptori neu is uel ædiũ reficiendarum domino mandante pecuniam soluit uel ministrauit: & hic potior habetur. quæ regula approbatur l. 8. §. 1. ff. de priuilegijs creditorum. & l. 1. in fine. ff. ex quib. causis pignus contrah. quarum legũ uerba uide paulo superius reg. 10.*

XIII. *Regula. De eo cuius pecunia res est comparata. Et hic potior erit. quæ regula approbatur l. 7. in prin. ff. qui pot. in pign. his uerbis*: Item potentior erit pupillus, si ex numis eius fuerit res cõparata. Quare si duorum pupillorũ numis res fuerit comparata, ambo in pignus concurrent pro his portionibus, quæ in rei precium fuerint expensæ. *Concordat l. 3 in prin. ff. de rebus eorum, qui sub tutela. his uerbis*: Si pecunia alrerius pupilli, alteri pupillo fundus sit comparatus, isque pupillo uel minori traditus sit, an pignoris obligationem possit habere is, cuius pecunia fundus fuit emptus? & magis est, ut saluum sit ius pignoris, secundum constitutionem Imperatoris nostri, & diui patris eius ei pupillo, cuius pecunia comparatus est fundus. *Concordat item l. 7. C. qui potiores in pignore habeantur, his uerbis*: Licet ijsdem pignorib. multis creditoribus diuersis temporibus datis priores potiores habeanrur: tamen eum cuius pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter statim conuenit, omnibus anteferri iuris authoritate declaratur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non nominatim ipsi, cuius pecunia res est comparata, pignori obligata sit. Quæ exceptio elicitur ex uerbis iam dictis hisce*: Quod ei pignori esse specialirer statim conuenit. *Sed & approbatur l. 17. C. de pignoribus & hypothecis, hisce uerbis*: Quamuis ea pecunia, quã à te mutuo frater tuus accepit, comparauerit prędium: tamen nisi specialiter, uel generaliter hoc tibi obligauit, tuæ pecunię numeratio in causam pignoris non deduxit. Sanè personali actione debitum apud Prĉsidem petere nõ prohiberis. *Concordat item Nouell. constit. 136. de argentariorum contractibus. §. porrò neque, his uerbis*: Si argentarij cuipiam mutuentur, aut etiam præterito tempore mutuati sint, ad nonnullarum mobilium, aut immobilium rerum emptionẽ, & certam auri summam dederint: constiruimus, ut prorsus ipsi ea in re potiora iura habeant, neque distortione aliqua tenteñrur, sed simulac ostenderint suis pecunijs eam rem comparatam esse, neque possint debitores pecunia ipsis numerata satisfacere, res istiusmodi pecunijs empta perinde ipsis addicatur, quasi reuera ab ipsis emptio celebrata foret, & nuda emptoris appellatio fuisset adposita. Neque enim iustum est, ut qui tam largiter pecunias suas profundunt, non item primum & extra omnem controuersiam positum ordinem in rebus sua pecunia comparatis teneant: duntaxat si in contractibus scriptura interueniente celebratis, hypothecæ aliqua facta sit mentio: hoc nanque si obseruauerint, totum habituri sunt, quod à nobis petierunt. Imò uerò etiam amplius quàm petierunt. Si quidem omnibus præstantiora ipsis iura in ijs rebus concedimus, quæ ipsorum pecunijs emptæ probantur. *Planè eo casu quo res comparata creditori nominatim pignori obligata non est, eius quod credidit habet uindicationem: quod replicationis loco notandum. quæ replicatio in Argentarijs quidem approbatur ibidem, his uerbis*: Si tamen contractus factus sit, aut fiat, nulla scriprura interueniente, ipsiq́; argentarij, uel pecuniam numeratam dederint, uel (quod maximè apud argentariæ mensæ præpositos fieri consueuit) species aliquot mundi fortè muliebris, aut argenti quod ob eiusmodi datur, ueditur ue, pro quo tamen precium nondum perceperint: tunc liceat ipsis hæc tanquam sua uindicare, & si hypothecarium ius in ijs non habeanr. Neque enim illi possidebunt aliena, & cum aurum pro precio non soluerint, frustrà detinebunt ea quæ ipsis ab alijs tradita sunt, sed siue ad hæredes transmiserint, hæredes eorum pro ipsis uel ipsa data reddẽt, siue ad hæredes non peruenerint, licebit hæc ipsis uindicare nulla contra ipsos hypotheca in eorum rebus, quæ per alios fortè quæsitæ sunt, ualitura. *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi mulier ex causa dotis agat: hæc enim prefertur. quæ exceptio approbatur Nouell. constitution. 97. §. his consequens, cum sequentibus. cuius uerba uide §. eod. capite, regula quarta, exceptione tertia.*

Tertia exceptio est: Nisi res non in totum alicuius pecunia sit comparata: tunc enim cum alijs creditoribus antiquioribus concurrit. quæ exceptio approbatur l. 7. §. quòd si res. ff. qui potiores in pignore, his uerbis: Quòd si res non in totum ex numis cuiusdam comparata est, erit concursus utriusque creditoris: id est, & antiquioris & eius

eius cuius numis comparata est.

Qgarta exceptio est: Nisi fisco uel imperatori ob non solutas pensiones idem debitor teneatur: hoc enim casu uidetur is, cuius pecunia res est comparata, postponendus. Sed hæc exceptio reprobatur l. ult. §. ult. ff. d. tt. his uerbis: Negociatori marmorum creditor sub pignore lapidum, quorum precia uenditores, ex pecunia creditoris acceperant, numerauit: idem debitor cōductor horreorum Cęsaris fuit: ob quorum pensiones aliquot annis non solutas, procurator exactioni præpositus ad lapidum uenditionem officium suū extendit: quæsitum est, an iure pignoris eos creditor retinere possit? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse.

XIIII. *Regula. De eo cui res pignori obligata est. Hic in ea re cæteris creditoribus potior est. quæ regula approbatur l. 9. C. qui potiores in pignore, his uerbis:* Eos qui acceperūt pignora, cum in rem habeāt actionem, priuilegijs omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri constitit. *Concordat l. 6. §. unde siquidem. C. de bonis auth. iud. possid. cuius uerba uide s. Lib. 6. cap. 6. reg. 2. Huius regulæ exceptio prima esse uidetur: Nisi pignus prætorium sit, non conuentionale. Hæc exceptio reprobatur l. 4. C. qui potiores in pignore, his uerbis:* Cum Rempub. Heliopolitanorum propter emolumentum sententiæ in rerum tam hæredis, quàm hæreditariarum possessionem missam esse proponas: intelligis quamuis pater tuus cum Sosiano coutraxerit, tamen si personali actione eum habuerit obligatum, præponi rempub. iure pignoris, quæ ex authoritate eius, qui iubere potuit, seruandi iudicati causa occupauit. *Secunda exceptio est: Nisi cum hæres rem hæreditariam pignori obligasset, creditor hæreditarius separationem impetrauerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. sciendum. ff. de separationibus, his uerbis:* Sciendum est, etiamsi res obligata esse proponetur, ab hęrede pignoris iure uel hypothecæ: attamen si hæreditaria fuit, iure separationis hypothecario creditore, potiorem esse eum, qui separationem impetrauerit: & ita Seuerus & Antoninus rescripserunt. *Tertia exceptio est: Nisi alius damni infecti nomine, in possessionem missus sit. Hæc exceptio approbatur l. 12. ff. de damno infecto, his uerbis:* His qui pignori rem acceperunt, potior est is cui damni infecti non cauetur, si possidere, & per longum tempus rem capere, ei permissum fuerit. *Quarta exceptio est: Nisi alius seruū pignori obligatum ab hostibus redemit. hic enim præfertur hypothecario creditori. quæ exceptio approbatur l. 12. §. si pignori ff. de captiuis. cuius uerba uide s. Quinta exceptio est: Nisi alius creditor priuilegium habeat. Hæc exceptio iuxta interpretationem Accursij reprobatur l. 21. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis:* Antiochensium Cœlæ Syriæ ciuitati, quod de lege sua priuilegium in bonis defuncti debitoris accepit, ius persequendi pignoris durare constitit. *Sexta exceptio est: Nisi & alij prius ea res pignori fuerit obligata. Hæc exceptio cum suis replicationibus proponetur aliquando in loco de Pignoribus uel actione Hypothecaria. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones ibidem proponentur.*

XV. *Regula. De eo qui prius egit, & debitum accepit. Hic cæteris creditoribus postea agentib. præfertur. Hæc regula approbatur l. 22. §. & si præfatam, ibi: Et eis satisfaciant. C. de iure deliberandi, his uerbis:* Eis satisfaciant, qui primi uenlāt creditores: & si nihil reliquum est, posteriores uenientes repellantur. *Concordat l. 10. ff. de re iudicata, his uerbis:* Inter eos quibus ex eadem causa debetur occupantis melior conditio est: nec deducitur, quod eiusdem conditionis hominibus debetur, sicuti fit in actione de Peculio. nam & hic occupantis melior causa est. Sed & si cum patre, patronóue agetur, non est deducendum æs alienum: maximè quod eiusdem conditionis personis debebitur, ut liberis, libertisq;. Id quoq; qui ex causa donationis cōuenitur, in quantum facere potest condemnatur: & quidem is solus deducto ære alieno. Et inter eos quibus ex simili causa pecunia debetur, occupantis potior erit causa. Imò nec totum quod habet extorquendum ei Paulus putat, sed & ipsius ratio habēda est ne egeat. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex causa donationis prius agatur donatore soluendo non existente: tunc enim deducitur æs alienum cæterorum. quæ exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Et quidem is solus deducto ære alieno. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi & alijs ex causa donationis debeatur: tunc enim istorum æs alienum non deducitur, sed prius agentis, seu occupantis melior est conditio. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et inter eos quibus ex simili causa pecunia debetur, occupantis potior erit causa. *Concordat l. 98. ff. de regulis iuris, his uerbis:* Quoties in utriusque causa lucri ratio uertitur, is præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcedit. *Altera exceptio est: Nisi & alij superueniant, antequam prior suum sit consecutus. Hæc exceptio uidetur approbari l. 61. ff. de re iudicata, his uerbis:* In iudicati actione non prius ratio haberi debet eius, cui prior reus condemnatus fuerit. *Tertia exceptio est: Nisi legatarij uel posteriores creditores prius egerint suūq; sint consecuti. hoc enim casu potiores credit. illis quod acceperint poterunt auocare. quæ exceptio approbatur l. 22. §. sin uerò creditores, usq; ad §. in computatione. C. de iure deliberandi, his uerbis:* Si creditores, qui & post emensum patrimonium, necdum, &c.

Plura de regula proposita dicentur in Alienatione in fraudem creditorum facta.

XVI. Regula. *De legatarijs. Hi posteriore loco habentur, & cæteris omnibus postponuntur. Quæ regula approbatur l. 4. in fine. ff. de separationibus, his uerbis:* Legatarios in ea tantum parte, quę de bonis seruari potuit, habere pignoris causam conuenit. *Concordat l. 6. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. quæstione 1. causa 1. exceptione 10. Concordat l. 23. ff. quæ in fraudem cred. his uerbis:* Primo gradu scripti hæredes, cum animaduerterent bona defuncti uix ad quartam partem æris alieni sufficere, famæ defuncti seruandæ gratia, ex consensu creditorum authoritate Præsidis prouinciæ, secundum constitutionem ea conditione adierunt hæreditatem, ut creditoribus duntaxat partem præstarent: quæsitum est, an manumissi testamento, & libertates & alimenta consequi possint? Scæuola respondit, libertates quidem, si in fraudem creditorum datæ non essent, competere: legata uerò, si soluendo hæreditas nō esset, non deberi. *Concordat item l. 22. §. sin uerò creditores. C. de iure deliberandi. Concordat item l. 5. §. postquam. ff. ut in possessione legatorum, his uerbis:* Postquam rei seruandæ causa creditores possidere cœperunt, legatorum seruandorum gratia missus in possessionem, creditoribus porior non habetur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi libertates relictæ sint. hæ enim peti possunt, quamuis hæreditas nō sit soluendo. quæ exceptio approbatur iam dictis uerbis hisce:* Scæuola respondit, libertates quidem, si in fraudem creditorum datæ non essent, competere, &c. *Altera exceptio est: Nisi non defuncti, qui legauit, sed hæredis, à quo legatum est, bona ueneant, uel soluendo non sint: hoc enim casu legatarij cum cæteris creditoribus admittuntur. quæ exceptio approbatur l. 1. C. de bonis auth. iud. possid. his uerbis:* In bonis mortui poriorem esse causam legatariorum, qui eum utpote hæredē conuenire potuerunt, quàm eorum quibus ipse hæres legauit manifestum estq́: cū prius legatum, quasi æs alienum exigatur: legatū autem à mortuo relictum post debiti detractionem inducatur. *Concordat l. 11. §. fin. ff. ut in possess. leg. his uerbis:* Si rei seruandæ causa, in possessionem missus sit proprius creditor hęredis, & rei per fideicommissum mihi relictæ adeptus fuerit possessionem: nihil me lædi exinde oportere, conuenit non magis quàm si ab ipso hærede eam rem pignori accepisset.

XVII. Regula. *De ijs quorum pecunia ad priuilegiatos creditores peruenit. Hi quoq; idem habent priuilegium, quod ij quibus succedunt. quæ regula approbatur l. 8. §. eorum ratio. ff. de priuilegijs creditorum, his uerbis:* Eorum ratio creditorum prior est, quorum pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit. Peruenisse autem quemadmodum accipimus, utrum si statim profecta est ab inferioribus ad priuilegiarios? an uerò & si per debitoris personam: hoc est, si ei antè numerata sit, & sic debitoris facta creditori priuilegiario numerata: quod quidem potest benignè dici, si modò non post aliquod interuallum id factum sit. *Concordat l. 2. ff. de cessione bonorum, his uerbis:* In personalibus actionibus, qui postea quidē contraxerant, uerùm ut pecunia eorum ad priores creditores perueniat, in locum eorum succedunt. *Concordat l. ult. C. de priuilegio fisci, cuius uerba uide s̄. reg. 2. Item concordat l. 12. §. si simpliciter, in fine. ff. qui potiores in pignore. item l. 6. C. eod. tt. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non statim, sed post aliquod interuallum pecunia ad creditorem priuilegiarium peruenerit. quæ exceptio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Peruenisse autem, &c. *Secunda exceptio est: Nisi actio uel priuilegium non cedatur. quæ exceptio approbatur l. 3. C. de priuilegio fisci. cuius uerba uide s̄. eod. cap. reg. 1. in prin.*

XVIII. Regula. *De hærede creditoris priuilegiarij. Hic quoq; idem priuilegium habet, quod habuit defunctus. quæ regula approbatur l. 10. ff. qui potiores in pignore, his uerbis:* Si & iure iudicatum, & pignus in causa iudicati ex authoritate eius, qui iubere potuit, captum est: priuilegijs tēporis fortior est hæres eius, in cuius personam pignus constitutum est.

XIX. Regula. *Si plures sint creditores, idem priuilegium habentes, concurrunt, nec potiores sunt tempore priores. quæ regula approbatur l. 16. ff. de pri cred. his uerbis:* Priuilegia non ex tempore æstimantur, sed ex causa: & si eiusdē tituli fuerint, concurrunt: licet diuersitates tēporis in his fuerint. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi duo ex causa dotis agant: tunc enim prioris dotis causa potior habetur. quæ excep. approbatur per ea quæ habentur s̄. reg. 4. except. 7.*

XX. Regula. *Si nulli sint creditores priuilegiarij: tunc omnes ex æquo pro rata admittuntur. quæ regula approbatur l. 6. in fine. C. de bonis auth. iud. possid. cuius uerba uide s̄. Lib. eod. cap. 6. quæst. 6. reg. 2. Concordat l. 16. ff. de priuilegijs creditor. cuius uerba uide s̄. reg. prox.*

DE SEPARATIONIBUS. Cap. X.

I. CAVSAE SEPARATIONIS petendæ ac impetrandæ.

P*Rima causa. Si hæres debitoris defuncti soluendo non sit: creditores hæreditarij contra creditores hæredis, separationem bonorum impetrare possunt. quæ causa approbatur l. 1. in prin. ff. de separationibus, his uerbis:* Solet separatio permitti creditoribus ex his causis: utputa debitorem

quis

quis Seium habuit, hic decesſit hæres ei extitit Titius, non eſt hic ſoluendo: patitur bonorum uenditionem: creditores Seij dicũt bona Seij ſufficere ſibi, & dicunt creditores Titij contentos eſſe debere bonis Titij: & ſic quaſi duorum fieri bonorum uenditionem. Fieri enim poteſt, ut Seius quidẽ ſoluendo fuerit, potueritque creditoribus ſuis, uel ita ſemel & ſi non in aſſem, in aliquid tamen ſatisfacere: admiſsis autem cõmiſtisque creditoribus Titij minus ſunt conſecuturi, quia ille non eſt ſoluendo, aut minus conſequentur: quia plures ſunt hi creditores. Eſt igitur æquiſsimum creditores Seij deſiderantes ſeparationem audiri, impetrareq́; à Prætore, ut ſeperatim quantumcunque creditoribus præſtetur. Ex contrario autem creditores Titij non impetrabunt ſeparationem. nam licet alicui adijciendo ſibi creditorem, creditoris ſui conditionem facere deteriorem. At qui adijt hæreditatem debitoris mei, non faciet conditionem meam deteriorẽ adeundo: quia licet mihi ſeparationem impetrare. Suos uerò creditores onerauit, dum adijt hæreditatem, quæ ſoluendo non eſt, nec poterunt creditores eius ſeparationem impetrare. *Concordat l. 7. in fine. C. de bonis auth. iud. poſs. Propoſitæ cauſæ, ſeu regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi creditores hæreditarij hæredis perſonã qualiter qualiter ſunt ſecuti quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. ſi quis pignus, his uerbis:* Si qs pignus ab hærede acceperit, non eſt ei concedenda ſeparatio, quaſi eum ſecutus ſit. neque enim ferendus eſt, qui qualiter qualiter, eligentis mente tamen, hæredis perſonam ſecutus eſt. *Huius exempla uide). in Exceptionibus ſequentibus. Huius exceptionis replicatio prima uidetur eſſe: Niſi cum plures eſſent creditores hæreditarij, quidam hæredis perſonam ſecuti ſint, quidam uerò ſeparationem impetrauerint: hoc enim caſu uidetur, quod etiam ij qui hæredis perſonam ſecuti ſunt, ad ſeparationem ſint admittendi: uerùm replicatio iſta reprobatur d. l. 1. §. quæſitum, his uerbis:* Quæſitum eſt, ſi fortè plures ſint creditores, quidam ſecuti hæredem, quidam non ſecuti: & hi qui hæredem ſecuti non ſunt, impetrauerint ſeparationem: an eos ſecum admittant, qui ſecuti ſunt? & putat Vlpianus nihil eis prodeſſe. hos enim cum creditorib. hæredis numerandos. *Altera replicatio eſt: Niſi non eligentis mente perſonam hæredis ſecutus ſit, ſed ex neceſsitate illum in ius uocauerit. quæ replicatio approbatur uerbis ſupradictis hiſce:* Eligentis mente tamen. *Concordat l. ult. ff. de ſeparationibus, his uerbis:* Qui iudicium dictauerunt hæredi, ſeparationem, quaſi hæreditarij poſſunt impetrare: quia ex neceſsitate hoc fecerunt. *Item concordat l. 2. in fine. C. de bonis author. iudic. poſſid. his uerbis:* Eſt iuriſdictionis tenor promptiſsimus, indemnitatiſque remedium edicto Prætoris creditoribus hæreditarijs demonſtratum, ut quoties ſeparationem bonorum poſtulant, cauſa cognita impetrent. Præoptabis igitur conuenientem deſiderij tui fructum, ſi te non hæredum fidem ſecutum, ſed ex neceſsitate ad iudicium eos prouocare, demonſtraueris. *Secunda exceptio eſt: Niſi creditor debitum ab hærede nouandi animo ſit ſtipulatus. Hæc exceptio ſpecies eſt præcedentis exceptionis, & approbatur l. 1. §. illud ſciendum. ff. de ſeparationibus, his uerbis:* Illud ſciendum eſt, eos demum creditores poſſe impetrare ſeparationem, qui non nouandi animo ab hærede ſtipulati ſunt. Cæterùm ſi eum hoc animo ſecuti ſunt, amiſerunt ſeparationis commodum: quippe cum ſecuti ſunt nomen hæredis, nec poſſunt iam ſe ab eo ſeparare, qui quodammodo eum elegerunt. Sed & ſi uſuras ab eo ea mente, quaſi eum eligendo exegerint, idem erit probandum. Item, quæritur, ſi ſatis acceperunt ab eo, an impetrent ſeparationem: & non putat Vlpianus. hi enim ſecuti ſunt eum fortè quem nouerunt. Quid ergo ſi ſatis idoneum non acceperunt, ſibi imputent, cur minus idoneum fideiuſſorem acceperint. *Tertia exceptio eſt: Niſi ab hærede uſuras acceperit creditor. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed & ſi uſuras ab eo ea mente, quaſi eum eligendo exegerint, idem erit probandum. *Quarta exceptio eſt: Niſi creditores ab hærede ſatis acceperint. Hæc except. approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Item, quæritur ſi ſatis acceperunt ab eo, an impetrent ſeparationem, &c. *Quinta exceptio eſt: Niſi pignus ab hærede creditor acceperit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. ſi quis pignus. cuius uerba uide ſ. except. 1. Sexta exceptio eſt: Niſi bona hæreditaria hæredis bonis mixta ſint. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. præterea. ff. de ſeparationibus, his uerbis:* Sciendum eſt, poſteaquã bona hæreditaria bonis hæredis miſta ſunt, non poſſe impetrari ſeparationem. cõfuſis enim bonis & unitis ſeparatio impetrari non poteſt. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi bona rurſus ſeparari poſsint. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Quid ergo ſi prædia extent, uel mancipia, uel pecora, uel aliud quod ſeparari poterit: hic utiq; poterit impetrari ſeparatio. Nec ferẽdus eſt, qui cauſatur bona cõtributa, cũ ꝑdia cõtribui nõ poſſint, niſi ita cõiunctæ poſſeſsiones ſint, & ꝑmiſtę ꝓprijs, ut impoſsibilẽ ſeparationẽ effecerint: quod quidem perrarò contingere poteſt. *Septima exceptio eſt: Niſi hæreditas ab hærede uendita ſit. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. de ſeparationibus, his uerbis:* Ab hærede uendita hære-

hæreditate separatio frustrà desiderabitur: utiq; si nulla fraudis incurrat suspicio. nam quæ bona fide medio tempore per hæredem gesta sunt, rata conseruari solent.

Octaua exceptio est: Nisi intra quinquennium ab adita hæreditate separatio non sit desiderata. Hæc exceptio approbatur l.1.§.quod dicitur. ff. de separationibus, his uerbis: Quod dicitur post multum temporis separationem impetrari nõ posse, ita erit accipiendum, ut ultra quinquennium post aditionem numerandum separatio non postuletur. *Nona exceptio est: Nisi creditoribus, qui separationem petunt, in diem uel sub conditione debeatur. Hæc exceptio reprobatur l.4.ff.eod.ti.his uerbis*: Creditoribus quibus ex die uel sub conditione debetur, & propter hoc nõdum pecuniam petere possunt, æquè separatio dabitur: quoniam & ipsis cautione communi consulitur. *Decima exceptio est: Nisi ijs qui separationem petunt, ex causa legati debeatur. Et hæc exceptio reprobatur l.6. in prin.ff.eod.tt.his uerbis*: Quoties hæredis bona soluendo non sunt, non solùm creditores testatoris, sed etiam eos quibus legatũ fuerit, impetrare bonorũ separationẽ æquũ est: ita ut cũ creditorib. solidũ adquisitũ fuerit, legatarijs uel solidum uel portio quæratur. *Concordat l.39.ff.de actionibus & obligationibus, his uerbis*: Hæreditariarum actionũ loco habentur & legata, quamuis ab hærede cœperint. *Vndecima exceptio est: Nisi ei qui separationem petit, debeatur ex causa fideiußionis, qua apud eum defunctus pro hærede fideiusserat: hoc enim casu cum & heres principaliter actori sit obligatus, & causa fideiußionis per successionem extincta: uidetur separatio deneganda. uerum exceptio hæc reprobatur l.3.ff.de separationibus, his uerbis*: Debitor fideiussori hæres extitit, eiusq; bona uenierunt: quamuis obligatio fideiussionis extincta sit, nihilominus separatio impetrabitur, petente eo cui fideiussor fuerat obligatus, siue solus sit hæreditarius creditor, siue plures. neque enim ratio iuris, quæ causam fideiussionis propter principalem obligationem, quæ maior fuit, exclusit, damno debet afficere creditorem, qui sibi diligenter prospexerat. Quid ergo si bonis fideiussoris separatis solidum ex hæreditate stipulator consequi non posit: utrum portio cum cæteris hæredis creditoribus exequenda erit, an contentus esse debebit bonis quæ separari maluit? Sed cum stipulator iste non adita à reo fideiussoris hæreditate bonis fideiussoris uenditis in residuum permisceri debitoris creditoribus potuerit: ratio non patitur eum in proposito submoueri. Sed in quolibet alio creditore, qui separationem impetrauit, probari commodius est: ut si solum ex hæreditate seruari non posit, ita demum aliquid ex bonis hæredis ferat, si proprij creditores hęredis fuerint dimissi. Quod sine dubio admittendum est circa creditores hæredis dimissis hæreditarijs. *Duodecima exceptio est: Nisi aduersus fiscum uel municipes separatio petatur. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.sciendum, in fine.ff.de separationibus, his uerbis*: Sed etiam aduersus fiscum & municipes impetratur separatio. *Hactenus prima separationis causa cum suis exceptionibus est proposita.*

Secunda causa. Si defunctus non fuit soluendo, uidebatur exemplo causæ præcedentis creditores hæredis petere posse, ut bona defuncti ab hæredis debitoris sui bonis separentur: uerùm hæc causa reprobatur l.1. §.ex contrario ff. de separationibus. cuius uerba uide § causa proxima, in principio. Planè admitti uidetur causa proposita primùm. Si hæres in fraudem creditorum suorum hæreditatem damnosam adijt. quæ tamen distinctio reprobatur d.l.1.§.quæsitum est, his uerbis: Quæsitum est, an interdum etiam hæredis creditores posint separationem impetrare, si fortè ille in fraudem ipsorum adierit hæreditatem: sed nullũ remediũ est proditum. Sibi enim imputent, qui cum talibus contraxerunt: nisi extra ordinem putemus, Prætorem aduersus calliditatem eius subuenire, qui talem fraudem commentus est, quod non facilè admissum est. *Secundò admittitur causa proposita. Si hæres coactus fuit damnosam hæreditatem adire. quæ distinctio approbatur d.l.1.§.sed si quis suspectam, his uerbis*: Si quis suspectam hæreditatem dicens compulsus fuerit adire, & restituere, deinde non sit cui restituat, ex quibus casibus solet hoc euenire: & ipsi quidem desideranti succurri sibi aduersus creditores hæreditarios subueniemus. Hoc & diuus Pius rescripsit, ut perinde testatoris bona uenirent, atque si adita hæreditas non fuisset. Creditoribus quoque huiusmodi hæredis desiderantibus hoc idem præstandum puto, licet idem ipse non desiderauit, ut quasi quædam separatio præstetur.

Tertia separationis causa est. Si libertus liberta ue damnosam adijt hæreditatem: hoc enim casu patronus eius separationem petere potest. quæ causa approbatur l.6.§.si liberta.ff. de separationibus, his uerbis: Si liberta hæres instituta bonorum possessionem secundum tabulas petijsset eius, qui soluendo non erat: quæsitum est, an bona eius separari ab hæreditarijs debeant? Iulianus respondit, non esse iniquum succurri patrono ne oneretur ære alieno, quòd liberta petendo bonorum possessionem secundum tabulas contraxerit.

Quarta causa est. Si seruus à domino, qui soluendo non est, liber hæresq; esse iussus sit: hic enim, ut

sua

sua bona à bonis domini separentur, impetrare potest. quæ causa approbatur l. 1. §. fin. ff. de separationibus, his uerbis: Sciendum est necessarium hæredem seruum cum libertate institutum impetrare posse separationem: scilicet, ut si non attigerit bona patroni in ea causa sit, ut ei quidquid postea adquisierit separetur. Sed & si quid ei à testatore debetur.

Quinta causa. Filiofamiliâs, qui castrense peculium habet, non soluẽdo existente, creditores castrenses & cæteri separationem bonorum castrensium & & aliorum petere possunt. quæ causa approbatur l. 1. §. si filijfamiliâs. ff. de separationibus, his uerbis: Si filijfamiliâs bona ueneant, qui castreose peculium habet: an separatio fiat inter castrenses, cæterosque creditores uideamus? Simul erga admittentur, dummodò si qui cum eo contraxerint antequam militaret, fortè debeant separari: quod Vlpianus putat probandum. Ergo qui ante contraxerunt si bona castrensia distrahantur, non possunt uenire cum castrensibus creditoribus. Item si quid in rem patris uersum est, fortasse poterit & creditori contradici, ne castrense peculium inquietet, cum possit potius cum patre experiri. *Hactenus de causis separationis sit dictum.*

II. QVI ET ADVERSVS quos, separationem petere possint.

Prima regula huius loci proponitur l. 1. §. item uideamus. ff. de separationibus, his uerbis: Videmus si quis hæres parenti extiterit cum esset impubes, deinde intra pubertatem decesserit, & substituti bona ueneant, qui impuberis hæreditatem adijt, an patris creditores possint separationem impetrare: & Vlpianus putat posse. Hoc amplius putat etiam impuberis creditores posse separationem aduersus creditores hæredis eius impetrare.

Altera huius loci regula proponitur d. l. 1. §. secundum hæc, his uerbis: Videamus si Primus Secundum hæredem scripserit, Secundus Tertió, & Tertij bona ueneant: qui creditores possint separationem impetrare: & putat Vlpianus siquidem Primi creditores petant, utiq; audiendos: sed aduersus Secundi & aduersus Tertij creditores. Si uerò Secundi creditores petant aduersus Tertij, utiq; eos impetrare posse, aduersus Primi autem non posse. In summa Primi quidem creditores aduersus omnes impetrare possunt separationem: Secundi creditores aduersus Primi non possunt, aduersus Tertij possunt.

III. QVOMODO ET A quo separatio impetranda.

Causa cognita & decreto Prætoris impetratur. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. de separationibus, his uerbis: Sciendum est, separationem solere impetrari decreto Prætoris. *Concordat d. l. 1. §. de his autem, hisce uerbis*: De his omnibus, an admittenda sit separatio, nec'ne, Prætoris erit, uel Præsidis notio, & nullius alterius: hoc est, eius qui separationem indulturus est. *Concordat item l. 2. C. de bonis author. iud. possid. cuius uerba uide §. quæst. 1. causa 1. except. 1. repl. 2.*

IIII. *Quando & quamdiu peti possit separatio? uide §. d. causa 1. except. 8 & 9.*

V. EVENTVS SEparationis.

Prima regula. Qui separationem impetrarunt, ex bonis hæredis nihil consequi possunt. quæ regula approbatur l. 1. §. penultim. ff. de separationibus, his uerbis: Sciendum est, uulgò placere creditores quidem hæredis, si quid superfuerit ex bonis testatoris posse habere in suum debitum: creditores uerò testatoris ex bonis hæredis nihil. Cuius rei ratio illa est, quod qui impetrauit separationem, sibi debeat imputare suam facilitatem, si cum essent bona idonea hæredis illi maluerint bona potius defuncti sibi separari: hæredis autem creditoribus hoc imputari non possit. At si creditores defuncti desiderent, ut etiam in bonis hæredis substituantur, non sunt audiendi. Separatio enim quam ipsi petierunt eos ab istis bonis separabit. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi errore & iusta ignorantia ducti separationem petierint. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis*: Si tamen temerè separationem petierint creditores defuncti, impetrare ueniam possunt, iustissima scilicet ignorantiæ causa allegata. *Secunda exceptio est: Nisi post separationem hæres aliquid ex hæreditate adquisierit: ad illud enim creditores defuncti admittuntur. Quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de separationibus, his uerbis.* Si creditores hæreditarij separationem bonorum impetrauerint, & inueniatur non idonea hæreditas, hæres autem idoneus: non poterunt reuerti ad hæredem, sed ei quod semel postulauerunt stare debebunt. Sed si post impetratam separationem aliquid hæres adquisierit, si quidem ex hæreditate: admitti debebunt ad id, quod adquisitum est, illi qui separationem impetrauerunt. Sed si illis satisfactum fuerit, quod superest tribuetur proprijs hæredis creditoribus. At si ex alia causa hæres adquisierit, non admittentur hæreditarij creditores. *Tertia exceptio est: Nisi hæredis creditoribus sit solutum:*

hoc

hoc enim casu uidetur creditores defuncti ad id quod ex hæredis bonis superest, admittendos esse. Verum exceptio hæc reprobatur d.l.5.§.quòd si proprij, his uerbis: Quòd si proprij ad solidum peruenerunt, id quod supererit tribuendum hæreditarijs quidam putant: mihi autem (Paulus ait) nõ uidetur. Cum enim separationẽ petierunt, recesserunt à persona hæredis & bona secuti sunt, & quasi defuncti bona uendiderunt, quæ augmenta non possunt recipere. Idemq; existimo dicendum etiamsi circa separationem bonorum decepti minus consecuti sunt, quàm proprij hæredis creditores. Proprij autem hæredis creditores habent propria eius bona, & personam, quæ potest donec uiuit adquirere.

Contradicit l.3.§.fin ff.eod.tt.cuius uerba uide s. eod. cap.causa 1.except.11. Quarta exceptio est. *Nisi hereditarij creditores circa separationem bonorum sint decepti, ut minus sint consecuti. Et hæc exceptio reprobatur iam dictis uerbis hisce:* Idemq; existimo dicendum, &c. Quinta exceptio est: *Nisi cum debitor fideiussori hæres extitisset, creditor separationem bonorum defuncti fideiussoris petierit. quæ exceptio approbatur l.3.§.quid ergo. ff.de separationibus. cuius uerba uide s.eod.cap.causa 1. except.11.*

Altera regula. Creditores hæredis ad id quod ex bonis defuncti superest admittuntur. quæ regula approbatur l.1.§.penult.ff.de separationibus.cuius uerba uide s.reg prox.in prin. Concordat l.3.§.fin ff. eod.tt.cuius uerba uide s.eod.cap.causa 1.except.11.

DIGESTORVM LIBER NONVS.

DE ADFINIBVS IVDICIORVM remedijs.

Superest ultimus iudiciorum locus de adfinibus illorum remedijs, quæ sunt extraordinariæ cognitiones, compromissum & transactiones. Nam hæc quoq; circa lites uersantur, et adfiniendas lites perinde ac iudicia pertinent.

DE EXTRAORDINARIJS cognitionibus. Cap. I.

I. CAVSAE EX QVIBVS, & de quibus extra ordinem cognoscitur.

PRIMA regula. *De mercedibus extraordinem cognoscitur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.1.in prin ff de extr.cognitionibus, his uerbis:* Præses prouincię de mercedibus ius dicere solet, sed præceptoribus tantum studiorum liberalium. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alij quàm professores studiorum liberalium mercedem petant. quæ exceptio approbatur iam dictis uerbis hisce:* Sed præceptoribus tantum studiorum liberalium. *Declaratur hæc exceptio definitione contrarij d.l.1.§.1.his uerbis:* Liberalia autem studia accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια μαθήματα appellant. Rhetores continebũtur, Grammatici, Geometræ. *Concordat d.l.1.§.ludi quoque. cuius uerba uide paulo inferius repl.3. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi medici mercedem petant. his enim quamuis professores non sint, extra ordinem ius dicitur. quæ replicatio approbatur d.l.1.§.medicorum, his uerbis:* Medicorum quoq; eadem causa est, quæ & professorum, nisi quòd iustior: cum hi salutis hominum agant, illi studiorum curam. Et ideo de his quoq; extra ordinem ius [illegible]ici debet. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi illegitimis modis medicinam exerceat, ueluti per incantamenta, &c. quæ duplicatio approbatur d.l.1.§.medicos, his uerbis:* Medicos fortassis, quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, uel certi doloris sanitatem pollicentur: utputa, si auricularius, si fistulæ, uel dentium: non tamen si incantauerit, si imprecatus est, si (ut uulgari uerbo in posterum utar) exorcizauit. non sunt enim ista me[illegible]icinæ genera, tametsi sint, qui hos sibi profuisse cum prædicatione adfirment. *Secunda replicatio est: Nisi obstetrix mercedem petat. nam quamuis & hæc professorum numero non contineatur, tamen ei extra ordinem ius dicitur. quæ replicatio approbatur d.l.1.§. sed & obstetricem, his uerbis:* Sed & obstetricem audiunt, quæ utiq; medicinam exhibere uidetur. *Tertia replicatio est: Nisi ludi literarij magistri mercedem petant. nam & his extra ordinem ius dicitur, licet professores non sint. quæ replicatio approbatur d.l.1.§.ludi quoq;, his uerbis:* Ludi q[illegible]oque literarij magistris, licet non sint professores, tamen usurpatum est, ut his qu[illegible]que ius dicatur: tametsi librarij[illegible], & [illegible] ota[illegible]s &

calculatoribus siue tabularijs, sed & cæterarum artium opificib. siue artificibus, quæ sunt extra literas uel notas positæ, nequaquam extra ordinem ius dicere præses debebit. *Quarta replicatio est: Nisi comites salariũ petant. Hæc replicatio approbatur d.l.1.§.sed & si comites,his uerbis*: Sed & si comites salarium petent,idem iuris est, quod in professoribus placet.Sed & aduersus omnes ipsos cognoscere præses debet. *Quinta replicatio est:Nisi nutrices mercedem petant. Hæc replicatio approbatur,simul & distinguitur l.1.§.penult.his uerbis*:Ad nutricia quoq; officium præsidis,uel Prætoris deuenit.nanq; & nutrices ob alimoniam infantium apud præsides,quod sibi debetur petunt.Sed nutricia eò usq; producemus, quoad infantes uberibus aluntur. Cæterùm post hæc cessant partes Prætoris uel præsidis. *Sexta replicatio est: Nisi proxeneta mercedem, seu proxeneticum petat.nam hic quamuis professor non sit,extraordinem auditur.quæ replicatio approbatur l.3.ff.de proxenetis,hisce uerbis*: De protexenetico(quanquam est sordidum)solent præsides cognoscere: sic tamẽ, ut & in his modus esse debeat,& quantitatis & negocij, in quo operula ista defuncti sunt, & ministerium quale quale accommodauerunt.Facilius quod Græci *ἑρμηνευτικὸν* (id est honorarium interpretis) appellant,peti apud eos poterit,si quis fortè conditionis,uel amicitiæ,uel adsessuræ,uel cuius alterius huiusmodi proxeneta fuerit. Sunt enim huiusmodi hominũ in tam magna ciuitate officinæ. Est enim proxenetarum modus,qui emptionibus & uenditionibus,commercijs,contractibus licitis utiles non adeò improbabili more se exhibẽt. *Hæc de prima propositæ regulæ exceptione,eiusq; replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est: Nisi philosophi mercedem petant. Hæc exceptio approbatur l.1.§.an & philosophi.ff.de extraordin. cognit.his uerbis*: An & philosophi professorum numero sint,& non putẽ: nõ quia non religiosa res est,sed quia hoc primum profiteri eos oportet,mercenariam operam spernere. *Tertia exceptio est:Nisi iuris ciuilis professores mercedem petant Hæc exceptio approbatur d.l.1. §.proinde ne,his uerbis*:Ne iuris quidem ciuilis professoribus ius dicent. Est enim quidem res sanctissima ciuilis sapientia, sed quæ precio numario non sit æstimanda,nec dehonestanda,dum in iudicio honor petitur, qui ingressu sacramenti offerri debuit. quędam enim tametsi honestè accipiantur, inhonestè tamen petuntur. *Hæc de prima regula,eiusq; exceptionibus sint dicta.*

Secunda regula.Si causa proponatur aduersus eos quibus extra ordinem præses mercedem constituit, de quibus dictum s.regula proxima.de ista causa quoque præses extra ordinem cognoscit. quæ regula uidetur approbari l.1.§.sed & si comites,ibi:Sed & aduersus. ff.de extraord.cognit.cuius uerba uide s.reg.proxim. except.1.repl.4.

Tertia regula.Si ei qui extra ordinem aliquid petit,mutua petitio.seu reconuentio opponatur, de ea quoq; extra ordinẽ potest cognosci.quæ regula uidetur approbari d.l.1.§.fin.his uerbis: Hæc omnia si apud Præsides petantur, uideamus an de mutuis petitionibus possunt Præsides cognoscere,& putem debere admitti.

Quarta regula huius loci proponitur l.2.ff. de extraord.cogniti. his uerbis: De usu aquæ, deque riuis nouis inciuiliter institutis, item de equis alienis à sciente possessis,fœtuq; earũ, & de damno dato per immissos in prædiũ suum uniuersos homines eos, qui in pluriũ prædia distribui debuerunt (si modò id nõ ex authoritate eius,qui iubere potuerit factum est)præsidem prouinciæ doceri oportere responsum est, ut is secundum rei æquitatem & iurisdictionis ordinem conuenientem formam rei det. *Plures huiusmodi regulas uide.ff.de extraordinarijs criminibus. de quibus alibi dicetur.*

II. QVOMODO EXTRAORdinem cognoscendum, & quæ sint cognoscentis officia.

Prima reg. In extraordinarijs cognit.iudici circumstãtiæ negocij probè excutiẽdæ & explorãdæ sunt, & secundum eas decernendum . quæ regula approbatur exemplo l.1.§.in honorarijs.ff.de extraord.cognit.cuius uerba uide s.Lib.5.cap.5.membr.6.reg.2. Concordat l.ult.§.fin.ff.de actionibus & oblig. Aliud huius exemplum proponitur l.ultim.ff.de proxenetis. cuius uerba uide s.quæstione proxima,reg.1.exceptione 1.repl.6.

Secunda regula. Huiusmodi cognitionis extraordinariæ per libellum expediri non possunt. quæ regula approbatur l.9.§.1.ff.de officio proconsulis.cuius uerbe uide s.Libro prox.capite octauo, quæstione secunda,reg.3.

Tertia regula. In extraordinarijs criminib.iudici licet ferre sententiam,quam uelit uel leuiorem, uel duriorem, dummodo in utroq; rationem non excedat. quæ regula approbatur l.13.ff. de pœnis. cuius uerba uide s.Libro tertio,capite quarto,de reliquis circumstant.regul.12.

DE COMPROMISsis. Cap. II.

SEcundum iudiciorum adfine remedium est compromissum,de quo nunc dicendum.

I. Simile compromissi & usus,proponitur l.1.ff. de receptis arbitris,hisce uerbis: Compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur, & adfiniendas lites pertinet. *Concordat l.32.§.*

illud in prima, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫. except. 5. Item concordat l. 12. in prin. ibi: Compromissis quæ iudicium imitantur, C. de iudicijs. cuius uerba uide ē. Libro septimo, cap. 1. de iuramentis, quæst. 4. regula 5.

II. DE EXCEPTIONIBVS aduersus compromissum.

Regulariter. Si duo plures'ue de aliqua controuersia, quæ inter eos est, in aliquem compromiserunt: isto compromisso alter alteri obligatur: & si fides compromisso non præstetur, nascitur hinc actio. de qua dicetur ∫ cap. 4. Huius autem regulæ exceptiones plures sunt, pro uarietate circumstantiarum cōpromissi, puta personæ compromittentis, & eius in quem compromittitur, rei seu causæ, de qua compromittitur, rei compromissæ, modi & consequentium compromissū. de quibus generibus singulis ordine dispiciendum. & primùm de ijs exceptionibus, quæ sumuntur ex persona compromittentis.

I. EXCEPTIO: *Nisi seruus compromiserit. Hæc exceptio approbatur l. 32. §. si seruus. ff. de recept. arbitr. his uerbis*: Si seruus compromiserit, nō cogendum dicere sententiam, arbitrum: nec si dixerit, pœnæ executionem de peculio dandam, putat Octauenus. *Huius exceptionis replicatio esse uidetur: Nisi pro seruo contra liberum sit pronunciatum. uerùm & hæc replicatio reprobatur ibidem, his uerbis*: Sed an si liber cum eo compromiserit, executio aduersus liberum detur uideamus: sed magis est, ut non detur.

II. EXCEPTIO: *Nisi pupillus uel minor uigintiquinq; annis compromiserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 35. ff. eod. tt. his uerbis*: Si pupillus sine tutoris authoritate compromiserit, non est arbiter cogendus pronunciare: quia etsi contra eum pronunciatur, pœna non tenetur. præterquam si fideiussorē dedit, à quo pœna peti posset: idq; & Iulianus sentit. *Concordat l. 3. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫. cap. 4. q. 2. causa 7. except. 10.*

III. EXCEPTIO: *Nisi mulier alterius nomine compromiserit. Hæc exceptio approbatur l. 32. §. si mulier. ff. de recept. arbit. his uerbis*: Si mulier alieno nomine compromittat: non erit pœna compromissa propter intercessionem.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi quis alieno nomine cōpromiserit, qui neq; mandatum habeat, neq; de rato caueat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 32. §. penult. his uerbis*: An & satisdare rem ratam dominum habiturum debeat? Sextus Pedius putat, quòd nullam id rationem habeat. nam etsi ratum non habeat dominus, committetur stipulatio.

V. EXCEPTIO: *Nisi is qui Romæ compromisit, mox Romam in legationem uenerit. Nā hoc casu parere cōpromisso non cogitur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 32. §. itē si quis Romæ, his uerbis*: Si quis Romæ compromiserit, mox Romā in legationē uenerit, non est cogendus arbiter sententiā dicere: nō magis quàm cogeretur, si litem antè contestatus esset, nunc eam exercere. Nec interest tunc quoq; in legatione fuerit, an non. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in legatione compromiserit. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis*: Sed si in legatione cōpromittat, puto cogendū arbitrū sententiā dicere: quia etsi iudiciū spōte accepisset, cogeretur peragere. Sunt tñ, qui de isto nō rectè dubitāt: qui utiq; nullo modo dubitabunt, si de ea re in legatione cōpromisit, quam in legatione contraxit: quia & iudicium eo nomine accipere cogeretur. *Quæ hic dicuntur de iudicio accipiendo, uide ē. Lib. 5. cap. 2. except. 15. repl. 5. dupl. 1 & 2. Altera replicatio est: Nisi ipse legatus adhuc compromisso parere sit paratus. Hæc replic. approbatur ibidē, his uerbis*: Illud in prima specie potest dispici, an si antea cōpromisit legatus, cogēdus sit arbiter sentētiā dicere, si ipse legatus postulet: quod prima ratione poterit uideri iniquū, ut in ipsius potestate sit. Sed hoc tale erit, quale si actionē uelit dictare, qđ facere ei licet. Sed cōpromissum comparauimus ordinariæ actioni, ut nō aliàs audiatur desiderans, ut arbiter sententiā dicat, q̄ si se defendat. *Hæc de exceptionib. sumptis ex persona cōpromittentis: sequuntur nunc exceptiones sumptæ ex persona eius, in quem compromittitur.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi in seruū sit compromissum. Hæc except. approbatur l. 7. §. in seruū. ff. de receptis arbit. hisce uerbis*: In seruū Labeo compromitti nō posse scribit Lib. xi. & est uerū. Vnde Iulianus ait: Si in Titiū & seruū compromissum sit, nec Titiū cogendū sententiā dicere, quia cū alio receperit: quāuis serui (inquit) arbitriū nullū sit. Quid tñ si dixerit sententiā Titius? pœna nō cōmittetur: q̄a non ut recepit, dixit sentētiā. *Huius exceptionis repl. hæc est: Nisi seruus liber factus sit, & cōpromittentes in eadem uoluntate perseuerēt. quæ replicatio approbatur l. 9. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Si in seruum compromittatur, & liber sententiam dixerit: puto si liber factus receperit, consentiētibus partibus ualere.

VII. EXCEPTIO: *Nisi in libertū sit cōpromissum. Hæc exceptio reprobatur l. 7. in pr. ff. de recept. arbit. his uerbis*: Pedius libro nono, & Pomponius Lib. xxxiii. scribunt, parui referre ingenuus quis, an libertinus sit: integræ famæ quis sit arbiter, an ignominiosus.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi in filiumfamiliâs sit compromissum. Hæc exceptio reprobatur l. 5. ff. eo. tt. his uerbis*: Sed & filiusfamiliâs compelletur.

IX. EXCEPTIO: *Nisi in minorem ætate compromissum sit. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. 1. ff. de receptis arbitris, his uerbis*: Sed neque in pupillum, neq; in furiosum, aut surdū, aut mutū

com-

cõpromittetur, ut Pomponins scribit. *Cõcordat l.41.ff.eod.tt.his uerbis*: Cum lege Iulia cautum sit, ne minor uiginti annis iudicare cogatur, nemini licere minorẽ uiginti annis, cõpromissarium iudicẽ eligere. Ideoq; pœnam ex sententia eius nullo modo cõmitti Callistratus ait. Maiori tamẽ uiginti annis, si minor uigintiquinq; annis sit, ex hac causa succurrẽdum, si temerè auditorium receperit multi dixerunt. *Quod hic adijcitur de maiore uiginti annis, minore tamen annis uigintiquinq;, et concordat l.15. ibi: Aut si ætas. ff. eod.tt. cuius uerba uide J.cap.prox.q.1.except.12.*

X. EXCEPTIO: *Nisi in furiosum, surdum aut mutum sit compromissum. Hæc exceptio approbatur l.9.§.1.ff.de recept.arbitr.cuius uerba uide s̄. except.prox.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi in mulierem sit compromißum. Hæc exceptio approbatur l.ult. C. de recept.arbitr.his uerbis*: Sancimus, mulieres suæ pudicitiæ memores & operũ, quæ eis natura pmisit, & à quib. iussit eas abstinere, licet summæ, atq; optimæ opinionis cõstitutæ in se arbitriũ susceperint, uel si fuerint patronæ, etiamsi inter libertos suam interposuerint audientiam: ab omni iudiciali agmine separari, ut earum electione nulla pœna, nulla pacti exceptio aduersus iustos earum contemptores habeatur.

XII. EXCEPTIO: *Nisi in ignominiosum sit compromißũ. Hæc exceptio reprobatur l.7.in prin.ff. de recept.arbitr.cuius uerba uide s̄.except.7.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi in iudicẽ ordinariũ sit compromißum. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. si quis iudex. ff.eod.tt.his uerbis*: Si quis iudex sit, arbitrium recipere eiusdem rei, de qua iudex est, inúe se compromitti iubere prohibetur lege Iulia: & si sententiam dixerit, non est danda pœnæ persecutio.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi in duos aut plures numero pares sit cõpromißum. Hæc exceptio reprobatur l.17.§. principaliter. ff. de receptis arbitr. hisce uerbis*: Si in duos arbitros sit cõpromissum, an cogere eos Prætor debeat sententiá dicere: quia res ferè sine exitu futura est, propter naturalem hominum ad dissentiendũ facilitatẽ. In impari enim numero idcircò cõpromissum admittitur, nõ quoniá cõsentire oẽs facilè est, sed quia (etsi dissentiant) inuenitur pars maior, cuius arbitrio stabitur. Sed tamẽ usitatũ est, etiá in duos compromitti: & debet Prętor cogere arbitros si non consentiant, tertiam personá certá eligere cuius authoritati pareatur.

XV. EXCEPTIO: *Nisi in incertã personã sit cõpromissum. Hæc exceptio approbatur exemplo d.l. 17.§.si in duos, his uerbis*: Si in duos fuerit compromissum sic, ut si dissentirẽt tertium adsumát, putat Vlpianus tale cõpromissũ nõ ualere. Nam & in adsumẽdo possunt dissentire. Sed si ita sit cõpromissum, ut tertius adsumeretur Sẽpronius, ualet cõpromissũ: quoniá in adsumẽdo dissentire nõ possunt. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi in unũ incertũ ex duob. certis sit cõpromißum. quæ repl. approbatur d.l.17.§.sed si ita, his uerbis*: Si ita sit cõpromissum: arbitratu Titij aut Seij fieri Põponius scribit, & Vlpianus putat cõpromissum ualere. Sed is erit cogẽdus sententiam dicere, in quem litigatores consenserint.

XVI. EXCEPTIO: *Nisi in eũ cuius interest, uel ad quẽ cõtrouersia pertinet, cõpromittatur. Hæc exceptio approbatur l.penult.ff. de recept. arbitr. his uerbis*: Si de re sua quis arbiter factus sit, sententiam dicere nõ potest: quia se facere iuberet, aut parẽre prohiberet. Neq; aũt imperare sibi, neq; prohibere quisquam potest.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi in re patris in filiũ cõpromittatur. Hæc exceptio reprobatur l.6.ff.de recept.arbitr.his uerbis*: Et de re patris dicitur filiũfamiliâs arbitrũ esse posse. nam & iudicẽ eum esse posse pleris q; placet. *Sequitur tertium exceptionum genus, quod sumitur ex re seu causa de qua compromißum est.*

XVIII. EXCEPT. *Nisi de publici iudicij, uel famosa causa sit compromissum. Hæc exceptio approbatur l.32.§. Iulianus. ff. de recept. arbit. his uerbis*: Iulianus indistinctè scribit, si per errorẽ de famoso delicto ad arbitrũ itum est, uel de ea re, de qua publicum iudicium constitutum est: ueluti de Adulterijs, sicarijs & similib. uetare debet Prętor sententiam dicere, nec dare dictæ sententiæ executionem.

XIX. EXCEPTIO: *Nisi de causa libertatis uel ingenuitatis sit compromissum. Hæc exceptio approbatur d.l.32.§.de liberali causa, his uerbis*: De liberali causa compromisso facto, rectè non compelletur arbiter sentẽtiam dicere: quia fauor libertatis est, ut maiores iudices habere debeat. Eadẽ dicenda sunt, siue de ingenuitate, siue de libertinitate q̃stio sit: etsi ex fideicõmissi causa libertas deberi dicatur.

XX. EXCEPT. *Nisi de causa populari sit compromißum. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis*: Idem dicendũ est in populari actione.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi de unius tantum actionibus & cõtrouersijs sit cõpromißum. Hæc exceptio reprobatur l.13.§.1.ff.de recept.arbit.cuius uerba uide J.except.26. Concordat l 21.§.plenum.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.ca.4.q.1. causa 5.exc.1. Nunc quarti generis exceptiones uideamus sumptas ex re cõpromissa.*

XXII. EXCEPTIO: *Nisi sententia in compromisso definita sit, quam arbiter ferre debeat. Hæc exceptio approbatur l.19.§.1 ff.de recept. arbitr. hisce uerbis*: Si sic fuit in arbitrũ cõpromissum, ut certam sententiam dicat: nullum esse arbitrium, nec cogendum sententiam dicere, Iulianus lib.IIII. Digest. scribit.

XXIII. EXCEPT. *Nisi ita compromissum sit, ut quod Titio placeret: id Seius pronunciet. Hæc exceptio approbatur l.17.§.inde Pomponius. ff. de recept. arbit. his uerbis:* Pomponius Lib. XXXIII. ad Edictum quærit, si ita sit compromissum, ut quod Titio disceptatori placet: id Seius pronunciet: quis eorum sit cogendus? Et puto tale arbitrium non ualere, in quo libera facultas arbitri sentẽtiæ futura nõ est.

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi in duos sit cõpromissum, ita ut si dissentirent, tertium adsumerent. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.17. §. si in duos. cuius uerba uide s. except.15.*

XXV. EXCEPTIO: *Nisi pœna compromisso non sit inserta. Hæc exceptio approbatur l.5.§. altera autem. C. de recept. arbitr. cuius uerba uide j. repl.3. Concordat Nouell. c.82. §. quoniam uerò. cuius uerba uide j. ead. except. repl. 3. Contradicit l.27.§.fin. ff. de receptis, hisce uerbis:* Si pœna non fuisset adiecta compromisso, sed simpliciter sententiæ stari quis promisisset: incerti aduersus eũ foret actio. *Hæc uerba uidentur per iamdictis constitutiones sublata esse, nisi intelligãtur de replicationibus sequentibus. Est autem propositæ exceptionis replicatio prima hæc: Nisi post latum ab arbitro sententiam litigatores ei subscripserint. quæ replicatio approbatur d.l.5. in prin. C. de receptis arbitris, his uerbis:* Cum ante sancitum fuerat in arbitris eligendis, quos neque pœna compromissi uallabat, neque iudex dederat, sed nulla sententia præcedente communis electio, ut illorum sententię staretur procreabat: siquidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet, exceptionem ei ueluti pacti generari, sin autem pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procederet ei præsidi: sancimus in eos arbitros quos prędiximus, & quos talis consensus elegerit, sub eo pacto uel in scriptis, uel sine scriptis habito, ut eorum definitioni stetur: siquidẽ suscripserint postquam definitio processit, quod nõ displiceat ambabus partibus eorum sentẽtia: non solùm reo exceptionem ueluti pacti generari, sed etiam actori ex nostro numine in factum actionem, quatenus possit sentẽtia eius executioni mandari, in hac quidem regia ciuitate ab officio eminentissimę præfecturæ, uel eius cuius forũ pars persequitur fugientis: In prouincijs autem tam per moderatores, quàm per apparitores eorum uel per iudices, quorum regimen pars pertimescit pulsata. *Concordat l.4.§.fin. C. eo. tt. cuius uerba uide j. repl.3.*

Secunda replicatio est: Nisi pars contra quam arbiter sententiam tulit, intra decem dies contra eam non fuerit protestata. quæ replicat. approbatur d.l.5.§. sin autem, his uerbis: Sin autem post sententiam minimè quidem subscripserint se arbitri formam amplecti, sed silentio eam roborauerint, & non intra decem dies attestatio missa fuerit, uel iudici uel aduersario ab alterutra parte, p quã manifestũ fiat definitionẽ nõ esse amplectendã: silentio partiũ sententiã roboratã esse, & fugiẽti exceptionẽ, & agẽti memoratã actionẽ competere.

Tertia replicatio est: Nisi interueniente iureiurando in arbitrum sit compromissum. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis: Altera autem parte recusante secundum præfatum modum, & implere statuta minimè cupiente nihil fieri nec parari exceptionem reo, uel actori actionem exceptis uidelicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt secundum Nouellam nostri numinis constitutionem: tunc etenim ea omnia seruari oportet, quæ lege nostra super huiusmodi audientia definita sunt. Licet non ignoremus Iulij Pauli opinionem, & aliorum certorũ prudentum, qui tetigerunt quidem huiusmodi quæstionem quam in præsenti aggredimur: non autem peritissimè peregerunt, sed usque ad quasdam actiones temporales standum esse existimauerunt. *Ait Imp.* Secundum Nouellam nostri numinis constitutionem. *Hæc constitutio propositæ replicationi concordat, & habetur l.4.C.eod.tt. his uerbis:* Ne in arbitris cum sacramenti religione eligẽdis periurium cõmittatur, & detur licentia perfidis hominib passim definitiones iudicũ eludere sanctissimo arbitrio: & huiusmodi rẽ cẽsemus esse componendã. Si ergo inter actorem & reum, necnon ipsum iudicẽ fuerit consensum, ut cum sacramẽti religione lis procedat, & ipsi quidẽ litigatores in scriptis hoc suis manibus, uel per publicas personas scripserint, uel apud ipsum arbitrum in actis propria uoce deposuerint, qđ sacramentis pręstitis arbiter electus est, hoc etiam addito, qđ ipse arbiter iuramentum præstiterit super lite cum omni ueritate dirimenda: eius definitionem ualidam omnimodò custodiri censemus, & neq; reum, neq; actorem posse discedere, sed tenere omnifariam quatenus obedire rei compellãtur. Sin aũt de arbitro nihil tale fuerit, uel compositum uel scriptũ, ipsę aũt partes litoris hoc manifestauerint, quod iuramẽti nexibus se illigauerint, ut arbitri sentẽtiæ stetur: & in p̃senti casu omnimodò definitionẽ arbitri immutatã seruari literis uidelicet eorũ similẽ uim obtinentibus, siue ab initiò hoc fuerit ab his scriptũ, uel præfato modo depositum, dũ arbiter eligebatur, siue post definitiuam sententiam hoc scriptum inueniatur, quod cum sacramenti religione eius audientiam amplexi sunt, uel quod ea quæ statuta sunt, adimplere iurauerint. Sed etsi ipse solus arbiter hoc

litiga-

litigatorib. poſcentibus, uel ſcriptis uel depoſitionibus (ut dictũ eſt) manifeſtũ facientibus præſtiterit iuramentũ, quod cum omni ueritate liti libramenta imponat: ſimilem eſſe etiam in præſenti caſu prioribus eius definitionem, & eam omnimodò legibus eſſe uallatam. Et in his omnibus caſibus liceat, uel in factum, uel condictionem ex lege, uel in rem utilem inſtituere actionem, ſecundum quod facti qualitas poſtulauerit. Si autem in ſcriptura quidem, aut depoſitione nihil tale apparuerit, una autem pars edicat iuramentum eſſe præſtitum, quatenus arbitrali ſtetur ſententiæ, huiuſmodi litigatorum, uel ſolius arbitri ſermones minimè eſſe credendos: cum & ſi quis iuramentum datum eſſe non iudice ſuppoſito, nec hoc ſcriptura partium teſtante conceſſerit: incerti certaminis compoſitio, quę inter homines imperitos ſæpe accidit, non aliquid rebus iudicatis inſerat, ſed in huiuſmodi caſu hæc obtineant, quæ ueteres de arbitris eligendis ſanxerunt. Si quis autem poſt arbitri definitiouem ſubſcripſerit, εὐ μὴ ἀντιλέγω τὰ διαιρεθέντα ἀναθέσαι (Græcis enim uocabulis hoc enarrare propter conſuerudinẽ utilius uiſum) etſi nõ adiecerit ὁμολογῶ: & ſic omnimodò per actionem in factum eum compelli ea facere, quibus conſenſit: qualis enim differenria eſt, ſi huiuſmodi uerbia eriam ὁμολογῶ adijciatur, nel huiuſcemodi uocabulum omninò omittarur? Si enim uerba conſueta ſtipulationum & ſubtilis, imò magis ſuperuacua obſeruatio ab aula cõceſsit, & nos quidem nuper legibus à nobis ſcriptis multa uicia ſtipulationum, multaſque ambages, ſcrupuloſoſque circuitus correximus: cur non & huinſmodi ſcripturæ toram formidinem ueteris iuris amputamus: ut ſi quis hæc ſcripſerit, uel unum ex his, adquieſcere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodò perducere: cum non eſt uerisſimile hæc propter hoc ſcripſiſſe, ut tantum non contradicat, ſed etiam, ut ea impleat, aduerſus quæ obuiam ire non poteſt. *Verbis iam propoſitis poſterioribus, quidem ſupradicta prima replicatio approbatur. prioribus uerò approbatur replicatio propoſita tertia.* *Planè mutatur ac tollitur propoſita tertia replicatio* Nouell. *conſtitution. 82. §. quoniam uerò, cum ſequentibus, his uerbis:* Quoniam uerò benè multæ nobis hoc nomine interpellariones factæ ſunt, quod nonnulli eligentes iudices, qui neque ullam legum peritiam, neque rerum uſnm habent, promptè iurent his ſe iudicibus contenros fore, quibus aliquis ne tantillum quidem crederet, deinde iudices fortè perſuadeant, ut & ipſi quoque huiuſmodi iuramentum pręſtent, homines profectò, qui neq; quid ius ſit, neq; obſeruationem eius ſciunt, & meritò exinde oblæſi iuramentorum, quæ præſtiterunt obliti, denuò controuerſiam examinari petant: ea nobis res animaduerſione digna exiſtimata eſt. Et quia longo rerum uſu & experientia cognouimus, periculoſum & lubricum id eſſe: ſancimus, ne quis omninò in poſterum arbiter compromiſſarius ſit, qui cum cautione præſtiti iuramenti iudicer, ne exinde homines imprudẽtes in periuriũ incidant, per iudicũ imperitiam peierare coacti. Sed qui in arbitrũ uel arbitros cõpromitrunt, hi omnimodò cum pœna, quantamcunq; partes inter ſe pactæ fuerint, ipſos deligunto, & neceſsitatẽ habẽto, ut uel ſtent iudicato, uel ſi id retractare uoluerint, prius perſoluāt pœnā, & tunc demum licentiā habeant, à iudicatis diſcedendi, & procedendi ad aliud iudicium noſtris magiſtratibus ſiquidem ea de re aditi fuerint, pœnas profligaturis, datuisq; operam, ut his qui eas acciperе iuſsi ſunt, reſtituant. Sciturıs his qui in iudices compromittunt, quòd ſi hoc non ſecerint, neq; pœnam ſtipulati fuerint, ſed putauerint datorum ipſis iuramentorum, cautionem ſufficere. deinde arbitri in quos ita cõpromiſerunt, damno ipſos inuoluant, ſiquidem dedita opera, Domino Deo huius periurij pœnam luent: ſi ex imperitia hoc ſubeant, nihil ultra iuramenta illis reliquũ erit. Neq; enim uolumus, ut ab illo periuria cõmittantur, neq; rurſum concedimus, ut ultra iuriſiurandi religionem per arbitrorum impetitiam litigatores ingens damnum ſuſtineant. Omnibus, quæ uel ex uetere iure, uel à nobis, ſiue de pedaneis ſolnmmodò iudicibus, ſiue etiam de cõpromiſſarijs antè à nobis ſancita ſunt (excepta ſcilicet dandi iuramenti neceſsitate) in ſua firmitate manentibus, & in nullo per hanc noſtram legem innouandis. *Hiſce uerbis propoſita exceptio approbatur, ſimul & tertia eius replicatio reprobatur, ſublatis, quibus ea confirmabatur, conſtitutionibus ſuprà propoſitis.* *Quarta propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi arbiter iuramentum præſtiterit. quæ replicatio approbari uidetur l. 4. §. ſed & ipſe ſolus arbiter. C. de receptis arbitris. cuius uerba uide ſ. replicatione proxima. Planè mutatur iſta cõſtitutio, & replicatio propoſita reprobatur* Nouell. *c. 82. §. quoniam uerò. cuius uerba uide ſ. repl. prox. Hæc de exceptione uiceſimaquinta, eiuſq; replicationibus ſint dicta. Similem exceptionem uide j. cap. prox. quæſt. 1. except. 8.*

XXVI. EXCEPTIO: *Niſi alter tantum in compromiſſo pœnam ſtipulatus ſit, alter non ſit ſtipulatus pœnam.* *Hæc exceptio approbatur l. 13. §. 2. ff. de receptis arbitris, his uerbis:* Pomponius ſcribit, ſi

bir,ſi de meis ſolis controuerſijs ſit compromiſſum,& de re pœnam ſim ſtipulatus : uidendum ne non ſit compromiſſum? Sed cui rei moueatur, non uideo. Nam ſi ideo quia de unius controuerſijs ſolum compromiſsũ ſit,nulla ratio eſt.licet enim & de una re compromittere. Si uerò quia ex altera duntaxat parte ſtipulatio interuenerit, eſt ratio:quanquam ſi petitor ſit,qui ſtipulatus eſt,poſsit dici plenum eſſe compromiſſum: quia is qui conuenitur tutus eſt,pacti exceptione: is uerò qui conuenit,ſi arbitrio non pareatur,habet ſtipulationem. Sed id uerum eſſe non puto. neq; enim ſufficit exceptionem habere, ut arbiter ſententiam dicere cogatur. *Concordat l.11.§.item Iulianus. ff eod.tt.his uerbis*: Iulianus ſcribit non cogendum arbitrum ſententiã dicere,ſi alter promiſerit,alter non.

XXVII. EXCEPTIO: *Niſi ſub conditione pœna ſit promiſſa.Hæc exceptio approbatur d.l.11.§.fin.cum lege ſequente, his uerbis*: Iulianus idem dicit,& ſi ſub conditione fuerit pœna compromiſſa,ueluti:ſi nauis ex Aſia uenerit tot milia:non enim prius arbitrum cogendum ſententiam dicere, quàm conditio extiterit:ne ſit inefficax ſententia deficiente conditione:& ita Pomponius Lib. XXXIII.ad Edictum ſcribit. Quo caſu ad Prætorẽ pertinebit in eo forſitan ſolo, ut ſi poſsit dies compromiſsi proferri,proferatur.

XXVIII. EXCEPTIO: *Niſi alia res quàm numaria pœnæ nomine ſit promiſſa. Hæc exceptio reprobatur d.l.11.§.& quod ait,his uerbis*: Quod ait Prætor: Pœna compromiſſa, accipere nos debere non ſi utrinq; pœna numaria, ſed & ſi alia res uice pœnæ.ſi quis arbitri ſententiæ nõ ſteterit,promiſſa ſit Pomponius ſcribit. Quid ergo ſi res apud arbitrum depoſitæ ſint eo pacto,ut ei daret, qui uiciſſet : uel ut eam daret ſi non pareretur ſententiæ:an cogendus ſit ſententiam dicere: & puto cogendum. Tantũdem eſt,& ſi quantitas certa ad hoc apud eum deponatur. Proinde & ſi alter rem, alter pecuniam ſtipulanti promiſerit:plenum compromiſſum ſit, & cogetur ſententiam dicere.

XXIX. EXCEPTIO: *Niſi incerta ſumma pœnæ nomine ſit promiſſa.Hæc exceptio reprobatur l.28. ff.de recept.arbit.his uerbis* : Non intereſt certa, an incerta ſumma promiſſa ſit:utputa quanti ea res erit.

XXX. EXCEPTIO: *Niſi minor uel maior pœna promiſſa ſit,quàm res de qua eſt compromiſſũ. Hæc exceptio reprobatur l.12.in prin.ff.eod.tt.his uerbis*:Non diſtinguemus in compromiſsis,minor,an maior ſit pœna,quàm res, de qua agitur. *Quinti generis exceptio ſequitur ſumpta ex modo compromittendi.*

XXXI. EXCEPT. *Niſi nudo pacto ſit compromiſſum nulla ſtipulatione interueniente.Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit ſecundũ ea quæ in præcedentib.dicta ſunt,de pœnali ſtipulatione omiſſa: & cum ex nudo naſcatur obligatio uel actio,ut alibi eſt dictum. Verùm eius replic prima hæc eſt:Niſi nõ dando, ſed de retinendo aliquo pœnæ nomine conueniat. quæ repl.approbatur l.11. §.interdum.ff.de recept. arbitr. his uerbis*:Interdum (ut Pomponius ſcribit) rectè nudo pacto fiet compromiſſum:utputa,ſi ambo debitores fuerunt & pacti ſunt, ne petat,quod ſibi debetur, qui ſententiæ arbitri non paruit. *Altera replicatio eſt : Niſi res apud arbitrum depoſita ſit eo pacto,ut ei daret,qui uiciſſet,uel nõ redderet ei qui ſententiæ nõ pareret. quæ replicatio approbatur d.l.11.§.quid ergo. cuius uerba uide ſ.except.28. Superſunt ultimi generis exceptiones contra compromiſſum ſumptæ,ex iis quæ compromiſſum ſequuntur.*

XXXII. EXCEPT. *Niſi alter compromittentiũ pendente cõpromiſſo deceſſerit.Hæc exceptio approbatur l.27.§.1.ff.de recept.arb his uerbis*:Si hæredis mẽtio uel cæterorũ facta in cõpromiſſo non fuerit,morte ſoluetur compromiſſum. *Concordat l.32. §.ſumma.ff eod tt.cuius uerba uide ſ. cap.prox.q.1.excep.7.Huius exceptionis repl.hæc eſt: Niſi hæredis uel aliorũ etiã in cõpromiſſo facta ſit mentio:tunc enim unius morte non ſoluitur cõpromiſſum. quæ repl.patet ex uerbis iã propoſitis hiſce*:Si hæredis mentio uel cæterorũ facta in cõpromiſſo nõ fuerit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ab altera tantum parte hæredis mentio ſit facta, nõ ab utraq; quæ dupl.approbatur l.49.§.fin.ff. eo.tt. his uerbis*:Si ab altera duntaxat parte hæredis mentio comprehenſa fuerit: compromiſſum ſoluetur morte cuiuſuis ex litigatoribus: ſicut ſolueretur altero mortuo, ſi neutrius hæredis perſona comprehenderetur.

XXXIII. EXCEPTIO: *Niſi is qui cum defuncto cõpromiſerat hæreditatis controuerſiam moueat.Hæc exceptio approbatur l.32.§.ſi is faciat. ff. de recept.arbit.cuius uerba uide Lib.7.cap.8.quæſt. 1.regula tertia.*

XXXIIII. EXCEPT. *Niſi is qui compromiſit,poſtea bonis cedat.Hæc exceptio approbatur l.17.in prin.ff.de recept.arbit.hiſce uerbis*:Si unus ex litigatoribus bonis ſuis cedat, Iulianus Libro IIII.Digeſt.ſcribit,non eſſe cogendum arbitrum ſententiam dicere: cum neq; agere neq; conueniri poſsit.

XXXV. EXCEPTIO: *Niſi is qui Romæ compromiſit,poſtea Romam in legationẽ ueniat.Hæc exceptio tractata eſt ſ.eod.cap.except.5.*

XXXVI. EXCEPTIO: *Niſi alter ex cõpromittentibus furere cœperit.Hæc exceptio approbatur l.47.§.fin.cum legib.ſequentib.ff. de recept.arbitr.his uerbis*: Si alter ex cõpromittentib.furere cœperit,arbiter ad ferendã ſententiã non cõpellitur.

pellitur. Sed & interpellatur, quo minus sententiā dicat: quia nihil corā furioso fieri intelligitur. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi curatorē furiosus habeat. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis*: Quòd si, &c.

XXXVII. EXCEPTIO: *Nisi pœna cōpromissi alteri sit accepto lata, uel alio modo defecerit. Hæc exceptio approbatur l. 13. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Pomponius ait, & si alteri accepto lata pœna sit cōpromissi: nō debere eū compelli sententiā dicere Cō[n]cordat l. 12. §. summa. ff. eod. tt. cuius uerba uide ℥. cap prox. q. 1. except. 7.

XXXVIII. EXCEPTIO: *Nisi dies cōpromissi finitus sit, sententia nondum dicta. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. summa, ibi: Cōpromisso soluto die. ff. de recept. arbitr. cuius uerba uide ℥. cap. proxim. q. 1. except. 7. Concordat l. antepenult ff eod. tt. his uerbis*: Arbiter ex compromisso sumptus, cum ante eum diem, qui cōpromisso cōstitutus erat sententiā dicere nō posset, diem cōpromissi proferri iusserat alter ex litigatoribus dicto audiēs non fuerat: consulebatur pósset ne ab eo pœna ex compromisso peti? Alfenus respondit non posse: ideo quod non esset arbitro in cōpromisso permissum, ut id iuberet. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est. Nisi in compromisso de die proferenda conuenerit. quæ replicatio approbatur l. 33. ff. eod. tit. his uerbis*: Arbiter ita sumptus ex cōpromisso, ut & diē proferre posit, hoc quidem facere potest. Proferre aūt contradicentib. litigatorib non potest *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi litigatores postea diem proferri nolint. quæ duplicatio approbatur uerbis iam dictis hisce*: Proferre aūt contradicentibus litigatorib. non potest. *Secunda duplicatio est: Nisi arbiter non protulerit diem: sed alter ex litigatorib. in mora fuerit: huic enim ad moram excusandam replicatio proposita non prodest. quæ duplicatio approbari uidetur l. 32. §. dies compromissi. ff. de recept. arbit: cuius uerba uide ℥. cap. 4. causa 2. except. 7. Secunda repl. est: Nisi finito die compromissi litigatores denuò compromittant. quæ repl. ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi arbiter arbitrium denuò recipere nolit. quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 21. §. Papinianus. ff. eod. tt. his uerbis*: Papinianus Lib. III. Quæstionū ait: Si cū dies cōpromissi finiretur, prolato die litigatores denuò in eum cōpromiserint, nec secundi cōpromissi arbitriū receperit: nō esse cogēdum recipere si ipse in mora non fuerit, quo minus partibus suis fungeretur. Quòd si per eū factū sit: æquissimū esse cogi eum à Prætore sequens recipere. Quæ quæstio ita procedit, si nihil in priore compromisso de die proferendo cauebatur. Cæterùm si cauebatur & ipse protulit, mansit arbiter. *Concordat l. 16. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ℥. capite prox. q. 1. except. 16. Tertia replicatio est: Nisi arbiter diem protulerit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi nihil de die proferenda inter partes conuenerit. quæ duplicatio approbatur l. 32. §. fin. ff. eod. tt. de qua re uide ℥. cap. 4. exc. 6. Quarta repl. est: Nisi certus dies compromissi definitus nō sit. Hæc repl. approbatur l. 14. ff. eod. tt. cuius uerba uide ℥. d. except. 6. repl. 1.*

XXXIX. EXCEPT. *Nisi alter litigatorū rē in iudiciū deduxerit. Hæc exceptio reprobatur l. 30. ff. de recept. arbit. his uerbis*: Si quis rem, de qua cōpromissum sit, in iudicium deducat, quidā dicunt Prætorem non interuenire ad cogēdum arbitrum sententiam dicere: quia iam pœna non potest esse, atque si solutum esset compromissum. Sed si hoc obtinuerit, futurum est, ut in potestate eius quem pœniteat compromisisse, sit compromissum eludere. Ergo aduersus eum pœna cōmittenda est lite apud iudicem suo ordine peragēda.

XL. EXCEPTIO: *Nisi de negocio sit transactum. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. item non est ff. de recept. arbitr. his uerbis*: Non est cogendus arbiter, si de negocio transactum est, uel homo mortuus est, de quo erat compromissum: nisi in posteriore casu aliquid litigantium intersit.

XLI. EXCEPT. *Nisi res de qua compromissū est interierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis iam dictis hisce*: Vel homo mortuus est, de quo erat cōpromissum, nisi aliquid litigantium intersit. *Hæc de exceptionibus aduersus compromissum.*

III. EVENTVS COMPROmissi & consequentia.

Prima regula De sententia ab arbitro dicenda, proponetur ℥. cap. prox.

Secunda regula. Compromisso tempus præscriptionis interrumpitur. quæ regula approbatur l. 5. §. penult. C. de receptis arbitris, cuius uerba uide in Comm. Liberationum, cap. ult. except. 9. repl. 5.

Tertia reg. Probationes & attestationes factæ apud iudicem compromissarium, etiam ualēt apud iudicem ordinariū quæ reg. approbatur d. l. 5. §. fin. his uerbis: Sancimus in ijs quę apud compromissarios acta sunt, si aliquid in factum respiciens uel professum est, uel attestatum: posse eo & in ordinarijs uti iudicijs.

Quarta reg. De sententia arbitri exequenda, proponitur d. l. 5. §. quatenus posit sententia. cuius uerba uide ℥. except. 25. repl. 1.

Quinta reg Si per fideiussores fuerit, cautū in cōpromisso, & uel dies cōpromissi prorogetur, uel fideiussoris mortui sint denuò cauendū est. quæ reg. approbatur l. 25. §. fin cū lege sequēte. ff. de recept. arbit. his uerbis: Si per fideiussores fuerit cautum in primo compromisso, & sequens similiter proferendum Labeo ait: Sed Pomponius dubitat utrum ijsdem, an & alijs tam idoneis? Quid enim (inquit) si ijdem fideiubere noluerint,

noluerit. Sed puto si fide iubere uoluerint, tunc alios non absimiles adhibendos. Ne in potestate sit fideiussorum postea se non obligâtium, ut pœna committatur. Idemq; etsi decesserint. *Plures huius loci regulas uide in duob. capitibus sequentibus.*

DE SENTENTIA AB arbitro dicenda. Cap. III.

I. CAVSA EX QVA COgendus arbiter dicere sententiam.

S*I arbitrium in se recepit, sententiam dicere est cogendus. quæ causa, seu regula approbatur edicto Prætoris l. 3. ſ. ait Prætor. ff. de receptis arbitris, hisce uerbis*: Ait Prætor: Qui arbitrium pœna compromissa receperit, eum sententiam dicere cogam. *Ratio huius edicti, proponitur d. l. 3. ſ. tametsi, his uerbis*: Tametsi neminê Prætor cogit arbitrium recipere (quoniam hæc res libera & soluta est, & extra necessitatem iurisdictionis posita) attamen ubi semel quis in se receperit arbitrium, ad curam & ad sollicitudinem suam hanc rem pertinere Prætor putat: nõ tantum, quod studeat lites finiri, uerùm quoniam non debeant decipi, qui eum quasi uirum bonum disceptatorê inter se elegerunt. finge enim post causam iam semel atq; iterum tractatam, post nuda utriusq; intima & secreta negocij aperta arbitrum, uel id gratiæ darem, uel sordibus corruptum, uel ex alia causa nolle sententiâ dicere: quisquam ne potest negare æquissimum fore Prætorem interponere se, ut officium quod in se recepir, impleat? *Declaratur causa proposita definitione uerbi Recipere l. 13. ſ. recepisse. ff. eod. tit. his uerbis*: Recepisse autem arbitrium uidetur (ut Pedius libro nono dicit) qui iudicis partes suscepit, finemq; se sua sententia controuersijs impositurû, pollicetur. Quòd si (inquir) hactenus interuenit, ut experiretur, an consilio suo uel authoritate discuti litem paterentur: non uidetur arbitrium recepisse. *Nunc propositæ causæ, seu regulæ exceptiones uideamus.*

I. EXCEPTIO: *Nisi non receperit arbitrium is in quem est compromissum: hoc enim casu non est cogendus. quæ exceptio approbatur l. 3. ſ. tametsi. ff. de receptis arbitris. cuius uerba uide paulo superius. Concordat l. 21. ſ. si quis ex litigat. ibi: Sed hoc ita demum. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæst. 1. causa 2. except. 5. in fine.*

II. EXCEPTIO: *Nisi non eo animo receperit, ut sententiam diceret. quæ exceptio approbatur l. 13. ſ. recepisse, in fine. ff. de recept. arbitr. cuius uerba uide paulo superius.*

III. EXCEPTIO: *Nisi in dignitate positus sit, is qui arbitrium recepit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. ſ. fin. ff. de recept. arbitr. his uerbis*: Tractemus de personis arbitrantium. Et quidê arbitrum cuiuscunq; dignitatis coget officio pfungi, qđ suscepit, etiâsi sit cõsularis: nisi fortè, &c.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi in magistratu positus sit is, qui arbitrium recepit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. ſ. fin. cum lege sequente, his uerbis*: Nisi fortè in aliquo magistratu positus, uel potestate (consul fortè uel Prætor) quoniam in hoc imperiû non habet. nam magistratus superiores, aut pari imperio, qui sunt, nullo modo possunt cogi: nec interest, antè an in ipso magistratu arbitriû susceperint: sed inferiores possunt.

V. EXCEPTIO: *Nisi sacerdos sit, qui arbitriû recepit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 32. ſ. sacerdotio. ff. de recept. arbitr. hisce uerbis*: Sacerdotio obueniente, uidebimus, an cogatur arbiter sententiam dicere? Id enim non tantum honori personarum, sed & maiestati Dei indulgetur, cuius sacris uacare sacerdotes oportet. Cęterùm si postea suscepit, iste quoq; omnimodò sententiam ferre debet.

VI. EXCEPTIO: *Nisi in arbitrû non sit compromissum. Hæc exceptio approbatur l. 11. ſ. 1. ff. de recept. arbitr. hisce uerbis*: Arbitrum nõ esse cogendum sententiâ dicere, nisi compromissum interuenerit, Vlpianus ait. *Concordat l. 32. ſ. summa. ff. eod. tit. cuius uerba uide ī. except. prox.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi compromissum inutile sit, aut ex post facto irritum effectum. Hæc exceptio approbatur d. ſ. summa, his uerbis*: Summa rei est, ut Prætor se non interponat, siue initiò nullum sit compromissum, siue sit, sed pêdeat, an ex eo pœna exigi possit, siue postea deficiat pœna compromisso soluto die, morte, acceptilatione, iudicio, pacto. *Ait Iurisconsultus*: Siue sit, sed pendeat, an ex eo pœna exigi possit. *Huius exemplum uide s̄. cap. prox. except. 27. Ait insuper Iurisconsultus*: Soluto die. *De hoc dictum s̄. cap. prox. except. 38. Ait insuper*: Morte. *De hoc dictum s̄. cap. prox. except. 32. Item ait*: Acceptilatione. *De hoc uide s̄. cap. prox. exce. 37. Sanè propositæ exceptionis species sunt, omnes exceptiones suprà cap. prox. propositæ. Itaque hic repetendæ.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi pœna compromisso non sit adiecta. Hæc exceptio approbatur l. 3. ſ. ait Prætor. ff. de recept. arbit. cuius uerba uide s̄. hoc cap. in prin. Concordat l. 32. ſ. 1. ff. eod. tit. his uerbis*: Non cogetur arbiter sententiam dicere, nisi pœna compromissa sit.

IX. EXCEPTIO: *Nisi arbitro alius sit additus, qui arbiter esse non possit. Hæc exceptio approbatur l. 7. ſ. unde Iulianus. ff. de recept. arbitr. his uerbis*: Iulianus ait: Si in Titiû, & seruû cõpromissum sit, nec Titiû cogendû sententiam dicere: quia cum alio receperit: quamuis serui (inquit) arbitrium nullum sit. *Huius exce-*

ptionis

ptionis replicatio hæc est: Nisi ita sit cõpromißum, ut uel alterutrius sententia ualeret. Hæc replicatio approbatur l.8.ff.eod.tt.his uerbis: Sed si ita cõpromissum sit, ut uel alterutrius sententia ualeat: Titium cogendum, Paulus ait.

X. EXCEPT. Nisi arbiter à compromittentibus fuerit infamatus. Hæc exceptio approbatur l.15. ibi: Si fuerit infamatus. ff. de recept. arbit. cuius uerba uide J. except.12. Planè non simpliciter datur hæc exceptio, sed causa cognita. quæ repl. approbatur l.9.§.fin.ff.eo. tt.his uerbis: Iulianus ait: Si arbitrum infamarunt litigatores: non omnimodò Prętorem debere eum excusare, sed causa cognita.

XI. EXCEPTIO: Nisi spreta authoritate arbitri litigatores ad iudiciũ uel alium arbitrũ ierunt, mox redierunt, uel multo post. Hæc exceptio approbatur d.l.9.§.fin. cum ll. seq. his uerbis: Iulianus ait: Si spreta authoritate arbitri ad iudiciũ, uel alium arbitrum litigatores ierunt, mox ad eundẽ arbitrũ redierunt: Prætorem non debere eum cogere, inter eos disceptare, qui ei contumeliã hanc fecerint, ut eum spernerent, & ad alium irent. Concordat l.17.§.1.ff.eod. tt.his uerbis: Si multo post reuertantur ad arbitrum litigatores: non esse cogendum sententiam dicere, Labeo scribit.

XII. EXCEPTIO: Nisi inimicitiæ capitales inter arbitrum & litigatores intercesserint. Hæc exceptio cum alijs similibus approbatur l.15. ff. de recept. arbit his uerb. Licet Prætor districtè dicat, sententiam se arbitrum dicere coacturum: attamen interdum rationẽ eius habere debet, & excusationẽ recipere causa cognita: Vtputa, si fuerit infamatus à litigatoribus, aut si inimicitiæ capitales inter eum & litigatores, aut alterum ex litigatoribus intercesserint: aut si ætas, si ualetudo, quæ postea contingit, id ei munus remittat: aut occupatio negociorum propriorum, uel profectio urgens, aut munus aliquod reip. causa: & id Labeo: aut si qua alia incommoditas ei post arbitrium susceptum incidat.

XIII. EXCEPT. Nisi arbiter minor sit uigintiquinq; annis. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: Aut si ætas. Cui concordat l.41. in fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.cap.prox.except.9.

XIIII. EXCEPTIO: Nisi arbiter ualetudinarius esse cœperit quæ exceptio approbatur uerbis supradictis hisce: Si ualetudo, quæ postea contingit, id ei munus remittat.

XV. EXCEPTIO: Nisi arbiter aliquot negocijs occupetur, aut urgente profectione. quæ exceptio approbatur uerbis s̄.except.12. propositis hisce: Aut occupatio negociorũ propriorũ, uel ꝓfectio urgẽs, aut munus aliquod reipub. causa.

XVI. EXCEPTIO: Nisi arbiter iudicium suo nomine habeat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.16.ff.de recept. arbitris, hisce uerbis: Arbiter iudicij sui nomine, quod publicum uel priuatum habet, excusatus esse debet à cõpromisso: utiq; si dies compromissi proferri non potest. Quòd si potest: quare non cogat eum cum possit proferre? quod sine ulla districtione ipsius interdum futurum est. Si tamen uterq; uelit eum sententiam dicere: an quamuis cautum non sit, de die ꝓferenda, non aliàs impetret (quia iudiciũ habet ne cogatur) quàm si cõsentiat denuò in se compromitti: hæc scilicet si dies exitura est. Huius exceptionis replic. prima hæc est: Nisi dies cõpromißi poßit proferri, quæ repl. approbatur uerbis iam dictis hisce: Vtiq; si dies cõpromissi proferri nõ potest. Quòd si potest, &c. Altera replicatio est: Nisi consentiat denuò in se compromitti. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Si tamen uterq; uelit, &c.

XVII. EXCEPTIO: Nisi sententiã dixerit arbiter. Hæc excep. approbatur l.19. in prin.ff de recept. arbitr. hisce uerbis: Qualẽ sententiam dicat arbiter ad Prætorẽ non pertinere, Labeo ait: dummodo dicat, quod ipsi uidetur. Huius exceptionis repl. hæc est: Nisi non oẽs controuersias, de quib. est compromissum, sua sententia arbiter finierit. quæ replicatio approbatur d.l.19.§.dicere, his uerbis: Dicere sententiam existimamus eum; qui ea mente quid pronunciat, ut secundum id discedere eos à tota cõtrouersia uelit. Sed si de plurib. rebus sit arbitrium receptum, nisi omnes controuersias finierit, non uidetur dicta sententia: & adhuc erit à Prætore cogendus. Plures huiusmodi replicationes uide J. cap. prox. q.1. causa 7. excep.6. cum sequentibus.

XVIII. EXCEPT. Nisi iusta causa impediat arbitrum sententiam dicere. quæ exceptio approbatur uerbis s̄.except.12. in fin propositis hisce: Aut si qua alia incommoditas ei post arbitrium susceptum incidat.

XIX. EXCEPTIO: Nisi cũ in plures cõpromißũ eßet, nõ oẽs cogantur. quæ exceptio approbatur l.17.§.item si plures.ff.de recept.arbit. hisce uerbis: Si plures sunt, qui arbitriũ receperũt, nemo unus cogendus erit sententiã dicere, sed aut oẽs aut nullus. Propositæ exceptionis replic. prima hæc est: Nisi in duos uel plures alternatiuè sit cõpromißũ: puta in Titiũ aut Seiũ. quæ repl. approbatur d. l.17.§.sed si ita. cuius uerba uide s̄. cap. prox. except. 17. Altera replicatio est: Nisi in plures sit compromissum, ita ut uel unius sententiæ stetur. Hæc replicatio approbatur l.32.§.cum in plures. ff. eod.tt.his uerbis: Cum in plures, &c. Tertia replicatio uidetur: Nisi in alterum compromitti non potuit. Hæc replicatio reprobatur l.7.§.unde Iulianus.ff eod.tt. cuius uerba uide paulo superius except.9.

XX. EXCEPT. Nisi arbiter iuret sibi de causa nondum liquere: hoc enim casu spacium illi ad pronunciandum dandum. quæ except. approbatur l.13.§.fin. ff. de recept. arbitris. cuius uerba uide infrà cap. prox. exceptione 19.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi sordes & turpitudo arbitri manifesta sit. quæ exceptio approbatur l. 9. §. sunt & alij. ff. de receptis arbitris, hisce uerbis*: Sunt & alij qui sententiam dicere non coguntur: utputa si sordes, aut turpitudo arbitri manifesta sit.

XXII. EXCEPTIO: *Nisi feriatis diebus cogatur. quæ exceptio approbatur l. 13. §. penult. ff. d. tt. cuius uerba uide j. cap. prox. causa 7. except. 19.*

Reliquas propositæ regulæ exceptiones uide s̄. cap. proximo. Nam quæ ibi exceptiones propositæ sunt, hic quoq; repeti possunt, secundum ea quæ dicta sunt paulo superius except. 7.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Replicationis loco notandum, quòd quædam propositarum exceptionum non in totum excusent, sed ad tempus arbitrium differant. quæ replicatio approbatur causa cognita l. 16. §. 1. ff. de receptis arbitr. hisce uerbis: Sed in causa ualetudinis, similibusuè causa cognita differre cogitur. *Hæc de Prima quæstione, eiusq; exceptionibus sint dicta.*

II. QVOMODO COGENdus arbiter sententiam dicere.

Prima regula. Non nisi causa cognita cogẽdus. quæ regula approbatur l. 15. in prin. ff. de recept. arbitr. cuius uerba uide s̄. except. 12.

Secunda huius loci regula proponitur l. 32. §. si arbiter. ff. eod. tt. his uerbis: Si arbiter sese cælare tentauerit, Prætor eum inuestigare debet: & si diu non apparuerit, mulcta aduersus eum indicenda est.

III. *Reliquas ferendæ sententiæ circumstantias uide j. cap. prox. inter* Exceptiones.

DE ACTIONE ET EXceptione compromissi. Caput IIII.

I. CAVSAE EX QVIBVS actio, uel exceptio compromissi competit.

P*Rima & principalis causa huius actionis est: Si compromisso fides non præstetur. quæ causa approbatur l. 31. in prin. ff. de recept. arbitris. cuius uerba uide j. except. 24. Huius species sunt causæ sequentẽs, eiusq; exceptiones uide j. causa 7.*

Secunda causa. Si litigator intra diem compromissi, uel loco statuto non adfuerit. quæ causa approbatur l. 2. C. de receptis arbitris, hisce uerbis: Si contra cõpromissum aduersarius tuus apud electum arbitrum præsentiam sui facere detrectauit, placitæ pœnæ uidebitur obnoxius. *Concordat l. 27. §. si quis litigantium. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. causa 7. except. 11. repl. 1. Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi post diem compromissi, arbiter adesse iusserit. quæ exceptio approbatur l. 21. §. si intra. ff. eod. tt. his uerbis*: Si intra diem compromissi aditus, arbiter post diem compromissi adesse iusserit, pœna non committitur. *Huius exceptionis replic. hæc est: Nisi de die proferenda in compromisso conuenerit. quæ replicatio approbatur l. 39. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis*: Cum arbiter diem compromissi proferri iussit, cum hoc ei permissum sit: mora alterius ad pœnam committendam prodest. *Plura de exceptione proposita uide s̄. Cap. 2. except. 38.*

Secunda exceptio est: Nisi alibi arbiter adesse iusserit, quàm ubi in eum est compromissum. Hæc exceptio approbatur l. 21. §. si arbiter. ff. de recept. arbitris, his uerbis: Si arbiter iusserit (puta) in prouincia adesse litigatores, cum Romę esset in eum compromissum: an ei impunè non pareatur quæritur? Et est uerius quod Iulianus ait Lib. 111. Eum locum cõpromisso inesse, de quo actum sit, cum compromitteretur. Impunè igitur ei non parebitur, si alio loco adesse iusserit. Quid ergo si non appareat, de quo loco actum sit? melius dicetur eum locum contineri, ubi compromissum est. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi non procul ab eo loco, ubi compromissum est, arbiter adesse iusserit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur ibidem, his uerbis*: Quid tamen si eo loci, qui sit circa urbem, adesse iusserit? Pegasus admittit ualere iussum. Quod Vlpianus putat uerum esse, si eius sit authoritatis arbiter, uel in secessibus soleat agere, & litigatores facilè eo loci uenire possint. *Tertia exceptio est: Nisi in locum inhonestum, adesse iusserit arbiter. Hæc exceptio approbatur d. l. 21. §. sed & si, his uerbis*: Sed & si in aliquem locum inhonestum adesse iusserit, puto in popinam uel lupanarium: sine dubio (ut Iulianus ait) impunè ei non parebitur: quam sententiam & Celsus libro secũdo Digest. probat. *Propositæ exceptionis replicatio hæc esse uidetur: Nisi cum alter honestè in eum locum uenire nõ posset, alter posset, is qui sine turpitudine uenire posset, non uenerit: cum alter uenisset. Hæc replicatio reprobatur ibidem, his uerbis*: Vnde eleganter tractat si is sit locus in quem alter ex litigatoribus honestè uenire non posset, alter possit: & is non uenerit, qui sine sua turpitudine eò uenire posset, & is uenerit, qui inhonestè uenerat, an committatur pœna cõpromissi, quasi non præbita opera? & rectè putat non committi. absurdum enim esse, iussum in alterius persona ratũ esse, in alterius non. *Quarta exceptio est: Nisi arbiter ipse nõ uenerit, uel antè diem mortuus sit. Hæc exceptio approbatur l. 40. ff. de recept. arbitr. hisce uerbis*: Arbiter Calendis Ianuarijs adesse iussit, & ante eum diem decessit, alter ex litigatorib. non adfuit: ꝓculdubiò pœna minimè commissa est. Nam & Cassiũ audisse se dicentẽ Aristo ait, in eo arbitrio, q ipse nõ uenisset nõ esse cõmissam. Quemadmodũ Seruius ait, si per stipu-

stipulatorē stet, quo minus accipiat, nō cōmitti pœnā. *Quinta exceptio est: Nisi ualetudine aut alia iusta causa impeditus, litigator adesse non potuit. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. si in arbitrū. ff. de doli mali exceptione, his uerbis:* Si in arbitrū cō promiserimus, deinde cū non stitissem ob aduersam ualetudinē pœna cōmissa sit, an uti possim doli exceptione: & ait Pomponius ꝓdesse mihi doli exceptionē. *Cōcordat l. 21. §. si quis ex litigatorib. ff de recept. arbitr. Propositæ exceptionis replic. hæc est: Nisi non sit paratus in eundem cōpromittere. quæ replicatio approbatur d. §. si quis ex litigat. his uerbis:* Si quis ex litigatorib. ideo nō adfuerit, quòd ualetudine uel reipub. causa absentia impeditus sit, aut magistratu, aut alia iusta causa: pœnam committi Proclus & Atilicinus aiūt. Sed si paratus sit in eundē cōpromittere: actionē denegari, aut exceptione tutum fore. *Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi arbiter arbitriū recipere recuset. quæ duplicatio approbatur ibidē, his uerbis:* Sed hoc ita demum uerū erit, si arbiter recipere in se arbitriū fuerit paratus. nam inuitū nō esse cogēdū Iulianus Lib. IIII. Digest. rectè scribit: ipse autē nihilominus pœnā absoluitur. *Sexta exceptio est: Nisi is qui non uenit, per procuratorē defendatur. Hæc exceptio ipso quidē iure approbatur: uerùm eius replicatio hæc est: Nisi arbiter ipsum quoq; dominū litis adesse uelit. quæ repl. approbatur l. 32. §. si domini. ff. de recept. arbitr. cuius uerba uide ī. causa 7. except. 9. Septima except. est: Nisi in compromisso conuenerit de die proferenda, & post diē adfuerit. Hæc except. reprobatur l. 32. §. dies. ff. eo. tt. his uerbis:* Dies cōpromissi ꝓferri potest nō ex conuentione, sed cum iussu arbitri eam proferri necesse est, ne pœna committatur.

Tertia causa. Si dolo quid fecit, is qui compromisit: ueluti si arbitrū uel aduocatū diuersæ partis corrupit. Hæc causa approbatur l. 31. §. sed & siquidē. ff. de receptis arb. hisce uerbis: Siquidē cōpromisso adijciatur. Si quid dolo in ea re factū sit, ex stipulatu cōueniri, qui dolo fecit, potest. Et ideo siue arbitrum quis corrupit, uel pecunia, uel ambitione, uel aduocatū diuersæ partis, uel aliquē ex his quib. causam suā cōmiserat: siue aduersariū callidè circumuenit. & omnino si in hac lite dolo uersatus est: locum habebit ex stipulatu actio. Et ideo si uelit de dolo actionē aduersarius exercere, non debebit: cum habeat ex stipulatu actionem. Quòd si huiusmodi clausula in cōpromisso adscripta nō est: tūc de dolo actio uel exceptio locum habebit. Hoc autem compromissum plenum est, quod etiam doli habet mentionē. *Concordat l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. causa 7. except. 16.*

Quarta causa. Si arbitrum sententiam dicere prohibuit. quæ causa approbatur l. 27. §. penultim. ff. de recept. arbitr. hisce uerbis: Si quis præsens arbitrum sententiam dicere prohibuit, pœna committitur.

Quinta causa. Si rem, de qua cōpromissū est, in iudicium deduxerit. Hæc causa approbatur l. 30. in fine. ff de recept. arbit. cuius uerba uide ī. cap. 2. except. 39. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi de ea re, quā in iudicium deduxit compromissum non sit. quæ exceptio approbatur l. 21. §. plenū ff. eod. tt. his uerbis: Plenū cōpromissum appellatur, qđ de reb. controuersijsúe omnib. compositū est. nam ad oēs controuersias pertinet. Sed si fortè de una re sit disceptatio, licet plenū cōpromissum factū sit, tñ Martianus ex cæteris causis actiones superesse ait. Id enim uenire in cōpromissum, de quo actum sit, ut ueniret. Sed est tutius, si quis de certa re cōpromissum facturus sit, de ea re sola exprimere. *Altera exceptio est: Nisi non omnes species, de quib. compromissum est, in petitione per errorē sint deductæ: hæ enim species postea impunè in iudicium possunt deduci. quæ exceptio approbatur l. 41. ff. eod. tt. his uerbis:* De reb. cōtrouersijsq; omnib. compromissum à Lucio Titio, & Mæuio Sēpronio factū est: sed errore qđā species in petitione à Lucio Titio deductę nō sunt, nec arbiter de his quicquā pronūciauit: quæsitū est, an species omissæ peti possunt. Scæuola respōdit peti posse, nec pœnā ex cōpromisso cōmitti. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi non errore, sed dolo in petitione species nō deduxerit. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Quòd si malignè hoc fecerit, petere quidē potest, sed pœnæ subiugabitur. *Tertia exceptio est: Nisi ab arbitro petere uetitus non sit. Hæc exceptio ipso quidē iure subsistit, uerùm eius replicatio inter alias & hæc est: Nisi arbiter pronunciauit reum actori nihil debere. nā hoc ipso uidetur prohibuisse petere. quæ replicatio approbatur l. 21. §. si arbiter. ff. de recept. arbitr. his uerbis:* Si arbiter ita pronunciasset, nihil uideri Titium debere Seio: tametsi Seium non uetuisset petere, tamē siquid petijsset, uideri contra sententiam arbitri fecisse: & id Ofilius & Trebatius responderunt. *Quarta exceptio est. Nisi alius uel ab alio, quàm qui compromisit petatur. Hæc exceptio ipso quidē iure subsistit, uerùm eius replicatio prima est: Nisi cōpromittentis intersit ab alio non peti, Hæc repl. cū sua exceptione approbatur l. 34. in pr. ff. de recept. arb. hisce uerbis:* Si duo rei sint, aut credēdi, aut debēdi, &c. *Concord. l. 29. ff. eo tt. his uerbis:* Aduersus sententiā arbitri fit, &c. *Secunda repl. est: Nisi hæres eius qui cōpromisit petat. Hæc replicatio approbatur l. 37. ff. eo. tt. his uerbis:* Quamuis arbiter alterum, &c. *Plures exceptiones uide paulo inferius causa 7.*

Sexta causa. Si tum quis alieno nomine compromisisset, dominus id ratum non habuerit. Hæc causa approbatur l. 32. §. penult. ff. de recept. arbitr. cuius uerba uide ī. cap 2. except. 4.

Septima cauſa. Si ſententiæ arbitri paritum non ſit, pœna compromiſsi committitur. quæ cauſa approbatur l. ult. ff. de recept. arbitr. cuius uerba uide J. except. 25. Exemplum proponitur l. 44. ff. eod. tt. his uerbis: Inter Statillianum & Seium controuerſia de finibus orta eſt, & arbiter electus eſt, ut arbitratu eius res terminetur, ipſe ſentẽtiã dixit præſentibus partibus, & terminos poſuit: quæſitum eſt, an ſi ex parte Statilliani arbitrio paritum non eſſet, pœna ex compromiſſo commiſſa eſſet? Scæuola reſpondit: Si in eo quòd utroq; præſente arbitratus eſt, arbitro paritum non eſſet, pœnam commiſſam. *Declaratur hæc cauſa l. 23. §. penult. ff. eod. tt. his uerbis*: Celſus ait, nihil aliud eſſe arbitri ſententiæ ſtare, quàm id agere (quantum in ipſo ſit) ut arbitri ſententię pareatur. *Huius cauſæ exceptiones plures ſunt. quarum primũ genus earum eſt, quæ ſumũtur ex ipſa ſententia, cui paritum non eſt, eiusq; qualitate: eius generis exceptiones hæ ſunt.*

I. EXCEPTIO: *Niſi ſententia non ad ſolutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertineat. Hæc exceptio approbatur l. 39. in principio. ff. de recept. arbitr. his uerbis*: Non ex omnibus cauſis, ex quibus arbitri ſententiæ paritum non eſt, pœna ex compromiſſo committitur: ſed ex his duntaxat, quę ad ſolutionem pecuniæ, aut operam prębendam pertinẽt. Siquidem & contumaciam litigatoris arbiter punire poterit, pecuniam eum aduerſario dare iubendo. Quo in numero haberi non oportet, ſi teſtium nomina ex ſententia arbitri exhibita non ſint. *Hiſce uerbis poſterioribus exemplum propoſitæ exceptionis proponi puto, ut ſi arbiter nomina teſtium exhiberi iuſſerit, & iuſsus ei non pareat, non committatur pœna compromiſsi: quoniam iſta ſententia non pertineat ad ſolutionem pecuniæ uel operam præbendam, & non parentis contumacia ab ipſo arbitro poſsit puniri.*

II. EXCEPTIO: *Niſi iniqua ſit ſententia, & minus probabilis. Hæc exceptio reprobatur l. 27. §. ſtari. ff. de recept. arbitr. his uerbis*: Stari debet ſententiæ arbitri, quam de re dixerit, ſiue ęqua ſiue iniqua ſit: & ſibi imputet, qui compromiſit. Nam (ut diui Pij reſcripto adijcitur) uel minus probabilem ſententiam æquo animo ferre debet. *Planè admittitur exceptio propoſita, ſi non de lite in aliquem ſit compromiſſum, ſed de modo cuiuſdam contractus. quæ diſtinctio approbatur l. 76. cum quatuor legibus ſequentibus. ff. pro ſocio, his uerbis*: Societatem mecum coijſti ea conditionem, ut Nerua amicus communis partes ſocietatis conſtitueret: Nerua cõſtituit, ut tu ex triente ſocius eſſes, ego ex beſſe, &c.

III. EXCEPTIO: *Niſi inhoneſtum quid arbiter iuſserit. quæ exceptio approbatur l. 21. §. non debent. ff. eod. tt. his uerbis*: Non debent compromiſſo obtemperare litigatores, ſi arbiter aliquid inhoneſtum iuſſerit. *Huius exemplum proponitur d. l. 21. §. ſed & ſi in aliquem. cuius uerba uide ſ. eod. cap. cauſa 2. except. 3.*

IIII. EXCEPT. *Niſi incerta ſit arbitri ſententia. quæ exceptio approbatur d. l. 21. §. Pomponius, his uerbis*: Pomponius ait, inutiliter arbitrum incertam ſententiam dicere: utputa quantum ei debes, redde: diuiſioni ueſtræ ſtari placet: pro ea parte quam creditoribus tuis ſoluiſti, accipe.

V. EXCEPTIO: *Niſi diuerſæ arbitrorum ſint ſententiæ. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 27. §. ſi plures. ff. de recept. arbitr. his uerbis*: Si plures arbitri fuerint, & diuerſas ſententias dixerint: licebit ſentẽtiæ eorum nõ ſtari. Sed ſi maior pars conſentiat, ei ſtabitur, alioquin pœna committitur. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi maior pars arbitrorum conſentiat: eius enim ſententiæ ſtabitur, ut patet ex uerbis iam propoſitis. Concordat l. 17. §. principaliter, ibi: In impari. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 2. except. 14. Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi reliqui arbitri non fuerint præſentes: tunc enim maioris partis arbitrio non ſtatur. quæ duplicatio approbatur d. l. 17. §. fin. cum lege ſequente. cuius uerba uide J. except. 14. Altera replicatio eſt: Niſi arbitri diuerſis ſummis condemnauerint: hoc enim caſu, quoniam minor ſumma maiori ineſt, & ob id in eam conſenſiſſe uidentur, niſi minor ſumma præſtetur, pœna committitur. quæ replicatio approbatur l. 27. §. ſi plures, ibi: Inde quæritur. ff. de receptis arbit. hiſce uerbis*: Quæritur apud Iulianum, Si ex tribus arbitris unus in quindecim, alius in decem, tertius in quinq; condemnẽt, num ſententiæ ſtetur? & Iulianus ſcribit, quinq; debere præſtari: quia in hanc ſummam omnes conſenſerunt.

VI. EXCEPTIO: *Niſi de alia re quàm de qua compromiſsum eſt, ſententia ſit lata. Hæc exceptio approbatur l. 32. §. de officio. ff. de recept. arbit. hiſce uerbis*: De officio arbitri tractantibus, ſciendum eſt, omnem tractatum ex compromiſſo ſumendum: nec enim aliud illi licebit, quàm quod ibi, ut efficere poſsit, cautum eſt. Non ergo quidlibet ſtatuere arbiter poterit, nec in qua re libet: niſi de qua re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt. *Huius exceptionis primum exemplum proponitur d. l. 32. §. item ſi iubeat, his uerbis*: Si iubeat ſibi alium coniungi, cum id in compromiſſo non ſit, non dicit ſententiam. Nam ſententia eſſe debet de re compromiſſa. De hoc autem compromiſſum non eſt. *Secundum exemplum proponitur d. l. 32. §. fin. his uerbis*: Arbiter nihil extra cõpromiſſum facere poteſt. Et ideo neceſſarium eſt adijci de die compromiſsi proferẽda: cæterùm impunè iubẽti non parebitur. *Concordat l. 21. §. ſi intra. ff. eod. tt. cuius*

tt.cuius uerba uide s̄.*causa* 2. *except.*1. *Tertium exemplum propositæ exceptionis, proponitur l.*46. *ff. eod.tt.his uerbis*: De his rebus & controuersijs & rationibus iudicare arbiter potest, quæ ab initio fuerunt inter eos, qui compromiserunt, non quæ postea superuenerunt.

*Quartum exemplum proponitur l.*21.*§.item si arbiter.ff.eod.tt.his uerbis*:Si arbiter pœnam ex cõpmisso peti uetuerit:in Libro XXXIII apud Pomponium scriptum habeo, non ualere: & habet rationem:quia non de pœna compromissum est. *Quintum exemplum proponitur l.*4.*§.item quæritur.ff.de doli mali except.his uerbis*:Quæritur, si cum eo à quo tibi sexcenta deberentur compromiseris, deinde per imprudentiam pœnam centum stipulatus fueris: Labeo putat, conuenire officio arbitri iubere tantum tibi dari, quãtum reuera debebat: & si non fiat, non uetare ne quid amplius petatur. Sed etiãsi id omissum fuerit, peti posse quod debetur Labeo dicit: & si fortè pœna petatur, doli mali exceptionem profuturam. *Plura propositæ exceptionis exempla uide* J.*in Exceptionibus proximè sequentibus.*

*Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cum compromissum sine die factum esset, arbiter diem constituerit: hoc enim casu, quamuis nihil de eo in compromisso cautum sit, non tamen uitiatur sententia, nec propositæ exceptioni locus est. quæ replicatio approbatur l.*14.*ff.de recept.arbitr.his uerbis*:Si cõpromissum sine die confectum est, necesse est arbitrum omnimodò diem statuere, partibus scilicet consentiẽribus: & ita causam disceptari. Quòd si hoc prætermiserit, omni tempore cogendus est sententiam dicere. *Secunda replicatio est: Nisi de modo uacuæ possessionis dandæ pronunciauerit. nam & hoc casu ualet sententia. quæ replicatio approbatur l.*32.*§.arbitri.ff.eo. tt.his uerbis*:Arbitri officio cõtinetur, & quemadmodum detur uacua possessio. *Tertia replicatio est: Nisi solutioni diem arbiter statuerit. quæ replicat. approbatur l.*21.*§.solutioni.ff. eod.tt.his uerbis*: Solutioni diem posse arbitrum statuere puto: & ita etiam Trebatius uidetur sentire. *Quarta replicatio est: Nisi litigatores, eorumue hæredes adesse iusserit. quæ replicatio approbatur l.*32.*§ si domini.ff.de recept.arbitr.cuius uerba uide* J. *except.*9. *Hæc de Sexta exceptione.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi arbiter sua sententia compromissum minuat, aut mutet. Hæc exceptio approbatur l.*25.*§.hæc autem.ff.de recept. arbitr. hisce uerbis*:Hæc clausula:Diem compromissi pferre, nullam aliam dat arbitro facultatem, quàm diem prorogandi. Et ideo conditionem primi compromissi, neque minuere, neque mutare potest. Et ideo cætera quoq; discutere debet, & pro omnibus unam sententiam ferre.

VIII. EXCEPTIO: *Nisi non definiat negociũ arbiter, sed de eo ad iudicem eundum uel in alium compromittendum dicat, uel alterius arbitrio standum. Hæc exceptio approbatur l.*32.*§.quæsitum.ff. de receptis arbitr.his uerbis*: Quæsitum est, de sententia dicenda, & dictum est, non quamlibet, licet de quibusdam uariatum sit. Et puto uerè non committi, si dicat ad iudicem de hoc eundum, uel in se uel in alium compromittendum. Nam & Iulianus ait, impunè ei non pareri, si iubeat ad alium arbitrũ iri, ne finis non sit. Sed nec si hoc modo dixerit, ut arbitrio Publij Mæuij fundus tradatur, aut satisdatio detur, parendum esse sententiæ. Item Pedius probat, ne propagẽtur arbitria, aut in alios interdũ inimicos agẽrium transferantur: sententia sua finem controuersiæ eum imponere oportere. Nõ autem finiri controuersiam, cum aut differatur arbitrium, aut in alium transferatur: partemq; sententiæ esse quemadmodum satisdetur, quibus fideiussoribus: idq; delegari non posse, nisi ad hoc compromissum sit, ut arbiter statuerit, cuius arbitratu satisdaretur.

IX. EXCEPTIO: *Nisi dominos per procuratores agere uolentes, ipsos adesse iusserit arbiter, uel hæredes eorum. Hæc exceptio reprobatur d.l.*32. *§.si domini, his uerbis*: Si domini, qui inuicem stipulati sunt, per procuratores suos agere apud arbitrum uelint: potest iubere ipsos etiam adesse. Sed & si hæredis in compromisso mentio fit, potest iubere etiam hæredem eorum adesse.

X. EXCEPTIO: *Nisi arbiter sua sententia, quem à ratione tutelæ minoris uigintiquinq; annis absoluerit. Hæc exceptio approbatur l.*5.*in prin ff.de recept.arbitris, hisce uerbis*:Labeo ait, si compromisso facto sententia dicta est, qua quis à minore uigintiquinque annis tutelæ absolueretur: ratum id à Prætore non habendũ, neque pœnæ eo nomine commissę petitionem dari.

XI. EXCEPTIO: *Nisi non præsentibus partibus sententia dicta sit. Hæc exceptio approbatur exemplo eorum, quæ dicta sunt* s̄.*Lib.prox.cap.*9. *except.*10.*in prin. Huius autem exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi litigator uocatus uenire noluit. Hæc replicatio reprobatur sub conditione l.*27.*§.si quis litigatorum.ff.de recept. arbitr. hisce uerbis*: Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quo minus arbitretur, pœna committetur. Proin de sententia quidem dictá non coram litigatoribus non ualebit: nisi in compromisso hoc specialiter expressum sit, ut uel uno uel utroque absente sententia promatur. Pœnam autem is qui defuit, committit, quia per eum factum est, quo minus arbitretur. *Secunda replicatio est: Nisi interlocutoria dicta sit, de citando litigatore. quæ repli-*

catio approbatur l.49.§.arbiter.ff.eod.tt.his uerb. Arbiter adesse litigatores, uel per nũcium uel per epistolam iubere potest. *Tertia replicatio est: Nisi interlocutoria lata sit, de die proferenda. quae replicatio approbatur l.27.in prin.ff.eod.tt. his uerbis*: Diem proferre uel præsens, uel per nuncium, uel per epistolam potest.

XII. EXCEPT. *Nisi non præsente tutore uel curatore litigatoris minoris uel furiosi sententia dicta sit. Hæc exceptio approbatur d.l.27.§.coram, his uerbis*: Coram autem dicere sententiam uidetur, qui eam sapientibus dicit. Cæterùm coram furioso uel demente non uidetur dici. Item, coram pupillo non uideri sententiam dictam, nisi tutor præsens fuerit: & ita de alijs omnibus Iulianus Libro III. Digestorum scribit. *Concordat l.47.in prin.ff.eod.tt.his uerbis*: Si compromissum ita factum sit, ut præsente utroq;, aut hæredib. eorũ arbiter sententiam dicat, & alter ex litigatorib. decesserit hęrede pupillo relicto: non aliter uidetur sententia dicta esse, nisi tutoris authoritas interposita fuerit. *Concordat l.49.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̃.cap.2.except.36.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi alius, quàm in quem compromissum est, sententiam dixerit. Hæc except. approbatur l.45.ff.de recept.arbitr.his uerbis*: In compromissis arbitrium personę insertum, personam non transgreditur. *Concordat l.32.§.quæsitum.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̃.except.6.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi cum in plures cõpromissum esset, unus tantum pronunciauit, uel nõ omnes. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.17.§.fin.cum lege sequente.ff.de recept.arbitr.hisce uerbis*: Celsus Libro tertio Digestorum scribit, si in tres fuerit cõpromissum, sufficere duorum consensum, si præsens fuerit & tertius: alioquin absente eo, licet duo consentiant, arbitrium non ualere: quia in plures fuit cõpromissum, & potuit præsentia eius trahere eos in aliam sententiam. Sic & tribus iudicib. datis, quod duo ex consensu absente tertio iudicauerunt, nihil ualet: quia ita demum, quod maior pars omnium iudicauit ratum est, cum & omnes iudicasse palàm est. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi omnes fuerint præsentes: tunc enim maioris partis arbitrio statur, ut ex iam dictis constat, estq; de hac re dictum s̃.except.5. Altera replicatio uidetur esse: Nisi in alium, qui sententiam non dixit, inutiliter sit compromissum. Hæc replicatio reprobatur l.7.§.fin.ff.de recept.arbit.cuius uerba uide s̃.cap.2.except.6. Tertia replicatio est: Nisi ita sit compromissum, ut uel unius arbitrio stetur. Hæc replicatio approbatur l.32.§.cum in plures.ff.eod. tt. cuius uerba uide s̃.cap.prox.except.19.repl.2.Concordat l.8.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̃.cap.prox.except.9.*

XV. EXCEPTIO: *Nisi arbiter inimicus alteri litigatorum factus, testationibus ab eo conuentus nihilominus dixit sententiam. Hæc except. approbatur l.32.§.cum quidam.ff. de recept. arbitr. hisce uerbis*: Cũ quidã arbiter ex alijs causis inimicus manifestè apparuisset, testationib. etiã cõuentus ne sententiã diceret, nihilominus nullo cogente dicere perseuerasset: libello cuiusdam id quærentis Imp. Antoninus subscripsit, posse eũ uti doli mali exceptione. Et idẽ, cũ à iudice cõsuleretur, apud quẽ pœna petebatur, rescripsit: etiãsi appellari nõ posset, doli mali exceptionem in pœnæ petitione obstaturam. Per hãc igitur exceptionẽ quædam appellandi species est, cum liceat retractare de sententia arbitri.

XVI. EXCEPT. *Nisi sordes uel gratia arbitri in ferenda sententia intercessit. Hæc exceptio approbatur l.3.C.de recept.arbitr. his uerbis*: Arbitrorũ ex cõpromisso sentẽtię nõ obtemperans, si sordes uel euidẽs gratia eorũ q arbitrati sunt, intercessit: aduersus filiã tuã agentẽ ex stipulatu, exceptiõe doli mali uti poteris. Sed & ex doli clausula, quæ compromissi stipulationi subijci solet, filiam tuam conuenire non uetaberis.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi non intra diem compromissi pronunciatum sit. Hæc exceptio approbatur l.1.§.fin.C.d.tt.his uerbis*: Si ultra diem compromisso comprehensum iudicatum est: sentẽtia nulla est, nec ullam pœnam committit, qui ei non paruerit. *Plura de hac exceptione uide s̃.cap.2.except.38.*

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi cum in cõpromisso cõuenisset, ut arbiter de omnib. controuersijs eadẽ die pronunciaret, non de omnib. eadẽ die pronunciauerit. Hæc exceptio approbatur l.25.in prin.ff. de recept.arbit.hisce uerbis*: Labeo ait, si arbiter, cũ in compromisso cautũ esset, ut in eadẽ die de omnibus sententiã diceret, & ut posset diẽ ꝓferre, de quibusdam rebus dicta sentẽtia, de quibusdã non dicta, diẽ protulit: ualere ꝓlationẽ diei, sententiæq; eius posse impunè nõ pareri. Et Pomponius probat Labeonis sententiam, quod & mihi uidetur: quia officio in sententia functus non est.

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi feriatis diebus arbiter sententiã dixit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi dies compromissi exitura est, nec ea proferri possit. Quæ replicatio approbatur l.13.§.arbiter.ff.de receptis arbitris, hisce uerbis*: Arbiter ex compromisso his diebus non cogitur sententiam dicere, quibus iudex non cogeretur: nisi dies compromissi exitura sit, nec proferri possit. Proinde si fortè urgeatur à Prætore ad sententiam: æquissimum erit, si iuret sibi de causa nondũ liquere, spacium ei ad pronunciandum dari. *Altera replicatio est: Nisi cogente Prætore arbiter feriato die pronunciauit. quæ replicatio approbatur l.36.ff. eod. tit. his uerbis*: Si

feriatis

feriatis diebus cogente Prætore arbiter dicat sententiam, & petatur ex compromisso pœna: exceptionem locum non habere constat: nisi aliqua lege eadem dies feriata, in qua sententia dicta est, fuerit excepta. *Ait Iurisconsultus*: Nisi aliqua lege eadem dies, &c. *Hæc uerba quorsum pertineant Glossa dubitat, & ipse non intelligo.*

XX. EXCEPTIO: *Nisi sententia ab arbitro sit mutata. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.19.§.fin.cum lege sequente.ff.de recept. arbi. his uerbis*: Videndum erit, an mutare sententiā possit? Et aliàs quidem est agitatum, si arbiter iussit dari, mox uetuit: utrum eo quòd iussit, an eo quòd uetuit, stari debeat? Et Sabinus quidē putauit posse. Cassius uerò sentētiā magistri sui benè excusat: Et ait de ea sententia Sabinū non sensisse, quæ arbitrium finiat, sed de præparatione causæ: utputa si iusserit litigatores Calendis adesse: mox Idibus iubeat. nā mutare eum diem posse. Cæterùm si condemnauit, uel absoluit, quando arbiter esse desierit, mutare sententiam non posse. Quia arbiter & si errauerit in sententia dicenda, corrigere eam non potest. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi nō dilatoria, sed definitiua sit sententia. Hāc enim mutare non potest. quæ replicatio ex iam dictis constat. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cū de pluribus controuersijs esset compromissum, ita ut de omnibus simul pronunciaretur, de quibusdā non de omnibus sententia dicta sit. Hæc enim sententia, quāuis definitiua sit, tamen potest mutari. quæ duplicatio approbatur l.21.in prin ff.eod.tt.his uerbis*: Quid tamen si de pluribus controuersijs sumpta est nihil sibi communibus, & de una sentētiam dixit, de alijs nondum: nunquid desijt esse arbiter? Videamus igitur, an in prima cōtrouersia possit mutare sententiā, de qua iam dixerat? Et multū interest de omnibus simul ut dicat sententiā, cōpromissum sit, an nō. nam ut si de omnibus, poterit mutare. nondum enim dixit sentētiam. Quòd si ut separatim: quia plura sunt compromissa, & ideo quantum ad illam controuersiā pertinet arbiter esse desijt.

XXI. EXCEPTIO: *Nisi à sententia sit appellatum. Hæc exceptio reprobatur l.1.C.de.recept.arbi. hisce uerbis*: Ex sententia arbitri ex compromisso iure perfecto aditi appellari non posse, sæpè rescriptum est: quia nec iudicati actio inde præstari potest, & ob hoc inuicem pœna promittitur, ut metu eius à placitis non recedatur. *Concordat l.32. §.cum quidam, in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. except.15. Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi lege cogente arbiter sit sumptus. quæ replicatio approbatur exemplo l.16.in fine.C. de iudicijs. cuius uerba uide s̄. Lib.6.cap.6.de recusation.iud.quæst.3 & 4. Aliud exemplum proponitur l.11.ff.qui satisd. cogantur. cuius uerba uide s̄. Lib.6.cap.7. quæst. 7. reg.1. Hactenus exceptiones contra causam propositam ex sententis cui non paretur, eiusq; circumstantijs & qualitatibus desumptæ, propositæ sunt: sequuntur reliquæ exceptiones, ex circumstantijs non parendi & antecedentibus sumptæ.*

XXII. EXCEPTIO: *Nisi compromissum inutile sit, aut irritum effectum. Hæc exceptio ipso iure subsistit hac ratione. Quod causa principali non subsistente, nec ea quæ sequuntur locum habeāt l.138.& l.171.ff.de regul.iuris. Huius igitur exceptionis species sunt exceptiones contra compromissum s̄.cap.2. propositæ hic repetendæ.*

XXIII. EXCEPTIO: *Nisi pœna compromissi semel sit commissa. Hæc exceptio approbatur l.34.§.fin.ff de recept.arbitris, hisce uerbis*: Semel cōmissa pœna solui compromissum rectius puto dici, nec amplius posse cōmitti: nisi id actum sit, ut in singulas causas toties cōmittatur. *Huius exemplum proponitur l.27. §.si quis litigatorum.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.exceptione 11. replicat.1.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Nisi dolus aduersarij interuenerit. Hæc exceptio approbatur l.31.in prim. ff.de recept.arbitr.hisce uerbis*: Ita demum committitur stipulatio, cum aduersus eam quid fit, si sine dolo malo stipulantis factum est. Sub hac enim conditione committitur stipulatio, ne quis doli præmium ferat.

XXV. EXCEPTIO: *Nisi per aduersariū steterit, quo minus compromisso uel sententiæ arbitri pareatur. Hæc exceptio approbatur l. 23. §. idem ait. ff.de receptis arbitris, hisce uerbis*: Celsus ait: Si arbiter iusserit me tibi dare, & ualetudine sis impeditus, quo minus accipias, aut alia iusta: Proculum existimare pœnam non committi, nec si post Calendas te parato accipere non dem. Sed ipse rectè putat duo esse arbitri præcepta. Vnum, pecuniam dari: alterum, intra Calendas dari. Licet igitur in pœnam non committas, quod intra Calendas non dederis, quoniam per te non steterit: tamen committis in eam partem, quòd non das. *Concordat d.l.23.§.fin. his uerbis*: Idem Celsus ait, si arbiter me tibi certa die pecuniam dare iusserit, tu accipere noluisti: posse defendi ipso iure pœnam non cōmitti. *Concordat item l.40.in fine.ff.eod. tit. cuius uerba uide s̄.causa 2.except.4. Item concordat l.31. in prin. ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. except. prox. Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi cum per aduersarium stetisset, quo minus acciperet, postea accipere parato non offeratur. quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce*: Sed ipse rectè putat, &c. *Concordat l.24.ff.eod.tt.his uerbis*: Sed si postea paratus ille sit accipere: non impunè me non daturum. non enim antè feceram.

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi iusta causa impediatur,*

distur, quo minus sententiæ pareat. *Hæc exceptio approbatur l.23.§.idem ait.ff.de recept.arbitr.cuius uerba uide s̄.except.prox. in prin.* *Concordat l. 22. §. nam & si arbiter.ff.de actionib.& obligat. his uerbis*: Si arbiter ex cōpromisso pecuniã certo die dari iusserit, neq; per eũ qui dare iussus est steterit: non cōmitti pœnam Africanus respondit: adeò ut & illud, &c.

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi postea parére sit paratus, qui antea non paruit.* *Hæc exceptio approbatur l.21.§.fin. cum lege sequente.ff. de recept.arb. hisce uerbis*: Intra quantum autem temporis, nisi detur quod arbiter iussit, committatur stipulatio, uidendum est. Et siquidē adiectus dies non sit, Celsus scribit Lib. secundo Digest. inesse quoddam modicũ tēpus: quod ubi præterierit, pœna statim peti possit, ut tamen (inquit) si dederit ante acceptum iudicium, agi ex stipulatu non possit, utiq; nisi eius interfuerit, tunc solui. *Concordat l.ult. ff eod.tt.his uerbis*: Si quis ab arbitro iussus est ex compromisso soluere pecuniam, & moram fecit, pœnã ex cōpromisso debet. Sed postea soluendo, pœna liberatur. *Concordat item l.22.§.nam & si, ibi: Adeò. ff. de action. & oblig. cuius uerba uide s̄.except.prox.* *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est. Nisi iudicium eo nomine sit acceptum. quæ replicatio constat ex uerbis iam dictis hisce*: Si dederit ante acceptum iudiciũ, &c. *Secunda replicatio est: Nisi interfuit actoris statim solui. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Nisi eius interfuerit tunc solui. *Tertia replicatio est: Nisi intra certum tempus dare iussus, post tempus offerat. quæ replicatio approbatur l.23. in prin ff.eod.tt.his uerbis*: Celsus ait, si arbiter intra Calẽdas Septembris dari iusserit, nec datum erit, licet postea offeratur, attamen semel cōmissam pœnã cōpromissi nō euanescere: quoniam semper uerum est. intra Calẽdas datam non esse. Si autem oblatum acceperit: pœnam petere nõ posse, aut doli exceptione remouendum. Contrà ubi duntaxat dari iussit. *Huius replicationis duplicatio est: Nisi post tempus oblatum actor acceperit. quæ duplicatio approbatur uerbis iam dictis hisce*: Si autem oblatum acceperit, &c. *Quarta replicatio est: Nisi non ipse litigator, qui dare iussus est, dare paratus sit, sed hæres eius uel alius.* *Hæc replicatio reprobatur l.27.§.si hæredis, ibi: Nec utimur. ff.de recept. arbit. his uerbis*: Non utimur Labeonis sentẽtia, qui existimauit, si arbiter aliquem pecuniam dare iusserit, & is decesserit antequam daret, pœnã cōmitti, licet hæres eius paratus sit offerre.

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi actoris nihil intersit, quod sententiæ non sit paritum.* *Hæc exceptio reprobatur l.38.ff.de recept.arbit.hisce uerbis*: Cum pœna ex compromisso petitur, is qui compromisit, damnandus est, nec interest, an aduersarij eius interfuerit arbitri sentẽtiæ stari, nec'ne. *Reliquas huiusmodi exceptiones uide s̄.in causis præcedentib.* *Hactenus ergo de causis propositæ actionis, earumq; exceptionib. sit dictum.*

II. QVIBVS DATVR actio.

Quamuis arbiter fisco pœnam solui iussit, tamen non fisco, sed aduersario ratione stipulationis competit actio. quæ regula approbatur l.42.ff.de recept. arbitris, hisce uerbis: Arbiter intra certum diem seruos restitui iussit, quibus non restitutis pœnæ causa fisco secundum formam compromissi condemnauit. Ob eam sententiã fisco nihil adquiritur. Sed nihilominus stipulationis pœna committitur, quòd arbitrio statuto non sit obtemperatum.

III. ADVERSVS QVOS datur actio.

Quamuis unus hæredum sententiæ paruerit, alter non paruerit, tamen aduersus utrunq; pœnalis stipulatio committitur. quæ regula approbatur l.5.§.fin. ff. de uerb.obligat. cuius uerba uide in Cōment. de Verb. obligat. cap.7.except.4.repl.2.

IIII. QVAE COMPETAT actio, & adfinia remedia.

Prima regula. Non datur ex compromisso iudicati actio, nec rei iudicatæ exceptio, sed tantum pœnæ petitio. quæ regula approbatur l.2.ff. de recept. arbitris, hisce uerbis: Ex compromisso placet exceptionem non nasci, sed pœnæ petitionem. *Concordat l.1. C.eod. tt. cuius uerba uide paulo superius except.21.* *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi pœna compromisso adiecta non sit. De hac exceptione, eiusq; replicationibus uide s̄.eod.Libro, cap.2. exceptione 25.*

Altera regula. De doli mali actione, proponitur l. 31.§.fin ff.de receptis arbitris. cuius uerba uide s̄.quæstione 1.causa 3.

DE TRANSACTIONIBVS. Cap. V.

Tertium & ultimum iudiciorum adfine remediũ sequitur, scilicet transactiones, quarum non minor, quàm rerum iudicatarum auctoritas est, ut paulo inferius dicetur.

I. Proprium transactionis, proponitur l.1.ff.de trãsactionibus, hisce uerbis: Qui transigit, quasi de re dubia & lite incerta, neq; finita transigit: qui uerò paciscitur, donationis causa rem certam & indubitatam liberalitate remittit. *Hisce uerbis differentia indicatur inter transactionem, & pactum de non petendo. Est autem transactio nihil aliud quàm pactum, de lite dubia, & incerta remittenda.*

II. DE EXCEPTIONIBVS aduersus transactionem.

Regulariter autem transactio perinde ac alia pacta ualet, pariũq; pacti conuenti exceptionem interdum

dum & actionem. quæ regula approbatur l. 20. C. de transactionibus, bisce uerbis: Non minorem auctoritatem transactionum, quàm rerum iudicatarum esse certa ratione placuit: siquidem nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea quæ placuerint custodiri. *Concordat l. 10. C. eod. tit. bis uerbis:* Fratris tui filijs de paterna successione, ac statu etiamnum contra fidem sanguinis, itemq; placitorum quæstionem inferre patrum probè postulas: nullus etenim erit litium finis, si à transactionibus bona fide interpositis cœperit facilè discedi. *Huius regulæ exceptiones plures sunt, nunc ordine proponendæ.*

I. EXCEPTIO: *Nisi alius quàm is cui transactio opponitur, transegerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de transactionibus, bis uerbis:* Impp. Antoninus & Verus ita rescripserunt: Priuatis pactionibus non dubium est, non lædi ius cæterorum. Quare transactione, quæ inter hæredem & matrem defuncti facta est, neque testamentum rescissum uideri potest, neque manumissis, uel legatarijs actiones suæ ademptæ sunt. Quare quidquid ex testamento petunt, scriptum hæredem conuenire debent, qui in transactione hæreditatis, aut cauit sibi pro oneribus hæreditarijs: aut si non cauit, non debet negligentiã suam ad alienam iniuriam referre. *Aliud huius exemplum proponitur d. l. 3. §. debitor, bis uerbis:* Debitor, cuius pignus creditor distraxerat, cum Mæuio, qui se legitimum creditoris hæredem esse iactabat, minimo transegit: postea testamento prolato Septicium hæredem esse apparuit: quæsitum est, si agat pignoraticia debitor cum Septicio, an is uti possit exceptione transactionis factæ cum Mæuio, qui hæres eo tempore non fuerit, possitq; Septicius pecuniam, quæ Mæuio ut hæredi, à debitore numerata fuit, cõdictione repetere, quasi sub prætextu hæreditatis acceptam. Scæuola respondit secundum ea quæ proponerentur, non esse: quia neque cum eo ipse transegit, neque negocium Septicij Mæuius gerens accepit. *Concordat l. 17. §. penultim. ff. de pactis. Aliud exemplum proponitur l. 1. C. de transactionibus, bis uerbis:* Neque pactio, neque transactio cum quibusdam ex tutoribus, siue curatoribus facta auxilio, cæteris est, in ijs quæ separatim cõmuniterue gesserunt, uel gerere debuerũt. Cum igitur tres curatores habueris, & cum duobus ex ijs transegeris: tertium conuenire non prohiberis. *Aliud exemplum proponitur l. unica, in prin. C. si in comm. eademq; causa in integr. restitut. postuletur. cuius uerba uide 3. repl. 4. Aliud exemplum proponitur l. 26. C. de transactio. bis uerbis:* Trãsactione matris filios eius nõ posse seruos fieri, notissimi iuris est. *Aliud exemplum proponitur l. 10 ff. de transact. bis uerbis:* De re filiorum quos in potestate nõ habuit, trãsigentẽ patrẽ minimè eis obesse placuit. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est. Nisi pater in causa filiorum, quos habet in potestate transegit. quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Quos in potestate non habuit. *Secunda replicatio est: Nisi procurator eius, cui transactio obijcitur transegerit. Hæc repl. ipso iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi procurator non ad transigendum specialiter sit datus. Hæc duplicatio approbatur l. 7. C. de transact. bis uerbis:* Trãsactionis placitũ ab eo interpositũ, cui causæ actionem, non decisionẽ litis mandasti, nihil petitioni tuæ derogauit. *Concordat l. 11. ff. de transact. bis uerbis:* Nulli procuratorũ principis incõsulto principe, transigere licet. *Tertia replicatio est: Nisi administrator ciuitatis transegerit. Hæc repl. approbatur l. 12. C. de transact. bis uerbis:* Præses prouinciæ existimabit, utrũ de dubia lite trãsactio inter te & ciuitatis tuæ administratores facta sit: an ambitiosè, id quod indubitatè deberi posset, remissum sit. Nam priore casu ratam manere transactionem iubebit: posteriore noceri ciuitati gratia non sinet. *Quarta replicatio est: Nisi transactionem ab alio factam ratam habuit. Hæc replicatio approbatur l. unica. C. si in communi eademq; causa in integ. rest. post. bis uerbis:* Nec si maior quinque & uiginti annis frater uester fuit uobis non mandantibus, nec ratam transactionẽ habẽtibus, de iure uestro quicquam minuere potuit. Nam si cognitis, quæ gessit his consensum post uigintiquinq; annos ætatis cõmodastis: quamuis ille minor pro portiõe sua restitutionis auxiliũ implorare possit, uobis tamen ad cõmunicandũ edicti perpetui beneficiũ eius, ætas patrocinari non potest. *Quinta replicatio est: Nisi tutor in causa pupilli, uel curator transegit. Hæc replicatio approbatur l. 58. §. qui tutelam ff. de furtis, bisce uerbis:* Qui tutelam gerit, transigere cum fure potest. Sed & circa curatorem furiosi eadem dicenda sunt. *Sexta replicatio est: Nisi is cui transactio obijcitur, successerit ei qui transegit. Hæc replicatio approbatur exemplo emptoris & uenditoris l. ult. ff. de transactionibus, bis uerbis:* Venditor hæreditatis emptori mandatis actionibus cum debitore hæreditario, qui ignorabat uenditam esse hæreditatem transegit. Si emptor hæreditatis hoc debitum ab eo exigere uelit: exceptio transacti negocij debitori propter ignorantiam suam accommodanda est. Idem respondendum est, & in eo qui fideicommissam recepit hæreditatem: si hæres cum ignorante debitore transegerit. *Septima replicatio est: Nisi hæreditate ex causa fideicommissi restituta, hæres cum debitore hæreditario transegit: hæc enim transactio obest fideicommissario. quæ replicatio approbatur simul & distin-*

distinguitur uerbis iam propositis hisce: Idem respondendum ast,& in eo qui fideicommissam,&c.

II. EXCEPTIO: *Nisi æger corpore transegerit. Hæc exceptio reprobatur l.17.C.de transactionibus,his uerbis*:Sanum mente licet ægrũ corpore rectè trãsigere manifestum est:nec postulare debueras improbo desiderio placita rescindi ualetudinis corporis aduersæ uelamento. *Planè admittitur exceptio proposita, si medicus cũ ægroto transigat. quæ distinctio approbatur l.3.ff.de extraordin.cognit.de qua re alibi dicetur.*

III. EXCEPTIO: *Nisi metus causa facta sit trãsactio. Hæc exceptio approbatur l.13.in prin.C.de trãsact. his uerbis*: Interpositas metus causa trãsactiones ratas non haberi, edicto perpetuo continetur. *Edictum hoc cuius hic fit mentio,habetur l.1.in prin.ff.de eo quod metus causa. Huius exceptionis replicatio prima hæc est*: *Nisi uanus timor fuerit.quæ replicatio approbatur d. l.13. his uerbis*: Nec tamen quilibet metus ad rescindendum ea quæ consensu terminata sunt sufficit,sed talem metum probari oportet, qui salutis periculum uel corporis cruciatum contineat. *Concordat l.145.ff.de regul. iuris. Secunda replicatio est*:*Nisi amicus suis præsentib. transegit.quæ replicatio approbatur l.35.C. de transactionibus,his uerbis*:Transactionem,quæ dominij trãslatione uel actione parta, seu perempta finẽ accepit,cũ ea amicis interuenientib.reuera ostenditur processisse:metus uelamento rescindi postulãtis,professio detegit improbitatem. *Plura de exceptione proposita uide in exceptione generali, Quod me us causa.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi dolo malo transactio sit facta.Hæc exceptio approbatur l. 1. §.fin. ff. ad Senatusc.Tertull.his uerbis*:Quod ait Senatus, quę iudicata,trãsacta,finitaue sunt,rata maneãt, ita intelligendũ est, ut iudicata debeamus ab eo accipere,cui iudicãdi ius fuit:trãsacta scilicet bona fide, ut ualeat transactio finita,uel cõsensu, uel longo silentio sopita. *Huius exceptionis exemplũ proponitur l.9.§.qui per fallaciã.ff.de transact.his uerbis*: Qui per fallaciã cohæredis ignorãs uniuersa quæ in uero erãt,instrumentũ trãsactionis sine Aquiliana stipulatione interposuit: non tam paciscitur,quàm decipitur. *Ait Iurisconsultus*: Sine Aquiliana stipulatiõe interposuit. *Ex his uerbis prima propositæ exceptionis replic. elicitur,talis scilicet.Nisi Aquiliana stipulatione interueniente trãsactio facta sit:tunc enim quamuis dolo sit facta, proposita tamen exceptioni locus non est. de qua re dicetur infrà,in fine huius secundæ quæstionis. Secunda replicatio est:Nisi illius,qui hac exceptione utitur, dolo sit factũ nõ aduersarij. Quæ replicatio approbatur l.30.C.de transact.his uerbis*: Transactione finita, cũ ex partib. tuis magis dolũ intercessisse, q̃ eorũ,contra quos preces fundis confiteariś:instaurari graue necnõ criminosum tibi est. *Tertia replicatio est*: *Nisi falso persuasus se aduersarij heredem futurum transegerit. Hæc replicatio approbatur l.33.C.de transact.his uerbis*: Cum donationis,seu transactionis causa, administratæ tutelę debiti,sciẽtes uos obligationẽ remisisse fratri uestro ꝓponatis, nec unquã uolentibus dolus inferatur:frustrà de dolo queriminimi:nec ad implendũ promissum hęreditatis propriæ pollicitatione quisquam adstringitur. *Quarta replicatio est:Nisi sobriè & prudenter ex ipso facto transactum appareat:tunc enim quamuis non responderit euentus, de dolo exceptio non datur. Quæ repl.approbatur exemplo l.11.C. de transact.his uerbis*:De fideicommisso à patre inter te & fratrẽ tuum uicissim dato,si alter uestrũ sine liberis excesserit uita, interposita trãsactio rata est: cũ fratrũ concordia remoto captãdæ mortis alterius uoto improbabili retinetur:& nõ potest eo casu rescindi tanquã circumuentus sia: cũ pacto tali cõsenseris,neq; eã cui subueniri solet ætatem agere proponas: nec si ageres ijsdẽ illis de causis, in integrũ restitutionis auxilium impetrare deberes. *Quinta replicatio est:Nisi dolus non probetur. Hæc replicatio approbatur l. 22. C. eod.tt.his uerbis*:Si maior transegisti,ad rescindendam transactionem de dolo contestatio non sufficit.

V. EXCEPTIO: *Nisi per errorẽ & ignorantiã facta sit transactio.Hæc exceptio in transactionib.non facilè admittitur,cum ob hoc ipsum transigatur: quia lis dubia sit & incerta,factumq; uel ius causæ de qua transigitur, ignoretur. Vnde quamuis postea certum fiat,nõ tamen transactio rescindenda,ut dicetur). eod. cap.except.19. Aequiparatur igitur in hoc casu quẽad modũ & in alijs plurib.transactio rei iudicatæ,quæ ob errorem & aliquam exceptionem omissam non retractatur.de qua re dictũ §.Lib.8.cap.3.except. 25 & 27. Iure æquiparatur iureiurando,quo præstito nõ amplius quæritur,an debeatur,sed an sit iuratum. de qua re dictũ §.Lib.7.cap.7.exc.17.Vnde nec calculi erroris occasione trãsactio bona fide facta potest i e tractari l.unica.ibi:*Vel transactio.*C.de errore calculi.Planè si dolo aduersarij persuasus & in errore dolo aduersarij inductus transegit,ex hac causa contra transactionem se defendere potest non quidem erroris, sed supradicta doli m ali exceptione.Sed & admittitur exceptio proposita in quibusdam casibus.quos uide) in Excep.seq.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi non inspectis cognitisq; uerbis testamenti de controuersia, quæ ex testamento pendet,sit transactum. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff.de transact.his uerbis*:De controuersijs, quæ ex testamento proficiscuntur,neq; transigi, neq exq; uiri ueritas aliter potest,quàm inspectis, cognitisq; uerbis testamenti. *Plura de hac re uide). except. 24.*

VII. EXCEPT. *Nisi nõ trãsigendi animo facta sit transactio.Hæc exceptio approbatur exẽplo l.14.*

C.de

C. de transact. his uerbis: Si qui dẽ ex causa trãsactionis acceptis, q̃ instrumento cõtinentur, nihil amplius peti conuenit: aduersariã tuã exceptionis auxilio defendi ꝓspicis. Si uerò certã quantitatẽ, quasi solã ab ea debitã reddere sine litis decisione cõfessa est, tã eã q̃ residuã partẽ debiti petere minimè ꝓhiberis. *Casus horũ uerborũ est. Titius petijt à muliere sibi solui decẽ, illa dixit se quinq; tantum debere: quod actor Titius pro confesso accipit, deq; eo protestatur. Quam protestationem nõ transigendi animo fecit, sed magis ut probãdi onere releuetur: proinde in petitione decẽ perseueranti nõ obstat transactionis exceptio.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi ultra duplum in trãsigendo sit deceptus. Hæc exceptio reprobatur l. 78. §. fin. ff. ad S.C. Trebell. cuius uerba uide in Comment. de Legatis, cap. 10. causa 58. except. 4.*

IX. EXCEPTIO: *Nisi nihil transactionis nomine datum, retentum uel promißum sit. Hæc exceptio approbatur l. 38. C. de transact. his uerbis:* Transactio nullo dato uel retẽto, seu ꝓmisso minimè procedit. *Huius ratio hæc est: Quia pactio & stipulatio sine causa facta nullius est momenti l. 2. §. circa. ff. de doli mali except. Exemplum huius exceptionis proponitur l. 1. C. de repud. hæred. his uerbis:* Suus hęres exceptione pacti, qui testamentũ iniustũ adseuerãs, postea nihil se de paterna successione petiturũ, nõ ex causa donationis, sed transigendi animo in iure professus est: cũ respuere nequiret quæsitã hęreditatem, & transactio nullo dato, uel retento, seu ꝓmisso minimè procedat, submoueri nõ potest. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aliquid transactionis nomine remissum sit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 11. C. de transact. cuius uerba uide s. except. 4. repl. 4. Altera replicatio est: Nisi cum transigens aliquid ex transactione accipere posset, sua culpa non accepit, & ita per eum stetit, quo minus acciperet. quæ replicatio approbatur exẽplo l. 9. C. de transactionibus, his uerbis:* Si de possessione, quæ tibi quæsita est, cum quæstionem patereris à fratre uxoris tuæ, pactum conuentum, & stipulatio inter uos (ut allegas) interposita est, ut si intra diem certum idem aduersarius tuus decem aureos tibi numerasset, possessione ei cederes: uel si eã inferre quantitatem non curasset, ulterius quæstionem non paterer is: & is qui ita spopondit, promisso satis non fecit: consequẽs est, re ad quem res pertinet uim ab eo pati non debere. Cuius rei gratia uir clarissimus præses prouinciæ interpellatus uim prohibebit, præcipuè cum etiamsi in rem diuersæ parti actio competeret, huiusmodi pactione propter utilem exceptionem posset submoueri.

X. EXCEPTIO: *Nisi Aquiliana stipulatio & acceptilatio transactionem non sit secuta. Hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. de transactionibus, his uerbis:* Transactum accipere quis potest nõ solum, si Aquiliana stipulatio fuerit secuta: sed & si pactum conuentum fuerit factum. *Quid sit Aquiliana stipulatio & acceptilatio, uide Inst. quibus modis toll. obligat. §. item per accept.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi sine scriptura transactio sit facta. Et hæc except. reprobatur l. 5. C. de trãsactionibus, his uerbis:* Cum te transegisse cum hærede quondam tutoris tui profitearis, si id post legitimam ætatem fecisti: frustrà desideras, ut à placitis recèdatur. Licet enim (ut proponis) nullum instrumentum intercesserit: tametsi de fide contractus confessione tua constet, scriptura quæ solet probationem rei gestę continere, necessaria nõ est. *Concordat l. 28. in prin. C. eod. tit. his uerbis:* Siue apud acta rectoris prouinciæ, siue sine actis scriptura intercedẽte, uel non trãsactio interposita est: hanc seruari conuenit.

XII. EXCEPTIO: *Nisi de causa publici iudicij sit transactum. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 18. C. de transactionibus, his uerbis:* Transigere uel pacisci de crimine capitali (excepto adulterio) prohibitum non est: in alijs autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere nõ licet citra falsi accusationem. *Concordat l. 9. in fine. C. de contrah. stipul. his uerbis:* Si ob non instituendam accusationem criminis pecunia promissa sit, cũ de huiusmodi causis pacisci non liceat, petitio negatur. *Plura de exceptione proposita uide in Glossa d. l. 18.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi de seruili uel adscriptitia conditione sit transactum. Hæc exceptio reprobatur l. fin. C. de transact. his uerbis:* Iubemus, in omnibus litigijs iam motis & pendentibus, seu postea super seruili, uel adscripticia conditione mouendis transactiones celebrandas uel iam celebratas (si non alio iure cognito modo eas uacillare contigerit) uires suas obtinere: nec ob hoc uideri tenorem earum titubare, quod pro conditione seruili uel adscripticia confectæ sunt. *Ait Imperat.* Adscripticia conditione. *Adscriptitij dicuntur, qui literis obligatorijs, ita addicuntur fundo, aut agro colendo, ut inde discedere illis nullo modo liceat l. cum scimus. C. de agricolis & censitis, Libro undecimo.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi nulla lite mota facta sit transactio. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de trãs. his uerbis:* Cũ te ꝓponas, cũ sorore tua de hæreditate transegisse, & ideo certã pecuniam ei te debere cauisse: & si nulla fuisset quæstio hæreditatis, tamen propter timorem litis trãsactione interposita pecunia rectè cauta intelligitur: ex qua causa si fisco soluisses, repetere non posses: si non soluisses, tamen iure conuenireris. *Planè si nulla lis sit, nec ulla metuatur, sed ex alia causa remittatur debitum:*

non transactio dicitur, sed pactum de certa & indubitata, ut ostensum s. eod. cap. in prin.

XV. EXCEPTIO: *Nisi post rem iudicatam sit transactum.* *Hæc exceptio approbatur l. 23. §. si post rem. ff. de condiction. indebiti, his uerbis:* Si post rem iudicatam quis transegerit & soluerit, repetere poterit idcircò, quia placuit transactionem nullius momenti esse. Hoc enim Imperat. Antoninus cum diuo patre suo rescripsit. Retineri tamen atque compensari in causam iudicati, quod ob talem transactionem solutum est, potest.. *Propositæ exceptionis ratio uidetur esse. Quod post rem iudicatam nulla lis sit, nec res dubia, sed certa, atq; finita: & ob id non poßit eße transactio secundum ea quæ dicta sunt s. eod. cap. in prin.* *Concordat l. 32. C. de transactionibus, his uerbis:* Si causa cognita prolara sententia, sicut iure traditum est, appellationis, uel in integrum restitutionis solennitate suspensa non est: super iudicato frustrà transigi non est opinionis incertæ. Proinde si non Aquiliana stipulatione & acceptilatione subsecuta, competentem tibi actionem peremisti: Præses prouinciæ usitato more legum rebus pridem iudicatis effectum adhibere curabit. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post sententiam dictam lis nondùm sit finita: utputa appellatione interposita uel si cum transigeretur, appellatio interponi potuit, uel si hoc ipsum incertum est, an iudicatum sit, uel an sententia ualeat. quæ replicatio approbatur d. §. si post rem, his uerbis:* Quid ergo si appellatum sit, uel hoc ipsum incertum sit, an iudicatum sit, uel an sententia ualeat? magis est, ut transactio uires habeat: túc enim rescriptia locum esse credendum est, cum da sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potast, rransigitur. *Cócordat l. 7. in prin ff. de trans. his uerbis:* Et post ré iudicatá tráſactio ualet. si uel appellatio intercesserit uel appellari potuerit. *Cócor. itē l. 11. ff. eo. tt. his uerbis:* Post rem iudicatam etiamsi prouocatio non est interposita, tamen si negetur iudicatum esse, uel ignorari potest, an iudicatum sit: quia adhuc lis subesse possit, tráſactio fieri potest. *Secunda replicatio est: Nisi condemnato fideiussore reus transegit. quæ replicatio approbatur d. l. 7. §. si fideiussor, his uerbis:* Si fideiussor conuentua, & condemnatus fuisset, & mox reus transegisset cum eo, cui erat fideiussor condemnatus, an transactio ualeat quæritur? Vlpianus putat ualere: quasi omni causa & aduersus reum & aduersus fideiussorem dissoluta. *Tertia replicatio est: Nisi Aquiliana stipulatio & acceptilatio transactionem secuta sit. Hæc replicatio elicitur ex l. 32. ibi: Proinde si non. C. de transact. cuius uerba uide paulo superius ead. except. in prin. Item plura de hac replicatione uide J. ead. quæst. in fine.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi noctc sit transactú.* *Hæc exceptio reprobatur l. 20. in fine. C. de transact. his uerbis:* Ad rescindendum pactum nó sufficit, quod hoc secunda hora noctis intercessisse proponas, cum nullum tempus sanæ mentis maioria uigintiquinq; annis cósensum repudiet.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi de alia re uel causa sit transactum, quàm quæ in iudicium deducitur. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de transactionibus, his uerbis:* Cum Aquiliana stipulatio interponitur, quæ ex consensu redditur, lites de quibus non est cogitatum, in suo statu retinentur. Liberalitarem enim captiosam interpretatio prudentum fregit. *Concordat l. 9. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Transactio quæcunque sit, de hia tantum, de quibus inter conuenientea placuit, interposita creditur. *Concordat d. l. 9. §. fin. cuius uerba uide paulo inferius.* *Propositæ exceptionis exemplum proponitur l. 3. C. de transactionibus, his uerbis:* Age cum Gemmiano, quòd pater eiua curator tibi datus, negocia tua gesserit, & si apud iudicem negabit se actione teneri, quoniam transactio & Aquiliana stipulario interposita est: iudex cótemplatione iudicij, quod bonæ fidei est, quętet de quanta pecunia nominatim tráſactum sit: & si apparuerit de minore transactum esse quantitate pecuniæ, quá ex administratione curæ deberi probatum fuerit, soluére eum iubebit: quod non in stipulationem Aquilianam obligationia iure tantum deductum est, quanta erat quátitas pecuniæ, quæ debebatur. *Casum huius legis finge, ut in Glossa ne contradicat ijs quæ dicta sunt s. except. 5. & except. 8.* *Aliud exemplum proponitur l. 9. in prin. ff. de transactionibus, his uerbis:* Qui cum tutoribus suis de sola portione administratæ tutelæ suæ egerat & transegerat: aduersus eosdem tutorea ex persona fratris sui, cui hæres extiterat, agens præscriptione factæ transactionis non submouetur. *Aliud exemplum proponitur d. l. 9. §. fin. his uerbis:* Ei qui nondum certus ad se querelam contra patris testamentum pertinere, de alijs causis cum aduersarijs pacto transegit: tantum in his interpositum pactum nocebit, de quib. inter aos actum esse probatur. Siquidem in his rantum transactio obest (quamuis maior uigintiquinq; annis eá interposuit) de quib. actú probatur: non aút quorum actiones cópetere postea cópertú est. Iniquú est enim perimi pacto id, de quo cogitatú non docetur. *Aliud propositæ exceptionis exemplú proponitur l. 29. in fin. C. de transact. cuius uerba uide J. repl. prox. dupl. 2.* *Planè propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi generalis transactio facta sit, non de aliqua re certa. Quæ replicatio approbatur l. 12. ff. de transaction. his uerbis:* Non est ferendua, qui gene-

generaliter de his quæ teſtamento relicta ſunt, trauſegerit, ſi poſtea cauſetur de eo ſolo ſe cogitaſſe, quod prima parte teſtamenti, ac nõ etiam quod poſteriore legatum ſit. Si tamen poſtea codicilli proferuntur, non improbè mihi dicturus uidetur, de eo duntaxat ſe cogitaſſe, quod illarum tabularum, quas tunc nouerit, ſcriptura contineretur. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi generali tranſactione facta poſtea codicilli reperiantur. Quæ duplicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis biſce:* Si tameu poſtea, &c. *De qua re plura dicentur* ℈.*except.24.* *Secunda duplicatio eſt: Niſi poſtea aliæ ſpecies reperiantur. Hæc duplicatio reprobatur l.29.C.de tranſactionibus, his uerbis:* Sub prætextu ſpecierum poſt repertarum generali tranſactione finita reſcindi prohibent iura. Error autem circa proprietatem rei apud alium extra perſouas tranſigẽtium tempore tranſactionis conſtitutæ nihil poteſt nocere. *Tertia duplicatio eſt: Niſi de certa re tranſactione facta uerba generalia hæc nihil amplius peti, ſint inſerta. Quæ duplicatio approbatur l.31.C.de trãſactionib.his uerbis:* Si de certa re pacto tranſactionis interpoſito hoc comprehenſum erat NIHIL AMPLIVS PETI, & ſi non additũ fuerat eo nomine: de cæteris tamen quæſtionibus integra permaneat actio.

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi tranſigentem ſtatim pœnituerit. Hæc exceptio reprobatur l.39.C.de tranſact.his uerbis:* Quamuis qui pactus eſt, ſtatim pœuiteat: trauſactio reſciudi, & lis inſtaurari nõ poteſt: & qui tibi perſuaſit intra certum tempus licere à tranſactione recedere, falſum aſſeuerauit.

XIX. EXCEPTIO: *Niſi poſtea ueritas cauſæ appareat. Hæc exceptio reprobatur l.65. in prin. ff de condict.indebiti, his uerbis:* Quod tranſactionis nomine datur, licet res nulla media fuerit, non repetitur. Nam ſi lis fuerit, hoc ipſum, quod à lite diſceditur, cauſa uidetur eſſe. *Huius exemplum proponitur l.23.C.de tranſactionibus, his uerbis:* Nec intentio creditorum Artemidori cui alios ſucceſsiſſe profiteris, ſi obligatus pro eo noñ fuiſti, tenere te poteſt. Sed hæc integro negocio tractari conuenerat. Nam cum iam quæſtionem tranſactione deciſam, & à te dari placitam numeratam pecuniam propouas, huius indebiti ſoluti prætextu improbè tibi petitionem decerni poſtulas: cum & ſi tantum in ſtipulationem fuiſſet deducta, indebiti ꝓmiſsi uelamento defendi non poſſes. *Aliud exemplum proponitur l.19.C.eod. tit. his uerbis:* Sub prætextu inſtrumenti poſt reperti trãſactionem bona fide finitam, reſcindi iura non patiuntur. *Planè exceptio propoſita quibuſdam diſtinctionibus admittitur, quas uide in Exceptionibus ſequentibus.*

XX. EXCEPTIO: *Niſi inſtrumenta dolo aduerſarij fuerint ſuppreſſa. quæ exceptio approbatur d. l.19. his uerbis:* Sanè ſi per ſe uel per alium ſubtractis quibus ueritas argui potuit, deciſionem litis extorſiſſe probetur: ſiquidem actio ſupereſt, replicarionis auxilio doli mali pacti exceptio remouetur. Si uerò iam perempta eſt, infra conſtitutum tempus tantum actionẽ de dolo potes exercere. *Quod hic dicitur de actione perempta, intellige ſecundum ea quæ dicentur* ℈.*ead.quæſtione ſecunda, in fine, replication.generali.*

XXI. EXCEPTIO *eſt: Niſi euidens aduerſarij calumnia, quæ cauſam tranſactioni dedit, detegatur. quæ exceptio approbatur l.65. §. ſin autem. ff. de condictione indebiti, his uerbis:* Sin autem euidens calumnia detegitur: & tranſactio imperfecta eſt, & repetitio dabitur. *Huius exemplum eſt ſuprà exceptio proxima.*

XXII. EXCEPTIO *eſt: Niſi ex falſis inſtrumentis tranſactio facta ſit. Hæc exceptio approbatur l.42. C. de tranſactionibus, his uerbis:* Si ex falſia inſtrumentis tranſactiones uel pactiones initæ fuerint, quamuis iuſiurãdum his interpoſitum ſit, etiam ciuiliter falſo reuelato eas retractari præcipimus: ita tamen ut ſiquidem de plurimis cauſis uel capitulis eędem pactiones ſeu tranſactiones initæ fuerint: illa tantummodo cauſa uel pars retractetur, quæ ex falſo inſtrumento compoſita conuicta fuerit, alijs capitulis firmia manentibus: niſi fortè etiam de eo quod falſum dicitur, controuerſia orta deciſa ſopiatur. *Hiſce uerbis exceptio propoſita non ſolùm approbatur, ſed etiam quatuor eius replicationes proponuntur, quarum prima proponitur ac reprobatur uerbis hiſce:* Quamuis iuſiurandum his interpoſitum ſit.

Secunda replicatio proponitur, & itidem reprobatur dictis uerbis hiſce: Etiam ciuiliter falſo reuelato.

Tertia replicatio eſt: Niſi de alijs quoque cauſis & capitulis tranſactio facta ſit extra falſum inſtrumentum. In his enim manet firma tranſactio. quæ replicatio approbatur uerbis hiſce: Ita tamen, ut ſiquidem de plurimis, &c.

Quarta replicatio eſt: Niſi de falſi quoq; cauſa ſit trãſactum, uel ea deciſa. quæ replicatio approbatur dictis uerbis hiſce: Niſi fortè etiã de eo qđ falſum dicitur, controuerſia orta deciſa ſopiatur.

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi per iuſiurandum à iudice deletum negocium tranſactum ſit, poſteaq; ueritas appareat. Hæc exceptio approbatur l.31.ff. de iureiurando. cuius uerba uide* ℈. *Lib.7.cap.7. quæſt.1. except.17. diſtinct.2.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi teſtamentum uel codicilli poſtea reperiantur, ex quibus ueritas cauſæ conſtat. Hæc exceptio approbatur l.6. ff. de tranſactionibus. cuius uerba uide* ℈.*exception.6.*

Concor-

Concordat l.3.§.cum transactio. ff. eod. tt. his uerbis: Cum transactio propter fideicommissum facta esset, postea codicilli reperti sunt: quæro, an quanto minus ex transactione consecuta mater defuncti fuerit, quàm pro parte sua est, id ex fideicommissi causa consequi debeat? Scæuola respondit debere. *Concordat item l.12.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide s. except.17.repl.1.in prin.*

XXV. EXCEPTIO: *Nisi & aduersa pars fidem placitis non præstet. Hæc exceptio approbatur l.21.in fine.C.de pactis. cuius uerba uide j. quæst. prox.reg.1. Concordat l.28.C.de transact. his uerbis:* Quoniam, ut certum quid accipias conuenisse te, licet sine scriptura proponis, nec huius rei causa stipulationem secutam esse: quamuis ex pacto non potuit nasci actio, tamen rerum uindicatione pendente, si exceptio pacti opposita fuerit, doli mali uel in factum replicatione usus poteris ad obsequium placitorum aduersarium tuum urgere. *Huius exemplum proponitur l.96.§.cum pupilla.ff.de solutionibus. Proponitur item aliud exemplum l.1.C.si aduers. transact. in integr. minor restitui uelit, his uerbis:* Cum in integrum pupilla restituta rescindi transactionem, uel diuisionem placuit, tu quoq; actionibus, quas pridem habuisti, uteris. *Concordat l.2.C.eod. tt. his uerbis:* Si ex persona minorem in integrũ restitutio aduersus transactum propter ætatis auxilium imploretur: tibi quoq; agenti ex integro, uel replicatione contra exceptionem pacti, uel si peremptam constet pristinam obligationem, ex instauratione negocij tributa tibi actione consulendum est. *Aliud exemplum proponitur l.27. in prin.ff.de inoffic.testamento, his uerbis:* Si instituta de inofficioso testamento accusatione de lite pacto transactum est, nec fides ab hærede transactioni præstatur: inofficiosi causam integrã esse placuit. *Planè quod hic dicitur de Accusatione inofficiosi testamenti redintegranda, id in persona quidem actoris, qui transegit uerum est, in hæredis autem ipsius persona locum nõ habet: quod primæ replicationis loco notandum. quæ replicatio approbatur l.6.C.de transactionibus, his uerbis:* Cum mota inofficiosi querela matrem uestram cum diuersa parte transegisse, ita ut partem bonorum susciperet, & à lite discederet proponatis, instaurari quidem semel omissam querelam per uos, qui matri hæredes extitistis, iuris ratio non sinit. Verùm si fides placitis pręstita nõ est, in id quod interest diuersam partem rectè conuenietis. Aut enim stipulatio conuentioni subdita est, & ex stipulatu actio competit: aut si omissa uerborum obligatio est, utilis actio, quæ Præscriptis uerbis rem gestam demonstrat danda est. *Ait Imp.* Iuris ratio non sinit. *Hoc ius proponitur l.15.§.1. ff. de inofficioso testam. his uerbis:* Hæredi eius, qui post litem de inofficioso præparatam uoluntate mutata decessit, non datur de inofficioso querela. non enim sufficit litem instituere, si non in ea perseueres.

Secunda replicatio est: Nisi ante sententiam aduersarius transactioni fidem præstare sit paratus: tunc enim quamuis antea interpellatus fidem præstare noluit, nihilominus postea offerens est audiendus: quoniã propter ruptam fidem non ipso iure transactio fit irrita, sed exceptionis ope. Quæ replicatio approbatur l.36.C.de transactionibus, his uerbis: Si maior annis uigintiquinque transegisti, quamuis dari tibi placita repręsentata, necdum probentur, nec offerant ij qui conueniuntur: ne quid amplius ab his exigi possit, exceptionis proficit æquitas.

Tertia replicatio est: Nisi ob spem futuræ successionis transegerit. hoc enim casu, quamuis ab aduersario hæres non instituatur, & ita fides non præstetur, tamen propositæ exceptioni locus non est. quæ replicatio approbatur l.25.C.de transaction. his uerbis: Si maiores quinq; & uiginti annis cũ patruo, siue auunculo uestro transegistis, uel ei debita donationis causa sine aliqua conditione remisistis: non idcirco quod hoc huius captandæ hæreditatis causa, & spe futuræ successionis uos fecisse proponatis, alijs ei succedentibus instaurari finita debent. *Concordat l.33.C.eod.tt.cuius uerba uide s.except.4. replic.3. Propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi transactioni adiecta sit conditio hæc: Si me hæredem feceris. quæ duplicatio uidetur approbari uerbis iam dictis hisce:* Sine aliqua conditione remisistis. *de qua re uide plura in Glossa d.l.33. in uerbo:* Adstringitur. *Planè cum conditiones, quæ sunt contra bonos mores, remittantur à iure, ut l. 9. ff. de condit.institut. Mihi quidem proposita conditio uidetur remittenda, ut quamuis non sit impleta, nihilominus ualet transactio. Cui corcordat etiam d.l.33. Pactum enim atque conditionem de futura successione contra bonos mores esse nõ ambigitur l.4. C. de inutilib.stipul. & l.5.C.de pactis conuentis tam super dote. Quartæ replicationis loco sciendum, quòd ratione propositæ exceptionis scilicet: Si actor fidem transactioni non præstet, tantũ exceptio competat nõ etiam actio ad repetendum id quod à reo transactionis nomine datum est. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.17.C.de transactionibus, his uerbis:* Cum proponas ab ea contra quam supplicas litem, quam tecum habuit, transactione decisam, eamque acceptis, quæ negocij dirimendi causa placuerat dari, nunc de conuentione resiluisse, ac petas uel pacto stari, uel data restitui: perspicis siquidem de his reddendis manente transactionis placito statim stipulatione: si contrà fecerit, prospexisti, & uigintiquinque annis maior

fuerit,

fuerit: quod exceptionem pacti & actionem datorum habeas. Quòd si nihil tale conuenit: exceptio tibi, non etiam eorum quæ dedisti repetitio competit, securitate parta. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi stipulatio de reddendis ijs quæ transactionis nomine data sunt, uel pœna præstanda interposita sit, si transactioni fides non præstetur. quæ duplicatio constat ex uerbis iam dictis hisce: Siquidem de his reddendis, &c. Concordat l. 10. §. si pacto. ff. de pactis. Secunda duplicatio est: Nisi reus transactionis exceptione amplius se tueri non possit, puta iam condemnatus. quæ duplicatio approbatur l. 23. §. si quis post ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Si quis post transactionem nihilominus condemnatus fuerit: dolo quidem id fit, sed tamen sententia ualet. Potuit autem is (siquidem ante litem contestatam transegerit) uolenti litem contestari opponere doli exceptionem. Sed & si post litem contestatam transactum est, nihilominus poterit doli exceptione uti pòst secuti. dolo enim facit, qui contra transactionem expertus amplius petit. Et ideo condemnatus repetere potest, quod ex causa transactionis dedit. Sanè quid si ob causam dedit? neque repeti solet, quod ob causam datum est causa secuta. Sed hic non uidetur causa secuta, cum transactioni non stetur. Cum ergo repetitio eius oritur, transactionis exceptio locum non habet: neque enim utrunque debet locum habere & repetitio & exceptio.

Tertia duplicatio est: Nisi tam actor, quàm reus ultrò à transactione recedant, nec reus exceptione transactionis uti uelit. quæ duplicatio approbatur l. 14. C. de transaction. his uerbis: Si diuersa pars contra placitum agere nititur, æquitatis ratio suadet refusa pecunia (cum & tu hoc desideras) causam ex integro agi. *Concordat l. 40. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius exceptione uigesimaseptima. Exemplum huius proponitur l. 96. §. cum pupilla. ff. de solut. Hæc de 25 exceptione sint dicta.*

XXVI. EXCEPTIO: *Nisi reus post transactionem nihilominus sit condemnatus. Hoc enim casu si ex causa iudicati agatur, transactionis exceptio in priore iudicio omissa non obstat. quæ exceptio approbatur l. 23. §. si quis post. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide s. exceptione proxima, in fine. Concordat l. 2. C. sentent. rescindi non posse. cuius uerba uide s. Lib. prox. capite tertio, exceptione uigesimaseptima.*

XXVII. EXCEPTIO: *Nisi reus pœnam ob non seruatam transactionem petierit & data receperit. Hæc exceptio approbatur d. §. si quis post, in fine. C. de transactionibus, his uerbis:* Vbi pactum uel transactio scripta est, atque Aquilianæ stipulationis & acceptilationis uinculis firmitas iuris innexa est: aut subsecutis secundum leges accommodandus est cōsensus, aut pœna una cum ijs quæ data probantur ante cognitionem causæ (si aduersarius hoc maluerit) inferenda est. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in transactione ita conuenerit, ut fide non præstita liceat rato manente pacto pœnam petere. quæ replicatio approbatur l. 16. ff. de transact. his uerbis:* Qui fidem licitæ transactionis rupit, non exceptione tantùm submouebitur, sed etiam pœnam, quam (si contra placitum fecerit rato manente pacto) stipulanti rectè promiserat, præstare cogetur. *Concordat l. 17. C. eod. tit. cuius uerba uide s. except. 25. replicat. 4. Altera replicatio est: Nisi actor præstito iureiurando transactionem confirmauit: tunc enim quamuis pœnam ob non seruatam fidem præstiterit, tamen transactionis etiam exceptione submouetur. quæ replicatio approbatur l. 41. C. de transaction. his uerbis:* Si quis maior annis aduersus pacta uel transactiones, nullo cogente imperio, libero arbitrio & uoluntate confectas putauerit esse ueniendum, uel interpellando iudicem, uel supplicando principibus, uel non implendo promissa, eas autem inuocato Dei omnipotentis nomine in eo authore solidauerit: non solùm notetur infamia, uerumetiam actione priuatus restituta pœna, quæ pactis probatur inserta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pactione uel transactione illa fuerit consecutus. Itaque omnia eorum mox commodo deputabuntur, qui intemerata pacti iura seruauerint. Eos etiam huius legis uel iactura dignos esse iubemus nel munere, qui nomina nostra placitis inferentes per salutem principum confirmationem initarum iurauerint esse pactionum.

XXVIII. EXCEPTIO: *Nisi causa transactionis non sit secuta. De hac except. uide s. except. 25. item in Comment. de Pactis except. 33.*

XXIX. EXCEPTIO: *Nisi res transactionis nomine data euicta sit, uel alij obligata. Hæc exceptio reprobatur l. 14. C. de transaction. his uerbis:* Si pro fundo quem petebas prædium certis finibus liberum dari transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis uigintiquinque fuisti: licet hoc prædium obligatum pòst uel alienum pro parte fuerit probatum, instaurari decisam litem prohibent iura. Ex stipulatione sanè si placita seruari secuta est, uel si non intercessit, præscriptis uerbis actione ciuili subdita apud Rectorem prouinciæ agere potes. Si tamen res ipsas apud te constitutas, ob quarum quæstionem litis decisio intercessit, fiscus uel alius à te uindicauit, nihil petere potes.

XXX. EX-

XXX. EXCEPTIO: *Nisi nomen transactionis causa datum desierit esse soluendo. Et hæc exceptio reprobatur l. 96. §. soror ff. de solutionibus, his uerbis:* Soror cui legatum ab hærede fratre debebatur, post motam legati quæstionem transegit, ut nomine debitoris contenta legatum non peteret. Placuit quamuis nulla delegatio facta, neq; liberario secuta esset, tamen nominis periculum ad eam pertinete. Itaq; si legatum contra placitum peteret, exceptionem pacti non inutilitet opponi.

XXXI. EXCEPTIO: *Nisi rescriptum Principis contra transactionem sit impetratum. Hæc exceptio reprobatur l. 16. C de transact. his uerbis:* Causas uel lites transactionibus legitimis finitas, imperiali rescripto resuscitari nou oportet.

XXXII. EXCEPT. *Nisi utriusq; consensu à transactione recedatur. Hæc except. approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. exc. 25. repl. 4. dupl. 3.*

Replicatio præcedentium exceptionum genetalis: istarumque exceptionum adfinia remedia.

¶ *Hactenus exceptiones, quæ contra transactionem possunt opponi, enumeratæ sunt, atq; descriptæ. Possunt tamẽ plures etiam enumerari, omnesq; exceptiones, quæ contra pacta competunt, transactionib. quoq; obstant. Planè est replicatio quædam generalis, quæ ferè plerisque istis exceptionibus potest opponi. Ea talis est: Nisi Aquiliana stipulatio & acceptilatio trãsactioni interuenerit: tunc enim quamuis dolo malo facta sit transactio, uel post rem iudicatam, uel quo alio simili nitio laboret: tamen pristina actio, ex istis causis non potest resuscitari. quæ replicatio approbatur l. 15. C. de transactionibus, his uerbis:* Vt responsum congruum accipere possis: insere pacti exemplum. Ita enim intelligemus utrũ sola conuentio fuit, an etiam Aquiliana stipulatio, nec non & acceprilatio secuta fuerit. Quæ si subdita esse illuxerit: nullam aduersariæ tuæ peritionem hęreditatis, uel in rem specialem competere palàm fiet. *Propositæ replicationis ratio hæc est: Quia quãdo actio ipso iure sublata est, per replicationem amplius resuscitari & saluari non potest, & (ut Paulus ait) in perpetuum sublata obligatio restitui non potest.* [a] *Sed Aquiliana stipulatione & acceptilatione ipso iure tollitur actio.* [b] *Quid aũt sit ipso iure, quid per exceptionem actionem tolli, dictum est in Comment. de Pactis, cap. 4. repl. ult. Quid autem Aquiliana stipulatio & acceptilatio sit, definitur Inst. quibus modis toll. obligatio. §. item per acceptilationem. de qua re uide Comm. Liberat. cap. 11. except. 12. Proinde si actione, de qua transactum est, rursus in iudicium deducta, exceptioneq; transactionis opposita, ex aliqua prædictarũ causarum contra transactionis exceptionem replicetur: replicatio ista elidi potest duplicatione hac: Si non Aquiliana stipulatio & acceptilatio transactionem esset subsecuta, & actio ipso iure sublata: qua duplicatione eliditur replicatio ferè qualiscunq;, & transactionis exceptio saluatur. Cuius exemplum proponitur s̄. except. 4. repl. 1. item except. 15. repl. 3. Sed & concordat propositæ replicationi l. 5. C. de dolo malo, his uerbis:* Si superstite patre per emancipationem tui iuris effecta matri successisti, rebusq; tuis per legitimum tutorem patrem, eundemq; manumissorem administratis postea transegisti, cũ eo bona fide perspicis, quòd si pactum tantum factum sit, petitio tua per exceptionem submouetur. Si uerò nouatio legitimo modo intercesserit, & acceprilatio secuta est: nullam tibi iam superesse actionem. Sanè si læsa es immodicè, liberatione solenniter per nouationem, atq; acceptilationem tributa: non de dolo propter paternam uerecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda est. *Porrò quamuis actio ipso iure sublata, non posit resuscitari, ut iam dictum est: tamen eius uice alia datur actio: ueluti de dolo uel in factum, ut patet ex uerbis iam propositis hisce:* Sanè si læsa es immodicè, &c. *Quod primæ duplicationis loco notandum. Cui concordat l. 4. C. de transact. his uerbis:* Actione administratæ curæ ab eo qui legitimæ ætatis annos compleuit in Aquilianam stipulationem deducta, & per acceptilationem extincta, nullam aliam superesse nisi de dolo, intra concessa tempora non ambigitur: nisi specialiter etiam de dolo transactum sit.

Secunda duplicatio est: Nisi aduersarius contra transactionem in integrum sit restitutus: tunc enim actori quoq; pristina sua actio, quamuis ipso iure sublata restituenda est. quæ duplicatio approbatur l. 2. C. si aduers. transact. in integr. restitut. post. cuius uerba uide s̄. except. 25. in prin.

Tertia duplicatio est: Nisi utriusque consensu à transactione recedatur. quæ duplicatio approbatur l. 40. C. de transaction. cuius uerba uide s̄. except. 27. in principio. Sunt insuper & aliæ exceptiones contra transactionem, ut supradicta except. 27. in quibus proposita replicatio locum non habet, quæ hic duplicationum loco possent colligi. Sed ad reliqua transactionum iura nobis transeundum.

III. DE EFFECTV TRANSactionis, & reliquo iure exceptionis transactionis.

Prima regula. Ex transactione non datur actio, sed tantum exceptio. quæ regula approbatur l. 21. C. de pactis, his uerbis: Cum proponas inter uos sine scriptura placuisse fratrum tuorum successiones ex æquis partibus diuidi, & trãsactionis causa probari posit hanc intercessisse cõuentioné: exceptione te tueri potes si possides. Quòd si aduersarius tuus teneat: ex hoc placito nullá actioné natam esse, si tibi stipulatione non prospexisti, debes intelligere: nec aduersario tuo transactione uti con-

[a] l. 98. §. areám. ff. de solut. & l. 27. §. pactus ne, ibi: Sed si pactum. ff. de pactis.

[b] d. §. pactus, ibi: Nõ quidem ipso iure.

uti concedendū est, nisi ea quę placita sunt, adimplere paratus sit. *Ratio propositæ regulæ hæc est: quod ex pacto nudo non detur actio, de qua re uide comment. de Pactis. except. 11. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi stipulatio transactioni interuenerit. quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Si tibi stipulatione non prospexisti. *Concordat l. 17. C. de transact. cuius uerba ui de §. except. 25. repl. 4. Concordat item l. 6. C. de contrah. stipulat. his uerbis:* Scire debuisti quæ sub transactione dari placita sunt, certi uel incerti stipulatione subsecuta peti posse. *Concordat item l. 15. ff. de transact. his uerbis:* Pacto conuento Aquiliana quidem stipulatio subijci solet: sed consultius est, huic pœnalem quoque stipulationem subiungere: quia rescisso forte pacto pœna ex stipulatu peti potest. *Concordat item l. 17. C. de transactionib. his uerbis:* Promissis transactionis causa non impletis pœnam in stipulationem deductam, si contra factum fuerit, exigi posse constat. *Secunda exceptio est: Nisi res transactionis nomine data euicta sit, uel alij obligata. tunc enim quamuis stipulatio non interuenerit, tamē præscriptis uerbis actio datur. Quæ exceptio approbatur l. 34. § ex stipulatione. C. de trāsactio. cuius uerba uide §. except. 29. Tertia exceptionis loco notandum, quòd quamuis nudo pacto facta sit transactio: tamen si quidē reus fidem placitis non præstet, pristina actio, de qua transactum est, rursus aduersus illum institui potest. & si transactionis exceptionē opposuerit, per replicationem ad obsequium placitorū potest compelli. de qua re dictum §. except. 25. Sin autem actor fidem fallat, nec reus exceptione transactionis amplius uti non possit: repetitio datorum illi competit, de qua re dictum §. d. except. 25. repl. 4. dupl. 2. Quarta exceptio est: Nisi actor pristinam actionem instituere nō possit. hoc enim casu Præscriptis uerbis actio illi datur. quæ exceptio approbatur exemplo l. 6. C. de transactionib. cuius uerba uide §. d. except. 25. repl. 1. Hæc de Prima regula.*

Secunda regula. Transactio alterius alteri nec prodest, nec obest. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt §. eod. cap. except. 1.

Tertia regula. Transactio in alia re uel causa facta, in alia non obest. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt §. eod. cap. except. 17.

Quarta regula. De tempore opponendæ exceptionis ex transactione. Tam ante quàm post litem contestatam transactionis exceptio potest opponi. quæ regula approbatur l. 23. §. si quis post. ff. de cōdict. indebiti. cuius uerba uide §. eod. cap. except. 25. replic. 4. duplic. 2.

DE TRANSACTIONE *alimentorum.* Cap. VI.

SVperest species trāsactionis quæ dicitur alimentorum, de qua l. 8. ff. de transactionib. tractatur. Habet autem hæc species proprias suas exceptiones, propriosque effectus, de quibus in hoc capite dicendum.

I. EXCEPTIONES CONTRA transactionem alimentorum speciales tres.

I. EXCEPTIO: *Nisi sine prætoris authoritate facta sit alimentorum transactio. Hæc exceptio approbatur d. l. 8. in prin. ff. de transact. his uerbis:* Cum ij quibus alimenta relicta erant, facilè transigerent contenti modico præsente: diuus Marcus oratione in Senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quàm si authore Prætore facta sit. Solet igitur Prætor interuenire, & inter consentientes arbitrari, an transactio uel quæ admitti debeat. *Ratio huius exceptionis uidetur esse ea quæ proponitur Inst. de ijs qui sui uel alieni iuris sunt. §. sed & maior. his uerbis:* Expedit enim reipub. ne sua re quis malè utatur. Proinde & prodigis à magistratu curatores dari solent. a *Hæc uidetur ratio fuisse Marco Imperatori ad propositā exceptionem introducendam. Concordat l. 8. C. de transactionib. his uerbis:* De alimentis præteritis, si quæstio defertur, transigi potest. De futuris autem sine Prætore siue Præside interposita transactio, nulla authoritate iuris censetur. *Ait Imp.* De alimentis præteritis si quæstio defertur, transigi potest. *Hisce uerbis prima propositæ exceptionis replicatio continetur, hæc scilicet: Nisi de præteritis, nō de futuris alimentis sit transactum. Præterita alimenta sunt, in quibus soluendis iam mora est facta. Secunda replicatio est: Nisi non mortis causa, sed inter uiuos alimenta relicta sint. Hæc replicatio approbatur l. 8. §. hæc oratio. ff. de transactionib. his uerbis:* Hæc oratio pertinet ad alimenta, quæ testamento uel codicillis fuerint relicta. Idē erit dicendum, & si mortis causa donata sint, uel ab eo cui mortis causa donata sint relicta. Sed & si conditionis implendæ gratia relicta sunt, adhuc idem dicemus. Planè de alimentis quæ non mortis causa data sunt, licebit & sine Prætore authore transigere. *Tertia replicatio est: Nisi nō alimentorum nomine, sed ob aliam aliquā causam annuum quid, uel usufructus alicui sit relictus. Hæc replicatio approbatur d. l. 8. §. si in singulos, his uerbis:* Si in singulos annos certa quantitas alicui fuerit relicta: ueluti homini honestioris loci salarium annuum uel usus fructus: transactio etiam sine prætore fieri poterit. *Quarta replicatio est: Nisi conditio alimentarij per transactionem melior, non deterior sit effecta. quæ replicatio approbatur d. l. 8. §. eam transactionem, his uerbis:* Eam transactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, ut quis repræsentatam pecuniam consumat. Quid ergo si quis citra prætoris authoritatem transegerit, ut quod per singulos annos ei relictum erat, consequere-

a l. 11. §. fin. ff. de tutorib. datis ab ijs, &c.

S tur

tur per ſingulos menſes: aut quod per ſingulos menſes ei relictum erat, mox conſequeretur per ſingulos dies? Quid deinde ſi ita quod cōſummato anno acciperet, & initio anni cōſequeretur? & putat Vlpianus eā tranſactionē ualere: quia meliorē conditionem ſuā tali tranſactione alimentarius facit: noluit enim oratio alimenta per tranſactionem intercipi. *Quinta replicatio eſt: Niſi neq; dies neq; modus alimentorum in tranſactione ſit permutatus, ſed tantùm genus: ueluti ſpecies in pecuniam, uel contrà pecunia in ſpecies: aut locus. Hæc replicatio approbari uidetur d. l. 8. §. ſi cui non, his uerbis*: Si cui non nummus ad alimenta, ſed frumentum, atq; oleum & cætera, quæ ad uictum neceſſaria ſunt, fuerint relicta: non poterit de his tranſigere, ſiue annua ſiue menſtrua ei relinquantur. Si tamen ita ſine prætore tranſegerit, ut in uicem eorum numum quorannis, uel quot menſibus acciperet, & neq; diem neq; modum permutauit, ſed tantùm genus. Vel ex contrario, ſi pactus fuerit ut in generibus alimenra acciperet, quæ in numinis ei relicta fuiſſent: uel ſi uinum pro oleo, uel oleū pro uino, uel quid aliud commutauit: uel locum permutauit, ut quæ erant ei Romæ alimenta relicta, in municipio uel in prouincia acciperet, uel econtrà: uel ſi perſonam commutauit, ut quod à pluribus erat accepturus, ab uno acciperet: uel alium pro alio debitorem acciperet. Hæc omnia habent diſceptationem prætoris, & pro utilitate alimentarij accipienda ſunt. *Concordat d. l. 8. §. fin. his uerbis*: Si ad habitarionē certa ſit quantitas annua relicta, & ita ſit tranſactum ſine prætore, ut habitatio præſtetur, ualet tranſactio: quia fructus habitationis præſtatur, licet ruinæ uel incendio ſubiecta tranſactio eſt. Per contrarium quoque ſi pro habitatione, quæ erat relicta, placuerit certam quantitatē præſtari: tranſactio rata eſt etiam ſine prætore. *Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi iſta permutatione conditio limentarij ſit facta deterior. Quæ duplicatio conſtat ex uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce*: Hæc omnia habent diſceptationem Prætoris, & pro utilitate alimentarij accipienda ſunt. *Sexta replicatio eſt: Niſi legatarius à quo alimenta relicta ſunt, cum hærede de ſuo legato tranſegerit. Hæc replicatio approbatur d. l. 8. §. ſed etſi certa, his uerbis*: Sed etſi certa quantitas relicta ſit Titio, uel res ita ut inde alimenta Seio præſtentur: magis eſt, ut tranſigere poſsit: nec enim tranſactione Titij minuuntur alimenta Seij. Idemq; eſt, etſi per fideicommiſſum alimenta ad hoc legatario fuerint relicta. *Septima replicatio eſt: Niſi apud procuratorem Cæſaris uel præfectum ærarij facta ſit alimentorum tranſactio. Hæc replicatio approbatur in caſu d. l. 8. §. tranſactiones, his uerbis*: Tranſactiones alimentorum eriam apud procuratorem Cæſaris fieri poſſunt, ſi à fiſco petantur alimenra: ſecundum quæ apud præfectos ærarij tranſigi poteſt. *Octaua replicatio: Niſi apud eum tranſactum ſit cui prætor hoc munus delegauit. Hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. ſed nec mandare, his uerbis*: Sed nec mandare ex hac cauſa iuriſdictionem uel præſes prouinciæ, uel prætor poterit. *Nona replicatio eſt: Niſi conditionis implendæ cauſa alimenta relicta ſint. Hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. hæc oratio, ibi: Sed etſi condit. cuius uerba uide ſ. repl. 2. Decima replicatio: Niſi ad certum tempus non perpetuò alimenta ſint relicta. Et hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. ſiue igitur, his uerbis*: Siue igitur in menſes ſingulos, ſiue in dies, ſiue in annos fuerint relicta: oratio locum haber. Sed etſi non fuerint perpetuò relicta, ſed uſque ad annos certos: idem eſt. *Vndecima replicatio eſt: Niſi certa quantitas poſt mortem hæredi reſtituenda legata ſit, ita ut ex uſuris legatarius ſeſe aleret. Hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. ſi integra, his uerbis*: Si integra quantitas alicui fuerit legata, ut ex uſuris eius ſe alat, & mortis tempore pecunias reſtituat: non ceſſabit oratio, licet non in annos ſingulos uideatur id relictum. *Duodecima replicatio eſt: Niſi non pecunia, ſed ſpecies in alimenta relicta ſit. uel contrà. Hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. ſi cui non nummus. cuius uerba uide ſ. replic. 5. Decima tertia replicatio eſt: Niſi modicus uſusfructus alimentorum nomine ſit relictus. Et hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. ſi in ſingulos, ibi: cæterùm, his uerbis*: Si uſus fructus uel modicus alimentorum uice ſit relictus: dico tranſactionem citra prætorem factam nullius eſſe momenti. *Decima quarta replicatio eſt: Niſi non in cibum, ſed ad habitationem, uel ad ueſtitum quid annuum ſit relictum. Et hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. 1. his uerbis*: Eiuſdem prætoris notio ob tranſactionem erit, ſiue habitatio ſiue ueſtiarium, ſiue de prædijs alimentum legabitur. *Concordat d. l. 8. §. de calceario, his uerbis*: De calceario quoque arbitrio Prætoris tranſigendum eſt. *Decima quinta replicatio eſt: Niſi de parte tantùm alimentorum eſt tranſactum. Hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. arbitratu, his uerbis*: Arbitratu Prætoris uel de uniuerſis alimenris, uel de parte eorum tranſigi oportere, plus quàm manifeſtum eſt. *Decima ſexta replicatio eſt: Niſi is cui alimenta relicta ſunt, ingenuus ſit aut ſatis locuples. Et hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. nihil autem, his uerbis*: Nihil autem intereſt utrum libertini ſint, quibus alimenta relicta ſunt, an ingenui: ſatis locupletes, an minus. *Decima ſeptima replicatio eſt: Niſi non tranſactum ſit, ſed fundus alimentorum nomine relictus uenditus ſit, uel diuiſus, aut in alimenta pignori obligatus liberatus ſit.*

Et hæc

Et hæc replicatio reprobatur d.l.8.§.si uni.his uerbis: Si uni pluribusúe fundus ad alimenta fuerit relictus, uelintque eum distrahere: necesse est prætorem de eius distractione, & transactione arbitrari. Sed etsi pluribus fundus ad alimenta fuerit relictus, & ij inter se transigant: sine prætoris authoritate facta transactio rata esse non debet. Idem est, etsi ager in alimenta fuerit obligatus. nam nec pignus ad hoc datum inconsulto prætore poterit liberari. *Decima octaua replicatio est: Nisi eum incertum esset utrum alimenta deberentur, de eo sit transactum. Hæc replicatio reprobatur d.l.8.§.si eum lis quidem esset, hisce uerbis:* Si cum lis quidem esset de alimẽtis, transactum autem de lite fuisset: transactio ualere inconsulto prætore non potest, ne circumueniatur oratio: fingi enim lites poterunt, ut transactio etiam citra prætoris fiat authoritatem. *Hæc de Prima exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta.*

II. EXCEPTIO: *Nisi citra causæ cognitionem transigi Prætor permiserit. Hæc exceptio approbatur l.8.§.si prætor.ff.de transactionibus.his uerbis:* Si Prætor aditus citra causæ cognitionem transigi permiserit: transactio nullius erit momenti. Prætori enim ea res quærenda commissa est, non negligenda, nec donanda. *Planè huius exceptionis eædem sunt replicationes, quæ exceptionis præcedentis.*

III. EXCEPTIO: *Nisi non de omnibus inquisierit Prætor, de quibus inquirere debet. Hæc exceptio approbatur d.l.8.§.si prætor, his uerbis:* Sed etsi non de omnibus inquisierit quæ oratio mandat, hoc est de causa, de modo, de personis transigentium: dicendum est, quamuis de quibusdam quæsierit, transactionem esse irritam. *Ait Iurisconsultus:* De causa, de modo, de personis transigentium. *Hæc declarantur d.l.8.§.uult igitur, cum sequentibus, his uerbis:* Vult igitur oratio apud prætorem de istis quæri: in primis de causa transactionis, deinde de modo, tertiò de personis transigentium. In causa erit inquirendum, quæ causa sit transigendi. Sine causa enim neminem transigentem audiet prætor. Causæ huiusmodi ferè solent allegari: Si alibi domicilium hæres, alibi alimentarius habeat: aut si destinet domicilium transferre alteruter eorum: aut si causa aliqua urgeat præsentis pecuniæ: aut si à pluribus ei alimenta relicta sint, & minutatim singulos conuenire difficile ei sit: aut si alia qua causa sit (ut plures solent incidere) quæ prætori suadeat transactionẽ admittere. Modus quoque pecuniæ, qui in transactionem uenit, æstimandus est: utputa quantitas transactionis. nam etiam ex modo fides transactionis æstimabitur. Modus autem pro ætate eius qui transigit, arbitrandus est, & ualetudine. nam aliter cum puero, aliter cum iuuene, aliter cum sene transigi palàm est. constat enim, alimenta cum uita finiri. Sed & personarum contemplatio habenda est, hoc est cuius uitæ sint hi quibus alimenta relicta sunt: utrum frugi uitæ, & qui aliàs sufficere sibi possint, an sequioris qui de alimentis pendeant. In persona autem eius, a quo alimenta relicta sunt, hæc erunt spectanda: in quibus facultatibus sit, cuius propositi, cuiusque opinionis. tunc enim apparebit, nunquid circumuenire uelit eum, cum quo transigit. *Hæc de exceptionibus contra transactionem alimentorum sint dicta. Sequuntur nunc eius effectus.*

II. EFFECTVS TRANSACTIOnis alimentorum.

Prima regula. Qui de alimentis transegit, neque de habitatione neque uestiario uidetur transegisse. quæ regula approbatur d.l.8.§.qui transigit, his uerbis: Qui transigit de alimentis, non uidebitur neque de habitatione neque de uestiario transegisse: cum diuus Marcus etiam specialiter de istis trãsigi uoluerit. Sed etsi quis de alimentis transegerit, non habebit necesse, etiam de habitatione uel cæteris inuitus transigere. Poterit igitur uel de omnibus simul, uel de quibusdam facere transactionem. *Propositæ regulæ quodammodo contradicere uidentur ea quæ proposita sunt in comment. de Legatis, cap.34: quæst.4: reg.2.*

Secunda regula. Hæres, quod alimentario ex causa transactionis inutilis dedit, repetere potest. quæ regula approbatur l.23.§.item si ob.ff.de condict. indebiti, his uerbis: Si ob transactionem alimentorum testamento relictorum datum sit, apparet posse repeti quod datum est: quia transactio senatusconsulto infirmatur. *Concordat l.3.§.sanè si is.ff.de transactionibus, his uerbis:* Si is qui de alimentis transegit locupletior factus sit ea solutione: in quod factus est locupletior, æquissimum erit eius in eum dari repetitionem. nec enim debet ex alieno damno esse locupletior.

Tertia regula. Si hæres post transactionem inutilem, ad alimenta præstanda conueniatur, id quod trãsactionis nomine dedit, in alimenta potest imputare. quæ regula approbatur l.7.§.fin.ff. de transactionib. his uerbis: Vsq; adeò quod datum est, etiamsi non proficit ad transactionem, extenuat tamen rem iudicatam: ut inde sit & edictum & rescriptum circa alimentorum transactionem, citra prætoris authoritatem factam, ut quod datum est, proficiat ad alimenta: ita ut si quid amplius ex causa alimentorũ deberi potest, id præstetur: quod

aūt datū eſt, imputetur. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt : Niſi aliquid aliud eidem alimentario ab eodem debeatur. tunc enim in id potius quàm in alimenta datam imputandum eſt. quæ exceptio approbatur l. 8. §. ſi eidem. ff. eod. tt. his uerbis*: Si eidam alimenta, & præterea legatum præſenta die datum ſit. & tranſactum fuerit citra prætoris authoritatem : id quod datum eſt imputabitur prius in legatum, quod pręſenta die datum eſt, & ſuperfluum in alimentariam cauſam. *Altera exceptio eſt : Niſi alimenta debeantur præterita, in ea enim potius quàm in præſentia uel futura imputandam. quæ exceptio approbatur d. l. 8. §. ſi quis de. his uerbis* : Si quis de alimentis tranſegit, ſine prętoris authoritata: id quod datum eſt, in præterita alimenta ceder: nec intereſt tantum in quantitate ſit : debita quantum datum eſt, an minus, an atiá plus. nam etſi minus ſit, adhuc tamé id quod inſolutum datum eſt, in præterita alimanta imputabitur. *Hactenus de Iudicijs, adfinibusq; iudiciorum remedijs ſit dictum.*

DIGESTORVM LIBER DECIMVS.

DE IVRE ECCLESIAE AC RELIGIONIS.

Poſt iura legum, magiſtratuum, iudiciorum tam publicorū quàm priuatorum expoſita : ſequuntur nunc reliqua ad ius publicum pertinentia : puta, iura Eccleſiæ ac religionis. Iura Imperatoris & fiſci : iura belli ſeu militia : denique iura ciuitatum, munerum atq; honorum : de quibus nunc ordine dicendum : & primum de iure Eccleſiæ ac religionis. Vbi primum de perſonis Eccleſiaſticis : hoc eſt de clericis ac monachis tam in genere, quàm in ſpecie tractabitur : deinde de rebus Eccleſiæ : tertiò de actibus Eccleſiaſticis & de hæreticis. Poſtremò de Orphanotrophijs, Xenodochijs & ſimilibus collegijs.

DE CLERICIS ET MONACHIS ORDINANDIS. Cap. I.

I. QVOT CLERICI ORDINANDI.

PRIMA *regula. Certus clericorum numerus iudicio epiſcopi ordinandus. quæ regula approbatur l. 11. in fine C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis*: In Eccleſijs quæ in poſſeſſionibus (ut fieri adſolet) diuerſorum uicis, uel etiam quibuslibet locis ſunt conſtitutæ : clerici non ex alia poſſeſsione uel uico, ſed ex eo ubi Eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinentur: ut propriæ capitationis onus ac ſarciná recognoſcant. ita ut pro magnitudine uel celebritate uniuſcuiuſq; uici eccleſijs certus iudicio epiſcopi clericorū numarus ordinetur. *Concordat Nouell. c. 123. §. hominib. autē. uſq; ad § presbyteri. cuius uerba uide 3. reg. 3. in fine.*

Secunda regula. Certus clericorum numerus ordinatur à lege, Nouell. c. 3. §. quapropter ſancimus, his uerbis: Sancimus na quando in ſacroſancta maiore Eccleſia ultra 60 presbyteros, diacónos uerò mares centū, fœminas 40. & ſubdiaconos 90. Lectores autem ultra 110. cantores ultra 25. exiſtant: ut uniuerſus reuerendiſsimorū clericorum maioris Ecclaſiæ numerus in 425. perſonia, & centum prætérea oſtiarijs (ut uocant) conſiſtat. In ſanctiſſima igitur maiore almæ huius urbis noſtrę Eccleſia, & tribus illis ſacris ædibus ei coadunatis tanta clericorū multitudo eſto, nemina eorū qui nūc ſunt eijciendo, tametſi multo maior numerus exiſtat quàm à nobis definitus eſt, namine itē de cætato per ullū ordinē qui hoc tēpore eſt adijciēdo, donac intra hunc numarū menſura cōſiſtat. *Huc pertinet l. 4. C. de ſacroſanctis Eccleſijs. cuius hæc ſunt uerba*: Non plures quam nongenti quinquaginta decani ſacroſanctæ huius ampliſsimę urbis deputentur Eccleſiæ : nulliq; his addendi, uel mutandi, uel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia : nulli alij corporatorū præter dictum numerū per patrocinia immunitate cōceſſa, negataq; omni nouationis facultate ſimilia uindicādi ijs quæ in honorem uel neceſſaria obſequia ſacroſanctæ Eccleſiæ indulta ſunt.

Tertia regula. Numerus clericorū ab ædificatore ſtatutus, obſeruandus. Et ne numerus transſcendatur. quæ regula approbatur d. c. 3. §. in omnib. his uerbis : In omnibus alijs Eccleſijs, quibus expenſas ſacroſancta maior Eccleſia ſuppeditat, ſancimus

cimusnt qui hoc tempore sunt, cõsimiliter & ipsi sub eadẽ forma maneãt. In posterũ uerò nemo ordinetur, priusquã ad statutũ cuiusq; Ecclesiæ (ut uocãt) quod per ædificatores harũ ab initio determinatũ est, presbyterorũ simul & diaconorũ tam mariũ, quàm fœminarũ & subdiaconorũ, neq; non lectorum, cantorũ & ostiariorũ numerus redigatur, neq; quisquã interea tẽporis adijciatur. Nã & ipsi nos præcauebimus ne quid eiusmodi faciamus, ordinatumúe aliquos mittamus, neq; magistratuũ nostrorũ aliquis tale quid faciet, ueueritus legẽ nostrã: & beatiss. archiepiscopus & patriarcha huius regię urbis potestatẽ habebit ordinationi cõtradicere, licet de palatio iussio procedat. nã & qui præcipit, & cui præcipitur, uterq; sub censura erit Ecclesiastica, si quid tale peregerit. Sed neq; in alijs Ecclesijs, quæ alimenta & sumptus ex sacrosancta maiore Ecclesia nõ habent cõueniens est, ut ordinandorũ in ipsis multitudo intromittatur, aut mensura initio in illis statuta, de cætero trãscendatur, ne quãdo qui sacra in illis obeunt, ad immensam multitudinẽ delapsi, interq; se reditus ex piorũ hominũ collatione quæsitos partientes, nec illos exinde, suæ mensuræ sufficere uidentes, in magnã animi angustiã incidant. Si uerò ultra mensurã in sacrosancta maiore Ecclesia, aut alijs Ecclesijs statutã sanctiss. archiepiscopus, qui sacrosanctę maiori Ecclesiæ præest ordinauerit, Deiq; amantissimi eiusdem sacrosanctæ Ecclesiæ Oeconomi, sumptũ ad hæc de reditibus Ecclesiasticis expenderint, tam ipsi quàm etiã beatiss. patriarcha, qui hæc ipsis suppeditare permisit, de suo, deq; ꝓprijs facultatibus expensa restituent. Nouerint enim si quid tale perpetrauerint, quòd nõ solũ sanctiss. patriarchis qui talia patranti succedent, & secuturis Oeconomis: sed etiã omnibus cæteris reuerendissimis clericis taliũ curiosè perquirendi, & cũ fiunt ꝓhibendi, deferendiq; ad Imperatoriã maiestatẽ potestatẽ damus, quo magis hoc cognoscẽs, ipsa ex substantia Oeconomorũ, qui hoc fecerint, aut etiã permittentis archiepiscopi, sacrosanctę maiori Ecclesiæ ista seruari demãdet, ne rursus eiusmodi confusio & pturbatio in eare incidat. Enimuerò negocio ad pristinã mensurã redacto, tunc liberũ erit ordinare, usq; eo tamen ne dictũ mensurã transcẽdat, aut numerũ superent, neúe dolus circa hoc malus interueniat: neq; enim ullo pacto locũ habere patimur, quod plerisq; in ore est, facultatẽ quidẽ ordinandi suppetere, non aũt præbendorũ alimentorũ, siquidẽ hoc iterũ illorũ est qui confusionẽ pariũt, aut supernumeraria adiectione altera ꝓ uiris collegia constituũt, præsertim cũ multas ea res circumscriptiones ꝓducat, ut sub prætextu alimentariæ pręstationis, alias sibi uias insatiabilis cuiusdã auaricię inueniant. Hoc igitur etiã ipsum fieri ꝓhibemus, & sub censurã (ut appellant) Ecclesiasticã deducimus, magno usui futurũ arbitrantes, si sacrosanctã maiorẽ Ecclesiã neq; creditoribus obnoxiã, neq; rebus angustis afflictã, neq; perpetuo egentẽ, sed omniũ rerũ copia abundantẽ cernamus. *Concordat regulæ propositæ Nouell. c. 6. §. sed neq; effusas, his uerbis*: Sed neq; effusas cõpetit fieri de cætero reuerendissimorũ clericorũ ordinationes. Quod enim hactenus gestum est, licet corrigi oporteret, attamen propter tẽpus finimus. De cætero aũt nõ ꝓpter hoc fieri, neq; ad damnũ sanctissimarũ Ecclesiarũ uenire sancimus. Quæcunq; igitur oportebat de tali modo in sanctissima maiore Ecclesia huius nostræ regiæ ciuitatis, & sub ea constituris sanctissimis Ecclesijs & alijs quæ hic sunt, fieri: hæc speciali lege cõplexi sumus. In omnibus aũt quæ foris sunt locis sancimus, si quis cũ constituit ab initio ædificare Ecclesiã, definiuit ordinandorũ mensurã, tanquã secundũ eam expensas constituens, nõ prius ordinari quenquã in eadem Ecclesia, nisi ad numerũ à principio definitũ eius mensura redigatur. Si uerò hoc nõ fecerit, ipsa uerò ciuitatis Ecclesia ministrat emolumenta, & sibi, & alijs Ecclesijs, tunc nõ promptũ sit augere illi clericos, neq; ꝓpter aliquas fortè cõpassiones aut beneficia ex hoc eã sumptib. prægrauare. Nõ sunt enim hæc pia neq; sacerdotibus digna, sed ex his quę Dominus Deus dederit, quę possibilia sunt administrare, aut antiquã conseruare consuetudinẽ, nihil penitus innouantẽ. Vnde cõpetit Deo amabiles patriarchas, & metropolitanos huius habere ꝓuidentiã, & eos quidẽ qui hactenus sunt, sinere in schemate in quo sunt clericos. Metiri uerò uniuscuiusq; ecclesiæ facultates, & ita ipsos quoq; sanctissimos patriarchas sub se constitutas Ecclesias ordinare, & metropolitanos hoc ipsum à sanctissimis patriarchis cõmonitos facere, illos aũt alios oẽs sub se positos episcopos, ad mensurã hanc deducere, & studere non ultra expensas facere clericorũ ordinationes. Scimus enim quòd sanctissimæ Ecclesiæ propter hanc ordinationẽ & alias expensarũ effusiones inopes factæ sunt. Et quia aliquas earũ uix quidem tamen liberauimus, quædã uerò adhuc oneratæ iacẽt, ex tali eleuari angustia nõ ualentes: ideoq; hoc ꝓuideant sanctissimi patriarchæ, & metropolitani, & reliqui Deo amabiles episcopi, ut & nos quæ ab eis aguntur discentes, approbemus eos qui no-

ſtram legē in literis poſitā apud ſemetipſos oſtēderūt, operib. adimpleri. *Hactenus de numero ordinandorū clericorū dictū eſt: nūc qui, & quales ordinandi eſt dicēdum. Huc pertinet etiā Nouell. c. 16. cuius hæc ſunt uerba*: Legē nuper de menſura ordinationū conſcripſimus, &c. *Item huc pertinet Nouell. c. 123. §. in omnibus uſq; ad §. presbyteri, his uerbis*: In omnibus autem, &c.

II. QVI ET QVALES ordinandi?

Prima regula. De officialibus proponitur l. 4. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis. Officiales rationales ſi exhibitione curſus ſeu primipili neceſsitate neglecta, interuerſa etiā ratione fiſcali, ad clericatus honorē putauerint tranſeundū: ad priorē conditionē retrahantur. Si uerò obnoxij ratiocinijs uel neceſsitatibus non ſint: ſub notione iudicū officijs cōſentientibus (ſi probabilis uitę ſtudiū id poſtulauerit) transferentur, nec ceſsionē metuāt facultatū. Quod ſi clandeſtinis artibus putauerint irrependū, duas partes ſuarū rerū cōcedant liberis, aut (ſi proles defuerit) propinquis: ex propria ſubſtantia portionē tertiam ſibimet retenturi. Sin uerò propinquorū neceſsitudo defuerit, geminæ portiones officijs, in quibus militāt, relinquentur, portione tantummodo ſibi tertia retenta. *Huius loci eſt l. 27. C. eod. tit. cuius hæc ſunt uerba*: Quiſquis emenſis militię ſuæ ſtipendijs, ex pletisq; officijs ſiue muneribus quæ cuicūque conditione, aut conſuetudine, aut lege debebantur, ad conſortium ſe cōtulerit clericorum, & inter miniſtros ueræ orthodoxæ fidei maluerit numerari: nullius prorſus ſentētię acerbitate reuocetur, nec à Dei templis quibus ſe cōſecrauit, importunis intentionibus abſtrahatur: ſed in ijſdem beatiſsimis miniſterijs ſecurus permaneat & quietus, ad quæ poſt longi laboris laſsitudinē, ob reliquæ uitæ requiem conſilio meliore protractus eſt: his actionibus, ſi quæ contra eum eiusq; patrimoniū legitima intentione competūt pro iuris ordine reſponſurus: exceptis primipilaribus, quos præceptis tui culminis & publicis utilitatibus in perpetuum eſſe ſubiectos, ſacratiſsimæ conſtitutionis ſtatuta ſanxerunt. *Hiſce contradicere uidetur Nouell. c. 123. §. ſequentes igitur, ibi: Sed neq; curiæ. & §. curialis. item §. ſed neq; cohortales. cuius uerba uide j reg. prox.*

Secunda regula. De curialibus & cohortalibus. Hi clerici eſſe non poſſunt: quæ regula approbatur l. 12. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis: Si quis curialis clericus fuerit ordinatus, nec ſtatim conuentione præmiſſa priſtinæ conditioni reddatur: is uigore & ſolertia iudicantium ad priſtinam ſortem, ueluti manu iniecta mox reuocetur: clericis enim ulterius legem prodeſſe non patimur, quæ ceſsione patrimonij ſubſecuta decuriones clericos eſſe nō uetabat. *Concordat Nouell. c. 123. §. ſed neq; cohortales: de quo paulò inferius. Propoſitæ regulæ exceptio prima uidetur eſſe talis: Niſi bonis ceſſerit. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam dictis hiſce*: Clericis enim ulterius legem prodeſſe non patimur, &c. *Secunda exceptio eſt: Niſi curialis illuſtrem dignitatem conſecutus ſit: tunc enim licet ei per ſubſtitutum curiæ ſeruire, & manere in dignitate: quæ exceptio approbatur l. 21. C. eod. tit. his uerbis*: Ad ſimilitudinē tam epiſcoporum orthodoxæ fidei, quàm presbyterorum & diaconorum, ij qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt, per ſubſtitutos periculo ſuarum facultatum curiæ muneribus ſatisfacere non uetentur. *Tertia exceptio eſt: Niſi curialis quindecim annis monaſticam uitam in monaſterio egerit. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 123. §. ſequentes igitur, ibi: Sed neq; curiæ, his uerbis*: Neq; curiæ muneribus addictū, neq; cohortalem eſſe aliquē ex his nouerint, qui decretis electus eſt pręterquam ſi curiæ muneribus addictus, aut cohortalis nō minus annis quindecim monachicam in monaſterio uitam extra omnē calumniam tranſegerit: uidelicet obſeruatione, quæ prius à nobis dicta eſt per facienda de ipſis decreta, & in his perſonis cuſtodiēda, ut ex tribus illis perſonis quæ decretis hoc modo eliguntur, melior ordinetur electione & iudicio eius qui ordinandi ius habet. *Concordat d. c. 123. §. ſed neq; cohortales, his uerbis*: Sed neq; cohortales, neq; decuriones clerici ſunto, ne qua ex inde uenerabili domui inferatur cōtumelia. Si uerò tales perſonæ referātur inter clericos, perinde quaſi ordinatio facta non eſſet, ita proprię fortunæ reſtituuntor: dempto ſi (ut licet conijcere) monachicā aliquis ex ipſis uitā non minus quindecim annis trāſegerit. Tales enim ordinari iubemus legitima uidelicet portione à decurione aſsignanda curiæ, & reipub. Sed & in clerū electi, monacho decentem uitā ad finem uſque præſtanto. Nam ſi poſt cleri honorē, &c. *Reliqua uide j. cap. prox. reg. 8. except. 2. repl. 3.*

Tertia regula. De colonis & adſcripticijs. Hi in clericos ordinari non poſſunt. quæ regula approbatur l. 34. in prin. C. de epiſcop. & clericis, hiſce uerbis: Iubemus, adſcripticiorū creationes ſecundū ueterē conſtitutionē (niſi dominorū poſſeſſionū unde oriundi ſunt, eiuſdē concurrerit conſenſus) nullius penitus eſſe momenti: ſed ijſdem fundorū dominis, qui faciendæ creationi nō (ſicut dictum eſt) euidenter cōſenſerin', ius ꝓpriū ad ſimilitudinē cæterorū colonorū in ſuos adſcripticios exercendi, tanquā ſi nulla creatio interceſsiſſet, tribui facultatē. Idemq; hoc ſuper illis quoq; agrico-

agricolis decernimns obſeruari, q cũ eſſent adſcripticiæ cõditionis nexibus adſcripti, ſolirariá uitá uidelicet appetẽtes, quibuslibet ſeſe monaſterijs cõtra uolũntaté dominorũ fundorũ duxerint offerendos. *Concordat l.16. C eod. tt. his uerbis*: Quiſquis cenſibus fuerit adnotatus, inuito agri domino tẽperet ab omni clericatu: adeò ut etiamſi in eo uico, in quo noſcitur manſitare, clericus fuerit, ſub hac lege religioſum adſumat ſacerdoriũ, ut & capitationis ſarciná per ipſum dominũ agnoſcere cõpellatur, & in ruralibus obſequijs quo maluerit ſubrogato utatur, ea ſcilicet immunitate indulta, quæ certæ capitationis uenerandis eccleſijs relaxatur: nullo cõtra hanc legem unquá ualeturo reſcripto. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi adſcripticius uoluntate domini clericus fiat. quæ exceptio approbatur uerbis ſuprà dictis hiſce*: Niſi dominorũ poſſeſsionũ, unde oriũdi ſunt, eiuſdé cõcurrerit cõſenſus. *Altera exceptio eſt: Niſi in eo uico, cui eſt adſcriptus, clericus fiat. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur uerbis iam propoſitis hiſce*: Adeò ut etiamſi in eo uico, in quo noſcitur manſitare, clericus fuerit, ſub hac lege religioſum adſumat ſacerdorium, &c. *Cõcordat Nouell. c. 123. §. adſcripticios, his uerbis*: Adſcripricios in his ſolis poſſeſsionib. quarũ adſcripticij ſunt, clericos citra uoluntaté dominorũ fieri concedimus: ea tamen conditione ut clerici facti, nihilominus impoſitá ſibi agricolationé adimpleant. *Tertia exceptio eſt: Niſi cum adſcripticius per trienniũ in monaſterio uerſatus eſſet, dominus prædij illũ nõ uindicauerit. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 123 §. ceterũ ſi quis, uſq; ad §. Porrò, his uerbis*: Si quis ad monaſticam uenire uitam, &c.

Quarta regula. De ſeruis. Hi quoq; *clerici ordinari nõ poſſunt. quæ regula approbatur ipſo iure, uerũ eius exceptio prima hæc eſt: Niſi dominus conſenſerit. quæ exceptio reprobatur l. 34. §. ſeruos C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis*: Seruos ſanè ſociari clericorũ conſortijs, uolentibus quoq; & conſentientibus dominis, modis omnibus phibemus: cum liceat eorum dominis, dara prius ſeruis libertate, licitũ eis ad ſuſcipiẽdos honores clericorũ iter (ſi hoc uoluerint) aperire. *Mutatur ac tollitur hoc ius, approbaturq; exceptio propoſita iure nouo Nouell. c. 123. §. ſi ſeruus, his uerbis*: Si ſeruus ſciente domino, & nõ cõtra dicente in clerũ allegatur, ex ipſa allectione liber & ingenuus eſto. *Sanè etiã iure antiquo ſeruus uolente domino in monachũ poteſt ordinari. quod approbatur l. 35. C. de epiſcopis & clericis, his uerbis*: Seruis, ſi dominorũ fuerint uoluntate muniri, ſolitariá uitam participandi licentia nõ denegetur: dum tamen eorum domini nõ ignorent. Et ſi ſeruis ſuis ad monaſteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorundem ſeruorum dominio, donec ijdem ſerui in eodem monachorum habitu durauerint, ſpoliandos eſſe cenſemus. Alioquin ſi relicta fortè uita ſolitaria ad aliam ſeſe conditionem tranſtulerint: certum eſt eos ad ſeruitutis iugum, quam monaſticæ profeſsionis cultu euaſerant, reuerſuros. *Hæc de iure antiquo: iure autem novo etiam inuito domino, ſeruus monachus fieri poteſt, de quo paulo inferius except. 3. Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi dominus ſeruum intra annum non uindicauerit. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 123. d. §. ſi ſeruus, his uerbis*: Si ignorante domino celebretur ſerui ordinatio, licentiam habeto dominus intra anni ſpacium, & quidem unius tantùm fortunam comprobare, & ſeruum ſuum recipere. *Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruus monachus fiat. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 5. §. hinc autem nobis, cum ſequentibus. his uerbis*: Hinc nobis etiam de ſingulis monachis cogitandum eſt, quo conueniat fieri modo, & utrum liberos ſolum, aut etiam fortè ſeruos, eo quod omnes ſimiliter diuina ſuſcepit gratia prædicans palàm, quia quantum ad Dei cultum non eſt maſculus, neq; fœmina, neq; liber, neq; ſeruus: omnes enim in Chriſto unam mercedem percipere. Sancimus ergo ſacras ſequentes regulas, eos qui ſingularem conuerſationem profitentur, non promptè mox à reuerẽdiſsimis præſulibus uenerabilium monaſteriorum habitũ percipere monachalem, ſed per triennium totũ (ſiue liberi fortè ſint, ſiue ſerui) tolerare nõdum monaſticũ habitum prometentes, ſed tonſura & ueſte eorum qui laici uocantur uti, & manere, ſic diuina addiſcenres eloquia. Et reuerendiſsimos eorum abbates requitere eos ſiue liberi ſint, ſiue ſerui, & unde eis deſiderium uitę ſingularis acceſſerit, & diſcenres ab eis quia nulla maligna occaſio ad hoc eos induxit, & habere eos inter illos qui adhuc docentur atq; monentur, & experimento percipere eorum tolerãtiam & honeſtatem: non enim facilis eſt uitæ hominum mutatio, ſed cum animæ magno fit labore. Et cum triennio toto in eá uita permanſerint, optimos ſemetipſos & tolerabiles alijs monachis & præſuli demonſtrantes, hos monaſticam promereri ueſtem atque tonſuram: & ſiue liberi ſint, ſine calumnia permanere: ſiue ſerui, penitus non inquietari migrantes ad communem omnium, dicimus autem cœleſtem Dominum, ſed in libertatem eripi. nam ſi in multis caſibus etiam ex lege hoc fit, & talis quędam libertas datur, quomodo non præualebit diuina gratia, talibus eos abſoluere uinculis? *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi intra triennium ſeruus, antequam*

in numerum monachorum referatur, à domino uindicetur. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis: Si uero intra trienniũ uenerit quispiam, & aliquẽ horũ qui cõuersationẽ professi sunt, abstrahere tanquã seruũ uoluerit, hoc quod nobis nuper ex Lycia nunciauit Zosimus, Deo amabilis, uir famosissimus, in conuersatione & propè uicesimũ & centesimũ ætatis agens annũ, pollens aũt & animi uirtutibus & corporis operationibus: quia tanta quædã in eo gratia Dei floret. Si quis igitur (sicut p̃diximus) intra trienniũ ueniat aliquẽ eorũ qui uolunt esse & pseuerare monachi, in seruitutẽ tracturus, & dicat q̃ subripuerit res quasdã, & ꝓpterea recurrerit ad monasteriũ: sancimus, eũ nõ promptè agere, sed primò ꝓbare pro ueritate, quia & seruus est, & ꝓ furto forsan, aut pro uita maligna, aut ꝓ uitijs pessimis fugerit quidẽ, propter suũ aũt uitiũ ad monasteriũ uenerit, & siquidẽ ustax ostẽditur, & apparuerit propter huiusmodi causam monasticã eũ simulasse cõuersationẽ, aut ꝓpter turpitudinẽ uitæ fortè diffugisse, & nõ pro ueritate sanctimoniæ habitũ cõcupijsse: hunc reddi domino cũ ijs q̃ forsan abripuit, si tamẽ hæc eriã in monasterio fuerint. Eũ uerò q dominus approbatur, dare ei iusiurandum, quia nihil mali ei faciet, & susceptũ eũ reducet domũ. Si uerò is quidẽ qui dicit se esse dñm nihil rale ꝓbauerit, & appareat is qui in talibus accusatur, ex ipsa cõuersatione honestus ac mitis, & fortè testimoniũ habeat aliorũ: quia etiã apud dominũ consistens discendi cupidus fuerit, & honestatis amator. etsi nondũ forte completũ est triennij tẽpus, attamen etiã sic maneat in uenerabili monasterio, abstrahere cupientium asperitate liberatus. Triennij uerò semel ex plero tẽpore iudicatus, quia monastica dignus est honestate, maneat in monasterio: nequaquã enim damus licentiã ulli penitus pscrutari, quæ eius sunt: sed siue liber, siue seruus sit, manere eũ in cõuersatione uolumus. Nam etsi uitiũ in priori ab eo fortè gestum est uita, (humana enim natura quodammodo labitur ad delicta) attamen sufficit ad mediocrẽ purgationẽ peccatorũ, & ad uirtutis augmentũ triennalis tẽporis testimoniũ. Ea uerò quæ rapta sunt, apud quoscunq; tandẽ inueniãtur, modis omnibus reddantur prisco domino. Si uerò seruitij necessitatẽ effugiens, tentauerit monasteriũ quidẽ derelinquere, aliã aũt uitæ sectari figurã: licentiã damus domino, retrahere eũ, & ꝓbanti fortunã inter seruos habere: nõ enim iniuriã patietur tantã ad uerum seruitiũ retractus, quantũ ipse iniuriatus est, Dei culturã refugiens. *Concordat Nouell. c. 123. §. cæterum si quis, usq; ad §. porrò in omnibus.* Hæc de Quarta regula.

Quinta regula. De peregrinis. Hi non sunt ordinãdi. quæ regula approbatur l. 11. C. de episcopis & clericis. cuius uerba uide §. eod. cap. in princ.

Sexta regula. De ijs quos patronus monasterij uel oratorij exhibet. Hi ordinandi. quæ regula approbatur Nouell. c. 123. §. si quis oratorij. cuius uerba uide paulo inferius ead. reg. huius regulæ exceptio hæc est: Nisi à patrono exhibiti indigni sint. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 58. §. illud quoque. his uerbis: Illud quoq; ad honorem nostrum & cultum sedis tuæ decernimus, ut si quis ædificans Ecclesiam, aut etiam aliter expendẽs in ea ministrantibus alimenta, uoluerit aliquos clericos statuere: nõ esse ei fiduciã ullam quos uult per potestatẽ deducere tuæ reuerentiæ ad ordinandos eos, sed examinari à tua sanctitate sententiaq; tua: & qui pontificalẽ sedem rexerint, semper hos suscipere ordinẽ, siquidem tuæ beatitudini & posteris opportuni uidebuntur existere, & Dei ministerio digni, ut nõ prophanentur sancta Dei (hoc uidelicet quod sacris sancitur eloquijs) sed intacta & ineffabilia, tremendaq; cõstituta, sanctè & Deo amabiliter & uenerandè tractentur. *Concordat Nouell. c. 123. §. si quis oratoriũ, his uerbis:* Si quis oratoriũ extruxerit, uoluerit q; in eo promoueri clericos, uel ipse, uel hæredes eius, si sumptus ipsi clericis subministrant, & dignos nominauerint, nominati ordinantor. Si uerò qui ab ipsis electi sunt, eos tanquã indignos ordinari sacri prohibebunt canones: tunc locorum sacratissimus episcopus eos quos præstantiores putauerit, promoueri curam agito.

Septima regula. De indoctis. Hi nõ sunt ordinandi. quæ regula approbatur Nouell. c. 123. §. clericos, his uerbis: Clericos nõ aliter ordinari cõcedimus, nisi literas sciant, & recta fide ac honesta uita sint, & neq; concubinã, neq; naturales habuerint, aut habẽt liberos: sed qui uel cœlibem uitã agunt, uel uxorẽ habuerint, aut habent legitima, & eam unã & primã, neq; uiduã, neq; diuortio separatã à uiro, neq; alioqui legibus aut sacris interdictã canonibus. *Concordat l. 6. §. hæc aũt, his uerbis:* Religiosos clericos cum multa fieri inquisitione secundũ diuinas regulas, & boni testimonij uiros ordinari sancimus, literas omnino scientes, & eruditos constitutos (literas enim ignorantes omnino nolumus, neq; unũ ordinẽ suscipere clericorũ, uidelicet presbyterorũ & diaconorũ tã sacras orationes dicentiũ, quã ecclesiarũ & canonũ legentiũ libros) & ordinationẽ sine querela, & inculpabilẽ, & sine aliqua contradictione, & sine datione pecuniarum aut rerũ suscipientes. *Concordat item quoad monachos Nouell. c. 5. in prin. his uerbis:* Cõuersationis monachalis uita sic honesta est,

sta est, sic commẽdare nouit Deo ad hoc uenientẽ hominem, ut omnem humanã eius maculam detergat, & purum ac rãtionabili natura decentem, & plurima secundum mentem operantem, & humanis cogitationibus celsiorem reddat. Si quis igitur futurus est monachus perfectus, indiget & diuinorum eloquiorum eruditione & conuersationis integritate, ut tanta dignus factus sit mutatione.

Octaua regula. De ijs qui sunt culpatæ uitæ. Hi non sunt ordinandi. quæ regula constat ex ijs quæ proposita sunt s̄. reg. prox.

Nona regula. De eo qui alteram duxit uxorem, uel concubinam habet, aut uxorem illegitimam. hic ordinari non potest. quæ regula approbatur Nouell. *c. 6. §. sed neq; eum, his uerbis*: Sed neq; eum qui secundas habet, aut habuit nuptias, ordinari in diaconũ aut presbyterũ, neq; si mulieri coniungatur seiunctæ & propium uirũ derelinquenti, neq; si concubinã habeat: sed saltẽ eiusmodi uxorẽ, quæ cum castitate & ex uirginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quã cũ castitate uiuentes, aut cũ uxoribus nõ cohabitantes, aut unius uxoris uirũ, qui siue fuerit siue adhuc sit. & ipse castitatẽ eligat secundum diuinas regulas: primũ principiũ & manifestũ fundamentũ residuæ uirtutis constitutã. *Concordat* Nouell. *c. 123. §. clericos. cuius uerba uide s̄. reg. 7.*

Decima regula. De eo qui liberos naturales habet aut habuit. nec hic est ordinandus. quæ regula approbatur d. §. clericos.

Vndecima regula. De hæreticis: Neq; hi ordinandi. quæ regula approbatur d. §. clericos, ibi: Et recta fide

III. ANTECEDENTIA ORDINATIONEM.

Prima regula. Monachi nõ ordinãdi nisi per trienniũ in monasterio fuerint, eorumq; fides probata. quæ regula approbatur Nouell. *c. 5. §. hinc autem, ibi*: Sancimus ergo, *cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg. 4. excep. 3. concordat* Nouell. *c. 123. §. cæterum si quis.*

Secunda regula. Si ordinandus dicatur indignus, ordinatio differenda est, & accusatio persequenda. quæ regula approbatur d. c. 123. §. cæterũ si tẽpore, his uerbis: Si tempore ordinationis contra clericũ cuiuscunq; ordinis aut gradus accusator aliquis exortus fuerit, qui dicat indignũ eum esse ordinatione: differtor ipsa ordinatio, & omnia tã in examinatione, quam in censuris procedunto, quę quidem in episcoporum ordinationibus superius sanximus. *Ait* Imp. Sanximus. *Scilicet in ijs quæ habentur j. cap. 4. reg. 5. Concordat d. c. 123. §. cæterũ si quis contra. quæ uide j. d. reg. 5.*

Tertia regula. De nihil dando pro clericatu, proponitur Nouell. *c. 123. §. sed neq; clericum. usq; ad §. si seruus, his uerbis*: Sed neq; clericum cuiuscunq; gradus dare aliquid illi, à quo ordinatur, aut cuicunq; alij personæ concedimus: sed solas præbere ipsum consuetudines ex more percipiendas ab his, qui ordinanti in ministerio sunt: quæ tamen unius anni diaria non excedant. Certè in sacrosancta Ecclesia, in qua constituitur ut diuinum impleat ministerium, omnino ne tantillum quidem collegis suis pro insinuatione sua dato, neque propter hanc causam solatijs suis aut alijs distributionibus defraudator. Sed neque xenodochus, aut ptochotrophus, aut nosocomus, aut cuiuscunq; alterius uenerabilis domus dispensator, qui qualemcunque Ecclesiasticam sollicitudinem tractat, dato aliquid illi à quo promouetur, aut cuicunque alij personæ pro credita sibi dispensatione. Qui autem contra hæc quæ disposuimus uel aliquid dederit, uel acceperit, uel mediator factus fuerit: sacerdotio, siue clero, siue credita sibi qualicũq; administratione denudabitur, his quæ data sunt uindicandis uenerabili domui, cuius ordinationẽ, aut sollicitudinẽ, aut dispensationẽ talis persona acceperit. Si secularis sit qui accepit, aut mediator extitit, quod datũ est in duplũ exigetur, & uenerabili domui, in quã ordinationẽ, aut sollicitudinẽ, aut dispensationẽ accepit præbetor. Si quis uerò cuiuscunq; gradus clericus, aut cuiuscunq; uenerabilis domus dispensator, uel ante ordinationẽ creditamúe sibi qualemcunq; dispensationẽ, aut sollicitudinem, uel postea uoluerit aliquid rerum suarũ offerre Ecclesiæ, in qua ordinatur, aut loco cuius dispensationem aut sollicitudinẽ suscipit: non solũ id fieri non prohibemus, sed etiam cohortamur eos ut pro salute animæ suæ talia faciant. Nos enim ea sola dari prohibemus, quæ specialibus aliquibus præbentur personis, non quæ sanctis Ecclesijs, aut alijs uenerabilibus locis offerũtur. *Concordat* Nouell. *c. 56. his uerbis*: Plurimas aditiones suscipientes hanc legem dirigere ad tuam beatitudinem iustum existimauimus. Qui enim ordinantur à tua reuerentia clerici in sanctissimis Ecclesijs (absq; tamen sanctissima maiori Ecclesia) omnium patiuntur crudelissima, non suspicientibus eos illic Ecclesijs, antequam quantum uoluerint accipiant aurum: & nouimus hoc ex frequentibus aditionibus de hoc factis nobis. Sancimus igitur beatitudinem tuam hoc ualidissimè custodire, & siquidem consuetudo est, dare eos qui ordinantur in sanctissima maiore Ecclesia, hoc eos præbere. Nihil enim de his quæ dantur in sanctissima maiore Ecclesia, nouamus. Præterea uerò in alijs omnib. nullis in eis clericorũ licentiã esse penitus pro his quæ uocantur insinuatiua, aliquid ferre,

ferre Sed & si quis tale aliquid egerit, illum quidem priuari sacerdotio, in illius autẽ officium introire qui missus est: & hanc eum auariciæ ferre mercedem. Custodire uerò hæc etiã Deo amantissimos defensores sanctissimæ maioris Ecclesiæ pœnam formidantes, x librarũ auri si quid neglexerint: sed gratis omnia ꝓcedere Deinde etenim defunctiones & ministeria non per uenditionem, nec per mercationem fieri aliquid uolumus, sed purè & citra redemptionem. Sic enim rei digni fient nulla uenditione ac mercatione facienda. Tua igitur beatitudo, & qui postea in pontificales accesserint sedes, quæ à nobis ordinata sunt, & per hanc declarata sunt legem, operi effectuiq; tradere festinet.

Quarta regula. De consensu parentum non requirendo, proponitur l. 42. §. hoc etiã cognitũ, his uerbis: Hoc etiam cognitũ, &c. *Concordat Nouell. c. 123. §. interdicimus uẽ, his uerbis:* Interdicimus item parentibus ne filios suos, simulatq; monasticam, &c. *Hactenus de Clericis ac monachis ordinandis sit dictum.*

DE OFFICIIS CLERICOrum & monachorum. Item de causis ex quibus clericatus amittitur. Cap. II.

P*Rima regula. Vt clericus omne ecclesiasticũ ministerium sibi cõpetent impleat, proponitur Nouell. c. 123. §. sancimus aũt, his uerbis:* Sancimus ut reuerendissimi clerici suas obeãt Ecclesias, & omne Ecclesiasticũ ministeriũ ipsis cõpetens impleant: hoc requirentib. tam uniuscuiusq; ciuitatis religiosiss. episcopo, quã Ecclesiasticis qui in quoquo gradu primatũ habent, atq; hæc nõ obseruantes sub canonicã redigentibus censuram.

Secunda regula. De precibus & scripturis legendis, proponitur Nouell. c. 133. §. deinde etsi, his uerbis: Etsi ecclesia in monasterio nõ sit, neq; sic tamen licenter prætextu ecclesiarũ monachi egrediantur, aut etiã deambulationes illic faciant, & cũ aliquib. colloquantur, quibus cũ nõ decet, sed tẽpore quidẽ sacri ministerij unà cũ præsule & primoribus eius, ac ętate prouectis illo accedunto: ministerio aũt impleto, quidquid monachorum est oẽs in cœnobiũ denuò concedant, & ibi resideãt. simulq; magnũ Deum precibus fatigent, & Sacrarũ scripturarũ lectioni incumbant. Ingens enim sacrorum istiusmodi librorũ existit chorus, & potis est cuiusq; animũ emendare, ac sacris irrigare eloquijs: quæ si continuè legant, non unquã errauerint, neq; ad humanas delabentur sollicitudines. *Concordat d. c. 133. §. illud quoq; ibi: Duabus enim, his uerbis:* Duabus potissimũ in rebus operã & diligentiam reponere oportet monachos, ut aut sacris uacent scripturis, aut quas manuarias uocare solẽt artes, monachos decentes meditentur, exerceantq;: siquidem mens inerti ocio dedita, haud sanè quidquam bonorum pepererit.

Tertia regula. De artibus manuarijs à monachis exercendis, proponitur uerbis iam dictis hisce: Duabus potissimum in rebus, &c.

Quarta regula. Vt peregrinantes literas habeãt testimoniales, proponitur l. 22. §. fin. C. de episcop & clericis, hisce uerbis: Iubemus ut oẽs clerici atque monachi, qui de suis ciuitatibus ad hanc almam urbẽ ecclesiastici negocij, uel religionis causa proficiscuntur, literis Episcopi cui unusquisq; eorũ iter faciens obsequitur, muniti adueniant: scituri quòd si citra hanc fiduciã accesserint, sibimet imputabũt quòd non clerici uel monachi esse putabuntur.

Quinta regula. Vt monachi nõ separatim, sed in cõmuni loco habitẽt, comedãt ac dormiãt, approbatur, simul & distinguitur Nouell. c. 5. §. cogitandum, his uerbis: Cogitandum est quomodo monachos habitantes, & ibi degentes monasticę philosophię certatores dignos esse ostendamus. Neq; enim uolumus in ullo monasterio sub ditione nostra cõstituto, siue plurimorũ hominũ est, siue paucorum, monachos qui ibi sunt, diuisos ab alterutris esse, & proprijs habitationibus uti: sed cõmuniter quidẽ eos comedere sancimus, dormire etiã oẽs in cõmuni, unoquoq; quidem in quadam propria stratura iacente, in domo uerò una collocatos, aut si fortè non sufficit ad multitudinem monachorũ domus una, in duas forsan aut plures, nõ tamen seorsim & apud semetipsos, sed in cõmuni, testes alterutri sint honestatis & castitatis: & neq; somnũ desidiosum habeant, sed & in somno meditantes, benè cõposito esse corpore propter increpationẽ respicientiũ: nisi tamen quidã eorũ in contemplatione & perfectione degentes uitã remotã habeant in secessu, quos uocare anachoretas & hesychastas consueuerũt, tanquã à cõmunione ad meliora exceptos: alioquin alios quibuscunq; inter multitudinẽ conuersatio est, in his quæ uocantur cœnobia esse uolumus. Sic enim zelus eis ad uirtutem crescit, & maximè iuuenibus si cum senioribus constituantur: fiet enim seniorũ conuersatio iuuentutis educatio perfecta: & sic sint in cœnobijs suo proprio Abbati obedientes, & traditam sibi conuersationẽ inculpabiliter obseruantes. *Concordat Nouell. c. 123. §. porrò in omnib. his uerbis:* In omnib. monasterijs, quæ quidẽ cœnobia appellãtur, iubemus ut secundũ præscripta & formulas monasticas omnes in una domo habitent, omnes in commune alantur, omnes

omnes in una domo consimili modo separati cubent, ut uicissim alter alteri honestæ conuersationis testimonium præbeat: nisi quidam tamen ex eis aut propter longæuã in monasterio conuersationem quietè uolentes uiuere, aut senectutis atq; corporis infirmitatis causa in remotis cellulis intra monasterium constitutis degant, & hoccũ conscientia & uoluntate abbatis fiat. His omnibus & circa monasteria & asceteria mulierum conseruandis. *Concordat itẽ Nouell. c.133. §. Ac descripsimus. usq; ad §. Et primum quidem, his uerbis:* Descripsimus quidem iam constitutionem, quę uult ut monachi, etsi magno continentur numero, secundum formam cœnobiorum (ut appellanr) in commune uitam degant, neq; proprias habeant possessiones, neq; opes accumulent, neq; clàm te stibus uiuant: sed & cõmuniter cibum capiant, & in cõmuni loco cubent, & undiq; benè compositam persequantur uitam, testesq; sint inuicẽ mutuę honestatis, & iuniores reuereantur caniciem eorũ qui ista inspiciunt: nonnunquã etiã dedita opera capessant uigilias, ut ne in somno quidẽ aliquid intempestiuum aut turpe de se alijs edant spectaculum, sed quisq; pro se honestatem uel inter dormiendum conseruet. Cum uerò quæpiã nobis renuncieotur quę & maiore cura digna sint, & firmiore lege indigeãt, meritò ad præsentẽ legislationẽ ad illius perfectionem & supplementũ peruenimus: per quã sancimus, ut nullus omnino propriam habitationẽ habeat, neq; aliqua (ut appellatur) cellula sit in monasterio his, qui ad uitã in comtẽplatione & quiete traducend[u]m, uno fortè aut duobus utanrur ministris: sed tametsi plures uiri sint, nihilominus onicus ipsorũ sit conuentus, siue precentur, siue naturæ operã faciant, quæ citra reprohensionẽ tameo & absq; calumnia consistunt, & rã cõmuniter (ut dictũ est) cibũ capiant, quàm cõmuniter dormiant, si modò tanta multitudo sit, quam una domus poßit capere: alioqui duæ fortè aut tres domua existant, q̃ ipsos recipiant. Nullus autẽ omnino quidquam habeat proprij, sed diu noctuq; in cõmune uiuat, & noctes eandem inter ipsos cum diebus habeant obseruationem. Neq; enim semper omnes dormiunt, sed manifestarium est quòd dum hi dormiendo occupari sunr, illi uigilant, & prorsus quidã dormientes inspiciunt. Cæterùm si quæ habitatiunculæ seu cellulæ in ullo monasteriorũ fuerint sub generali huius almæ urbis patriarcha, siue in eius confinijs, aut sub sanctitate tua constitutorum, siue à nobis ipsis ædificatorum siue ab alijs: hasce omnes omnibus modis demolieris, aperiesque ipsis mutuum inter se aspectum, ut quæ uicissim inter ipsos geruntur, omnes intueãtur. Cur enim tandem hoc agere reuereãtur, qui semel se Deo dedicarunt, & omnem popularem conuersarionem ualere iusserunt? Atque hoc quidem ea fini obtinere tam hoc tempore, quã in omne deinceps æuũ uolumus nullo (ut dictum est) propriã habitationẽ habente, sed omnibus in unũ congregandis, & quæ uicissim inter ipsos geranrur spectaruris. Illud enim constat, quòd eiusmodi peragere studebunt, quæ undiq; reprehensione careãt. Quòd si quis usq; adeò impudens uisus erit, ut conari audeat transgredi ea quæ lege promulgata sunt, hæc solitariæ mãsionis prę sul examinato. Volumus enim ut ista nostra obseruatio diligẽtius custodiatur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi anachoretæ, uel hesychastæ monachi sint. quæ exceptio approbatur Nouell. c.5. §. cogitandum. ibi:* Nisi tamen. *cuius uerba uide §. ead. reg. in prin. Secunda exceptio est: Nisi senes sint, aut corpore infirmi. quæ exceptio approbatur Nouell. c.123. §. porrò, ibi:* Nisi quædam. *cuius uerba uide paulo superius ead. reg. Tertia exceptio est: Nisi uiri & mulieres sint. Hic enim non communiter, sed separatim uiuendum. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 123. §. in nullo, his uerbis:* In nullo reipubli. nostræ loco concedimus, ut in uno monasterio monachi simul, & monastriæ cohabitent: & (ut appellantur) duplicia sint monasteria. Quin sicubi tale monasterium inuentum fuerit, iubemus ut uiri à mulieribus separentur, & hæ quidem tanquam imbecilliores in eo monasterio maneant, in quo sunt: uiri autem aliud sibi monasterium extruant. Si uerò plura eiusmodi monasteria existant, neque necesse sit noua exædificare monasteria, religiosiss. locorum episcopus monachos cũ monachis, mulieres cum mulieribus separatim in alijs atq; alijs monasterijs collige te curæ habeto: quas uerò res communea inter se hsbent, hæ pro eo quantum cuiq; iuris competit, diuiduntor.

Sexta regula. De iunioribus à senioribus erudiendis, proponitur Nouell. c.131. §. porrò in sacrosancta. his uerbis: In sacrosancta ecclesia quæ in monasterio consistit, quatuor aut quinq; ex eadem mansione senes sint, quibus omnis iam difficultas in sancta illa uitæ ac fidei institutione superata est: & qui ordinationem in clero meruerunt, presbyterorũ fortè, uel diaconorum, uel aliorum deinceps gradum tenentes, atque hi adeuntibus sui copiam facient, & de Scripturis sanctis exquisitius sermocinabũtur, efficientq; ut alij omnes tales reputentur, simul sacram adseruantes ædem, simul iuuentutem insolescentem, & terminos suos egredi uolenrẽ,

in tole-

in rolerantia retinentes. *Concordat d.c.133.§.ceterum uero. cuius uerba uide J.cap.7.de apocrisiarijs. Hactenus officia clericorum & monachorum officia quæ in faciendo consistunt, exposita sunt: sequuntur nunc ea quæ in non faciendo consistunt.*

Septima regula. Ne secum habeant mulieres, proponitur l.19.C.de episcopis & clericis, his uerbis: Eũ qui probabilem seculo disciplinã agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet. Quicunque igitur cuiuscunque gradus sacerdotio fulciuntur, uel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierũ interdicta consortia cognoscant: hac tantùm eis facultate concessa ut matres, filias, atque germanas intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil sæui criminis existimari fœdus naturale permittit. Illas autem non relinqui castitatis hortatur affectio: quę ante sacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium: neque enim clericis incompetenter adiunctæ sunt, quæ dignos sacerdotio uiros sui conuersatione fecerunt. *Concordat Nouell.c.5.§.si quis autem, cuius uerba uide J. reg. prox. concordat item Nouell.c.123.§.presbyteris sane, his uerbis:* Presbyteris sanè & diaconis, & subdiaconis, & omnibus alijs qui in clero collocati sunt, qui uxores secundum sacros canones non habent, interdicimus & nos pro tenore sacrorum canonum, ne mulierem aliquam domi suæ adsciticiam habeant: excepta tamen matre, & filia, & sorore & alijs personis quæ omnem suspicionem effugiunt. Si quis uerò contra hanc obseruationem mulierem domi suæ habuerit, quæ possit suspicionem contra ipsum inducere, & semel atq; iterũ uel à suo episcopo, uel à collegis suis admonitus, ne cum tali muliere habitet, domo eã sua eijcere noluerit, aut emergente accusatore probatus fuerit inhonestè cum tali muliere conuersari: tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones clero ipsum eijcito, curię eius ciuitatis, in qua clericus fuit, tradendum. Episcopum autem nullam omnino mulierem habere, aut cum ea habitare concedimus. Sed si id minus obseruasse cõprobatus fuerit, episcopatu deijcitor. Ipse enim seipsum episcopatu indignum commonstrat. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi matrem, filiam, uel sororem suam clericus secum habeat, aut aliam mulierem, quæ omnem suspicionem effugiat. quæ exceptio approbatur uerbis supradictis hisce:* Hac tantùm eis facultate concessa ut matres, filias, &c. *Item hisce:* Excepta tamen matre, & filia & sorore, &c. *Secunda exceptio est: Nisi uxorem suam, quam ante sacerdotium duxit, secum habeat. Hæc exceptio approbatur uerbis suprà positis hisce:* Illas autem non relinqui castitatis hortatur affectio, &c. *Tertia exceptio est: Nisi monachis cohabitent monastriæ. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ dicta sunt S. reg. 9. except. 3. plura de regula proposita uide J. reg prox.*

Octaua regula. Ne uxores ducant clerici, uel monachi: & si duxerint, ut clericatum amittant. Hæc regula approbatur Nouell.c.5.§ si quis autem, his uerbis: Si quis monasticam profitentium conuersationem metuerit clerici ordinationem, maneat etiam sic puram seruans conuersationem. Quod si facti clerici abutatur fiducia, & ad nuptias uenire (quippe tali gradu constitutus inter clericos, qui ei uxorem ducere permittat: dicimus autem cantorum, aut lectorum: alijs enim omnibus nuptias secundum sacras regulas penitùs interdicimus) aut concubinas habere, aut luxurijs tradere uitam præsumat: excludatur modis omnibus à clero, tanquam priorem conuersationem & solitariam confundens uitam, & priuatus sit de cætero. Ad militiam quidem, aut ad aliud officium uenire non præsumẽs, nisi à nobis uoluerit dudum interminatis subiacere pœnis. Ipse autem apud semetipsum reputãs & agnoscẽs, qualem pro hoc daturus sit magno Deo satisfactionem. *Concordat Nouell.c.6.§.si autem aliquis, his uerbis:* Si aliquis presbyter aut diaconus postea ducat uxorem aut concubinam, aut palàm, aut occultè sacro statim cadat ordine, & deinceps idiota sit. Quod si & lector secundam ducat uxorem certis de causis & ex irrecusabili quadam necessitate: neque omnino ad altiorem accedat gradum, neq; perfruatur gradu maiore in sacerdotio, sed maneat in eodem gradu perpetuo. Sed nõ & ad tertias ueniat nuptias. Satis est enim si ad nuptias ueniat. Si uerò aliquid tale egerit, & ad secundas ueniẽs nuptias, ad maiorem gradum uenire festinauerit: exinde idiota erit, & laicus omnino sacro ministerio cadens. Pudicè enim nos per omnia decet uiuere. Si enim tales constituti, hi qui in clero adducuntur, ordinẽtur, facilis eis ad episcopatum ascensus erit, & ex multis bonis uiris facilius inuenientur qui digni adducantur ad primum gradum sacerdotij. *Concordat item Nouell.c.22.§.sed & si quis, his uerbis:* Si quis inter reuerendiss cooptatus clericos (de his loquimur qui supra lectorem sunt aut cãtorem) penitus nuptijs se iunxerint: constituimus & uolumus, ut ex nostra constitutione sacerdotio cadat. Siquidem uerò lector cum esset habuisset q; uxorem, postea ex ineuitabili quadam necessitate ad secundas procedat nuptias: ad maiora sacerdotij munera amplius non ascendet, sed illic manebit apud uxorem, ut qui studium, &c. *Concordat item Nouell.c.123.§.eum uero sius qui, cum sequentib. his uerbis:* Si is qui ordinandus

dinandus est diaconus, uxorem (quemadmodum superius dictum est) sibi iunctam non habeat: non aliter ordinator, nisi prius ab eo qui ipsnm ordinat interrogatus, profiteatur posse se post ordinationem, uel sine legitima uxore castè uiuere, nequeũte eo q ordinat, ordinationis tẽpore diacono permittere, ut post ordinationem uxorem ducat. Sin uerò hoc fiat, episcopus qui id permisit, episcopatu eijcitur. Quòd si post ordinationem presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus uxorem duxerit: eijcitor è clero, & curiæ ciuitatis in qua clericus erat, cum bonis suis traditor. Item, si lector secundam uxorem duxerit, aut primam quidem, sed uiduam, aut diuortio separatam à uiro, aut legibus, aut sacris interdictam canonibus: non amplius ad alium Ecclesiasticum gradum procedito. Etsi quocunque modo ad maiorem gradum prouehatur, deijciatur ab eo, & priori restituatur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ante ordinationem uxorẽ duxerit: hanc enim postea ordinatus, potest retinere. quæ exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̃. reg. prox. except. 2. item s̃. cap. prox. quæst. 2. reg. 9. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ante ordinationem secundam duxerit uxorem. quæ replicatio approbatur d. regula 9.*

Secunda exceptio est: Nisi cantor, aut lector sit. quæ exceptio approbatur Nouell. *c. 5. §. si quis autem, ibi: Quippe tali gradu. cuius uerba uide paulo superius ead. reg. in prin.* Concordat *Nouell. c. 22. §. sed & si quis. cuius uerba uide itidem paulo superius. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cantor aut lector secundam, uel tertiam ducat uxorem. quæ replicatio approbatur* Nouell. *const. 6. §. si autem aliquis, ibi: Quòd si & lector. cuius uerba itidem uide s̃. ead. reg. in prin.* Concordat *item* Nouell. *const. 123. §. enimuerò, ibi: Item si lector. Altera replicatio est: Nisi uiduam duxerit lector, aut eam quæ à marito suo diuerterit: aut cum qua matrimonium illi esse non potest. quæ replicatio approbatur d. uers. Item si lector. Tertia replicatio est: Nisi curialis, aut cohortalis factus prius monachus, postea lector aut cantor uxorem duxerit. Hæc replicatio approbatur* Nouell. *const. 123. §. sed neq; cohortales, ibi: Nam si post cleri. his uerbis:* Si quis post cleri honorem adeptum uxorem aliquis curialium, aut cohortalium duxerit, aut cõcubinam habuerit: curiæ aut cohorti, aut fortunæ cui erat obnoxius redditor, ut maximè in eum gradum Ecclesiasticum allectus fuerit, in quo constitutus aliquis à sacris canonibus & legib. uxorem ducere non prohibetur.

Tertia exceptio est: Nisi episcopus alicui clerico permiserit uxorem ducere. quæ exceptio reprobatur Nouell. c. 123. §. enimuerò, ibi: Nequcunte. cuius uerba uide paulo superius.

Nona regula. Ne mulier uirorum monasterium ingrediatur, neq; uir mulierum, proponitur Nouell. *constit. 133. §. non ingredietur, his uerbis:* Non ingredietur omninò, neq; mulier in monasteriũ uirorum, neque uir in muliebre, uel obtentu memoriæ defuncti illic reconditi, uel ob aliam causam. Et maximè si quis fratrẽ fortè, aut sororem, aut quempiam ex genere coniunctis se in monasterio habere dicat. Monachis etenim cognatio in terra nõ est, utpote qui cœlestem uitam adfectẽt. Quid enim omninò tandem uolentes huiusmodi aditiones faciunt, nisi si quid perpetrare uelint rerum interdictarum, cum & ea quæ uiros decent, uiris in uirorum monasterijs efficere, & consimiliter, quæ mulieribus attributa sunt, mulieribus liceat in muliebribus monasterijs peragere? nullo alteri admisto, neque si frater, aut soror, aut alius cognatus esse dicatur. Neque enim per hanc causam aditum ipsis patêre concedimus. nam si ipsa præciderimus principia, & errorem, qui per aspectum se animis hominũ insinuat, & exinde ad mala lubricitantem prohibuerimus: multò clementior & facilior existet sacris decertatorib. uitæ in melius emendatio. Omnes itaque huic legi obtemperanto, & neq; uirum recondunto in muliebrium monasteriorũ sepulchris, neque mulieres in uirorũ monasterijs seu asceterijs defodiuntor. neq; enim uiris mulierum domicilia, neq; rursus uirorum habitacula conueniunt mulierum consortijs. Nec per eos qui propter defunctos ingrediuntur, uolumus exinde inhonestas hasce commistiones fieri, ne per hanc causam naturæ fenestra aperiatur, ut ea quæ nefas est delicatius in se admittat, & ludos faciat, sacrasque res defœdet, ac uelamento pietatis, & sub specie exequiarum ea perpetret; quæ neque dicere, neq; in animo cogitare solitariam uitam exercentibus pulchrum est. Cum uerò illud reipsa manifestum existat, quòd necesse sit eos qui sepulturis peragendis ministerium præbent, & maximè, qui feretra deportant, quiq; defodiunt, ingredi in monasteria: res sanè difficilis consistit in muliebribus, cũ ob alia multa, tum propter præfatam prohibitionem. Sancimus tamen, ut si quando tale aliquid futurũ est, & mulier aliqua in muliebri sepeliatur monasterio (uirũ enim ibi sepeliri non permittimus) reuerendiss. quidẽ mulieres in suo permaneant habitaculo: sola autem ostiaria, siue ostiariæ & ipsa fortè (si uelit) antistes his quæ fiunt intersit. Simulatque uerò illi quæ circa exequias fieri solent tam sepulchro effosso, quàm corpore recondito effecerint, statim discedãt, neq; aliquas ipsi reuerendiss. spectantes mulierum, neq; ab

aliquib. earum ſpectari. Sed neq; aliam ingreſſuum occaſionem excogitanto, uel uiri in muliebria monaſteria, uel mulieres in ea quæ uiris deputata ſunt, per cauſam eorũ, quæ peraguntur circa exequias, quas ſcilicet memorias appellitant, in tertium nonumq́; diem conuenientes, item cum quadraginta exceſſerint, aut etiam annus: cum liceat ſiquidem muliebre monaſterium ſit, mulieres omnia peragere, ſi uirile uiros: neque per huiuſmodi occaſionem uenerabilibus monaſterijs aliquam inurere infamiam.

Decima regula. De portis monaſteriorum cuſtodiendis, ne quis uel egrediatur, uel ingrediatur, proponitur d.c.133.§.& primum quidem, his uerbis: Ne monaſterium multos habeat aditus, ſed unum tantum aut duos ſortè: & ut portæ adſiſtãt uiri ætate graues, & caſti, neq; non omniũ teſtimonio comprobari, qui neq; ipſos reuerendiſsimos monachos permittant ſine præſulis uoluntate, monaſterio egredi, ſed intus eos contineant, ut ea quæ Deum concernunt perquirant, nec ſeipſos, actionesq́; ac ſtudia ſua à Deo diuellãt, neq; alios quoſpiam, uel interdiu uel noctu in monaſterio uerſari ſinant, qui quidem ne reuerendiſs. monachorum ſincera, ac recta maneat, opinio efficiant. Eſto autem monaſterium forti muro circumſeptum, ne quis alia parte exitus ſit, quàm per portas.

Vndecima regula. Ne clerici & monachi iudicijs interſint, alia'ue ciuilia negocia tractent, proponitur l. 17. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis: Placet noſtræ clementię, ut nihil cõmune clerici cum publicis actionibus, uel ad curiam pertinentibus, cuius corpori non ſunt adnexi habeant. Præterea eis qui Parabolani uocantur, neq; ad quodlibet publicum ſpectaculum, neq; ad curiæ locum, neq; ad iudicium accedendi licentiam permittimus: niſi fortè ſinguli ob cauſas proprias, & neceſsitates iudicem adierint aliquẽ pulſantes lite, uel ab alio ipſi pulſati, uel in communes totius corporis cauſas ſyndico ordinato: ſub ea definitiõe, ut ſi quis eorũ hæc uiolauerit, & breuib. parabolanis eximatur, & competẽti ſupplicio ſubiugetur, nec unquã ad eandem ſollicitudinẽ reuertatur. *Concordat l.36. C. eo. tt. his uerbis:* Repetita promulgatione nõ ſolùm iudices quorumlibet tribunaliũ, uerùm etiam defenſores Eccleſiarũ huius almæ urbis quos turpiſsimũ inſinuandi ultimas deficientiũ uoluntates genus irrepſerat, remouendos eſſe cẽſemus: ne rem attingant, quæ nemini prorſus omnibus omniũ ſecundũ conſtitutionũ pręcepta, pręterquã magiſtro cenſus competit. Abſurdũ etenim clericis eſt, imò etiã opprobrioſum, ſi peritos ſe uelint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium: temeratoribus huius ſanctionis pœna quinquaginta librarum auri ſeriendis. Au Imp. Repetita promulgatione. *Hæc promulgatio habetur l.23. C. de teſtamentis. Ait inſuper Imp.* Opprobrioſum ſi peritos, &c. *Eadẽ uerba habẽtur d.l.23.§. abſurdũ eſt. Concordat Nouel. c.123.§. ſed neq;. cuius uerba uide ℑ. reg.14.*

Duodecima reg. Clerici ne iurent, proponitur l.25. §. quod ſi lis, ibi: Quia Eccleſiaſt. C. de epiſcop. & clericis, hiſce uerbis: Eccleſiaſticis regulis & canone à beatiſsimis epiſcopis antiquitùs inſtituto, clerici iurare prohibentur.

Decimatertia reg. Ne ludant, uel ſpectaculis interſint. Hæc reg. approbatur Nouell. c. 123.§. inſuper interdic. his uerbis: Interdicimus religioſiſsimis epiſcopis & presbyteris, neq; nõ diaconis, & ſubdiaconis ac lectoribus, & cuicũq; alij cuiuslibet, uenerabilis ordinis & gradus cõſtituto clerico, ne ad tabulam ludãt, aut tali ludo utentib. ſe aſſocient, aut ſpectatores ſint, aut ad quodcũq; ſpectaculum ſpectandi gratia accedant. *Concordat l.17. in prin. C. de epiſcop. & cler. cuius uerba uide ſ. reg.11.*

Decimaquarta reg. Ne alienas poſſeſsiones conducant, neq; domum curent, proponitur Nouell. c.123.§. ſed neq;, his uerbis: Neq; ſuſceptorem, aut exactorẽ publicarũ contributionũ, aut conductorem uectigalium, aut alienarũ poſſeſsionũ, aut curatorẽ familiæ, aut diſpenſatorẽ, aut procuratorem litis, aut fideiuſſorẽ pro his cauſis eſſe epiſcopum, aut œconomum, aut cuiuſcunq; gradus alium clericum, aut monachũ concedimus, ſiue ſuo ſiue Eccleſiæ, aut monaſterij nomine id ſubeat: ne per hãc cauſam ſacris ædib. infligatur damnũ, & diuina impediantur miniſteria. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi Eccleſiæ poſſeſsiones cõducat. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Cæterùm ſi eccleſijs aut monaſterijs aliquæ adiacere inueniantur poſſeſsiones, uelintq́;, &c. *Secunda exceptio eſt: Niſi clericus ſuæ Eccleſiæ poſſeſsiones conducat. Hæc exceptio approbatur d.c.123.§. ſed & ipſis, hiſce uerbis:* Clericis, ut ſuarum Eccleſiarũ poſſeſsiones cõducant, & gubernent, ſententia tamen epiſcopi & Oeconomi, concedimus exceptis perſonis quas per alteram legem hoc facere prohibuimus. *Pœna huius regulæ ſubijcitur d. c.123.§. ſi quis contra, cum ſequentibus, his uerbis:* Si quis contra prædicta aliquid egerit ſiquidẽ epiſcopus ſit, oẽs res eius, quæ ex quacunq; cauſa, aut perſona, ſiue ante epiſcopatũ, ſiue poſt epiſcopatũ ad ipſam peruenerũt, Eccleſiæ eius uindicari ſancimus. Si uerò Oeconomi, aut alij clerici ſint, qui in hoc deliquerunt, pœna ab ipſis pecuniaria, quam epiſcopus eorum probauerit, exigitor uindicanda eccleſiæ, quando & hi qui uectigalium,

aut

aut cuiuscūq; possessionis conductionem, aut publicorum tributorum susceptionem, profligationēue, aut curam familiæ illorū fidei crediderunt, aut pro memoratis causis fideiussores eos acceperunt: nullam contra ecclesiam, aut monasteriū, aut res eius, aut dispensatores, aut etiam contra eas personas, quarum fidem secutæ sunt, aut facultates, aut fideiussores earum actionem habituri sint. Quin si quid publico damni obuenerit, illi qui publicarum contributionum, aut uectigalium susceptionem, aut conductionem aut profligationē memoratis personis crediderunt, aut fideiussores eos susceperunt, hoc ipsum ex propria substantia restituere compellentur.

Decimaquinta regula. Ne *ad supplicium damnatos ui eximāt, proponitur l. 6. C. de episcopali aud. his uerbis:* Addictos supplicio & ꝑ criminū immanitate damnatos nulli clericorum uel monachorum (eorum etiam quos synoditas uocant) per uim atque usurpationem uindicare liceat ac tenere. Sed & reos ad locum pœnæ sub prosecutione pergentes nullus teneat, aut defendat: sed sciat se cognitor triginta librarum auri mulcta, & primates officij capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista uindicetur. At si tanta clericorum uel monachorum audacia est, ut bellum potius quàm iudicium futurum esse existimetur: ad clementiam nostram cōmissa referantur, ut arbitrio nostro mox seuerior ultio procedat. Ad episcoporum sanè culpam (ut cætera) redundabit, si quid fortè in ea parte regionis, in qua ipsi populos Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, ex ijs quæ hac lege fieri prohibuimus, à monachis perpetratum esse cognouerint, nec uindicauerint: quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponēdæ prouocationis copiam, non negamus.

Decimasexta regula. Ne *monachus uel monacha monasterium egrediatur, proponitur* Nouell. *c. 133. §. & primum quidem. cuius uerba uide s̄. reg. 10.* Con*cordat d. c. 133. §. illud quoq;, his uerbis:* Illud omnib. obseruari modis uolumus, ut si quis reuerēdiss. monachorū in caupona aliqua diuersari uideatur, illico is tradatur ciuitatū defensoribus, aut hic iudicio excellēriç tuç, castigeturq; cōuictus, certiorq; ea de re red datur antistes, ut eum qui hæc deliquit, & turpem uitā cum angelico hoc statu permutauit, expellat monasterio. *Concordat Nouell. c. 123. §. porrò religiosiß. his uerbis:* Locorū episcopi prouidentiā adhibēto, ne monachi neue monastriæ per urbes oberrent, sed si quid habeant de quo cogantur respōdere, per apocrisiarios id suos peragūto, ut ipsi in suis permaneant monasterijs. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi in ecclesiam extra monasteriū constitutum eat. quæ exceptio approbatur* Nouell. *c. 133. §. deinde & si cuius uerba uide s̄. cod. cap. reg. 2.*

Decimaseptima regula. Ne *ex una Ecclesia in aliā transeant, proponitur* Nouell. *c. 3. §. illo etiam, his uerbis:* Adijcimus ne quod hactenus indecore fieri consueuit, deinceps in usu habeatur, ut reuerendiss. clericorum nonnulli in sanctissimis Ecclesijs, in quas uel hic per prouincias ordinati sunt, manere dedignentur, ac per patrocinia in sacrosanctam maiorem Ecclesiam, eiusq; clerum subeant: quod omnibus modis in posterum fieri prohibemus. Nam si in sacris monasterijs prohibemus, ne quis de uno ad aliud transeat, multo minus in reuerendiss. clericis permittemus, rari huiusmodi cupiditatem speciem præ se ferre quæstus & nundinationis. Cæterùm si quando & hoc transitionis genus, uel beatitudini tuæ, uel pro tempore maiestati Imperatoriæ probabitur: ne aliter id fiat, nisi prius res ipsa ad numerum, quem prædiximus, redigatur, ut ea transitio in deficientis locum fiat, neq; super numerarius omninò aliquis irrepat: nulla enim id machinatione, neque ullo modo fieri permittimus. *Concordat* Nouell. *constit. 5. §. si uerò relinquens, his uerbis:* Si relinquens monasterium, in quo conuersationem habuerit, ad aliud transeat monasterium: etiam sic quidem eius substantia maneat, & uindicetur à priori monasterio, ubi ab renuncians hác reliquit. Competens autem est, reuerendissimos abbates non suscipere eum qui hoc egit. Erronea nanque est talis uita, & nullatenus monasticæ tolerantiæ proxima, neque constantis & persistentis animi: sed indicium habens circulatoris, & aliud de alio requirentis. Ea propter etiam hoc prohibeant Deo amabiles episcopi, & archimandritæ nuncupati, monasticam honestatem, secundum regulas sacras conseruantes. *Concordat item* Nouell. *constitut. 123. §. si monachus, his uerbis:* Si monachus monasterium suum reliquerit, & aliud ingressus fuerit, aut res aliquas per id tempus, dum monasterium reliquit, habere uideatur, ad primum monasteriū, in quod initiò ingressus fuit, has pertinere iubemus.

Decimaoctaua regula. Ne *conditionē suam mutent, né ue ad secularem uitam redeant, proponitur* Nouell. *c. 5. §. si uerò relinquens, his uerbis:* Si relinquens monasteriū ad quandam ueniat militiam, aut ad aliā uitæ figurā: substantia eius etiam sic in monasterio, secundum quod à nobis prius dictum est remanente, ipse inter officiales clarissimi pronunciæ iudicis statuetur, & hūc habebit mutationis fructū, quod

pro ſacro miniſterio deſpecto, tribunalis terreni obſeruet ſeruitium. *Ait Imp.* Secundum quod à nobis prius dictum eſt. *De hoc dicetur* ǰ *cap. prox. reg. 6. Concordat* Nouell. *c. 6. §. ſecũdũ hoc, his uerbis:* Semel factos diaconos aut presbyteros nullo modo derelinquere ſacerdotium uolumus: quod non ſolum in presbytero & diacono ſancimus, ſed etiã ſi ſubdiaconus, aut fortè lector fiat aliquis, neq; hunc relinquere priſtinum ſchema, & ad alteram migrare uitam: quia ſi tale aliquid egerit, ſecũdũ quod à nobis iam ſancitum eſt, aut in curiã cum ſubſtantia, aut ſub inopia degẽs ad officialem deponetur fortunam. *Concordat item* Nouell. *c. 123. §. & generaliter, his uerbis:* Generaliter lege promulgamus, ne cui liceat in quocunq; Eccleſiaſtico gradu cõſtituto ab eo decedere, & ſecularem fieri: ſcituris his qui ita egerint, quòd & cingulo (ſiquod illis attributum erit) aut dignitate aut militia denudabuntur, & cohorti ciuitatis ſuæ tradentur. *Concordat d. c. 123. §. at ſiquis prædictarum, ubi dicitur de ſeruis & ad ſcripticijs monachis factis, poſteaq; ad ſecularem uitam deficientib. ut priſtinæ conditioni ſeruili uel adſcripticiæ reſtituãtur. Verba huius paragraphi uide ſ. cap. prox. quæſt. 2. reg. 1. except. 1. Huic concordat* Nouell. *c. 5. §. ſi uerò ſeruitij. cuius uerba uide ſ. d. quæſt. 2. reg. 4. except. 1. in fine. Concordat deniq;* Nouell. *c. 123. §. quod ſi monachus, his uerbis:* Si monachus monaſterium reliquerit, & ad ſecularem uitam tranſierit, hic militia primum & honore ſi quem habet, denudatus per locorũ epiſcopum & prouinciæ præſidem, in monaſterium remittitor, & res quas poſtea habere monſtratus fuerit, ad monaſterium in quod immittitur pertinẽto. Si denuò quoque monaſterium relinquat, tunc præſes eum prouinciæ, in qua inuentus fuerit detineto, & ſubiectæ ſibi cohorti cõnumerato.

Propoſitæ regulæ exceptio uidetur eſſe talis: Niſi ij qui defecerant, poſtea reuertantur. Hæc exceptio reprobatur Nouell. *c. 58. his uerbis:* Multi ſæpenumero clerici certis uacantes oratorijs, aut etiam pro aliquibus fortè ſub rogati ſimul atq; ſolennem erogationem perceperunt, à ſacris ſe myſterijs in uniuerſum ſegregãt (quas ob cauſas melius ipſi nouerunt) aut quacunq; occaſione à ſacroſancta omninò eccleſia in qua conſiſtunt, recedunt. Sancimus igitur, ne ſacro id impedimentum miniſterio ingeratur, ſed à Dei amantiſsimis epiſcopis, ſub quorum tutela hæ eccleſiæ conſtitutæ ſunt, in illorum locum alij ſufficiantur, qui iſta percipiant. Neq; enim ullis concedere uolumus, ut ea quæ ab ipſis, aut per ipſos ſacroſanctis iam eccleſijs erogantur, in ſuum lucrum conuertant. Siquidem nullo prætextu aut occaſiõe uolumus ut ex aliorum defraudatione alijs lucrum accedat, ſed ut quemadmodũ quæq; iam inde ab initio erogata ſunt, ita & porrò abſque ulla temporis præfinitione præſtentur, neque ſacrum ea re miniſteriũ corrumpatur & intercidat: nullam licentiam habituris his qui ab eccleſijs deſtiterunt, poſtquam uel à ſanctiſs. patriarcha uel prouincialib. epiſcopis, in illorum locum alij ſubrogati ſunt, ut aut ipſis ſubrogatos inde detrudãt, ſi regredi uelint, aut eos qui id erogationis genus ſuſtinent, conduplicatas impenſas ſuppeditare, & tam ſubrogatis, quàm ipſis qui redire uolunt, præbere compellant. Sed (ut ſimpliciſsimè dicamus) illi quidem ſi redeant, non recipiantur, his uerò qui poſt piorum diſceſſum ſuffecti ſunt, præbeantur prouiſiones annonariæ, nullo lucro exinde his qui ſuppeditare ſolẽt accedente, ut qui talia lucrifacere attentauerint, omni modo ſubrogatis ab ipſis tam prouiſiones annonarias quàm alias erogationes tam ipſi quàm hæredes ac ſucceſſores eorum præbeant ſcientes, quòd ſi etiam poſtea defraudauerint, certa ex illorum patrimonio poſſeſſio ſacris noſtris rebus ſegregabitur, ut illis exinde fiat erogatio.

Decima nona reg. Ne conuenticula priuata clerici habeant, proponitur l. 15. C. de epiſcop. & cleric. his uerbis: Conuenticula illicita etiam extra eccleſiam in priuatis ædibus celebrari prohibemus: proſcriptionis domus periculo imminente, ſi dominus eius in ea clericos noua ac tumultuoſa conuenticula extra eccleſiam celebrantes ſuſcepit.

Viceſima regula. Ne uir in mulierum monaſterio ſepeliatur, uel contrà mulier in monaſterio uirorum, proponitur Nouell. *c. 133. §. omnes itaq;, cuius uerba uide ſ. reg. 9.*

Viceſimaprima regula. De officio circa ſumptus eccleſiaſticos faciendos, proponitur Nouell. *c. 3. §. quẽadmodũ autem, his uerbis:* Conuenit, ut ſanctiſs. pro tempore patriarcha & reuerendiſs. clerici circumſpiciant, ne ſumptus qui ex eccleſiaſticis reditibus fiant, aliter quàm in pias & Deo placitas cauſas inſumãtur, &c.

DE PRIVILEGIIS ET REbus clericorum ac monachorum.

Cap. III.

PRima regula. *De immunitate clericorum, proponitur l. 2. C. de epiſcop. & clericis, hiſce uerbis:* Omnis à clericis indebitæ conuentionis iniuria, & iniquæ exactionis repellatur improbitas: nullaq; conuentio ſit contra eos munerum ſordidorum: & cum negociatores ad aliquam præſtationem competentem uocantur, ab his uniuerſis iſtiuſmodi

ſtrepitus

ſtrepitus cõquieſcat. Si quid enim uel parſimonia, uel prouiſione, uel mercatura (honeſtati tamen conſcia) congeſſerint, id in uſum pauperum atq; egentium miniſtrari oportet. At id quod ex eorundem ergaſterijs uel tabernis conquiri potuerit, & colligi: collectum id religionis exiſtiment lucrum. Verumetiam hominibus eorundem, qui operam in mercimonijs habent, diui principis genitoris mei ſtatuta multimoda obſeruatione cauerunt, ut ijdem clerici priuilegijs pluribus redundarent. Itaq; extraordinariorum munerum à prędictis neceſsitas atq; omnis moleſtia conquieſcat. Ad parangariam quoq; præſtationem non uocentur, nec eorundem facultates atque ſubſtãtiæ omnibus clericis huiuſmodi prærogatiua ſuccurrat, ut & coniugia clericorũ ac liberi, eorum quoq; miniſteria, id eſt mares pariter ac fœminæ, eorumq́; etiam filij & filię immunes ſemper ab huiuſmodi muneribus perſeuerent. *Concordat l. 11. §. priuilegijs. C. eod. tt. his uerbis*: Nullis eccleſias eatũque ſacerdotes aut clericos, cuiuſcunq; gradus ſint, aut monachos aut ptochijs aut xenodochijs orthodoxę fidei deputaros, extraordinarijs muneribus præcipimus prægrauari. Eas etenim ſarcinas oneris, quas pleriſque perſonis diuerſa ratione remittimus, imponi beatiſsimis uiris noſtro ſeculo inconueniens eſſe iudicamus. *Concordat item l. 6. C. eod. tt. his uerbis*: Presbyteros, diaconos, ſubdiaconos, atque exorciſtas, & lectores, hoſtiarios, & acoluthos etiam perſonalium munerum expertes eſſe præcipimus. *Concordat item l. 1. C. eo. tt. his uerbis*: Imp. Cõſtantinus clericis S. D. Iuxta ſanctionem quam dudum meruiſtis, & uos & mãcipia ueſtra nullus nouis collationibus obligabit, ſed uocatione gaudebitis, prętereа neq; hoſpites ſuſcipietis. *Concordat item l. 40. C. eod. tt. his uerbis*: Generaliter ſancimus, omnes uiros reuerendiſsimos epiſcopos, nec non presbyteros ſiue diaconos & ſubdiaconos, & pręcipuè monachos (licet non ſint clerici) immunitatem ipſo iure omnes habere tutelæ ſiue teſtamentariæ ſiue datiuæ, ſiue legitimæ: & non ſolum tutelæ eſſe eos expertes, ſed etiam curæ non ſolum pupillorum & adultorum, ſed & furioſi & ſurdi & muti & aliarum perſonarum, quibus tutores uel curatores à ueteribus legibus dantur. Eos tamẽ clericos & monachos huiuſmodi habere beneficium ſancimus, qui apud ſacroſanctas eccleſias, uel monaſteria permanent, non deuagantes, neq; circa diuina miniſteria deſides: cum propter hoc ipſum beneficium eis indulgemus, ut omnibus alijs relictus Dei omnipotentis miniſterijs inhæreant. Et hoc nõ ſolum in uetere Roma, uel in hac regia ciuitate, ſed in omni terra ubicunq; Chriſtianorum nomen excolitur, obtinere ſancimus. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi munera ultrò ſuſceperint. Hæc exceptio approbatur, ſed cum diſtinctione Nouell. c. 123. §. porrò Dei, his uerbis*: Dei amantiſsimos epiſcopos & monachos, nulla lege tutores aut curatores cuiuſcunq; perſonæ fieri concedimus. Presbyteros autẽ & diaconos & ſubdiaconos, ſi iure ac lege cognationis ad tutelam aut curam uocentur, eiuſmodi munus ſuſcipere concedimus, ſi tamen intra menſes quatuor exinde numerandos, ex quo uocati ſunt apud competentem iudicem ſcripto declarauerint, id ſe munus propria uoluntate ſuſcepiſſe. Etſi (ut probabile eſt) eorum aliquis hoc ſecerit, nullũ ex hoc præiudicium circa aliam tutelam aut curã ſuſtinero. Sed neq; ſuſceptorem aut exactorem, &c. *Reliqua uide ſ. cap. prox. reg. 14. Secunda exceptio eſt: Niſi clericus è curiali fortuna ſit ordinatus. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur Nouell. c. 123. §. qui uerò ante hãc, his uerbis*: Qui ante hanc noſtram legẽ è curiali fortuna ordinati ſunt clerici, patrimonialia munera per ſubſtitutas perſonas implẽto, à perſonalibus liberi conſeruantor. *Concordat l. 21. C. de epiſcopis & clericis, cuius uerba uide ſ. cap. 1. quæſt. 2. reg. 2. except. 2. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi clericus factus ſit epiſcopus, quæ replicatio approbatur Nouell. c. 123. §. curialis. cuius uerba uide ſ. cap. 6. reg. 4. Tertia exceptio eſt: Niſi clerici, hæretici ſint. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de hæret. & Manich. his uerbis*: Priuilegia quæ contẽplatione religionis indulta ſunt, catholicæ tantũ legis obſeruatoribus prodeſſe oportet: hæreticos nõ ſolũ huiuſmodi priuilegijs alienos eſſe uolumus, ſed aduerſis muneribus conſtringi & ſubijci. *Quarta exceptio eſt: Niſi uagantes ſint clerici ac deſides. Hæc exceptio approbatur l. 40. §. eos tamen. C. de epiſcop. & clericis, cuius uerba uide ſ. ead. reg. in prin. Quinta exceptio eſt: Niſi nomine tantũ non re ſint clerici. Hæc exceptio approbatur l. 9. C. de ſacroſanctis eccleſijs, hiſce uerbis*: Qui ſub pretextu decanorum ſeu collegiatorũ, cum id munus nõ impleant, alijs ſe muneribus conãtur ſubtrahere, eorum fraudibus credimus eſſe obuiandũ: ne quis ſub ſpecie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argentariorũ uel numulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantũmodo collegiati, uel decani feſtinant. Ideoq; ſi quis eorũ ſub nudæ appellationis uelamine collegiatũ, ſeu decanum ſe appellat, ſciat pro ſe alium ſubrogandum qui prædicto muneri ſufficiẽs adprobetur: ſubrogatione uidelicet memoratorũ, uel eorũ qui moriuntur primatiũ eius

qui ſubrogatur admiſſa iudicio, ab hac diſpoſitione neminē excuſante ſacroſanctarū eccleſiarū reuerentia. *Concordat ad uerbum l.1. in pr. C. de collegiatis. Vide inſuper ſimilē exceptionē 3.Lib.11.cap.4.reg.45. exc.1. Sexta exceptio eſt: Niſi adſcripticius clericus ſit ordinatus. Hæc exceptio approbatur, ſimul, & diſtinguitur l.16 C.de epiſcop. & clericis. cuius uerba uide 5. cap.1.quæſt.2. reg.3. Hæc de Prima regula.*

Secunda regula. Si clericis uis & iniuria ſit illata, proponitur l.10. C.de epiſcop. & clericis, his uerbis: Si quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, ut in eccleſias catholicas irruens ſacerdotibus & miniſtris, uel iu ipſo cultu locoq́; aliquid importet iniurię: quod geritur à prouinciæ rectotibus animaduertatur, atq; ità prouincię moderaror ſacerdotū & catholicæ eccleſiæ miniſtrorū, loci quoq; ipſius & diuini cultus iniuriam capitali in cōuictos ſeu confeſſos reos ſententia nouerit uindicandum: nec expecter ut epiſcopus iniurię propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit: ſitq́; cunctis laudabile factas atroces ſacerdotib. aut miniſtris iniurias, uelut crimen publicū perſequi, ac de talibus reis ultionē mereri. Quod ſi multitudo uiolenta à ciuilis apparitoris executione & adminiculo ordinū uel ordinatorum poſſeſſorū'ue non poterit flagitari, quod ſe armis aut locorū difficultate tueatur: præſides prouinciarum & militari auxilio per publicas literas apperito competentem uindictam, tali exceſſui imponere non morentur.

Tertia regula. Clerici quamuis in parentum poteſtate conſtituti, bona adquiſita habent quaſi caſtrenſe peculium. Quæ regula approbatur l.12. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis: Sacroſanctæ orthodoxæ fidei epiſcopi atq; presbyteri, diaconi quoque qui ſemel probatis moribus integritate caſtiſsima ad hunc gradū meruerint peruenire: ea quæcunque in eodē clericatus gradu locoq́ue uiuentes adquirere & habere potuerint, etiamſi in patris auique, aut proaui poteſtate cōſtituti ſint, & adhuc ſuperſtites habeātur, tanquā propria bona uindicent. De his ſi quando libitū fuerit, eis teſtandi uel donandi, uel quolibet alio titulo alienandi libera facultate conceſſa: ut ea bona quoquo tēpore, nunquam ad diuiſionē ueniant, nunquā fratribus & ſororib. aut ex eis genitis conferantur: ſed ad eorū filios, poſteros & quoſcunque extraneos hæredes perueniāt, nec à patribus, auis aut proauis, ſed ab ipſorum liberis tanquā præcipua uindicētur. Et certè his lucro cedant, quibus ipſi ad peculium uel inter uiuos alienatione habita, uel mortis tempore, ultima & iure cognita uoluntate conceſſerint. *Concordat l.18.C.eod.tit.item Nouell.c.123. §. presbyteri, his uerbis:* Presbyteri & diaconi neque non ſubdiaconi & lectores, ac cantores (quos omnes clericos appellamus) ut res quocunque modo ad ipſorum dominium deuolutas ſub poteſtate ſua habeant, ad inſtar caſtrenſium peculiorum pręcipimus, ut & donare eas poſsint, & de his teſtari, tametſi ſub poteſtate parentum ſunt: ita tamen ut horum filij, aut his non ſubſiſtentibus parētes, eorum legitimam portionem ferant.

Quarta regula. Clerico defuncto eccleſia illi ſuccedit in bonis. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.20. C.de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis: Si quis presbyter, aut diaconus, aut diaconiſſa ſeu ſubdiaconus uel cuiuslibet alterius loci clericus, aut monachus, aut mulier, quæ ſolitariæ uitæ dedicata eſt, nullo condito teſtamento deceſſerit, nec ei parentes utriuſque ſexus, uel liberi, uel qui agnationis cognationisúe iure iunguntur, uel uxor extiterit: bona quæ ad eum uel ad eam pertinuerunt, ſacroſanctæ eccleſiæ uel monaſterio cui fortè fuerat deſtinatus aut deſtinata, omnifariam ſocientur: exceptis ijs facultatibus, quas fortè cenſibus adſcripti, uel iuri patronatus ſubiecti, uel curiali conditioni obnoxij clerici uel monachi, uel cuiuſcunque ſint ſexus relinquunt. Neque enim iuſtum eſt, bona ſeu peculia, quæ aut patrono legibus debentur, aut domino poſſeſsionis, cui quis eorum fuerat adſcriptus, aut ad curias pro tenore dudum latæ conſtitutionis ſub certa forma pertinere noſcuntur, ab eccleſijs, aut monaſterijs detineri: actionibus uidelicet competentibus, ſacroſanctis eccleſijs uel monaſterijs reſeruatis, ſi quis fortè prædictis conditionibus obnoxius, aut ex geſtis negocijs, aut ex quibuſlibet alijs eccleſiaſticis actionibus obligatus obierit. *Concordat Nouell. conſtitut. 131. §. quòd ſi quis, hiſce uerbis:* Si quis epiſcopus, aut clericus, aut cuiuſcunque eccleſiaſtici gradus miniſter, aut eccleſiæ diaconiſſa ſine teſtamenti tabulis & legitimis decedat ſucceſsoribus: horum ſucceſsio ad eccleſiam deferτur, in quam fortè ordinati fuerant.

Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi defunctus teſtamentum fecerit, & alios hæredes ſcripſerit. quæ exceptio ex iam dictis conſtat. Planè exceptio hæc in monachis mutata, atq; ſublata eſt, ut patebit ex ijs quæ dicentur 3.reg.prox. Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi legitimi ab inteſtato hæredes defuncto exiſtant. quæ & ipſa exceptio ex prædictis conſtat. Tertia exceptio eſt: Niſi clericus fuerit curialis, aut adſcripticius, aut libertus: tunc enim curiæ, domino uel patrono debita portio nō aufertur. Quæ exceptio approbatur uerbis ſupradictis hiſce: Exceptis ijs facultatibus, quas fortè cenſib. ad-

adſcripti, &c. *Concordat Nouell. c. 123. §. curialis.*

Quinta regula. Monachi & monaſtriæ bona, monaſterio adquiruntur. Quæ regula approbatur Nouell. c. 5. §. illud quoq;, his uerbis: Decernimus eũ qui in monaſteriũ introire uoluerit, antequam monaſteriũ ingrediatur, licentiam habere ſuis uti, quo uoluerit modo. Ingredientem nanq;, ſimul ſequũtur omninò res, licet nõ expreſsim, cum introduceret eas, dixerit, & non erit dominus earum ulterius ullo modo. *Concordat Nouell. c. 123. §. ſi mulier. cuius uerba uide paulo inferius.* *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi monachus antequã monaſteriũ fuerit ingreſſus, bona alienauerit. quæ exceptio ex iam dictis conſtat.* *Secunda exceptio eſt: Niſi monachus filios habeat. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. c. 5. §. ſi uerò filios, his uerbis:* Si uerò filios habuerit, ſiquidẽ cõtigerit iam eum res aliquas donaſſe eis, aut per ante nuptialẽ donationẽ, aut per dotis occaſionẽ contuliſſe, & faciant hæc quartã ab inteſtato eius ſubſtãtiæ partẽ, nullũ in reliquis teſt. habeãt participiũ filij. Sin aũt nihil eis donauerit, aut minus quarta: & poſtq̃ abrenuncians conuerſatus fuerit inter monachos, nihilominus quarta debetur filijs, ut aut in totũ eis detur, aut ſi cõtingat eos iam aliquid accepiſſe ſuppleatur. *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi filij legitimam partẽ acceperint: tunc enim id quod reliquũ eſt, monaſterio debetur. quæ replicatio ex iam dictis cõſtat. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi monachus totum patrimoniũ ſuum filijs in teſtamento relinquat, uel inter eos diuidat. quæ duplicatio approbatur Nouell. c. 123. §. ſi mulier, cum ſequentibus, his uerbis:* Si mulier aut uir monaſticã uitam elegerit, & monaſterium ingrediatur filijs nõ exiſtentib bona eius ad monaſteriũ, qđ ingreſſus eſt, ptinere iubemus. Si huiuſmodi pſona filios habeat, neq; prius quàm monaſterium ingrediatur, de filijs ſuis uoluntatem ſuam exprimat, & legitimam portionem illis deputet: ſic quoq; licitum ei eſto, uel poſt monaſterij ingreſſum, ut patrimonium ſuum in filios ſuos diuidat: ita tamen, ut nulli ex eius filijs legitimam portionem minuat. Quæ uerò pars filijs data non erit, ea ad monaſterium pertineto. Quòd ſi omnem ſubſtantiam inter filios diuidere uoluerit, propria eius perſona filijs cõnumerata, unã ſibi partẽ omnib. modis reſeruato, quæ ad ius monaſterij pertinere debeat. Si cum in monaſterio degat, antequam inter filios bona ſua diſtribuat, moriatur, legitimam partem filij capient, reliquum patrimonium ad monaſterium pertineto. *Tertia propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi uxor monachi dotem, uel uir ante nuptialem donationem petat.* *Hæc enim ad monaſterium nõ pertinẽt. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 5. §. ſi autem uxorem, his uerbis:* Si uxorem habens, deinde eam relinquens in monaſterium ingrediatur: & dos mulieri ſeruetur, & ex morte pactum, quod in alia noſtra ſanciuimus cõſtitutione, omnibus quæ ſuper monachis dicta ſunt, & in mulieribus monaſterium ingredientibus ualituris. *Ait Imp.* In alia noſtra ſanciuimus conſtitutione. *Huius conſtitutionis etiam fit mentio l. 42. §. 1. ibi: Nam & maritis. C. de epiſcopis & clericis, his uerbis:* Maritis & uxoribus, qui ſeculo renunciant, iam anteriore lege a nobis prouiſum eſt, ut ſiue maritus, ſiue uxor religionis cauſa à coniugio receſſerit, & ſolitariam uitã elegerit: unuſquiſque eorum res ſuas recipiat, quas pro dote uel ante nuptias donatione præſtiterat, & hoc tantummodò lucri nomine conſequatur ab eo qui ſolitariã uitam elegerit, quod debuit legitimè uel ex pacto per caſum mortis exigere. *Concordat Nouell. cõſtit. 123. §. quòd ſi conſtante, his uerbis:* Si maritus monaſticam uitam delegerit reſtituito mulieri tam dotem, & ſi quid aliud ab ea percepit, quàm inſuper ex nuptiali donatione tam magnam partem, quanta mulieri competiſſet ex morte mariti ſecundum pactum conuentum, quod dotalibus inſtrumentis inſertum eſt. Sin mulier monaſterium ingreſſa ſit, conſimili modo maritus nuptialem ſibi donationem retineto, & caſum dotis qui ex morte mulieris pacto conuenerat. Reliquum dotis mulieri reſtituere præcipimus, & ſi quid aliud ex rebus uxoris apud ipſum inuentum erit. *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi uterq; tam uir quàm uxor monaſterium ingrediatur.* *Hæc replicatio approbatur in lucro dotis uel ante nuptialis donationis d. §. quòd ſi conſtante, ibi: Si uerò utrique, his uerbis:* Si uerò utrique monaſticam uitam deligant, iubemus ut dotalibus inſtrumentis uacantibus, maritus nuptialem donationẽ retineat, & uxor dotem ſuam, & ſi quid aliud præterea marito dediſſe ꝓbabitur, recipiat: ut unuſquiſq; reb. ſuis ſine damno perfruatur: niſi ſpõſus ſponſæ, aut ſpõſa ſpõſo, aut maritus uxori, uxor ue marito aliquid donare, aut remittere uoluerit: quando neque ex pactis nuptialibus uiro aut mulieri quidquam lucrari conceditur. *Quarta exceptio eſt: Niſi non uir, ſed mulier monaſterium ingrediatur. Hæc except. reprobatur Nouell. c. 5. §. ſin aũt uxorẽ, in fin. cuius uerba uide ſ. excep. prox. in princ.* *Quinta exceptio eſt: Niſi ante tẽpus latæ cõſtitutionis monaſteriũ ſit ingreſſus. quæ except. approbatur Nou. c. 75. his uerbis:* Cauſa talis ad nos puenit, quã exiſtimauimus oportere cõpetenti, uti à nobis interpretatione ſimul & adiutorio: cognouimus etenim q̃a mulier quædã habẽs filiũ ſibi ex nuptijs legitimis procreatum,

uoluit quidem ſegregare ſe à communi iſta conuerſatione, & in quodam mulierũ monaſterio commanere, plurima bona faciens mulieribus reuerendiſsimis ibidem congregatis: & quoniam noſtræ pietatis lex uult eos qui ſe monaſterijs dediderunt, ſeu uiros ſeu mulieres antequam ingrediãtur monaſterium eo quo uoluerint modo, quæ ſua ſunt diſponere, nec poſſe poſtquam ingrediũtur monaſteriũ ulterius agere quidquam de proprijs utpote domini rerum nõ ulterius exiſtẽtes, eo quòd ſic ſanciuerimus huiuſmodi uiros & mulieres cum corpore & animá ipſo ingreſſu ad monaſterium dedicare ſe ſuasq; ſubſtantias, & ſi quidem diſceſſerint manere etiam ſic eorum ſubſtantias in monaſteriũ, eo quòd domini harum ulterius non exiſtunt: hinc aũt metuere, ne fortè (quamuis noſtra cõſtitutio multò poſterior ſit, ꝗ cũ in prędictá uenerabilẽ domũ ingreſſa eſt) aliqui prohibeant eam proſpicere filio ſuo, & oportere propter prædictũ merũ hæc interpretari, & lege noſtra fieri manifeſta, quia nihil læſa ſit, aut ipſa, aut filius eius circa eius ſubſtitutionẽ ex memorata cõſtitutiõe. Propterea ſancimus, ſi quis monaſteriũ habitauerit uir aut mulier ante prædictã noſtram conſtitutionẽ, aut hactenus habitat, & maximè filijs exiſtentibus, nullã habere neceſsitatẽ, nũc eorũ ſubſtantiã in monaſteriũ, ſed filio, aut filiæ trãſmittere, aut totã, aut etiã partẽ, ſuę ſubſtãtię, aut etiã quo uoluerit modo res ſuas diſponere, utpote primam illã legẽ alia noſtra hac conſtitutione interpretãte (eos enim qui ſemel ante memoratam, dudum noſtram legem monaſteria intrauerint, in nullo poſita poſtea lex contriſtatura, aut ablatura eſt his ea quæ prius eis, ut licet data ſunt) neq; prius noſtrę legis impedimentum penitùs faciẽte, eo quod neq; poſsibile ſit hoc fieri, ut oportuiſſet prius diſponere, & ita ingredi monaſteriũ. Si uerò, nulla nũc tali lege poſita in monaſteriũ ingreſſa eſt, quomodo fieri potuerit, cõuerti ordinẽ legis, & exigere, ut qui prius ingreſsi ſunt monaſteriũ illa faciant, quę prius ignorata, poſtea per ſacram noſtrã conſtitutionẽ ſunt innouata: ſed unumquẽq; competit ſecundum ſua tempora expectare ea, & quidem quæ poſt legem ſunt, ita quærere fieri ſicut lex uult. Si quid autem ante legem ſubſecutum eſt, hoc non commouere, neq; perſcrutari, ſed in priori figura relinquere. Hæc igitur lex pro interpretatione utili poſita ſit prioris noſtræ illius conſtitutionis, ut illa in poſterioribus temporibus ex quo facta eſt locum habeat, & his qui poſtea conuertentur uiris ac mulieribus poſita ſit, ſibiq; poteſtatem in illis cuſtodiat, nullo horum, quæ antea fuerint perſcrutando: cum licentia ſit prioribus uiris, ac mulieribus, qui habitauerunt, aut etiam hactenus habitant in monaſterijs, & maximè filijs exiſtentibus ſuas res quo uolunt diſponere modo. *Sexta exceptio eſt: Niſi relicto monaſterio ad ſecularem uitam redierit. Hæc exceptio reprobatur per regulam proximè ſequentem.*

Sexta regula. Clericus uel monachus, qui ad ſecularem uitam redit, bona ſua perdit. quæ regula approbatur l. 42. §. hoc etiam, in fine. C. de epiſcopis & clericis, his uerbis: Si qui ſanctimonialem uitam elegerint, ad ſecularem autem conuerſationem remeauerint, iubemus omnes eorum res ad iura eius Eccleſiæ, uel monaſterij à quo receſſerint, pertinere. *Concordat Nouell. c. 5. §. ſi quis autem, his uerbis:* Si quis fortè ſemel dedicatus, habituq; potitus, deinde à monaſterio diſcedere uoluerit, & priuatam fortaſsis eligere uitam: ipſe quidẽ ſciet, quã pro hoc dabit Deo ſatisfactionem, res autẽ quaſcunq; habuerit, dum in monaſterium intrabat, eæ dominij ſint monaſterij, & nihil inde penitùs eliciat.

Septima regula. Clerici non niſi apud epiſcopum, aut præfectum Prætorio, prout elegerit actor, conueniendi. quæ regula approbatur l. 25 in prin. C. de epiſcop. & clericis, hiſce uerbis: Imp. Marcianus A. Conſtantino Præfecto prætoriorum. Cum clericis in iudicium uocatis pateat epiſcopalis audientia (uolentibus tamen actoribus) ſi actor diſceptationem ſanctiſsimi archiepiſcopi noluerit experiri. eminentiſſimæ tuæ ſedis examen contra catholicos, ſub uiro reuerendiſsimo archiepiſcopo huius urbis clericos conſtitutos, uel contra reuerendiſsimum Oeconomum tam de ſuis quàm de Eccleſiaſticis negocijs ſibimet nouerit expetendum: qui in nullo alio foro, uel apud quenquam alterum iudicem eoſdem clericos litibus irretire, & ciuilibus uel criminalibus negocijs tentet innectere. *Concorda: L. 31. §. in hac autem. C. eod. tit. his uerbis:* In hac autem regia urbe, ſi quando cuiuſcunque rei cauſa epiſcopos, uel presbyteros, cæteroſque clericos, qui ſacroſanctis Eccleſijs obſequuntur, ſiue monachos ex alijs quibuſcunq; prouincijs contigerit reperiri, quos tamẽ in litem quiſquã uocare uoluerit: in nullo alio foro licitũ memoratos cuiquam pulſare iudicio, niſi in tuæ ſublimitatis examine duntaxat, ubi eis & beatitudinis honor debitus reſeruetur, & orationum affluens in defenſionibus copia largè præſtetur. *Concordat item L. 13. C. de epiſcopali audient. his uerbis:* Decernimus, ut quicunque catholicarum Eccleſiarũ, quę ſub uiro religioſiſs. archiepiſcopo huius

huius almæ urbis sunt, reuerendiss. œconomum (siue de Ecclesiasticis, siue de ꝓprijs, & ad ipsum pertinentibus causis) uel alterum earũdem Ecclesiarum clericum aliqua uoluerit lite pulsare: apud memoratũ beatissimum archiepiscopum causam dicat, in negocijs audiendis fidem ac sinceritatem geminam præbiturũ & sacerdotis & iudicis. Volentibus tamen actoribus pateat episcopale iudicium, ac nullus qui huiusmodi intēdit in sacrosanctas ecclesias, uel in prædictos clericos actionem, ad religiosiss. antistitem ducatur inuitus.

Octaua regula. Ne clerici ac monachi extra prouinciam suam in ius uocentur, proponitur L. 12. in prin. C. de episcop. & clericis, hisce uerbis: Omnes qui ubiq; sunt, uel posthac fuerint orthodoxæ fidei sacerdotes & clerici cuiuscunq; sint ordinis, monachi quoq; in causis ciuilibus ex nullius penitùs maioris minorisúe sententia iudicis commonitoria ad extranea iudicia pertrahantur, aut prouinciã, aut locum, aut regionē quam habitãt, exire cogantur: nullus eorum ecclesias uel monasteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere miserabili necessitate iubeatur: sed apud suos iudices ordinarios (id est prouinciarum rectores) in locis quibus degũt, ecclesiarum ministerijs obsecundent, omniumq; contra se agentium excipiant actiones: ut his horis saltem atq; tēporibus, quib. religiosos uiros à turbulenta obseruatione Prętorij uacare contigerit, cumq; eos ad tēpua petitorum intentio calumniosa laxauerit: ad sua se monasteria, & uenerabiles ecclesias conferentes, sapienti animo precatione sollicita, faciliusq; de proximo sacrosanctis altarib. obsecundent, in suis laribus domicilijsq; cōstituti. *Propositæ reg. except. hæc est: Nisi extra prouinciam suā deprehēdantur. quæ exceptio approbatur L. 12. §. in hac autem. C. de episcopis & clericis. cuius uerba uide ĩ. reg. prox. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi lis in prouincia sit contestata. quæ replicatio approbatur Nouell. c. 123. §. si quis episcopus, his uerbis*: Si quis episcopus, aut clericus ex quacũq; prouincia Cōstantinopoli reperiatur, & uoluerit aliquis contra ipsum actionē proponere, siquidē litis, &c.

Nona regula. De monachis & monastrijs non apud ciuiles iudices, sed apud episcopum loci conueniendis, proponitur Nouell. c. 79. his uerbis: Sancimus, si quis quamcunq; habuerit causam, cum aliquib. uenerabilib. sanctimonialibus, aut sacris uirginib. aut mulierib. omninò in monasterijs consistentibus. Deo amabiles ciuitatis illius episcopum interpellet. Ille uerò mittat & cum omni honestate, quæ sunt de personarũ præsentia disponat, siue oporteat per abbates, siue per responsales, siue per alios quoslibet hoc fieri: ipse uerò cum omni ueneratione sacerdotali causam examinet & iudicet, & ciuiles non sint penitus eius iudices, neq; confundant eorum honestatem cum idonei sint Deo amabiles singularum ciuitatũ episcopi, & quæ de lite sunt, & de cautela iudiciorum disponerē, & iudicate honestè, atq; sacerdotaliter, & secundũ leges nostras & sacratissimas regulas. Sic enim & qui aliquam ratiocinationem habere putantur merebuntur iusticiam, & honestas sacrorum inuiolata integraq; seruabitur. Communis igitur sit lex hæc ad omnes: custodiam à gloriosiss. præfect. qui per cunctas existunt diœceses (& Illyrici dicimus & Libyæ, Italiæq; & Orientis totius) & à gloriosiss. præfectis utriusq; Romæ & magnificentiss. Prætore populorũ & iudicib. gentium, eorumq; officijs, & nulla eis fiat omninò corruptio, sed integra ad honorem reuerēdiss. monachorũ custodiatur. Hæc aũt etiã tua beatitudo cognoscens, & ipsa custodiat in hac fœliciss. ciuitate & eius cōfinijs. utatur autem ad Deo amabiles ciuitatum metropolitanos, quorum ipse suscepisti ordinationem, proponēs proprijs literis hãc nostrã sacram legē. Verùm illi sub se constitutis episcopis hæc nuncient, ut ex paucis literis unà continuatio legis ad omnē perueniat ditionem. Sed etiam accelerari lites sancimus monachis illibatis, ut nō mēs eorum occupetur circa litis sollicitudinē, sed uelociter liberari sacris operibus obsecundent. Sciant igitur qui præter hæc aliquid egerint, siquidem iudex sit, qui talem proferre sententiam præsumpserit, qđ ab administratione repelletur tanquam diuinitati cōtumeliã faciens, & pœna decem librarum auri, unà cum officio suo mulctabitur, sacratissimo nostro danda ærario: executores, aut præsumentes offerre omninò admonitionem ab ipsis Deo amabilibus episcopis prohibeantur & retrudantur in locis, quæ Decanica nuncupantur, pœnas competentes passuri, exactionem nullam de cætero agere permittendi. Hac ualente lege, si quis cum aliquo reuerendissimorum monachorum, aut uirginum, aut mulierum omninò sacrarum, & uenerabilibus monasterijs habitantium habuerit causam. De clericis etenim & ordine cōuentionis eorum iam leges conscripsimus: quas ualere, & firmas esse omni uolumus modo.

Decima regula. De clericis non apud ciuiles iudices, sed apud ecclesiasticos cōueniendis, proponitur Nou. c. 83. his uerbis: Plurimas sacras scribentes leges, & de Deo amabilib. episcopis & reliquo omni sacerdotio, necnō de reuerēdiss. moua-

monachis. & nuper hoc agentes, in quibus uolumus reuerédissimos monachos apud solos ciuitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, conueutiones suscipere: petiti sumus à Menna Deo amabili archiepiscopo, huius fœlicis. ciuitatis & uniuersali patriarcha, reuerendissimis clericis hoc dare priuilegium, ut si quis habet aduersus eos quamliber pecuniariam causam, prius ad Deo amabilem archiepiscopum pergat, sub quo constitutus est, & interpellet eum, & ex non scripto iudicium mereatur: & si hoc fiat ne eum inquietet, nec trahat ad auditoria ciuilia, neque à sacro eum uacare faciat ministerio: sed ex non scripto examinetur negocium sine damnis, & accipiat formam forsan etiam scriptam, si hoc quoque partes uoluerint & poposcerint, & liberétur mutuò certamine. Si uerò aut propter causæ naturam, aut propter quandam fortè difficultatem nō fuerit possibile Deo amabili episcopo decidere negocium: tunc licentiam esse & ad ciuiles iudices pergere & priuilegijs omnibus custoditis, quæ reuerendissimis clericis sacræ præstent cōstitutiones, & litigare & examinationem fieri, & terminum imponi liti, & ita liberam fieri causam clarissimis iudicibus, secundum nostras constitutiones uel leges studentibus, cum magnanimitate & uelociter lites decidere, ut non propter huiusmodi causas sacris amoueātur obsequijs, & cum oporteat Deum placari, & decentia à sacerdotibus agi, auditorijs & illotum turbis detineantur, atq; tumultu litigantiū inhærentes noceant animabus. Si tamen de criminibus conueniantur siquidem ciuilibus, hic quidem competentes iudices: in prouincijs autem earum præsides sint iudices, non transcendente lite mensium duarum spacium, ex quo litis contestatio fit, quatenus breuis imponatur causæ terminus. Illud palàm est, si reum esse prouinciæ præses putauerit eum qui conuenitur, & pœna iudicauerit dignum, prius hunc spoliari à Deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri manu. Si uerò ecclesiasticum sit delictum, egens castigatione ecclesiastica & mulcta, Deo amabilis episcopus hoc decernat, nihil communicantibus clarissimis prouinciæ iudicibus. neque enim uolumus talia negocia omninò scire ciuiles iudices, cum oportet talia ecclesiasticè examinari, & emendari animas delinquétium per ecclesiasticam mulctam secundum sacras & diuinas regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges. Si uerò quædam prius contestatæ sunt lites, hæ maneant in ipso schemate uelocem accipientes finem, omnibus quę iam à nobis sancita sunt, siue super sanctissimis Ecclesijs, siue super Deo amabilibus episcopis, siue super clericis, siue super monachis propriam uirtutem habentibus. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi episcopus, seu iudex Ecclesiasticus causam dirimere uel nolit, uel non possit: tunc enim uenitur ad ciuilem iudicem. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Si uerò aut propter causæ naturam, aut propter quandam fortè difficultatem, &c. *Concordat Nouell. constitut. 123. §. certè si quis, hisce uerbis*: Si quis pro pecuniaria causa contra aliquam memoratarū personarum quampiam actionem habeat, & episcopus inter ipsos iudicare differat: licentiam habeto actor, ut ciuilem iudicem adeat: ita tamen, ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussoré dare, sed solam confessionem absq; iuramento cum oppignoratione rerum suarum exponere. Si pro criminali causa accusatio cōtra aliquā memoratarum personarū proponatur: persona, quę accusatur, sub legitimá fideiussioné constituatur. *Secunda exceptio est: Nisi criminalis actio aduersus clericum instituatur: tunc enim apud ciuilem iudicem conueniendus. quæ exceptio approbatur uerbis suprà propositis hisce*: Si tamen de criminibus conueniantur, &c. *Concordat Nouel. c. 123. §. at si contra, his uerbis*: Si contra quascúq; memoratas reuerendiss. personas crimen inferatur, siquidē apud episcopum aliquis accusatus fuerit, & is ueritaté potuerit deprehendere, honore siue gradu hunc secundum Ecclesiasticos canones deijcito, tūcq; competens iudex hunc cōprehēdito, & secundum leges causam examinato, & finem ei imponito. Si uerò accusator prius ciuilē iudicem adeat, & crimen legitima disceptatione comprobari poterit, tunc locorū episcopo actorū monumenta intimantor. Etsi ex ijs innotuerit proposita eū crimina deliquisse: tunc episcopus eius hunc ab honore siue gradu quem tenet secundum canones separato, iudex autem uindictam ei inferto legibus competentem. Verùm si episcopus putauerit acta non iustè constitisse, tunc licitum ei esto, ad accusatam personá honore seu gradu denudādam, moram interponere: sic tamen, ut ea persona sub legitima cōstituatur fideiussione, atq; ita causa tam per episcopū, quàm etiá per iudicem ad nos referatur, ut hanc cognoscentes nos quæ nobis uideātur iubeamus. *Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ecclesiasticum crimen sit. Hæc replicatio approbatur uerbis §. ead. reg. in prin. propositis hisce*: Si uerò Ecclesiasticum sit delictum, &c. *Concordat d. c. 123. § si ecclesiasticum, his uerbis*: Si ecclesiasticum negociū sit, nullá cōmunioné habento ciuiles magistratus cū

ea di-

ea diſceptatione,ſed religioſiſs.epiſcopi ſecundum ſacros canones negocio finem imponunto. *Tertia exceptio eſt: Niſi ab epiſcopo appelletur: tunc enim cu lis iudex poteſt appellari. quæ exceptio approbatur* Nouell. *c. 123. §. ſi quis contra, his uerbis*: Si quis contra quempiam uel clericum, uel monachum, uel diaconiſſam, uel monaſtriam, uel aſcetriam habeat aliquam actionem: inſtruito prius religioſiſs. ea de re epiſcopum, cui unuſquiſq; horum ſubditus eſt, hic autem negociũ inter ipſos diſceptato. Et quidem ſi utraq; pars iudicatis adquieſcit, iubemus ut per loci magiſtratum ea plenariæ tradantur executioni. Si quis uerò litigatorũ intra decem dies iudicatis contradicat, tunc locorum magiſtratus negocium examinato. Etſi competerit rectè iudicationem interpoſitam, ſua etiam ſententia hanc firmato & iudicata executioni tradito, neq; licitum eſto ei qui uictus fuit, iterum in eiuſmodi negocio prouocate. Quòd ſi magiſtratus ſententia contraria ſit his quæ à Dei amantiſsimis epiſcopis iudicata ſunt, tunc contra magiſtratus ſententiam locũ habeto, prouocatio, atq; ea ſecundum ordinem legum referetor & exercetor. Cæterùm ſi epiſcopus ex iuſsione imperiali uel iudiciario mandato inter quaſcunq; perſonas iudicet, appellatio ad maieſtatem Imperatoriam, aut eum qui cauſam delegauit, referetor. *Quarta exceptio eſt: Niſi clericus fori præſcriptioni renunciauerit. quæ exceptio approbatur l. 39. C. de epiſcop. & clericis. cuius uerba uide ſ. Lib. 5. cap. 2. quæſt. 1. in fine. repl. 14.*

Vnd. cima reg. Clericus ex adminiſtratione quam geſsit apud epiſcopũ, eſt conueniendus. quæ regula approbatur Nouell. *c. 123. §. œconomos, his uerbis*: Oeconomos aut ptochotrophos, aut xenodochos, aut noſocomos, & aliarum uenerabilium domum diſpenſatores, nec non omnes alios clericos iubemus, ut pro adminiſtrationib. ipſis cõcreditis apud epiſcopum ſuũ cui ſubſunt, reſpondeãt, & adminiſtrationes ſuæ rationes reddant & exigantur, quod ex ipſis debere comprobati fuerint, illi uenerabili reſtituẽdũ domui, cui ex adminiſtratione debitũ apparuerit. Si ſe in exigendo grauatos putauerint, metropolitanus negocium examinato. Si metropolitanus ſit, qui cõtra aliquá prędictarũ perſonarum, iſtiuſmodi cauſas examinauit & debitum exegit, & à quo exactum eſt, is putet ſe grauatum: diœceſeos illis beatiſs. patriarcha negocium diſceptato. Neque enim prædictis perſonis concedimus, ut de memoratis cauſis ante examinationem, & exactionem debiti ſuos refugiant epiſcopos, & ad alia ſe conferant iudicia. Quòd ſi quis ex Eccleſiaſticis, cui eiuſmodi aliqua adminiſtratio concredita eſt, ante expoſitas rationes, & debita perſoluta moriatur: iubemus, ut eius hæredes conſimili modo, & reddendis rationibus & exactionibus obnoxij ſint.

Duodecima regula. Pro clerico Eccleſia non tenetur. quæ regula approbatur Nouell. *c. 120. §. at ſi quis epiſcopus his uerbis*: Si quis epiſcopus aut Oeconomus, aut diſpenſator cuiuſcunq; uenerabilis domus, ſiue in regia urbe, ſiue in ꝓuincijs poſitæ, pecunias mutuò deſumpſerit, aut poſthac deſumet, iubemus ut neque ipſi uenerabili hoc domui imputẽt, niſi prius oſtenderint, quod in uſus præfatæ uenerabilis domus hæc proceſſerint: neq; creditor aut hæredes eius aliquam pro ijs cõtra uenerabilem domum actionem habeant, niſi prius oſtenderint, quod in cauſas uenerabili domui competentes hæ pecuniæ ꝓfecerint, ſed actiones ſuas contra eum moueant, qui pecunias mutuò ſumpſit, aut hæredes eius. *Concordat* Nouell. *conſtitut. 123. §. ſi uerò Oeconomi. cuius uerba uide ſ. capite proximo, regula 14.*

Decimatertia regula. Ne iudices ad epiſcopos, & clericos accuſatos ueniant, ſed contra iſti ad iudices, proponitur l. 34. § omnes præterea. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis: Omnes uirorum clariſsimorum prouincias moderantium, ſententijs abſq; ulla priuilegij differentia (qui tamen præſidali iuriſdictione ſubiecti ſunt) ſiue epiſcopi uel quilibet clerici, aut monachi aut cuiuslibet conditionis ſint, pariter reſpondere decernimus: nulla in poſterum uiris clariſsimis prouinciarum rectoribus ad loca, in quibus incuſatæ perſonæ conſiſtunt, perueniendi neceſsitate penitùs imponenda: cum non ſolum legibus, uerumetiam naturali quoque iuri cõueniat, quos res exegerit iudicialibus ad iudicium uocari ſententijs, non ipſos iudices (quod dictu etiam iniuſtum eſt) ad ſubiectos deduci, ſed per datos ab his iudices ad cauſæ examinationem in locis, ubi incuſati degũt, procedere.

Decimaquarta regula. Clerici in iudicio conuenti, iudicio ſiſti per Oeconomum ſatiſdare poſſunt. quæ regula approbatur l. 25. §. memorati. C. de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis: Reuerendiſsimi clerici orthodoxarum Eccleſiarum, quæ ſub uiro religioſiſsimo antiſtite huius inclytæ urbis ſunt, in cauſa in qua ipſi uel procuratores quos ꝓ ſe dederint, ſentẽtiarũ tuarũ authoritate pulſantur, executorib. ꝑ quos cœperint cõueniri, fideiuſſorẽ ſacratiſsimę huius urbis Eccleſię œconomũ uel defenſorẽ prębeant, qui uſq; ad quinquaginta libras auri fideiuſſor exiſtat. Ipſe uerò reuerẽdiſsimus Oeconomus almæ huius urbis Eccleſiæ litepul-

te pulsatus fideiussorem pro se nõ præbeat: utpote qui & aliorum clericorum fideiussor futurus est, sed fidei suæ committatur. Quòd si lis diuersorum (excepto reuerendissimo Oeconomo) clericorum quæ agitanda sit, memoratam summam uideatur excedere clericus lite pulsatus det executori pro residua quantitate cautionem suam, cui tamen nullum insertum erit iusiurandum: quia Ecclesiasticis regulis, & canone à beatissimis Episcopis antiquitùs instituto, clerici iurare prohibentur. *Concordat l.31.§.præterea.C.eod.tt.his uerbis*: Cum in prouincijs ex eius qui regit prouinciam fuerit sententia, uel interlocutione conuenti, siue illi sacerdotes, siue cuiuscunq; gradus clerici, siue monachi habeantur, dummodò adprobentur orthodoxi, qui in proprijs causis contractibusúe pulsantur: non alios quàm Ecclesiæ ꝓpriæ defensores, seu quos Oeconomos appellant fideiussores præbeãt: ne dum executoris pertinax, & auara ꝑteruitas, extraneos & idoneos fideiussores flagitat, multiplex innoxiæ paupertati infligatur incommodum. In hac autem urbe inclyta inuenti ex quacunq; prouincia uenientes, cum in tuæ amplitudinis iudicio (quod eis solum delegauimus) lite pulsati fuerint, reuerendissimi orthodoxæ fidei sacerdotes, seu certè Oeconomi aut Ecclesiæ defensores seu clerici: in causis ciuilibus suis, siue Ecclesiasticis nulla præbendi fideiussores molestētur iniuria, sed aut uicarijs fideiussionib. cõtradantur, quas tamen stipulationum cautela solẽnis uallauerit: aut cautioni & professioni propriæ, aut facultatum suarum obligationibus committantur. Hoc nihilominus obseruãdo, ut in causis Ecclesiasticis nullum alium conueniri fas sit, nisi eum quem dispensatorem pauperum, id est Oeconomum Ecclesiæ episcopi tractatus elegerit. Hunc enim sine dubio à sacerdote conuenit ordinari, quem tamẽ conuentum defensoris Ecclesiæ fideicommitti præcipimus.

Decimaquinta regula. Interdum non per fideiussores clerici cauere coguntur, sed sola repromißione. quæ reg. approbatur uerbis suprà dictis hisce: Quod si lis diuersorum, &c. *Item uerbis suprà propositis hisce*: In hac autem urbe, &c. *Cui concordat Nouell. c.123.§. certè si quis pro pecuniaria. cuius uerba uide §.reg.10.except.1.*

Decimasexta regula. De sumptibus litis præstandis, proponitur l.25.§.statuimus.C.de episc.& clericis, hisce uerbis: Statuimus, ut executoribus reuerendissimus Oeconomus, uel alij diuersi clerici sub beatiss. archiepiscopo huius splẽdidissimæ ciuitatis, sententiarum tuarum authoritate commoniti, duos solidos tantummodò dent pro monitione sua, & pro institutione procuratoris, si per eum uoluerit litigare. Quod circa alios quoq; diuersos apparitores, eminentiæ tuæ in ijs quæ consuetudine præbentur officio, obseruari in causis prædictorũ clericorum iubemus: ut litis sumptus uel expensæ à clericis pauciores humanioresúe præstentur. *Concordat l.31.§.executoribus.C.eod.tt his uerbis*: Executoribus in minoribus quidem iudicijs omnibus in ipsa conuentione sacerdotum, siue clericorum non amplius, quàm unum semissem, aut sperantibus, aut etiam audentibus accipere. Verùm si apparitor tuæ magnitudinis ex sententia tuæ sedis amplissimæ in prouincia degentes eos conueniri monuerit: iubemus nõ amplius eum quàm duos solidos sportularum nomine accipere. In hac uerò urbe magnifica idem apparitor tuæ magnitudinis, uno aureo sportularum gratia à prouincialibus clericis contẽtus sit, quantælibet summæ, qui conuentus fuerit exponatur obnoxius. *Huc pertinet Nouell.const.123.§ sportularum, his uerbis*: Sportularum nomine nullam personam, quæ in quocunque Ecclesiastico recenseatur ordine, insuper neque diaconissam, neq; monachum, neq; ascetriam, neq; monastriam in ulla criminali uel pecuniaria causa cuiuscũque quantitatis fuerit, siue à clerico, siue ab aliquo in militiam allecto citationem suscipiat, siue in regia urbe, siue in prouincijs in quibus degunt, ultra quatuor siliquas dare concedimus. Sed si quis executor nostra iussione, aut magistratus, aut beatiss. patriarchæ missus in alias prouincias alicui memoratarum personarum citationẽ inferat, non ultra unum solidum auferto. Quòd si in una & eadem causa, multos ex memoratis personis citari contingat, unicæ tantũmodò personæ sportulas pro omnibus auferri sancimus. Episcopus autem pro rebus Ecclesiæ suæ nullam aggressionem aut inquietudinem sustineto. Sportulæ uerò ab eo, neque si rerum suarum nomine citetur, exiguntor: actiones scilicet, quæ contra Ecclesiam proponuntur excipientibus Oeconomis, aut illis quibus id negocij commissum est. Qui uerò hæc contra exigere sportulas præsumpserit, in duplum id quod accepit personæ à qua exactum est, reddere compellitor. Et si quidem militiam habet, etiam cingulũ amittito: si clericus fuerit, è clero eijcitor.

Decimaseptima regula. Vt lis clericorum citò finiatur, proponitur Nouell.c.79.§.sed etiam acc lerari. cuius uerba uide §.eod.cap.reg.9. Concordat Nouell. c.83.cuius uerba uide §.reg.10.

Decimaoctaua regula. De officio executoris in clericos

ricos, proponitur l.31. §. præterea nullus. C. de episcop. & clericis, hi[s]ce uerbis: Nullus executor uexare co[n]tumelijs clericos, nullis impulsionibus molestare, nullis exprobare conuicijs aut corporalibus iniurijs fatigare conetur: ijs qui ei[us]modi aliquid aggressi fuerint, post amissionem cinguli, & patrimonij ultima protinus animaduersione plectendis. Priuilegijs sanè singulis quibuscunque sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ fidei, xenodochijs seu ptochijs iam generaliter quàm specialiter attributis perpetuò obseruandis. *Concordat Nouell. c.123. §. si quando, his uerbis*: Si quando, &c.

Decimanona regula. De modo exequendi sententiam contra clericos damnatos, proponitur Nouell. c. 123. §. si uerò accusator, ibi: Etsi ex ijs. cuius uerba uide s̄. reg. 10. except. 2.

Vicesima regula. De pœna actoris clerico absoluto, proponitur l. 41. §. final. C. de episcop. & clericis, hisce uerbis: Ne cui temeritas sua lucratiua concedatur, & ut imprudens calumniantium refrenetur audacia: iubemus quoties ij qui sacerdotes seu clericos, ac monachos cæterosq; superius designatos, uel in tuæ magnitudinis examine, uel in prouinciali iudicio proposita actione conuenerunt, si causa cognita conuicti fuerint sine iusta eos causa legitima petitione pulsasse: omnes eis legitimas expensas sumptusq; quos ab exordio captæ controuersiæ ipsorum uitio tolerasse eos constiterit, reddere cogantur: ut hac saltem censuræ iustissimæ formidine reuocati qui improbis assiduè conflictationibus occupantur adquiescant, iamq; sopitis clamoribus iurgiorum magistra deinceps necessitate continere se adsuescant.

Vicesimaprima regula. De habitu monachorũ à secularibus nõ utendo neq; imitando, proponitur J. cap. 5. reg. 7. Hactenus de personis Ecclesiasticis in genere dictum est, sequitur nunc de ijs in specie.

DE EPISCOPIS ORDInandis. Cap. IIII.

P*Rima huius loci regula. Qui & quales ordinandi, proponitur Nouell. c. 6. §. sancimus igitur, usque ad §. Sed etiam, his uerbis*: Sancimus, sacras per omnia sequẽtes regulas cum quispiam omni post uenturo tempore ad episcopatus ordinationem adducitur, considerari prius oportere eius uitam secundum sanctum Apostolum si honesta & inculpabilis, & undiq; irreprehensibilis sit, & à bonis testimonium habeat sacerdotem decens. Et neque ex officiali aut ex curiali ueniat fortuna, nisi forsan ex nouella ætate (secundum quod iam dispositum est) in monasterio constitutus fortuna liberetur, quartam tamen prius substantiæ reddens curiæ. Neque etiam idiota & ex his qui uocantur laici existens, & ita mox ad episcopatũ ascendens quasi imaginariam suscipiat ordinationẽ, ut qui modò quidem idiota sit mox autem clericus, deinde paruo admodum tempore præterito episcopus appareat. Et neque uxori alteri copulatus, sed aut in uirginitate degens à principio, aut uxorem habens ex uirginitate ad eum uenientem, & non uiduam neque seiunctam à uiro, neq; concubinam, neque filios aut nepotes habens, neque cognitos legi neque illi odibiles. Alioquin qui præter hoc aliquid agit, & ipse cadet à sacerdotio, & qui eum ordinat extra episcopatum deget hanc legem offendens. Sed neque pecunijs ullis emere sacerdotium ei permittemus, solum uerò eum respicere Domini Dei culturam uolumus & non plurimis humanis cogitationibus distrahi. Sed neque ineruditus existens sacrorum dogmatum ad episcopatum accedat, nisi prius aut monasticam uitam professus, aut in clero cõstitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non cohærens aut filios aut nepotes habens: hoc enim omnimodo in Deo amabilibus episcopis requirimus, sicut etiam prius sacris duabus nostris constitutionibus hoc sancitum est, per quas dudum cohærentes uxoribus nõ perscrutamur, omne præteritum relinquentes: de cætero autem nulli permittentes à positione legis uxorem habenti talem imponi ordinationem: quam legem etiam nunc renouamus, ne fortè si præter hoc aliquid fiat & ipse cadat sacerdotio, & ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus aut ex monachis aut ex clericis sit, etiam in huiusmodi uita testimonij boni, uita bonus, & honestus & gloria fruens bona, & hoc fundamentum pontificatus deponens animæ suæ. *Concordat l. 29. §. ita castus. C. de episcopis & clericis. cuius uerba uide J. reg. prox. item concordat Nouell. c. 123. §. sequentes. cuius uerba uide paulo inferius reg 6. Ait imp.* Neque etiam idiota & ex his qui uocantur laici existens, &c. *Hoc quodammodo distinguitur d. c. 123. §. damus autem, his uerbis*: Damus licentiam decreta facientibus, si quempiam laicorum dignum memorata electione esse putant, ut hunc cum alijs duobus clericis, aut monachis eligant, quo magis si laicus hoc modo ad episcopum eligatur, non repentè episcopus ordinetur, sed primò clericis non minus tribus mensibus connumeretur, & ita sanctas regulas & quotidianum Ecclesiæ ministerium edoctus episcopus ordinetur: qui enim alios debet docere, post ordina-

tionem ab alijs doceri non debet. Si uerò (ut euenit) in quibusdam locis non inueniantur tres personæ ad talem electionem opportunę, liceat decreta facientibus in duabus, & in una persona decretum facere, omnes tamen dicta à nobis habentes testimonia. Si uero qui debent episcopum eligere, citò ipsa decreta intra menses sex id ipsum non faciant, tunc periculo propriæ animæ ille quem ordinare conuenit, episcopum ordinet, omnibus alijs quæ prædiximus obseruandis. Aut Imp. Quæ prędiximus. *Hæc proponentur* 3. *reg. sequent.*

Secunda regula. De causa ordinandi, & ne precio ematur episcopatus, proponitur l. 29 C. de episcopis & clericis, his uerbis: Si quenquam uel in hac urbe regia, uel in cæteris prouincijs quæ toto orbe diffusæ sunt, ad episcopatus gradum prouehi Deo authore contigerit, puris hominum mentibus nuda electionis cõscientia sincero omnium iudicio proferatur. Nemo gradũ sacerdotij uenalitate pręcij mercetur, quantum quisq; mereatur, non quantum date sufficit æstimetur. Profectò enim quis locus tutus & quæ causa poterit esse excusata, si ueneranda Dei templa pecunijs expugnentur? quem murum integritatis, aut uallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames penetralia ueneranda proserpat? denique quid cautũ esse poterit, aut securum si sanctitas incorrupta corrumpatur? cesset altaribus imminere profanus ardor auariciæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Ita castus & humilis nostris temporibus eligatur episcopus, ut quocunque locorum peruenerit, omnia uitæ propriæ integritate purificet: non precio, sed precibus ordinetur antistes. Tantùm ab ambitu debet esse sepositus, ut quęratur cogendus: rogatus recedat, inuitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Cum sanè si quis hanc sanctam, & uenerandam antistitis sedem pecuniæ interuentu subijsse, aut si quis ut alterum ordinaret, uel eligeret aliquid accepisse detegitur: instar publici criminis & læsæ maiestatis accusatione proposita à gradu sacerdotij repellatur. Nec hoc solum deinceps honore priuari, sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: ut eos quos par facinus coinquinat & æquat, utrosq; similis pœna comitatur. *Concordat Nouell. c. 6. §. sancimus igitur, ibi: Sed neq; pecunijs. cuius uerba uide* 3. *reg. prox. Concordat item d. c. 6. §. & hanc. usq; ad §. Oportet, his uerbis*: Episcopatus ordinationem non pecunijs redimere, neq; per rerum aliarum dationem suscipere, sed puram percipere, & sine mercede tanquam à Deo datam competens est. Tametsi enim alia omnia habeat utilia, quæ prius a nobis dicta sunt, pecunijs autem uel rebus etiam uideatur episcopatum emisse: sciat se & ab ipso episcopatu casurum, & hoc munus retributurum ordinanti, ut & ille episcopatum amittat, & a clero cadat, & utrique causa talem præstet retributionem, ut & hic quidem non adipiscatur quæ sperabat, ille autem etiam quæ habebat amittat. Nihilominus etiam pecunijs ac rebus datis occasione ordinationis sanctissimæ assignandis ecclesiæ siue episcopus sit accipiens, & propterea à sacerdotio cadat, siue etiam quilibet alius in clero constitutorum. Nam & illi æqualem imponimus pœnam, ut ordine, quẽ inter sacerdotes habuerit cadat, & reddat aurum aut res quæ ordinationis occasione datæ sunt, iniuriam passæ (quantum ad ipsum) ecclesiæ. Si quis autem extraneorum sit, & non in clero constitutus, qui aurum aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit, & maximè si administrationem aliquam gerat: habebit ipse non tantùm à Deo pœnam & succedent ei de cœlo supplicia, uerùm etiam illud quod datum est, ablatum ab eo sanctissimæ ecclesiæ omnibus reddatur modis in duplum: insuper etiam si quam administrationem habet, ea cadat, & perpetuo exilio condemnetur. Illud quoq; sciat aperte, qui pecunijs aut rebus alijs emerit prælatum, quia si prius diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium ueniat: non solum cadet episcopatu, sed nec prior ei relinquetur ordo presbyterij forsitan aut diaconatus: amittet etenim etiam illud, & omni sacerdotali excludetur ordine, utpote decentia indignè concupiscens. *Concordat item Nouell. c. 123. §. pre omnibus, cum sequentibus. his uerbis*: Præ omnibus illud custodiri sancimus, ut nemo per largitionem auri aut aliarum rerum ordinetur episcopus. Si quid tale delinquatur, tam qui dant quàm qui accipiũt, & mediatores eorum ipsi se ipsos condemnationi secundum diuinas scripturas, & sacros canones subijciunt. Ac ꝑpterea tam is qui dat, quam qui accipit, & mediator existens à sacerdotio, aut clericali honore remouetur. Quod uerò per hanc causam datum fuerit, illi ecclesiæ uindicatur, cuius sacerdotium uoluit redimere. Si mundanus sit qui ꝑ hanc causam accipit, aut mediator in negocio factus est, datas res in duplũ ab eo exigi iubemus, uindicandas scilicet ecclesiæ. Non solum autẽ quæ hoc modo data sunt, uindicari præcipimus: sed etiam omnem cautionem pro hoc quocunq; modo expositã, & pignorum ac fideiusso-

fideiussoris obligationem, omnem deniq; aliam quamcunq; actionem uacare sancimus: atq; insuper qui promissionem acceptauit, non solum confessionẽ reddito, sed etiam alterum tantùm, quantum confessione cõrinetur, exigitor, quod ipsum dari debet ecclesiæ. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ecclesiæ detur, nõ ipsi ordinanti. quæ exceptio approbatur d.c.123.§. si quis tamen, his uerbis:* Si quis tamen ex episcopis siue ante ordinationem suam siue post ordinationem uoluerit proprias res suas, aut ex ijs partem ecclesiæ cuius sacerdotium suscepit offerre: non solum id non prohibemus, & omni eum cõdemnatione, ac pœna præsentis legis liberum esse sancimus, sed etiam omni laude dignum iudicamus: quandoquidem id non emptio, sed oblatio est. *Secunda exceptio est: Nisi consuetudinum nomine datum sit. Hæc exceptio approbatur & declaratur d.c.123.§. pro consuetudinibus, usq; ad §. Post ordinationem, his uerbis:* Pro consuetudinibus illa solum ab his qui episcopi ordinantur præberi concedimus, quę ordine deinceps præsente comprehenduntur lege. Iubemus igitur ut beatiss. quidem archiepiscopi & patriarchæ, hoc est senioris Romæ, Cõstantinopolis, Alexandrię, Theopolis, & Hyerosolymorum, si consuetudo habeat, ut episcopis aut clericis in eorum ordinatione minus quàm uiginti libræ auri dentur, ea sola præbeant, quæ consuetudo agnoscit. Si plus ante hanc præbebatur legẽ, ne qd ultra uiginti libras auri prębeatur. Metropolitani uerò qui à synodo sua, uel à beatissimis ordinãtur patriarchis, neq; non oẽs alij qui aut à patriarchis aut à Metropolitanis ordinantur, siquidẽ eius ecclesia qui ordinatur, non minus in reditu habeat, quã triginta libras auri: dent pro enthroniastico quidem solidos centum: notarijs uerò ordinãtis, & alijs qui illi in ministerio sunt, & ex more capiunt solid. 300. Si uerò ecclesiæ reditus minus quidem in annum cõferunt, quàm triginta libras auri, non minus autem libris decem: pro enthroniasticis quidem solid. 200, alijs autem omnibus qui ex more capiunt solid. 100. Sin minus quàm decem, non minus autem quinque auri libris ecclesiæ reditus esse contingat: dent pro enthroniasticis quidem solid. 50. omnibus autem alijs qui ex more capiunt solid. 75. Si minus quàm quinque, non minus autem tribus libris auri in reditu habeat: præbeant quidem pro enthroniasticis solid. 18. omnibus autem alijs qui ex more capiunt solid. 24. Si minus tribus, non minus autem duabus libris in quantitate redituum ecclesiæ inueniatur: dent pro enthroniastico quidem solid. 12. pro omni uerò alia consuetudine solid. 6. Episcopum enim ecclesiæ quæ minus in reditu habet quàm duas auri libras, neque pro enthroniasticis, neque pro quacunque alia consuetudine dare aliquid concedimus. Hæc autem quæ pręberi disposuimus, primus presbyter ordinantis Episcopi, & archidiaconus suscipientes inter eos qui ex more capiunt, diuidunto. Hæc igitur iubemus omnibus obseruari modis, ne per huiusmodi occasiones ecclesiæ prægrauentur debitis, & sacerdotia fiant uenalia. Certè si quis ultra quantitatem à nobis definitam enthroniasticorum, aut consuetudinum nomine quocunque modo capere aliquid præsumpserit: iubemus ut quod amplius acceperit, id in triplum ex bonis eius uindicetur ecclesiæ illius qui dedit.

Tertia regula. De canonibus ab ordinando episcopo legendis, eoq; interrogando, an eos obseruare possit, proponitur Nouell. constit. 6. §. sed etiam sic, his uerbis: Sed etiam sic eum constitutum & ad episcopatum præparatum competens est, uenerabiles & undique probatas legere regulas ante ordinationem, quas recta & inuiolata nostra suscepit fides, & catholica Dei apostolicaque disposuit & tradidit ecclesia, & cum frequenti eas lectione percurrerit, qui ad ordinationem deducitur: tunc is qui ordinationem impositurus est, interroget eum, si sufficiens sit custodire & agere, quæ sacræ regulæ sancierunt: & siquidem ille declarauerit, & dixerit præcepta sacratum regularum non se ualere seruare, nullo modo ei ordinationem imperij: si uerò ille susceperit & dixerit, quia quantum homini est possibile complebit, hæc quæ his continentur: tunc monere eum, & dicere, quia nisi hæc obseruauerit, & à Deo alienus erit, & cadet à iam dato honore, & neque ciuiles leges delictum inultum relinquent, eo quòd à præcedentibus nos Imperatoribus, & à nobis ipsis rectè dictum est; oportere sacras regulas pro legibus ualere. Etsi etiam sic permanserit causam amplectens: tunc super his professionibus unumquenq; sacram suscipere episcopatus ordinationem.

Quarta regula. De prædicendo apud populum episcopo ordinando, quæ in eo requirantur, proponitur Nouell. constitut. 6. §. oportet in ipso ordinationis, his uerbis: Oportet in ipso ordinationis tempore, eum qui hanc imponit, illi coram omni fideli populo sanctissimæ ecclesiæ hæc omnia prædicere: ut agnoscens eum omnia, quæ prius à nobis dicta sunt, habere, ad sacram eum deducat ordinationem, ut etiam ille coram omnibus hęc audiens, non solum habeat Dei timorem, sed etiam co-

ram omnibus denunciationē & professionem erubescat.

Quinta regula. De differenda ordinatione, si quis episcopum ordinandum tanquam indignum accuset, proponitur d. c. 6. §. si quis autem, cum sequentibus, his uerbis: Si quis talis quidem esse putetur, & ad episcopatus ordinationem transeat: contradicat autem aliquis, atque dicat conscium se esse alicuius, quod illicitè admiserit: non prius mereatur episcopatus ordinationem, quàm examinatio querimoniarū fiat, & appareat undique innoxius. Quòd si etiam post huiusmodi contradictionem nō passus is qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi causæ, currat ad ordinationem: sciat quòd ab eo fit pro nihilo esse. Sed & is qui contra legem facit, cadet sacerdotio, & qui sine probatione imponit ordinationem, & ipse quidem similiter cadet sede sacerdotali: reus autem erit Deo, qui omnium præcipuè quærit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator aut in ipso principio, neque in examinatione persistere confidat: segreget istum in perpetuum à sacra communione is qui ordinationem facere uult, ut non ipsa falsitas impunita sit. Sicut enim bonam gloriam in eo qui ordinandus est quærimus: ita etiam calumniam in eo qui frustra accusauit punimus. Si uerò nemo accusauerit omnino, aut in toto denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare (sicut prædiximus) non ualuerit accusationem ueram: tunc oportet eum qui per tot uias inculpabilis apparuerit, accedere ad futuram ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa & meliora cognoscit præcepta: neque qui taliter animo, uerbo, corporis exercitatione, & sapientia eruditus est, incurret in uitam animaduersione dignam. *Concordat Nouell. c. 123. §. cæterùm si quis contra eum qui episcopus, his uerbis*: Si quis contra eum qui episcopus, aut presbyter aut diaconus aut alius clericus, aut etiam præsul monasterij ordinandus est, accusationē aliquam instituat, quacunque de causa quæ possit secundum leges, aut canones eius impedire ordinationem: differtor huiusmodi ordinatio, & interponitor prius examinatio accusationis præsente etiam accusatore, & ea quæ ab ipso in crimen delata sunt, ad terminum usque persequente. Imò quamuis accusator se absentet, aut moras nectat, nihilominus sic quoque is qui ordinationem facturus est, intra menses tres exactissimam ea de re quæstionem habeto: & si quidem eum qui accusatione in crimen uocatus fuit, siue secundum sacros canones, siue secundum nostras leges obnoxium inuenerit, prohibetor ordinatio. Si uerò innoxius apparuerit, celebrator ordinatio, siue præsente, siue absente accusatore. Accusator autem siue præsens non probauerit, siue institutam accusationem deseruerit: siquidem clericus sit, proprio gradu depellitor: si laicus, competentem coercitionē sustineto. At si quis accusatum ante examinationem ordinauerit: tam qui ordinauit, quàm qui ordinatus est, uterq; sacerdotio depellitor.

Sexta regula. De iuramento ab ordinante præstando, proponitur Nouell. constitut. 123. §. sequentes, his uerbis: Sequentes ea quę sacris definita sunt canonibus, pragmaticam legem facimus, per quam sancimus, ut quoties opus fuerit ordinare episcopum, coeant in unum clerici, & primates ciuitatis cui episcopus ordinandus est, & propositis Euangelijs de tribus personis decreta faciant, & quisque eorum iuret per sacra eloquia idque ipsis decretis inserant, quòd neq; per largitionem neque promissionem, aut amicitiam, aut gratiam, aut quamcunq; aliam affectionē: sed quòd sciant ipsos rectæ & catholicæ fidei ac honestæ uitæ esse, & suprà tricesimū quintum ætatis annum, hos elegerint, & quod neque uxorem, neque filios quempiam ipsorum habere sciant, aut concubinam, aut naturales liberos nouerint ipsos habuisse, aut habere: Sed & si quis ipsorum prius uxorem habuerit, tamen eam solam, & neque uiduam, neque seiunctam à uiro, neq; sacris canonibus interdictam habuerit: Sed neque curiæ muneribus addictum, neque cohortalem esse aliquem ex his nouerint qui decretis electus est, præterquam si curiæ muneribus addictus aut cohortalis non minus annis quindecim monachicam in monasterio uitam, extra omnem calumniā transegerit, uidelicet obseruatione quæ prius à nobis dicta est, per facienda de ipsis decreta, & in his personis custodienda, ut ex tribus illis personis quę decretis hoc modo eliguntur, melior ordinetur electione, & iudicio eius qui ordinandi ius habet.

Septima regula. De libello exigendo ab eo qui ordinatur, proponitur d. c. 123 §. exigatur, his uerbis: Exigatur autem prius ab eo qui ordinandus est, per eum qui ordinat, libellus cum propria illius subscriptione, quæ rationem rectæ eius fidei comprehendat.

Octaua regula. De precibus recitandis in ordinatione, proponitur d. §. exigatur, his uerbis: Pronunciet autem is sacram etiam oblationem, quę in sancta fit communione, & cum cæteris precibus, eas quoque quæ in sacro proferuntur baptismate.

Nona

Nona regula. De iuramento ab ordinando præstando, proponitur ibidem, his uerbis: Subeat insuper is qui ordinatur iusiurandum per sanctas Scripturas, quòd neque per se, neq; per aliam personam quidquam dederit aut promiserit, aut postea daturus sit, uel ei qui ipsum ordinat, uel his qui pro ipso decreta confecerũt, uel cuiquam alij omnium, conferendæ in ipsum ordinationis nomine.

Decima regula. Euentus si prædicta non obseruentur in ordinando, proponitur d. c. 123. §. si quis contra his uerbis: Si quis contra memoratam obseruationem episcopus ordinatus fuerit: tam ipse omnimodo episcopatu eijciatur, quã etiam is qui hæc contrà ordinare præsumpserit, segregetur anno uno à sacro ministerio: & omnis eius substantia, quæ quolibet tempore, aut modo in eius dominium deducta est, propter culpam quam fecit, dominio Ecclesiæ, cuius episcopus est, uindicetur.

DE OFFICIIS EPISCOPORUM. Cap. V.

P*Rima regula. Ne ab ecclesia Episcopus discedat, proponitur Nouell. c. 6. § & illud etiam, cum sequentibus his uerbis*: Illud definimus, ut nemo Deo amabilium episcoporum foris à sua ecclesia plusquam per totum annum abesse audeat, nisi hoc per imperialem fiat iussionem: tunc enim solum erit inculpabile. Et ut sacratissimi patriarchæ, uniuscuiusq; diœceseos compellant Deo amabiles episcopos suis inhærere sanctissimis ecclesijs, & non lõgo itinere separari, neq; in peregrinis demorari uelle, neque sanctissimas ecclesias negligere, neq; annum excedere, quem & ipsum propter misericordiam constituimus. Si uerò ultra annum errauerit & dereliquerit, neq; ad proprium episcopatum remeauerit, neque imperialis aliqua eum (sicut prædiximus) detineat iussio: tũc siquidem sit metropolitanus, contra Ecclesiasticam dispositionem absentem regionis illius patriarcha reuocet quidem eum legitimis proclamationibus, seruans ubiq; sacrarum regularum obseruationem. Si uero maneat per omnia inobediens, expellatur à sacro episcoporum choro, & alium introducat huiusmodi, & reuerentia & uerecundia & honestate dignum. Si uerò nõ metropolitanus, sed aliorum episcoporum aliquis sit qui errauerit: hæc omnia à metropolitano fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat prætextum, si dixerint propterea se proprias derelinquere ecclesias, quòd litiũ causas, aut aliarum rerum propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium circumlustrant, & hic constituti hærent, aut in alijs oberrant locis. Hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine famulicij, quod necesse est episcopum habere, proficiscantur, & peregrè sumptus faciant: cum neq; ullum sanctiss. ecclesijs lucrum inde, & iuuamen accedat, neq; (secundum quod decet sacerdotem) proprium habere possint habitum: & ut maximè quædam sint lites fortè sanctiss. ecclesijs propter quas tales prætextus adferunt, rectius eas per illos qui sub ipso sunt religiosos clericos, aut apocrisiarios, aut œconomos mouere liceat, & petitionibus ad imperium directis impetrare desiderata. Proprerea sancimus, si quãdo propter Ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas: hanc aut per eos qui res agunt sacrarum ecclesiarum, quos Apocrisiarios uocant, aut per aliquos clericos huc destinatos, aut œconomos suos notam imperio facere, aut nostris administratorib. ut impetrent quod competẽs est: neq; hoc Deo amabilibus episcopis erroris & absentiæ & sanctissimis ecclesijs læsionis occasionem fieri tam in prouincia ecclesiasticis rebus per absentiam eorum neglectis, quàm etiam hic expensis multis ab ipsis factis, prę terea peregrè habitatione non habili cõstituta, & undiq; causa nullum iuuamen, magis autẽ læsionem sanctissimis ecclesijs inferente. *Concordat Nouell. c. 67. §. illud quoque, his uerbis*: Illud sancimus, quatenus secundũ iam à nobis prolatã legem, Deo amabiles episcopi in suis ecclesijs maneant, & non relinquant quidem eas: per tempus uerò multum hic morentur, & cogant per prouincias œconomos expensis sibi transmittere, & sanctiss. ecclesia expẽdat quidem, quòd ipse eum inde obseruare nõ patiatur. Sancimus igitur, iam à nobis positam legem in sua manere uirtute, siue defuerit Deo amabilis episcopus ecclesiæ suæ, siue amplius tempus, nullam ei mitti expensam de prouincia: sed illam quidem circa actus pios, & sanctissimam ecclesiam expendi, ipsum uerò hic errantem non expensis sanctiss. ecclesiam prægrauare: cum certum sit, quòd si plurimo tempore defuerit, quæ iam à nobis super eisdem sancita sunt, ualebunt. *Concordat denique Nouell. c. 123. §. interdicimus, usque ad § Quia uerò, his uerbis*: Interdicimus Dei amantissimis episcopis, ne proprias deserant ecclesias, & in alias proficiscantur prouincias. Sed etsi huius agendi necessitas aliqua incidat, non aliter nisi cum literis beatiss. eorum patriarchæ, aut

metropolitani, aut imperiali uidelicet iussione hoc faciant: ita sanè ut ne illis quidem episcopis qui sub beatiss. archiepiscopo Cōstantinopolitano & patriarcha constituti sunt, sine eius mandato aut nostra iussione ad regiam uenire urbem liceat. Quod si eo modo episcopus quocunque loci peregrinetur, non amplius uno anno ecclesiam suam relinquito: Episcopi uerò qui ad regiam (ut dictum est) urbem accesserint cuiuscunque diœceseos sint, ante omnia beatiss. archiepiscopum Constantinopolitanum, & patriarcham adeunto, atque ita per ipsum ad nostram ingrediuntor tranquillitatem. Qui uerò contra nostram dispositionem uel peregrinantur, aut ultra præfinitum anni tempus extra ecclesiam suam alibi commorantur: his primùm quidem non subministrantor ob ecclesiæ suæ œconomis sumptus, deinde citator sacerdotum literis sub quibus censentur, ut ad ecclesias suas reuertantur. Si uerò differant, secundum sacros euocantor canones. Et nisi intra tempus à sacerdotibus præfinitum ad ecclesias suas reuertantur: ipsi quidem ab episcopatu depelluntor, alij autem meliores in ipsorum locum ordinantor pro tenore præsentis legis. Eodem hoc obtentuto, & in clericis cuiuscunque gradus fuerint seu ministerij. *Hactenus leges quibus proposita regula approbatur, expositæ sunt. Eius autem exceptio prima hæc est: Nisi imperator episcopum abire concesserit. quæ exceptio approbatur d. Nouell. c. 6. §. & illud etiam, ibi: Nisi hoc per imper. cuius uerba uide §. ead. reg. in prin. Secunda exceptio est: Nisi non ultra annum abfuerit. quæ exceptio approbatur d. §. & illud etiam. Tertia exceptio est: Nisi ob causam ecclesiæ necessariam abfuerit. Hæc exceptio reprobatur d. c. 6. §. nemo enim eorum. cuius uerba uide §. ead. reg. in prin.*

Secunda regula. De profectione episcopi licita, proponitur Nouell. c. 6. §. non autem aliter. his uerbis: Non aliter aliquem Deo amabilium episcoporum præsumere, dirigere se ad hanc fœlicissimam ciuitatem, priusquam, siquidem episcopus sit, literas acceperit proprij metropolitani ad imperium, quæ secundum diuinas regulas commendaticiæ uocantur, testimonium perhibentes necessitatis eius præsentiæ. Si uerò metropolitanus sit, qui proficisci uult, literas sumat eiusdem diœceseos, patriarchæ eius præsentiam necessariam esse dicentes: & sic oportere imperatorem iubere hunc præsentari, & non temerè, ac sine conscientia metropolitanorum, aut patriarcharum proficiscantur, propterea quòd hoc diuinis interdictum est regulis. Vnde huc aduenientes non præsumant per semetipsos, se prius pronunciare ad imperium, sed primitus aut ad Deo amabilem patriarcham proficiscantur, aut ad uniuscuiusque diœceseos, ex qua sunt apocrisiarios, & cum ipsis conferant causas, propter quas uenerunt, cum eis ingrediantur ad imperium, & deinceps imperiali perfruantur aspectu. Mox quàm imperanti adstiterint, liceat quidem petentibus episcopis, aut per eos qui uocantur referendarij sanctissimæ maioris ecclesiæ, aut per religiosos apocrisiarios cuiusque diœceseos sanctissimorum patriarcharum suggerere se imperio, & promereri responsum celeriter, ita ut si aut iusta ab imperio petierint, hæc accipient: aut si non iusta quærunt, uelociter reuertantur, unde profecti sunt. *Concordat Nouell. c. 123. §. interdicimus, ibi: Episcopi uerò. cuius uerba uide paulo superius reg. prox.*

Tertia regula. De conuentu episcoporum singulis annis celebrando, proponitur Nouell. c. 123. §. quia uerò, cum sequentibus. his uerbis: Quia uerò quod à sacris dictum est canonibus, de sanctissimis episcoporum synodis, quæ per singulas celebrari debent prouincias, huc usque obseruatum non est: maximè necessarium fuerit ad rectam id denuò uiam reducere. A sancti quidem Apostoli & patres definierunt, ut bis per singulos annos religiosiss. sacerdotum seu episcoporum in quaque prouincia celebrarentur synodi, & quę suppullularent examinarentur, potirentur que competenti correctione: hoc est, altera quidem quarta feria sanctę Pentecostes, altera uerò in mense Septembri. Nos autem cum ex huiusmodi negligentia multos uarijs implicitos peccatis inuenerimus: iubemus ut omnis modis in quaque prouincia per singulos annos, uel in mense Iulio uel Septembri, una synodus celebretur, coeantque in unum apud beatiss. quidem patriarchas illi qui ab ijs ordinantur: neque ius habent alios ordinare episcopos, apud religiosiss. uerò cuiusque prouinciæ metropolitanos, hi qui ab ipsis ordinantur: quo magis motæ causæ, & quæ ab aliquibus denunciantur, uel occasione fidei uel canonicarum quæstionum, uel administrationis rerum ecclesiasticarum, uel de episcopis aut presbyteris, aut diaconis, aut alijs clericis, uel de monasteriorum præsulibus aut monachis, uel de reprehensibili uita aut alijs quæ correctionem desiderant, agitentur iuxtà & conuenienter examinentur: neque non correctio ijs adhibeatur, quæ sacris canonibus, & nostris conueniat legibus. Non tantum au-

autem hæc quærantur in synodis per singulos annos celebrandis, sed etiam quotiescunque aliquis uel sacerdotum, uel clericorum, uel præsulum, uel monachorum, uel de fide uel de turpi uita, uel quod contra sacros aliquid canones peregerit, accusatus fuerit. Et siquidem is qui accusatur, episcopus fuerit, huius metropolitanus ea quæ proferuntur examinato: si uerò metropolitanus, beatiss. archiepiscopus sub quo censetur: si presbyter aut diaconus, aut alius clericus, aut præsul monasterij, aut monachus, religiosiss. episcopus sub quo hi censentur, delata in accusationem examinato. Et ueritate comprobata unusquisque pro modo delicti canonicis censuris subijcitor, iudicio eius qui causæ examinationem accommodat: atque hæc omnia non tantum obtineto in ijs episcopis & clericis, neque non præsulibus, qui posthac ordinabuntur, sed etiam in ijs qui modò sunt, siquis (quod licet conijcere) de certis causis per sacros canones nostrasque leges prohibitis accusetur. His enim ita obseruatis, laici quoque magnum circa rectam fidem, & honestam uitam profectum, atque in melius emendationem promerebuntur. *Concordat d.c.123.§.iubemus autem.his uerbis*: Iubemus, & prouinciarum præsides, si quid eorum quæ à nobis sancita sunt, negligenter haberi uiderint, ut primum quidem metropolitanos & alios episcopos urgeant ad celebrandas prædictas synodos, & ut omnia impleant quæ per synodos præsente lege præcepimus. Quod si eos moram nectere, & segnius ea peragere uiderint, tunc per suggestionem nos ea de re certiores reddant, quo magis contrà eos, qui synodos celebrare differunt, conueniens à nobis procedat correctio: sciturіs tam ipsis præsidibus quàm cohortibus, qui illis obtemperant, quòd si hæc minus obseruauerint, extremis subijcientur supplicijs.

Quarta regula. De excommunicando proponitur Nouell.c.123.§.omnibus.his uerbis: Omnibus episcopis & presbyteris interdicimus, ne quempiam à sacra communione prius segregent, quàm causa monstretur quamobrem Ecclesiastici hoc canones fieri iubent. Si quis autem hæc contra à sancta communione aliquem separauerit: ille quidem qui iniustè à communione separatus fuit, resoluta separatione per maiorem sacerdotem sancta dignus habeatur communione. Is uerò qui iniustè aliquem à sancta separare communione ausus fuerit, omnibus modis per sacerdotem, sub quo collocatus est, à commuione separabitur, quantocunq; tempore illi uisum erit, ut quod iniustè alij fecit, ipse iustè sustineat.

Quinta regula. Ne proprijs aliquem uerberent manibus, proponitur d.c.123.§.ac neq; proprijs. hisce uerbis: Ac neq; proprijs aliquem manibus episcopo uerberare licet: siquidē hoc alienum à sacerdotibus est.

Sexta regula. De cura agenda pauperum, & ne mercatores modum excedant, proponitur l.1. C.de episcopali aud.his uerbis: Negociatores si qui ad domum nostram pertinent, ne commodum mercandi uideantur excedere, Christiani quibus uerus cultus est adiuuare pauperes & positos in necessitate, prouideant episcopi.

Septima regula. Ne seculares mimæ & meretrices habitu monachorum utantur, proponitur l.4. C. eod. tit.his uerbis: Mimæ & quæ ludibrio corporis sui quæstum faciunt, publicè earum uirginum quæ Deo dicatę sunt, non utantur. *Concordat Nouell. c.123.§. in uniuersum.his uerbis*: In uniuersum omnibus qui in seculari uita cōuersantur, & maximè his qui in scenam prodeunt, uiris iuxtà & mulieribus neq; non etiam prostitutis interdicimus, ne habitu monachi, uel monastriæ, uel ascetriæ utantur, aut quocunq; modo eum imitentur: sciturіs omnibus qui uel tali habitu uti, uel eum imitari, uel in quemcunq; Ecclesiasticum statum illudere præsumpserint, quòd & corporis supplicia sustinebunt, & in exilia tradentur: prouidentiam in huiusmodi rem accommodantibus, non solum religiosiss. locorum episcopis & subditis eis clericis, sed etiam ciuilibus militaribusq; magistratibus, & obtemperantibus illis cohortibus, neq; non locorum defensoribus.

Octaua regula. Ne captiui ad suos reuertentes iniuriam aliquam patiantur, proponitur l.11.C.de episcopali aud. his uerbis: Christianos proximorum locorum uolumus sollicitudinem gerere, ut Romanos captiuos, qui reuersi fuerint, nemo teneat, nemo iniurijs aut damnis adficiat.

Nona regula. De officio episcopi remoti, proponitur l.14.C.de episcopis & clericis, hisce uerbis: Quicunque residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco & nomine detrusus, si aliquid contra custodiam, uel contra quietem publicam moliri fuerit deprehēsus, rursusque petere sacerdotium, à quo uidetur expulsus: procul ab ea urbe quam conturbauerit, centum milibus uitam agat: nec nostra adeat secreta, nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat: defensoribus etiam eorum indignationem subituris. *Concordat Nouell. c. 123. §. certè siquis. hisce uerbis*: Si quis episcopus, cum secundum ecclesiasticos canones sacerdotio eiectus est, ingredi ciuitatem ausit, ex qua eie-

ctus, aut locum derelinquere in quo degere iussus est: iubemus, hunc in monasterium in alia prouincia constiturum tradi, ut quæ in sacerdotio deliquit, ea degés in monasterio corrigat.

Reliqua episcoporum officia, suis subiecta sunt locis: ut de Mathematicis expellendis ſ. Lib. 4. cap. 9. quæst. j. causa 4. de Lenonibus coercendis ſ. Lib. 4. cap. 7. quæst. 2. causa 4. Sed & officia episcoporum circa actus Ecclesiasticos & religionis, puta fidei, baptismatis, precum, &c. proponentur j. hoc Libro capite 11.

DE PRIVILEGIIS EPISCOporum. Cap. VI.

PRima regula. *De ordine & gradu dignitatis Episcopalis, proponitur Nouell. c. 131. §. ac propterea, his uerbis*: Sancimus, ut secundum canonum definitiones sanctiss. ueteris Romæ Papa primus omnium sacerdotum sit: beatiss. uerò archiepiscopus Constantinopolis nouæ Romæ, secundum locum post sanctam apostolicam ueteris Romæ sedem obtineat, cæterisq; omnibus præferatur. Beatiss. autem pro tempore archiepiscopus, Iustinianeæ primæ patriæ nostræ, semper sub iuri dictione sua habeat episcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ ripēsis, item Triballeæ, ac Dardanię, & Mysiæ superioris, & Pannoniæ: & ab ipso hi ordinentur, ipse uerò à propria ordinetur synodo, & in prouincijs ipsi subiectis locum teneat apostolicæ sedis Romanæ, secundum ea quæ sanctus Papa Vigilius constituit. Cōsimili modo & archiepiscopale munus, quod episcopo Iustinianeæ Carthaginis Africanæ diœceseos dedimus, ex quo Deus nobis hanc restituit, conseruari iubemus. Sed et aliæ ciuitates atq; horum episcopi, quibus passim in diuersis locis ius metropoliticum concessum est, in perpetuum hoc priuilegio perfruuntor. *Concordat Nouell. c. 10. in prin. his uerbis*: Vt legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi pontificatus apicem apud eam esse, nemo est qui dubitet.

Secunda regula. Filius familiâs episcopus ordinatus, patria potestate liberatur. quæ regula approbatur Nouell. c. 121. §. post ordinationem, in fine. his uerbis: Si contingat ut is qui ordinatur episcopus, sub patris sui potestate sit, ex ipsa ordinatione sui iuris esto. *Plura de hac regula uide alibi in Patria potestate.*

Tertia regula. Episcopus ordinatus liberatur à seruili & adscripticia fortuna. quæ regula approbatur d. §. post ordinationem, his uerbis: Post ordinationem tam seruili quàm adscripticia fortuna episcopos liberos esse iubemus, nisi decurio, aut cohortalis præter prædictam obseruationem ordinatus sit. Eiusmodi enim remotos ab episcopatu, curiæ aut cohorti suę restitui iubemus, ne qua ex tali fortuna sacerdotio oboriatur contumelia. Illos autem qui ante hanc nostram legem ex curiali fortuna ordinati inueniuntur episcopi, sancimus quidem, ut huiusmodi fortuna liberi sint: sed legitimam partem ex bonis suis asignent curiæ & publico, ita sanè ut nullum ecclesiastica iura detrimentum sustineant in rebus, quas post episcopatum insuper quæsitas, ad eorum ecclesiam pertinere disposuimus.

Quarta regula. Episcopus à curiali & officiali fortuna liberatur. Quæ regula approbatur d. c. 123. §. curialis, his uerbis: Curialis uel officialis qui (sicut dictum est) quindecim annis in monasterio conuersatus est, & ad episcopatum prouocatus liber à propria fortuna sit: ita tamen, ut liberatus à curia quartam substantiæ suæ partem sibi retineat, reliquis eius rebus secundum nostram legem curiæ & publico uindicandis. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi curialis, antequam quindecim annis in monasterio fuerit, clericus uel episcopus sit ordinatus. quæ exceptio approbatur d. c. 123. §. post ordinationem. cuius uerba uide ſ. reg. prox.*

Quinta regula. Ne episcopus sine permissa principis in ius perducatur, proponitur Nouell. c. 123. §. præterea nulli, ibi: Sed neq;, his uerbis: Non concedimus, ut episcopus pro pecuniaria aliqua, aut criminali causa ad ciuilem militaremue magistratum inuitus perducatur sistaturue, sine imperiali iussione: sed magistratus qui hoc uel scripto, uel sine scripto mandate præsumpserit, post cinguli detractionem uiginti librarū auri pœnam persoluito, dandam ecclesiæ, cuius episcopus perductus aut sisti iussus est: consimiliter executore quoq; post cinguli detractionem tam tormentis subijciendo, quā in exiliū mittēdo.

Sexta reg. Apud quem iudicem episcopus conueniendus, definitur Nouell. c. 123. §. præterea si qui, cum sequentibus. his uerbis: Si qui eiusdem Synodi religiosissimi episcopi, aliquam inter se controuersiam habeant, siue de iure Ecclesiastico, siue de quibusdam alijs rebus: prius metropolitanos ipsorum cum alijs duobus de sancta synodo episcopis rem dijudicato. Et nisi utraq; pars iudicatis insistat: tunc beatiss. patriarcha illius diœceseos audientiam ipsis accommodato, & illa definito quæ ecclesiasticis canonibus & legibus concinūt, neutra parte sententiæ eius contradicere queunte. Sed etsi à clerico, aut quocunque alio contra episcopū quacunq; de causa fiat interpellatio, primum religiosiss. metropolitanus secundū sacros canones & no

ſtras

ſtras leges negocium dijudicato. Si quis iudicatis reclamet, cauſa ad beatiſs. illius diœceſeos archiepiſcopum & patriarcham deferator, & ille ſecundū canones & leges huic finem adhibeto. Quod ſi contra metropolitanum iſtiuſmodi interpellatio procedat, ſiue ab epiſcopo, ſiue à clerico, aut quacunq; alia perſona: diœceſeos illius beatiſs patriarcha conſimili modo negocium diſceptato.

Septima regula. Ne iudicio ſiſti, aut iudicatum ſolui cauere teneantur, proponitur d.c.123.§.pro quibuſcunq; his uerbis: Pro quibuſcunq; cauſis epiſcopi conueniuntur, ſiue apud ſuum metropolitanum, ſiue apud patriarcham, ſiue apud alios quoſcunq; iudices: nulla ab ijs fideiuſsio, aut confeſsio de lite exigitor: ita tamen, ut & ipſi ſtudeant illatis ſibi accuſationibus ſe eximere.

Octaua regula. Sportulas epiſcopus ſoluere non cogitur. quæ regula approbatur d.c.123. §. epiſcopus eu-tui uerba uide ſ.cap 3.reg.16.

Nona regula. Ne epiſcopus Eccleſiæ ſuæ nomine cõueniatur, proponitur d.§.epiſcopus.

Decima regula. De pœna eius qui per calumniam epiſcopum accuſauit, proponitur l 22. in prin. C.de epiſcopis & clericis, hiſce uerbis: Si qua per calumniam poſtulatio ſuper criminalibus cauſis apud competentem iudicem, depoſita exhibitionis cauſa fuerit, ſacroſanctæ religionis antiſtitis: triginta pondo auri condemnatione publicis calculis inferenda, ut percellatur præcipimus.

Vndecima regula. Epiſcopus ad dicendum teſtimonium cogi non poteſt. quæ regula approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. Lib. 7. cap. 4. de examinan. teſtib. quæſt.1.except.13.

Duodecima regula. De compromiſſo in epiſcopum, proponitur l.7.C. de epiſcopali aud. his uerbis: Si qui ex conſenſu apud ſacræ legis antiſtites litigare uoluerint, non uetabuntur: ſed experientur illius in ciuili duntaxat negocio more arbitri ſponte reſidentis iudicium: quod his obeſſe non poterit nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen coactos potius adfuiſſe quàm ſponte ueniſſe conſtiterit. *De eadem re proponitur l. 8.C. eod. tit. his uerbis.* Epiſcopale iudicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint: eamq; illorum iudicationi adhibendā eſſe reuerentiam iubemus, quam ueſtris referre neceſſe eſt poteſtatibus, à quibus non licet prouocare. Per iudicum quoque officia ne ſit caſſa epiſcopalis cognitio, definitioni executio tribuatur.

Decimatertia regula. De bonis epiſcopi ab eo non alienandis, proponitur Nouell. c. 131. §. interdicimus. his uerbis: Interdicimus religioſiſsimis epiſcopis, ne res mobiles, aut immobiles, aut ſeipſas mouentes, quæ poſt adeptum epiſcopatum quocunque modo ad ipſos peruenerunt: ad cognatos ſuos, aut qualcunq; alias perſonas ullo modo transferant. Ad redemptionem tamen captiuorum, & alimoniam pauperum, item in alijs piis cauſae, neque non pro utilitate eccleſiæ ſuæ, ex his expendere licentiam habento. Et ſi quid ex talibus rebus poſt illorum obitum in patrimonio illorum permanſerit: iubemus, ut hoc ad dominium ſacroſanctarum eccleſiarum, in quibus geſſerunt ſacerdotium, pertineat. In illis enim rebus tantummodo alienandi, aut quibus tantum uoluerint relinquendi, ipſis licentiam concedimus, quas aut ante epiſcopatum habuiſſe comprobati fuerint, aut poſt epiſcopatum ad ipſos ab ijs peruenerint, qui generis proximitate eos contingebant, quibus ab inteſtato poterāt uſq; ad quartum gradum ſuccedere. Atq; omnia hæc, quæ de rebus poſt epiſcopatum ad religioſiſs. epiſcopos prouenientibus dicimus: in reuerendiſs. item orphanotrophis, & ptochotrophis, & noſocomis, & gerótocomis, & xenodochis, & omnibus alijs uenerabilium ædium diſpenſatoribus ualere ſancimus: & hoc quo ad res, quæ diſpenſationis ſuæ tempore prędicto modo ad ipſos peruenerint. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi in pias cauſas alienauerit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Ad redemptionem tamen captiuorum, & alimoniam pauperum, &c. *Secunda exceptio eſt: Niſi eas res quas ante epiſcopatum habuit, alienauerit. Hæc exceptio approbatur propoſitis uerbis hiſce*: In illis enim rebus tantummodo alienandi, aut quibus, &c.

Tertia exceptio eſt: niſi res à cognatis ſuis adquiſitis alienet. Hæc exceptio approbatur ſupradictis uerbis hiſce: Aut poſt epiſcopatum ad ipſos ab ijs peruenerint, qui generis proximitate eos contingebant, &c.

Decimaquarta regula. Mortuo epiſcopo Eccleſia illi ſuccedit. quæ regula approbatur uerbis ſupradictis hiſce: Et ſi quid ex talibus rebus poſt illorum obitum, &c *Concordat d.c.1,1.§.quod ſi quis.c. cuius uerba uide ſ cap. 3. reg. 4. Hactenus de Epiſcopis ſit dictum.*

DE RELIQVIS PERSONIS Eccleſiaſticis. Cap. VII.

I. DE PRESBYTERIS, DIACOnis & lectoribus.

P*Rima regula. De his ordinandis, qui & quales ordinandi, proponitur Nouell.c.123.§. presbyterū, his*

his uerbis: Presbyterum minorem annis triginta quinque fieri non concedimus. Sed neque diaconum, aut subdiaconum minorem uigintiquinque: neque item lectorem minorem annis decem & octo.

Altera regula. De testimonio horum, proponitur l. 8. C de episcopis & clericis. cuius uerba uide s. Lib. 3. cap. 8. quaest. 2. reg. 2. except. 3. repl. 10.

II. DE ABBATE.

De Abbate ordinando, proponitur Nouell. constit. 5. §. ordinatione, his uerbis: Ordinatione abbatum, si quando contigerit egere monasterium: iubemus, abbatem non per ordinem reuerendissimorum fieri monachorũ, nec omnino eum qui mox post primum est, nec qui post illum secundus est, neque tertium, aut reliquos hoc quod etiam alia lex nostra dicit: sed Deo amabilem locorum episcopum percurrere quidem, consequenter per omnes (non enim exhonorandum est omnino tempus, & ex eo ordo) & eum qui apparuerit optimus, inter monachos optimos constitutus, & dignus praesulatu eorum: hunc eligere, eo quòd humana natura talis est, ut neque omnes per ordinem inter summos boni, neque rursus omnes inter nouissimos mali constituti sint: sed procedat quidem secundum gradum antistitis inspectio: qui uerò prior, mox inter numeratos optimus apparuerit, is Abbas sit, & ordinem simul, & uirtutem suffraganiem habens. oportet enim eos qui discernunt, quod melius est à peiore aliud quidem ad regendum dimittere, aliud uerò inclinari iubere, & paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius adducere. *Concordat Nouell. constitut. 123. §. iubemus autem, his uerbis*: Iubemus, ut Abbas siue archimandrita, qui in singulis existunt monasterijs, non per omnia secundum gradus monachorum, sed secundum actiones uitae creentur: sed etsi quem omnes monachi qui meliore opinione sunt elegerint, propositis sanctis Euangelijs aientes, quod non per amicitiam, aut quamcunque aliam gratiam, ipsum elegerint, sed quod eum & fide rectum nouerint, & uita honestum, & administratione dignum, quodque monachorum scientiam, & omnem monasterij disciplinam, ac statum utiliter conseruare possit, religiosiss. episcopo, sub quo monasterium constitutum est omnibus modis praesulem, qui eo modo electus est promoturo. Atque omnia haec quae de praesulum promotione à nobis disposita sunt, praecipimus item ualere in uenerabilibus monasterijs, & asceterijs mulierum.

III. DE APOCRISIARIIS.

De his proponitur Nouell. constitut. 123. §. enim uerò singula, usque ad §. Certè si quis, hisce uerbis: Singula monasteria sub aliquo censeri oportet antistite, & habere (quemadmodum diximus) quos dicunt apocrisiarios, uiros aetate graues, qui & in monastica iam disciplina impendiò decertarint, neque facilè corporis sustineant impetus, & rebus gerendis atque ipsorum usibus uacarint. Neque hoc tantùm, si uirorum monasterium sit: sed etiam si mulierum fortè sit, duo aliqui uiri, uel (si haberi possunt) eunuchi constituantur, qui amplissimo testimonio comprobati, negocia ipsarum gerant, & ineffabilem ipsis communionem, cum eius rei opportunitas erit, distribuant. Quod si illi de necessitate aliqua monasterij, aut quae unam aliquam reuerendiss. ascetriarum pertingat, necessarij aliquid dicere uoluerunt: colloquantur ea de re cum solo antistite, neque praeterea cum ulla alia mulierum, quae in eo consistant monasterio: per reuerendiss. tamen omnia conficientes ostiarias. Oportet enim & huiusmodi aliquas ad fores collocari, quae consimiliter & ingressus & exitus respicientes, tam exitus mulierũ prohibeant, quàm inaccessos uiris aditus, exceptis apocrisiarijs, reddãt. Hi autem ostiarias accedent, & aduentus sui causam exponent: antistes uerò recognita, & progressa cum his, colloquetur: ipsique ad illam referent ea quae di pensationem eorum concernunt, & necessitatem, quamobrem accesserint. Atque ita & humana pulchrè administrabuntur, & ex omni parte nullo tentata malo durabit castitas. *Ait Imperator*: Quemadmodum diximus, *scilicet ead. cõst. 133. §. porrò in sacrosancta. cuius uerba uide s. cap. 2. reg. 6.*

IIII. DE PARABOLANIS.

De numero horum & officio, proponitur l. 18 C. de episcopis & clericis, orphanotrophijs, & xenodochijs, &c hisce uerbis: Parabolanos qui ad curanda debilium aegra corpora deputantur, sexcentos constitui praecipimus, ita ut per arbitrium uiri reuerendissimi antistitis Alexandrinae urbis, de ijs qui antea fuerant, & qui pro consuetudine curandi gerunt experientiam, sexcenti parabolani ad huiusmodi sollicitudinem eligantur: exceptis uidelicet honoratis & curialibus. Si quis autem ex his naturali sorte fuerit absumptus, alter in eius locum pro uoluntate eiusdem sacerdotis exceptis honoratis, & curialibus, subrogetur: ita ut hi sexcenti

centi uiri reuerendissimi sacerdotis præceptis ac dispositionibus obsecundent, & sub eius cura consistant: reliquis quæ dudum latæ legis forma complectitur super his parabolanis, uel de spectaculis uel de iudicijs, cæterisque (sicut iam statutum est) custodiendis. *Au imp.* Sicut iam statutum est. *Scilicet l.17.C.eod.tt.cuius uerba uide s̄.cap.2.reg.11.*

V. DE OSTIARIIS.

De horum officio, proponitur Nouell. c. 123. §. & primum quidem cuius uerba uide s̄.cap.2.reg.10. Concordat d.c.131.§.quod si illi.cuius uerba uide paulo superius de Apocrisiarijs.

VI. DE MVLIERIBVS ecclesiasticis.

Prima regula. Eadem in fœminis quæ in uiris ecclesiasticis iura obtinent. quæ regula approbatur Nouell.constit. 5.§ penult. his uerbis: Quæcunque à nobis in omnibus quæ prius & quæ nunc prolatæ sunt, sacris nostris constitutionibus sunt sancita de clericis, aut monachis aut monasterijs: hæc communia ponimus & in masculis & fœminis & monasterijs & asceterijs, non discernentes (quantum ad ipsos) masculum aut fœminam, eo quòd (sicut prædiximus) unum omnia in Christo consistunt. *Concordat d. c. 5. §. si autem uxorem, in fine. cuius uerba uide s̄. cap. 3. reg. 5. except. 3. Item concordat Nouell. c.123. §. iubemus autem, in fine. cuius uerba uide paulo superius hoc capite de Abbate. Concordat item d. c.123. §. porrò in omnibus, in fine cuius uerba uide s̄. cap. 2 reg 5.*

Secunda regula. De eo qui pro mulieribus respondeat ordinando, proponitur Nouell. constit. 123. §. mulieribus, his uerbis: Mulieribus quemcunque ipsæ elegerint siue presbyterum siue diaconum ut pro ipsis respondeat, aut sanctam in eis communionem deportet: religiosissimus episcopus sub quo sunt quasi ductis sortibus attribuito, si rectæ fidei & honestæ uitæ hunc esse cognouerit. Quod si presbyter aut diaconus non sit qui ab ipsis electus est, dignum autem tali ministerio episcopus iudicet: ordinatione ei imposita, qua dignus esse uidebitur, respondendi (ut dictum est) muneri eum pro monasterio attribuito: ita tamen ut neque qui eo modo ad ea quæ pro mulieribus respondenda sunt, electus est, in monasterio maneat.

Tertia regula. De apocrisiarijs mulierum, proponitur Nouell.c.123.§. enimuerò singula. cuius uerba uide s̄.eod.cap.de Apocrisiarijs.

Quarta regula. Ne mulieres è monasterio in ius producantur, proponitur Nouell. c. 134. §. enimuerò in fine, his uerbis: Monastriam aut ascetriam nullo actiouis genere è suis abstrahi monasterijs, aut asceterijs concedimus. *Concordat Nouell.c.123. §. si quando, ibi: Nulla tamen, his uerbis:* Nulla monastria aut ascetria e monasterio abstrahatur, sed procurator ab ijs constituatur, qui de eo negocio respondeat.

Quinta regula. De pœna si quis eam quæ sanctimonialem uitam colit, rapuerit, sollicitauerit aut constuprauerit, proponitur Nouell. constit. 123. §. si quis ascetriam, his uerbis: Si quis ascetriam aut diaconissam, aut monastriam aut aliam mulierem, quæ sanctimonialem uitam colit, habitumque gestat, rapuerit aut sollicitauerit, aut constuprauerit: iubemus, ut tam huius res quàm eorum qui in eiusmodi se scelere huic sociarunt, uenerabili loco in quo talis mulier habitabat, per religiosiss. locorum episcopos & eorum œconomos, neque non & cuiusque prouinciæ præsides ac cohortes eorum uindicentur. Qui uerò talia deliquerunt, aut sceleris cum ipsis societatem habuerunt, periculum quod ex lege irrogatur sustineant. Eiusmodi quoque mulier ubique requiratur, & cum rebus suis conijciatur in monasterium, in quo cautius adseruari possit, ne rursus in eodem deprehendatur crimine. Planè si diaconissa sit, & filios habeat legitimos, legitima pars dator filijs. Si intra annum quàm eiusmodi scelus innotuit, istiusmodi res à uenerabilibus domibus uindicatæ non erunt: iubemus, ut omnibus modis comes rerum priuatarum nostro eas fisco addicat: præside locorum qui ut eas res uindicaret, ad sollicitudinem suam non reuocauerit, cingulo spoliando, mulctaque ab eo quinque librarum auri per comitem rerum priuatarum exigenda. *Plura de hac re uide s̄. Lib. 4. cap.3.*

Sexta regula. Etiam à fœmina sanctimoniali in pias causas relictum ualet. quæ regula approbatur l. 13.C.de sacrosanctis ecclesijs, hisce uerbis: Generali lege sancimus, siue uidua siue diaconissa, uel uirgo Deo dicata uel sanctimonialis mulier, siue quocunque alio nomine religiosi honoris uel dignitatis fœmina nuncupata: uel testamento uel codicillo suo (quod tamen aliàs omni iuris ratione munitum sit) ecclesiæ uel martyrio, uel clero, uel monacho, uel pauperibus aliquid, uel ex integro uel ex parte in quacunque re uel specie crediderit relinquendum: id modis omnibus ratum firmumque consistat: siue hoc institutione, siue substitutione, seu legato aut fideicommisso per uniuersitatem seu speciali, siue scripta siue non scripta uoluntate fuerit derelictum: omni in posterum in huiuscemodi negocijs ambiguitate submota.

VII. DE

VII. DE DIACONISSIS.

Prima regula. De ordinandis hiſce, proponitur l. 9. C. de epiſcop. & clericis, hiſce uerbis: Nulla niſi emenſis quinquaginta annis ſecundum præceptum Apoſtoli ad diaconiſſarum conſortium transferatur. *Concordat Nouell. 6. §. quanta igitur, his uerbis:* Quanta ſuper uenerabiles clericos a nobis dicta ſunt, hæc etiam ſuper Deo amabilibus diaconiſsis intelligi uolumus, ut neq; ipſæ citra obſeruationem fiant: ſed primum quidem eis ætatem neq; nouellam eſſe neq; creſcentem nec hac occaſione ad delinquendum proſiliant, ſed ſuper mediam conſtitutas ætatem, & circa quinquaginta annos ſecundum diuinas regulas agentes: ſicq; ſacram promereri ordinationem aut uirgines conſtitutas, aut quæ unius uiri fuerant uxores: non enim permittimus neque ſecundas contrahentibus nuptias, neque uitam non habentibus (ut diximus) irreprehenſibilem, omnique ſuſpicione liberam ad ſacrum uenire miniſterium, & adorandis miniſtrare baptiſmatibus, & alijs adeſſe ſecretis quæ in uenerabilibus miniſterijs per eas ritè aguntur. Si uerò quædam neceſsitas fiat & minorem ab hac ætate quàm diximus ordinari diaconiſſam contigerit: liceat eam in aliquo uenerabilium aſceteriorum deſtinari, in quo habitare poſsit nequaquam admiſta uiris, neque ſuo habitans arbitrio, ſed uitæ ſeparatæ & modeſtæ à conuenienti multitudine bonum teſtimonium habens, uolumus autem & ipſas quæ ad ordinationem perducuntur diaconiſſas, ſiue ex uiduitate ſiue ex uirginitate, non cum aliquo cohærere aut cognatorum aut eorum quos appellant dilectos (talibus enim nominibus utentes maligna ſuſpicione ſuam replent uitam) ſed aut ſolæ habitent aut cum parentibus ſolis & filijs aut uerè fratribus, aut cum his de quibus ſi quis ſuſpicari aliquid præſumpſerit malignum, ipſe inſipiens ſimul & impius forſan putabitur. Et ſi dicatur tale aliquid de aliqua earum quæ in diaconiſſarum ordinationem ingredi uult, quòd alicui adhæſerit ſub imagine quidem bonæ appellationis, cum maligna uerò ſuſpicione: non oportet huiuſmodi mulierem perduci omnino ad ordinationem diaconiæ. Nam etſi ordinetur & tale aliquid egerit, & cohæſerit alicui cum prædicto nomine aut ſchemate: cadat quidem ipſa à diaconia & tam ipſa quàm ille ſubiecti erunt huic legi. & reliquis quæ corruptores puniunt. Oportet enim omnes quæ ordinantur uenerabiles diaconiſſas tempore ordinationis etiam moneri, & coram reliquis quæ dudum ſunt uenerabiles diaconiſſæ, ſacrorum audire mandatorum præcepta ut & ipſæ Dei timorem habeant, & adhærentem ſacris mandatis fiduciam, timeant autem & confundi, & ſacro cadere ordine: ſcituris quòd ſi præſumpſerint aut erubeſcentes ordinationem, aut derelinquentes ſacrum miniſterium ad nuptias uenire, aut aliam omnino uitam elegerint: ipſæ quidem obligatæ efficiuntur morti, & ſubſtantia earum applicabitur ſanctiſsimis eccleſijs, aut monaſterijs in quibus ſunt: qui uerò eas aut in uxores accipere, aut corrumpere præſumpſerint, obnoxij quidem & ipſi gladio erunt, ſubſtantia autem eorum applicabitur fiſco. Si enim in antiquis legibus illis, quæ in eorũ errorem uocabantur, mortis incumbebat periculum, corruptis: quomodo non magis nos in his quę à Deo glorificantur [i]dem definimus pudicitiã quę quàm maximè mulieres exornat conſeruari uolentes: cum cõueniat uenerabilibus diaconiſsis [u]t & quod naturam decet cuſtodiant, & quod debetur ſacerdotio conſeruent. *Propoſitæ regulæ cõcordat Nouell. c. 123. §. presbyterum, in fine, his uerbis:* Diaconiſſa in ſancta eccleſia nõ ordinator, quæ minor quadraginta annis ſit, aut ad ſecundas peruenit nuptias.

Altera regula. Ne diaconiſſa cum uiro habitet. Hæc regula approbatur Nouell. c. 123. §. diaconiſſam quoque, his uerbis: Diaconiſſam nulla ratione cum uiro ex quo in honeſtæ uitæ ſuboriri poteſt ſuſpicio habitare cõcedimus. Quod ſi hæc non obſeruauerit, ſacerdos cui ſubdita eſt hanc admoneto, ut omnibus modis talem uirum domo ſua eijciat. Si hoc facere differat, eccleſiaſtico miniſterio, & ſuis ſpoliata diarijs in monaſterium traditor, & illic omne uitæ ſuæ tempus ad finem uſque tranſigito, bonis eius ſi filios habeat inter ipſam & illos pro perſonarum numero diuidendis, ut portionem quæ ipſi mulieri competit monaſterium percipiat & eam alat. Si filios non habeat, omnis eius ſubſtantia inter monaſterium in quod conijcitur, & eccleſiam in quam prius ordinata fuit. æquis portionibus diuiditor. *Concordat Nouell. c. 6. §. quanta ſuper, ibi: Volumus autem. cuius uerba uide ſ. reg. proxim. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi cum eo habitet, ex quo nulla poſſit ſuboriri ſuſpicio. quæ exceptio approbatur d. uerſ. uolumus.*

Tertia regula. De pœna ſi diaconiſſa nupſerit uel uitæ genus mutauerit, proponitur d. §. quanta, ibi: Sciturіs quòd ſi præſumpſerint. cuius uerba uide ſ. reg. prox. Hactenus de Perſonis dictum eſt. Nunc de Rebus eccleſiæ dicendum, primùm in genere, deinde in ſpecie.

DE REBVS ECCLEsiæ in genere. Caput VIII.

I. DE ADQVIRENDIS rebus Ecclesiæ.

PRima *causa. Si legatum sit, uel in testamento relictum Ecclesiæ uel ad pias causas. Hæc causa approbatur l.14. §. uerùm. C. de sacrosanctis ecclesijs, hisce uerbis*: Siue testamento quocunq; facto iure siue codicillo, uel sola nuncupatione legato, siue fideicommisso, aut mortis causa donatione, aut alio quocunq; ultimo arbitrio, aut certè inter uiuentes habita largitate, siue contractu uenditionis, siue donationis aut alio quocūq; titulo quisq; ad uenerabilē ecclesiam patrimoniū suū partemúe certá patrimonij in fundia, prædijs, siue domibus, uel annonis, mancipijs & colonis eorumq́; prædija uoluerit pertinere: inconcussa ea omnia sine ulla penitùs immutatione conseruentur. *Concordat l. 1. C. eod. tit. his uerbis*: Habeat unusquisq; licentiā sanctissimo catholico, uenerabiliq; concilio decedēs bonorum, quod optauerit relinquere: & non sint cassa iudicia eius. nihil enim est, quod magis hominib. debeatur, quàm ut supremæ uoluntatis postquā iam aliud uelle non possunt, liber sit stylus: & licitum, quod iterum non redit arbitrium. *Huius causæ seu regulæ exceptio uidetur esse talis: Nisi mulier Ecclesiastica legauerit: uerùm hæc exceptio reprobatur l. 11. C. de sacrosanct. eccles. cuius uerba uide s. cap. prox. de mulieribus reg. 6. Plura de causa proposita uide in Comment. de Legatis.*

Secunda causa. De salarijs, quæ ecclesijs præbētur, proponitur l. 12. §. fin. C. de sacrosanct eccles. hisce uerbis: Quia humanitatis nostræ est, egenis ꝓspicere, ac dare operā, ut pauperib. alimēta nō desint: salaria etiam, quæ sacrosanctis ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoq; incōcussa, & à nullo prorsus imminuta præstari: liberalitatiq; huic promptissimè perpetuam tribuimus firmitatem.

Tertia causa est. Donatio, de qua cum alijs similibus, proponitur l. 14. §. uerùm siue. C. de sacrosanctis ecclesijs. cuius uerba uide s. causa 1. Concordat Nouell. c. 37. in prin. cuius uerba uide j. cap. 10. reg. 2. except. 4. Concordat item d. c. 37. §. penult. & ultim. his uerbis: Ecclesijs Africæ ab aliquo pro sua ipsius salute oblata, à nemine prorsus auferuntor. Hoc ipse generaliter de omnibus ecclesijs accipito. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi donatio actis non sit insinuata. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 16. C. eod. tit. cuius uerba uide in Comment. de Donationib. cap. 2. except. 30. repl. 7.*

Quarta causa. Conductio alienarum possessionum, proponitur Nouell. c. 123. §. cæterū si ecclesijs. cuius uerba uide s. cap. 2. reg. 14. except. 1.

II. DE REDHIBENDIS rebus damnosis.

Si res adquisita Ecclesiæ damnosa est, redhiberi potest. quæ regula approbatur Nouell. constitut. 7. §. sicut autem, his uerbis: Sicut damnosas alienationes prohibemus, sic & damnosas possessiones interdicimus: multæ enim apud nos motæ sunt quæstiones, ubi quidam minus idonea prædia donauerunt sanctissimis ecclesijs, aut uenerabilibus domibus, aut etiā uendiderunt tanquam idonea, cum utique sterilia à principio essent, & ex hoc sterilib. domibus nocuerunt. Interdicimus igitur rectoribus uenerabilium domorum tale aliquid agere, aut certè cognoscere: quia si nō cum omni subtilitate fecerint contractus, sed fœnea quædam possessio, aut damnosa detur ecclesijs, aut monasterijs, aut xenodochijs, aut nosocomijs, aut alijs uenerabilibus collegijs: contractus quidem pro non facto erit, & recipiet omninò, qui dat, quod per circumuentionem & fallaciam datum est. Oeconomus autem qui talé aliquid egerit, aut abbas, aut xenodochus, aut nosocomus, aut ptochotrophus, aut orphanotrophus, aut gerontocomus a de suo ei qui dedit, saluabit ex hoc damnum. Si uerò sic causa fingeretur, ut etiam aliquod aurum pro hoc detur, & hoc lucrabitur, quidem uenerabilis domus, quæ fœneum aliquod acceperit: qui uerò aurum dedit, habebit contra eum qui contractum celebrauit ex hoc actionem sicut prædiximus. *Concordat Nouell. constitutio 120. §. enimuerò si qui, his uerbis*: Si qui cuicunque uenerabili domui, siue in regia ciuitate, siue in prouincijs positæ steriles possessiones donauerint, aut uendiderint, aut alio modo præstiterint, aut reliquerint: iubemus, ut nullum pro ijs rebus damnum uenerabilis domus, ad quam talis peruenit possessio sustineat, aut tributorum nomine, uel quacunque alia de causa prægrauetur, sed omne id onus in eos qui dederunt, hæredesúe eorum deuoluatur cogendos recipere huiusmodi possessiōes, & de patrimonio suo omne dispendium uenerabili domui ex hac illi causa proueniens restituere. Sed & si huiusmodi dolus in ea re subsequatur, ut pro eo uenerabili domui certa detur pecuniæ summa: iubemus, ut & hanc sibi ea uenerabilis domus lucro habeat: steriles autem res ei qui dedit, aut omnimodò hæredibus eius restituat.

X III. DE

III. DE NON ALIENANDIS rebus Eccleſiæ.

Regulariter res Eccleſie alienari non poſſunt. quæ regula approbatur l.14. C. de ſacroſ. eccleſijs, hiſce uerbis: Impp. Leo & Anthemius A A. Annaſio: Iubemus nulli poſthac archiepiſcopo in hac urbe regia ſacroſanctæ orthodoxæ eccleſiæ præſidenti, nulli Oeconomo cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, eſſe facultatem fundos uel prædia (ſiue urbana ſiue ruſtica) res poſtremò immobilea, aut in his prædijs colonos uel mancipia conſtituta, aut annonas ciuiles cuiuſcũq; ſuprema uel ſuperſtitis uoluntate ad religioſas eccleſias deuolutas ſub cuiuſcunq; alienationis ſpecie ad quamcunq; transferre perſonam: ſed ea etiam prædia diuidere quidẽ, colere, augere & ampliare, nec ulli ijſdem prædijs audere cedere. Verùm ſiue teſtamẽto quocunq; facto iure ſeu codicillo uel ſola nuncupatione legato ſiue fideicõmiſſo, aut mortis cauſa donatione, aur alio quocunq; ultimo arbitrio, aut certè inter uiuentes habita largitate, ſiue contractu uenditionis, ſiue donationia, aut alio quocunq; titulo quiſq; ad pręfatam uenerabilem eccleſiam patrimonium ſuum, partem'ue certá patrimonij in fundis, prædijs ſiue domibus, uel annonis, mãcipijs & colonis eorũque pecul ijs noluerit pertinere: inconcuſſa ea omnia ſine ulla penitus immutatione conſeruentur. Scientes nulla ſibi occaſione uel tempore ad uiciſsirudinẽ beneficij collati aut gratiæ referendæ, donandi uel certè hominibus uolentibus emere alienandi aliquam facultatem permiſſam: nec ſi omnes cum religioſo epiſcopo & Oeconomo clerici in earum poſſeſsionum alienationẽ conſentiant: ea enim quæ ad beatiſsimę eccleſiæ iura pertinent uel poſthac fortè peruenerint, tanquam ipſam ſacroſanctam eccleſiam, & religioſa intacta conuenit uenerabiliter cuſtodiri: ut ſicut ipſa religionis & fidei mater perpetua eſt, ita eius patrimonium iugiter ſeruetur illæſum. Sanè ſi hæc noſtrę perennitatis ſtatuta audaci ſpiritu, & mente ſacrilega quiſquam oeconomorum uel hominum temeranda crediderit, ipſe quidem qui proteruo auſu eccleſiaſtica prędia donationia, uel emptionis ſeu commutationis titulo, uel cuiuſcunque contractus alterius nomine (niſi eo modo quo nũc ſtatuimus) adquirere uel habere tentarit, omnem huiuſmodi fructum propriæ temeritatis amittat, & precia quidem & munera, quæ eius gratia data fuerint Oeconomo ſiue alijs cuiuſcunque perſonis Eccleſiæ lucris & commodis adquirantur. Prædia autem & in his omnia conſtituta ab ipſis clericis & temporalibus Oeconomis cum fructibus ſeu penſionibus uel acceſsionibus totiua medij temporis uindicentur, ut tanquam penitua à nullo empta uel uendita teneantur: quia ea quæ contra legea fiunt, pro infectis habenda ſunt. Oeconomus autem qui hoc fecerit, imò fieri paſſus fuerit, uel in quacunque proſus huiuſmodi uenditione ſeu donatione uel cõmutatione (niſi ea quæ præſenti lege concedimus) poſtremò in quacunque alienatione conſenſerit: commiſſa ſibi Oeconomatus adminiſtratione priuetur, deque eius bonis quodcunque exinde incommodum eccleſiæ contigerit reformetur, hęredesq; eius & ſucceſſores ac poſteri ſuper hoc facto ſiue conſenſu competenti, ab eccleſiaſticis perſonis actione pulſentur: ijs tabellionib. qui huiuſmodi cõtractuũ uetitorum auſi fuerint inſtrumenta conſcribere, irreuocabilis exilij animaduerſione plectendis: ijs quoq; iudicibus uel ius geſtorum habentibus, qui huiuſcemodi donationum uel cõtractuum geſta confecerint, dignitatis propriæ & bonorum omnium ſpoliatione damnandis. Sanè ne omnis religioſis Oeconomis cõmodæ prouiſionis uia & occaſio uenerãdis eccleſijs profutura uideatur excluſa: id quod utile plerunque iudicatur ſub cautelæ obſeruatione neceſſario procedere concedimus. Si quando igitur uir religioſus Oeconomus huius regiæ urbis eccleſiæ proſpexerit expedire, ur deſideranti cuiquam certarum poſſeſsionum atque prędiorum (urbanorum ſcilicet ſiue ruſticorum) ad ius eccleſiaſticum pertinẽtium temporalis uſuſfructus poſſeſsio pro ipſius petitione pręſtetur, tunc eius temporis quod inter utroſq; conuenerit, ſiue in diem uitæ ſuæ ab eo qui deſiderat, poſtuletur: pacta cũ eo qui hoc elegerit ineat Oeconomus atq; conſcribat, per quæ & tempus intra quod hoc præſtari placuerit ſtatuatur, & manifeſtum ſit quod quiſque acceperit adinuicem huiuſmodi beneficij gratia: præſtando quidem eccleſiaſtici prædij pro tempore uſumfructũ, poſt ſtatutum autem tempus & placitum temporum proprietate ad dominium & ius eccleſiaſticum recurrente firmiter: ita ſcilicet ut ſiue completu ſpacio quod fuerit inter eos cõſtitutum, ſeu mortis ſuæ tempore (ſi hoc quoque conuenerit) ia qui poſſeſsionem eccleſiaſticam, & certorum redituum uſumfructum habendi gratia interueniente pacto ſuſceperit, non minus quàm alterius tantæ quantitatis quantam acceperat, redditus cum ipſorum prædiorum dominio & rebus immobilibua, eorũq; colonis & mancipija eccleſiæ derelinquat: niſi e-

nim

nim hæc conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non ualere: sed possessionem Ecclesiasticam tanquam nullo iure transscriptá in iure ipsius atq; dominio permanere, & ab ecclesiasticis siue œconomis decernimus uindicari. *Cõcordat proposito reg. Nou. c. 7. in prin. usq; ad §. Vt autem lex. his uerbis:* Vnam intentionem hanc semper proponimus, omne qdquid prius imperfectũ aut cõfusum uidebatur, hoc & expurgare & perfectũ ex impfecto declarare, qđ etiã in omni legislatione facientes credimus oportere, & in alienationibus quæ sunt super sacris rebus una complecti lege quæ priores omnes & renouet & emendet, & quod deest adijciat, & quod superfluum est abscindat. A Leone siquidẽ bonæ memoriæ, qui post Constantinum piæ memoriæ Christiana fide iure cæteros Imperatores principatum auxit & cõstituit sacrarum ecclesiarum honorem & disciplinam, scripta lex est de alienationibus Ecclesiasticis, conclusa in sola huius fœlicissimæ ciuitatis sanctissima maiore ecclesia. Et laudamus plurima huius legis cum omni uehementia & Dei cultura posita: sed eo quòd non generaliter posita est in omnibus, indigere etiam eam quadã correctione credimus. Ab Anastasio quoq; piæ memoriæ scripta quædam de talibus lex est, neq; similis priori & omnino minus habens: effusa nanq; & per loca foris posita nihilominus mansit imperfecta, eo quòd ad solum sacerdotium & diœcesin respiciat cõstitutam sub beatiss. patriarcha huius regiæ & fœlicissimæ ciuitatis, alias autem omnes nõn perscrutata sedes, cum utiq; dignam correctione eam esse arbitratur, propter quam occasionem alia quidem corrigebat, alia uerò incomposita relinquebat. quá ob rem eá quoq; uacare de cætero sancimus, utpote imperfectam & loco circumclusam, & non generalẽ inter leges existentem, neq; aliquid studiosum introducentẽ. Hæc ergo nos omnia emendantes uná existimamus legislationem omnibus sanctissimarum ecclesiarum, xenodochiorum, nosocomiorum, monasteriorum, brephotrophiorum, gerontocomiorũ, & totius sacrati collegij rebus imponendam, & hanc legem Leonis piæ memoriæ constitutioni adijciendam esse: prius quidem breuiter legislationem exponentes, sicque omne quod reliquum est intexentes. Vult autem illa neque Deo amabilem archiepiscopum & patriarcham huius fœlicissimæ ciuitatis seu sanctissimæ maioris ecclesiæ neque Oeconomum uendere aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forsan aut agrum aut colonum, aut mancipia rustica aut ciuiles annonas (nam & hæc inter immobilia numeranda sunt, quæ competunt Constantinopolitanę sanctiss. maiori ecclesiæ) sed neque pro ulla compensatione aut qualibet alia circumuentione tale aliquid agi. Et interminatur emptori quidem rei restitutionem, ut reddat pro tempore Oeconomo rerum sanctiss. ecclesiæ rem quam ipse perceperit cum omni medij temporis fructu & alijs lucris casu imminente preciorũ ei qui tale aliquid accipere aut comparare præsumpserit: cum etiã hoc quidem quod contra leges actum est, ita ponat ac si neque à principio gestum sit. Oeconomum uerò hæc præuaricantem dare quidem de suo sanctissimę ecclesiæ iubet omne quidquid ex ea causa lucratus est, aut sanctissimæ ecclesiæ damni intulit. Super hoc autem etiam excludit officio Oeconomum, & dat actionem sanctissimæ ecclesiæ non solum contra Deo amabiles Oeconomos, sed etiam contra successores eorum siue ipse hæc alienauerint, siue pro tempore Deo amabilem episcopum, aut alium quempiam clericorum uidentes alienantem degeneri & illiberali taciturnitate passi sunt, & multo potius si cum uiderent consentientes, tale aliquid permiserunt, & non prohibuerunt. Ad hæc autem etiam tabellionem qui talia cõfecit instrumenta perpetuò tradit exilio, nullam ei clementiam neque reuersionem participans. ipsos quoque maximos iudices qui ad hęc accediit, & talibus ministrãt causis, aut confici apud semetipsos monumenta pro confirmatione talium donationum aut aliorum actuum patiuntur, cingulo & dignitate & substantia interminatur excludere. Hæc igitur increpans uehementer, permittit rei ecclesiasticæ usum, aut qui uocatur ususfructus sub certo quodam tẽpore, aut etiam usque ad uitam percipientis dare sanctissimã maiorem ecclesiã, sub hac tamẽ definitione, ut is qui hanc accepit munificentiam eiusdem quãtitatis rem recompenset sanctissimæ maiori ecclesiæ iure proprietatis, ex qua possit eundem redditum sanctissima ecclesia habere quantum ille ex usu accepit, post percipientis utique mortem aut post definitum tempus, usu uidelicet & usufructu datæ ecclesiasticę rei ad sanctissimam maiorem ecclesiam redeunte, & item usu donatæ rei cum proprietate sanctissimæ ecclesiæ uindicãdo: talem hanc que cõtractum sine periculo esse ponit lex. Si uerò minoris fuerit quàm quod datur à sanctissima ecclesia, illud quod compensatur ei, cuius mox quidem percipiet proprietatem, sperat autẽ & usum accipere: infirmũ contractũ & pro non facto ponit, datq; licẽ

tiam uendicationis, utpote circumuentione cõtra ius sanctissimæ ecclesiæ facta. Lex itaq; talia sub breuitate decernit, & mulctã imponit, & usq; ad rea sanctiss. maioris ecclesiæ stat solummodo, & quanquam omnem perimit circumuentionẽ quam prædiximus: non tamen retinere calliditatem postea insurgentium ualuit. Quidam enim dudum hoc, quod uocatur ius Colonariũ (est autem colonarium ius, ueluti si domum ualentem centum solidos, & præstantem pensionem solidos decem accipiat quis ab ecclesia, & det pro ea solidos centum seu amplius, aut etiam minus, & quasi iam de proprio aggrauet se dare singulis annis, quasi pensionis nomine solidos tres. Ista autem appellatur Parœcus. Sed ipsam domũ sub tam parua pensione in perpetuum, & ipse & hæredes eius possidebant) adinuenientes, neque nostris legibus, neque cuiusquã omnium notum circumuentionem, non paruam meditati sunt contra legem, perpetuas penè excogitantes alienationes, quod nos de cætero agi prohibemus, & pro eo ipso conscripsimus legem. Dudum autem & ad emphyteusin respexerunt, & imminuerunt plurimam quãtitatem ueri redditus, illis qui emphyteusin accipiũt, præstãtes hi qui rebus quidem sanctissimæ maioris ecclesiæ prȩsidebant. Ideoq; nos in quadã cõstitutionũ nostrarum definimus, quidẽ usq; ad personas tres emphyteusin fieri accipiẽtis, & duorum aliorum successorum, hoc etiam super rebus sanctissimȩ maioris ecclesiæ fieri permittentes: non autem ultra sextam partem propter fortuitos casus, emphyteusin accipientes reuelari sancientes. Quia uerò didicimus, sic effuse & impiè ab aliquibus fieri documenta, ut neque sexta relinquatur sanctissimæ ecclesiæ pars, reliquis omnibus emphyteusin accipientibus donaris. porrò autem Anastasius piæ memoriæ gesta monumentorum, constituens fieri super alienationibus, sic ut etiã huius rei tempus adijceretur, & emphyteusin statuens, sine gestis quidem usq; ad solam uitam accipientis emphyteusin, cum gestis autem in perpetuum eam extendens, neq; perfectam fecit, neq; utilem legem & undique imperfectam, usq; ad solam diœcesin patriarchicȩ sedis huius fœlicissimæ ciuitatis (sicut prædiximus) legislationẽ statuẽs.

Nos igitur (iam enim ad legẽ ueniẽdum est) sancimus, neq; sanctissimã huius fœlicissimæ ciuitatis maiorem ecclesiam, neq; sub ea constitutas ecclesias, quarum ipsa erogationem suscepit (sicut eam Anastasius piæ memoriæ interpretatus est) neq; alias omnes ecclesias, in hac fœlicissima existentes ciuitate, aut circa eius confinia, neq; sub patriarchica sede huius fœlicissimȩ ciuitatis constitutas, quarũ metropolitanos ipse ordinat, neque aliũ ullũ ubicunq;, siue patriarchã, siue episcopũ (dicimus autem, & eos qui in Oriente, & qui in Illyrico, insuper & in Aegypto, & Licaonia atque in Lycia, & eos qui in Africana prouincia, atque ut strictim dicamus per omnes nostræ ditionis terras, nec non qui in Occidẽte sunt, Deo amabiles episcopos ab ipsa seniore Roma usq; ad Oceanũ consistentiũ, sanctissimarũ orthodoxarũ ecclesiarũ) neque aliquem xenodochum, aut ptochotrophũ, aut nosocomum, aut orphanotrophũ, aut brephotrophum aut gerontocomũ, aut monasteriorũ (uirorum uel mulierũ) abbatem seu abbatissam, aut quẽlibet omnino prȩsidentẽ uenerabilibus collegijs, licentiã habere, alienare rem immobilẽ aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in huiusmodi consistentẽ, neque rusticũ mancipiũ, neque ciuilẽ annonã, nec per specialis pignoris occasionẽ tradere creditoribus. Alienationis autẽ nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus, & uenditionẽ, & donationẽ, & commutationẽ, & in perpetuũ extensam emphyteusin, quȩ non procul ab alienatione cõsistit, sed omnes ubiq; sacerdotes ab huiusmodi alienatione prohibemus, subdendos pœnis quibus Leonis piæ memoriæ, usa est constitutio. Illam nanque per omnia ualere, & ratam esse sancimus. Præterea autem proposuimus, & protulimus, & conscripsimus hanc legem, non paterna uoce, sed hac communi & Græca, ut omnibus sit nota propter facilem interpretationẽ. Quod itaq; iam præterijt, relinquimus: nam documenta tam longo ab hinc tempore facta, denuò commouere multæ erit tergiuersationis. Quapropter quȩ usq; huc hactenus extant, proprium habeant uigorem: de cȩtero autem omnẽ alienationẽ interdicimus, prædictas eis pœnas imponentes. *Concordat insuper propositæ regulæ* Nouell. *c. 120. §. 1. his uerbis*: Sancimus, ut qui sacrosanctȩ in urbe regia maioris ecclesiæ, aut orphanotrophij, aut xenodochij, aut ptochotrophij, aut nosocomij, aut alterius uenerabilis domus in regia ciuitate aut eius territorio constitutæ (exceptis uenerabilibus monasterijs) res gubernant: hi nullã licentiam habeant uendere, aut donare, aut permutare, aut remunerandæ donationis gratia dare, aut quacunque alia forma alienare, uel rem immobilẽ, uel ciuilẽ annonam, uel rusticum mancipiũ: nisi cum imperiali domo instituatur permutatio, & quidẽ solum. Sed neq; colonario iure dari aliquid per-

pmittimus. *Cõcordat d.c.120.§.si contra ea,usq; ad §.fin. his uerbis*: Si contra ea quæ præsente à nobis lege interdicta sunt, contractus aliquis in rebus mobilibus & immobilibus, quæ ad unam aliquam prædictarum uenerabilium domuum pertinent, celebretur: non tantum sacrosanctæ ecclesiæ.aut uenerabili domui ea res, in qua tale quid subsecutum est, cum medij temporis fructibus restituitor, sed etiam precium, aut quod remunerandæ donationis, aut permutarionis, aut alterius cuiuscunq; causæ nomine darum est, spud ipsam remaneto. Quod si emphyteusis cõtra interdicta nostra peracta sit, iubemus ut & sacrosanctæ ecclesiæ, aut uenerabilibus locis ea res reddatur, & preterea emphyteuticũ, secundũ quod placitũ est, præstetur, finiaturq; pactũ secundũ uirtutẽ emphyteuticaliũ instrumentorũ. Si res ecclesiastica, aut alterius uenerabilis domus donata sir, tam ipsa eidem sacrosanctę maiori ecclesiæ, aut alijs uenerabilibus domibus cum medij temporis fructibus reddarur: quam etiam alterum rantum, quod æstimatione eam rem æquet. Si hæc cõtra pignus datum fuerit, creditor & debirum amitrito, & eam tem uenerabili domui restituito: tabellionibus qui contra hanc nostram legem talibus inseruire instrumẽtis præsumpserint, perpetuo condemnandis exilio. Postremò, si quid ante hãc legem secũdum ueteres constitutiones factum est, iubemus, ut hoc omnibus modis suũ robur obtineat. omnia uerò quæ cõtra ueteres facta sunt leges, subuerti sancimus: & res quę contra earum tenorem datæ fuerunt, uenorabilimus domibus restirui. Decæterò autem omnia secundum præsentem fieri legẽ decernimus: uacantibus posthac omnibus alijs cõstitutionibus, quæ in huiusmodi casibus antea promulgatæ sunt.

Hactenus leges ac constitutiones quibus proposità regula approbatur, recitatæ sunt. Habet autem regula ista exceptiones, de quibus proponitur d. Nouell. c.7. §.ut autem lex, his uerbis: Vt autem lex ad humanæ naturæ uarietatem permaneat, & ad id quod semper uenit accommodata, per omnia immota permaneat (quid enim esse potest stabile inter homines, & immobile ut nullam patiarur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat?) necessarium existimauimus quasdam exceptiones dare legi, cũ multis uigilijs & subtilitate adinuentas, ut eas habens in auxilio lex nequaquam moueatur. *Est igitur prima propositæ regulæ exceptio hæc: Nisi imperio res ecclesiastica sit permutata. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis*: Sinimus ergo imperio, si quà communis commoditas est, & causa ad utilitatem reipublicæ respiciẽs, & talem exigens possessionem alicuius immobilis rei, qualem proposuimus: hanc ei à sanctissimis ecclesijs, & reliquis uenerabilibus domib. & collegijs percipere, licere undiq; sacris domibus indemnitate seruata, recompẽsanda re eis ab eo qui percepit æqua, aut etiã maiore quàm data est. Quid enim causetur Imperator, ne meliora det, cui plurima dedit habere Deus, & multorum dominum esse, & ut facile dare potest, & maximè in sanctissimis ecclesijs, in quibus omnis donatarum eis rerum immensitas optima mẽsura est? Vnde si quid tale fiat, & pragmarica processerit forma, præcipiens imperio dari aliquid talium rerum, & recompensauerit mox rem meliorem, & uberiorẽ & utiliorem: sit ea permutario firma, & hi qui præsidẽt domibus, quarũ est quod alienarur, & qui talibus administrant literis, sine querela undiq; sint, nullam meruentes pœnarum, quæ à Leone piæ memoriæ interminanrur, & à nobis firmatæ sunt: utiq; cùm nec multum differant ab alterutro sacerdotium, & imperium, & sacræ res à communibus, ac publicis: quandoquidem omnium rerum sanctissimis ecclesijs abundantia, & status ex Imperialibus munificenrijs perpetuò præbeatur. Alterutris itaq; cõpensantes quæ decent, non ab aliquibus iure culpabuntur. Aliam uerò omnem siue ad ipsum imperium, siue ad aliam quamcunq; personam factam siue uenditionẽ, siue emphyteusin perpetuam omnino perimimus. Sed neq; donarionem, siue permutationẽ, siue dationem cuiusdam pignoris in re immobili factam, occasione mutuorum fieri sinimus. Et hæc ualere uolumus in omni ecclesia, omnique monasterio, & nosocomio, & xenodochio, & brephotrophio, & ascetenio, & gerontocomio, & omni absolutè collegio, quod actio pia constituit, nullo penitùs horum accipere aliquid ab eis ualente. Vnde neq; constitutione Anastasij diuę memoriæ, ulterius opus erit, neq; secundum illam facienda decreta memoratæ obseruationis: ipsa enim rei principia perimentes, & prohibentes quod fit: nequaquam perscrutatione deinceps indigebimus. *Concordat propositæ exceptioni Nouel.c.120.§.1.ibi: Nisi cũ imperiali. cuius uerba uide paulo superius ead. reg. Huius exceptionis replicatio est: Nisi res ecclesiastica Imperio permutata, postea ab imperio ad alium transferatur. Hæc replicatio approbatur Nou.c. 55.his uerbis*: Legem scripsimus dudum, ecclesiasticas quidem alienationes prohibentem: solam autem commutationem permittentẽ sanctissimis ecclesijs, nec non sanctissimæ maiori ecclesię huius fœlicissimę ciuitaris,

dum Imperium accipere aliquid ab aliqua uenerabilium domuum uoluerit: postea siquidem aliam scripsimus legem, qua excepimus sanctißimam maiorem ecclesiam, permitrentes quasdam alienationes, quas illa lex dicir. Quia uerò cognouimus, quod aliqui prioris constitutionis capitulum, quod de permuratione competentiũ rerum sanctißimis domibus ad Imperium scripsimus, ad artem legi contrariam conuerterunt, postulaueruntque nos quidam à sanctißima ecclesia accipere, his autem hæc dare. Hinc aggreßi sunt multi quidam, qui similibus petitionibus omnibus utentes sacram niruntur circumuenire constitutionem. Quæcunque ergo gesta sunt, à nobis usq; ad præsentem diem, hæc sub schemate in quo nunc sunt manere uolumus, nullo permurando horum quæ iam à nobis cum sanctißima ecclesia in talibus contractibus gesta sunt, aut cum his qui hęc à nobis perceperunt. Decæterò autem sancimus, nulli penitùs ullam esse licenriam aliquid rale agere, sed illas solas ualere permurationes, quæ in Imperialem domum in hoc factæ sunt, ut perpetuò apud Imperium maneant & non rransferanrur ad priuarum, neq; illarum ius per medium Imperium ad eos proficiscarur. Sed si quid rale fiar, licenriam damus reuerendißimis œconomis res apprehendere huiusmodi, & tradere eas rursus ad sanctißimam ecclesiam, tanquam si nec ab initio cõrigisset permutationes harum ad Imperium factas, sed seruari hoc schema in perperuum, ex præsenti die inchoatum: omnibus quæ dudũ (sicur prædiximus) post priorem legem secundum modum prædictum gesta sunt, tatis manentibus: eo quòd illa quidem quæ sic facta sunt, à uiris gesta sunr: nunc autem uolunt quidem illorum exemplo utenres, & nobis esse molesti, & sanctißimam maiorem ecclesiam huius fœlicißimæ ciuitatis circumuenire, quod per omne rempus nullo modo fieri uolumus: sed etsi fiar quolibet schemate, hoc etiam infirmum esse, & à sanctißima maiore ecclesia in perpetuum uindicari, nulla ei remporis præscriptione in hoc obijcienda. *Tollitur proposita replicatio, eiusq; constiutio Nouell. c. 119. §. legẽ, his uerbis*: Legem per quam sanximus, ne res quæ à uenerabili ecclesia, ad domum nostram perueniant, transferantur ad alios, aboleri sancimus ram in his quæ uel hoc rempore ad domum nostram legitimè peruenerunt, quam etiã his quæ posthac peruéturę sunt. *Hæc de Prima exceptione. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi emphyteutico iure res ecclesiastica ad alium transferatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur Nouell. c. 7. §. emphyteusin autem, his uerbis*: Emphyteusin autem, siue in sanctißima maiore ecclesia, siue in omnibus reliquis adorandis domibus fieri sinimus: & in persona accipientis & in duobus eiusdẽ personæ hæredibus, deinceps filijs duntaxar solis masculis aut fœminis, aur nepotibus utriusque sexus, aut uxore aur uiro expreßim nominetur: alioquin non transire ad aliquem alrerum hęredem, sed usque ad solam uitam percipientium standum, nisi filios, aut nepores habuerint: aliter autem penitus emphyreusin agi ecclesiasticæ cuiusdam, aut prochicæ rei immobilis, aut mancipij rustici, aur ciuilis annonę nullo modo permittimus, neq; quod fir, aliquod penirus robur habere sinimus. Quia uerò Leonis quidẽ pię memorię cõstitutio, sub nulla penitus deminutione dari rẽ ecclesiasticã sanciuit: nos autem in alia constiturione à nobis scripta, sextam solum excipi super emphyteusi sanciuimus, huiusmodi quendam deminutionis rei ordinem damus, ut quæratur cum omni ueritate, & subtilirare pensio eorũ quæ dantur, an ranta sit, quanta ab initio fuerir, quando ad sanctißimam uenit ecclesiam, & detur emphyteusis talibus personis, quales dudum diximus: tunc enim sextá partem cum scrupulosirate imputandam concedimus. Si uerò minui contigerit per quandam calamitarem pensionem, aut in totum: tunc constantem pensionem accipiar, qui emphyteusin subire uult, aut penitus abstinear: cum licear elocare potius, quàm tales deminutiones in emphyteusi celebrare. Si uerò alicuius ecclesiastici suburbani prædij emphyteusis detur, qualia plurima maximè in hac nouimus fœlicißima consistere ciuitare, mulro quidem digua precio, paruas uerò reddentia pensiones, aur nihil pensionum omnino: non ex reditibus metiri emphyteusin, sed æstimare suburbanum subtiliter, & reputari ex precio reducto reditus poßibiles in uiginti annis computari, & in reditibus secundum hoc computaris agi emphireusin non perpetuò, sed in eum qui percipit, & duas ex eo succeßiones, & ulro & uxori (sicut prædiximus) faciendam. *Corcordat d. c. 7. §. dudum autem, cuius uerba uide ȝ. ead. reg. Concordat item Nouell. c. 120. §. emphyteuses, his uerbis*: Emphyteuses à prædicta sacrosancta regiæ urbis maiore ecclesia, & memoratis uenerabilib. domib. celebrari iubemus, tũ in persona eius [illegible] accepit, tum in alijs duob. ordine hæredib. ut tamen ultra sextã partẽ subsistentis canonis, nihil ei qui emphyteusin

sin suscipit indulgeatur. De suburbanis autem quæ ad sacrosanctam maiorem ecclesiam, & prædictas uenerabiles domos in urbe regia, uel eius territorio constitutas pertinét: iubemus, ut siquidem suburbana integrum & solidum canonem habeát in reditu, ab his qui ea ipsa uenerabilia loca gubernant, dentur prædicto modo in emphyteusin tam suscipienti, quàm alijs duab. successionibus, neq; aliqua in re fiat releuatio, sed pocius augmentum. Si ea suburbana aliquem omnino reditum non habeant, licentiam præbemus, uenerabilium locorũ dispensatoribus sub certa quantitate (ut prædictum est) dare ea in emphyteusin.

Hactenus exceptio proposita est approbata. Eius autem replicatio prima hæc est: Nisi in perpetuum etiam ultra secundum hæredem concessa sit emphyteusis. Hæc replicatio approbatur per ea quæ in iam propositis dicta sunt de duobus hæredibus. Concordat *Nouell. c. 7. §. aliam uerò omnem. cuius uerba uide §. excerpt. prox. Eius autem replicationis duplicatio hæc est: Nisi emphyteusis alij ecclesiæ concessa sit: hoc enim casu in perpetuum concedi potuit. quæ duplicatio approbatur Nouell. const. 55. §. illud, his uerbis:* Illud sancimus, ut alijs omnibus de iure emphyteuseos sancitis, & in sanctissima maiore ecclesia, & in alijs omnibus uenerabilibus; domibus proprium robur habentibus, licentia sit sanctissimis ecclesijs, & uenerabilibus domibus ad inuicem, & emphyteusin perpetuam agere decreto, quippe hoc faciendo: excepta quidem hac sanctissima maiore ecclesia: in hoc autem celebrata emphyteusi, ut non ad priuatam personam extendi omninò possit. *Concordat Nouell. constitut. 123. §. sed & ipsis, his uerbis:* Sed & ipsis sacrosanctis ecclesijs, & reliquis uenerabilibus domibus licentiam damus, ut conductiones & emphyteuses inter se celebrent.

Propositæ duplicationis triplicatio est: Nisi intra biennium emphyteusis reuocetur. quæ triplicatio approbatur Nouell. constitut. 120. §. porrò si quamlibet, his uerbis: Si quamlibet rem, &c. *Planè replicatio proposita, eiusq; ius mutatur ac tollitur iure nouo Nouell. constitut. 120. §. licentiam, his uerbis:* Licentiam præbemus, prædictis uenerabilibus domibus non solùm ut rerum immobilium ad se pertinentium, temporariam emphyteusin contrahant. Sed etiam, ut in perpetuum eas iure emphyteutico tradant uolentibus. *Per hæc igitur uerba non solùm prima, sed & sequentes replicationes reprobantur ac tolluntur.*

Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi extraneis hæredibus non filijs, aut nepotibus concessa sit emphyteusis. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur in uiro & uxore per ea quæ proposita sunt §. ead. exceptione, in principio. Tertia replicatio est: Nisi emphyteuta biennio continuo non soluerit canonem. hoc enim casu finitur emphyteusis. Quæ replicatio approbatur Nouell. constitut. 7. §. scire autem, his uerbis: Scire emphyceutas conuenit. quia si in biennio continuo non exoluerint emphyteuticum canonem (hoc enim tempus pro triennio aliorum hominum sufficere, ad casum Ecclesiasticarum, aut ptochicarum emphyteuseon, pro non soluto canone ponimus) fient omnino extranei emphyteumatos, & uolentibus præpositis sanctarum domuum, licebit prædia, aut domus uindicare nullam metuentibus, meliorationum repetitionem. Sed si quidem deterius fecerit prædium, aut suburbanum, aut domum, qui emphyteusin percepit, cogi eum de suo diligentiam, ac restitutionem prisci status facere, obligatumque ad hoc esse & ipsum & hæredes eius & successores, eiusq; res, insuper & debitos omnes reditus, sine dilatione exigi.

Quarta replicatio est: Nisi emphyteuta mortuus sit, & duo eius ex ordine hæredes: tunc enim res ad ecclesiam reuertitur. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt §. ead. except. in princip. Concordat Nouell. constitut. 7. §. & ut neq;, in fine. his uerbis: Emphyteuta transmittat emphyteusin, usque ad duas successiones (sicut dictum est) & sic reuertatur post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam, aut uenerabilem domum ex qua facta est emphyteusis. *Huius replicationis duplicatio uidetur esse talis: Nisi tertius ex ordine hæres id paratus sit dare canonis nomine, quod extraneus. Hæc duplicatio reprobatur d. c. 7. §. neque illud, his uerbis:* Neque illud quod hactenus contra tales contractus agebatur, ualere permittendum est de adiectione, ut si duorum hæredum compleatur tempus, licentia sit eis, qui post illum sunt, in emphyteusin dare id, de quo agitur, & semper eos præponi alijs. Hoc enim nihil aliud est, quàm per reuolutionem, & machinationes perpetuas eis emphyteuses, magis autem priuationes Ecclesiasticarum agi rerum. Sed & si quid factum est tale, nullam necessitatem esse reuerendissimis œconomis duobus hæredibus cessantibus cæteris tradere.

Quinta replicatio est: Nisi emphyteuta mortuus sit nullis filijs, uel nepotibus relictis: hoc enim casu res redit ad ecclesiam, nisi uir uel uxor emphyteutæ supersit. quæ replicatio approbatur, per ea quæ dicta sunt §. ead except. in prin. Hæc de Secunda exceptione sint dicta.

Tertia exceptio esse uidetur: Nisi ædes ruinosæ uel destructæ, alienatæ sint. Hæc exceptio reprobatur Nouell. c. 7. §. quod aũt dictũ, his uerbis: Quod dictum est à nobis, ut nullius immobilis rei ecclesiasticæ, aut ptochicæ alienatio sit permissa,

ad nullam nostræ reipub. personam sancimus ualere: non solùm super constantibus domibus,& suburbanis, & hortis & agris: sed etiam super ruinis, siue ex igne, siue ex terræmotu, siue ex qualibet causa ruina sit, & in his, quæ omninò destructa sunt, & in pauimento iacent, siue etiam in puris ruinis nullum ædificium habentibus, neque materiam iacentem. Non enim in illis alienationem fieri permittimus, nisi in sola emphyteusi temporali, secundum quod dudũ à nobis dictum est, & in tribus personis talibus quales prædiximus. Et ut neque ulla circumscriptio in rem Ecclesiasticam in talibus fiat, duobus per tempora primatibus mechanicis, aut architectis, siue in hac regia & maxima ciuitate unà cum Deo amabilibus Oeconomis, & quinque reuerendissimis presbyteris, & duobus diaconis, præsente quoque Deo amabili episcopo, siue etiam in prouincia duobus insignibus mechanicis, aut architectis, aut etiam uno (si unum solum ciuitas habeat) interuenientibus in illis locis, sacrosanctis Euangelijs propositis, definiatur ab architectis, quantum competat pro hoc solui sanctissimæ ecclesiæ secundum modum emphyteuseos, & sub his emphyteutica conscriptio in eo celebretur, secundum figuram prius dictam: ille uerò & ædificet, & utatur materiebus (si materias habeat) & transmittat emphyteusin usque ad duas successiones, sicut dictum est. *Concordat Nouell. constit. 120. §. si qua uerò loca, his uerbis*: Si qua loca sunt, uel ad sacrosancta, &c. *Concordat item d. c. 120. §. quæ uerò, his uerbis*: Quæ de collapsis ædibus, &c. *Quarta exceptio est: Nisi ususfructus tantum rei Ecclesiasticæ sit alienatus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 14. §. sanè ne omnis. C. de sacrosanctis ecclesijs. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin. Concordat Nouell. const. 7. §. si quis autem, his uerbis*: Si quis uoluerit accipere secundũ rationem usus, aut qui uocatur usufructus, rem Ecclesiasticam, aut sanctissimæ maioris ecclesiæ, aut alterius cuiuslibet, quæ in omni nostra ditione sunt positæ, aut ptochiorum omninò percipiat hoc, & secundũ prædictam obseruationẽ, & secundum formam cõstitutionis Leonis piæ memoriæ, ut iste locuples existens, & substantiæ immobilis dominus aliam mox rem secundum proprietatis ius compenset sanctissimæ ecclesiæ, aut uenerabili domui, ex qua hoc percepit, tantos ac tales inferentes reditus, quantos aut quales habet id quod datur, ut ita post eius obitum Ecclesiastica, aut ptochica res reuertatur ad uenerabilem domum cum usu, qui datus est, non transcendente tempus uitæ percipientis: accipiat autem similiter & rei in compensationem datæ usum, quatenus post percipientis obitum, aut tempus in quo donatio usus conuenit non transcendens uidelicet percipientis uitam, utrumque ex toto & secũdum proprietatem & secundum usum apud sanctissimam ecclesiam remansurum sit. *Concordat Nouell. constitut. 120. §. cæterùm si quis, his uerbis*: Si quis uoluerit quamcunq; rem immobilem usus nomine, &c. *Concordat d. c. 110. §. insuper si quis, his uerbis*: Si quis rem immobilem uelit usus nomine, &c. *Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi non immobilis, sed mobilis res sit alienata. Huius enim alienatio ualet, cum supradictæ constitutiones, quibus alienatio prohibetur, de rebus tantum immobilibus loquantur. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mancipia uel coloni fundis Ecclesiasticis adscripti alienentur. nam horum quoque alienatio in supradictis constitutionibus prohibetur. Secunda replicatio est: Nisi annonæ ciuiles alienentur. nam & hæ tanquam res immobiles alienari prohibentur dictis constitutionibus s. ead. reg. in principio propositis, præsertim d. Nouell. constit. 7. §. uult autem. Concordat Nouell. c. 7. §. ijsdem, ibi: Simili uidelicet. cuius uerba uide s. repl. prox. Tertia replicatio est: Nisi sacra uasa, uestes, aut alia donaria ad religionem necessaria, alienentur. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 17. C. de sacros. eccles. his uerbis*: Sancimus nemini licere sacratissima, atque arcana uasa, uel uestẽ cæteraq; donaria, quæ ad diuinã religionẽ necessaria sunt (quũ etiã ueteres leges ea quæ iuris diuini sunt, humanis nexib. non alligari sanxerunt) uel ad uenditionẽ, uel hypothecã uel pignus trahere: sed ab ijs qui hæc suscipere ausi fuerint, modis omnib. uindicari tam per religiosissimos episcopos, quàm Oeconomos, necnon & sanctorum uasorum custodes, nulla eis actione relinquenda, uel super recipiendo precio, uel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ sunt: sed omnibus huiusmodi actionibus respuendis ad restitutionem eorum omnibus modis coartari. Sin autem uel conflata sunt, uel fuerint, uel alio modo immutata, uel dispersa, nihilominus, uel ad ipsa corpora, uel ad ipsa precia eorum exactionem competere, siue per in rem, siue per condictionem, siue per in factum actionem, cuius tenor in multis & uarijs iuris articulis sæpè est admissus. Excepta uidelicet causa captiuitatis in locis, ijs in quibus hoc (quod abominamur) contigerit. nam si necessitas fuerit in redemptione captiuorum, tunc & uenditionem prædictarum rerum diuinarum, & hypothecam & pignorationes fieri cõcedimus: quoniam non absurdum est, animas hominum quibuscunq; uasis uel uestimẽtis præ-

præferri: hoc obtinente nō solùm in futuris negocijs, sed etiam in iudicijs pendentibus. *Concordat Nouell. constitut. 7. §. ijsdem pœnis. Vbi pœnis alienationis rei Ecclesiasticæ expositis, subyciuntur hæc uerba*: Iisdem pœnis seruandis etiam aduersus eos qui sacrata uasa contra nostram legem, aut pignori dant, aut uēdunt, aut conflant propter alienationem. nam & illos æquali, aut maiore pœna dignos esse sancimus: quando etiam circa sacras res, & Deo dedicatas præsumpserunt impiè agere: nisi tamen aliquod tale fiat, quod diximus circa redemptionem captiuorum, ubi animæ hominum liberantur à mortuis, & uinculis inanimatorum uenditione uasorum. Simili uidelicet obseruatione, & super alienatione ciuilium panū custodienda, sicut sæpè diximus: eo quòd tales esse panes non solùm in hac fœlicissima ciuitate: sed etiam in magna Alexandria, & in Theopoli esse didicimus. Forsitan autem tale aliquid etiā in alijs prouincijs quibusdam est. Vnde tametsi alibi quoq; huiusmodi quædam est possessio, & in illa lex seruetur, & suam obseruationem extendat. *Concordat item propositæ replicationi Nouell. constitut. 120. §. atque hæc quidem, his uerbis*: De sacris uasis, quæ ad eandem sacrosanctam regiæ urbis maiorem ecclesiam, aut ad alia oratoria ubicunque locorum nostræ reipubl. posita pertinent, generaliter disponimus, ut non aliter hæ uendantur, opponāturúe pignori, quàm pro captiuorum redemptione. Sanè si plura uasa in una aliqua memoratarum uenerabilium domuum sint, quæ necessariū de se usum non præbeant, & usueniat, ut eiusmodi uenerabilis locus ære alieno grauetur, neq; suppetant aliæ res mobiles ex quibus æs alienum restitui debeat licentiam eis damus, ut confectis (sicut superius dictum est) actorum monumentis, quæ uasa superuacua inueniuntur ea, ut alijs uenerabilibus locis, quæ his opus habēt uendant, aut conflent & similiter uendant, preciumq; eorum ad dissoluendum æs alienum conferant, ne res immobiles alienentur. *Sexta exceptio est: Nisi rescripto Imperatoris alienatio sit confirmata. Hæc exceptio reprobatur Nouell. constit. 7. §. quia uerò, his uerbis*: Quia uerò uerisimile est, quempiam etiam in circumuētionem huius legis tentare, pragmaticas sacras formas accipere, tale aliquid eis agere permittentes: & hoc prohibemus in omni persona maiore uel minore, siue in cingulo cōstituta, siue horum qui circa nos sunt, siue aliorum quispiam inter populos habitantium. Et sancimus, nulli penitùs licentiā esse, talē quempiā pragmaticum proferre typum, neq; ex hoc accipere aliquod de sanctissimis ecclesijs compendium, aut de monasterijs, aut ptochijs, aut alijs uenerabilibus collegijs immobilium rerum. Sed & gloriosissimo quæstori pœnam imminere centum librarum auri, si quid tale dictauerit, simul & suscipiētibus insinuationem talis cuiuspiam sacræ formæ gloriosiss. iudicibus, aut alijs quibusdam eandem imminere pœnam, & tabelliones succumbere Leonis piæ memoriæ constitutione, si confecerint tale aliquod instrumētum & Deo amabiles episcopos, aut uenerabiles Oeconomos sine periculo refutare huiusmodi sacras pragmaticas formas, magis autem cū periculo suscipere & agnoscere: quia circa ipsum sacerdotium periculum sustinebūt, si negligentes has leges, quæ ita fiunt pragmaticas sequantur formas. Oportet enim ea quæ communiter & generaliter ad omnium utilitatem sanciuntur, potius ualere, quàm ea quæ circa aliquos studentur, agi ad corruptionem communium legum.

Septima exceptio est: Nisi ob debitum res Ecclesiastica alienetur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur Nouell. c. 46. his uerbis: Nuper scripsimus legem de sanctissimis ecclesijs omnibus, & monasterijs & reliquis uenerabilibus domibus, nullam eis rerum immobiliū alienationis licentiam permittentē. Videbamus enim causam effusam, & paulatim ad alios Ecclesiasticas migrantes possessiones, neq; precijs solutis dignis, neq; opere ineuitabili imminente alienatis, sed etiam contra positas iam leges deciès millies circumuentiones factas. Quocirca primam perimentes uiam omnibus similiter inaccessibiles contra eas facimus circumuentiones. Sed hinc plerisq; quidem sanctissimarum ecclesiarum aliarumq; uenerabilium domuum, utilitatem habuerunt, nullo possessiones has minuere præsumente: occurrit tamē etiam aliquid difficilè. Debita enim aut longo tempore cōstituta, aut etiam postea ex quadā necessitate, & maximè per fiscales occasiones eis accidētia, ad alienationis necessitatē sacras perduxerunt domos. Mobili enim nō extante substātia sufficiēte periclitabātur in nouissimā uenire necessitatē, harū præsules neq; uendere potentes, neq; unde debita soluerēt habētes. Sed pro talib. quidē debitis posse pro solutione creditorib. dari possessiones Ecclesiasticas, tñ cū cōpetenti subtilitate & obseruatione faciēda solutione iam sæpè pmisimus, sicut neq; palàm hæc nostra prius permisimus lege. Si uerò nō priuatus aliquis est creditor, sed preeminet fiscus, & exigit debita, est aūt inopia pecuniarū, accipere uerò immobilē possessionē impossibile est fiscū hic relaxare aliqd sub-

subtilitatis legis competere iudicauimus. Et si qua necessitas huiusmodi fiat, etiã alienationẽ sine re prospeximus. Sancimus igitur, si sanctarum aliqua ecclesiarũ, aut reliquarum colendarum domuum, fiscales debeat functiones, & unde faciat horũ redditionem non habeat: conuenire omnes in unum, & qui in clero sunt, & Deo amabilẽ episcopum eius ciuitatis, insuper & metropoleos, & sacris propositis eloquijs causam examinari: & si non apparuerit ullus quæstus citra alienationem immobilis rei ualẽs soluere fiscale debitum: tunc licentiam esse eis sententia tali procedente, & decreto celebrato apud prouinciæ iudicem, etiã possessiones immobiles contingere, & eas alienare ad solutionem debiti, ementibus quidem in fiscum soluentibus, & de suscepta inde percipientibus, & subeuntibus fiscale debitum, & cautelam inde habentibus, & nihil metuentibus primitus positã legem constitutis, & fiscalibus de susceptis & insinuatis inter monumenta gestorum, deponentibus his qui fecerunt eam, ut & apud sanctissimas Ecclesias soluerentur clara de suscepta, eo quòd fiscalia soluta sint tributa, & omnia secundum nostram legem gesta sint: non potentibus aliquibus fingere fiscale debitum, & ita alienationes immobilium rerum accedere, ideo etiam & decreti factionem permisimus, ut & fiscale debitum in testimonio pendatur, & ex quantis descendit temporibus: & quoniam non pecunijs solutum est, sed in necessitatem alienationis uenit, ut ueritas undique quidem protestata sit, omnibus coram sacris Euangelijs agendis scientibus, & episcopis & clericis, & alijs omnibus: quia Deus respicit, quę gerũtur ab eis, & si quid egerint per dolum, aut lucrum, aut machinationem, hoc in suis recipient animabus uiuentes, ac morientes. Si uerò priuatus aliquis creditor fuerit, possit secundum pro soluto schema accipere immobiles possessiones: hoc quoque decreto faciendo, pro mensura uerò eorum debitorum assignandis eis possessionibus. Si uerò fiscale debitum fuerit, potentibus eis ad alienationem immobilium accedere, secũdum priorẽ obseruationem, ut nihil desit, neque subtilitatis, neque communis utilitatis. His autem uniuersis sanctissimam maiorem ecclesiam fœlicissimæ huius urbis, & eius confinia & orationum domos, quarum ipsa curam suscepit, omnibus excipimus modis, quæ iam de hoc sancita sunt à nobis, in sua uirtute durantibus. Si autem & aliqua monasteria sub eadem sanctissima maiore ecclesia sint, nec ea sub præsentem facimus legem forinsecus, in prouincijs eam constituentes solum, in quib. multa quidem est inopia pecuniarum, per quã sanctissimæ ecclesiæ soluere, per pecunias debita non ualuerunt. Tua igitur Celsitudo, quæ placuerunt nobis cognoscens secundum hoc procedere super sacris rebus alienationes custodiat. *Concordat Nouell. c. 54. §. quia igitur, his uerbis*: Quia nuper scripsimus legem medentes his, quæ de Ecclesiasticis alienationibus fiunt, & uolentes (siquidem publicum debitum sit) posse eas alienare cum omni subtilitate secundum legis obseruationem: si uerò priuatum debitum est, pro soluto dare rem immobilẽ, & in nullo uideri offendere positam legem, quæ omnem alienationem prohibet, etiã illud adijcimus. *Concordat item Nouell. const. 67. §. quoniam uerò, his uerbis*: Quoniam contingit iam nos sanxisse, ut si qua in prouincijs alienatio rei immobilis Ecclesiasticæ faciẽda est, secundum decretum hanc procedere, sicut dudum prolata à nobis constitutio dicit: agi uerò decretum non solùm præsente Deo amabili episcopo ciuitatis, eiusque clero, sed etiam metropoleos episcopo, nec non & illud insuper est sancitum, ut si metropoleos sanctissimus episcopus futurus est, uenundare, siue eius Ecclesiæ sanctissimi Oeconomi quid oporteat fieri, etiã hoc adijcimus, ut duo ex synodo, quę sub eo est Deo amabilium episcoporum quoscunque elegerint ipsi intersint, & alia omni obseruatione custodita, quæ iam sancita est, pręsentia duorum Deo amabiliũ episcoporum adijciatur, ut secundum se uideatur, cũ sua synodo rem agere, & sicut ipse rem facit credibilem & sufficientem ei qui sub eo constitutus est, dum præsens est: ita & ipsi quæ sub eo est synodus præsens per duos Deo amabilium episcoporum uidebitur rem præbere, sanctissimam sumente ex huiusmodi synodo testimonium. *Concordat item Nouell. constitutio 120. §. sed & hoc, cum sequentibus, his uerbis*: Sed & hoc de uenerabilibus domibus disponere nobis uisum est, ut si quæ ex ipsis, siue pro tributis publicis, siue ex alia necessaria ei domui causa debitis reddantur obnoxiæ, neque fieri possit, ut ex mobilibus rebus ea debita dissoluantur, primo quidem loco creditori res immobilis in speciale pignus dator, ut collectis eius fructibus reputet eos sibi partim in ipsam creditam pecuniã, partim in usuras non maiores quadrantibus legitimæ centesimæ. Si eo modo debitum dissoluere nequeant: iubemus, ut ab his quidem, qui à sanctissimis ordinantur patriarchis, siue metropolitani, siue episcopi, siue

pi, siue archimādritæ fuerint, siue orphanotrophi, siue ptochotrophi, siue xenodochi, siue nosocomi, aut aliarū uenerabilium domuum dispensatores, apud ipsos sanctissimos patriarchas à quib. ordinantur, aut ꝓmouentur, actorū monumenta conficiantur, & cum iureiurando dispensatorum, &, consensu maioris partis eorum, qui in his obeut, ministeria debitū insinuatur, quodq; ex re mobili idipsum dissolui nequeat. Hi uerò qui à metropolitanis episcopis ordinantur, siue episcopi sunt, siue archimandritæ, siue orphanotrophi, siue ptochotrophi, aut aliarum uenerabilium domuum dispēsatores, consimiliter apud ipsos metropolitanos episcopos huiusmodi monumenta conscribunto. Apud illos item episcopos, qui uel à patriarchis uel metropolitanis episcopis ordinantur, & habent sub iurisdictione sua aut monasteria, aut ptochia, aut xenonas, aut nosocomia, aut alias uenerabiles domos simili modo monumenta conficiātur: ita tamē, ut siue apud patriarchas, siue apud metropolitanos, siue apud alios episcopos id genus monumenta conficiantur: nullum pro ijs dispendium, aut sumptū uenerabiles domus sustineant. Propterea enim uolumus, ut de cætero apud prouinciarum præsides, aut locorum defensores à memoratis personis, seu domibus eiusmodi monumenta conficiantur, ne quod exinde sustineant dispendium. Simulatq; uerò hæc ita apud memoratos sanctissimos patriarchas, & metropolitanos, aut alios episcopos secura fuerint: tunc prædicti ære alieno oppressæ uenerabilis domus dispensatores, per uiginti dies scriptum aliqd' in publico ciuitatis loco proponūto, & eo modo rē immobilē emere uolētes, ꝓuocanto, ut qui plus præbiturus est, is cæteris ꝓferatur. Quæ si omnia ita processerint celebrator uenditio precio rei omnibus modis pro ære alieno dando, ut emptor non aliter eam rem firmiter tenere possit, nisi precium pro ipso soluatur debito, & hoc expressè cum iureiurando in syngrapham emptionis describatur, quodque nihil ad læsionem, uel circumscriptionem uenerabilis domus fiat. Si prædicto modo eius rei uenditor non fuerit inuentus, iubemus ut cui ab aliqua prædictarum domuum debetur, is eo iure, quod pro soluto dicitur, hanc ipsam possessionem capiat iusta, & exquisita æstimatione inita, addita item precio decima parte totius æstimationis ad eandem quantitatem capiatque rem creditor pro soluto firmo eam dominio possessurus: ita tamen, ut dispensatores debito oppressæ uenerabilis domus & maior pars in ea ministrantium huiusmodi uenditionibus consentiant. Quæ uerò immobilis res in hoc traditur, ea non ad optionē creditoris, sed æquabili mediocritate partim inter fertiles partim inter steriles uenerabilis domus possessiones, & harum reditus, neque non tributorum & reliqui status ac qualitatis detur. *Hæc de Septima exceptione sint dicta.*

Octaua exceptio est: Nisi pignori obligetur res Ecclesiastica: hæc enim alienationis species subsistit. quæ exceptio approbatur Nouell. constitutio 120. §. quòd si usuueniat, his uerbis: Si usuueniat, ut aliqua prædictarum uenerabilium locorum nomine publicarum contributionum, aut ob quamlibet aliam uenerabili domui incidentem necessitatem indigeat pecunijs: licitum esto huius dispensatoribus immobilem rem obligare, & in speciale pignus dare, ut creditor ipsam rem possideat, & inde fructus colligat, eosque sibi tam in ipsam creditam pecuniam reputet, quàm etiam in usuras non ampliores quadrantibus legitimæ centesimæ. Si uerò æs alienum eius uenerabilis domus antistites dissoluerint, aut creditori satisfactum sit, ex fructibus, recurrito ea res denuò ad uenerabilem domum, unde & data fuit. *Concordat d. c. 120. §. sed & hoc. cuius uerba uide paulo superius exceptione prox.*

Nona exceptio est: Nisi ecclesiæ aut alij uenerabili domui res sit permutata. Hæc except. approbatur Nouell. c. 54. §. & per quandam, his uerbis: Per quandā ineuitabilē occasionē, & utilem danti & accipienti uenerādæ domui: hoc est, aut ecclesiæ ad ecclesiā, aut ptochio ad prochiū, aut xenodochio ad xenodochiū, aut simpliciter uenerabili domui ad aliā reuerendam domum: hoc est, aut ecclesiæ ad prochium, aut monasterio ad uenerandā domum, aut xenodochio, aut nosocomio, aut alijs ad ecclesiam, aut alterutrum, aut unum horum, quæ prius à nobis sunt dinumerata, aut alteri cuilibet uenerabili domui, licentiam damus præsulibus horum monasteriorum per hanc legem commutationem facere & hoc ualere: & non solùm Imperium (sicut prior dabat lex) licentiam habere commutare, sed etiam uenerabiles domos, quæ regi omnium Deo dedicatæ sunt: sic tamē, ut etiā decretū interponatur cū omni subtilitate & iureiurando, & apud locorum metropolitanū hoc cōsideretur: & si reuera ꝓbatū fuerit, cū iureiurādo: qa utile est, utriq; parti hoc agi, ratū esse & ualere, & nō agere neq; speciali iussione, neq; pragmatico diuino typo, reuerentib. quippe litis, qui ad talia conueniunt magni Dei iudicium, si quid præuaricati fuerint horū, quæ competunt, aut

aur quoddam colludium fiat, aut aliquid prærer utilitarem utriusque geratur partis: nam maledicta his omnium terribilisſima iminebunt tam quæ inſerunt eloquia diuina peccantibus, quàm quæ nunc eis diſpoſira ſunt. Si quid autem prætermittatur, & poſtea demõſtretur maligni factum, pro non facto erit. Excipimus etiam hac lege ſanctiſsimam maiorem eccleſiam, ſicut etiam priore. Illam nanque in priore prohibitione alienationem ſtare uolumus: quoniã & hoc ipſis gubernatoribus eius ſanctiſsimis uidetur. *Concordat Nouell. conſt. 120. §. hoc quoque, bis uerbis*: Hoc quoque iubemus, ut excepta ſacroſancta regiæ urbis maiore eccleſia, & uenerabili orphanotrophio, & xenonibus & ptochijs in urbe regia, aut territorio eius exiſtentibus: liceat omnibus ſacroſanctis eccleſijs & uenerabilibus domibus, neq; non etiam monaſterijs ram in urbe regia, quàm in diuerſis prouincijs poſitis permutationes inrer ſe rerum facere, cũ utriq; uenerabili domui cõſeruatur indemnitas conſentientibus in hunc contractum, ſiue interueniente ſcriptura, ſiue per cõfeſſiones apud ſancta Dei eloquia propoſitas, non ſolùm utriuſq; uenerabilis domus diſpenſatoribus, ſed etiam maiore parte eorum, qui ibi miniſterium habent.

Decima exceptio eſt: Niſi res Eccleſiaſtica locata ſit. Hæc enim alienationis ſpecies ſubſiſtit. quæ except. approbatur Nouell. conſtit. 120. §. locationes, bis uerbis: Locationes ab ijſdem uenerabilibus domibus contrahi concedimus, ad quotcunq; annos conrrahentibus placuerit, qui tamen triginta annorum ſpaciũ non tranſcendant.

Undecima exceptio eſt: Niſi res alienata inutilis ſit, & multis præſtationibus publicis grauata. Hæc exceptio approbatur Nouell. conſtit. 120. §. porrò ſi qua, bis uerbis: Si qua prædictarum uenerabilium domuum, tum in regia urbe tum in prouincijs exiſtentium, excepta ſacroſancta regiæ urbis maiore eccleſia, poſſeſsionẽ habeat multis præſtationibus publicis grauatam, ex qua nullus reditus inferatur uenerabili domui: licentiam præbemus eius uenerabilis domus diſpenſatoribus, ut talem poſſeſsionem quocunque uelint modo ad eius uenerabilis domus utilitatem alienent: monumentis uidelicet, & in hac alienatione apud eos conficiendis, à quibus huiuſmodi locorum diſpenſatores promouentur, aur ordinantur, & ad ſanctas ſcripturas iurantibus tam eiuſmodi uenerabilis domus antiſtitibus, quàm maiore parte eorũ, qui ibi miniſteria obeunt, quod neq; per proditionem, neq; per gratiam, neq; qualibet circumſcriptione fiat alienatio: ſed ut indemnitas ei uenerabili domui conſeruetur.

Duodecima exceptio eſt: Niſi in redemptionem captiuorum alienetur. Hæc exceptio ſpecialis certarum domuum approbatur, ſimul & diſtinguitur Nouell. conſt. 120. §. ſacroſanctis, biſce uerbis: Sacroſanctis eccleſijs Odeſsi & Tomenſis ciuitatũ permitrimus, ut res immobiles pro captiuorum redemptione alienent, niſi ea conditione quæpiam ipſis poſſeſsiones datæ ſunt, ne ullo pacto alienent. *Concordat Nouell. conſtit. 65. in prin. bis uerbis*: Relicta eccleſię Myſiæ ad redemptionem captiuorum, & pauperum ſuſtentationem uendũtor, ſi lõgius ab eo loco in ædibus aut uineis conſiſtant: ut tamen, qui ea reliquit ex uenditione relictorum iuſſerit erogationem fieri.

Decimatertia exceptio eſt: Niſi legatum Eccleſiæ ſit relictum, quod longè ab iſta eccleſia abeſt. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur Nouell. con. 131. §. ſi legatum, bis uerbis: Si legatum annuum cuicunque uenerabili domui relictum fuerir, ſiquidem hi qui hæc dare iuſsi ſunt, aut locus ex quo id præſtari iuſſum eſt, in eadẽ aut uicina prouincia eſt, iubemus, ne quo modo tale legatum alienetur. Sin loca, aut perſonæ ex quibus, aut à quibus hoc dari iuſſum eſt, in remotioribus ſint partibus: tunc integrum illis eſto, quibus id relictum eſt, ut ſi obligata etiam pars conſentit, legatum permutent, & uicinum aliquẽ pro hoc reditum capianr uberem, & cum acceſsione, quæ non minus quarta relictæ quantitatis parte conrinet, & neque multis publicis præſtationibus onuſtum. Sed & ſi uendere tale legatum uoluerint, non minus precij nomine capiant, quàm ex tali legato per triginta quinq; annos colligatur: ita tamen, ut eiuſmodi precium ad utilitarem prædictæ uenerabilis domus procedat, cui relictum eſt.

Decimaquarta exceptio ſpecialis proponitur in eccleſia Hieroſolymorum, Nouell. conſt. 120. §. hoc quoque bis uerbis: Hoc quoq; concedimus, ur ſacroſancta Hieroſolymorum eccleſia licentiam habeat, domos ad ſe pertinentes, & in ipſa ſancta ciuitate poſitas uendere: ſed nõ minore precio quam quantum ex ipſis penſionibus per quinquaginta annos poſsit colligi, ur ex harum precio meliores reditus comparentur.

De Replicationibus pręcedentium exceptionum generalioribus.

¶ *Hactenus exceptiones alienationis rerum Eccleſiaſticarum prohibitæ propoſitæ ſunt, quarum aliquot ſunt replicationes generales nunc ordine proponendæ.*

Prima replicatio generalis hæc eſt: Niſi non ſolenni de-

ni decreto & iuramento præcedente, facta sit alienatio. quæ replicatio approbatur Nouell. c. 67. §. quoniã uerò, cuius uerba cum legibus concordantibus uide s. except. 7. Sed & concordat Nouell. c. 120. §. uerum enimuerò, his uerbis: Emphyteuses, & hypothecas, & quinquennium excedentes locationes contrahi uolumus, à sacrosancta quidẽ regiæ urbis maiore ecclesia, sententia & consensu beatiss. huius archiepiscopi & patriarchæ: iurantibus ipso præsente & chartularijs, & Dei amantissimis eius sacrosanctæ maioris ecclesiæ œconomis, quòd is contractus non ad fraudem & circumscriptionem eius iurium fiat. In alijs autem uenerabilibus domibus, siquidem chartularij sint, iuranto & ipsi consimili modo præsente uenerabilis domus antistite. Si chartularij non sint, ipsi uenerabilium domorũ antistites propositis sacrosanctis Euãgelijs contractum celebranto, describentes in talia instrumenta cum iureiurando, quòd cõtractus ad læsionem aut circumscriptionem uenerabilis domus nõ fiat. *Concordat d. c. 120. §. & quidẽ si, usq; ad §. Quæ uerò de collapsis, hisce uerbis:* Si sacrosanctæ sint ecclesiæ. &c. *Secũda replic. est: Nisi dispensatoribus ecclesiarum, parentibus uc illorum, aut liberis, cognatis, aut adfinibus, alienatio sit facta. Hæc replicatio approbatur Nouell. c. 120. §. œconomis, hisce uerbis:* Oeconomis, & orphanotrophis, & reliquarum uenerabiliũ domuum dispensatoribus, atq; insuper omnium chartularijs, & horum parentibus simul & liberis, & alijs uel genere ipsis, uel iure adfinitatis coniunctis interdicimus, ne emphyteuses, aut locationes, aut hypothecas rerum ijsdem uenerabilibus domibus competẽtium, uel per se, uel per interpositam personam percipiãt: scituris ipsis, quòd si quid eius generis factum sit, non solum hoc inualidum erit, sed etiam uniuersum patrimoniũ ipsorum, tam accipientiũ quàm œconomorum, & chartulariorum, & dispensatorum, quibus hi prædicto modo coniuncti sunt, post ipsorum mortẽ ad uenerabilẽ domũ, unde rẽ susceperũt, peruenire iubemus. *Concordat d. c. 120. §. atqui œconomi, hisce uerbis:* Oeconomis & dispẽsatorib. & chartularijs quarũcunq; uenerabiliũ domuum, neq; non eorum parentibus ac liberis, & alijs qui genere aut adfinitatis iure illis cõiuncti sunt, locationes, uel emphyteuses, uel emptiones, uel hypothecas rerũ immobiliũ ad eas uenerabiles domos pertinẽtium subire, uel per se, uel per interpositam personam, quemadmodũ & in ijs qui in regia urbe sunt, ijsdem pœnis interdicimus. *Concordat item Nouell. c. 7. §. his solis, his uerbis:* Si uoluerint quædam sub propria gubernatione habere Deo amabiles œconomi, aut aliorum præsules collegiorum: nulli horũ qui in potentatu sunt, neq; secundum sacrã pragmaticam formam, licentiam esse cogere eos aut per conductionẽ, aut per emphytheusin, hæc tradere ei qui hoc agit, & sacrilegij subiacere pœnæ, & omnibus mulctis, quæ hac nostra lege sacra continentur, & supplicijs. *Tertia replicatio est: Nisi ipsum monasterium alienetur. Hæc replicatio approbatur d. c. 7. §. quia uerò, his uerbis:* Quia cognouimus aliquod pessimum delictum factum & apud Alexandrinos & Aegyptios, iam autem & in alijs quibusdã imperij locis quosdam præsumere, uel ipsa uenerabilia monasteria uendere, aut permutare, aut donare, in quibus & altare collocatum est, & sacrũ exhibitum ministerium, quale moris est in sanctissimis ecclesijs celebrari: quippe sacris lectis scripturis, & sacrosancta & ineffabili communione tradita, & monachica illic facta habitatione, ita ut hæc mutarentur ex sacra & Deo amabili figura ad priuatam mansionem & statum. Hæc omnino decæterò fieri prohibemus, nulli hominũ permittentes hæc delinquere, sed etiam factum infirmum omnibus declaramus modis, & preciorum casum imponimus accipientibus, & uenditorem quoq; damnificamus, & rei casu & precij amissione, sanctiss. ecclesiæ eius loci & uenerabilibus monasterijs hoc tribuentes, quatenus ipsi prouideant, ut quod malè alienatum est, rursus ad monasticam reuocent figuram, neq; hypotheca super his ualẽre, sed etiam ipsa infirmanda, & rursus sacro ministerio assignanda. *Concordat Nouell. c. 120. §. quia uerò cognouimus, his uerbis:* Quia cognouimus, &c. *Quarta replicatio est: Nisi res quæ ab Imperatore ad ecclesiam peruenit, alienetur. Hæc replicatio approbatur Nouell. c. 120. §. quæ uerò, his uerbis:* Quæ res à domo Imperiali ad quamcunq; uenerabilem domum peruenerunt, aut posthac peruenturæ sunt: eas nullo modo uendere, aut pignori opponere, aut permutare, aut omnino alienare concedimus, neq; si uenerabiles id domus inter se faciant.

De Euentis & pœnis alienationis rerum Ecclesiasticarum.

Quæ sint euentus & pœnæ alienationis rerum Ecclesiasticarum, patet ex ijs quæ hactenus proposita sunt, præsertim ead. reg. in princ. sed & describuntur ea copiosius Nouell. c. 7. §. quia uerò Leonis, usq; ad §. Iisdem pœnis, hisce uerbis. Quia Leonis piæ memoriæ, constitutio pœnas penè solummodo in uenditiones decreuit, nos autem interdiximus non uenditiones solum, sed etiam donationes, & permutationes, & perpetuas emphyteuses, & pignorũ dationes in rebus immobilibus: uidemus autem, quos-

dam sic amatores periculi constitutos, ut præsumant ad ea quæ interdicta sunt, accedere, & circumuentionem facere legibus ex uoluntate, & præsumptione quam habét, & quę omnibus modis interdicta sunt, & quæ forsitan deducunt homines ad mortem qui id agunt: propterea necessarium existimauimus, in unoquoque contractu etiam certam statuere pœnam: his scilicet pœnis, quæ positę sunt aduersus œconomos ex cōstitutione prædicta piæ memoriæ Leonis, similiter & nunc imminentibus œconomo, aut xenodocho, aut nosocomo, aut brephotropho, aut abbati aut abbatissę monasterij, aut asceterij, secundū quod prius dispositum est. Si quis igitur emere pręsumpserit rem ecclesiasticam aut ptochicā, cadat quidem mox precio, exigatur autem res quam accepit, cum omni medij temporis incremento, & contra sanctissimam ecclesiam quidem, aut uenerabilem domū nullam omnino habeat actionem: cōtra uenerabiles uerò œconomos, aut qui omnino uendiderunt in proprijs eorum substātijs, ex contractu habeant actionem, ut etsi non per Dei timorem, tamen metu suæ substantiæ, segniores circa uenditionem fiant. Si quis autem per donationé accipere præsumpserit rem ecclesiasticam aut ptochicā, & ipso quod datū est, omnino cadat, & aliud tantundem ex sua substantia repenset sanctissimæ ecclesiæ, aut uenerabili domui ex qua hoc suscepit, ut quam nisus est ingerere contra eam nouitatem suam exercens malignitatem, eam ipsemet in proprijs bonis sentiat. Si autem permutatio in quibusdam personis fiat, præter solum Imperium sicut prædiximus, & qui permutationé accepit, subiaceat pœnæ, & datam sibi rem amittat, & recurrat rursus hæc ad uenerabilem domū, unde progressa est, & quod pro compensatione dedit, maneat apud uenerabilem domum, & quia accesserit ad causam legi contrariam, cadat utroq; iustè, & secundum hoc pœnæ subdatur, secundum quam & proprijs cadat, & quod sperauit non adquirat, etiam hic actione ei seruata in propria substantia eorum, qui contractū cum eo celebrauerunt. Si autem creditor in pignore corporali elegerit accipere rem immobilem ecclesiasticam, aut ptochicam in domibus forsan, aut suburbanis aut agris, aut hortis, aut ciuilibus panibus, aut rusticis mancipijs, & dederit aurum: ab hoc cadat creditor, & quæ mutuum acceperit sanctissima ecclesia, aut uenerabilis domus, quod mutuatum est aurum lucro habeat, etiam hic contra celebrantem mutuum œconomum, aut xenodochum, aut brephotrophum, aut præsulem monasterij, aut asceterij, aut aliorum uenerabilium collegiorum, creditori actione manente: his omnib. etiam in abbatissis muliebrium asceteriorum, aut monasteriorum ualentibus. Si enim omnino sanctiss. ecclesijs, aut alijs uenerabilibus domibus credito opus sit, idque fortè aut in necessariam quandam, & ineuitabilem occasionem, & præter quam non poterit, quod imminet ad impleri, aut in aliam causam utilissimam sanctissimæ ecclesiæ consistentem, licebit præpositis earum usque ad generalem hypothecam stare, & nullum speciale pignus creditoribus præbere. Si uerò perpetuam etiam quispiam emphyteusin accipere præsumpserit, quod non licet, aut temporalem quidem, non tamen secundum huius nostræ legis obseruationem: etiam sic cadat quidem de emphyteusi, & quod datum est, maneat apud uenerabilem domum. Debebit autem continuò, & post casum emphyteumatos soluere, quātum soluturus erat, si secundum legem emphiteusin subijsset, nihil apud eum manente ex rebus pauperū, quæ frustra per emphyteusin datæ sunt. Hæc igitur omnia custodiantur prædictis subiecta pœnis, neque tabellionibus pręsumentibus instrumentis talibus ministrare, sed usque metuentibus exilium ex quo nūquam reuertantur, nec si sacra hoc præbeat forma neque iudicibus, uel dictare talia instrumenta pręsumentibus, uel facta suscipere, & gestis monumentorum ea firmare, ne etiam ipsi & cinguli, ac dignitatis & substantiæ casum secundum Leonis constitutionem sustineant. *Concordat* Nouell. *c. 120. §. si contra ea, usque ad §. fin. cuius uerba cum alijs legibus concordantibus uide s. ead. reg. in prin.*

DE REBUS ECCLESIAE in specie. Cap. IX.

HActenus de rebus Ecclesiasticis *in genere dictū est, nunc de quibusdam rebus tam corporalibus quàm incorporalibus, & priuilegijs in specie est dicendum.*

I. DE MONASTERIO ET ORAtorio *ædificando.*

1. Antecedentia ædificationem monasterij uel oratorij.

Prima regula. De loco consecrando, *proponitur* Nouell. *c. 5. §. illud igitur, his uerbis*: Illud ante alia dicendum est, ut quocunque tempore, & quocunque loco quis ædificare uenerabile monasterium uoluerit, non prius licentia sit hoc agendi, quàm Deo amabilem lo

corum

corum episcopum aduocet. At ille extendat manus ad cœlum, & per orationem locum consecret Deo, figens in eo salutis nostræ signum (dicimus autem adorandam, & uere honorandam crucem) sicq; inchoet ędificium, bonum utique quoddam in hoc & decens fundamentum ponens. Hoc itaque principium pię uenerabilium monasteriorum fabricæ fiat. *Concordat Nouell. c. 67. §. 1. his uerbis*: Sancimus, ut ante omnia quidem illud peragatur, ne quis licentiam habeat, uel monasterij uel ecclesiæ uel oratorij ædificationem incipere, priusquam Dei amantissimus ciuitatis episcopus interueniens in loco preces fundat, & publico illuc processu instituto crucem figat, & factum omnibus manifestum reddat. Multi enim simulantes se oratoria fabricaturos, suis obsequuntur affectibus & morbis animi, non ut orthodoxarum ecclesiarum, sed illicitarũ speluncarum conditores sint. *Concordat item Nouell. c. 123. §. illud igitur, his uerbis*: Illud ante cętera dicendum, ut per omne æuum & ubique terrarum nostri imperij, si unquam aliquis uenerabile monasterium ædificare uoluerit, nõ prius eius agendi licentia sit, quã Dei amantiss. locorũ episcopum accersat, qui & manus in cœlum protendat, & prece sua locum Deo consecret, fixo in eo salutis nostræ signo (nempe adorandam illam, & uere preciosam crucem dicimus) sicq; ædificationi detur initiũ, cum præclarum illud & condecens fundamentum iecerit. Atq; hoc quidem principium piæ uenerabilium monasteriorum extructionis esto. *Concordat item Nouell. c. 131. §. præterea si quis, hisce uerbis*: Si quis uoluerit uenerabile ex ædificare oratorium aut monasterium, non aliter ædificationẽ incipito, nisi locorũ religiosiss. episcopus preces illic profuderit, & preciosam crucem fixerit.

Secunda regula. De deliberatione cum episcopo loci habẽda, & sufficientibus sumptibus ordinandis, proponitur Nouell. c. 67. §. deinde, his uerbis: Deinde ne aliter de nouo ecclesiam ædificet, quàm cum Dei amãtissimo episcopo ea de re uerba faciat, & tam ad incendenda luminaria, & ad sacrum ministeriũ, quam ut ædes sarta tecta habeãt, & ad sustentationẽ eorum, qui illis uacent & adsideant, certum pecuniæ modum finierit. Ac si sufficere uideatur, ut prius eorum quę deputanda sunt, donationem celebret, tum demum sacram ædem extruat. Cęterùm si cum quis ad id nõ sufficiat, nihilominus tamen cupiditate & amore comparandi nominis, ut scilicet & ipse ecclesiæ conditor appelletur, hoc uellẽ facere, quia multæ sunt hinc inde tã in hac regia urbe, quã in prouincijs ecclesię, in quibus tametsi cõueniẽtet omnia obeãtur ministeria, tamen periculũ est ne pręuetustate cõcidant, aut etiã paruę existunt, aut minore ornatu quã cupiant hi, qui sacra in ijs tractant manibus: licebit sanę ei unã ex huiusmodi ecclesijs desumere, & hanc exædificare, hic qnoq; cum scientia & consensu Dei amantis orthodoxorũ episcopi ea re conficienda. Ita enim futurũ est, ut & sacræ ædis conditor appelletur, neq; de suo prætetea quidquam sumptus addat sumptibus, pro more iam ad hoc deputatis, suppeditandis ab his qui prius quoq; eas erogationes faciebant.

2. Quomodo ædificandum monasterium, seu qua forma.

Definitur hæc quæstio Nouell. c. 133. §. & primum quidem. cuius uerba uide 3. Lib. cod. cap. 2. reg. 10.

3. Quando ædificandum.

Definitur hæc quæstio Nouell. c. 131. §. si quis uenerabile, his uerbis: Si quis uenerabile oratorium, aut xenonem, aut ptochiũ, aut orphanotrophium, aut nosocomium, aut aliã uenerabilem domũ extrui in ultima uolũtate disposuerit: iubemus, ut oratorium intra quinq; annos perficiatur, prouidentia locorum episcopi, & ciuilis magistratus: xenon uerò, aut ptochium, aut alia uenerabilis domus intra unũ annũ extruatur. Si intra annũ hæredes xenonem, aut quãcunq; uenerabilẽ domum, quam testator extrui disposuit, nõ fecerint, iubemus, ut domum ij uel emant, uel conducant, ubi iussa queant exequi, tãtisper dum eiusmodi uenerabilis domus absoluatur.

4. De cœpto opere finiendo.

Proponitur d. c. 131. §. certè qui semel, his uerbis: Qui semel cœpit uel nouum oratorium extruere, uel uetus renouare, omnibus modis à beatiss. locorum episcopo, & œconomis eius, magistratuq; ciuili compellitor uel ipse, si superstit, uel eo mortuo, hæredes eius cœptum opus perficere.

II. DE TEMPLIS.

De his claudendis, proponitur l. 1. in prin. C. de sacrific. paganorũ, his uerbis: Placuit omnibus locis atq; urbib. uniuersis, claudi protinus templa: & accessu uetito omnibus licentiã delinquendi perditis abnegari.

III. DE ORNAMENTIS TEMPLORUM.

De his seruandis, proponitur l. 3. C. d. tit. his uerbis: Sicut sacrificiã prohibemus, ita uolumus publicorũ operũ ornamenta seruari, ac ne sibi aliqua authoritate blandiantur, qui ea conantur euertere: si quod rescriptũ, si qua lex fortè prætenditur abreptæ huiusmodi chartæ ex eorum manibus, ad nostram sciẽtiam referantur.

IIII. DE RELIQVIIS APOSTOLORUM & martyrum.

Prima reg. De his non distrahendis, proponitur l. 3. C. de sacrosanctis ecclesijs, hisce uerbis: Nemo martyres distrahat, nemo mercetur.

Secunda regula. Ne reliquiæ martyrũ ad loca prophana transferantur, proponitur l. 26. C. de episcopis & clericis, hisce uerbis: Imp. Leo A. Iuliano PP. Decernimus, ut posthac neq; monachi, neque quicunq; alij cuiuslibet status atq; fortunæ in ædes publicas, uel in quæcunq; loloca populi uoluptatibus fabricata uenerabilem crucem, & sanctorum martyrum reliquias illicitè inferre conentur, uel occupare audeant ea quæ ad publicas causas, uel ad populi oblectaméta constructa sunt. Cũ enim religiosæ ædes non desunt, possunt ibi consultis prius (ut oportet) religiosiss. episcopis, reliquias martyrum non quorũdam usurpatione, sed arbitrio reuerendissimorum antistitum collocare. Ideo patientiam & modestiã suam, quam leges nostrę & publica disciplina, & ipsorum monachorum nomen exposcit, studiose unusquisq; tam monachus, quã cuiuslibet alterius professionis retineat, & perpetuò obseruare procuret.

V. DE SEPVLCHRIS APOSTOLORUM & martyrum.

Ne alius in ijs sepeliatur, præcipitur l. 2. C. de sacrosanctis eccles. his uerbis: Nemo Apostolorum uel martyrum sedem humanis corporibus existimet esse concessam.

VI. DE CRVCIBVS.

Vbi hæ reponendæ, & quis illarum usus, proponitur Nouell. c. 123. §. omnibus autem, ibi: Sed & uenerabiles, his uerbis: Venerabiles cruces, cum quibus sacerdotes in supplicationibus ingrediuntur, non alibi quàm in uenerabilibus locis reponuntur: etsi quando usus postulauerit, ad celebrandas supplicationes, tunc solum ipsas cruces hi, qui ex more eas portare solent, accipiunto, & cum episcopis ac clericis supplicationes celebranto: hæc custodientibus sanctissimis locorum episcopis, simul & ipsis clericis, neq; non ibi locorum magistratibus.

VII. DE SIGNO CRVCIS.

De eo humi non pingendo neq; sculpendo, præcipitur l. unica. C. nemini licere signum saluat. his uerbis: Cum sit nobis cura diligens, per omnia superni nominis religionem tueri: signum saluatoris Christi nemini licere, uel in solo, uel in silice, uel in marmoribus humi positis insculpere, uel pingere: sed quocunque reperitur tolli, grauissima pœna mulctandis, si qui contrarium statutis nostris tentauerint, specialiter imperamus.

DE PRIVILEGIIS ECCLEsiæ Cap. X.

PRima regula. *Confirmantur priuilegia ecclesiæ l. 12. in prin. C. de sacros. eccles. ijs, hisce uerbis:* Impp. Valentin. & Martianus AA. Priuilegia quæ generalibus constitutionibus uniuersis sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ religionis retrò principes præstiterũt, firma & illibata in perpetuũ decernimus custodiri. *Concordat l. 15. C. eod. tt. his uerbis:* Impp. Leo & Anthemius AA. Decernimus, ut antiquatis ac infirmatis funditus ijs, quę contra ipsum orthodoxæ religionis dominum quodammodo facta sunt, in integrum restituantur uniuersa, & ad suum ordinem reuocentur, quæ ante professionem nostræ mansuetudinis, de orthodoxæ religionis fide, & sanctissimarum ecclesiarum, & martyriorum statu firmiter obtinebant. Iis quę cõtra hoc tempore tyrannidis innouata sunt, tam contra uenerabiles ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatiss. ac religiosissimus episcopus patriarcha nostræ pietatis pater Acacius, quàm cæteras quę per diuersas prouincias collocatę sunt, necnon & reuerendissimos earum antistites, seu de iure sacerdotalium creationũ, seu de expulsione cuiusquam à quolibet illis temporibus facta, seu de prærogatiua in episcoporum concilio, uel extra concilium ante alios residendi uel de priuilegio Metropolitano, uel patriarchico sub ijsdem impijs tẽporibus penitus antiquãdis: ut cassatis & rescissis quę per huiusmodi sceleratas iusiones, aut pragmaticas sanctiones aut constitutiones impias siue formas subsecuta sunt: quæ à diuę recordationis retrò principib. ante nostrũ imperiũ & deinceps à nostra mansuetudine indulta, uel constituta sunt super sanctis ecclesijs, & martyrijs, & religiosis episopis & clericis, aut monachis inuiolata seruentur. Sacrosanctam quoq; huius religiosissimæ ciuitatis ecclesiã, & matrem nostræ pietatis & Christianorũ orthodoxę religionis omniũ, & eiusdem regiæ urbis sanctissimã sedẽ: priuilegia & honores omnes super episcoporũ creationibus, & iure ante alios residendi, & cætera omnia quæ ante nostrũ imperiũ, uel nobis imperantibus habuisse dignoscitur, habere in perpetuum firmiter regiæ urbis intuitu iudicamus & sancimus.

Concordat item l. 13. C. de episcopis & clericis, hisce uerbis: Si uenerabilis ecclesiæ priuilegia cuiusquam fuerint uel temeritate uiolata, uel dissimulatione neglecta: commissum quinque librarum auri cõdemnatione plectetur. *Concordat item l. 22. §. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Omnia priuilegia quæ sacrosanctis ecclesijs, confugarum aut clericorum, decanorũ aut

aut aliorum ecclesiasticorum causa legibus sunt præstita: intacta atque illibata seruari præcipimus. *Idè concordat l.11.§.priuilegijs.C.eo.tt.his uerbis*: Priuilegijs singulis quibuscúque sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ fidei, xenodochijs seu ptochijs, tá generaliter quá specialiter attributis perperuò obseruádis. *Concordat item l.33.C.eod.tt. his uerbis*: Impp. Leo & Anthemius A A. Dioscoro P P. Omnia priuilegia quæ à retrò principibus, aut à nostra serenitate, uel à iudiciatijs dispositionibus, aut liberalitatibus pro singulis quibuscunque temporibus, uel consuerudine siue circa ius metatorum, siue in alijs quibuslibet rebus prę̨stita sunt orphanotrophijs, siue asceterijs, uel ecclesijs uel ptochijs, seu xenodochijs, aut monasterijs, aut cæteris hominibus, ac rebus iuris eorum ad curam œconomi uiri religiosissimi presbyteri & orphanotrophij, uel ad eos qui post eum loco eius successerint pertinentibus: ad similirudinem Zotici beatissimę memorię, qui primus huiusmodi pietatis officiú inuenisse dicirur, per hanc pragmaticam sanctioné firma illibataque in perpetuum custodiri decerimus. Valde enim hoc uidetur necessarium, cum exindè sustentatio, & educatio orphanis atque egenis, & usibus ecclesiasticis, ac ptochijs & asceterijs comparetur. Domus etiam aliasque res superius nominatas, ad curam memorati uiri pertinentes, uel post modum quolibet modo ad eius sollicitudinem, uel eorum qui post eum ad eiusdem orphanotrophij curam uocati fuetint peruenturas, instar maioris uenerabilis ecclesię huius inclytæ urbis omnibua ptiuilegijs, quæ eadem sancta ecclesia uel nunc adipiscirur, uel postea merebitur, per potiri pietatis intuitu decernimus. *Concordat denique regulæ propositæ Nouell. c.131.§. omnia, his uerbis*: Omnia priuilegia & solatia, quæ ex Imperiali liberalitate, aut etiam quocunque alio modo sanctis ecclesijs, aur alijs uenerabilibus locis concessa sunt: firmiter ipsis per omnia conseruantor.

Secunda regula. De immunitate ecclesiæ. proponitur l.5.C.de sacrosanctis ecclesijs, his uerbis: Impp. Honor. & Theodos. A A. Melitio PP. Placet rationabilis consilij tenore perpenso districta moderatione præsctibere, à quibus specialiter necessitatibus singularum urbium ecclesiæ habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis conrumelia depelléda est, ne prædia usibus cœlestium secretorum dedicata sordidorum munerum fece uexérur, nil extraordinatium abhinc superinductum ue flagitetur: nulla translatióe sollicitudo signetur. postremò, nihil præter canonicam illationem, quám aduenticiæ necessitatis sarcina repentina poposcetit eius functionib. adscribatur. Si quis contra uenerit, post debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos promenda est, exilio deportationis perperuo subdatur. *Concordat l.11.§. nullis eas. C. de episcopis & clericis. cuius uerba uide s̄.cap 3. reg.1.Concordat item Nouell.c.131.§.ad hæc sancimus, his uerbis*: Sancimus, ne ullarum sacrosanctarum ecclesiarum, & aliarum uenerabilium domuum possessiones, sordida munera, & extraordinarias descriptiones sustineant. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi munus sit sternendæ uiæ aut extruendorũ pontiũ. quæ exceptio approbatur d.§. ad hæc sancimus, his uerbis*: Si tamen sternendæ uiæ, aut extruendorum, te nouandorum ue pontium necessitas incidat: sacrosanctæ ecclesiæ atque aliæ uenerabiles domus eiusmodi opus ad instar [illegible] terorum possessorum impleant, cum qu[illegible]d in ea ciuitate possederint, in qua o[illegible]us tale perficirur. *Concordat l. 7 C. de sac[illegible] ecclesijs; his uerbis*: Ad instructiones [illegible]tinerum pontiumque etiam diuinas domos, & uenerabiles ecclesias tam laudabili ti[illegible] libenter adscribimus: quia non est inter sordida munera numeratum.

Secunda exceptio èst: Nisi munus sit naue tr[illegible] suèhendarum publicarum specierum uel personarum. Hæc exceptio approbatur l.10. C.eod.tt. his uerbis: Iubemus, nullam nauem ultra duorum millium modiorum capacem ante fœlicem embolam, uel publicarum specierum trásuectionem, aut ptiuilegio dignitatis, aut relígionis inruitu, aut prærogatiua personæ publicis utilitatibus subtractam, excúsari posse: nec si cœleste contra proferatur oraculum, siue adnotatio sit, siue diuina pragmatica sanctio, prouidentissimæ legis regulas excusare debèbir: qnod etiam in omnibus causis cupimus obseruari, ut generaliter si quid huiusmodi contra ius, uel utilitatem publicam in quolibet negocio proferatur, non nalest: quidquid enim in frandem istius legis quolibet modo fuerit attétatum, id nauigij; quod èxcusatur publicatione corrigimus. *Concordat uerbotenus l. 2.C. de nauibus non excusandis; cuius uerba, uide J. Lib.prox.cap.6.quæst.3. in princip. Tertia exceptio est: Nisi exercitus Imperatoris sit transportandus uel eius impedimenta. Hæc exceptio approbatur l.11. C. de sacrosanct. ecclesijs, his uerbis*: Neminé ab angarijs, uel parágarijs uel plaustris, uel quolibet munere exculari præcipimus: cum ad fœlicissimsm expeditionem nostri numinis omnium prouincialium per loca, qua iter artipimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi: licet ad sacrosanctas ecclesias possessiones pertineant. *Quarta exceptio est:*

Nisi canonica illatio exigatur. Quae exceptio approbatur *l.5.ibi: Praeter canonicam. C.eod.tt. cuius uerba uide 5.ead. reg. in prin. Concordat item Nouell.c.37. in prin.his uerbis*: Ab Arrianis ablata capiunto ecclesiae Africanae, sibique habento, ut tamen publicas pro illis pensiones conferat, ab ijsdem acceptis immobilibus à nemine laedendis. *Quinta exceptio est: Nisi ecclesia res alienas pro suis muneri subtrahere conetur: hoc enim casu priuilegio immunitatis non adiuuatur. Quae exceptio approbatur interprete Accursio l.8.C.de sacro sanctis ecclesijs, hisce uerbis*: Sacrosancta Thessalonicēsis ciuitatis ecclesia, apertè sciat propriae tantummodo capitationis modum beneficio nostri numinis subleuādum, nec extraneorum grauamine tributorum rempub. ecclesiastici nominis abusione laedendam. *Concordat l.11.in fine C.de annonis & tributis. cuius uerba uide 5. Lib. prox. cap.5. quaestione 5. regula 11.*

Tertia regula. Ecclesiasticae res immunes sunt à lucratiuorum descriptione. quae regula approbatur l. 18 C.de sacros. eccles. his uerbis: Sancimus res ad uenerabiles ecclesias, uel xenones, uel monasteria, uel orphanotrophia, uel gerontocomia, uel ptochotrophia, uel noscocomia, uel brephotrophia, uel denique ad aliud tale consortium descendentes, ex qualicunque curialis liberalitate, siue inter uiuos siue mortis causa, siue in ultimis uoluntatibus habita, lucratiuorum inscriptionibus liberas immunesq; esse: lege scilicet q̄ super huiusmodi inscriptionibus posita est, in alijs quidem personis suum robur obtinente, in parte autem ecclesiastica uel aliarum domuum, quę pijs cōsortijs deputatę sunt, suum uigorem pietatis intuitu mitigante. Cur enim non facimus discrimen inter res diuinas & humanas? & quare non competens praerogatiua caelesti fauori conseruetur? Quae oportet non solum in casibus, quos futurum tempus creauerit, sed etiam in adhuc pendentibus & iudiciali termino uel amicabili compositione nec dum sopitis obtinere. *De hac lucratiuorum descriptione dicitur l. Vnica. C. de imponenda lucratiua descript. lib. 10. cuius uerba uide 5.Lib.12. cap.2. quaest.2. reg. 11. Concordat Nouell. c. 131. §. quòd si res, hisce uerbis*: Si res aliquae ex curialibus patrimonijs ad quamcunque sacrosanctam ecclesiā, aut aliam uenerabilem domum secundum leges peruenerint, aut posthac peruenient: liberas has esse sancimus à lucratiuorum descriptione.

Quarta reg. De longissimi temporis praescriptione, proponitur l.19.C.de sacros. eccl. hisce uerbis: Vt inter diuinum publicumq; eius, & priuata commoda competens discretio sit: sancimus, si quis aliquem reliquerit haereditatem, uel legatum uel fideicommissum, uel donationis titulo aliquid dederit, uel uendiderit, siue sacrosanctis ecclesijs, siue uenerabilibus xenonibus, uel ptochijs, uel monasterijs masculorum uel uirginum, uel orphanotrophijs, uel brephotrophijs, uel gerontocomijs, nec non iuri ciuitatum: uel donatorum, uel uenditorum, uel relictorum eis sit longaeua exactio nulla temporum solita praescriptione coarctanda. Sed etsi in redemptionem captiuorum quaedam pecuniae, uel res relictae, uel legitimo modo donatae sunt, & earum exactionem longissimam esse censemus. Et nobis quidem cordi erat nullis temporum metis huiusmodi actiones circumcludi. Sed ne uideamur in infinitum hanc extendere, longissimum uitae hominia tempus eligimus, & non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi centum annorum curricula excesserint: tunc enim tantummodo huiuscemodi exactionem euanescere finimus. Siue itaque memoratis religiosissimis locis, uel ciuitatibus haereditas, uel legatum, uel fideicommissum fuerit relictum, siue donatio uel uenditio processerit, in quibuscunque rebus mobilibus uel immobilibus, uel se mouentibus, siue pro redemptione captiuorum quaedam fuerint derelicta, uel donata: sit eorum penè perpetua uindicatio, & ad annos centū (secundum quod dictum est) extendatur: nulla alia exceptione temporis inhibenda, siue contra primas personas, siue contra haeredes, uel contra successores eorum moueatur. In his autem omnibus casibus, non solùm personales actiones damus, sed etiam in rem & hypothecariam, secundum nostrae constitutionis tenorem, quae legatarijs & fideicommissarijs & hypothecariam donauit: & supradictis omnibus unum tantummodo terminum humanae uitae imponimus, id est centum metas annorum. Haec autem omnia obseruari sancimus, & in ijs casibus, qui uel postea fuerint nati, uel iam in iudicium deducti sunt. *Concordat Nouell. constit. 10. his uerbis*: Vt legum originem, &c.

Mutatur regula proposita de centum annorum praescriptione in praescriptionem quadraginta annorum Nouella constitutio centesimaundecima, his uerbis: Quod medicamenta morbis, hoc exhibent iura negocijs, unde consequitur, ut nonnunquam à iudicio discordet effectus, & quod credebat coniectura prodesse experimento, inueniatur inutile. Probat igitur hoc praesentis etiam necessi-

tas

tas sanctionis, in qua priuilegiū ex religioso proposito sacrosanctis ecclesijs Dei, & monasterijs alijsq; religiosis locis, constitutione, nostra nuper iudultum, necessaria correctione distinguimus. Dudum siquidē iusseramus, ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cuius licentiam sanctionis negocia quidem multa cōmota sunt, & uelut antiquorum uulnerum obductæ patuerunt iterum cicatrices. Sed eorum sanitas prouenire non potuit, probarionum scilicet difficultatibus impedita: quoniam per tantum seculi magis quam temporis spacium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas ualet testibus suffragari. Verùm quia largitati nostræ causarum non occurrit angustia, cum ratione, simul ac religione tractantes, prædictum priuilegium usq; ad possibilem modum deducere, experimento retraximus. Et iubemus in negocijs, quæ antehac triginta remouebat exceptio, nunc uenerabilibus ecclesijs, monasterijs & xenodochijs, nec non orphanotrophijs, & brephotrophijs & ptochijs, quadraginta annorum ꝓtelatio conferatur: salua scilicet circa alias personas & causas uirtute, quam semper tricennalis sibi præscriptio uindicabat: quoniam hanc decem annorum adiectionem solis (ut dictum est) religiosis locis eorumque iuri, uel contractibus indulgemus: ut sopitæ hoc temporis spacio tam personales, quàm hypothecariæ actiones in perpetuum conquiescant, nihil penitùs alijs exceptionibus derogantes, sed tamen in alijs q̄ triennio uim roburq; tenentibus. In illis nanq; (ut dictum est) tantum negocijs religiosos cōtractus memorato, quadraginta annorum priuilegio uolumus perfrui, in quib. eis centū annorū prærogatiuam, constitutio nostra contulerat. Si quas planè causas ante hanc nostram constitutionem ab ecclesijs, cæterisq; sacris locis, ubicunq; cōmotas iudicialis sententia, aut transactionū conuentio terminauit, nolumus refricari, sed in reliquum illis hanc obijci sanctionē, quas ante hac sopitas octo lustrorū silentio moueri hactenus, aut motas terminari non contingit. *Concordat Nouell. c. 111. §. item pro tēpor. his uerbis*: Pro tēporalib. decē & uiginti, & triginta annorū pr̨scriptionib. præcipimus, ut sanctis ecclesijs, & alijs omnib. uenerabilibus domibus, quadraginta duntaxat annorū præscriptio opponatur: eodem hoc custodiēdo, & in petitione legatorū & hæreditatum, ad pias causas relictarum.

Quinta reg. Ne in ecclesia tumultus uel seditio conciteur, ne ue sacra ministeria conturbentur, proponitur l. 4. C. de ijs qui ad eccl. confugiunt, his uerbis: Denunciamus uobis omnib. ut in sacrosanctis ecclesijs & in alijs quidē uenerabilib. locis, in quib. cū pace & quiete uota competit celebrari, abstineatis ab omni seditione: nemo conclamationib. utatur, nemo moueat tumultū, aut impetum cōmittat, uel conuēticula collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, uel uici, uel cuiuscunq; loci colligere, ac celebrare conetur. Nam si quis aliquid contra leges, à quibusdam sibi existimet perpetrari: liceat ei adire iudicem, & legitimum postulare præsidium. Sciant sanè omnes, quòd si quis cōtra huius edicti normam, aut agere aliquid aut seditionem mouere tentauerit, ultimo supplicio subiacebit. *Concordat Nouell. c. 123. §. si quis cum, his uerbis*: Si quis cū diuina mysteria, aut alia sacra ministeria celebrantur, sanctam ingressus ecclesiā, uel episcopo, uel clericis, uel alijs ministris ecclesiæ, contumeliæ aliquid intulerit: iubemus, ut is tormenta sustineat, & in exilium mittatur. Quòd si ipsa etiam diuina mysteria, aut sacra ministeria turbauerit, aut celebrari prohibuerit, capitali supplicio afficitor. Eodem hoc & in supplicationibus publicis, in quibus episcopi, aut clerici inueniuntur, custodiendo: ut quidē, si duntaxat contumeliam fecerit, tormentis & exilio tradatur: si supplicationem publicam dissipauerit, periculum capitis sustineat. Atq; hæc uindicare iubemus, non tantum ciuiles, sed etiam militares magistratus. *Concordat l. 10. C. de episcopis & clericis. cuius uerba uide 5. Libro eod. capite tertio, regula secunda.*

Sexta regula. De ijs qui ad ecclesias confugiunt, ne inde extrahantur, proponitur l. 2. C. de ijs qui ad eccles. confugiunt, his uerbis: Fideli deuotaque præceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas ecclesias confugientes, abducere, sub hac uidelicet definitione, ut si quisquam contra hanc legem uenire tentauerit, sciat se maiestatis crimine esse retinendum. *Concordat l. 3. C. eod. tit. his uerbis*: Præsenti lege decernimus, per omnia loca ualitura (excepta hac urbe regia, in qua nos diuinitate propitia degentes, quoties usus exegerit incumbentes singulis causis atque personis præsentanea constituta præstamus) nullos penitùs cuiuscunque conditionis sint, de sacrosanctis ecclesijs orthodoxæ fidei expelli aut tradi, uel protrahi confugas: nec pro his uenerabiles episcopos, aut religiosos œconomos exigi, quæ debeatur ab eis. Hia qui hoc moliri aut facere, aut nuda saltem cogitatione atq; tractatu ausi fuerint tētare, capitali & ultimi supplicij animaduersione plectendis. Ex his ergo locis eorumq; finibus, quos anteriorū legum

legum præſcripta ſanxerũt, nullos expelli, aut eijci aliquando patimur: nec in ipſis eccleſijs reuerendis ita quenquam detineri atque conſtringi, ut ei aliquid uictualium rerũ, aut ueſtis denegetur, aut requies. Sed ſi quidem ipſi refugæ apparent publicè, & ſe in ſacris locis offerunt, quærentibus conueniendos: ipſis ſeruata locis reuerentia, iudicũ quibus ſubiacent ſententijs moneantur, reſpõſum daturi, quale ſibi perſpexerit conuenire. Quòd ſi in finibus Eccleſiaſticis latitant: religioſus œconomus, ſeu defenſor eccleſiæ, uel certè quem his negocijs commodiorem authoritas epiſcopalis elegerit, reconditã latentẽq; perſonã decenter ſine ullo incõmodo monitus, intra fines eccleſiæ (ſi inuenitur) præſentet. Cum aũt monitus fuerit, in publico priuatoúe contractu actione ciuili: in eius ſit arbitrio, ſiue per ſe ſiue (ſi magis elegerit) inſtructo ſolenniter procuratore directo, in eius iudicis', cuius pulſatur ſententijs examine reſpondere. Sed ſi hoc facere detrectat aut differt, iudiciorum legumque ſolitus ordo ſeruetur. Itaque ſi res immobiles poſsidet, poſt edictorum ſolennium citationem ſententia iudicantis uſq; ad modum debiti, bonorũ eius ſiue prædiorum traditio, ſiue uenditio celebretur. Quòd ſi res mobiles habet, eaſque extra terminos occultat eccleſię: ſententia iudicantis, & executoris ſollicitudine perquiſitæ, quocũq; occultantur, erutæ pro æquitatis tramite, modoq; debiti publicis rationib. priuatisq; proficiant. Sanè ſi intra fines habẽtur eccleſiæ, uel apud quemlibet ex clericis abſconditæ, ſiue depoſitæ fuiſſe firmantur: ſtudio & prudentia uiri reuerendiſsimi œconomi, ſiue defenſoris eccleſiæ diligentia inquiſitæ: eæ quolibet modo ad ſacroſanctam eccleſiam peruenientes, proferantur, ut pari æquitatis ordine, & eiſdẽ bonis fiſco, uel reipublicæ, ſiue creditoribus, & quibuſcunq; iuſtis petitoribus ad modum debiti cõſulatur. Sicubi depoſitæ uel cõmodatæ dicuntur, inquirendi talem uolumus eſſe cautelam, ut ſi ſola ſuſpicione apud aliquẽ adſerantur abſconditæ: de ſua etiam conſcientia ſatisfacere authoritate uenerabilis antiſtitis iubeatur. Adijcientes, quod ea quæ de principalibus perſonis decernimus, in cauſis fideiuſſorum, ſiue mandatorum, ſeu rerum ad eos pertinentium, uel familiarium & ſociorum ſeu participum: & omninò in ijſdem cauſis obnoxiorum perſonis præcipimus obſeruari: ſcilicet ſi ipſos quoq; ſecum cõfugæ intra eccleſiarum terminos habere uoluerint: ut eorum quoq; bonis publica debita priuataq; ſoluantur, & per eos rerum ubicunq; depoſitæ ſunt, procedat inquiſitio. Et hæc quidẽ de ingenuis liberisq; perſonis. Sanè ſi ſeruus aut colonus, uel adſcripticius, familiaris, ſiue libertus, & huiuſmodi aliqua perſona domeſtica, uel conditioni ſubdita conquaſſatis rebus certis atque ſubtractis, ſeu ſeipſum furatus ad ſacroſancta loca contulerit: ſtatim à religioſis œconomis ſiue defenſoribus, ubi primùm hæc ſcire potuerint, per eos uidelicet ad quos hoc pertinet ipſis præſentibus pro Eccleſiaſtica diſciplina, & qualitate commiſsi, aut ultione competenti, aut interceſsione humaniſsima procedente: remiſsione ueniæ, & ſacramẽti interuentione ſecuri ad locum ſtatumq; proprium re[...]rtantur, rebus quas ſecum habuerint reformandis. Diutius enim eos in eccleſijs non conuenit morari, ne patronis, ſeu dominis per ipſorum abſentiam obſequia iuſta denegentur, & ipſi per incommodum eccleſiæ egentium, & pauperum alantur expenſis. Inter hæc autem quę ſedulò ad religioſi œconomi, ſiue defenſoris eccleſiæ ſollicitudinem curamque reſpiciunt, erit etiam illud obſeruandum, ut ſingulorum intra eccleſias confugientium perſonas cauſasque, inceſſanter conquirant: deinde iudices uel eos ad quos cauſæ & perſonæ pertinent, inſta[...]tius [...]ruant, ut æquitatis conuenientiam diligentius exequantur. *Hactenus propoſita regula approbata eſt. eius autem exceptio prima hæc eſt: Niſi ſerui uel liberti aut adſcripticij à dominis, uel patronis ad eccleſias confugerint. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Sanè ſi ſeruus, aut colonus, uel adſcripticius, familiaris, ſiue libertus, &c. *Concordat quoad ſeruum l. 3. C. eod. tit. his uerbis*: Si ſeruus cuiuſquam eccleſiam, altariaúe armatus, nullis hoc ſuſpicantibus inopinatus irruerit: exinde protinus abſtrahatur, uel continuò domino, uel ei unde eũ tam furioſa formido proripuit indicẽtur, eique mox abſtrahendi copia non negetur: ſed ſi armorum fiducia reſiſtendi animum inſania impellente conceperit, abripiendi extrahendique eum domino, quibus id poteſt efficere uiribus concedatur. Quòd ſi illum etiam configi in certatione pugnaque contigerit: nulla erit eius noxa, nec conflandi criminis relinquetur occaſio, ſi is qui ex ſtatu [...]uili in hoſtilis, & homicidæ conditionẽ tran[...]ſijt ſit occiſus. *Altera exceptio eſt: Niſi Iudæus ad eccleſiam confugerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. eod. tit. his uerbis*: Iudæi qui reatu aliquo, uel debitis fatigati, ſimulant ſe Chriſtianæ legi uelle coniungi, ut ad eccleſias confugientes, euitare poſsint crimina, uel pondera debitorum: arceantur, & nec

ante

ante suscipiãtur, quàm debita uniuersa ted diderint, uel fuerint purgati innocentia demonstrata. *Tertia exceptio est: Nisi homicida, adulter, raptor uirginum, uel alius similis ad ecclesiam confugerit. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 17. §. cæterùm, his uerbis:* Homicidis, & adulteris & uirginum taptoribus, & omnib. talia delinquentib. ex sacris locis securitatem non seruabis, sed & inde eos abstrahes, &c. *Concordat Nouell. c. 37. §. qui ad ecclesiã, his uerbis:* Qui ad, &c. *Quarta exceptio est: Nisi exactio publicorum tributorum in ecclesia fiat. Hæc exceptio approbatur d. c. 17. §. ipsis uerò. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 16. membr. 3 reg. 4. Quinta exceptio est: Nisi quis conqueratur se in tributorum exactione læsum. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 128. §. nulli autem, his uerbis:* Nulli penitus eorum qui publica tributa exigunt, sed neq; censualibus, neq; logographis, neq; alijs quibuspiá fisco ministerium præbentibus, licitum esto ex locis sacris impunitatis ius quęrere cõtra eos qui in publicorum tributorum exactione ab ijs se læsos dicant.

Septima regula. De actionibus aduersus ecclesiam competentibus. Aduersus quos instituendæ sint? Aduersus œconomum ecclesiæ instituendæ. quæ regula approbatur l. 31. §. hoc nihilominus. cuius uerba uide s̄. cap. 3. reg. 14. Aduersus episcopum non datur. quæ regula approbatur Nouel. c. 123. §. episcopus. cuius uerba uide s̄. cap. 3. reg. 16.

Octaua regula. Ex contractibus uel delictis clericorum ecclesia conueniri non potest. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. capite tertio, regula duodecima.

DE ACTIBVS ECclesiasticis, & religionis. Cap. XI.

HActenus de Personis & rebus Ecclesiasticis dictum est: nunc de actibus Ecclesiasticis dicendum, & de Hæreticorum pœnis.

I. DE FIDE.

Prima regula. Ne de fide publicè disputetur, proponitur l. 3. C. de summa trinitate, his uerbis: Nemo clericus uel militaris uel alterius cuiuslibet cõditionis, de fide Christiana publicè turbis coadunatis, & audientibus tractare conetur in posterũ, ex hoc tumultus, & perfidiæ occasionem requirens. Nam & iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contenderit: cum ea quæ nunc de Christiana fide à sacerdotib. qui Chalcedone conuenerunt per nostra præcepta, statuta sunt iuxta Apostolicas expositiones, & instituta sanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicæa, & centum quinquaginta in hac regia urbe definita esse noscantur. Nam in contemptores huius legis pœna non deerit: quia non solùm contra fidem uerè expositam ueniunt, sed etiam Iudęis & paganis ex huiusmodi certamine profanant uenetanda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum remouebitur. Si uerò militia præditus sit, cingulo spoliabitur. Cæteri autem huius criminis rei, siquidem liberi sint, dè hac sacratissima urbe repellentur, pro uigore iudiciario etiam competentibus supplicijs subiugãdi. Si uerò serui, seuerissimis animaduersionibus plectentur.

Secunda regula. De trinitate & alijs fidei articulis credendis proponitur l. 1. C. de summa trinitate, his uerbis: Cunctos populos quos Clementiæ nostræ regit Imperium, in tali uolumus religione uersari, quam diuinum Petrum apostolum tradidisse Romanis, religio usque ad huc ab ipso insinuata declarat, quámque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ episcopum uirum Apostolicæ sanctitatis: hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam, Euangelicamque doctrinam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, unam deitatem sub pari maiestate, & sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequẽtes Christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos uerò dementes uesanosque iudicantes hæretici dogmatis infamiam sustinere: diuina primum uindicta, post etiam motus animi nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. *Concordat l. 2. §. Nicænæ, cum sequentibus. C. eod. tt. his uerbis:* Nicænæ fidei dudum à maioribus traditæ, & diuinæ religionis testimonio, atq; adsertione firmatæ, obseruantia semper mensura teneat. Is autem Nicænæ adsertor fidei, & catholicæ religionis uerus cultor accipiẽdus est, qui omnipotentem Deum & Christum filiũ Dei uno nomine confitetur Deum de Deo, lumen ex lumine: qui Spiritum sanctum quem ex summo rerum parente speramus & accipimus, negando non uiolat: apud quem intemeratæ fidei sensus uiget, incorruptę trinitatis indiuisa substãtia, quę Græco uerbo ὁμοούσιος rectè credentibus dicitur. Hæc profectò nobis magis probanda, hæc ueneranda [illegible]. Qui uerò non ijsdem inseruiunt, desinant adfectatis dolis alienum ueræ religionis nomen adsumere, & suis apertis criminib. denotentur. atq; ab omni submoti ecclesiarũ limine penitus arceantur: cum omnes hæreticos illicitas agere, intra oppida congregationes uetemus. At si quid eruptio factiola tentauerit, ab ipsis etiam urbium mœnib exterminato

furore propelli, iubemus ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicænam fidem tenent, catholicæ ecclesiæ toto orbe reddantur. *Concordat item l. 4. §. omnes uerò. C. eod. tt. bis uerbis*: Omnes sacerdotes sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ, & reuerendissimi archimadritæ sanctorum monasteriorum, sequentes sanctitatem uestram, & custodientes statum & unitatem sanctarum Dei ecclesiarum, quam habent ab Apostolica uestræ sanctitatis sede: nihil penitus immutãtes de ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, uno consensu confitentur & glorificant prædicantes Dominum nostrum IESVM CHRISTVM unigenitum filium & uerbum Dei, & Dominum nostrum ante secula, & sine tẽpore de patre natum, in ultimis dieb. descẽdisse de cœlis, & incarnatum ex Spiritu sancto, & sancta atq; gloriosa uirgine & Dei genitrice Maria natum, & hominem factũ, & crucifixum, unum esse sanctę & consubstantialis trinitatis, & coadorandũ, & glorificandum Patri & Sancto spiritui: nec enim aliũ Deum uerbum, & alium Christum cognoscimus, sed unum atq; eundem ipsum consubstantialem patri secundum diuinitatẽ, & consubstanrialem nobis eundem ipsum secundũ humanitatẽ, passibilẽ carne eundẽ ipsum impassibilem deitate. Vt enim est in diuinitate pfectus, ita idẽ ipse & in humanitate perfectus est. In una enim substantia deitatem suscipimus & confitemur, quod Græci dicunt ὁμοούσιον. Et quoniam unigenitus filius, & uerbum Dei ante secula & sine tempore de patre natus, idem ipse in ultimis diebus descendens de cœlis incarnatus ex Spiritu sancto, & sancta atq; gloriosa semper uirgine & Dei genitrice Maria, homo factus Dominus noster IESVS CHRISTVS propriè & uerè Deus est. Ideo & sanctam atq; gloriosam uirginem Mariã, propriè & uerè Dei matrem esse dicimus: non quia Deus uerbum principiũ ex ipsa sumpserit, sed quia in ultimis diebus descendit de cœlis, & ex ipsa incarnatus & homo factus, & natus est: quem confitemur & credimus (sicut dictum est) consubstanrialem patri secundum deitatem, & consubstantialẽ nobis eundem ipsum secundum humanitatem: eiusdem miracula & passiones, quas sponte carne sustinuit, agnoscentes.

Tertia regula. De quatuor concilijs sequendis, proponitur d. l. 4. §. suscipimus, his uerbis: Suscipimus sancta quatuor concilia, id est trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui in Nicæna urbe congregati sunt, & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in hac regia urbe conuenerunt: & sanctorum patrum, qui in Epheso primò congregati sunt: & sanctorum patrum, qui in Chalcedone conuenerunt, sicut uestra apostolica sedes docet atq; prædicat. *Concordat Nouell. c. 131. in prin. his uerbis*: Sancimus, ut sancti ecclesiastici canones, qui à sanctis quatuor concilijs (hoc est Nicæno decem trecenrorum & octo: Constanrinopolitano centum quinquaginta sanctorum patrum: Ephesino primo, in quo Nestorius condemnatus est: & Chalcedonensi, in quo Eutyches cum Nestorio anathemate percussus est) expositi, & confirmati sunt, uicem legũ obtineant. Prędictorum etenim sanctorum conciliorum decreta perinde, ut Sacras scripruras suscipimus, & canones ut leges custodimus. *Concordat item l. 23. C. de episcopis & clericis, hisce uerbis*: Quoniam uenerabilis recordationis Fabianus huius almæ urbis episcopus, cum uenerabilis synodi innumerabilium penè sacerdotum, qui Chalcedone conuenerunt, tanto & tali decoratus est testimonio, ut Eutyches, qui contrà senserat, cum sceleraris dictis suis ab omnibus uno ore damnaretur: aboleatur quidem Eutychetis damnosa memoria, Fabiani autem laudabilis recordatio releuerur.

II. DE SACRIFICIIS, MISSA, sacris mysterijs, supplicationibus & orationibus.

Prima reg. Sacrificia probibentur l. 1. §. uolumus. C. de sacrificijs paganor. bis uerbis: Volumus cũctos sacrificijs abstinere. Quòd si aliquid fortè huiusmodi pperrauerint, gladio ultore sternãtur, facultates etiã perempti fisco decernimus uindicari. Et similiter puniri Rectores puinciarũ, si facinora uindicare neglexerint. *Concordat l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide 8. Lib. 4. cap. 9. quæst. 1. causa 3. Item concordat l. 7. C. eod. tt. bis uerbis*: Nemo uenerantis adorãtisq; animo delubra, quæ olim iam clausa sunt, reseret: absit à seculo nostro infandis execrãdisq; simulachris honorẽ pristinũ reddi, redimiri sertis tẽplorũ impios postes, pfanos aris accẽdi ignes, adoleri in ijsdẽ thura, uictimas cædi, pateris uina libari, & religionis loco existimari sacrilegiũ. Quisquis cõtra hãc serenitatis nostrę sanctionẽ, & cõtra interdicta sacratissimarũ ueterũ cõstitutionũ sacrificia exercere tentauerit: apud publicũ iudicem reus tanti facinoris legitimè accusetur, & cõuictus pscriptionẽ omniũ bonorũ suorũ, & ultimũ supplicium subeat. Conscij etiam & ministri sacrificiorum eandem pœnam, quæ in illum fuerit irrogata, sustineant: ut hac legis nostræ seueritate perterriti metu pœnæ desinant, sacrificia interdicta celebrari. Quòd si uir clarissimus rector prouinciæ, post accusationem

onem legitimã, & poſt crimen in cognitione conuictum, tantum ſcelus diſsimulauerit uindicare: quinquaginta libras auri ipſe iudex, quinquaginta etiã officium eius, fiſco noſtro inferre cogatur. *Concordat item l. 13. ff. ad l. Corneliam de ſicarijs, hiſce uerbis*: Ex Senatuſconſulto legis Corneliæ, de ſicarijs, & ueneficis pœna damnari iubetur, qui mala ſacrificia fecerit, habuerit.

Secunda regula. Ne in priuatis ædibus ſacra myſteria fiant, proponitur Nouell. conſt. 57. his uerbis: Et priſcis ſancitum eſt legibus, nulli penitùs eſſe licentiam domi, quæ ſacratiſsima ſunt agere. ſed publicè ſinere procedere incredulitatem, & Dei culturam ſecundum ſanctionem de his ſacratis actibus traditam. & nos etiam hanc in præſenti ponimus legem, quam cum omni cautela tenere uolumus. Omnis enim interdicimus, magnæ huius ciuitatis habitatoribus, magis autem etiam totius noſtræ ditionis in domibus ſuis habere quaſdam, quaſi orationum domos, & in his ſacra celebrare myſteria, & hinc fieri quædam Catholicæ & Apoſtolicæ traditioni extranea. Sed ſiquidem domos, ita ſimpliciter aliqui habere putant oportere in ſacris ſuis orationis, uidelicet ſolius gratia, & nullo celebrando penitus horum, quæ ſacri ſunt myſterij: hoc eis permittimus. Inuidia enim nulla eſt, ſi uolunt circa hæc habere habitacula quædam, & in eis tanquam in ſacris orare, alijs autem omnibus abſtinere: Niſi tamen in eis aliquos uoluerint inuitare clericos, hic quidem ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ, & ſub ea ſanctiſſimarum domuum uoluntate ac probatione ſanctiſsimi archiepiſcopi ad hoc deputatos, in prouincia uerò Deo amabilium epiſcoporum: nulla nouitate ſedi eius beatitudinis ex præſeuri noſtra lege facienda, circa exiſtentia ei quolibet modo in ordinationibus, aut gubernationibus hic aut in prouincijs iura, ſed omnibus etiam competentibus ei quolibet modo & tempore rstis: nunc & in omne reliquum tempus ſeruandis, ſancimus tuam hic conſeruare gloriam, & manifeſta omnibus per literas proprias conſtituere, quatenus per omnia ualeat lex. Hæc enim & glorioſiſsimo præfecto fœlicis huius urbis, & ſanctiſsimo archiepiſcopo, & uniuerſali patriarchæ præcipimus, ut ex ciuili & ſacerdotali uirtute hæc perpetuò cuſtodiantur. Sciant enim & ipſi domuum domini, quia ſi non hæc cuſtodierint, ipſi quidem ſub Imperiali fiet motu, domus autem in quibus aliquid tale agitur, & publicæ fient, & ſub ſacratiſsimum noſtrum ærarium deducentur. Si autem & aliquos contingit tale aliquid in ſuis habere domibus, ſciant, quòd niſi intra tres menſes, ex quo hæc lex inſinuata fuerit, hæc correxerint, & ad figuram à nobis ordinatam deduxerint, ſub prædicta pœna fient. Hæc autem agi cum ueritate non per aliquam calumniam uolumus: ueracium enim ſolummodo ſumus amatores. *Concordat Nouell. c. 131. §. ſi quis domi, his uerbis*: Si quis domi ſuæ, aut in ſuburbio, prædioue Eccleſiaſticum celebrare miniſteriũ præſumpſerit, aut alijs celebrare ſine clericis religioſiſs. locorum epiſcopo ſubditia conceſſerit: iubsmus, ut ea domus, aut ſuburbium, aut prædium, ubi tale quid admiſſum fuerit, ſacroſanctæ eius loci eccleſiæ per Dei amantiſsimum epiſcopum, & œconomum eius ciuilemq́ue magiſtratum uindicetur. Quòd ſi ignorante locorum domino procuratores eius, aut coloni, inquiliniúe, aut emphyteutæ huic contrarium aliquid fecerint, aut fieri conceſſerint: dominus quidem loci nullum præiudicium, ſeu damnum ſuſtineat, qui uerò id uel fecerunt, uel fieri conceſſerunt, ex prouincia, ubi hoc admiſſum fuit, eijciantur, rebus ipſorum ſacroſanctæ eius loci eccleſiæ uindicandis.

Tertia regula. De ſupplicationibus publicis peragendis, proponitur Nouell. c. 123. §. omnibus autem. his uerbis: Omnibus laicis interdicimus, ne ſupplicationes publicas peragant ſine religioſiſsimis epiſcopis, & qui ſub eis ſunt reuerendiſs. clericis. Quomodo enim ſupplicatio publica eſſe poteſt, in qua ſacerdotes non inueniuntur, qui ſolennes preces peragant? Sed & uenerabiles cruces, cum quibus ſacerdotes in ſupplicationibus ingrediuntur, &c. *Reliqua uerba uide s. capite nouo, de Crucibus.*

Quarta regula. De precibus uiua uoce proferendis, proponitur Nouell. conſtit. 123. §. ad hæc iubemus, his uerbis: Iubemus, ut omnes epiſcopi pariter & presbyteri non tacito modò, ſed clara uoce, quæ à fideli populo exaudiatur, ſacram oblationẽ & preces in ſancto baptiſmate adhibitas celebrent: quo maiore exinde deuotione, in depromendis Domini Dei laudibus, audientiũ animi efferãtur. Itã enim & diuus Apoſtolus docet, dicẽs in prima ad Corinthios epiſtola: Enimuerò ſi ſolummodo benedicas ſpiritu, quomodo is qui priuati locũ implet, dicet ad gratiarum actionem tuam Deo, ipſum Amen: quandoquidem quid dicas, non uidet? Tu quidem pulchrè gratias agis, alter autem non ædificatur. Et rurſus in epiſtola ad Romanos ſic inquit: Corde quidẽ creditur ad iuſticiam, ore autem fit confeſsio ad ſalutem. His igitur de cauſis conuenit, ut inter

cæteras

cæteras preces, & ea quæ in sancta oblatione dicuntur, clara uoce à religiosiss. episcopis & presbyteris Domino nostro IESV CHRISTO Deo nostro cum patre & sancto Spiritu proferantur: scituris religiosissimis sacerdotibus, quòd si quid horum neglexerint, & in horrendo iudicio magni Dei & seruatoris nostri IESV CHRISTI de his rationem reddent, neq; nos hæc cognoscentes conquiescemus, relinquemusq; inulta.

III. DE BAPTISmate.

Prima regula. De oblatione in baptismate uiua uoce facienda, proponitur Nouell. c. 123. §. *ad hæc iubemus. cuius uerba uide* 3. *reg. prox.*

Altera regula. De non rebaptizando, proponitur l. 1. *C. ne sanctum baptisma iteretur, his uerbis*: Antistitem qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit, sacerdotio indignum esse censemus. Eorum enim condemnamus errorem, qui Apostolorũ præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismare nõ purificãt, sed incestant lauacri nomine polluentes. *Concordat l.* 2. *C. eod. tit. his uerbis*: Si quis rebaptizare quempiam de ministris catholicæ sectæ fuerit detectus, unà cum eo qui piaculare crimen commisit (si tamen criminis per ætatem capax sit) & hic cui persuasum sit, ultimo supplicio percellatur. *Concordat item l.* 3. *C. eod. tit. his uerbis*: Nulli hæreticorum danda licentia est, uel ingenuos, uel seruos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati mysterijs, ad suum rursus baptisma deducendi: nec uerò illos quos emerint, uel qualitercunq; habuerint, nedum suæ superstitioni coniunctos prohibendi catholicæ sequi religionem ecclesiæ. Quod qui fecerit, uel cum si ingenuus in se fieri passus sit, uel factum nõ detulerit: exilio ac decem librarum auri mulcta damnabitur: testamenti & donationis faciendæ utrisque denegandа licentia. Quæ omnia ita custodiri decernimus, ut nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori, aut nulli coercitioni mandare: nisi ipse idem pati uelit, quod alijs dissimulando concesserit.

IIII. DE SACRORVM librorum lectione.

Vtrum in Hebraica solum, an & in alia lingua sint legendi? definitur Nouell. const. 146 *his uerbis*: Aequum sanè erat, ut Hebræi cum sacris libris aures præbent, non leuiter & rebus solum modò gestis delectarentur, sed reconditos in ipsis sensus spectarent, per quos magnũ illi Deum & Seruatorem humani generis IESVM CHRISTVM annunciant. Verùm enimuerò, quamuis dum commentis inter ipsos interpretationibus se committunt, in hunc usq; diem à recta sententia aberrarũt: quia tamẽ didicimus habere ipsos inter se controuersiam, nõ sustinuimus eum tumultum relinquere ipsis incompositum. Siquidem per interpellationes, quæ ad nos referuntur didicimus, quòd ex ipsis quidam sola lingua tenentur Hebraica, eaq; utendũ esse in sacrorum librorum lectione uolunt, quidam etiam Græcam assumendum contendunt: & longo iam tempore ea de re seditiones inter se agitant. Nos igitur de hac controuersia edocti: meliores esse iudicauimus eos, qui Græcam etiam linguam in sacrorum librorum lectione uoluerunt assumere, & (uno uerbo) omnem deniq; linguam, quam locus accommodatiorem & magis familiarem reddat auditoribus. Sancimus igitur, ut in quibus omninò locis Hebræi sunt, Hebræis qui uolunt licentia sit in eorum synagogis, Græca etiam lingua, itemque patria hac fortè, nempe Italica, aut quacunq; alia pro loci ratione mutata lingua, sacros libros intelligentib. legere, quo magis per ipsorum lectionem intelligentibus tota dictorum series ordine manifesta fit, secundumq; ea & uitam & studia sua instituant: neq; facultas sit ipsorum interpretibus, qui solam Hebraicam assumunt linguam, ut suo arbitratu maliciosè hãc tractent, uulgi ignorantia suam tegentes improbitatem. Enimuerò, qui Græca lingua legunt, utentur interpretatione Septuaginta, quæ omnibus exactior est, & præter cæteras multa continet occulta: præsertim uerò propter id quod in interpretando accidit, nam cum semper bini seorsim conclusi essent, & diuersis locis interpretarentur: unam tñ omnes compositionẽ ediderũt. Ad hæc, quis non illud in his uiris admiretur, quod cũ longo tẽpore salutarẽ apparitionẽ magni Dei & seruatoris nostri IESV CHRISTI præcesserint: tamen illam futurã, quasi præsentibus cernentes oculis, prophetica quodammodo gratia ipsos circumfulgente, sacrorum illi librorum interpretationẽ accommodarunt? Atque hac quidem omnes præcipuè utentur: ne tamen in eam opinionem ueniant, quasi cæteras interpretationes exclusérimus: damus illis licentiã, ut etiam interpretatione Aquilæ utantur: tametsi ille diuersæ nationis fuerit, & nonnullis dictionib. non mediocrem cum Septuaginta habeat differentiam. Quæ uerò Deuterosis, quasi secundaria traditio ab ipsis dicitur, in uniuersum interdicimus, ut quæ sacris libris comprehensa non sit, neq; desuper tradita per prophetas, sed excerpta quædam uirorum contineat, qui terrena duntaxat loquantur, neque quidquam in se

in se diuini habeant numinis. Sed & ipsas utiq; sacras uoces leganr, cũ sacros libros euoluunt: neq; cælanres ea quæ inibi prolata sunt, extrinsecus assumant nusquam scriptas uocum inanitates, ab ipsis ad perditionem simplicium excogitatas. Vnde hac à nobis præbita licentia: neque aliquibus omnino subdentur dispendijs, hi qui Græcam & alias linguas assumunt, neq; item ab ullo prohibebuntur: neq; qui archipherecitæ, aut seniores interim, aut etiam magistri apud eos appellantur, licentiam habebunt, ut uafris quibusdam commentis aut anathemarismis id prohibeant: nisi uelint corporalibus castigari pœnis, atq; insuper bonis spoliati, uel inuiti consentire r obis, qui & præstantiora & Deo magis a cepta uelimus, iubeamusq;. Certè si quis impias & sacrilegas uocum inanitates introducere tentauerit, & uel mortuorum resurrectionem, uel iudicium extremum negare, aut affirmare quod figmentum & creatura Dei per angelos subsistat: hi uolumus, ut etiam omnibus locis expellatur, neq; tam maledicam uocem emittant, qui in uniuersum ipsa etiam cognitione Dei exciderunt. Eos enim qui huius generis aliquid proloqui pertentauerint, omniũ acerbissimis supplicijs subijcimus, introducto per hos errore gentem Hebræorum depurgantes. In uotis autem habemus, ut per hanc & illam linguam sacris libris prębentes aures, & interpretum peruersitatem obseruent, neq; solis attendant literis, sed rea etiam ipsas degustent, & sacratiores omnino sensus percipiant: quo magis & quod præstantius est addiscant, & aliquando decipi, atq; ab eo, quod omnium pręstãtissimum est, nempe in Deũ fiducia aberrare desinant. Propterea enim omnem ipsis linguã ad sacrorũ librorum lectionẽ aperuimus, ut si omnes ordine eorũ scientiam amplectantur, ad meliora perdiscenda reddãtur apriorea, cum in confesso sit, multo paratiore ad meliora discernenda & capessenda esse eum qui sacrorum librorũ lectione innutritus, nõ longè à correctione, & ut ad bonam frugem perducatur, difsidet: quàm qui nihil horũ intelligit, sed ex solo religionis nomine depẽdet, eiq; tanquã sacræ adhæret anchoræ, & sciẽtiam Dei putat in sola sectæ appellatione uersari. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hãc sacrã declarãrur legẽ, ea obseruabit tã gloria tua, q̃ cohors tibi obtemperans, &c.

V. DE SEPVLTVRA MORTVORUM.

1. Qui sepeliendi.

De ultimo supplicio adfectis, proponitur ĩ. Lib. 3. cã. 12. quæst. 6. reg. 1.

2. Quæ cum defuncto sepelienda.

Prima regula. De ornamentis cum corporibus non condendis, proponitur l. 14. §. non autem oportet. ff. de religiosis, his uerbis: Non oportet ornamenta cum corporibus cõdi, nec quid aliud huiusmodi, quod homines simpliciores faciunt.

Altera regula. De partu mulieris prægnãtis defunctæ excidendo, proponitur l. 2. ff. de mortuo inferendo, his uerbis: Negat lex Regia mulierem, quæ prægnans mortua sit humari, antequã partus ei excidatur. Is qui contra fecerit, spem animantis cum grauida peremisse uidetur.

3. Vbi sepeliendum.

Ne in ciuitate sepeliatur, constituitur l. 3. §. diuus. ff. de sepulchro uiolato. cuius uerba uide ĩ. Libro primo, capite nono, de Principum placitis, in princip. Concordat l. 12. C. de religiosis, hisce uerbis: Mortuorum reliquias, ne sanctum municipiorum ius polluatur, intra ciuitatem condi iam pridem uetitum est. *Huc item uidetur pertinere ius sepulchorum, uerũm de hoc infrà inter iura Rerum, dicetur in Parte tertia.*

4. Euentus sepulturæ.

I. Regula. De ornamentis sepulchri, proponitur l. 7. C. de religiosis. hisce uerbis: Statuas sepulchro superimponere, uel monumento, quod à re extructũ profiteris, ornamenta quę putas super addere non prohiberis: cum iure suo eorum quæ minus prohibita sunt, unicuiq; facultas libera non denegetur.

II. Regula. Ne cadauera detineantur uel uexentur, proponitur l. 38. ff. de religiosis, hisce uerbis: Ne corpora aut ossa mortuorum detinerentur, aut uexarentur, néue prohiberentur, quo minus uia publica transferrentur, aut quo minus sepelirentur, præsidis prouincię officiũ est. *Concordat l. 39. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius. item concordat l. 3. §. non perpetuæ. ff. de sepulchro uiolato. de quo itidem 3. reg. prox. dicetur. Plura de hac re dicetur in actione Sepulchri uiolati.*

III. Regula. De corporibus uel ossib. non transferẽdis, proponitur l. 14. C. de religiosis, hisce uerbis: Nemo humanũ corpus ad alterũ locũ sine augustis affatibus transferat. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non perpetuæ sepulturæ corpus traditum sit. quæ exceptio approbatur l. 10. C d. tit. his uerbis:* Si necdũ perpetuę sepulturæ corpus traditũ est, trãslationẽ eius facere non prohiberis. *Concordat l. 3. §. nõ perpetuæ. ff. de sepulchro uiolato. his uerbis:* Nõ perpetuę sepulturę tradita corpora posse transferri, edicto diui Seueri continetur: quo mandarur ne corpora detinerentur, aut uexarentur, aur prohiberentur per territoria oppidorum transferri. *Secunda exceptio est: Nisi in arcula tantũ nõ sub terra conditũ sit corpus. quæ exceptio approbatur l. 39. ff. de religiosis, hisce uerbis:* Diui fratres edi-

cto admonuerunt ne iustæ sepulturæ traditum: id est, terra conditum inquietetur. Videtur autem terra conditum etsi in arcula conditum hoc animo sit, ut non alibi transferatur. Sed arculam ipsam (si res exigat) in locum commodiorem licere transferre, nō est denegandum. *Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi dominus cadauer in locum suum ab alio sepultum eruat, ac transferat. Hæc exceptio reprobatur l. 8. in prin. ff. de religiosis, hisce uerbis*: Ossa quæ ab alio illata sunt uel corpus, an liceat domino loci effodere uel eruere sine decreto Pontificum seu iussu principis, quæstionis est. Et ait Labeo, expectandum seu permissum pontificalem seu iussionem principis: alioquin iniuriarum fore actionem aduersus eum qui eiecit. *Quarta exceptio est: Nisi princeps uel pontifex permisit. Hæc exceptio constat ex ijs quæ dicta sunt s. excep. prox. item s. ead. reg. in prin. Quinta exceptio est: Nisi ui fluminis sepultura cōtingatur uel alia iusta trāsferendi causa sit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de religiosis, hisce uerbis*: Si ui fluminis reliquiæ filij tui contingū tur, uel alia iusta & necessaria causa interuenit: æstimatione rectoris prouinciæ transferre eas in alium locum poteris. *Sexta exceptio est: Nisi in itinere defunctus sit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. diuus tamē ff. de sepulchro uiolato, his uerbis*: Diuus Marcus rescripsit, nullá pœná meruisse eos qui corpus in itinere defuncti per uicos, aut oppidū transuexerūt: quáuis talia fieri sine permissu eorum quib. permittendi ius est, non debeant.

5. De modo sepulturę, & adiūctis seu eius solennitate, & expensis.

De hac re proponitur Nouell. c. 59. his uerbis: Si quidquid usq; est bonorum operū, &c. *Usq; ad finem. Ait imp.* Conscripta de hoc sacra forma ad prçfecturā urbicariā, &c. *Hæc forma seu cōstitutio habetur Nouell. con. 43. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 4. quæst. 1. reg. 2. except 9.*

DE HÆRETICIS IN genere. Cap. XII.

I. DEFINITIO HAEreticorum.

D*Efinitio hæreticorum proponitur l. 2. §. fin. C. de hæreticis, hisce uerbis*: Hæreticorum uocabulo cōtinentur, & latis aduersus eos sanctionib. debēt succūbere, qui uel leui argumento à iudicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint, deuiare. *Cōcordat Nouell. c. 109. §. hæreticos autem, his uerbis*: Hęreticos retro principes dixerūt, & nos dicimus, qui cūq; diuersarū sectarū sunt, quib. connectimus & cōnumeramus etiā eos, qui Iudaicā Nestorij sequūtur uesaniā; & Eutychianistas & Acephalos, & qui peruersa Dioscori & Seueri opinione laborāt, qui Manichęorum & Apollinaris impietatē renouarūt: & insuper quicūq; membrum sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ non sunt, in qua & omnes sanctiss. totius habitati orbis patriarchæ, tam Romæ occidentalis, quàm huius regiæ urbis, & Alexandriæ, & Theopolis, & Hierosolymorū, & omnes sub ijs cōstituti religiosiss. episcopi, uno ore Apostolicā fidem & traditionē prædicant. Qui igitur incontaminata cōmunione in catholica ecclesia cum Dei amantiss. huius sacerdotibus non participant, optimo iure uocamus hæreticos. Tametsi enim Christianorum nomen sibi imponunt: eo tamen ipso, quod à uera Christianorum fide pariter & communione seipsos separant, Dei se iudicio subdi cognoscunt.

II. SPECIES HAERETICORUM.

Species hæreticorū enumerantur uerbis iam propositis. Sed & enumerantur l. 5. C. de hæreticis, his uerbis: Ariani & Macedoniani, Pneumatomachi, Apollinariani siue Sabatiani, Eunomiani, Tetraditæ siue Tessarescædecaditæ, Valentiniani, Papianistę, Montanistæ, seu Priscillianistæ, uel Phryges, uel Pepuzitę, Marcionistæ, Borboriani, Messaliani, Euchitæ siue Enthausiastæ, Donatistæ, Audiani, Hidropatastatæ, Ascodrogitæ, Batrachitæ, Hermogeniani, Photiniani, Pauliani, Marcelliani, Ophiræ, Encratistæ, Apotactitæ, Saccophori, & qui ad imam usq; scelerum nequitiam peruenerunt Manithęi, nunquā in Romanum locū conueniendi, orandiq; habeant facultatem. Manichæis etiā de ciuitatibus pellendis, & ultimo supplicio tradendis: quoniā his nihil relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat iniuria. Cunctis quoq; legibus quæ cōtra eos, cæterosq; qui nostræ fidei refragantur, olim diuersisq; tēporibus latæ sunt, semper uiridi obseruantia ualituris: siue de donationibus in hæreticorū cōuenticula, quę ipsi audaciter ecclesias nuncupare conantur, factis: siue ex ultima uolūtate rebus qualitercunq; relictis: siue de priuatis ædificijs, in quæ domino permittente, uel conniuente conuenerint, uenerandæ nobis catholicæ ecclesiæ uindicandis: siue de procuratore qui hoc nesciente domino fecerit decem librarum auri mulctā, uel exilium (si sit ingenuus) subituro, metallū uerò post uerbera, si seruilis conditionis sit: ita ut nec in publicū conuenire locū, nec ædificare sibi quasi ecclesias, nec ad circumscriptionem legum quidquam meditari ualeant, omni ciuili & militari curiarum etiam & defensorum, & iudicum sub uiginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio: illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, quæ de

militia

militia pœnisque uatijs, deque diuerſis ſunt hæreticis promulgata, ut nec ſpeciale quidem beneficium aduerſus leges ualeat impetratum.

III. POENAE AC IVRA HAERETICORUM.

Prima regula. De hæreſi non exercenda, eáque punienda, proponitur l. 2. in prin. C. de hæreticis, hiſce uerbis: Omnes uetitæ legibus diuinis, & imperialibus conſtitutionibus hæreſes perpetuò quieſcant: nemo ulterius conetur, quę reperetit profana præcepta, uel docere uel diſcere: nec antiſtites eorundem audeant fidem inſinuare, quam non habent, & miniſtros creare, qui non ſunt: nec per conniuentiam iudicantium, omniumque quibus per conſtitutiones paternas ſuper hoc cura mandata eſt, eiuſmodi audacia negligatur & creſcat.

Secunda regula. Ne hæreticis locus detur in quo conueniant, ſed arceantur & exterminentur, deque prædijs in quibus conueniunt, proponitur l. 2. in prin. C. de ſumma trinitate, his uerbis: Nullus hæreticis miniſteriorum locus, nulla ad excercendam animi obſtinationis dementiam pateat occaſio. Sciant omnes, etiamſi quid ſpeciali quolibet reſcripto per fraudem elicito ab huiuſmodi hominum genere impetratum ſit, non ualere: arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ, unius & ſummi Dei nomen ubique celebretur. *Concordat d. l. 2. §. fin. cuius uerba uide ſ. cap. prox. reg. 2. item concordat l. 3. C. de hæreticis, hiſce uerbis:* Cuncti hæretici procul dubio nouerint omnia ſibi loca adiméda eſſe, ſiue ſub eccleſiarum nomine teneantur, ſiue diaconica appellentur, uel etiam decanica, ſiue in priuatis domibus, uel locis huiuſmodi cœtibus copiam præbere uideantur: his ædibus, uel locis priuatis eccleſię catholicę uindicãdis. Ad hoc inrerdicatur his omnib. ad litanias faciẽdas nocte uel die, prophanis coire conuentionibus: ſtatuta uidelicet condemnatione centum librarum auri cõtra officium ſublimitatis tuæ, uel præſidale quinquaginta, ſi quid huiuſmodi fieri, uel in publicis, uel priuatis ædibus concedatur. *Concordat item Nouell. c. 37. §. nulla, his uerbis:* Nulla omnino hæreſis domum, aut locum orationis habeto. *Concordat item Nouell. c. 112. his uerbis:* Quia hæretici, dum neque Dei timorem mente concipiunt, neque per legũ ſeueritatem interminatas iſtiuſmodi hominibus pœnas reputant in animo: & nonnullos è ſimplicioribus decipiunt, præter morem ſanctæ Dei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ conuenticula, atq; bapriſmara clàm concelebrant: pium arbitrati ſumus, per præſens noſtrum edictum tales cohortari, ut & ipſi ab hæretica deſciſcant ueſania, neque aliorum animas per fraudem deducant in interitum: ſed potius ad ſanctam Dei accurrant eccleſiam, in qua nihil antiquius habetur rectis dogmatibus, & omnes hæreſes cum ipſarum ducibus percelluntur anathemate. Quin uniuerſos uolumus cognoſcere, quòd ſi de cęterò inueniantur aliqui, qui improbato more ita conuenticula agitauerint, aut ad ea conuenerint, amplius eos non tolerabimus: ſed tam domos, in quibus tale quid peccati perpetratum fuerit, ſanctæ addicemus eccleſiæ: quàm ijs qui ita peruerſo more conuenticula egerint, quique ad eos conuenerint, conſtitutionum pœnis omnibus inferri modis iubebimus. *Concordat item Nouell. conſtit. 131. § ſi quis item, his uerbis:* Si quis hærericorum, quibus connumeramus etiam Neſtorianos, & Acephalos & Eutychianiſtas, ſpeluncam auſit fidei ſuæ exædificare, aut Iudæi nouam ſibi ſynagogam extruere: ſancta locorum eccleſia eas fabricas ſuo dominio uindicato. Cæterùm ſi quis per emphyteuſin, aut cõductionem, aut quocunque alio adminiſtrationis genere poſſeſsionem ſuam huiuſmodi perſonæ dederit: ſiquidem poſſeſsionis dominus nouit, quod hæretico hanc commiſerit, omnes reditus illius temporis, quod contractui acceſsit, eccleſia ciuitatis, ſub qua poſſeſsio poſita eſt, uindicet. Si uerò poſſeſsionis dominus ignorabat quod hæreticus eſſet, cuius fidei hanc commiſerat: ipſe quidem ob ignorantiam indemnis conſeruetur, hæreticus uerò in utroque caſu & poſſeſsionibus eijciatur, & ſubſtantia eius addicatur fiſco. *Concordat item l. 5. C. de ſacrificijs paganorum, his uerbis:* Impp. Honor. & Thodoſius AA. populo Carthaginenſi. Omnia loca quæ ſacris error ueterum deputauit, noſtræ rei iubemus ſociari. Quod autem ex eo iure ubicũq; ad ſingulas quaſcunque perſonas, uel præcedentium principum largitas, uel noſtra maieſtas uoluit peruenire, id in eorum patrimonijs æterna firmitate perduret. Ea uerò quæ multiplicibus conſtitutis, ad uenerabilem eccleſiam uolumus pertinere, Chriſtiana ſibi merito religio uindicabit.

Tertia regula. De prædijs in quibus eccleſiæ uel oratoria conſtituta ſunt, hæreticis non alienandis, proponitur l. 9. C. de hæreticis, hiſce uerbis: Si qui orthodoxæ religionis emptione uera uel ficticia, aut quocunque alio iure uel titulo, prędia uel poſſeſsiones reſque immobiles, in quibus orthodoxæ fidei eccleſiæ uel oratoria conſtituta ſunt, in hęreticæ ſectæ, & contrariè orthodoxę fidei ſentientem, quá-

cunque personam transferre uoluerint: nullam huiusmodi uel inter uiuos habitam, uel secreto iudicio compositam, ualere uolumus, uoluntatem etiamsi ab orthodoxæ fidei uenditore, uel quocunque modo alienatore, commenticio sub qualibet occasione fuerint adsignata: sed irrita omnia huiusmodi documenta, & tanquam penitus nec scripta essent censemus. Hęc enim prędia, possessiones quæ in hæreticas personas quocunque modo tráslatæ fuerint, uel collatæ, fisci nostri iuribus decernimus uindicari. Siue enim apud dominos possessores, siue orthodoxos ea prædia maneant, seu ad fisci nostri iura peruenerint: necesse est in his ecclesias & oratoria constituta diligentius, & sollicitius instaurari. Nostræ etenim serenitatis undiq; ad hunc exitum prouidentia ducit, ut omnipotentis Dei templa, in quibus nostrę fidei instituta perdurant, cultu assiduo per omnia secula in quibus ueræ fidei ecclesiæ uel oratoria constituta sunt, & integritas colitur. omnino ab ijsdem deleri atque destitui, & omni cultu uacare omnibus sacris, & solitis uiduari mysterijs, omni splendore priuati, nullis populorum conuentionibus, nullis clericorum obseruationibus celebrari, & ex hoc sine dubio easdem ecclesias perire, ruere, complanari: nec enim de earum restauratione hæretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus esse nolebant: quæ omnia resecantes ad præsentem legem peruenimus. *Concordat Nouell. c. 131. §. at si orthodoxus, his uerbis:* Si orthodoxus qui possessionem habet, in qua sancta sit ecclesia, uel per emphyteusin. uel conductionem, uel quocúque administrationis genere ea data ipsam alienauerit, aut reliquerit Iudęo, aut hæretico, aut Samaritano, aut Græco, aut Montanistæ, aut Ariano sacrosancta eius oppiduli ecclesia horum dominium uindicato.

Quarta regula. De hæreticis nihil ex rebus immobilibus ecclesiasticis alienando, proponitur Nouell. c. 131. §. porrò iubemus, his uerbis: Iubemus ne quisquam hæreticus, uel per conductionem, uel emphyteusin, uel emptionem, aut quocunque alio modo, res immobiles à quacunque ecclesia aut uenerabili domo capiat. Si quid uerò eiusmodi delicti admissum fuerit, hæreticus quidem, si quid perhanc causam præbuerit, amittat: Istiusmodi uerò res uenerabili domui, à qua & datæ sunt uindicantor: dispensator autem domus, qui huiusmodi res hæretico dederit, in uniuersum à dispensatione remouetor, & in monasterium conijcitor. & per annum unum à sancta communione segregator, ut qui Christianos hæreticis tradiderit.

Quinta regula. Ne hæretici habeant seruos Christianos, proponitur L. unic. C. ne Christianum mancipium, his uerbis: Iudæus seruum Christianum nec comparare debebit, nec largitatis, uel alio quocunque titulo consequatur. Quod si aliquis Iudæorum mancipium, uel Christianum habuerit, uel sectæ alterius seu nationis crediderit, ex quacunque causa possidendum, & id circumciderit: non solum mancipij damno mulctetur, uerumetiam capitali sententia puniatur, ipso seruo pro præmio libertate donando. *Concordat l. 42. §. his ita dispositis. C. de episcopis & clericis, hisce uerbis:* Repetita lege iubemus, ut nullus Iudæus, uel paganus, aut hæreticus Christianos seruos habeat. Quòd si inuenti fuerint in tali reatu, sancimus, seruos omnibus modis liberos esse, secundum anteriorem nostrarum legum tenorem. In præsenti autem hoc amplius decernimus, ut si quis de supradictis Iudæis uel paganis, aut hæreticis habuerit seruos nondum catholicæ fidei sanctissimis mysterijs imbutos, & prædicti serui desiderauerint ad orthodoxam fidem uenire: postquam catholicæ ecclesiæ sociati fuerint, in libertatem modis omnibus ex præsenti lege eripiantur: & eos tam iudices prouinciarum, quam sacrosanctæ ecclesiæ defensores, nec non beatissimi episcopi defendant, nihil pro eorum precijs penitus accipientibus dominis. Quòd si forte post hac etiam ipsi domini eorum ad orthodoxam fidem conuersi fuerint, non liceat eis ad seruitutem reducere [illegible], qui eos ad orthodoxam fidem præcesserint. Sed si quis talia usurpauerit, pœnis grauissimis subiacebit.

Sexta regula. Rescriptum ab hæreticis impetratum non ualet. quæ regula approbatur l. 2. §. sancimus. C. de summa trinitate. cuius uerba uide s. reg. 2. Concordat l. 1. §. fin. C. de hæretic. cuius uerba uide s. quæstione proxima.

Septima regula. Hæretici priuilegia quæ habuerunt amittunt. Quæ regula approbatur exemplo l. 1. C. de hæreticis. cuius uerba uide s. capite tertio, regula prima, exceptione tertia. Item alio exemplo approbatur Nouell. constitut. 109. cuius uerba uide s. Libro octauo, capite nono, regula quarta, exceptione prima. Approbatur insuper Nouell. constitut. 45. in prin. & sq; ad §. cæterum uerò, his uerbis: Retulit nuper uiuo apud nos sermone excellentia tua, plerosq; inter decuriones, Iudęos fortè, aut Samaritanos, aut Montanistas, aut alioqui detestandos esse homines, quos uondum ne nunc quidem recta nostra & inculpata fides illuminarit, sed in tenebris resideant, neque illorum animi ullo uerorum myste-

mysteriorum sensu tangantur. Item quia hęreticos odio prosequimur, quòd per hanc causam & prætextum perierint curialibus se liberari muneribus, & quomodo conueniat ea quæ illò pertinent, discernere. Cæterùm uehementer mirati sumus, quòd eiusmodi illorum tationes prudentia & ingenij tui acumen sustinuerit, ac non protinus eos qui talia proferrēt discerpserit. Nā si ulli sunt homines, qui per extremam improbitatem illis se dignos esse muneribus arbitrantur, quæ summis tantummodo dignitatibus reseruauimus: quis non perditissimè eos oderit? Vnde nobis sunto decuriones quemadmodum & cohortatibus * ut iam antè legibus expressum est, neq; ullus religionis cultus tali eos fortuna eximito. nihil enim horum neque antiquior aliqua, neque recentior lex protulit. Indigni tamen in uniuersum omni curiali existunto honore. Et quia multa leges decurionibus priuilegia tribuunt, tum ne ictus fustium illis inferatur, tum ne uelut sordidati rei sistantur iudicio, neúe in aliam ducantur prouinciam, & infinita alia: nullo horū perfruuntor. Imò si quid omnino de decurionibus scriptum est, cum per priuilegia illis gratia non fit: hoc & in illis obtineto, & implento tam personalia quàm patrimonialia muneta, neq; eos lex ab his eximat: honore autem nullo petfruuntor, sed fortunam sustinento cum infamia, qua etiam animum notatum esse uoluerunt. Atque ita sanè de hoc ipsis disponitor.

Octaua regula. Hæretici curiali fortuna non liberantur. quæ regula approbatur uerbis iam propositis. Concordat l. 7. C. de hæreticis, hisce uerbis: Curiales omnium ciuitatum onerosis, quin etiam militiæ siue diuersis officijs facultatum & personalium munerum obligatos, suis ordinibus (cuiuscunque sectæ sint) inhærere censemus: ne uideamur hominibus execrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium præstitisse, quos uolumus huius constitutionis authoritate damnari.

Nona regula. Hæretici non succedunt parentibus uel cognatis defunctis. & de successione qua hæreticis succeditur, proponitur l. 11. in prin. C. de hæreticis, hisce uerbis: Cognouimus, multos esse orthodoxos liberos, quibus nec pater nec mater orthodoxæ sunt religionis. Et ideo sancimus, ut non tantum in casu ubi alter non orthodoxæ religionis est, sed etiam in ijs casibus, in quibus uterque parens alienæ sectę sit, id est pater & mater: hi tantummodo liberi ad eorum successionem, siue ex testamento, siue ab intestato uocentur, & donationes seu aliæ liberalitates, his accedere possint, qui orthodoxorum uenerabili sunt nomine decorati: cæteris liberis eorum qui non Dei omnipotentis amorem, sed paternam uel maternam impiam adfectionem secuti sunt, ab omni beneficio repellendis. Liberis autem orthodoxis non existentibus, ad adgnationem, uel cognationem eorum (orthodoxos tamen) easdem res, uel successiones peruenire. Quòd si nec adgnatio uel cognatio rectè inueniatur, tunc easdem res fisci nostri iuribus uindicari. *Concordat Nouell. c. 115. §. enimuero, cum sequentib. his uerbis*: Iubemus, ut saluis legibus quę iam de alijs prolatę sunt hæreticis, eadem & circa Nestorianos & Acephalos custodiantur: & si quando parentes deprehendātur, uel Iudaicæ Nestorij uesanię dediti, uel Acephalorum amplexati dementiam, & propterea à communione catholicæ ecclesiæ separati: ne ijs liceat alios sibi hæredes instituere, quàm orthodoxos liberos, & cum catholica ecclesia communionem habentes: aut liberis non existentibus, masculini fœmininiúe sexus cognatos, qui uidelicet orthodoxi sint. Sin uerò (ut licet conijcere) ex filijs alij orthodoxi sint, & cum catholica ecclesia communionem habeant, alij ab hac separati sint: ut omnes parentum facultates ad filios catholicos, & eos solos perueniāt, sancimus: & si huiusmodi personæ nouissimas uoluntates conficiant, contra tenorem huius nostræ constitutionis aliquid disponentes. At si fratres, qui ab ecclesia separati sunt, postea ad eam reuertantur: competens illis portio ea forma, qua inuenta fuerit restitutionis tempore, his præbeatur: ut nullam de fructibus aut rerum medij temporis administratione inquietudinem aut molestiam sustineant catholici, qui prius memoratas res obtinuerant: quia, quemadmodum earum rerum quæ ex parte non communicantium fratrum orthodoxi possessionem nacti sunt, alienationem prohibemus, ita & præteritorum temporū fructus & administrationem neutiquam ab his qui earum compotes fuerunt, exigi retractariúe iubemus. Quòd si ad finem usque uitæ suæ in eodem errore hi, qui non communicant, perseuerauerint: tunc orthodoxos fratres aut hæredes eorum plenissimo iure dominij easdem res possidere sancimus. Sin uerò omnes liberi peruersæ opinionis, & à communione catholicæ ecclesiæ alieni inueniantur, alij autem qui genere proximi uel per masculinum uel per fœmininum sunt sexum, orthodoxam fidem colere, & cum ecclesia communionem habere adprobentur: hi hæreticis pręferantur

ferantur liberis, & eorum hæreditatem successionis ordine suscipiant. At uerò si & liberi & genere proximi adgnati seu cognati ab orthodoxæ fidei communione peregrini existunt: tunc siquidem parentes ipsorum inter clericos ordinem aliquem obtinuerint, ut res eorum ad ecclesiam ciuitatis, ubi domicilium habuerunt, pertineant, uolumus: ita tamen, ut si Ecclesiastici intra anni spacium huiusmodi personarum res uindicare neglexerint, earum dominium nostro uindicetur ærario. Si laici sunt, sine aliqua distinctione facultates eorum consimiliter ad sacras res nostras priuatas perueniant. Quæ obtinere sancimus, & cum sine testamento tales personæ moriuntur. Omnibus, quæ tum contra reliquos hæreticos, tum etiam contra Nestorianos & Acephalos, & omnes alios qui cum catholica ecclesia communionem nō habent, in qua prædicta quatuor sancta concilia, & reliqua, neque non patriarchæ referuntur, in constitutionibus disposita sunt, consimiliter & contra hæredes eorum obseruandis. Nam si pro mundanis causis tam anxiè sumus solliciti: quanto maiore cum prouidentia cura adhibenda est pro salute animarum? *Concordat item Nouell. constitut. 115. §. hæc autē omnia, his uerbis:* Hæc aūt omnia, quæ de successionibus generis sanximus, in illis obtinere uolumus, qui catholicæ existunt fidei. In hæreticis enim eas leges, quæ iam à nobis sunt propositæ, firmas esse iubemus: nullam innouationem aut deminutionem ex præsente lege subituras. *Concordat item Nouell. constitut. 144. §. 1. cuius uerba uide ſ. capite proximo, de Samaritanis.*

Decima regula. In testamento hæreticis relictum non ualet. Quæ regula approbatur l. 5. ibi: Siue de donationibus. C. de hæreticis. cuius uerba uide s̄. eod. capite, quæstione secunda. Concordat d. Nouell. constitut. 144. §. 1. item l. 4. ibi: Ipsos quoq; uolumus. C. de hæreticis. cuius uerba uide ſ. cap. prox. de Manichæis. Concordat item l. 3. C. de apostatis. cuius uerba uide item ſ. cap. proxim. de apostatis. Huius autem regulæ exceptio uidetur esse talis: Nisi miles in suo testamento hæreticis aliquid reliquerit. Verùm hæc exceptio reprobatur l. ultim. C. de hæreticis, hisce uerbis: Diuinam nostram sanctionem per quam iussimus, neminem errore constrictum hæreticorum hæreditatem, uel legatum siue fideicommissum accipere, etiam in ultimis militum uoluntatibus locum habere præcipimus, siue communi iure, siue militari testentur.

Vndecima regula. Hæretici testamenta facere non possunt, nec legare aut donare. quæ regula approbatur Nouell. c. 144. §. 1. cuius uerba uide ſ. cap. prox. de Samaritanis. Exemplum uide ſ. cap. prox. de Apostatis, regula 2.

Duodecima regula. De ui non inferenda hæreticis, proponitur l. 6. C. de sacrificijs paganorum, his uerbis: Christianis qui uerè sunt, uel esse dicuntur, specialiter demandamus, ut Iudæis & paganis quietè degentibus nihil tentantibus turbulentum legibusque contrarium, non audeant manus inferre religionis authoritate abusi. Nam si contra securos fuerint uiolenti, uel eorum bona diripuerint: non ea solùm quæ abstulerint, sed conuicti in duplum quæ rapuerint restituere cōpellentur. Rectores etiam prouinciarum & officia & principales cognoscant se (si non ipsi talia uindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint) ut eos qui fecerint puniendos. *Concordat l. 13. C. de Iudæis. cuius uerba uide ſ. cap. prox. de Iudæis, reg. 11.*

Decimatertia regula proponitur Nouell. c. 37. §. 1. his uerbis: Hæreticus non baptizato, ad rempub non accedito, catechumenum non circumcidito. *Hactenus de Hæreticis in genere sit dictum. Plures autem huiusmodi sunt regulæ, quas suis subiecimus locis, ut de testimonijs illorum subiecimus loco de Testibus s̄. Lib. 7. cap. 4. except. 11. & ita de similibus. Nunc de quibusdam hæreticorum specieb. specialia quædam proponenda restant.*

DE HÆRETICIS IN specie. Cap. XIII.

I. DE MANICHAEIS.

PRima regula. De Manichæorum pœnis, proponitur l. 4. C. de hæreticis, hisce uerbis: Manichæos seu Manichæas uel Donatistas meritissima seueritate persequimur. Huic itaque hominum generi nihil ex moribus uel legibus sit commune cum cæteris. Ac primum quidem uolumus esse publicum crimen: quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam, quos bonorum etiam publicatione persequimur. Ipsos quoque uolumus amoueri ab omni liberalitate, & successione quolibet titulo uenientes. Præterea non donandi, non emendi, non uendendi, non postremò contrahendi cuiquam conuicto relinquimus facultatem. In mortem quoque inquisitio tendatur. nam si in criminibus maiestatis licet memoriam accusare defuncti, non immeritò & hic debet subire iudicium. Ergo & suprema illius scriptura irrita sit, siue testamento, siue codicillo, siue epistola, siue quolibet genere dereliquerit uoluntatem, qui Manichæus fuisse conuincitur. Sed nec filios hæredes existere aut adire permittimus, nisi à paterna

paterna prauitate discesserint. delicti enim ueniam pœnitentibus damus. In eos etiam authoris aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda prouisione defendunt. Seruos insuper extra noxam esse uolumus, si dominum sacrilegum euitantes ad ecclesiam catholicam seruitio fideliore transierint.

Altera regula. De Manichæis urbibus expellendis, & ultimo supplicio afficiendis, proponitur l. 5. ibi: Et qui ad imam. C. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 2.

II. DE NESTORIANIS.

De his constituitur l. 6. C. de hæreticis, his uerbis: Damnato portentosæ superstitionis authore Nestorio, nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Christianorum appellatione abutantur: sed quemadmodum Ariani ab Ario, lege diuæ memoriæ Constantini, ob similitudinem impietatis, Porphyriani à Porphyrio nuncupantur: sic ubique participes nefariæ sectę Nestorij Nestoriani uocentur: ut cuius scelus sunt in deserendo Deum imitati, eius uocabulum iure esse uideantur sortiti. Nec uerò impios libros nefandi & sacrilegi Nestorij aduersus uenerabilem orthodoxorũ sectam, decretaq; sanctissimi cœtus antistitum Ephesi habiti scriptos, habere uel legere aut describere quisquam audeat: quos diligenti studio requiri, ac publicè cõburi decernimus, ita ut nemo in religionis disputatione aliquam supradicti nominis faciat mentionẽ, aut quibusdam eorum habendi concilij gratia in ædibus aut uilla, aut suburbano suo, aut quolibet alio loco cõuenticulum clàm aut apertè præbeat: quos oẽs cœtus celebrandi licentia priuari statuimus: sciẽtibus uniuersis uiolatorem huius legis publicatione bonorum esse coercendum.

III. DE EVTYCHIANISTIS & Apollinaristis.

De his tractatur l. 8. C. de hæreticis, hisce uerbis: Quicunque in hac sacra urbe, uel Alexandrina, uel in omni Aegyptiaca diœcesi diuersisque alijs prouincijs Eutychetis, profanam peruersitatem sequũtur: & ita non credunt, ut trecenti decem & octo sancti patres tradiderunt catholicam fidem, in Nicæna ciuitate fundãtes: cẽtũ quoq; & quinquaginta alij uenerabiles episcopi, qui in alma urbe Constantinopolitana postea cõuenerunt: & sicut Athanasius & Theophilus & Cyrillus sanctæ recordationis episcopi Alexandrinæ ciuitatis credebant, quos etiam Ephesina synodus (cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Nestorij error expulsus est) in uniuersis secuta est, quos & nuper uenerabilis Chalcedonẽsis synodus est secuta, prioribus concilijs sacerdotum ex omni prorsus parte consentiens, nihilque adimens sacrosancto symbolo neque adijciens, sed Eutychetis dogmata funesta condemnans: sciant se esse hæreticos Apollinaristas. Apollinaris enim facinorosissimam sectam Eutyches & Dioscorus mente sacrilega sunt secuti: ideoque hi homines, qui Apollinaris uel Eutychetis peruersitatem sequuntur, illis pœnis quæ diuorum retrò principum constitutionibus contra Apollinaristas, uel serenitatis nostræ postmodum sanctiones contra Eutychianistas, uel hac ipsa augustissima lege contra eosdem decretæ sunt, nouerint se esse plectendos. Idcirco Apollinaristæ, hoc est Eutychianistæ, quibus etsi est in appellatione diuersitas, tamen est in hæresis prauitate coniunctio, & dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium: siue in hac alma urbe diuersisque prouincijs, siue in Alexandrina ciuitate, siue intra Aegyptiacam diœcesin sunt, & neque ita credunt, ut supradicti uenerabiles patres credebant, neque uiro reuerendissimo Alexandrinæ urbis antistiti pro certo fidem orthodoxam tenenti communicant: episcopos, presbyteros, aliosque clericos & creare & habere prohibemus: Scientibus ijs tam Eutychianistis, & Apollinaristis, qui ausi fuerint cuiquam episcopi, uel presbyteri, uel clerici nomen imponere, quàm ijs qui passi fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere, pœnam exilij cum facultatum suarum amissione se subituros. Vniuersi præterea Apollinaristæ & Eutychianistæ non ecclesias, non monasteria sibi construant: parasynaxes & conuenticula tam diurna, quàm nocturna non contrahant: neque ad domum uel possessiones cuiusquam, neque ad monasterium, uel quemcunque alterum locum operaturi sectæ funestissimæ congregentur. Quòd si fecerint, & hoc factum fuisse domino uolente constiterit, post rem in examine iudicis adprobatam, domum uel possessionem eius in qua conuenerint, uel monasterium eius ciuitatis orthodoxæ ecclesiæ, in cuius territorio est, iubemus addici. Si uerò ignorante domino, sciente uerò eo qui pensiones domus exigit, uel actore prædij parasynaxes & conuenticula interdicta collegerint: conductor uel procurator siue actor, uel quicunque eos in domum, uel possessionem, uel monasterium receperint, ac passi fuerint illicitas parasynaxes conuentusque celebrari, si uilis & abiectæ sine

conditionis, fustibus publicè, & in pœnam suam & in aliorum coerceantur exemplū. Si honestæ uerò sunt personæ, decem libras auri mulctæ nomine fisco nostro cogantur inferre. Nullum præterea Apollinaristam, uel Eutychianistam ad aliquam iubemus adspirare militiam. Et si inuenti fuerint, militari cingulo soluti honestorum hominum, ut palatij communione priuentur, nec in aliqua nec in qua nati sunt ciuitate, uel uico aut regione uersentur. Si qui uerò in hac urbe alma nati sunt, tā sacratissimo comitatu, quam omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. Nullubi insuper Eutychianistæ, uel Apollinaristæ publicè, uel priuatim conuocandi cœtus, uel circulos contrahendi, & de errore hæretico disputandi, ac peruersitatem facinorosi dogmatis adserendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra uenerabilem Chalcedonensem synodum liceat uel aliquid dictare, uel scribere, uel edere, atque emittere, aut aliorum dicta uel scripta super eadem re proferre. Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare. Quòd si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur. Eos uerò qui discendi studio adierint, de infausta hæresi disputantes, decem librarum auri quæ fisco nostro inferendæ sunt, iubemus subire dispendium. Vltimo etiam supplicio coerceantur, qui illicita docere tentauerint. Omnes uerò huiuscemodi chartæ ac libri, qui funestum Eutychetis scilicet, & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concremenrur: ut facinorosæ peruersitatis uestigia flammis combusta depereant. Aequum namque est, ut immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat: scientibus moderatoribus prouinciarum, eorumq́ue apparitoribus, defensoribus etiam ciuitatum, quòd si ea quæ legis huius religiosissima sanctione custodire decreuimus, aut neglexerint aut aliqua permiserint temeritate uiolari: denarum librarum auri mulctam fisco nostro inferre cogantur, insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt.

IIII. DE APOSTATIS.

Prima regula. Apostatæ bona publicantur. quæ regula approbatur l.1.C. de apostatis, hisce uerbis: Si quis lege uenerabili constitutus, & ex Christiano Iudæus effectus, sacrilegis cœtibus aggregetur: cum accusatio fuerit adprobata, facultates eiusdem dominio fisci iubemus uindicari.

Secunda regula. Apostatæ testamentum facere non possunt. quæ regula approbatur l.3 & 4. C. de apostatis, quarum uerba proponentur 3. regulis proximis. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi à morte apostatæ, qui testamentum fecit, illud intra quinquennium non sit impugnatum. quæ exceptio approbatur l.2.C. eod. tit. his uerbis: Si quis defunctū uiolatæ atq; desertæ Christianæ religionis accusat, eūq; ad sacrilegia templorum, uel in ritus Iudaicos transisse contendit, eaq; gratia testari minimè potuisse cōfirmat intra iugi quinquennium, quod inofficiosis actionib. constitutū est, proprias exigat actiones, futuriq; iudicij huiuscemodi sortiatur exordium.

Tertia regula. Apostatæ non succedunt alijs, nec relicta capiunt, nec testimonium perhibere possunt, atq; excommunicantur. quæ regula approbatur l.3.C. de apostatis, hisce uerbis: Hi qui sanctā fidem prodiderunt, & sanctū baptisma hæretica superstitione profanarūt, à cōsortio omniū segregati sint, testimonijs alieni, testamēti (ut antea sanximus) nō habeant factionem, nulli in hæreditate succedant, à nemine scribantur hæredes: quos etiā præciperemus procul abijci, ac longius mandari, nisi pœnę uisum fuisset, esse maioris uersari inter homines, & hominum carere suffragijs. *Propositæ regulæ exceptio uidetur esse talis: Nisi pœnitentiam egerint. uerùm hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis*: Sed nec unquam in statum pristinum reuertātur, nec flagitium morum obliterabitur pœnitentia, neq; umbra aliqua exquisitæ defensionis, aut muniminis obducetur: quoniam eos qui fidē quā Deo dedicauerant polluerunt, & prodentes diuinum mysterium in profana migrauerunt, tueri ea quæ sunt commentitia, & concinnata nō possunt. Lapsis etenim & errantibus subuenitur, perditis uerò, hoc est sanctum baptisma profanantibus nullo remedio pœnitentię, quæ solet alijs criminibus adesse, succurritur.

Quarta regula. Accusatio aduersus apostatas perpetua est, nec finitur illorum morte, nec alienandi ius habent. quæ regula approbatur l.4.C. de apostatis, hisce uerbis: Apostatarum sacrilegum nomen singulorum uoces cōtinuę accusationis incessent, & nullis finita temporibus huiuscemodi criminis arceatur indago: quib. quāuis præterita interdicta sufficiant, tamen etiā illud iteramus, ne postquā à fide deuiauerint, testandi aut donandi quippiam habeant facultatem: sed nec uenditionis specie facere legi fraudem sinantur, totumque ab intestato Christianitatem sectantibus propinquis potissimum deferatur. In tantum autem contra huiuscemodi sacrilegia perpetrari uolumus actionem, ut uniuersis ab intestato uenientibus etiam post mortem peccantis absolutam uocem simula-

simulationis congruæ non negemus: nec id patiemur obstare, si nihil in contestatione profano dicatur uiuente productum. Sed ne huius interpretatio criminis latius in incerto uagetur errore, eos præsentibus insectamur oraculis, qui nomine Christianitatis induti sacrificia uel fecerint, uel facienda mandauerint: quorum etiam post mortem comprobata perfidia, ac ratione plectenda est, ut donationibus testamentisq; rescissis, ij quibus hoc deferret legitima successio, huiusmodi personarum hæreditare potiantur.

Quinta regula. De pœna eius qui aliquem fecerit apostatam, proponitur l. 5. C. de apostatis, hisce uerbis: Eũ quicunq; seruũ uel ingenuũ Inuitũ, seu suasione plectenda ex cultu Christianæ religionis in nefandam sectam, ritũue trãsduxerit: cum dispendio fortunarum capite puniendum esse censemus.

Sexta regula. Apostatæ omnium hæreticorum pœnis tenentur & relegantur l. 6. C. de apostatis, hisce uerbis: Eos qui catholicarum ecclesiarũ clerici, uel orthodoxæ fidei monachi, relicto uero orthodoxo religionis cultu, Apollinaris uel Eutychetis hæresin & dogmata abominanda secuti fuerint: omnibus pœnis, quæ prioribus legibus aduersus hæreticos constitutæ sunt, iubemus teneri, & extra ipsum quoq; Romani imperij solum repelli: sicut de Manichæis præcedentium legũ statuta sanxerunt.

V. DE IVDAEIS.

Prima regula. Iudæorum uniuersitati relictum capi non potest. quæ regula approbatur l. 1. C. de Iudæis, hisce uerbis: Quod Cornelia Saluia uniuersitati Iudæorum, qui in Antiochiensium ciuitate constituti sunt, leganit, peti non potest.

Secunda regula. De pœna Iudæorum prohibentium ne ex ijs aliqui fiant Christiani, proponitur l. 2. C. de Iudæis, hisce uerbis: Iudæis & maioribus eorum & patriarchis uolumus intimari, quod si quis post hanc legem aliquem, qui eorum feralem fugerit sectam, & ad Dei cultum respexerit, saxis aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognouimus) ausus fuerit attentare: mox flammis dandus est & cum omnibus suis participibus concremandus.

Tertia regula. Ne synagoga Iudæorum pro hospitio fit, proponitur l. 1. C. eod. tit. his uerbis: In synagogam Iudææ legis, uel in hospitij merito irruentes iubeas emigrare: quas priuatorum domus non religionum loca habitationum merito conuenit attingere.

Quarta regula. Iudæi à curialibus muneribus immunes non sunt. quæ regula approbatur l. 4. C. de Iudæis, hisce uerbis: Iussio qua sibi Iudaicæ legis homines bladiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur immunitas, rescindatur. *Concordat l. 9. C. eod. tit. his uerbis:* Quicunque ex Iudæis obnoxij curiæ comprobantur, curiæ mancipentur. *Plura de hac re uide s. cap. prox. reg. 7 & 8.*

Quinta regula. Ne iudæi & Christiani inuicem matrimonia contrahant, prohibetur l. 5. C. de Iudæis, his uerbis: Ne quis Christianam mulierem in matrimonium Iudæus accipiat, neque Iudææ Christianus coniugium sortiatur. Nam si quis huiusmodi aliquid admiserit, adulterij uicem commissi huiusmodi crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoq; uocibus relaxata.

Sexta regula. Iudæorum leges matrimoniales tolluntur l. 6. C. de Iudæis, hisce uerbis: Nemo Iudæorum morem suum in coniunctionibus retinebit, nec iuxta legem suam nuptias sortiatur, nec in diuersa sub uno tempore coniugia conueniat.

Septima regula. Vt Iudæi Romanis utantur legibus, præcipitur l. 7. C. eod. tit. his uerbis: Iudæi communi Romano iure uiuentes in ijs causis, quæ tam ad superstitionem eorum, quam ad forum & leges ac iura pertinent, adeant solenni more iudicia, omnesque Romanis legibus conferant, & excipiant actiones. Si qui uerò, & communi pactione ad similitudinem arbitrorum apud Iudæos in ciuili duntaxar negocio putauerint litigandum, sortiri eorum iudicium, iure publico non uetentur. Eorum etiam sententias iudices exequantur, tanquam ex sententia cognitoris arbitri dati fuerint.

Octaua regula. De precio rerum uenalium Iudæis ab extero non statuendo proponitur l. 8. C. de Iudæis, hisce uerbis: Impp. Arcad. Honorius & Theodos. AAA ad Iudæos: Nemo externus religionis Iudæorum, Iudæis precia statuet, cum uenalia proponunt: iustum est enim sua cuiq; committere. Itaq; Rectores prouinciarum uobis nullum discussorem aut moderatorem esse concedent. Quòd si quis sumere sibi curam (præter nos proceresque uestros) audeat, eum uelut aliena appetentem supplicio coercere festinent.

Nona regula. Vt citra contemptum Christianæ legis Iudæi ritus suos seruent, proponitur l. 11. C. de Iudæis, hisce uerbis: Iudæos quosdam festiuitatis suæ solennia ad pœnæ quandam recordationem incendere, & sanctæ crucis adsimilatã speciem, in contemptũ Christianæ fidei sacrilega mente exurere, prouinciarũ rectores prohibeãt: ne locis suis fidei nostræ signum immisceant, sed ritus suos citra

tra contemptum Christianæ legis retineãt: amissuri sine dubio permissa hactenus, nisi ab illicitis temperauerint.

Decima regula. Ne die sabbathi ac reliquis festis Iudæi molestentur, uel alios molestent. proponitur l. 13. C. de Iudæis, hisce uerbis: Die sabbathi ac reliquis sub tempore quo Iudæi cultus sui reuerentiã seruãt, neminem aut facere aliquid, aut ulla ex parte conuenire eos debere præcipimus: ita tamẽ, ut nec illis detur licentia, eodem die Christianos orthodoxos cõuenire, nec Christiani ex interpellatione Iudæorum ab officialibus præfatis diebus aliquã sustineant molestiam, cum fiscalibus commodis, & litigijs priuatorum constat reliquos dies posse sufficere.

Vndecima regula. De ui non inferenda Iudæis, præcipitur l. 13. C. de Iudæis, hisce uerbis: Nullus tanquam Iudæus cum sit innocens, obteratur, nec expositum eum ad contumeliã religio qualiscunq; proficiat. Non passim eorum synagogæ, uel habitacula concrementur, uel perperam sine ulla ratione lædantur. Cum alioqui etiamsi sit aliquis sceleribus implicitus, idcirco tamen iudiciorum uigor iurisq; publici tutela uidetur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere ualeat ultionem: sed ut in hoc personis Iudæorũ uolumus esse prouisum, ita id quoq; monendum esse censemus, ne Iudæi forsi- sitan insolescant, elatiq; sui securitate quidquam præcipites in Christianam reuerentiam ultionis admittant. *Concordat l. 6. C. de sacrificijs pagan. cuius uerba uide s. cap. prox. quæstione 3. reg. 11.*

Duodecima regula. Ne Iudæi uim inferant Christianis, præcipitur uerbis iam propositis hisce: Sed ut in hoc personis Iudæorum, &c.

Decimatertia regula. Apud quem Iudæi conueniendi, definitur l. 14. C. de Iudæis, hisce uerbis: Si qua inter Christianos & Iudæos sit intentio: non à senioribus Iudæorum, sed ab ordinarijs iudicibus dirimatur.

Decimaquarta regula. Ne Iudæi Christianos circũcidant. proponitur l. 15. C. d. tit. his uerbis: Iudæi & bonorum præscriptione, & perpetuo exilio damnabuntur, si nostræ fidei hominem circumcidisse eos, uel circumcidendũ mandasse constiterit.

Decimaquinta reg. De tributis à Iudæis exigẽdis & inferendis, proponitur l. 16. C. de Iud. hisce uerbis: Iudæorum primates qui in utriusq; Palæstinę synedrijs dominantur, uel in alijs prouincijs degunt, periculo suo anniuersarium canonem de synagogis omnibus, palatinis compellentibus exigant ad eam formam, quam patriarchæ quondam coronarij auri nomine postulabant. Et hoc quod de Occidentalibus patriarchis conferri consueuerat, nostris largitionibus inferatur.

Decimasexta regula. Ne Iudæi ad dignitates & honores admittantur, proponitur l. 17. C. de Iudæis, hisce uerbis: Hac ualitura in omne æuum lege sancimus, neminẽ Iudæorũ (quibus oẽs administrationes seu dignitates interdictę sunt) nec defensoris ciuitatis fungi saltẽ officio, nec patrię honorẽ arripere concedimus: ne adquisiti sibi officij authoritate muniti aduersus Christianos, & ipsos plerunq; sacræ religionis antistites, ueluti insultantes fidei nostræ, iudicandi uel pronũciandi quamlibet habeant potestatẽ. Illud etiã pari consideratione rationis argentea præcipimus, ne qua Iudaica synagoga in nouam fabricã surgat, fulciendi ueteres permissa licentia, quæ ruinam minantur. Quisquis igitur uel infulas acceperit, quæsitis dignitatibus nõ potiatur: uel si ad officia uetita subrepserit, his penitùs repellatur: uel si synagogã extruxerit, compendio catholicæ ecclesiæ nouerit se laborasse: & qui ad honores & dignitates irrepserit, habeatur ut antea conditionis extremæ, & si honorarium illicitè promeruerit dignitatem: & qui synagogæ fabricam cœperit non studio reparandi, cũ damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis, præterea cernat bona sua proscripta, mox pœnæ sanguinis destinandus, quasi qui fidẽ alterius expugnauit peruersa doctrina. *Plura de regula proposita uide s. cap. prox. reg. 7.*

Decimaseptima regula. Ne Iudæi nouas extruant synagogas. Hæc regula approbatur uerbis iam propositis hisce: Illud etiam pari consideratione rationis, &c.

Decimaoctaua regula. Ne Iudæus habeat mancipiũ Christianum. Hæc regula approbatur l. unica. C. ne Christianum mancipium, &c. cuius uerba cum concordantibus uide s. cap. prox. quæst. 3. reg. 5.

VI. DE COELICOLIS.

Cœlicolarum hæresis damnatur l. 11. C. de Iudæis, hisce uerbis: Cœlicolarum nomen inauditum quodammodo nouum, crimen superstitionis uindicauit. Hi nisi ad Dei cultum uenerationemque Christianam conuersi fuerint, ijs legibus quibus præcipimus hæreticos adstringi, se quoq; nouerint attinẽdos. Aedificia autem eorum (quæ nescio cuius noui dogmatis conuentus habent) ecclesijs uindicentur. Certum est enim, quidquid à fide Christianorum discrepat, legi Christianæ esse contrarium.

VII. DE PAGANIS.

Paganorũ hæresis seu superstitio, prohibetur l. ult. C. de sacrificijs paganor. his uerbis: Nemo ea quæ

superius

ſæpius paganæ ſuperſtitionis hominibus intetdicta ſunt, audeat pertentare: ſciens, quod crimen publicum committit, qui hęc auſus fuerit perpetrare. In tantum autẽ huiuſmodi facinora uolumus eſſe reſecanda, ut etiamſi in alieno prædio, uel domo aliquid tale perpetretur, ſcientibus uidelicet dominis: prædium quidem uel domus ſacratiſsimi iuribus ærarij addicetur. Domini uerò ꝑ hoc ſolo, quod cõceſſerint ſua loca talib. contaminari ſceleribus, ſiquidẽ dignitate uel militia quadã decorantur, amiſſione militiæ uel dignitatis, nec non rerum ſuarũ proſcriptione plectãtur. Priuatę uerò cõditionis, uel plebeiæ cõſtituti, poſt cruciatus corporis operib. metallorũ, aut ꝑpetuo deputabũtur exilio. Att Imp. Quæ ſępius paganę ſuperſtitionis hominibus interdicta ſunt. *Per hæc uerba Sacrificia intelligi puto, de qua re uide ſ̃. cap. 11.*

VIII. DE SAMARItanis.

Prima reg. Samaritani neq; ſuccedunt alijs, neq; relicta capiunt, neq; alijs relinquere poſſunt. quæ regula approbatur Nouel. c. 144. §. 1. his uerbis: Sancimus, ut Samaritani neq; ex teſtamẽti tabulis, neque abſq; ijs hæredes fiãt, legataúe capiãt, aut donationis titulo rẽ aliquã nãciſcantur. Sed neq; Samatitani, aut in uniuerſum hæretici, quiúe tectã ſe Chriſtianorũ fidẽ amplecti ſimulant, cũ reuera neq; ita ſentiant, neq; huic cõſentanea faciant: ad hæreditatẽ ab inteſtato uocati ſucceſsionẽ habeant. Item, neq; teſtamẽta cõſcribãt, neq; legata relinquant, aut donent: niſi qui ea percepturi ſunt, & rectè de fidę ſentiãt, & fideles ſint operib. Nam ſi nemo horum ſit, iubemus ut poſt ipſorũ mortem horũ bona ad ſacratiſs. pertineant ærariũ. Vnde & ſacra illa forma ꝑ indulgentiã ipſis à patre noſtro conceſſa, quæ legis uicẽ obtinens largitur ipſis, ut hęreditatẽ pariter adire & tranſmittere, item legatis honorari & legata relinquere poſſint: in poſterũ uacabit, neq; prorſus ullã firmitatẽ habebit. Nam ſi huius ſe clemẽtiã indignos eſſe ꝓhibuerint, q Samaritanorũ agitãtur ueſania: neminẽ aliũ q̃ ſeipſos accuſabũt, cũ à benignitate Dei & ſeruatoris noſtri IESV CHRISTI alieni ſint. Liberalitates aũt ab Imperatoria olim maieſtate ipſis cõceſſas amittunt, in hoc, ut ad meliorem mẽtem redeant, non ut perpetuò in peruerſa hac opinione ſua permaneant. *Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ruſtici ſint Samaritani. Quæ exceptio approbatur ibidem, hiſce uerbis:* Excipimus à præſente lege ruſticos, qui Samaritanorum opinionibus honorem habẽt, idq; non ipſorũ gratia, ſed propter conſtitutionẽ prædiorũ, quę ab ipſis colũtur, propterq; reditus & tributa, quæ exinde inferũtur publico, ut qui ruſticitate ſeducantur. His etenim permittimus, ut tam aſcendẽtes quàm deſcendentes, & ex tranſuerſo cognatos ſuos hæredes, legatariosúe ſcribãt, tametſi Samaritanorũ errore detineãtur: ut tñ fundos rectè colant, quo magis & uberior exindẽ ꝓuentus ad prædiorũ dominos deferatur, & per ipſos ad fiſcũ. Sed & ſine teſtamẽtis prædicti alter ad alterius hæreditatẽ peruenient propter eandẽ cauſam. Quandoquidẽ & ſi nemo horũ inueniatur, nihilominus tamẽ uolumus, ut prædij dominus, in quo ruſticus defunctus eſt, ab illo relicta capiat, & fiſci locũ teneat, utpote qui & pro illo publicis ſatisfacit tributis.

Secunda regula. Samaritanis denegantur militiæ, dignitates & honores, aduocationis munus atq; pædagogia, d. Nouell. conſtit. 144. §. præterea, his uerbis: Præterea Samaritanum omninò neque militiam capeſſere concedimus, neq; ad ciuilem adminiſtrationem accedere, neq; poſtulare in iudicio, neq; poſtremò in conſortium diſertiſsimorum aſſumi rhetorũ, neq; adoleſcentes inſtituere.

Tertia regula. Samaritani baptiſati & ad ſuum errorem reuerſi proſcribuntur & relegantur d. Nouell. conſt. 144. §. ſed & ſi qui, his uerbis: Si qui ex Samaritanis ſalutari dignati baptiſmo ad priſtinum denuò errorem reuerſi, obſeruare ſabbata, aut etiam alia quędam agere uideantur, quę coarguant per ſimulationẽ ipſos ſanctum baptiſma aſſumpſiſſe: eos proſcribi iubemus, & in perpetuũ tradi exiliũ. Iiſdem quoq; pœnis eos ſubdimus, qui cõtra rectam Chriſtianorum fidem impium iſtis patrocinium præſtiterint.

Quarta regula. De Samaritanis baptizandis, proponitur d. c. 144. §. perpulchrum, his uerbis: Perpulchrũ nobis uidetur, ut ad incõtaminatũ accurrentes baptiſma, nõ temerè ſuſcipiãtur, ſed cũ quadã obſeruatione, & inſtructione quæ initiationis tẽpore fieri ſolet. Dicimus aũt, ut qui omnino ſenſu aliquo bonæ doctrinę tangi poſſunt, per duos primũ annos in fide inſtituãtur, & pro uirib. ſcripturas ediſcãt, tũcq; demum ſacro redẽptionis oſſerantur baptiſmati, tam longi tẽporis pœnitentia prorſus redemptionis fructum aſſecuti. Pueros autem admodum, qui per ætatem doctrinas intelligere nequeunt, etiam abſque hac obſeruatione ſacro dignati baptiſmate admittimus.

Quinta regula. Samaritanus mancipium Chriſtianum habere non poteſt. quæ regula approbatur d. c. 144. §. porrò, his uerbis: Nullus Samaritanus Chriſtianum habebit mãcipium, ſed ſimul atq; emptum fuerit, protinus in libertatem rapiatur.

Sexta

Sexta regula. Samaritani seruus Christianæ religionis factus liber fit. quæ regula approbatur d. c. 144. §. penult. his uerbis: Si æquè peruersa opinione mancipium, ut ipse dominus fuerit: licitum ei esto, si Christianorum de fide sententiam exosculetur: illicò & Romana ipsum libertate potiri.

IX. DE ANTIHIMO, Seuero, Petro & Zoara hæreticis.

De his tractatur. Nouell. c. 42. his uerbis: Non insolitam Imperatoriæ maiestati rem agentes ad præsentem legem peruenimus. Quotiescunq; enim sacerdotum sententiæ, &c.

DE ORPHANOTROPHIIS, Xenodochijs & similibus Collegijs. Cap. XIIII.

HActenus de Hæreticis tam in genere, quàm in specie, nec non de tribus iuris Ecclesiastici partibus, seu membris est dictum. Superest ultimum membrum de Orphanotrophijs, xenodochijs & similibus collegijs. Quanquam enim de ijs in superioribus quoque dictum est, iuraq; rerum ecclesiæ ac monasteriorum de propositis quoq; collegijs accipiantur tanquam de specie. de quo uide ℥. eod. cap. de Rebus, reg. 1. Tamē quædam horum iura specialia restant proponenda. Proinde quemadmodum in superioribus primùm de personis horum collegiorum dicemus, deinde de rebus.

I. DE ORPHANOTROPHO, ptochotropho & alijs huiusmodi personis.

Prima regula. Tutorum & curatorum uicem sustinet, orphanosq; defendere sine satisdatione tenetur, resq; eorum uindicare. quæ regula proponitur l. 30. in prin. C. de episcopis & clericis, hisce uerbis: Orphanotrophos huius inclytæ urbis (nulla subtilitate iuris obsistente) qui quidem pupillorum sunt, quasi tutores, adolescentium uerò quasi curatores, sine ullo fideiussionis grauamine in emergentibus causis, tam in iudicio, quàm extra iudicium (ut opus exegerit) ad similitudinem tutoris & curatoris personarum, & negocia eorum (si qua possint habere) defendere, ac uindicare iubemus: ita uidelicet, ut præsentibus publicis personis, aut interuenientibus gestis in hac quidem inclyta urbe, apud uirum perfectissimum magistrum census, in prouincijs uerò apud moderatores eorum, uel defensores locorum res eorum eis tradantur, à quibus sunt custodiendæ: ut si quas earundem rerum propter fœnus forsitan, uel aliam urgentem causam, uel eo quòd seruari non possunt alienare prospexerint: prius habita æstimatione liceat eis alienationis inire contractum, ut precia eorum quæ exinde colliguntur, ab ijsdem personis custodiantur. *Ait Imp.* Ad similitudinem tutoris. *De hac re uide ℥. Lib. 6. cap. 10. quæst. 2. reg. 2. except. 6. Concordat propositæ regulæ* Nouell. *const. 131. §. sanè orphanotrophi, his uerbis*: Orphanotrophi tutorum & curatorum locum obtinento: ita tamen, ut de rebus, quæ ad orphanotrophia, uel proprietatis iure ad ipsos orphanos pertinent, etiá sine satisdatione actiones intentent & excipiant.

Secunda regula. De rebus orphanorum orphanotrophio tradendis, ab eoq; custodiēdis, proponitur uerbis iam dictis hisce: Ita uidelicet, ut præsentibus publicis personis, aut interuenientibus gestis, &c. *Huic concordat d.* Nouell. *c. 131. §. res uerò, his uerbis*: Res quæ ad quempiam fortè orphanorum pertinere contigerit, orphanotrophi præsentibus tabularijs publicis, & sub actorum publicorum confectione, tam in regia ciuitate apud magistros census, quàm in prouincijs apud earum præsides aut locorum defensores capiunto, & orphanis reseruanto, aut alias res in illarum locū comparanto.

Tertia regula. De officio orphanotrophi in rebus orphanorum alienandis, proponitur l. 30. §. 1. ibi: *Vt si quas.* C. *de episcopis & clericis. cuius uerba uide ℥. regula 1.*

Quarta regula. Orphanotrophus rationes reddere iure antiquo non tenebatur. quæ regula approbatur d. l. 30. §. fin. his uerbis: Huiusmodi pium atque religiosum officium pro tempore orphanotrophos, ita peragere cōuenit, ut minimè ratiocinijs tutelaribus, seu curationibus obnoxij sint. graue enim atq; iniquum est, callidis quorundam (si ita contigerit) machinationibus eos uexari, qui propter timorem Dei parentibus, atq; substantijs destitutos minores sustentare, atq; uelut affectione paterna educare festinant. *Mutatur hoc ius* Nouell. *c. 131. §. res uerò, in fine, his uerbis*: Sed & tutelaribus ac curatorijs rationibus sunto obnoxij. *Concordat* Nouell. *c. 123. §. œconomos. cuius uerba uide ℥. cap. 3. reg. 11.*

Quinta regula. Orphanotrophus, ptochotrophus, nosocomus & similes res suas post tale officium adquisitas alienare non possunt. quæ regula approbatur No *uell. c. 131. §. interdicimus, ibi*: *Atq; omnia. cuius uerba uide ℥. cap. 6. reg. 13.*

II. DE REBVS ET PRIVILEGIJS orphanotrophiorum, ptochotrophiorum, &c.

Prima regula. Eadem habent priuilegia quæ ecclesia. quæ regula approbatur Nouell. *const. 131. §. penult. his uerbis*: Conseruari iubemus, uenerabili orphanotrophio regiæ urbis & Xenoni sanctæ memoriæ Sampsorum, & his quæ eius dispensationi subsunt oratorijs atque xenodochijs, aut alijs uenerabilibus domibus, omnia priuilegia quæ quidem sacrosancta

sancta maior Constantinopolitana habet ecclesia. *Concordat l.33. in fine. C. de episcopis & clericis. cuius uerba uide s̄. cap. 10. reg. 1.*

Secunda regula. Confirmantur horum collegiorum priuilegia d. l. 33. cuius uerba uide d. reg. 1.

Tertia regula. Donatio his facta non eget insinuatione. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 16. C. de sacros. eccles. cuius uerba uide in Comment. de Donat. cap. 2. except. 30. repl. 7.

Quarta regula. Res his collegijs ex causis lucratiuis adquisitæ à lucratiuorum insceiptionibus sunt immunes. quæ regula approbatur l. 11. C. de sacros. eccles. cuius uerba uide s̄. cap. 10. reg. 3.

Reliqua orphanotrophiorum, xenodochiorum, ptochotrophioru͂, &c. iura uide, ut dixi, in superioribus capitibus de rebus Ecclesiasticis. Hactenus ergo de Iure Ecclesiastico, eiusq; partib. ac membris sit dictum.

DIGESTORVM LIBER VNDECIMVS.

DE IVRE IMPERATORIS AC FISCI, necnon de re militari.

DE PERSONIS SEV ministris Imperatoris & fisci. Cap. I.

DE iure Imperatoris & fisci tractaturi, quemadmodum in præcedentibus: ita etiam hic primu͂ dicemus de Personis seu ministris Imperatoris & fisci: deinde de Rebus tam adquirendis, quàm alienandis atque priuilegijs.

I. DE PERSONIS IMPERATORIS & fisci in genere.

Prima regula. De hisce sine satisdatione non ordinandis, proponitur l. 14. C. de murilegulis, hisce uerbis: Priuatæ uel linteariç uestis magistri, thesaurorum præpositi, uel baphiorum ac textrinorum procuratores, cæteriq; quibus huiusmodi sollicitudo committitur, non ante ad rem sacri ęrarij procurandá permittátur accedere, quàm satisdationibus dignis eorum administratio roboretur, scituri ne prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas.

Altera regula. De officio eorum qui sunt in domo seu aula Imperatoris in genere, præcipitur l. unica. C. de conduct. & procuratorib. Lib. 11. his uerbis: Conductores homines úe augustissimę domus nostræ, quoties de causa ad domum regiam pertinente, aliquid quæstionis emerserit: nõ aliter quàm ex legu͂ ordine, quibus similiter omne hominu͂ genus tenetur, uel excipiant, uel inferant actiones, nec alioru͂ litigatoru͂ negocio intercedant, nec sententiá iudicantiu͂, aut illicito patrocinij sui fomite iura cõturbentur, nulliúe executionis suæ turbulentum ministerium audeant cõmodare: non priuatis se negocijs, non publicis misceant: nec quiescentem domum delatio ulla sollicitet, ne eos inconsultæ pertinaciæ serò pœniteat: Grauior enim pœna constituenda est in hos qui nostri iuris sunt, & nostra debent custodire mandata. *Pertinet regula proposita ad ea quæ dicta sunt s̄. Lib. 5. cap. 6. quæst. 4. except. 14. cum sequentibus.*

II. DE PROCVRATORE Cæsaris uel rationalis.

Prima regula. Acta à procuratore Cæsaris perinde habentur, ac si ab ipso Cæsare acta essent. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. de officio procuratoris Cæsaris, hisce uerbis: Quæ acta gesta sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobantur, atque si à Cæsare gesta essent. *Huius exemplum proponitur d. l. 1. §. fin. his uerbis:* Est hoc pręcipuu͂ in procuratore Cæsaris, quod eius iussu seruus Cæsaris adire hæreditatem potest. Etsi Cæsar hæres instituatur, miscendo se opulentæ hæreditati procurator hæredem Cæsarem facit. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi procurator nomine Cæsaris damnosam adierit hæreditatem. Quæ exceptio approbatur l. 2. ff. eod. tit. his uerbis:* Quòd si ea bona ex quibus Imperator hæres institutus est, soluendo non sunt, re perspecta consulitur Imperatori: hæredis enim instituti in adeundis huiusmodi hæreditatibus, uoluntas exploranda est. *Secunda exceptio est: Nisi procurator rem Cæsaris tanquam suam tradiderit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. 1. ff. de officio procurat. Cæs. hisce uerbis:* Si rem Cæsaris procurator eius quasi ré propriam tradat, non puto eum dominium transferre: tunc enim transfert, cum negocium gerens Cæsaris consensu ipsius tradit. *Tertia exceptio est: Nisi rem Cæsaris alienauerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. deniq; his uerbis:* Si uenditionis, transactionis, uel donationis causa quid agat, nihil agit: non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est. *Plures huiusmodi exceptiones uide j. in regulis proximis.*

Secunda regula. Procurator Cæsaris pœnæ constituendæ ius non habet. quæ regula approbatur l. 3. in prin. ff. de officio procuratoris Cæsaris, his uerbis:

Curatores Cæſaris ius deportandi non habent quia pœnę conſtituendæ ius non habent. *Plura de hac re uide* ſ. *Lib. 3. cap. 12. exceptione prima.*

Tertia regula. Procurator Cæſaris ius prohibendi habet, ne in prædia Cæſaris quis accedat. quæ regula approbatur d. l. 3. §. 1. his uerbis: Si tamen quaſi tumultuoſum uel iniurioſum aduerſus colonos Cæſaris prohibuerunt, in prædia Cęſaris accedere, abſtinere debebit: idque diuus Pius Iulio reſcripſit. Sed deinde neque redire cuiquam poſſunt permittere: idque Impp. noſtri Seuerus & Antoninus ad libellum Hermiæ reſcripſerunt.

Quarta regula. Procurator Cæſaris quod prohibuit, eius remittendi ius non habet. quæ regula approbatur uerbis iam dictis hiſce: Sed deinde neq; redire cuiquam poſſunt permittere, &c.

Quinta regula. Fundi templorum ad curam procuratoris Cæſaris pertinent. quæ regula approbatur l. 4. C. de fundis rei priuatæ, his uerbis: Vniuerſi fundi templorum ad rationalium rei priuatæ ſollicitudinem curamque pertineant, atque ab his anniuerſarijs ſolutionibus poſtulatis, peculiari (ut ſemper fuit) ſtudio defendantur.

Sexta regula. Fiſco agente procurator Cæſaris uel fiſci iudex competens eſt. quæ regula approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. *Lib. 5. cap. 2. except. 11.*

Septima regula. Procurator Cæſaris non debet cognoſcere abſente fiſci aduocato. quæ regula approbatur l. ult. C. de aduocatis fiſci, his uerbis: Rationales priuatæ rei cauſis, uel ſacri ærarij præſidentes examen præſenti fiſci aduocato ſuſcipiant. *Plures huiuſmodi regulas uide paulo inferius perſona. 4.*

III. DE COMITTE ATQVE PALATINIS ſacratum & priuatarum largitionum.

Prima regula. De officio horum proponitur l. unica. C. de officio comitis ſacrarum largitionum, his uerbis: Palatinis hæc cura debet eſſe præcipua, ut periculo proprio notarijs deſtinatis, ſuper negligentia iudicum (ſi ita res exegerit) conquerantur, ne eorum ſit impunitā deſidia. Iudices quoque de eorum nominibus referre conuenit, quos commodis proprijs magis, quam utilitatibus publicis ſtudere prouiderint. Breues uerò quadrimenſtruos ad officium palatinum nouerint dirigendos, aurumque exactum ad ſacras largitiones, ſine ulla dilatione eſſe mittendū.

Secunda regula, itidem de officio proponitur l. 1. C. de officio comitis rerum priuatarum, his uerbis: Si quid negociorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiſcalis appareat, ad officium rei priuatę tua grauitas acta tranſmittat, ut inſtructione percepta, quid ſibimet iuris auxilio debeatur, agnoſcat.

Tertia regula, itidem de officio proponitur l. 2. C. eod. tit. his uerbis: Ad Palatinorum curam, & rationalium officia omnium rerum noſtrarū, & totius perpetuarij, hoc eſt, emphyteuticarij iuris exactio reuertatur.

Quarta reg. De iuriſdictione comitis rerū priuatarū defendenda, proponitur l. 3. C. eo. tit. his uerbis: Si quis iudicum uir illuſtris, uel præfectus urbi cognitionem comitiuæ rerum priuatarum examini debitam ſibimet uindicandam cenſuerit, uel tuitionem contra eiuſdem ſtatuta ſedis præſtiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem pœnæ nomine officiū eius teneatur, quam decet in articulo exigi manſuetudinis noſtræ ærario ſociandam.

Quinta regula. De immunitate horum, proponitur l. 1. C. de palatinis ſacrarum largitionum & rerum priuatarum, his uerbis: Palatini pro capitibus ſeu iugis ſuis tantum penſitationem atque obſequia recognoſcent, extraordinarijs & ſordidis muneribus, & ſuſceptionibus, & temonarijs oneribus liberati. *Plura de regula propoſita uide* ſ. *Lib. 13. cap. 4. regula uigeſimaquarta.*

Sexta regula. De priuilegio quodam palatinorum, proponitur l. 3. C. de palatinis ſacrar. largit. his uerbis: Priſco iam nunc ordine reuocato, de Palatino potius officio ad tegendum principatum, officij comitis domorū per Cappadociam mittantur: quales comes etiam domorum, ſi inhoneſtum aliquid geſſerit, uereatur. Idoneos itaque ſingulis annis è numero mittendariorum ad hoc eligere debebis, & mittere.

Septima regula. De reuerentia palatinis à iudicibus etiam maioribus præſtanda, & ut nihil illis cum iudicib. ſit commune, proponitur l. 4. C. eod. tit. his uerbis: Nihil omnino ullis iudicibus cum palatinis noſtræ clementiæ, quicunque à comitibus diriguntur, ſit commune atq; coniunctum: ſed excepta reuerentia, quæ non ſolum ab inferioribus, ſed etiam à maioribus, & in prouincia degentibus rectoribus prouinciarum debetur atq; defertur, ſuis quiſque neceſſitatibus obſecundet.

Octaua regula. Princeps palatinorum effectus ad aliam dignitatem adſpirare non poteſt. quæ regula approbatur l. 5. C. de palatinis ſacrar. largit. his uerbis: Quidam poſt impletum ordinem militiæ Palatinæ, quam geſſerant, honoremque tranſactum ad exceptorum ſcrinia tranſire nituntur. Hac igitur lege ſancimus, ut nulli prorſus dehinc iſta audendi relinquatur occaſio, ſed unuſquiſque eius ſcrinij, quem primum militando elegit ordinem perſequatur, nec in alterius loco ſinē militiæ requirat: quia iam proprij ordinis tranſegerit principatum. *Concordat l. 7. in princ. C. eod. tit. cuius uerba uide* ſ. *reg. prox.*

Nona

Nona regula. De numero palatinorum & scriniariorum, proponitur d.l.7.his uerbis: Scrinijs omnibus largitionũ comitatensium infra scriptas decernimus dignitates, ut his contenti, ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiamsi speciale beneficium emedicato suffragio quisquam uoluerit impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignatatum modum uolumus pręstari, nec amplius quicquam præsumi. Breuis quem dignitates per singula scrinia officiorum sacratum largitionum habere statuimus, hic est. Scrinij exceptorum præfectus ordinis secundi numero unus. Item secundiceriua exceptorum oumero unus: ducenarij duo: unus tertiocerius, & quartocerius cẽtenarius unus. Item primicerius instrumentorum epistolares numero duo, formę primæ numero triginta sex, formæ secundæ numero quatuor, formæ tertiæ numero tres. Scrinij numerorum præfectus ordinis tertij numero unus, ducenarius numero onus, centenarius numero unus. Secundo epistolares numero duo, formæ primæ numero tres, formæ secundæ numero unus, formæ tertiæ numero duo. Sacri scrinij tabellariorum præfectus ordinis tertij numero unus, ducenarius numero unus, ceotenarius numero unus, epistolares numero unus, formæ primæ numero tres, formæ secundæ numero quinque. Scrinij canonis præfectus ordinis tertij numero unus, ducenarius numero unus, centenarius numero unus, epistolares numero duo formæ primæ uumero quatuor, formæ secundæ numero quatuor. Scrinij mittendariorum ducenarius numero unus, centenarij numero quinque, epistolares numero octo, formæ primæ numero octo, formę secundæ numero triginta tres. Scrinij sacræ massæ præfectus ordinis tertij numero unus, id est primicerius sacræ massæ numero unus, item secundicerius numero unus, ducenarij numero duo: item tertiocerius numero unus, ducenarij numero duo, & quartocerius cẽtenarij numero sex, epistolares numero quatuor. Artifices specierum ducenarij numero quatuor, centenarij uumero sex, epistolares numero octo, formæ primæ uumero octo, formæ secundæ numero quatuor. Artifices solidorum ducenarij oumero unus, centeoarij numero octo, epistolares numero sex, formæ primæ numero nouem, formæ secundæ nu mero trigiota. Sculptores & cæteri artifices centenarij numero unus, epistolares numero quioque, formæ primæ numero sex, formæ secundæ oumero decem & octo. Scriniarij ad responsum per formam primam numero unus, per formam secundam numero duo, ducenarius numero unos, centenarij numero duo, epistolares numero tres, formæ primæ numero quatuor, formæ secundæ numero duo, formæ tertiæ numero unus. Scriniarij ad limitem per formam primam numero unus, ducenarius numero unus, formæ primæ numero unus, formę secũdæ numero duo, formæ tertiæ numero tres. Scrinij nostri per formam ordinis tertij numero onus, per formam epistolaris numero duo, formæ primæ numero septem, formæ secundæ numero decem, formæ tertiæ numero quatuor. Officialium sacratum uestium ducenarij numero tres, centenarij numero tres, epistolares numero duo, formę primæ numero duodecim, formæ secundæ oumero decem, formæ tertiæ numero octo. Deputati sacræ uestis per formam secundi ordinis numero duo, ducenarij numero duo, centenarij numero duo, epistolares numero duo, formæ primæ numero tres. Scrinij ab argentarijs per formam ordinis secundi numero unus, epistolares numero unus, formæ primæ numero sex, formæ secundę oumero tres, formę tertię numero unos. Ad pecunias per formam ordinis secundi numero unus, formæ primę numero unus, formæ secundæ numero duo, formę tertię numero quinque. Argentarij comitatenses ducenarij numero unus, centenarij numero duo, epistolares numero tres, formę primę numero octo, formę secundę numero uiginti quinque. Barbaricarij centenarij numero duo, epistolares nomero quinque, formę primę numero octo, formæ secundæ numero unus.

Decima regula. Palatini transmissi per prouincias anno elapso cingulo liberantur. quæ regula approbatur l.8. C. de palatinis sacrar. largit. his uerbis: Placuit iustè omnibus mittendarijs, & palatinis officijs profutura suggestio quam insinuasti, ut ex ijsdem annis singulis ducenarij tantum, & centenarij habito prouisionis intuitu, cingulo liberentur.

Vndecima regula. De illis sine principis authoritate non ordinandis, proponitur l.9.C.d.tt. his uerbis: Non aliter quilibet in officio sacrarum largitionum, uel priuatarum rerum cingulum militiæ sibi sumendum existimet, nisi nostrę mansuetudinis adnotationẽ meruerit.

Duodecima regula. Idem tempus agendi præstituitur officijs sacrarum larginonum, quod definitum est proximis sacrorum scriniorum l.11.C. de palatinis sacrar. largit. his uerbis. Ad similitudinem sanctionis, quam de proximis sacrorum promul

gauimus scriniorum, etiam in officio sacrarum largitionum, atque priuatarum rerum pto biennio annum sub perpetua obseruatione præcipimus custoditi: ita ut & priuilegia, quæ huiusmodi officijs uel primicerijs sacris legibus deferuntur, integra illibataque seruentur. *Ait Imper.* Sanctionis quam de proximis sactorum promulgauimus scriniorum. *Hæc sanctio habetur l.6.C.de prox.sacror.scrin.cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 29. membr.21.reg.1.*

Hactenus de comite atque palatinis sacrarum & priuatarum largitionum sit dictum. Plures de ijsdem regulæ propositæ sunt s̄. suis locis, ut Libro secundo, capite 18.de apparitoribus quæst.2. reg. 4. item Lib. eod.cap.5 quæstione 1.reg.21.& Lib.5.cap.2.quæst.1. exceptione 31.

IIII. DE ADVOCATO fisci.

Prima regula. Fisci aduocatus contra fiscum patrocinium præstare non potest. quæ regula proposita est s̄. Libro quinto, capite quarto, quæstione 2.regula duodecima.

Secunda regula. Fisci aduocatus commoda fiscalia ne occultet. Hæc regula proponitur l.3.C.de aduocatis fisci, hisce uerbis: Fisci aduocatus pœnas metuens, caueat ne fiscalia commoda occultet, neue in ullo negocio existente fisci nomine priuatis audeat calumnias commouere.

Tertia regula. Ne fisci nomine priuatis calumnias uexet. Hæc regula approbatur uerbis iam propositis hisce: Neue in ullo negocio existente fisci nomine, &c. *Concordat l.1.C.de lucris aduocatorum. cuius uerba uide s̄.Lib. 2. cap. 18. de apparitoribus quæst.4.reg.2.*

Quarta regula. Quot & qui ordinandi in aduocatos fisci, definitur l.20.in prin. C. de aduocatis diuers. iud. cuius uerba uide s̄.Lib.5.cap.5.membr.3.quæstione 2.regula quarta. Definitur item l. 22. in principio.C.eod.tit.cuius uerba uide d. quæstione prima, regula 5. Definitur insuper quæstio proposita l. 10. C. eod.tit.his uerbis: Binos qui priores in tui culminis sede inueniuntur. ad patronatum fisci singulis quibusq; annis accedere parib. dignitatibus, & priuilegiorum insignibus ambiendos esse præcipimus, quibus antehac utebatur is, qui fisci solus creabatur patronus.

Quinta regula. Biennio finitur aduocati fisci officium. quæ regula approbatur l.12.C.de aduocatis diuers. iudic. his uerbis: Sancimus patronum fisci iudicio celsitudinis tuæ non iam quotannis, sed biennio pro uetere consuetudine finem officij sui sortiri: saluis eidem consortio priuilegijs omnibus, quæ à retrò principibus meruit manentibus. *Ait Imp.* Non iam quotannis. *Hoc constitutum erat l.8.ibi: Annum que completum. C.eod. tit. Concordat l.20 in prin.& l.22.in prin.C.eod. tit. quarum legum uerba uide s̄.Lib.5.capite 5. membr. 3. quæstione 1.reg 4 & 5.*

Sexta regula. De salario aduocati fisci proponitur l.21 in principio.C.de aduocatis diuers. iudic.his uerbis: Restituendæ sunt clarissimis eloquentiæ luminibus sexaginta auri libræ, quas sub imperio Zenonis diuæ memoriæ pedaneis deputatas arbitris, necnon fideiussorum uires æstimantibus, tamen auferendas credidit pro parte posterioris subtilitas principis: ut iam liberalitate nostri numinis uiri clarissimi fisci patroni præfatam auri summam sine fraude annis singulis cō sequantur, ab amplissima tua sede pari lance in utrunque diuidendam. Nam uniuersis redditur, quod pro uoto omnium primatibus indulgerut. *Quando salarium soluendum, definitur l.24.§.sexcenti.C. eod. tit. his uerbis:* Sexcenti aurei quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ celsitudinis ad exemplum priorum temporum ex arca tui iudicij consulatur, ne post decursum celerem aduocationis, & labores gloriosos egenus exeat, non (ut sæpè contingit) incerto die præstentur: sed cum ad mediū iter peruenerit, patrocinium rerum fiscalium, id est Kal. Octobribus per annos singulos sine cūctione soluentur.

Quibus salarium soluendum, definitur l. 22. §. ut autem. C.eod.tit.his uerbis: Vt ijs qui fisci patroni officium adepti sunt uel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte præuentis prospiciatur, tam ad hæredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum uocatus sit, solatia eius transire, hisque seruari: quàm ipsos qui fisci patronatum iam deposuerunt, uel postea deposuerint minimè cuiuslibet actus publici sollicitudinem uolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali authoritate nostra) molestari: & in prouincia incusandos per sententias uiri clarissimi prouinciam, in qua degunt, moderantis utpote competentis iudicis, conueniri atque litigate decernimus. *Concordat l.15.in fine.C.eod.tit. his uerbis:* Illud adijciendum esse statuimus, ut si quis patronatus fisci adeptus gradum, fatalem diem obierit, uniuersa totius anni solatia, ex quo hoc quidem officium peragere cœperit, ad hæredes seu successores suos (siue liberi, siue extranei fuerint) transmittendi tam ex testamento, quàm ab intestato liberam habeant facultatem. *Concordat l.20.§.fin. C.eod. tit.cuius uerba uide j. regula octaua.*

Septima regula. De priuilegijs aduocatorum fisci: quorum primam est, quòd liberentur à cohortis & curiæ nexibus. quæ regula approbatur cum alijs quibusdam l. 8. C. de aduocat. diuers. iud. his uerbis: Cum aduocatio prætoriana centum quinquaginta togatis numero minimè uel imminuendo, uel augendo concludatur: iubemus eos qui ex his ad fisci patronatum peruenerint, cohortis uel alterius uilioris conditionis nexibus cum liberis quandocunque genitis liberos custodiri, postque tale depositum officium, annumque completum aduocatorum consortio abscedere cum comitiua consistoriana: omneque quod togatis fori celsitudinis tuæ quolibet casu, quolibet adquiritur titulo, quasi castrense sibimet uindicare, nec patribus uel auis paternis earum rerum commodum adquirere legis istius authoritate decernimus: his omnibus etiam ad urbicariæ præfecturæ aduocationem trahendis. *Ait Imp.* Annumque completum. *hoc mutatum est per ea quæ proposita sunt paulo superius reg. 5. Concordat l. 19. C. eod. tt. his uerbis:* Aduocatos amplissimæ tuæ sedis, qui pro tempore ad fisci patroni gradū & officium ptouehuntur, unà cum liberis iam natis, uel postea procreandis, ab omni cohortali siue cuiuslibet deterioris conditionis uinculo immunes, ac liberos cum patrimonio suo seruari decernimus: cum constet hoc iam pridem tam aduocatis amplissimis prætorianæ per Orientem, quàm magnificæ urbicariæ præfecturæ sacris constitutionibus esse indulum: & non dubium fit non tantum eas, sed etiam sublimissimæ tuæ sedis germanas esse potestates.

Octaua regula. A' cæteris quoque muneribus sint immunes. quæ regula approbatur l. 10. §. ut autem. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Vt ijs qui fisci patroni officium adepti sunt uel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte præuentis prospiciatur: tam ad hæredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum uocatus sit, solatia eius trāsire, hisque seruari, quàm ipsos qni fisci patronatum iam deposuerunt, uel postea deposuerint, minimè cuiuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire, compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali authoritate nostra) molestari: & in ptouincia incusandos per sententiam uiri spectabilis comitis Orientis, utpote competentis iudicis conueniri atque litigare decernimus. *Concordant l. 22. §. ut autem. C. eod. tt. cuius uerba uide s. reg. 6. item concordant etiam ea quæ dicta sunt s. reg. prox.*

Nona regula. Vbi fisci aduocatus conueniendus, definitur d. l. 10. §. ut autem. & d. l. 22. §. ut autem.

Decima regula. Aduocatus fisci comitiuam dignitatem sortitur. quæ regula approbatur l. 21. in prin. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Laudabile, uitæque hominum necessarium aduocationis officium maximè principalibus præmijs oportet remunerari. Ideoque iubemus clarissimos uiros fisci, pro tempore patronos fori tuæ celsitudinis solenni die festiuitatis Calend. Januar. ipsius tantummodo anni, per quem tale peragunt officium, inter spectabiles sacri nostri consistorij comites diuina nostræ serenitatis manu puncti consequi solatia. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi aduocationis officium sit finitum: quod olim anno, hodie biennio finitur. de quo s. reg. 5. est dictum. Hæc exceptio approbatur uerbis tam propositis hisce:* Ipsius tantummodo anni, per quē tale peragunt officiū, &c. *Concordat l. 8. ibi: Cum comitiua cōsistoriana. cuius uerba uide s. reg. 7.*

Vndecima regula. Finito officio, aduocatus fisci ex consularis moderatoris prouinciæ dignitate decoratur. quæ regula approbatur l. 13. §. egredientem. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis: Egredientem post bienninm fisci patronum, contemplatione laborum, ex consularis moderatoris prouinciæ dignitate decorari: licentia facultateque ei non deneganda, cum usus exegerit tam pro se quàm pro filijs, parentibus & uxoribus, nec non etiam personis ex transuerso latere usque ad quartum gradum constitutis patrocinium suum adhibere.

Duodecima regula. Aduocatus fisci deposito officio, non nisi pro se & certis personis patrocinium potest præstare. quæ regula approbatur, simul & declaratur uerbis iam propositis hisce: Licentia facultateque ei non deneganda, &c. *Concordat l. 20. §. ad hæc. C. de aduocatis diuers. iud. his uerbis:* Iubemus eos qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerunt officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro se, qnàm pro iugali sua uel socero & socru, nec non geneto & nuru, liberisque proprijs, colonis & seruis ad se pertinentibus aduocationis fungi officio. Nec ædiculas eorum metatorum onere molestari: ut tamen in una tantummodo, suaque domo singuli talem ptærogatiuam sibi uindicare maluerint. Pro sportulis præterea modum quem noticia à nobis porrecta declatat tam pro his, quàm pro colonis & seruis eorum custodiri, neminique præberi licentiam eundem modum citra sportularum exactionem contra eos excedendi. *Concordat propositæ regulæ ijsdem uerbis l. 22. §. ad hoc. C. eod. tt.*

Decimatertia regula. Aedes aduocatorum fisci à meta-

metatorum onere sunt immunes. quæ regula approbatur d.§. ad hæc, & d.l.22.§.ad hoc.

Decimaquarta regula. Circa sportulas quoque aduocati fisci priuilegium habent. quod priuilegium approbatur iam dictis locis. Ait autem Imp. in d. §. ad hæc: Modum quem noticia à nobis porrecta declarat. *Quis hic sit modus ignoratur, nec eius constitutio extat. Plura de hac regula uide j. regula decimaoctaua.*

Decimaquinta regula. Alia aduocatorum fisci iura, proponuntur l. 21. §. et si quis, hisce uerbis: Si quis per sententiam sublimitatis tuæ monitus, super agnito debito uel agnita causa quæ ingeritur ei, confessionem exponere paratus sit, eam non arbitro delegato, sed tunc temporis fisci patronis uel alterutri eorum, si alter adesse non possit (pro more tamen solito) sub actorum testificatione intimari: quotiesq; de nuptijs quis sine dotalibus instrumentis mutuo contrahendi matrimonium animo celebratis, super affectu suo liberis ex huiusmodi coniugio iam extantibus uel nec dum procreatis legitimis allegationibus uti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fisci patronos uel alterutrum (ut dictum est) gestis interuenientibus commendari: ita uidelicet, ut iuri cognitæ allegationes in absentibus personis, si quæ competunt, seruentur intactæ. His insuper quicunque apud uiros gloriosos pro tempore consules mancipia sua libertate donare maluerint, ante latos fisci patronos ad easdem libertates peragẽdas propriam aduocationis uocem accommodare. Alijs nihilominus priuilegijs, quæ iam pridẽ memoratis uel fisci patronis, uel adhuc aduocationis pro tẽpore peragentibus officium togatis diuersis modis indulta sunt, ex hac etiam sanctione nostra in sua stabilitate duraturis.

Decimasexta regula. Alia huiusmodi priuilegia proponuntur l. 23. §. sacras insuper, usque ad finem legis, his uerbis: Sacras epistolas quibus approbantur uiri clarissimi tribuni Prætoriani & notarij non unius tantum nomine, sed alterius quoque utrius præstandas perspicimus, siue suos filios, siue alios quosdam duxerint illustrandos. Ad hoc altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas consequantur: quos unius solum nomine eisdem uiris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorũ altero concedente, seu qui ex prouincijs suis uel ex amicis uoluerint, in prouincijs tamen degentibus. Licentiam eis præterea facimus binos homines singulis annis itidem offerendi, nostram adoraturos purpuram, statutis inserendos pręsentialibus domesticis unum equitum, alterũ scholæ peditum in uacantem eorum locum qui defuncti sunt: nulli dum superãt de militia uenundanda pacto cũ eis interposita, quorum huiusmodi conuentiones intersunt: ita tamen, ut ijdem uiri facundissimi, cum offerendos eosdem crediderint homines, bina solidorum pro singulis milia, nihilq; amplius nouerint dependenda uiris magnificis comitibus dicatissimorum domesticorum: id est, equitum quidem pro eo qui inter equites meritus est, peditum autem pro eo qui inter pedites inserendus est: solitis uidelicet statim stipendijs, nec non cæteris solatijs ijsdem tyronibus deputandis sine quolibet alio dispendio. Alijs etiam priuilegijs potiantur, quæ diuersis temporibus consecuti sunt, siue per augustos apices, seu dispositiones & sentẽtias amplissimæ tuæ sedis. Nam qui nobis digni iudicati sunt, ij multo magis in anterioribus quoque sunt adiuuandi.

Decimaseptima regula. De liberis aduocatorum fisci, proponitur l.21. §. postquam. C. de aduocat. diuers. iud. his uerbis: Postquam tale deposuerũt officiũ, siquidem filios ingenuos habeant, eos clarissimorũ notariorum inseri consortio, tribunorum sacras solitas epistolas sine quadam suffragij solutione percepturos.

De ijsdem liberis ac hæredib. regula, proponitur l. 23. §. fin. his uerbis: Quando fisci patronũ mori contigerit, gradu eum sequentem sine ulla dilatione in loco eius subrogari: hęredibus defuncti nihil exinde sibi cõmodi adquiri posse speraturis. Cunctis priuilegijs quæ hactenus habuisse noscuntur, necnon ijs quæ suggestio tuæ magnitudinis continet, etiam in posterum intactis, inuiolatisque seruandis: quatenus huiusmodi delato eis liberalitate nostræ serenitatis honore, possint in ocio & tranquilitate reliquum uitæ suæ tempus peragere, nulla eis inuitis sollicitudine ingerenda.

Decimaoctaua regula. De priuilegio aduocatorum fisci circa sumptus litis, proponitur l. 24. §. fin. C. de aduocatis diuers. iudic. his uerbis: Quidquid priuilegiorum retrò principum sacris affatibus uel authoritate tribunali, cuius interest, huic eidem ordini datum ostenditur: inuiolatum seruari decernimus. Cumq; lite quisquam eorum pulsatus fuerit, seu ciuilis causæ certamine, aut criminalis quęstionis obtentu, hic uel in prouincijs, cum per concessum tempus eorum adesse quenquam euenit, nullas executores sportulas adsequi, nec qui controuersijs mouendis inseruiunt, aut excipiendo, seu præparando, uel officio quolibet alio quocunque nomine

nomine sumptum exigendum censere.

Decimanona regula generalis, qua priuilegia aduocatorum fisci confirmantur in genere, proponitur l.12. in fine. C. de aduocatis diuers. iud. cuius uerba uide s. reg. 5. Concordat l.13. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide s. reg. 17. Concordat item l.22. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide s. reg. 15. Item concordat l. 23. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide s. reg. 16. Concordat deniq; l.24. §. fin. C. eo. tt. cuius uerba uide s. reg. proxim. Hæc de Aduocatis fisci sint dicta.

V. DE EXACTORIBVS ET susceptoribus tributorum & censuum fisci.

Prima regula. De ordinandis ac defendendis susceptoribus, à quib. ordinandi ac defendẽdi, proponitur l. 3. §. illud. C. de canone largitionalium titul. his uerbis: Illud generali forma sancimus, ut in omnibus prouincijs tam nominatio specialium susceprorum largitionalium titulorũ, quàm defensio tractatorum, non tantum per uiros clarissimos moderatores prouinciarum, sed etiam per uiros spectabiles ꝓconsules, & præfectum Augustalem, ac laudabiles uicarios unà cum eorũ officijs admonentibus semper nec uon imminentibus palatinis procuretur: prouidentibus, ut post nominationem etiam specialium susceptorum largitionalium titulorum, nulla minuendæ exactionis ad sacrum pertinentis ærarium, aut transferendi ad arcarios, aut quoslibet alios extraneos tirulos rectoribus prouinciarum aut eorum officijs, uel etiam curialibus licentia permittatur: quadrimestribus breuibus per idoneũ tractatorem eorundem titulorum, super commendandis ratiocinijs publicis, periculo rectorum prouinciarum ad sacratissimam urbem transmittendis. nam quacunque ex parte quàm iussit nostra tranquillitas, si minus fuerit procuratum, pœna superius designata tam ipsi iudices, quàm eorũ officia se nouerint esse plectenda.

Secunda regula. Itidem de ordinandis exactoribus & susceptoribus, proponitur l. 7. C. de susceptoribus præpositis, hisce uerbis: Exactores uel susceptores in celeberrimo cœtu curiæ, consensu & iudicio omnium sub actorum testificatione firmentur, prouiuciarumque rectoribus eorum nomina, qui ad publicum munus officij ediri atque obligati fuerint, innotescant: & animaduertant quicunque nominauerint, ad discrimen suum uniuersa, quæ illi gesserint redundare. *Quod hic subijcitur de periculo nominatorum, ei concordant ea quæ habentur J. capite tertio, quæstione tertia, regula secunda.*

Tertia regula. Qui ordinandi uel non, definitur l. 8. C. d. tt. his uerbis: Neminem susceptionis munere functum, ad idem munus adstriugi, nisi se prius uinculo sollicirudinis superioris absoluerit. Nam neque eos qui placuerint grauare, iusticiæ est: neque eos qui displicuerint tenere, prudentis est. Integro igitur singuli anno rranscurso cogantur exponere, quibus ritulis suscepta disperserint: ut facilius si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare iacturam.

Quarta regula. Quot ordinandi, definitur l.13. C. de susceptoribus. cuius uerba uide s. Lib. 2. cap. 19. membr. 17. reg. 1.

Quinta regula. Itidem de ordinandis susceptoribus, proponitur l.14. C. d. tt. his uerbis: Humilioribus officijs aut extraordinarijs oneribua occupari, curiales non parimur, ne publica uacillet utilitas. Susceptorem itaque uestium æquius est ab officio proconsulari, uel ab his qui in eodem meruerunt, solenniter procurari. Horum nanque interest huiusmodi explorare rationem, & quærere qualitatem eorum quorum ad constituendum commodior cura est. Neq; enim ęquũ est, ut ad officium lucra, ad curialem susceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus iniuriam submouemus, exceptis his qui curialium in officio memorato aut militasse, aut militare fuerint deprehensi.

Sexta regula. Exactorum officium annale est. quæ regula approbatur l. 8. §. fin. C. de susceptoribus, his uerbis: Non perperui exactores teneantur in continuanda uexandorum prouincialiũ potestate uelut concussionum dominatione, sed per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur: nisi aut consuetudo ciuitatis, aut authoriras ordinis eos per biennium esse compellat.

Septima regula. Rationem officio finito reddere coguntur. quæ regula approbatur d. l. 8. §. integro igitur. cuius uerba uide paulo superius reg. 3.

Octaua regula. Susceptores cum arcæ ratiocinijs nihil habent commune. quæ regula approbatur l. 13. §. scire autem. C. eod. tt. his uerbis: Scire uolumus prætoriauam amplissimam præfecturam, & eos qui aurum largitionale susceperint, nihil cum arcæ ratiocinijs habere commune. Iudices autem prouinciarum quinq; libris auri multandos, & primates officiorũ capitali pœna plectandos, si hoc non fuerit custoditum.

Nona regula. Exactores cum possessoribus nihil habebunt commune. quæ regula approbatur l. 7. §. 1. C. de exactoribus tribut. cuius uerba cum concordantibus uide J. reg. prox.

Decima regula. Quorum ope & intra quantũ tẽpus exigendum definitur d. l. 7. his uerbis: Missi optiones cum delegatorijs iudicibus, eorumque

officijs insistant, ut intra anni metas id quod debetur accipiant. Nihil his sit cum possessore commune, cui non militem, sed exactorem, si sit obnoxius, conuenit imminere. Iudices itaque qui prouinciales passi fuerint oprionibus delegari eiusdem quantitatis, duplex pœna rerinebit, & apparitores ex quolibet officio sententiam deportationis excipient, si per semet exigendos uoluerint delegare militibus, & curiales temporale manebit exilium, si eos quos solenniter exigere consueuerunt, oprionibus putauerint esse credẽdos: cum iudicẽ oporteat inquirere debitores, tabularios fideliter præuidere nomina debitorum, & apparitores siue curiales consuetudine seruata, regionum conuictis debitoribus imminere, ut perceptis congruis emolumentis optiones impleto anno ad proprios numeros ualeant remeare. Qui si ultra annum protracti fuerint, iudices & officia absque ulla mora de proprio cogantur exoluere militibus quod debetur, ipsis aduersus ipsos obnoxios repetione seruata. Quòd si ad nos aliqua de retentis ab oprionibus querela peruenerit, in duplum ab his protinus exigetur: ut partem debitam miles, reliquam fiscus accipiat. Iudicibus quoque, eorumque officijs eatenus subuenimus, ut in contumaces debitores cuiuslibet dignitaria authoritatem suam exerceant, ac si impudenter solutio differatur, actores procuratoresq́; , eorumque prædia persequantur, de eorum quoq; nominibus ad nostram scientiam relaturi. *Concordat l. 11. C. de erogat. milit. annona, his uerbis*: Oprionibus nullum sit cum prouincialibus commerciũ, ita ut à ducib. uel officio prouinciali omnis summa debiti postuletur intra anni spacium conferenda.

Vndecima regula. De officio exactionis alij non delegando, proponitur uerbis iam propositis hisce: Iudices itaque qui prouinciales passi fuerint, &c.

Duodecima regula. Vt exactores ab alijs administrationibus interim abstineant: proponitur, simul & distinguitur l. 6. C. de executoribus & exactoribus, his uerbis: Sancimus, ut eum cui ex iudicio tui culminis quocunque modo, siue studio numerariorum aut tractatorum, uel ipsorum iussu, qui pro tempore amplissimæ tuæ sedis administrationem suscipiunt, exactio publicarum pecuniarum iniungatur: minimè prius liceat aliam sollicitudinem gerendam suscipere, quàm reuersus iniunctæ sibi causæ responsum præbuerit. Si tamen ita sors tulerit, ut in ea prouincia ad quam exequendi causa publici negocij aliquis proficiscitur, alia quoque causa sit exequenda: non prohiberi unum eundemque executorem ab hac urbe regia proficiscentem, duorum simul, non plurium negociorum executionem suscipere: dum ipsi quoque tertij negocij non sit iniungendi licentia, antequam de superioribus responsum portauerit. Executoribus his qui secundam uel simul duas, uel etiam tertiam causam passi fuerint exequendam suscipere, non solùm cinguli & honorum suorum amissionem, uerumetiam perpetui exilij supplicium subituris. Eandem hanc pœnam numerarium quoque & eius adiutores, ad quorum curam quod uiolatum est pertinet, formidare.

Decimatertia regula. Ne excoctionem panis efflagitent, proponitur l. 1. C. de excoctione militaris annonæ, his uerbis: Opriones quibus species in diuersis prouincijs, &c.

Decimaquarta regula. De scriptura susceptionis & erogationis conficienda, proponitur l. 9. C. de erogatione mil. annonæ, his uerbis: Excellentia tua, &c. *Concordat l. 16. §. hoc etiam adijciendo. C. eod. tit. his uerbis*: Adijcimus ut sub, &c.

Decimaquinta regula. Ne priuatarum rerum executionem simul suscipiat, proponitur Nouell. c. 128. §. hoc quoque, his uerbis: Iubemus, ut qui publicorum tributorum exactionẽ tractant, nullam priuatarum rerum executionem in fidem suam recipiant. Quin & si eius generis aliquid tractandum ipsis cõmittatur, nulla tamen ratione audeant id facere, ne sub prætextu publicarum contributionum collatores nostri oblædantur.

Decimasexta regula. Ne facilè delegationes debitorum suscipiant, proponitur d. c. 128. §. sed & si quis. his uerbis: Si quis cum reuera publicas cõtributiones debeat executori, dicat quendã aliũ sibi debitorẽ esse: nõ liceat executori molestiæ aliquid nominato inducere, nisi prior debitor nullo penitùs modo ad publicas contributiones soluẽdas comprobetur esse idoneus. Et sanè hoc prius, &c. *Hæc de exactoribus & susceptoribus rerum fisci. Plura horum officia & pœnas uide J. cap. 5.*

VI. DE PROCVRATORIBUS metallorum.

De his proponitur regula l. 4. C. de metallarijs, his uerbis: Cum procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam, Mediterraneam, Misiam, seu Dardaniam soliti ex curialibus ordinari, per quos solennis profligatur exactio, simulato hostili metu, huic se necessitati subtraxerint, ad implendum munus retrahantur, & nulli deinceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitates, quàm subeundam procurationem fideli solertiáq; exactione compleuerint.

VII. DE

VII. DE METALLARIIS, seu ijs qui metallis fodiendis addicti sunt.

De his proponitur l. ult. C. d. tt. his uerbis: Metallarij siue metallariæ, qui quæue ea regio ne deserta, ex qua uidentur oriundi uel oriundæ ad externa migrauerint: indubitanter sine ulla temporis præscriptione ad propriæ originis stirpem laremque unà cum sua sobole reuocentur, etiamsi quos domus nostræ & secreta contineant. Sciant autem nullum exinde præiudicium fisco esse generandum, etiamsi quis ex his quem metallicum esse constiterit, priuatis censibus suum nomen indiderit.

VIII. DE MONETARIJS.

Prima regula. Monetarij uitæ conditionem mutare nequeunt. quæ regula approbatur l. 1. C. de Murilegulis, hisce uerbis: Monetarios in sua semper conditione durare oportet, nec dignitatis cuiuscunque priuilegio ab huiusmodi conditione liberari. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi beneficio principali fuerint absoluti. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 13. C. eod. tt. his uerbis*: Si quis ex corpore gynęciariorum, uel lineariorum, uel lymphanorum, monetariorum, uel murilegulorum, uel aliorum similium ad diuinas largitiones nexu sanguinis pertinentium uoluerit posthac de suo collegio liberari, non quoscunque nec facilè in locum proprium fieri triumphali absolutione substituant: sed eos quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimæ tuæ sedis obtutibus adprobauerint, ita tamen ut is qui ab huiusmodi conditione iuxta formam cœlitus datam beneficio principali fuerit absolutus, uniuersi sui generis prosapiam in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus eius qui absoluitur, rebus obnoxiam, largitionibus sacris futurum esse nõ dubitet.

Secunda regula. De matrimonijs horum & uxoribus, proponitur l. 7. C. eod. tt. his uerbis: Edicimus ne qua mulier splendoris gradus monetarij adhærens consortio, decus natiuæ libertatis amittat. Quod si quis ab hac pręceptione statutum nostræ serenitatis abduxerit, ea uel legitima admonita conuentione discedat: uel si complexui monetarij putauerit inhærendum, non ambigat se sibi & liberis præiudicaturam, & eius conditioni esse nectendam. Si qua uerò originaria, seu colonaria possessionis alienæ ignaro domino, seu sciente monetario, associabitur: hi conuenti mox iuri agrorum, debitas personas retrahere festinent. uel decætero sciant repetendi facultatem silentij sui conniuentia se perdidisse. Sed ut monetario nullam extraneam necti uolumus, ita & ex monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. *Plura de hac regula uide s. lib. 2. cap. 5. quæst. 1. reg. 13. except. 1.*

IX. DE BAPHEIS, HOC EST tinctoribus pannorum Cæsaris.

Prima regula. Vt abstineant suffragijs, præcipitur l. 2. C. de Murilegulis, hisce uerbis: Baphei & gynęciarij, per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gynæcij confectæ corrumpuntur in baphijs, & admista temeratione uim adducunt inquinatæ alluuionis: suffragijs abstineant, per quæ memoratas administrationes adipiscuntur: uel si contrà hoc fecerint, gladio feriantur.

Secunda regula. De tingendo proponitur l. 3. C. de uestibus holobaris, hisce uerbis: Vellera adulterino colore fucata, in specie sacri muricis infringere non sinimus, nec tinctum cum Rhodino prius serico, alio postea colore fucari: cum de albo omnium colorum tingendi copia non negetur: nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipiant.

X. DE GINAECIARIIS, HOC est ijs qui pannos imperiales texunt.

Prima regula. Vt suffragijs abstineant, præcipitur l. 2. C. de murilegulis. cuius uerba uide s. pers. proxima, reg. 1.

Secunda regula. De matrimonijs horum & uxoribus, proponitur l. 3. C. eod. tt cuius uerba uide s. Lib. 2. cap. 5. quæst. 1. reg. 33. except. 1.

Tertia regula. De eo qui aliquem ex gynecijs occultat, proponitur l. 5. C. eod. tt. his uerbis: Qui aliquem ex familijs gynæcij in latebris habere comperti sunt, quinque librarum auri damno subiugentur. *Concordat l. 6. C. eod. tt. his uerbis*: Qui textrini nostri mancipia occultatione celauerit, ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur.

Quarta regula. De his à sua conditione liberandis, proponitur l. 13. C. eod. tt. cuius uerba uide s. pers. 8. regula prima.

XI. DE BASTAGIARIJS.

Prima regula. De his proponitur l. 4. C. de murilegulis, hisce uerbis: Quod ad præsens remediũ pertinet, quintũ animal Bastagiarijs pro reportatione præbeatur.

Altera regula. De militia ab illis non deserenda, proponitur l. 8. C. eod. tt. his uerbis: Aeternam fiximus legem, ne unquam Bastagiarija militiam suam deserere liceat, uel aliam antequam eam impleuerint, subrepticia impetratione tentare.

XII. DE MVRILEGULIS.

Prima regula. De conditione uitæ ab illis non deserenda, & de illorum bonis, proponitur l. 11. C. de Murilegulis, hisce uerbis: Murileguli qui relicto atque despecto propriæ conditionis officio, uetitis se infulis dignitatum & cingulis penitùs denegatis muniisse dicuntur: ad propriæ artis & originis uincula reuocentur. Ab illis autem qui rebus eorum uidentur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solennibus ministerijs inseruire manifestū est, omnia quæcunque constiterit ex quocunque titulo possessa antiquis possessoribus restituantur. Quòd si alienigenæ detentatores oneribus conditionis extraneæ maluerint subiacere, quàm restituere facultates: & futura deinceps agnoscant munera sibi esse subeunda, & de præterito si qua ipsis posſidentibus reliqua colliguntur, à semetipsis sciant sine aliqua excusatione soluenda.

Secunda regula. De illis à uitæ conditione liberandis, proponitur l. 13. C. eod. tit. cuius uerba uide s̄. pers. 8. regula 1.

Tertia regula. De murilegulorum nepotibus ex filia. hi maternam conditionem sequuntur. quæ regula approbatur l. 12. C. eod. tit. his uerbis: Hi qui ex filiabus murilegulorum & alienæ originis patribus sunt, uel fuerint procreati, iura maternæ conditionis agnoscant.

XIII. DE CONCHILEGULIS.

Liberi horum eiusdem sunt conditionis. quæ regula approbatur l. ultim. C. de murilegulis, hisce uerbis: Qui aut patre conchilegulo geniti probabuntur, aut matre, memoratæ adscriptioni obnoxios se esse non ambigent.

XIIII. DE FABRICENSIBUS.

Prima regula. De hisce ordinandis seu recipiendis, proponitur l. 4. C. de fabricensibus, his uerbis: Si quis consortium fabricensium crediderit eligendum in ea urbe in qua natus est, uel in qua domicilium collocauit: his quorum interest conuocatis, prius acta conficiat, seseque doceat non auo, non patre curiali progenitum, nihil ordini ciuitatis debere: nulli se ciui commanere obnoxium, atque ita demum gestis confectis, uel apud moderatorem prouinciæ, uel (si is absit) apud defensorem ciuitatis ad militiam, quam optauerit suscipiatur. Quòd si absque hac cautione quispiam ad fabricensium consortium obrepserit, sciat se ad ordinis cui debetur, patriæque suæ munera esse deducendum: ita ut nulla eum nec temporia nec stipendiorum prærogatiua defendat.

Secunda regula. Fabricenses cum liberis suis conditioni isti sunt addicti. quæ regula approbatur l. 5. in principio. C. de fabricensibus, his uerbis: Iure prouisum est, fabricenses artibus proprijs inseruire, ut exhaustis laboribus immorentur cum sobole professioni cui nati sunt.

Tertia regula. Stigmata brachijs fabricensium infligenda. quæ regula approbatur l. 3. C. d. tit. his uerbis: Stigmata, hoc est notata publica fabricensium brachijs ad imitationem tyronum infligantur, ut hoc modo saltem possint latitantes agnosci (his qui eos susceperint, uel eorum liberis sine dubio fabricæ uindicandis) & qui subreptione quadam declinandi operis ad publicæ cuiuslibet sacramenta militiæ transierunt.

Quarta regula. De fabricensibus non occultandis, proponitur uerbis iam dictis hisce: His qui eos susceperint, uel eorum liberis sine dubio fabricæ uindicandis.

Quinta regula. Delictum ab uno fabricensium commissum, ad omnes pertinet. quæ regula approbatur l. 6. C. d. tit. his uerbis: Quod ab uno fabricensium committitur, id totius delinquitur periculo numeri: ut constricti nominationibus suis sociorum actibus quandam speculam gerant, & unius damnum ad omnium transit dispendium. Vniuersi itaque ueluti in corpore unius formæ, unius decoctionem (si ita tulerit) rependere cogentur.

Sexta regula. Fabricenses aliena prædia conducere, uel aliena negocia administrare, prohibentur l. ultima, in principio. C. de fabricensibus, his uerbis: Nullus fabricensium conductioni uel administrationi, uel agriculturæ alienarum rerum se posthac immiscere conetur: dominis quidem si qui contra hæc statuta meæ pietatis uenire ausi fuerint, res uel prædia, quæ scientes quod fabricenses sunt, ijsdem fabricensibus ministranda commiserint, amissuris: fabricensibus uerò grauissimè coercitis, post facultatum suarum amissioné, perpetua exilij pœna & animaduersione retinendis.

Septima regula. De dignitate primiceriorum fabricæ, proponitur l. 2. C. de fabricensibus. cuius uerba uide s̄. Libro secundo, capite quinto, quæstione prima, regula 32.

Octaua regula. De iudice fabricensium competente, proponitur l. 6. C. d. tit. cuius uerba uide s̄. Libro quinto, capite secundo, quæstione prima, exceptione trigesimaseptima.

XV. DE PISTORIBUS.

De his proponitur l. unica. C. de pistoribus, his uerbis: Quicunq; ex mancipijs comitis horreorū dignitatem, aut officium, uel ambitione, uel gratia, uel pecunia, seu quolibet alio

modo

modo posthac fi erit adsecutus: exutus dignitate quam contra interdictum nostræ serenitatis adeptus est: multatus etiam in uiginti libris auri ad antiquum denuò consortium collegiumq; reuocetur, omne etiã speciale benencium quocunq; modo contra hanc sanctionem fuerit impetratum, penitùs conquiescat.

XVI. DE SVARIIS.

Prima regula. De immunitate horum, proponitur l. 1. C. de suarijs, hisce uerbis: Portionarij urbis ęternę, cum peruigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, sordidis semper muneribus liberentur.

Altera regula. De iudice suariorum competente, proponitur l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide ī. Lib. 5. cap. 2. quæst. 1. except. 18.

XVII. DE COLONIS, ET mancipijs Imperatoris & fisci.

Prima regula. Res alienas gerere non poßunt, sed rebus tantum Imperatoris uel fisci sunt addicti. quæ regula approbatur l. 2. C de agricolis & mancipijs dominicis, hisce uerbis: Colonos nostros qui priuati sunt, uel ad ratiocinis gerenda. uel ad colendos agros idonei, retrahi iubemus, ac tantum colendis nostris rebus addici. Quinetiam in posterum obseruari, ne quis eorum rem priuatam cuiusquam gerendã, aut aliquid administrandum suscipiat.

Secunda regula. Ab honoribus arcendi sunt, atq; à muneribus sunt immunes. quæ regula approbatur l. 1. C. eod. tit. cuius uerba uide ī. Libro secundo, capite primo, quæst. 1. reg. 7. Concordat l. 5. C. eod. tit. his uerbis: Dominicos colonos neq; ad descriptionem patimur deuocari, neq; extraordinarias pati functiones: maximè cum aduersus consuetudinem memoratam, onera dicantur inferri. *Vide item ī. Lib. 11. cap. 4. reg. 48.*

Tertia regula. De illis ab extraneis officijs reuocandis, proponitur l. 3. C. eod. tit. his uerbis: Serui atque coloni eorum etiam filij uel nepotes, uel quicunque de fundis ac possessionibus nostris clanculo ad officia conuolauerint diuersa, reddantur etiamsi armatæ habuerint sacramenta militiæ: nos enim etiam eos discingi iubemus ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

Quarta regula. Liberi quoque istorum eiusdem conditionis sunt. quæ regula patet ex uerbis iam propositis hisce: Eorum etiam filij uel nepotes, &c. *Concordat l. 4. C. eod. tit. his uerbis:* Ex ingenuo & colonis ancillisq; nostris natos natasúe origini ex qua matres eorum sunt, facies deputari.

Quinta regula. De agro priuati patrimonij Cæsaris illis uendendo, proponitur l. ultim. C. eod. tit. his uerbis: Quoties alicui colonorũ agrum priuati patrimonij nostri placuerit uenundari: non unus tantum qui fortè consortibus suis grauis ac molestus existat, sed alij quoque duo uel plures ex simili origine ac iure uenientes in supra dicta emptione sociėtur.

DE NVNCIATIONE ac delatione ad fiscum.

Cap. II.

HActenus de Personis seu familia Imperatoris & fisci dictum est. Plura autem de ijs uide ī. Libro secundo, capite penultim. & ultim. Nunc de rebus imperatoris & fisci partim in genere, partim in specie nobis est dicendum, & primùm de illis adquirendis. Adquiruntur autem fisco res per nunciationem & delationem, per actiones, per tributorum indictionem & exactionem. de quibus singulis ordine dispiciendum: & primùm de nunciatione ac delatione ad fiscum, ubi etiam causæ actionum fiscalium uariæ proponentur.

I. CAVSAE EX QVIBVS nunciatio ad fiscum facienda est, & fisco adquiritur.

Prima causa. Si ei qui càpere non potest, quid à defuncto relictum sit: hoc enim fisco adquiritur. Quæ causa cum alijs pluribus approbatur l. 1. in principio. ff. de iure fisci, hisce uerbis: Variæ sunt causæ ex quibus nunciatio ad fiscum fieri solet. Aut enim si quis quod tacitè relictum est, profitetur capere non posse, uel ab alio præuentus defertur: uel quod mors ab hæredibus non uindicetur: uel quod Indignus quis hæres nunciatur: uel quod princeps hæres institutus est, uel quod testamentum, siue codicilli subrepti esse nunciantur: uel quod dicatur quis thesaurum inuenisse: uel magni precij rem minoris ex fisco comparasse: uel præuaricatione fiscum uictum esse: uel eum decessisse qui in capitali crimine esset, uel etiam post mortem aliquem reum esse, uel domum destructam esse, uel ab accusatione recessum esse, uel rem litigiosam uenũdari, uel pœnã fisco ex contractu priuato deberi, uel aduersus leges commissum factum esse. *Ait Iurisconsultus:* Aut enim se quis quod tacitè relictum est, profitetur capere non posse, uel ab alio præuentus defertur. *Hisce uerbis causa proposita approbatur. Cui concordat l. unica. C. de his qui se deferunt. cuius uerba uide ī. eod. cap. quæstione 5. regula secunda. Propositæ causæ exceptio hæc est: Nisi cum testator in priore testamento uni heredum præceptiones dedisset, & eius fidei tacitè commisisset, postea alio testamento facto, nullas præceptiones heredi dederit. Hæc exceptio recipit replicationem hanc: Nisi non probetur testatoris uoluntatem in tacito fideicommisso esse mutatam. quæ exceptio cum sua replicatione appro-*

approbatur l. 48. in prin. ff. de iure fisci, hisce uerbis: Statius Florus testamento scripto hæredis sui Pompeij tacitè fideicommiserat, ut non capienti fundum & certæ pecuniæ quantitaté daret: & eo nomine cautionem à Pompeio exigi curauerat se restitururũ ea, quæ ei per pręceptionem dederat. Postea idem Florus facto secundo testamento, & eodem Pompeio & Faustino hæredibus institutis, nullas præceptiones Pompeio dederat. Hæc persona quæ capere non poterat se detulerat. Consulti Imperatores à procuratoribus, rescripserunt, si non proderetur mutatam uoluntatem esse præstandum fideicommissum. Atque ita Pompeius condemnatus, desiderabat id onus esse hæreditatis oportere, quia præceptiones non acceperat: nec posse uideri pro parte in prima uoluntate testatorem perseuerasse, sed in uniuerso pronunciauit: nec testamentum prius extare, nec si dedisset in primo testamẽto, ex posteriore peti potuisse nisi petitum esset: placuit, quia non probabat sibi datas præceptiones, ex sola sua cautione solum fideicommissum præstare debere. *Plura de causa proposita uide in Comment. de Legatis & fideicommissis: item*). *eod. cap. quæst. 5. reg. 1. Secunda causa ex qua fisco adquiritur, est: Si mors defuncti ab eius hæredibus non uindicetur: hoc enim casu hæreditas illis tanquam indignis refertur, & ad fiscum transfertur. quæ causa approbatur uerbis* s̄. *causa prox. propositis hisce:* Vel quod mors ab hæredibus non uindicetur. *Plura de hac causa dicentur aliquando*). *in Parte quarta, de Hæredum officijs. Similis causa est, si maritus mortem uxoris necatæ non uindicauerit. hoc enim casu dotem perdit, eáque adquiritur fisco. quæ causa approbatur l. 27. ff. de iure fisci, his uerbis:* Cum mortem maritus uxoris necatæ non defenderet: diuus Seuerus rescripsit dotem fisco uindicãdum, prout ad maritum pertineat.

Tertia causa. Si hæres hæreditate sit indignus: hoc enim casu hæreditas adquiritur fisco. quæ causa approbatur l. 1. in prin. ff. de iure fisci: cuius uerba uide s̄. *causa 1. in prin. ibi:* Vel quod indignus quis hęres nunciatur. *Plura de hac causa dicentur*). *Parte 4.*

Quarta causa. Si princeps hæres sit institutus. quæ causa approbatur ibidem, his uerbis: Vel quòd princeps hæres institutus est.

Quinta causa. Si testamentum uel codicilli subrepti dicãtur. Hæc causa approbatur ibidem, his uerbis: Vel quòd testamentum siue codicilli subrepti esse nunciantur. *Hanc causam adquirendi fisco alibi non legi. nisi quis intelligat de eo quod habetur l. 1. in prin. & l. 2. §. fin. ff. Si quis aliquem testari prohibuerit. de quo alibi.*

Sexta causa. Si quis thesaurum inuenerit. Hæc causa approbatur l. 1. in prin. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s̄. *in prin. ibi:* Vel quòd dicetur quis thesaurum inuenisse. *De hac causa uide Comment. de Rerum dominio cap. 1. causa 4. except. 2. Huc etiam pertinet l. 1. §. penult. ff. de iure fisci, his uerbis:* Deferre se nemo cogitur, quòd thesarum inuenerit, nisi ex eo thesauro pars fisco debeatur. *Hæc intellige secundum ea quæ habentur d. except. 2.*

Septima causa. Si res fisci minoris uendita sit. quæ causa approbatur d. l. 1. in prin. his uerbis: Vel magni precij rem minoris & fisco comparasse.

Octaua causa. Si fiscus præuaricatione sit uictus. Et hæc causa approbatur d. l. 1. in prin. his uerbis: Vel præuaricatione fiscum uictum esse.

Nona causa. Si reus capitalis criminis sibi mortem consciuerit. Hæc causa approbatur d. l. 1. in princip. his uerbis: Vel eum decessisse, qui in capitali crimine esset. *De hac causa dictum est* s̄. *Lib. 3. cap. 13. quæst. 1. except. 7.*

Decima causa. Si post mortem aliquis reus criminis fiat. Et hæc causa approbatur d. l. 1. in prin. his uerbis: Vel etiam post mortem aliquem reum esse. *Hæc causa uidetur intelligenda secundum ea quæ dicta sunt* s̄. *Lib. 1. cap. 2. except. 10. Planè hæc causa cum superiore prox. sublata est, per ea quæ dicta sunt* s̄. *Lib. 3. cap. 13. in fine.*

Vndecima causa. Si domus destructa non reparetur, fisco adquiritur. quæ causa approbatur d. l. 1. in prin. ff. de iure fisci, his uerbis: Vel domum destructam esse. *De hac causa dicetur*). *Libro duodecimo, cap. 12. reg. 6.*

Duodecima causa. Si accusator destitit, pœnam debet fisco. quæ causa indicatur d. l. 1. in prin. his uerbis: Vel ab accusatione recessum esse. *De hac causa uide* s̄ *Lib. 3. cap. 11.*

Decimatertia causa. Si res litigiosa uenierit. nam & hoc casu duplum fisco adquiritur. quæ causa innuitur d. l. 1. in princip. his uerbis: Vel rem litigiosam uenundari. *De hac causa uide* s̄. *Lib. 5. cap. ult. de Re litigiosa non alienanda.*

Decimaquarta causa. Ex contractu etiam priuato fisco debetur pœna. quæ causa approbatur d. l. 1. in pr. his uerbis: Vel pœnam fisco ex contractu priuato deberi.

Decimaquinta causa. Si res in commissum incidit. Hanc causam puto indicari d. l. 1. in prin. uerbis hisce: Vel aduersus leges commissum factum esse. *De qua re uide*). *cap. 7. de Commissis.*

Decimasexta causa. Si in fraudem ciuilium munerum quis bona sua alienauit, ea fisco uindicantur. quæ causa approbatur l. 15. §. penultim. ff. ad municipalem, his uerbis: In fraudem ciuilium munerum per tacitam fidem prædia translata fisco uindicantur: tantumq; alterum interdictæ rei minister de suis bonis cogitur soluere.

Decimaseptima causa. Si quis sine hærede decesserit, bona eius fisco uindicantur. quæ causa approbatur l. 1. C. de bonis uacantibus, his uerbis: Scire debet grauitas tua, intestatorum res qui sine legitimo hærede decesserint, fisci nostri rationibus uindicandas, nec ciuitates audiẽdas, quæ

quæ sibi earum uindicandarum ius ueluti ex permissu uindicare nitūtur. Et deinceps quæcunq; intestatorum bona ciuiratibus obtentu priuilegiorum suorum occupara esse compereris, ad officium nostrū eadem reuocare non dubites. *Concordat l. 4. C. cod. tt. his uerbis*: Vacantia mortuorum bona tunc ad fiscum iubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea uel iuris titulo legitimum reliquerit intestatus hæredem. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi bona uacantia soluendo non sint. quæ exceptio approbatur l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci, his uerbis*: An bona quę soluendo non sint, ipso iure ad fiscum perti neant, quæsitum est. Labeo scripsit, etiam ea quæ soluendo non sint, ipso iure ad fiscū pertinere. Sed contra sententiam eius edictum perpetuum scriptum est, quòd ipsa bona ita ueneunt, si ex his fisco nihil adquiri possit. *Secunda exceptio est: Nisi intra quadrienniū bona uacantia fisco non sint uindicata. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. diuus, his uerbis*: Diuus Pius Cœlio Amarantho ita rescripsit: Vacantium bonorū enunciationem quadriennio finiri, idq; tempus ex die quo certum esse cœperit, neq; hæredem, neq; bonorum possessorem extare, computari oportere. *Concordat l. 1. C. de quadriennij præscript. his uerbis*: Notum est à fisco quæstionem post quadriennium continuum super bonis uacantibus inchoandam non esse. Additum etiam est, & eos qui nostra largitate nituntur, nulla inquietudine lacessendos, necijs à fisco nostro controuersiam commouendam, qui quoquo modo aut titulo easdem res possederint. *Tertia exceptio est: Nisi princeps bona uacantia possessori concesserit. hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce*: Additum etiam est, & eos qui nostra largitate nituntur, &c. *Quarta exceptio est: Nisi res ei qui sine hærede decessit, & alij cuidam ab imperatore sit donata: in hac enim re socius succedit. quæ exceptio approbatur l. unica. C. Si liberalitatis imperialis socius, &c. his uerbis*: Iubemus ut siquis fortè ex his quibus cōmuniter à nobis aliquid donatum sit, nullo hærede relicto decesserit: ad consortem potius solatium, quàm ad personam aliam pars decedentis perueniat. *Quinta exceptio est: Nisi præfectianus sine hærede decesserit. quæ exceptio approbatur l. 3. §. huic sanctioni. C. de apparitor. præfect. prætor. cuius uerba uide §. lib. 2. cap. 19. membr. 5. reg. 5.*

Decimaoctaua *causa. Si lites fisco donentur. Hæc causa reprobatur l. 22. §. lites. ff. de iure fisci, hisce uerbis*: Lites donatas se non suscipere diuus Pius rescripsit, & licet bona relicturum se quis profiteatur, uel partem bonorū donatam non suscipere: & adiecit illum dignum fuisse puniri pro tam turpi tamq; inuidioso commento: & (nisi durum esse ui detetur) iri

ultro uenientem pœnam statuere. *Huic concordant ea quæ habentur de aliena tione iudicij mutan di causa facta: item §. lib. 5. cap. ult. de re litigiosa non alienanda.*

Decimanona causa. Si is qui prouinciæ præest, quid in ea comparauit, eius æstimatio fisco debetur. Quæ causa approbatur l. 46. §. quod à præside. ff. de iure fisci, his uerbis: Quod à præside seu procuratore, uel quolibet alio in ea prouincia, in qua administrat (licet per suppositā personam) comparatum est: infirmato contractu uindicatur, & æstimatio eius fisco infertur. nam & nauem in eadem prouincia, in qua quis administrat, ædificare prohibetur. *Plura de hac causa uide §. lib. 2. capite 2. reg. 4. cum sequentibus.*

Vicesima causa. Si miles in ea prouincia, in qua militat, prædium comparauerit, id fisco uindicatur. quæ regula approbatur l. 9. in prin. ibi: fisco autem. ff. de re militari, de qua re §. in re militari dicetur.

Vicesimaprima causa. Obsidū & captiuorū bona fisco uindicantur. Quæ causa approbatur l. 31. ff. de iure fisci, his uerbis: Diuus Commodus rescripsit, obsidum bona sicuti captiuorum omnimodo in fiscum esse cogenda. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi accepto usu togæ Romanæ, ut ciues Romani egerint. quæ exceptio approbatur ibidem lege sequente, his uerbis*: Sed si accepto usu togæ Romanæ, ut ciues Romani semper egerint: diui fratres procuratoribus hæreditatum rescripsere, sine dubitatione ius eorum ab obsidis condirione separatum esse beneficio principali. Ideoq; idem ius eis seruandum; quod haberent, si à legitimis ciuibus Romanis hæredes instituti fuissent.

Vicesimasecunda causa. Bona eorum qui in aliam ciuitatem iussu principis transferuntur, seu in colonias deducantur, fisco uindicantur. quæ causa approbatur l. 4. C. de iure fisci, his uerbis: Certa forma super metœcis data est, qui iussu principis in aliam ciuitatem translati sunt: nam prædia eorum quæ antequam demigrarent habuerunt, si ab eis distracta non sunt, fisci rationibus uindicari iampridem decretum est: nisi aliud speciali præcepto augusta maiestas decreuerit. Vt igitur à principibus salubriter statutum est: ita saluis his quæ utiliter placuerunt, parentibus hæredes eos existere non oportere, nulla legis sanctione statutum est.

Vicesimatertia causa. Si nauis expulsa fuerat ad littus, uel naufragium factum erat: fisco iure antiquo adquirebatur. quod ius antiquum tollitur, & causa proposita reprobatur l. 1. C. de naufragijs, hisce uerbis: Si quando naufragio nauis expulsa fuerit ad littus, uel si quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat, fiscus meus sese nō interponat. Quod enim ius habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa

 com-

compendium sectetur. *Concordat constit. Friderici ni. §. Nauigia.*

Vicesimaquarta causa. De adquisitiõe metallica, proponitur l. 1. C. de metallarijs, hisce uerbis: Perpensa deliberatione duximus sanciendum, ut qui cunq; in metallorũ exercitiũ uellet affluere is labore proprio & sibi reipub. commoda compareт. Itaq; si qui sponte conduxerint, eos laudabilitas rua octonos scrupulos in baluca, quæ græcè *χρυσάμμος* appellatur, cogat exoluere. Quidquid autem amplius colligere potuerint, fisco potissimum distrahant, à quo competentia ex largitionib. nostris precia suscipiant. *De eadem causa proponitur l. 2. C. eod. tit. his uerbis:* Ob metallicum canonem, in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim uncias balucæ pro singulis libris constat inferri. *Similis adquisitio proponitur l. 3. C. eod. tit. his uerbis:* Per annos singulos septem per hominem scrupuli largitionib. inferantur ab aurilegulis, non solum in Pontica diœcesi, uerumetiam in Asiana.

Vicesimaquinta causa. De decimis fisco è saxis præstandis, proponitur l. 3. C. eod. tit. his uerbis: Cuncti qui per priuatorum loca saxorũ uená laboriosis effusionib. persequuntur: decimas fisco, decimas etiam domino repræsentent, cætero modo proprijs suis desiderijs uindicando.

Vicesimasexta causa. Si mulcta alicui sit indicta. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 5. C de modo mulctarũ, his uerbis: Mulctarũ seuera compendia ærario nostro protinus esse quærenda, nullus ignoret: nisi ipse iudex id quod ad pœná admissi facinoris exculpitur, uel publicis operib. uel cursui publico, uel alijs necessarijs causis specialiter deputauerit.

Hæc de causis ex quib. nunciatio fit ad fiscũ, & ex quib. fisco adquiritur, sint dicta. Sed & adquiritur fisco ex censibus & tributis, de quibus J. dicetur. Nunc reliqui nunciationis et delationis ad fiscũ loci persequẽdi.

II. QVIBVS DELATIO AD fiscum competat.

Prima reg. De mulieribus hæ deferre non possunt. quæ regula approbatur l. 18. in prin. ff. de iure fisci, his uerbis: Deferre nõ possunt mulieres propter sexus infirmitatem. & ita sacris constitutionibus cautum est. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi mulieres seipsas deferant. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. eod. tit. his uerbis:* Ait diuus Traianus: Quicunq; professus fuerit: Quicunq; accipere debemus tá masculũ quàm fœminá: nam fœminis quoq; (quáuis delationib. prohibẽtur) ex beneficio tamẽ Traiani deferre se permissum est. Nec non illud æquè non intererit, cuius ætatis sit is, qui se defert, utrum iustæ an pupillaris: nam pupillis etiam permittitur deferre se, ex quibus non capiunt.

Secunda regula. De pupillis. hi quoq; regulariter deferre non possunt. cuius tamen regulæ eadem exceptio est, quæ regulæ præcedentis, ut ex uerbis iam propositis constat.

Tertia regula. De uiris clarissimis, proponitur l. 18. in prin. ff. de iure fisci. his uerbis: Item clarissimi uiri deferre non possunt.

Quarta regula. De damnatis iudicio publico. hi quoq; deferre prohibentur d. l. 18. §. 1. his uerbis: Item damnati deferre nõ possunt, ut diui fratres de eo rescripserunt qui fustibus cæsus, in opus publicum erat datus. Item constitutionibus principum prohibentur deferre illi, qui in metallum damnati sunt. Hoc ideo, ne desperati ad delationem facile possint sine causa confugere. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi delatio ante damnationem cœpta sit. quæ exceptio approbatur ibidẽ, his uerbis:* Sed eas causas quas ante damnationem cœperunt deferre, posse eos etiam post damnationem exequi, rescriptum est.

Quinta reg. De ueteranis proponitur d. l. 18. §. ueterani, his uerbis: Veterani quoq; sacris constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem utiq; & merita militiæ.

Sexta regula. De militibus proponitur ibidem, his uerbis: Item milites propter honores stipendiorum, quę merentur, deferre prohibentur.

Septima regula. Ne seruus dominum deferens audiatur, proponitur l. 2. §. imperator. ff. de iure fisci, his uerbis: Imperator noster Seuerus Augustus constituit, ne serui delatores dominorum audiantur, sed ut pœna coerceantur. Liberos quoq; causæ mandatores contra patronos, à præsidibus prouinciarum pœna plectendos. *Concordat l. 6. C. de delatoribus, his uerbis:* Seruum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum seuerissimę sententiæ subiugari, etiamsi obiecta probauerit, excepto crimine maiestatis.

Octaua regula. Ne libertus patronum deferens audiatur, præcipitur uerbis iam propositis hisce: Libertos quoq; causæ mandatores contra patronos, &c.

Nona regula. Ne tutor uel curator, uel procurator deferẽs eum cuius tutor uel procurator fuit, audiatur, præcipitur l. 18. §. item eos, cum sequentibus. ff. de iure fisci, his uerbis. Item eos qui tutores uel curatores fuerint, nõ oportere deferre causam pupillorum uel adolescentum suorum, diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt. Quod consequens est obseruari & in eo, qui quasi procurator negocia gessit: & ita ijdem principes rescripserunt. Item decreuerunt nulla constitutione prohibitum esse procuratorem interrogari, sed accusare eum cuius negocia gessit. Et tutorem qui aut detulit, aut mandauit, seuerissimè puniendum rescripserunt.

Decima

Decima regula. Ne uenditor emptorem de re uendita deferens audiatur, præcipitur ibidẽ his uerbis: Sed ne is quidem qui aliquã rem uendidit, eandem & deferre debet uel per se, uel per subiectam personam: ne alioquin pœnam patiatur dignam suæ personæ, ut & constitutum esse refertur.

Plura de regulis propositis: sed & similes regulas uide s. Lib. 3. cap. 1. quæst. 5.

DE EXCEPTIONIB. PRAECEDENtium regularum generalioribus.

Planè regulæ iam propositæ recipiunt quasdam exceptiones generales: quarum prima hæc est: Nisi is qui deferre non potest, seipsum deferat. Hæc exceptio approbatur exemplo fœminæ & pupilli l. 16. ff. de iure fisci, cuius uerba uide s. reg. 1.

Altera exceptio est: Nisi is qui deferre non potest, causam sibi cum fisco communem deferat. Hæc exceptio approbatur l. 18. §. sed communem. ff. de iure fisci, his uerbis: Sed communem causam sibi cum fisco quiuis deferre potest: nec per hoc famosus est, licet in causa non obtinuerit. *Plura de huiusmodi exceptionibus uide s. Lib. 3. cap. 1. q. 5. in fine.*

III. PER QVOS, ET CVM QVIbus delatio competat?

Non nisi cum fisci aduocato permittenda est delatio. quæ regula approbatur l. 5. C. de delatoribus, his uerbis: Omnes iudices inuigilare præcipimus, delatores sine fisci aduocato denunciantes, pœnis afficere: apertissimi enim iuris est, ut quod ex cuiusq; patrimonio ceciderit in cassum, & legibus, & recto iuris ordine fisci aduocatis agentibus, uindicetur. Sed quia nonnulli præcipites secundũ ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus licentiam qui se læsos existimant, contra delatores seueritatem iudicũ implorare ferro districtam.

IIII. QVAMDIV COMPETAT NVNciatio & delatio?

Intra uiginti tantùm annos competit. quæ regula approbatur l. 3. ff. de requirẽdis reis, hisce uerbis: Quãcunq; quæstionem apud fiscum (si non alia sit propria præscriptio) uiginti annorum silentio præscribi, diui principes uoluerunt. *Cõcordat l. 13. in prin. ff. de diuers. temp. præscription. his uerbis:* In omnibus fisci quæstionibus, exceptis causis in quibus minora tempora seruari specialiter constitutum est, uiginti annorũ præscriptio custoditur *Ait Iurisconsultus:* Exceptis causis in quibus minora tempora seruari specialiter constitutum est. *Huius exemplum est in bonis uacantibus nunciandis, de quo uide s. eod. cap. quæst. 1. causa 17. except. 2. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi nondum uiginti anni excesserint ex eo tẽpore, quo ad fiscum pertinere potuit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. præscriptio. ff. de iure fisci, his uerbis:* Præscriptio uiginti annorum, quæ etiam circa requirendorum adnotatorum bona obseruatur, ex constitutione diui Titi Antonini solet ex eo numerari, ex quo quid ad fiscum pertinere potuit. *Secunda exceptio est: Nisi causa ante uicesimum annũ mota, ultra uicesimũ annum tracta sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. penult. his uerbis:* Causæ autem quæ statim motæ sunt & tractæ ultra uicesimũ annum, differri possunt & post uicesimum annum. *Tertia exceptio est: Nisi causa ante uicesimum annum ab alio nunciata fuerit, quamuis deserta. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. fin. his uerbis:* Illę quoque causę quæ à priore nunciatore proditę dicuntur, etiã post annos, quibus præscribi dicimus fisco, nunciari possunt.

V. EVENTVS DELATIONIS.

Prima regula. Qui seipsum defert profitendo, sibi quod capere non possit esse relictum, dimidiam partẽ præmij nomine accipit. quæ regula approbatur l. 13. in prin. ff. de iure fisci, his uerbis: Edicto diui Traiani quod proposuit significatur, ut si quis antequam causa eius ad ærarium deferatur, professus esset eam rem quam possideret, capere sibi non licere, ex ea partem fisco inferat, partem sibi retineat. Idem postea edicto significauit, ut quæcunq; professa esset uel palàm, uel tacitè relictum sibi quod capere non posset, & probasset: iam id ad fiscum pertinere. Et si id non possideret, ex eo quod redactum esset à præfecto ærario, partem dimidiam ferat. *Concordat l. 15. §. senatus. ff. eod. tit. his uerbis:* Senatus Hadriani temporibus censuit, cum quis se ad ærariũ detulerit, quod capere non potuerat: ut totùm in ærarium colligatur, & ex eo pars dimidia sibi secundum beneficium diui Traiani restituatur. *Concordat item l. unica. §. quod si ab uxore. C. de his qui se deferũt. cuius uerba uide j. reg. prox. Propositæ regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi is qui se defert, ex turpi causa capere non possit. Hæc exceptio reprobatur l. 15. §. nihil. ff. de iure fisci, his uerbis:* Nihil autem interest quæ causa impediat ius capiendi. *Planè admittitur exceptio hæc in casu, de quo uide j. except. 4. Secunda exceptio est: Nisi id quod defert, antea sit ab alio delatum, uel non lateat. quæ exceptio approbatur d. l. 13. in prin. ibi: Antequam causa eius, cuius uerba uide paulo superius. Concordat d. l. 15. §. id autem, his uerbis:* Id autẽ deferri debet quod latet, non id quod fisci est. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi nondum aperto testamẽto is, cuius fideicommissum erat, detulerit. quæ replicatio approbatur d. l. 13. §. cum ante, his uerbis:* Cum ante apertum testamentum tacitum fideicommissum nunciatũ esset ab his, qui fidem tacitam susceperant, deinde post apertas tabulas à fideicommissario delatum esset, diuus Antoninus recipi professionem eius iussit: neque enim dignam esse præmio tam pręcipitem festinationem prioris:

& cum quis se nunciet non capere, potius confiter de suo iure, quam alium deferre uidetur. *Tertiæ propositæ regulæ exceptio est: Nisi non is cui relictum est, sed hæres eius deferat. Hæc exceptio recipit replicationem hanc: Nisi defunctus cum se deferre, uellet morte præuentus, se deferre non potuit. quæ replicatio cum sua exceptione approbatur l. 13. §. ad hæredes, cum sequentibus. ff. de iure fisci, his uerbis*: Ad hæredes eius qui se detulerat non uidebatur præmium transire: sed diuus Hadrianus rescripsit, ut licet antè decessisset is qui se detulerat, quàm id quod detulerat fisco addiceretur, hæredi eius præmiũ daretur. Extat & eiusdem Hadriani epistola, ut si is qui se deferre poterat, morte præuentus fuerit: hæres eius si detulerit, præmium consequatur: si tamen (inquit) liquebit defunctum eius animi fuisse, ut se uellet deferre. Si uerò idcirco dissimulauerit, dum rem occultari sperat: hæredem eius ultra uulgare præmium nihil consecuturum. Item diui fratres rescripserunt, hæredes eorum quibus tacitè fideicommissum relictum esset, ita demum beneficio Traiani deferre posse: si is cui datum fuerat, morte præuentus esset, & ideo per angustias temporis deferre se non potuerit. *Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi non ei qui se defert, sed seruo eius sit relictum. Hæc exceptio approbatur d. l. 13. §. ad eos, his uerbis*: Ad eos beneficium Traiani pertinet, qui ex defuncti uoluntate relictum sibi capere non possunt. Ergo nec illud quod seruo meo relictum est, deferre potero. *Quinta exceptio est: Nisi is qui se defert, ab eo quod ei relictum est, tanquam indignis sit remotus. Hæc exceptio approbatur d. l. 13. §. eos qui, his uerbis*: Eos qui quasi indigni repelluntur, submouendos esse ab eiusmodi præmio: id est, eos qui de inofficioso egerunt, uel falsum dixerunt testamentum, qui usq; ad finem litis oppugnauerunt testamentum. *Sexta exceptio est: Nisi is, eáue, qui queúe deferre non potest, se deferat. Hæc exceptio reprobatur l. 16. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s. quæst. 2. reg. 1. except. 1. Septima exceptio est: Nisi eius cuius fidei tacitè commissum est, bona sint publicata. Hæc exceptio reprobatur l. 42. in prin. ff. de iure fisci, his uerbis*: Arrianus Seuerus præfectus ærario, eum eius qui tacitè rogatus fuerat nõ capienti fideicommissum reddere, bona publicata erant: pronunciauit nihilominus ius deferendi ex constitutione diui Traiani habere eum, cui fideicommissum erat relictũ. *Octauæ exceptionis loco notandum: Quòd is qui se defert, nõ totius assis, sed dodrãtis semissem ferat, habita ratione legis Falcidiæ. quæ exceptio approbatur l. 49. ff. de iure fisci, his uerbis*: Cum tacitum fideicommissum is cui datũ erat, se capere nihil posse detulisset: in quæstionem uenit, dodrantis, an totius assis partem dimidiam ex beneficio diui Traiani recipere debeat? De qua re extat rescriptũ diui Imperatoris Antonini in hæc uerba: Imperator Antoninus Iulio Rufo. Qui tacitam fidem accommodauit, ut non capienti restitueret hæreditatem: si deducta quarta parte restituerit, nihil retinere debet. Quadrans autem qui hæredi imponitur, ipsi eripiatur, & ad fiscum transferatur. Vnde dodrantis semissem solùm capit, qui se detulit. *Hæc de prima regula.*

Secunda regula. Qui alium defert, tertiã eius quod defert partem, præmij loco consequitur. quæ regula cum superiore proxima approbatur l. unica. C. de his qui se deferunt, his uerbis: Is cuius tacitè fideicommissa fuerit hæreditas, statim officio grauitatis tuæ nunciet, & gesta prodat, & continuò quod actum fuerit renunciet: & posthanc fidem tertiam ab omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quod si ab uxore defuncti istud ad officiũ deuotionis tuæ fuerit reuelatũ, ipsa etiã persona quã defunctus esse uoluit hæredé, (si gesta apparuerint) tali præmio mancipetur, ut ex omni patrimonio medium collocetur, & cum fisco nostro celebret diuisionem. Idem etiã habitura priuilegiũ, ut prior eligat optionẽ & tunc occultator ille gestorum fisci & mulieris, pariter inimicus exutus omni patrimonio suo ac fisco uindicato, in insulã deportetur. *Concordat l. 13. §. extat. ibi: Hæredem eius ultra uulgare præmium nihil consecuturum. ff. de iure fisci, cuius reliqua uerba uide s. reg. prox. except. 1. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est. Nisi antè apertas testamenti tabulas detulerit, cum is cui relictum erat, post apertas tabulas seipsum defert. Hæc exceptio approbatur d. l. 13. §. cum antè. cuius uerba uide s. reg. prox. except. 2. Secunda exceptio est: Nisi magis suæ causæ quàm fisci gratia detulerit. Hæc exceptio approbatur l. 44. ff. de iure fisci, his uerbis* Delator non est qui protegendæ causæ suæ gratia aliquid ad fiscum denunciat. *Concordat l. 38. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis*: Delatoris opera non esse functum Papinianus respondit, qui fisci pecuniam quam alius tenebat, ad sui tẽporis administrationẽ pertinere (quàm probare non potuisset) contendit: quoniam propriam causam egerat. *Aliud exemplum proponitur l. 39. §. cum qui ff. eod. tit. his uerbis*: Eum qui periculum communis condemnationis diuidi postulauit, quod participes iudicati soluẽdo essent: reuocatis alienationibus quas fraudulenter fecerant, nõ uideri causam pecuniæ fisco nunciasse, Papinianus respõdit.

Tertia regula. De euentu & pœna delatoris contumacis, proponitur l. 2. § senatus. ff. de iure fisci, his uerbis: Senatus censuit, si neq; delator, neq; possessor tribus edictis euocati adfuerint: delatoris quidem fideiussores teneãtur, & ei postea

ſtea publicam cauſam deferendi ius adimatur: poſſeſſoris autem ius idem ſit quod foret, ſi delatus omnino non eſſet. Quoties tamẽ delator adeſſe iuſſus ceſſat, nec hoc fraude poſſeſſoris factum eſſe probatur: diuus Hadrianus reſcripſit, ſecundum poſſeſſorẽ pronunciari oportere: ita ut ſententia cõprehendatur etiam delatores edicto id cõprehendiſſe. *Concordat l.15.§.Diuus.ff. eod. tt. his uerbis:* Diuus Hadrianus reſcripſit, eandem pœnam delatorẽ ferre debere, ſi citatus ad edictum non reſponderit, qua teneretur ſi cauſam non probaſſet. *Concordat item d.l.15. §. quod ſi tribus, his uerbis:* Quod ſi tribus edictis à præfecto ærario adeſſe delator iuſſus uenire noluerit, ſecundum poſſeſſorem eſſe pronunciandum, Senatus Hadriani temporibus cenſuit. Sed ab eo qui ita adeſſe iuſſus reſpondente poſſeſſore non adfuerit: tantum exigendum, quantum apud ærarium ex ea cauſa quam detulerat, remaneret, ſi profeſsionem eam impleſſet. *Concordat item l. 42. §. quia autem. ff. de iure fiſci, his uerbis:* Quia nonnulli ingrati aduerſus beneficium diui Traiani poſt profeſsionem quoq; de tacito fideicommiſſo factam, cum poſſeſſoribus tranſibunt, atq; tribus edictis euocati non reſpondẽt: placuit Senatui tantũ ab eo qui id feciſſet exigi, quantũ apud ærariũ ex ea cauſa quã detulerat, remanere oporteret ſi profeſsionẽ ſuam impleſſet. Etſi poſſeſſoris quoq; fraus apud præfectum cõuicta fuiſſet, ab eo quo q; quod cõuictus inferre debuiſſet exigi. *Propoſitæ regulæ except. uide ſ̄.reg.prox.*

Quarta regula. De pœna delatoris non probantis nec obtinentis. Delator qui nõ probat quod intendit nec obtinet, puniendus. quæ regula approbatur l.5. in fine. C. de delatoribus. cuius uerba uide ſ̄. eod. cap. q.3. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſuam magis quã fiſci cauſam delator egerit. quæ exceptio approbatur l.18.§. ſed cõmunem. ff. de iure fiſci. cuius uerba uide ſ̄. q. 2. in fine except. generali 2. Concordat l. 55.§.fin. ff eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. reg.2. except.2. itẽ concordat l.39.§. eum qui. & l.44. ff. eod. tt. quorũ legum uerba uide ſ̄. d. reg.2. except.2. Secunda exceptio eſt: Niſi ſui magis defendendi, quã deferendi animo quid dixerit. Hæc exceptio approbatur l.3. C. de delatoribus, his uerbis: Nulla macula, uel crimine delatoris adſpergitur is, qui cũ ab officialibus fundum ſeu domũ fiſci poſsidere contenderetur, nõ ſe, ſed aliũ eius rei poſſeſſorẽ eſſe monſtrauerit. *Tertia exceptio eſt: Niſi reipublicæ cauſam defendat. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. eod. tt. his uerbis:* Ex uaria ſtatutorũ diuerſitate ad id decurſum eſt, ut hi qui reipubl. cauſas defendunt, delatorũ criminibus nõ teneantur: cũ omnibus notiſsimũ ſit, eos ſolos execrabiles nunciatores eſſe, qui fiſco deferũt. *Concordat l.2. in prin. ff. de iure fiſci, his uerbis:* Ex quibuſdam cauſis delationes ſuſcipientiũ fama nõ læditur. ueluti eorũ qui nõ præmij cõſequendi: itẽ eorũ qui ulciſcendi gratia aduerſariũ ſuũ deferunt: uel quod reipub. ſuæ quis exequitur cauſas. Et hoc ità obſeruari plurifariã principalibus conſtitutionibus præcipitur. *Quarta exceptio eſt: Niſi officij neceſsitate tractus, cauſam detulerit. Hæc exceptio approbatur l.2. C. eod. tt. his uerbis:* Monente officij ſollicitudine, quinimò iuſſu procuratoris ut cauſam ab alio delatã conuenienti diligentia inſtrueres: non ipſum uoluntariũ delatoris munus ſuſcepiſſe te actorũ lectio, quæ precibus intexta ſunt, manifeſtè declarat. Eã ꝓpter, ne quid in perſona tuã, quod eſt ſectæ temporũ meorũ alienũ, attentetur, præſes prouinciæ uir clariſsimus ad ſollicitudinẽ ſuam reuocabit. *Quinta exceptiò eſt: Niſi non præmij conſequendi, ſed ulciſcendi aduerſarij gratiã detulerit. Hæc exceptio approbatur uerbis ſ̄. except.3. propoſitis. Hactenus an puniendus ſit delator non probans, dictum eſt. nunc quis puniendus ſit dicendum: ubi ſciendum, quòd nõ ſolum delator, ſed eius quoq; mandator punitur. quæ regula approbatur l.24. ff. de iure fiſci, his uerbis:* Non tantũ delator punitur, ſi non probauerit: ſed & mãdator quẽ exhibere debet delator. *Cõcordat l.2. §. diuus Pius. ff. eod tt. his uerbis:* Diuus Pius Cæcilio Maximo reſcripſit: conſtitutionẽ patris ſui, qua cõpelleretur delator edere mãdatorẽ, ac niſi edidiſſet, ut in uincula deduceretur: eò pertinere non ut delator pœnã ſubduceretur, ſi mandatorẽ haberet, ſed ut mandator quoq; perinde atq; ſi ipſe detuliſſet puniretur. *Supereſt alia quæſtio, qua ſcilicet pœna puniendus delator non probẽs. quæ quæſtio definitur l.9.§.fin. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis:* Qui delatorẽ ſubmiſit in cauſa pecuniariã, eadem pœna tenetur, qua tenentur hi, qui ob inſtruendas lites falſas pecuniã acceperunt. *Definitur eadem quæſtio l.15.§.1. ff. de iure fiſci, his uerbis:* Si quis delatorẽ ſubiecerit: tantùm in ærariũ deferat, quantũ præmij nominẽ delator conſecuturus fuiſſet, ſi uiciſſet. *Pertinet inſuper ad quæſtionẽ propoſitam d.l.15. §. fin. his uerbis:* Si quis arguatur falſas rationes detuliſſe, de eo præfectus ærario cognoſcet, quãtam fraudem inuenerit, ut tantã pecuniã in ærarium iubeat inferri.

Quinta regula. Delatus nõ cogitur dicere titulũ ſuæ poſſeſsionis. quæ regula approbatur l.25. ff. de iure fiſci his uerbis: Extat decretũ ab Imperatore Seuero, & conſtitutũ eſt nullo modo exigendũ, quẽ ꝓbare unde habeat circa delationes fiſcales, ſed delatorẽ ꝓbare debere qđ intẽdit

Sexta regula. Delator cogitur ad finem perſequi ſuam delationem, nec poteſt deſiſtere. quæ regula approbatur l.21. §. ſicut. ff. de iure fiſci, de qua re uide ſ̄. Lib.3. cap.11. quæſt.2. cauſa 1.

Septima regula. Delator cum delato transigere nõ potest. quæ regula approbatur l. 42. §. quis autem. ff. de iure fisci, cuius uerba uide s̄. reg. 3.

Octaua regula. Si delatus delatorẽ uel iudicem corrupit, punitur. quæ regula approbatur l. 34. ff. de iure fisci, his uerbis: Imperatores Seuerus & Antoninus rescripserũt: Tu qui defensione omissa, redimere sententiam maluisti, cùm tibi crimen obijceretur: non immeritò quingentos solidos inferre fisco iussus es. Omissa enim ipsius causæ inquisitione, ipse te huic pœnæ subdidisti. Obtinendum est enim ut hi quibus negocia fiscalia mouentur, ad defensionẽ causæ bona fide ueniant, nõ aduersarios aut iudices redimere tentẽt.

Nona regula. Si delatus delatorẽ corrupit, uel cũ eo pactus est, pro confesso habetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur s̄. Lib. 3. cap. 2. in fine. replicat. generali 2.

Decima regula. Si quis seipsum per errorẽ detulit, hoc ei nõ nocet, nec præiudicat. quæ regula approbatur l. 13. §. fin. ff. de iure fisci, his uerbis: Ei qui per errorẽ se detulit, cum capere solidum possit: non nocere hoc diuus Hadrianus, & diuus Pius, & fratres rescripserunt. *Concordat l. 2. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Complura sunt rescripta principalia, quibus cauetur nõ obesse errorẽ cuiquã, quod ignatum iuris sui ipse se detulerit *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi talis persona seipsum per errorem detulerit, quæ iuris ignorantia non excusatur. quæ exceptio approbatur d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Sed extat eorundem principum rescriptũ, ex quo uidetur posse defendi, ita demum non nocere cuiquã se detulisse, si ea persona sit, quæ ignorare propter rusticitatem, uel propter sexũ fœmineum, ius suum possit. *Hæc de Nunciatione et delatione ad fiscum, sint dicta.*

DE ACTIONIBVS FISCI. Cap. III.

I. *Causæ ex quibus fisco cõpetit actio, expositæ sunt s̄. cap. prox. in prin.*

II. QVAE FISCO COMPETAT actio?

In rem actio competit. quæ regula approbatur exemplo l. 41. ff. de iure fisci, his uerbis: Imperator noster rescripsit, fiscum in rem habere actiones ex tacito fideicommisso. *Quibus competant actiones fisci, uide j. cap. 5. q. 1.*

III. ADVERSVS QVOS FISCO competat actio?

Prima regula. De debitore fisci, & eo qui debitum nomine fisci exegit, proponitur l. 2. C. de conueniendis fisci debitorib. his uerbis: Fisco quidem contra te manet actio, quamuis argentũ quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem, quæ tibi super eo exposita est, tabularius non subnotauerit. Aequum tamen est, ut prius de bonis eius qui exactor fuit, si soluendo est, & conueniendi eius facultas detur, indemnitati fisci satisfiat: tũc si seruari hic modus non possit, reposcatur à te.

Secunda regula. De susceptoribus, eorumq́; nominatoribus, proponitur l. 2. C. de susceptoribus, his uerbis: Iuxta inueteratas leges nominatores susceptorum, eorumq́; qui ad præposituram horreorum & pagorum creantur, obnoxij teneantur, si minus idonei sunt, qui ab eisdem fuerint nominati: nec quidquam ex eorum substantia celebrata, per interpositã personam emptione mercentur. *Concordat l. 7. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide s̄. cap. 1. pers. 5. reg. 2. Concordat item l. 1. C. de conueniendis fisci debitorib. cuius uerba uide j. reg. prox. item concordat l. 9. C. de iure fisci, his uerbis:* Super creãdis susceptoribus periculo procuratorum rei Dominicæ dispositionem, tuæ sublimitatis firmam esse præcipimus: ita ut omni ambitione cessante quæ statuta sunt, quæq́; antiqua consuetudine commendantur, in pabulis uel sumptu familiæ ministrando, intemerata permaneant: super Irenarcha & optione omni antiqua consuetudine obseruanda. *Concordat Nouell. c. 128 §. hoc quoq;. cuius uerba uide j. cap. 5. q. 1. reg. 6.*

Tertia regula. De collega susceptoris uel exactoris, proponitur l. 3. C. de conueniendis fisci debitorib. his uerbis: Quoniam Augerio ac filio eius ad exigẽda reliqua consortes uos atq; consocios esse dicitis, eisq́; certorum duntaxat nominum exactionem mandatã, nec inter eum & cęteros qui exactores fuerant nominari, confusæ exactionis mutuum periculum cõstitutum, sed separato muneris obsequio, discretam sollicitudinis rationem fuisse adseueratis: à iure non discrepat, ut prius ex bonis exactorum, qui principali loco ad exactionẽ fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat: postq́; eos si solidum debitum exolutum non sit, nominatores conueniri. Rationalis igitur noster iuris ordinẽ sequetur, excussisq́; exactorũ facultatibus, nec nõ etiam nominatorũ, si fiscus in uniuersi debiti quantitate securitatẽ indemnitatis cõsecutus non fuerit: etiam uos ad restituenda fiscalia debita adstringet.

Quarta regula. De debitoribus debitorum fisci. Aduersus hos quoq; fisco competit actio. quæ regula approbatur l. 3. C quãdo fiscus uel priuatus, hisce uerbis: Si debitum non inficiantur hi, quos obnoxios debitoribus fisci esse proponis: potest uideri nõ esse iniquũ quod desideras, ut ad solutionẽ per officium procuratoris cõpellantur. Nam si quæstio aliqua refertur, id cõcedi non oportere, etiã ipse perspicis. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi debitum negent.*

quæ ex-

quæ exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce: Nam si quæstio aliqua referetur, id concedi non oportere, etiam ipse perspicis. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi dilatoria tantùm exceptione debitorum debitores se defendant: hoc enim casu nihilominus ad solutionē possent urgeri, dummodo certus sit dies. quæ replicatio approbatur l.1.C.de condict. ex lege cuius uerba uide in comment. de Actionib. cap.7. de Obligat. in diē, except.7. Secunda exceptio est: Nisi fisci debitor sit soluendo. quæ exceptio approbatur l. 4. C. quando fiscus uel priuatus, his uerbis:* Non prius ad eos qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionē fiscalem extendi oportere, nisi potuerit probari principales reos idoneos non esse, certissimi iuris est. *Concordat l.3.§.multa.ff.de iure fisci, his uerbis:* Multa principalia sunt rescripta, quibus cauetur non aliter fiscum debitorū suorum debitores cōuenire: nisi principales debitores defecerint, uel ex ratione fisci nomina facta, liquidò adprobentur, uel ex contractu fiscali debitores conueniantur. *Tertia exceptio est: Nisi debitor secundus qui conuenitur, pecunia fiscali non sit factus. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Vel ex ratione fisci nomina facta, liquidò adprobentur. *Quarta exceptio est: Nisi non ex contractu debitor fisci teneatur, sed ex delicto uel alia causa. Hæc exceptio uidetur approbari uerbis iam dictis hisce:* Vel ex contractu fiscali debitores conueniantur.

Quinta regula. De emptoribus & possessoribus bonorū debitoris fisci. hi quoq; fisco tenentur, de qua re dicetur ẜ.eod.cap.quæst.8.

Sexta regula. De eo qui debitorē fiscalem ui exemit. hic in solidum tenetur. quæ regula approbatur l. 3. C. de exactorib. tributorū, his uerbis: Quoties quis & priuati debitor inuenitur, & fisci, & abreptus ab uno officio tenetur: ad uniuersi debiti solutionē qui eum abstulit coerceatur: ac totius summæ exactionē in se suscipiat, qui eundem auellendum, &c.

IIII. QVID VENIAT IN Actiones fisci?

Prima regula. De rationibus & instrumentis hæreditate fisco delata, proponitur l.15.§.senatus.ff.de iure fisci, his uerbis: Senatus censuit, ut periode rationes ad ærarium deferatis, à quo tota hæreditas fisco euicta est, uel uniuersa legata: atq; is deferre debet, à quo pars hęreditatis uel legati euicta sit. *Concordat l.45.§. ex his bonis.ff.eod.tit.his uerbis:* Ex his bonis quæ ad fiscum delata sunt, instrumenta uel chirographa, acta etiā ad ius priuatorū pertinentia, restitui postulantibus conuenit.

Secunda regula. De usuris fiscalibus proponetur alibi in loco de Vsuris.

Tertia regula. Etiam fisco agenti, compensatio potest opponi. quæ regula approbatur, simul et distinguitur l 46.§.ut debitoribus.ff de iure fisci. de qua re in Compensationū loco dicetur.

Quarta regula. Vtrum in solidum, an pro parte teneatur hæres, cuius tacitè fideicommissum est, definitur l. 48. in prin. ibi: Atq; ita Pompeius. ff. de iure fisci. cuius uerba uide ẜ.cap.1.q.1.causa 1. excep.1.

Quinta regula. Deducto ære alieno, bona ad fiscum deferuntur. quæ regula approbatur l.11.ff. de iure fisci, his uerbis: Non possunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditorib. superfutura sunt, &c.

V. QVANDO ET QVANDIV COMpetant actiones fisci?

Prima regula. De temporis præscriptione hisce opponenda, proponitur l.6.C.de iure fisci, his uerbis: Iustas etiam & quæ locum habent fisci actiones, præcipimus concremari ob hoc solum, quòd suis temporibus prolatæ non sunt: ut iam calumniæ priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites silere pręcipimus. *Quæ autem sint tempora actionum fiscalium, dictum ẜ.cap.prox quæst.4.*

Secunda regula. Si priuatus simul & fiscus eandem petat hæreditatem, priuati actio differenda est. quæ regula approbatur l.35.ff.de iure fisci, his uerbis: Apud Iulianum scriptum est, si priuatus ad se pertinere hæreditatem Lucij Titij dicat, altero eandem hæreditatē fisco uindicante: (quæritur) utrum ius fisci antè excutiendū sit, & sustinendæ actiones cæterorum: an nihilominus inhibendæ petitiones creditorum singulorum, ne publicæ causæ præiudicetur? quod etiam Senatusconsulto expressum est.

VI. ADIVNCTA HARVM actionum.

Prima regula. Ne bona rei conuenti antè sententiam inquietentur, sed defensio illi concedatur, proponitur l.7.C.de iure fisci, his uerbis: Defensionis facultas danda est, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert: cum facultates eorundem adhuc controuersia pendente, inquietari describiq; fas non sit. Vbi ergo controuersia extiterit fisco alicuius patrimonium uindicante: apud eum omnibus facultatibus constitutis, cognitio uentiletur: ut cū rei exitus debere eas uindicari probauerit, tum demum res persequi licet; & super modo facultatum ac rerum interrogationē haberi, quæ per conditionales seruos inuestiganda est: ut si quid subtractum fuerit, exigatur extrinsecus, & aliud tantum mulctæ nomine, quantū fuerat per fraudē ablatū. Sanè in huiuscemodi quæstione si Cęsariani nomen inciderit, ad usurpationem constitutionis istius non debebit accedere, siquidem consuetudo fraudum, quibus prædicti omnia temeritate consueuerunt, exceptionem eorundem meruerit.

Secunda regula. De tacito fideicommisso probãdo, proponitur l. 3. §. tacita. ff. de iure fisci, his uerbis: Tacita fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferatur chirographum quo se cauisset is cuius fides eligitur, quod ad eũ ex bonis defuncti peruenerit restiturũ. Sed & ex alijs probationibus manifestissimis idem fit.

Alia de probationibus fisci & apochis publicis uide s̄. Lib. 7. cap. 2. cum capitibus sequentibus. itẽ J. hoc Libro cap. 5. quæst. 4. reg. 5.

VII. EVENTVS ACTIONVM fiscalium.

Prima regula. De dilatione debitori petenti ad soluendum danda, proponitur l. 45. § fiscalibus. ff. de iure fisci, his uerbis: Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniã, dilationẽ negari non placuit: cuius rei æstimatio ita arbitrio iudicantis conceditur, ut in maioribus summis non plus quã tres menses: in minoribus uerò nõ plus quã duo prorogentur. Prolixioris aũt temporis spacium ab Imperatore postulandum est.

Secunda regula. De cedenda actione soluenti aduersus cæteros, proponitur l. 5. in prin. ff. de censib. his uerbis: Cũ possessor unus expediendi negocij causa triburorum iure conueniretur: aduersus cæteros quorum æquè prędia tenentur ei qui conuentus est, actiones à fisco prę stantur: scilicet ut oẽs pro modo prædiorũ pecuniam tributi conferant. Nec inutiliter actiones præstantur, tametsi fiscus pecuniã suam recuperauerit: quia nominum uenditorum precium acceptum uidetur.

Tertia regula. Hæres qui fisco tributa soluit, actionem habet aduersus fideicõmissarium & legatariũ cui prædia sunt relicta & restituta. quæ regula approbatur d. l. 5. §. qui nõ, his uerbis: Qui non habita ratione tributorum ex causa fideicõmissi prædia restituunt: actionem ex diui Pij Antonini literis habent, quam legato quoq; soluto, locum habere uoluit.

Quarta regula Bonis & hæreditatibus ad fiscum delatis, nihilominus ea quæ in testamento relicta sunt ualent. quæ regula approbatur l. 14. ff. de iure fisci. hisce uerbis: Dicitur ex asse hæreditates ex Silaniano cum fiscus uindicat, quod nec legata, nec libertates tueatur: quod apertè nullam habet rationem, cum ex quibuslibet alijs causis fisco uindicatis hęreditatibus & libertates & legata maneant. *Concordat l. 3. §. cum ex causa ff. de iure fisci, his uerbis:* Cum ex causa taciti fideicommissi bona ad fiscũ pertinent: omnia quæ in testamento utiliter data sunt, ualent: & ita diuus Pius rescripsit.

Plures huius loci regulas. seu actionum fiscalium euentus, nec non & alia actionum fiscalium iura uide J. cap. 5. de Exigendis & suscipiendis tributis.

VIII. DE ACTIONE QVAE COMPETIT fisco ad id, quod debitor ex bonis suis alienauit repetendum.

Est hæc species actionis fiscalis hic tractanda: quanquam de ea dictum quoq; sit s̄. Lib. 8. cap. 9. reg. 1.

1. Causa ex qua datur hæc in rem actio.

Quia fisco omnia debitoris sui bona tacitè pignori sunt obligata, ut ostensum s̄. d. reg. 1. Si quid ex ijs debitor alienauit, eius persequendi ius fisco competit. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. d. reg. 1. except. 4. Propositæ regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi non per donationẽ, sed alio modo alienauit. Hæc exceptio reprobatur l. 45. in prin ff. de iure fisci, his uerbis: In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocunq; modo res alienatæ reuocantur. Idemq; iuris est, etsi nõ quęratur: æquè enim in omnibus fraus punitur. *Secunda exceptio est: Nisi non alienauit, sed cum adquirere posset, non adquisiuit. Et hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce.* Idemq; iuris est, etsi non quæratur, &c. *Planè admittitur exceptio proposita in casu qui proponitur l. 26. ff. de iure fisci, his uerbis:* Cum quidam capitis reus emancipasset filium, ut hæreditatem adiret: rescriptum est non uideri in fraudem fisci factum, quod adquisitum non est. *Tertia exceptio est: Nisi debitor ita mancipium emerit, ut manumittat: hoc enim casu manumissus seruus non reuocatur. quæ exceptio approbatur l. 45. §. à debitore. ff. de iure fisci, his uerbis:* A' debitore fisci in fraudẽ datas libertates retrahi placuit. Sanè ipsum ita ab alio emere mancipium, ut manumittat non est prohibitum. Ergo tunc & libertatem præstare poterit. *Quarta exceptio est: Nisi debitor fisci uel eius hæredes sint soluendo. Hæc exceptio approbatur l. 47. in prin. ff. de iure fisci, his uerbis:* Moschis quædam fisci debitrix ex conductione uectigalis hæredes habuerat, à quibus post aditã hæreditatẽ Faria Semilla & alij prædia emerant: cũ conuenirentur propter Moschidis reliqua, dicebant & hæredes Moschidis idoneos esse, & multos alios ex ijdem bonis emisse: æquũ putauit Imperator noster prius hæredes conueniri ei debere, deinde in reliquũ possessorẽ omnem: & ita pronunciauit. *Concordat l. 1. C. de conueniendis fisci debitorib. his uerbis:* Non iniusta ratione desideratis repromissa fisco indemnitate eos priore loco conueniri, qui reliqua contraxerunt: mox ad uos perueniri, qui ab his quædam mercati estis. *Quinta exceptio est: Nisi antequã fisci debitor esse cœperit, alienauit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta sunt s̄. Lib. 8. cap. 9. reg. 1. except. 4. distinct. 2. Sexta exceptio est: Nisi creditori in solutum sit datũ. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ dicta sunt s̄. d. excep. 4. Sed & plures propositæ regulæ except. uide d. reg. 1.*

2. Quid ueniat in hanc actionem?

Prima

Prima regula. Si is cui alienatum est particeps fraudis fuit, in duplam tenetur. quæ regula approbatur l. 46. §. 1. ff. de iure fisci, his uerbis: Qui aliquid sciẽs in fraudem fisci suscepit: non solum rem in qua fraudis ministerium suscepit, sed alterum tantùm restituere cogitur. *Concordat l. 7. ibi: Et aliud tantùm. C. eod. tit. cuius uerba uide §. quæst. 6. reg. 1. Interdum in quadruplum fraudis particeps tenetur, ut l. 8. C. eod. tit. cuius hæc sunt uerba:* Qui contractibus scelestis ac fisco perniciosis interuersorum maculosis se fraudibus implicuerint, quadrupli redhibitione teneantur. *Huic concordat l. 46. §. fin. ff. de iure fisci. cuius uerba uide §. reg. prox.*

Secunda regula. Si plures in fraudem fisci susceperint, in quantum singuli teneantur, definitur d. l. 46. §. fin. his uerbis: Si multi fisco fraudem fecerint: non ut in actione furti singuli in solidum, sed omnes semel quadrupli pœnam pro uirili portione debent: sanè pro non idoneis qui sunt idonei, conueniuntur.

Tertia regula. De usuris. Creditor à quo fiscus id quod ei solutum est repetit, in usuras non tenetur. quæ regula approbatur l. 5. C. de priuilegio fisci, his uerbis: Pecunia quam creditor à debitore suo recepit, si postea ex iusta causa fisco restituenda erit, sine usuris debetur: quia non fœnus contractum, sed suum recuperatum extraordinario iure aufertur. *Concordat l. 19. ff. de iure fisci, ubi cum in præcedente lege dictum esset de creditore, à quo fiscus pecuniam solutam repetijsset, subijcit Papinianus:* Non esse præstandas usuras, cum pecunia reuocatur conuenit: quoniam res, non persona conuenitur.

III. EVENTVS PROPOSITÆ actionis.

Si id quod creditori solutum est, à fisco repetatur: creditori salua manet actio aduersus debitorem eiusq; hæredes. quæ regula approbatur l. 18. §. fin. ff. de iure fisci. cuius uerba uide §. Lib. 8. cap. 9. reg. 1. except. 4. in prin. Item aduersus fideiussores actio utilis illi datur. quæ regula approbatur l. 20. ff. eod. tit. his uerbis: Sed reuocata pecunia, in fideiussorem liberatum utilis actio dabitur. *Item pignus manet obligatum. quæ regula approbatur. l. 21. ff. eod. tit. his uerbis:* Titius qui mihi sub pignoribus pecuniam debebat, cum esset fisci debitor, soluit mihi quæ debebat. Postea fiscus iure suo usus abstulit mihi pecuniam: quærebatur an liberata essent pignora? Marcellus rectè existimabat, si id quod mihi solutum est, fiscus abstulit, non competere pignorum liberationem. Neque differentiam admittendam esse existimo, interesse putantium id ipsum quod solutum est, an tantundem repetatur.

IX. DE ACTIONE FIscali ex locato.

I. Causas ex quibus hæc actio detur, uide §. cap. 9. quæst. 3.

II. QVID VENIAT IN HAC actione?

Prima regula. Id uenit pensionis nomine, de quo cõuenit, licet conductor pluris locauerit. quæ regula approbatur l. 47. §. fin. ff. de iure fisci, his uerbis: Aemilius Ptolomæus conduxerat à fisco possessionem, eamq; paulatim pluribus locauerat maiore quantitate quàm ipse susceperat: cõueniebatur à procuratoribus Cæsaris in eã quantitatẽ, quam ipse perciperet. Quoniã hoc iniquum & inutile fisco uidebatur, ut tamen suo periculo ipse eos quibus locauerat conueniret: ideoq; pronunciauit in eã solam quantitatem eum conuenire debere, qua ipse conductor extiterat.

Secunda regula. Si conductor aliquid ex fundo fiscali transtulerit, uel arbores ceciderit, in quadruplum conuenitur. quæ regula approbatur l. 45. §. penult. ff. de iure fisci, his uerbis: Conductor ex fundo fiscali nihil transferre potest, nec cupressi materiam uendere, uel oliuæ non substitutis alijs: cæterasq; arbores pomiferas cædere: & facta eius rei æstimatione in quadruplũ conuenitur.

Tertia regula. Finito tempore conductionis, conductor uel eius fideiussor sequentis temporis nomine non tenetur. quæ regula approbatur l. 3. §. cum quinquennium. ff. de iure fisci, his uerbis: Cum quinquennium quo quis pro publico conductore se obligauit, excessit: sequentis temporis nomine non tenetur, idq; principalibus rescriptis exprimitur. Diuus etiam Hadrianus in hæc uerba rescripsit: Valde inhumanus modus est iste, quo retinentur cõductores uectigalium publicorũ & agrorum, si tantidem locari non possint: nam & facilius inueniuntur cõductores, si scierint fore, ut si peracto lustro discedere uoluerint, non teneantur.

III. ADVERSVS QVOS DATVR?

De eo cui locatio facta est, & eo cui is alienauit: Si posterior non sit idoneus, prior tenetur. quæ regula approbatur l. 3. C. de fundis rei priuatæ, his uerbis: Quicunq; possessionem rei priuatæ nostræ acceptam suo nomine uel iure perpetuo, uel titulo cõductionis ei crediderit esse tradendam, qui pensare utilitatem patrimonij nostri soluendo nõ ualeat: is pro eo quẽ succedaneum subrogauit, perpetuę solutioni statuatur obnoxius. *Concordat l. 47. §. fin. ibi: Vt tamen suo periculo. ff. de iure fisci. cuius uerba uide paulo superius ead. actione, in prin. Plura de actione proposita uide §. cap. 9. Hæc de actionib. fisci tam in genere quã in specie sint dicta. Sed & alias species actionum fiscalium uide in sequentibus.*

DE

DE CENSIBVS ET TRIbutis indicendis. Cap. IIII.

NVnc de censibus & tributis dicendum, cum ad res fisco adquirendas spectent. Primùm autem de illis indicendis dicetur: deinde de illis exigendis & suscipiendis: postremò de ijs transmittendis & transuehendis.

I. QVIBVS INDICANTVR CENsus uel tributa, quæq; sint profitenda?

Prima regula de Personis. Census partim imponitur personis, qui capitatio appellatur, partim rebus. De censu qui personis imponitur, definitur l. 10. C. de agricolis & censitis, hisce uerbis: Cum antea per singulos uiros, per binas uerò mulieres capitis norma sit censa: nunc binis ac ternis uiris, mulieribus autem quaternis ius unius pendendi capitis attributum est. Quocirca sublimitas tua huiusmodi census per Comanensium, & Amastriensium, & Armeniæ secundæ, Amasenorum, Helenoponti & Aeliocæsatiensium, Cappodociæ secundæ urbis salubris ac temperatæ, peræquationis modum monumentis publicis iubebit annecti. *Ab hac regula seu capitatione excipiuntur primùm ciues, quæ exceptio approbatur l. unica. C. de capitatione ciuium censibus eximenda, his uerbis:* Plebs urbana sicut in orientalibus quoq; prouincijs obseruatur, minimè in censibus pro capitatione sua conueniatur, sed iuxta hanc iussionem nostram immunis habeatur. *Huic concordat l. 1. in prin. C. Ne rusticani ad ullum obsequium, &c. cuius uerba uide J. Secundò excipiuntur coloni Thracenses. quæ exceptio approbatur l. unica C. de colonis Thracensib. his uerbis:* Per uniuersam diœcesim Thraciarum sublato in perpetuũ humanę capitationis censu iugatio tantùm terrena soluatur. *Tertiò excipiuntur minores & maiores ætate l. 3. in prin. ff. de censib. his uerbis:* Aetatem in censendo significare necesse est, quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur: ueluti in Syrijs à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœminæ usque ad sexagesimum quintum annum tributo capitis obligantur, ætas autẽ spectatur censendi tempore.

Altera regula de rebus. Rebus quoq; census atq; tributum indicitur. quæ regula approbatur l. 2. C. de annonis & tributis, hisce uerbis: Indictiones non personis, sed rebus indici solent. Et ideo ne ultra modum earundem possessionum quas possides, conueniatis, præses prouinciæ prospiciet. *Quod hic dicit Imperator. Indictiones non personis imponi, non mutat regulam præcedentem, sed munera patrimonialia designat, non personalia. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est. Nisi lacus sint, portus, uel salinæ. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. lacus. ff. de censibus, his uerbis:* Lacus quoq; piscatorios, & portus in censum dominus debet deferre. Salinæ si quæ sunt in prædijs, æquè & ipsæ in censum deferendę sunt. *Secunda exceptio est: Nisi prædia deserta sint, uel sterilia. Hæc exceptio ita reprobatur, ut sterilium prædiorum onera fertilibus imponantur, & alterum alteri compensetur, steriliaq; fertilium possessoribus saluo canone adijciantur. l. 4. C. de censibus & censitoribus, his uerbis:* Omne territorium censeatur, quoties desectorum leuamen exposcitur: ut sterilia neque arentia his quæ culta uel opima sunt, compensentur. *Concordat l. 4. C. de omni agro deserto. his uerbis:* Hæredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: uel si renunciandum hæreditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex ijsdem bonis quocunque titulo & iure perceperint. *Concordat item l. 9. C. eod tit. his uerbis:* Qui fundos patrimoniales iure priuato canone saluo susceperint, hanc omnes sine ullius exceptione personæ propositam intelligant optionem, ut aut ea loca quibus minor est soli fœcunditas, cum his ex quibus fructus uberes capiunt, suscipere & tenere non abnuant: aut si eorum refugiunt sterilitatem, opimioribus cedant. *Item concordat l. 10. C. eod. tit. his uerbis:* Qui per potentiam fundos opimos ac fertiles occuparunt, cum quæstuosis uberibusque pro rata portione suscipiant, infœcundos ex eadẽ substantia. *Concordat itẽ l. 2. C. d. tit. de omni agro deserto, his uerbis:* Si quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore priuati iuris quippiam comparauerit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueuerat, & succisis quasi quarundam uitium neruis reliqua labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quæ penes desertorem inopem inutiles permanebunt. *Item concordat l. 5. C. eod. tit. his uerbis:* Qui utilia reipubl. loca possident, permistione facta, etiam deserta suscipiant: ut si earum partium grauentur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt, cedat alijs curialibus qui utraq; hac conditione retineant, ut præstatione salua cum desertis & culta possideant, sublata à paucis quos iniquum est electa retinere, cum municipes grauatura sit pars relicta. *Concordat item l. 6. C. eod. tit. his uerbis:* Quisquis conductor fuerit inuentus possessor fundi fertilis, qui ex publico uel templorum iure descendit, huic ager iungatur inutilior. Quod si contra id reluctandum existimauerit, alius possessor sub eadem præstatione quæratur: uel si uoluntarius, qui sit conductor, non inueniatur: tunc ad possessores antiquos, id est decuriones uel quoslibet alios loca iuris prædicti adiun-

cti adiunctis inutilibus reuertantur idoneis fideiussoribus præstitis. *Concordat item l. 7. §. cæterùm cum sequentibus. C. eod. tt. his uerbis:* Eos qui opimas ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligendas: pro deserta scilicet portione summam debiti præsentis iubemus implere. Illos etiam qui emphyteuticario nomine nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis uacuas detinent, sic ex illis quoq; qui præsidio indigēt iustam ac debitam quantitatem debere suscipere, ut indulto temporis spacio, per biennium decretum canonem soluendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti & potestatis obiectione submoueatur, quo minus ad diacatochiæ uicem defectas possessiones patrimonialis iuris accipiat, eorum tributa & canonem soluturus: illud speciali obseruatione procurans, ut primo uicinas & in eodem territorio sortiatur: dehinc si neq; finitimas, neq; in eisdem locis repererit constitutas, tum demum etiā longiùs positas, sed in quantum fieri ualet, pro interiecto spacio sibimet cohærentes pro modo & æquitate suscipiat: ut id cōsensu omnium fiat, quod omnibus profuturum est. *Concordat denique l. 10. C. de fundis patrimonialib. his uerbis:* Fundos patrimoniales eos duntaxat qui saluo canone iure priuato nostra liberalitate concessi sunt cùm his patrimonialibus, qui in conditione propria constituti sunt, illustris authoritas tua iubeat exequari: ita ut releuato onere rei, quod imminet fatigatis translatio in eos qui integris uiribus florent, & adscriptio tributorum æqua lance diuidantur. *Ait Imperator:* Qui saluo canone iure priuato nostra liberalitate concessi sunt. *De hoc iure priuato dicetur paulo inferrius. Ex propositis autem constat, ob prædia sterilia non minui census atq; tributa fisco, sed uel eum qui sterilia habet, ea debere cum fertilibus quæ habet, cōpēsare: uel si fertilia nō habet, alij qui fertilia habet, sterilia quoque danda, ut ille sterilia cum fertilib. compenset, & pro rata portione censum præstet. Plane excipitur à proposita regula ecclesia* Nouell. c. 120. *§. ad hæc iubemus, his uerbis:* Iubemus ut nulla sacrosanctis ecclesijs aut alijs uenerabilibus locis tam in regia urbe, quàm in omnibus reipub. nostræ prouincijs positis necessitas inducatur, ut steriles aut fertiles possessiones ubicunq; locorum suas emant: ne per hanc occasionem uel eas quas habent, obligare deprehendantur. *Plura de huiusmodi adiectione proponitur* Nouell. c. 128 *§. non aliter autem, usque ad §. iubemus & hoc, his uerbis:* Non aliter fiat adiectio, nisi scriptura, &c. *Planè si nemo sit qui fertilia ea conditione suscipere uelit, ut onus sterilium quoque agnoscat, præscribitur aliud remediū l. 1. C. de omni agro deserto, his uerbis:* Cum diuus Aurelianus parens noster ciuitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conueniri, & ꝓ his fundis qui inuenire dominos non potuerunt, quos perceperamus earundem possessionum triennij immunitate percepta, solennibus satisfacere: seruato hoc tenore præcipimus, ut si constiterit ad suscipiendas possessiones ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera possessionibus & territorijs diuidantur accepta. *Concordat l. 6. in fine C. eod. tt. cuius uerba uide paulo superius ead. except. sanè ij quibus sub triennij immunitate agri steriles addicuntur, ad satisfandum tenentur. quod approbatur l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Quicunque deserta prædia meruerint sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quàm uel fideiussorib. idoneis periculo curialium, datis uel fundis patrimonij sui (maximè utilibus) obligatis idonea cautione firmauerint, susceptum à se possessionē nullo detrimento publico relinquendam. *Pertinet insuper onus sterilium agrorum ad eos, qui seruos ex desertis agris beneficio imperatoris perceperunt. quod approbatur l. 5. C. de agricolis et censitis his uerbis:* Quisquis, &c. *Porrò aliud circa steriles agros beneficium, quo fiscus indemnis seruetur, præstatur, ut scilicet fundos patrimoniales desertos. priuato iure possidere liceat: quod beneficium seu remedium præstatur l. 7. in prin. C. de omni agro desert. his uerbis:* Quicunq; desertum fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem idoneumq; præstiterit: saluo patrimoniali canone perpetuo ac priuato iure defendat, & uelut domesticum & auita successione quæsitum sibi habeat, suisq; relinquat: neq; eum aut promulgatione rescripti, aut reuerentia sacræ adnotationis quisquam à fructu impensi operis excludat. *Concordat l. 9. C. de fundis patrimonialibus, his uerbis:* Vniuersi cognoscunt, nihil priuato iure saluo canone fundis emptis cum patrimonialibus esse commune: ita ut ad eos nunquā patrimonialium fundorū peræquator accedat, graui mulcta feriendo eo, qui statuta nostræ clementiæ ausus fuerit temerare. *Item concordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Si qui à prioribus colonis uel emphyteuticarijs destitutum patrimonialem fundum à peræquatore uel censitore susceperint, perpetuo eundem atque inconcusso iure possideant, nec quisquam secūdus petitor accedat. *Postremò aliorum quoq; fundorum non patrimonialium sed priuatorum, desertorum tamen dominium conceditur occupanti, certa tamen conditione l. 8. C. de omni agro deserto, his uerbis:* Qui agros domino cessante desertos, uel longè positos, uel in finitimis, ad priuatum pariter publicumq; compendiū excolere festinat, uoluntati suę nostrum nouerit adesse

adeſſe reſponſum. Ita tamen ut ſi uacanti ac deſtituto ſolo nouus cultor inſederit, ac uetus dominus intra biennium eadem ad ſuum ius uoluerit reuocare: reſtitutis primitus quæ expenſa conſtiterit, facultatem loci proprij conſequatur. nam ſi biennij fuerit tempus emenſum, omnis poſſeſsionis & dominij carebit iure qui ſiluit. *Concordat l. 14. C. eod. tit. his uerbis*: Rura & poſſeſsiones quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta prouincialia deſiderijs ſuis uel reliquerunt, uel poſsidere alios permiſerunt: penes eos qui eas excoluerūt, & functiones publicas recognoſcunt, firmiter perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi. *Ex his patet, prædium deſertum concedi occupanti, ſub hac tamen conditione: Niſi prior dominus intra biennium reſtitutis expenſis illud repetit. idq; ſi propria authoritate nouus poſſeſſor prædium occupauit. Si autem à peræquatore illud accepit, ut paulo ſuperius eſt oſtenſum, tunc ueteri domino nō niſi ſex menſes ad illud repetendum conceduntur. quæ diſtinctio approbatur l. 7. C. de cenſibus & cenſionibus, his uerbis*: Apud eum poſſeſsio firma permaneat, cui eam à peræquatore ſemel eam traditā fuiſſe conſtiterit. Reliqua uerò temporis anteacti à nouo domino fiſcum poſtulare non patimur: ne alterius culpa alter incipiat ſubiacere diſpendio. Si quis uerò priuatus aut obligatam ſibi poſſeſsionem, quæ deſerta uſque nunc permāſit, aut ex aliquo titulo deberi ſibi iure confirmat: allegationes ſuas ſine mora uel per ſe, uel per aliam perſonam legibus ordinatam, manifeſtare debebit: ita ut ſi æquitatis ratione ſuadente, ad petitorem fuerit translata poſſeſsio, is qui à peræquatore eam ſuſceperit, rei melioratæ ſuſceptis ſubleuetur expenſis. Verū ne ſub ſpecie litis donationes ſemel conſtitutæ turbentur, ſex menſium ſpacium cenſemus debere ſeruari, intra quod is qui putat ſibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat actiones. Quòd ſi tempus adſcriptum ſilentio fuerit interueniente tranſactum, nullum penitus repetendi uolumus eſſe principium. Quod ſi quis ex eo tempore quo peræquator prædium alicui adicijt, de ſuo iure per ſe, aut per homines ſuos nō crediderit actitādum: ſex menſium curriculis euolutis, in perpetuum conquieſcat. *Concordat l. 11. C. de omni agro deſerto, his uerbis*: Locorum domini intra ſex menſes edictis uocati reuertantur. Qui ſi adfuerint, & propria teneant, & ea quæ ex præterito contraxerint, debita redhibere cogentur. Sin uerò impares eſſe earum rerum tributis propria confitentur abſentia, nec adeſſe uoluerint: penes eos qui hęc ſuſceperint & certum quem tributorum canonem promittāt, proprietas poſſeſsionis intemerata permaneat: ut poſtquam ea exoluerint, ſciant ſibi inquietudinem ſubmouendam, nec ſubreptione cuiuſquā competitionis loca, quæ tenuerint, auferenda. Quibus etiam illud indulſimus, ut ex eo tempore, ex quo primum loca, de quibus agitur, cœperint poſsidere, tributa poſcantur. *Hactenus de ſecunda propoſitæ regulæ exceptione reprobata, nec non de transferendis prædijs deſertis & ſterilibus ſit dictum. Plura de hac tranſlatione uide ‡. cap. prox. quæſt. 1. reg. 10. & 11. item quæſt. 6. reg. 1. Tertia propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi prædia ſint eorum qui excuſantur à muneribus. Et hæc exceptio reprobatur l. 1. C. de indictionibus, his uerbis*: Omnes omnino quocunq; titulo poſsidentes, quod delegatio ſuperindictione uidebitur amplexa, uelut canones cogantur inferre: & ut ne qua ſit dubietas, hac aperta definitione decernimus, ut id potius canonis uocabulo poſtuletur. Nulla igitur domus uel ſacri patrimonij uel emphyteutici iuris, uel hominū priuatorum (etiamſi priuilegium aliquod habere doceatur) ab hac neceſsitate ſeiuncta ſit, quæ iam non extraordinarium (ut hactenus) ſed nobis ſancientibus canonicum nomen accepit. *Concordat l. ‡. C. de immunitate nemini concedenda, his uerbis*: His noſtræ ſerenitatis edictis, ciuitatum tabularijs erit flamma ſupplicium, ſi cuiuſpiam fraude, ambitu, potentia, iniuſtam profitentur immunitatem, ac non ſecundum præcedentem definitionem omnes omnino abolita ſpecialium immunitatum gratia, neceſsitas tributarię functionis firmata, cēſitorum perequatorumq; peræquatione conſtrinxerit. *Concordat item l. 4. C. de annonis & tributis, hiſce uerbis*: Omnes omnino ad oblationem functionum publicarum oportet urgeri. Lege enim noſtra ſignatum eſt, nec eſſe extraordinaria, nec uocari, quæ ſolenniter a prouincialibus deuotiſsimis conferenda ſunt. *Plura de hac exceptione uide ‡. except. prox. item ‡. lib. 12. cap. 5. except. 9. Quarta exceptio eſt: Niſi bona ſint eius qui in dignitate poſitus eſt. Et hæc exceptio reprobatur l. 9. C. de annonis & tributis, his uerbis*: Obſiſtere commodis publicis & ſtatutis neceſsitatibus non poſſunt priuilegia dignitatum. Vnde & quiſq; de prædijs emolumentum conſequitur, ſi non is euoluto anni ſpacio intra ſex menſes omnem, cui eſſe conſtrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum, ad ipſos qui ſunt domini, prædij exactionem uolumus pertinere. *Concordat l. 4. C. de exactoribus tributorum, his uerbis*: Actores cæteriq; rei priuatæ noſtræ ad ſolutionem ſpecierum ſolennium debiti uigoris authoritate cogantur: ne prouinciales rei priuatæ noſtræ fatiget immanitas. *Concordat item l. 3. C. de epiſcopis & cle-*

& clericis,his uerbis: De ijs clericis qui prædia possident,sublimis authoritas tua non solùm eos aliena iuga nequaquã statuet excusare: sed etiam pro ijs prædijs, quæ ab ijs possidentur,eosdem ad pensitanda fiscalia perurgere. Vniuersos nanq; clericos possessores (dũtaxat prouinciales) pensitationes fiscaliũ,translationesq; faciendas recognoscere cẽsemus. *Quinta exceptio est:Nisi imperatoris uel ecclesiæ bona sint.Et hæc exceptio reprobatur certa conditione l.ult.C.de exact.tribut. his uerbis:* Si diuina domus,aut quęlibet alia cuiuscũque dignitatis atq; fortunæ reuera fundos extra metrocomia non patrocinij gratia, sed emptionis iure uel quolibet alio titulo legitimo possederit, & non impositas reipub. functiones agnouerit, quemadmodum prior dominus dependebat:omnibus modis possessiones eorum publico uindicentur,& curiæ eiusdem ciuitatis, sub qua iuncti sunt, adsignentur, ut publicis commoditatibus circa tributarias functiones undique nostra prouisione ui deatur esse cõfultum. *Sexta exceptio est: Nisi prædia Italica sint. Hæc exceptio constat ex l.3.ibi: Duntaxat prouinciales.C.de episcopis & clericis. cuius uerba uide* $\bar{s}$*.except.4.in fine.item constat ex ijs quæ proponentur* $\bar{j}$*.except.prox. Septima exceptio est: Nisi prædia earum ciuitatum & prouinciarum sint, quæ sunt iuris Italici. Hæc exceptio ipso iure subsistit, ut patet ex l.fin. ibi: Non adiecto, ut & iuris Italici essent, &c.ff.de censib.cuius uerba uide paulo inferius. Declaratur autem exceptio proposita enumeratione ciuitatum ac prouinciarum, quæ iuris Italici sint.l.1. ff.de censibus,his uerbis*: Sciendum est (inquit Vlpianus) esse quasdam colonias iuris Italici: ut est in Syria Phœnice splendidissimæ Tyriorum colonia,unde mihi origo est, nobilis regionibus,serie sæculorum antiquissima, armipotens,fœderisq; quod cum Romanis percussit,tenacissima. Huic enim diuus Seuerus & Imperator noster ob egregiã rempublicam,inq; imperiũ Romanum insignẽ fidem Italicũ ius dedit. Sed & Berytensis colonia,est in eadem prouincia Augusti beneficijs gratiosa,&(ut diuus Hadrianus quadam oratione ait) Augustiana colonia dicta,quæ ius Italicum habet.Est & Heliopolitana,quæ à diuo Seuero per belli ciuilis occasionem Italicæ coloniæ rempubl. accepit. Est & Laodicena colonia in Syria Cæle, cui diuus Seuerus ius Italicum ob belli ciuilis merita concessit. Ptolomæensiũ enim colonia, quæ inter Phœnicem & Palæstinam sita est,nihil præter nomen coloniæ habet. Sed & Mysenæ ciuitati Phœnicæ Imperator noster ius coloniæ dedit, iurisq; Italici eam fecit.Est & Palmyrena ciuitas in prouincia Phœnice prope barbaricas gentes & nationes collocata. In Palæstina duæ sunt coloniæ, Cæsariensis & Aelia Capitolina:sed neutra ius Italicum habet. Diuus quoq; Seuerus in Sebastenam ciuitatem coloniam deduxit.Indicia quoq; Cyrenensium colonia à diuo Traiano deducta iuris Italici est.Zarmezigethusa quoq; eiusdem iuris est. Item Naconensis colonia, & Apulensis,& Paranisensium uicus, qui à diuo Seuero ius coloniæ impetrauit. Est & in Bithynia colonia Apamęna.Et in Ponto Sinopensis est,& in Sicilia Selinus, & Traianopolis. *Similis enumeratio habetur l.fin.ff. eod. tt.his uerbis:* In Lysitania Pacenses & Emeritenses iuris Italici sunt. Idem ius Valentini & Lucentini habent. Barcinomenses quoque ibidem immunes sunt. Lugdunenses Galli,item Viennenses in Narbonensi iuris Italici sunt.In Germania inferiore Agrippinenses iuris Italici sunt.Laodicea in Syria, & Berytos in Phœnice iuris Italici sunt, & solum earum:eiusdem iuris & Tyriorum ciuitas à diuis Seuero & Antonino facta est. Diuus Antoninus Antiochenses colonos fecit saluis tributis.Imperator noster Antoninus ciuitatem Amisenorum coloniam,& iuris Italici fecit. Diuus Vespasianus Cæsarienses colonos fecit, non adiecto ut & iuris Italici essent, sed tributum his remisit capitis. Sed diuus Titus etiam solum immune factum interpretatus est. Similes his Capitulenses esse uidentur. In prouincia Macedonia Dyrracheni, Cassandrenses, Philippenses, Dienses, Stonenses,iuris Italici sunt. In prouincia Asia duæ iuris Italici sunt,Troas & Parium.In Pisidia eiusdem iuris est colonia Antiochẽsium.In Africa Carthago, Vrice, Leptis magna à diuo Seuero & Antonino iuris Italici factæ sunt. *Concordat l.6.ff.eod.tt.his uerbis*: Colonia Philippensis iuris Italici est. *Item concordat l.7.ff.eod.tt.his uerbis:*Iuris Italici sunt τρωὰς, βέρυτος, δυῤῥάχιον, *Concordat item l.unica.C.de priuilegijs urbis Constantinopolitanæ, his uerbis*: Vrbs Constantinopolitana non solùm iuris Italici, sed etiam ipsius Romæ ueteris prærogatiua lætetur. *Octaua propositæ regulæ exceptio est:Nisi Princeps alicui rei,personæ, uel ciuitati aut collegio speciale immunitatis tributorum priuilegium concesserit:eius enim bona ab indictione tributorum sunt libera. Quæ exceptio constat exemplis ciuitatum* $\bar{s}$*.except. prox. propositis. Huius exceptionis replicatio prima est:Nisi per subreptionem rescriptum principis sit impetratum. Hæc replicatio approbatur l.6.C.de annonis & tributis,hisce uerbis:* In fraudem annonariæ rei ac deuotionis publicæ elicitum damnabili subreptione rescriptum,manifestum est iure non posse uires sortiri. Circa omnes igitur par at-

que æqualis illationis forma teneat. *Altera repl. est: Nisi persona cui priuilegiũ à principe cõcessũ est, decesserit. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 3. §. Rebus. ff. de censib. his uerbis*: Rebus concessam immunitatẽ non debere intercidi, rescripto Imperatoris nostri ad Pelignanum rectè expressum est: quippe personis quidem data immunitas cum persona extinguitur: at rebus data nunquam extinguitur. *Propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi non personæ, sed rei data sit immunitas. quæ duplicatio ex iam propositis uerbis constat. Altera duplicatio est: Nisi ciuitati immunitas sit concessa. quæ duplicatio approbatur l. 4. §. quanquam. ff. de censibus, his uerbis*: Quanquam in quibusdam immunitatis beneficia personis data cum persona extinguantur: tamen generaliter locis aut ciuitatibus immunitas sic data uidetur, ut ad posteros transmittatur.

Nona exceptio est: Nisi officinæ siue tabernæ sint urbis Constantinopolitanæ. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur Nouell. c. 41. his uerbis: Quoniam potentiæ nostræ subditi nostri siue uiuant, &c.

Hactenus de prima huius capitis quæstione, quibus scilicet tributa indicenda, uel quæ profitenda sint. Sequuntur nunc reliqua indictionis iura.

II. VBI INDICENDA, VEL profitenda sint?

De loco ubi prædium, cui indicitur, situm est, & de loco ubi dominus domicilium habet, definitur l. 4. §. si uerò quis. ff. de censibus, his uerbis: Si quis agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager est: agri enim tributum in ea ciuitate debet leuari, in cuius territorio possidetur.

III. CVIVS AVTHORITAte indicendum.

Sine Principis authoritate indictio census uel tributi non ualet. quæ regula approbatur l. unica C. de superindicto, his uerbis: Nihil superindictorum nomine ad solas præfecturæ literas quisquam prouincialis exoluat, neque ullius indictionis titulus etiam solennis immineat: nisi eam nostro confirmatam iudicio, & imperialibus nixam præceptis, sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio.

IIII. QVID ET QVANtum indicendum.

De hac quæstione uide 5. capite proximo, quæstione tertia.

V. OFFICIA INDICENTIS, & indicendi modus quis sit?

Prima regula huius loci proponitur l. 4. in prin. ff. de censibus, his uerbis: Forma censuali cauetur ut agri sic in censum referantur. Nomen fundi cuiusque & in qua ciuitate, & in quo pago sit, & quos duos uicinos proximos habeat: & aruum quod in decem annis proximis satum erit, quod iugerum esse uideatur: uinea quot uites habeat: oliuetum quot iugerum, & quot arbores habeat: pratum quod intra decem annos proximos sectum erit, quot iugerum: pascua quot iugerum esse uideantur: item syluæ cæduæ, omniaque ipse qui defert æstimet. Illã enim æquitatẽ debet admittere cẽsitor, ut officio eius congruat releuari eum, qui & in publicas tabulas delato modo frui certis ex causis non potuit. Quare etsi agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem releuari. Sed etsi uites mortuæ sint, uel arbores aruerint, iniquum fuerit eum inseri numerum censui. Quod si exciderit arbores uel uites, nihilominus eum numerum profiteri iubetur, qui fuit census tempore: nisi causam excidendi probauerit censitori.

Secunda regula. De officio profitentis seruos, proponitur d. l. 4. §. in seruis, hisce uerbis: In seruis deferendis obseruandum est, ut & nationes eorum, & ætates, & officia, & artificia specialiter deferantur.

Tertia reg. De prædijs desertis à peræquatore alijs assignandis, & de euentis huius assignationis proponitur 5. eod. capite, quæstione prima, regula secunda, except. 2.

VI. EVENTVS ET CONsequentia indictionis.

Prima huius loci regula proponitur Nouell. c. 128. in prin. his uerbis: Sancimus, ut per unamquanque indictionem Iulio uel Augusto mense, in foro cuiusque diœceseos gloriosissimorum nostrorum præfectorum, apud acta publica particulares contributionum delegationes futuræ indictionis insinuentur, quæ significent quantum in quaque prouincia siue urbe cuique iugerum, uillarumue, aut centuriarum, aut aliorum quorumcunque nomine, tam in specie quàm auro publicorum tributorum titulo impositum sit, quæ tum declarent tum specierum æstimationem apud mensam & secundum cõsuetudinem ubicunque locorum obtinentem, tum quid ex ijs in arcum inferri aut in quaque prouincia præstari, insumiue conueniat. Atque huiusmodi delegationes ita compositæ protinus prouinciarum mittantur præsidibus in cuiuscunque indictionis primordijs, ut per ipsos in constitutis sub scribibus intra mensem Septembrem

aut

aut Octobrem proponantur. Sed & harum exempla uolentibus absque ulla dilatione ex foro gloriosiss. præfectorum edantur, ut collatores cognoscant quomodo debeant cōtributiones inferre. Quòd si collatores tributa publica ante insinuationem in alios titulos, quàm qui particulari eius anni delegatione comprehenduntur persoluant, aut in prouincia expendant: iubemus ut hæc in eius indictionis contributiones reputentur, ne ullum ipsi damnum sustineant. Si uerò particulares huiusmodi delegationes intra tempus à nobis præfinitum non mittantur, & qui pro tempore nostra gubernant prætoria, triginta librarum auri pœnam persoluent, & à tractatorib. cuiusque prouinciæ uiginti librarum auri pœna exigetur. Si præter eas particulares delegationes ad se missas in prouincia non proposuerit, decem librarum auri pœna mulctabitur, & amissionem cinguli sustinebit. Ab eius item cohorte quinque librarum auri pœna exigenda.

Secunda regula proponitur l.10. C. de susceptorib. his uerbis: Susceptores præsentibus defensoribus, & modum iugationis possessorum, & species singulas uel eorum numerum quantitatemq; describant.

Tertia regula proponitur l.1. C. de apochis publicis, hisce uerbis: Ad inferiorum curialium releuandas fortunas, & impressionem potentum, itidem curialium cohibendam placuit ut descriptiones (si quæ per singulos ordines cogentibus diuersis negocijs agirentur) non sumant ante principium, quàm apud acta prouinciarum rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ, sententijs. Sed & aurum quod ex huiusmodi contributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari, ut securitatibus nomen inferentis, dies, consul, mensis, causa, & summa comprehendantur: quo & descriptiones æquitas illustretur, & descriptio documentis euidentibus fulciatur. Hoc etiam obseruādo, ut quadrimestribus quoque breuibus, qui ad excellentiæ tuæ officium solenniter diriguntur, celebratæ descriptionis dispositio societur: ut omnes uestræ potestatis scientiam formidantes, nihil ad teleuationem locupletum atque inopum perniciem audeant pertentare. Quod & tunc optimum est custodiri, cum lucratiuæ facultates ex bonis curialium curiæ obuenerint, ut & inopes & locupletes fructu prouisionis simili potiantur. Quā dispositionem si quis iudicum numerariorum uel curialium mutilandam esse crediderit, interminationi quam uestra sedes statuerit subiacebit.

Quarta regula proponitur l.2. ff. de censibus, his uerbis: Vitia priorum censuum editis nouis professionibus euanescunt.

Quinta regula. Si quis non omnia fuerit professus, proponitur l.4. §. si quis inquilinū. ff. de censibus, his uerbis: Si quis inquilinum uel colonum non fuerit professus, uinculis censualibus tenetur. *Huius etiam loci est: Si in fraudem census aliquid collator egerit, de qua re proponitur l.2. C. de censibus & censitoribus, his uerbis:* Quisquis uitem succiderit, aut feracium ramorum fretus uetauerit, quo declinet fidem censuum & mentiatur callidę paupertatis ingenium, &c. *pertinet item huc l.3. C. eod. tt. his uerbis:* Si peræquatore misso aliquis aut procuratorem suum, &c.

Sexta regula. De ijs quæ post censum editum adquisita sunt profitendis, proponitur d.l.4. §. quæ post; his uerbis: Quę post censum editum nata aut postea quæsita sunt, intra finem temporis consummati professionibus edi possunt.

Septima regula. Si quis in indicendo grauatum se queratur quid iuris, definitur l.5. C. de censibus, his uerbis: Qui grauatos se esse à peræquatoribus conqueruntur, & iniusto oneri impares esse proclamant, competionis habeant facultatem, ut quid remissum gratia, quid uè interceptum fuerit fraude conuincant, & ex eo leuamen accipiant, quod per deformia & criminosa commenta sibi impositū esse deplorant, ut alijs demeretur: quod intra annum post codicum oblationem, quo uidebitur, de iniusto conqueratur onere, & iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita compensatione conuincat, ut quod ei fuerat superfusum ille agnoscat, quod indebitæ functionis fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur: exceptis minoribus, qui fuerint in defensa, his etiam qui absfuerunt reipubl. causa, qui tamen ea tempora quæ sunt statuta, custodient, ex quo ad agendum habuerunt facultatem. *Huc pertinet l.1. C. eod. tt. his uerbis:* Quoniam tabularij ciuitatum per collusionem potentiorum, &c.

Octaua regula. De pœna peræquatoris non rectè indicentis, proponitur l.6. C. eod. tt. his uerbis: Peręquatores ac discussores si incurrerint culpam negligentiæ uel gratiæ, non solum bonorum iacturam, uerumetiam annonarum in quadruplum mulctam subire debebunt. Ea uerò quæ in damnum prouincialium fuerint accepisse conuicti, in quadruplum cogentur exoluere. *Alia pœna proponitur l.1. C. de discussoribus, his uerbis:* Quoties in disceptatione constiterit iniquam discussionem fuisse confectam, & fidem facti non poterit adprobare discussor: ipse in eodem titulo

&in eodem modo ad soluẽdum prorinus urgeatur, In quo alterum perperem fecerit debitorem.

Nona regula. Si quis emendationem census non rectè petierit, nullum ex eo sentit præiudicium. Quæ regula approbatur l. 4. §. fin. ff. de censibus, his uerbis: Si quis ueniam perierit, ut censum sibi emendare permittatur, deinde post hoc impetretum cognouerit se non debuisse hoc petere, quia res emendetionem non desiderabet: nullũ ei præiudicium ex eo quod petijt, ut censum emendaret fore sępissimè rescriptum est.

Decima regula. De tributis non grauatè soluendis adhortatio, proponitur Nouell. c. 8. §. ex quo autem. usque ad §. Volentes, his uerbis: Ex quo autem colletores, &c. *Plures propositæ quæstionis regulas uide J. cap. prox. Hactenus ergo de indicendis censibus atque tributis sit dictum: nunc de ijsdem exigendis ac suscipiendis dicendum.*

DE CENSIBVS ET TRIBVTIS exigendis ac suscipiendis.

Cap. V.

I. QVIBVS EXIGENDI ET suscipiendi ius competet.

P*Rima regula. De præsidibus prouinciarum, proponitur l. 6. C. de exactorib. tributorum, his uerbis:* In fiscalibus debitis, hoc est annonerijs, cæterisq; titulis qui ad arcam eminentissimæ pertinent præfecturæ, nec non in ijs debitis quæ rationale usurpat officium, rectores proninc ierum constringentur, & ad eos necessitas maneet exigendi à quibus expectatur authoritas. *Concordat l. 2. C. de canone largit. titulorum, his uerbis:* Neque sacrarum uel priuatarum largitionum palatina officia ex quacunque causa, uel ex quocunque titulo fiscalis debiti, cum ed prouinciẽ mittuntur, possessores per se audeant conuenire: siue id ex præterito reliquũ trahatur, seu præsentis temporis tribnta solui cõueniet: sed rectores prouincierum frequenter edeundo commoneent, eorumq; officijs incumbent. Quod si rector prouinciæ imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quærens, uel qualibet alia ratione paletinis ijsdem propria euthoritate publicæ exactionis permiserit curam: tam ipse quèm officium eius uicene auri põdo fisco dependent. *Cõcordat item l. 1. C. de collatione fundorum, his uerbis:* Ordinariorum iudicum officijs, nec non ipsis rectoribus prouinciarum auctores siue conductores dominicos conueniendi licentiam demus, ita tamen ut retionalibus priuatæ rei ad exigenda fiscalia debite immineant. *Concordat item l. 1. C. de executorib. & exactorib. his uerbis:* Ne per diuersas prouinciarum partes, aut Palatinus exactor eccederet, eut illustrium uirorum apparitor uegaretur, uel militaris terror inferret formidinem: hec lege sanciuimus, ut omnes memorati intenti sint ad prouinciæ rectorem, & cum ea agent ipso consistente, disponente & agnoscente, suo periculo rem peragent, & impleant uniuersa. *Concordat item l. 1. C. de officio præfecti Augustalis, his uerbis:* Omnie tributa per Aegyptiacam diœcesin cura & prouidentia claritatis tuæ à moderatoribns prouinciarum exigi iubemus. Si qui tamen ex possessoribus, siue militaribus, siue non militaribus ed inferenda quæ debentur eudaces extiterint: eos per militare etiam auxilium, si opus exegerit, ad solutionem compelli censemus. *Corcordat denique Nouell. c. 134. §. ad hæc iubemus. cuius uerba uide §. Lib. 2. cap. 16. mẽbr. 3. reg. 7.*

Secũda reg. De iudicib. ordinarijs horũq; officijs, proponitur l. 1. C. de collatione fundorum fiscalium, cuius uerba uide s̄. reg. prox. concordat l. 7. C. de exactoribus tributor. cuius uerba uide s̄. eod. lib. cap. 1. pers. 5. reg. 10. item concordat l. ult. C. de collatione fundorum patrimon. his uerbis: Per omnes prouincias patrimonialium fundorum ab ordinarijs iudicibus canon exigetur, & quidquid exactum fuerit, dirigatur. Sciant uerò memorati iudices nihil sibi ex prinetæ rei canone, uel ex eo quod ex ijsdem titulis contigerit, ad necessitetes alias transferendum: nisi maluerit grauissima seueritate eorum licentiem coerceri.

Tertia regula. De palatinis proponitur l. 2. C. de canone largit. titul. cuius uerba uide s̄. reg. 1. Concordat l. 1. C. de executorib. & exactor. cuius uerba uide d. reg. 1.

Quarta regula. De apparitorib. & militibus, proponitur d. l. 1. Cõcordat l. 7. C. de exactorib. tribut. cuius uerba uide s̄. cap. 1. pers. 5. reg. 10.

Quinta regula. De exactoribus nominandis à collatoribus, proponitur Nouell. c. 128. §. quin & in hoc, his uerbis: Et in hoc collatoribus nostris opem ferre nobis uisum est, ne qua possessoribus inducatur necessitas, ut eurariæ contributionis susceptores nominent, atque ex hoc eliquam ipsi læsionem sustineant, sed hi, &c.

Sexta regula. De canonicario mittendo ad exigendum, proponitur ibidem, his uerbis: Hoc quoque obserueri, &c.

II. A' QVIBVS TRIbuta exigenda.

Prima regula. De alio quàm qui debet, proponitur l. 12. C. de omni agro deserto, his uerbis: Hac definitione sancimus, nullum possessorem neque munificum prædium pro alienis debitis uel destitutione esse retinendum: neq; eorum prædium defunctione prægrauari, quæ ex ijsdem bonis quæ retinentur nequaquam

quaquam esse monstrantur: nec ullis præstigijs atque commentis exactio mutiletur. *Concordat l.ultim. C. eod. tt. bis uerbis*: Iubemus, neminem curialem pro alieni territorij debitis detineri, sed tantum municipem pro gleba propria conueniri. *Concordat item Nouell. c. 128. §. item nemo, bis uerbis*: Nemo pro prædiorum contributione, &c.

Secunda regula. De dominis prædiorum & colonis eorum, proponitur l. 4. C. de agricolis & censitis, bisce uerbis: Hi penes quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus, quos in locis eisdem censitos esse constabit, uel per se, uel per actores proprios recepta, cōpulsionis sollicitudine implenda munera functiones agnoscant. Sanè quibus terrarum erit quantulacunque possessio, qui in suis conscriptis locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab huiusmodi præcepti communione discernimus. Eos enim conuenit propriè commissos mediocritati annonarias functiones sub solito exactore agnoscere. *Concordat l.25. C. eod. tt. bis uerbis*: Colonos nunquam fiscalium nomine debitorum ullius exactoris pulset intentio: quos ita glebis inhærere præcipimus, ut ne puncto quidem temporis debeant amoueri. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi colonus proprium habeat prædium: pro eo enim ipse, non dominus conueniendus. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis bisce*: Sanè quibus terrarum erit quantulacunque possessio, &c. *Concordat Nouell. const. 128. §. item nemo, bis uerbis*: Si contingat ut ad aliquem pertinentes agricolæ, &c.

Tertia regula. De possessore fundi & eius auctore, seu auctoris heredibus, proponitur l.1. C. de annonis & tributis, bisce uerbis: Aes quidem alienum pro portione, ex qua quisque defuncto hæres extiterit, præstari oportet. Annonas autem is soluere debet, qui possessiones tenet, & fructus percipit. *Vide insuper 3. quæst. prox. reg. 11.*

III. QVID, ET QVANTVM tributorum nomine exigendum?

Prima regula. Pro quantitate patrimonij quisque tenetur. quæ regula approbatur l. 2. C. de immunitate nemini conced. bis uerbis: Per Bithyniam cæterasque prouincias, possessores in reparatione publici aggeris, & cæteris huiusmodi muneribus pro iugorum numero uel capitum, quæ possidere noscuntur, dare cogantur.

Secunda regula. De rebus de quibus tributa sint soluenda, proposita est 5. capite prox. quæstione prima.

Tertia regula. De æstimatione specierum proponitur l. 8. C. de cohortalib. bis uerbis: Speciebus primipilaribus adærandis eadem preciorum taxatio seruetur, quæ in uenalibus publicis poterit reperiri.

Quarta regula. De modijs atque ponderibus, proponitur l. 9. C. de susceptoribus præpositis, bis uerbis: Modios æneos uel lapideos cum sextarijs atq; ponderibus per mansiones singulasq; ciuitates iussimus collocari, ut unusquisque tributarius sub oculis constitutis, rerum omnium modis sciat, quid debeat susceptoribus dare: ita ut si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorum uel ponderum normam putauerit excedendam, pœnam se sciat competentem esse subiturum: & submotis quæ contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti quinquagesimas, ordei quadragesimas, uini & lardi uicesimas susceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem necessitate in Armenia commoti, susceptoribus longinquitatis causa frumenti & ordei quadragesimas, uini & lardi quintasdecimas dari præcipimus. *Concordat l. ult. C. eod. tt. cuius uerba uide 3. q. 6. reg. 3. concordat item Nouell. c. 128. §. eos uerò, bis uerbis*: Eos qui publica exigunt tributa, iubemus, ut iustis ponderibus iuxta & mensuris utantur, ne quis collatores nostros in hoc afficiant iniuria. Certè si collatores putauerint se ponderibus seu mensuris grauatos esse, habento licentiam, &c.

Quinta regula. De auro ponderando, proponitur l. 1. C. de ponderatoribus, bis uerbis: Aurum quod infertur à collatoribus, si quis uel solidos uoluerit uel materiam adpendere, æqua lance & libramentis paribus suscipiatur.

Sexta regula. Si pro argento aurum inferatur, proponitur l. unica. C. de argenti precio, bis uerbis: Iubemus, ut pro argenti summa, quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat.

Septima regula. De auro coronario, proponitur l. unica. C. de auro coronario, bis uerbis: Ad collationem auri coronarij placuit neminem absque consuetudine esse cogendum.

Octaua regula. Quot solidi pro una libra soluendi, definitur l. 4. C. de susceptoribus, bis uerbis: Quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur: in septuaginta duos solidos libra feratur accepta.

Nona regula. Si de qualitate solidorum sit contentio, cuius arbitrio standum? definitur l. 2. C. de ponderatoribus, bis uerbis: Quoties de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio: placet

quem sermo Græcus appellat Zygostaren, persingulas ciuitatea constitutum, pro sua fide atque industria, ut neque fallat neque fallatur, coutentionem dirimere.

Decima regula. *Meliorato fundo & aucto, augetur quoque eius tributum. quæ regula approbatur l.2. C. de alluuionibus. cuius uerba uide J.regula 14. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi latens fit incrementum ut per alluuionem, non per inundationem. quæ exceptio approbatur l.3. in prin. C. d.tit. his uerbis*: Ea quæ per allusionem, &c. *Altera exceptio est: Nisi diligentia & sumptibus possessoris prædia sint meliorata & aucta. quæ exceptio approbatur d.l.3. §. similiter, his uerbis*: Similiter nec ea quidem, &c. *Huic concordat l.16. C. de omni agro deserto, his uerbis*: Si quis authoritare nostri numinis de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit: firmiter eum uolumus posside re, sub eiusdem tamen canonis solutione, quem nostræ maiestaris authoritas per annos singulos soluendum esse præscripserit, nullamque eos descriptionem, siue adiectionem, aut innouationem in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est, eoa qui nobis hortantibus fundos inopea atque egenos magno labore impenso aut exhausto patrimonio uix fortè meliorare potuerunt, utpote decepios inopinatum onus suscipere, illudque uelut quadam circumuentione deposci: quod si se daturos præscissent, fundos minimè susciperent, aut etiam colere paterentur. *Concordat l. 2. C. de fundis rei priuatæ, his uerbis*: Hi quos commoditas priuatæ rei prædiorum ad ea postulanda sollicitat, adeant tuę dignationis officium, & modum suæ deliberationis indicent per libellos, certumque habeant quòd una quæque uilla cum eo onere uel forma cui nunc haberur obnoxia, ad noui domini cura migrabir: ut si quid adiecerit sumptus cura uel solertia, si quid mancipiorum uel pecoris adcreuerit, capitationis aut canonia augmenta non patiatur, sed solis, &c.

Vndecima regula. Præteriti temporis uectigal, annonas uel tributum nouus possessor soluere cogitur. quæ regula approbatur l.7. ff. de publicanis, hisce uerbis: Impp. Antoninua & Verus rescripserunt, in uectigalibus ipsa prædia, non personas conueniri. Et ideo possessores etiam pręteriti temporis uectigal soluere debere: eoque exemplo actionem si ignorauerint habituros. *Concordat. l. 5. §. fin. ff. de censibus. cuius uerba uide J. quæst. 6. reg. 1. item concordat l. 1. C. de annonis & tributis. cuius uerba uide S̄. quæst. prox. reg. 3. item concordat l.36. ff. de iure fisci. cuius uerba uide J. capite 8. quæstione quinta. Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi prædia deserta, uel quod prior possessor non soluat, ad alium à peræquatore sint translata: hoc enim casu nouus possessor anteacti temporis tributa uel annonas soluere non cogitur. quæ exceptio approbatur l.11. §. fin. C. de omni agro deserto, cuius uerba uide S̄. cap. prox. quæst. 1. reg. 2. except. 2. in fine. Concordat l. 7. in prin. C. de censibus & censitoribus, cuius uerba uide d. except. 2. in fine. Concordat item l. 2. in fine. C. de fundis rei priuatæ, his uerbis*: Si quem postea minus idoneum factum esse constabit, nec ira ut expedit rationem reddere pēsionis, res quas ex nostris rebus acceperat, ad alium idoneum iure quo sancimus transferentur: nec tamen decoctoris cuiuscunque reliquis, qui nouus accedet, onerabitur. *Ait Imp.* Iure quo sancimus. *scilicet ead. lege in principio, cuius uerba uide S̄. reg. prox. in fine. Concordat item Nouell. c. 128. §. si quando, his uerbis*: Si quando usuuenerit, ut alicuius, &c.

Duodecima regula. *De præteriti quoque anni tributis à nouis susceptoribus suscipiendis, proponitur l. 3. C. de susceptoribus, his uerbis*: Susceptores noui non modò præsentis anni debita, uerumetism species quas ex reliquis inferunt, quia nouæ sunt adcrescentes suscipiant.

Decimatertia propositæ quæstionis regula proponitur l. 11. C. de annonis & tributis, hisce uerbis: Id ab unaquaque prouincia censuimus expetendum, quod ab ijsdem nuper esse promissum tua sublimitas indicauit. Nullus uerò de cætero ad possessiones eorum (quod maximè formidant) inspector accedat. Macedonum reliqui exemplum secuti, mediæ quantitatis ut obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed hi qui protestati sunt, nihil à se ultra tertiam partem posse conferri, illud exoluant ad quod se indubitanter fore idoneos pollicētur. Quæ dispositio in perpetuum obseruabitur, sacrosancta Thessalonicensis ciuitatis ecclesia excepta: ira tamen ut apertè sciat propriæ tantummodo capitationis modum beneficio nostri numinis subleuandum, nec extraneorum grauamine tributorum, rempublicam ecclesiastici nominis abusione lædendam. *De uerbis hisce posterioribus uide S̄. Libro proximo, capite decimo, regula secunda, except. 5.*

Decimaquarta regula. *De releuandis tributis ob deteriorationem prædiorum, proponitur l. 4. §. illam enim æquitatem, cum sequentibus. ff. de censibus, cuius uerba uide S̄. cap. prox. quæst. 5. reg. 1. Concordat l. 2. C. de alluuionibus, his uerbis*: Hi quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores, pro terris quas possident, tributorum præstationem agnoscant, & qui suum deplorāt

patrimo-

parrimonium deminutum, alieno ſaltem functionis onere liberentur, & noſtræ ſerenitatis largitate defenſi, locorum etiam poſſeſsione contenti, pro agitandi cenſus examine reſpondeant deuotioni.

Decimaquinta regula proponitur l.unica.C.de collatione donatorum, his uerbis: Diſpoſitionem ampliſsimæ recordationia Antiochi, qui certam quantitatem ante ſe releuatis poſſeſsionibus nomine canonis indixit, non imminui decernimus. Id enim, quoniam in canonem cecidit & anniuerſariæ debet penſitationi perſolui, nec in præteritum, nec in poſterum patimur eſſe conceſſum. Indulgentiam uerò memoratæ deſcriptionis & in anteactum, & in poſterum tempus non ſolùm in releuatis, uerumetiam in donatis, adæratia, translatiſque, ſeu quodeunque aliud nomen nouæ deſcriptionis excogitatum eſt uolumua obſeruari, nullamq́ue ſuper his unquam exactionis moleſtiam formidari, quibus non tantum reliqua præteriri temporis relaxamus, ſed nec in poſterum quidquam innouationis aut oneris adijciendum eſſe cenſemus: nulliq́; licere deinceps contra diualia ſtatura releusre ſuas poſſeſsiones. Nou:rit tamen ampliſaimæ tuæ ſedis officium, quod ſi aliquando nobis ſuggeſtio huic noſtræ ſanctioni contraria porrigatur, uel ſi ſacris mandatis (ſi qua fortè citra ſuggeſtionem his pijs diſpoſitionibus aduerſa manauerint) obſequatur, & in aliquos tanquam debitores ex huiuſmodi titulo crediderit exponendos: ducentarum librarum auri ſe ſciat condemnatione mulctaudum eſſe.

Decimaſexta regula.De ære æſtimando, proponitur l.unica.C. de collatione æris, hiſce uerbis: Aeris precia quæ à prouincialibus poſtulantur, ita exigi uolumus, ut pro uiginti libris æris, unus auri ſolidus à poſſeſſore reddatur.

Decimaſeptima regula proponitur l.9. ibi:Et ſubmotis.C.de ſuſceptoribus.cuius uerba uide ſ̄.rad.quæſtione,regula 4.

Decimaoctaua regula. De prædijs deſertis & ſterilibus releuandis, proponitur l.15. C.de omni agro deſerto,bis uerbis: Si quis deſerta prædia quæ naualem ſuſtinent functionem,& in deſertis nuncuſque remanent,ſub per æquationis iure perceperit: meliore conditione in omnibus titulis conuenit ea releuari,ut grauis ſors nauis eſſe non poſsit, pro ea quæ reſedit protiuncula,cum alijs fuerit diſpendijs liberata.

Decimanona regula proponitur Nouell. conſtiut. 128.§.iubemus,his uerbis: Iubemus, ne pro pecunijs aut ſpeciebus in prouincijs conſumptis,exigantur à collatoribus ea quæ parapompica, quaſi tranſmiſſoria dicuntur, neue pro tranſmiſsis ſpeciebus aut pecunijs amplius præbeant, quàm initio in quaque prouincia diſpoſitum eſt.

IIII. QVOMODO EXIGENdum,& de exactorum nec non ſuſceptorum officijs.

Prima regula. De nunciando prouincijs ante tempus,ut ſe ad ſoluendum præparent,proponitur l.2. C. de indictionibus, his uerbis: Particulari delegationum noticia,ante indictionis exordium ſingulis tranſmiſſa prouincijs, collationis modum à poſſeſſoribus multo antè proſpectum deuotionis ſolitæ, non ſubditis calumnijs tua ſublimitas faciat imputari: ut & prouincialibus ſubeundi diſpendij neceſsitas auferatut,& officijs inferendi damna,licentia denegetur.

Secunda regula De nominibus debitorum, exactoribus à tabularijs ſub actorum teſtificatione monſtrandis,proponitur l.2.C.de exactoribus tributorum, his uerbis: Ducenarij & centenarij, ſiue ſexagenarij non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire,quàm à tabulario ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum. Quam quidem exactionem ſine omni fieri concuſsione oportet. *Concordat l.2. C.de numerarijs.cuius uerba uide ſ̄.Libro ſecundo, capite 19. membr.17.reg.6.*

Tertia regula. De edendis rationibus publicis collatori, ut ſciat quid, & à qua poſſeſsione ſoluendum, proponitur Nouell.conſt.128.§.atque huiuſmodi, ibi: Sed & harum.cuius uerba uide ſ̄ capite prox. quæſt. 6.reg 1. Concordat l.6.C.de edendo.cuius uerba uide ſ̄.Libro ſexto,cap.4.membr.2.quæſt.2.reg 8. Item concordat d.c.128.§.ſed & hoc,his uerbis: Hoc obſeruari iubemus,ut ſi quis collatorum (prout poteſt fieri) de poſſeſsione pro qua publica exiguntur tributa,aut de publicorum tributorum quantitate ambigat, omnibus modis publicarum tabularum cuſtodes cogantur à prouinciæ præſide, uel illo negligentius agente, à locorum teligioſiſsimo epiſcopo has proferre,& pro tenore deſcriptionis ac tabulæ publicæ, publicorum tributorum quantitatem oſtẽdere, atq; eo pacto poſſeſſorem exigere.

Tertia regula. De mandato executionis exhibendo, proponitur Nouell. c.128.§.qui uerò, his uerbis Qui ad quæcunque publica tributa profliganda diriguntur in prouincias,hi non aliter & prius exactionem ordinãtur,quàm in prouinciali iudicio iniunctas, ipſis de hoc iuſsiones inſinuauerint, quo minus qui publica tributa perſoluunt, alicui pro his periculo aut damno ſubiaceant. Eodem hoc & in priuatis cauſis obſeruando.

Quarta regula. De cogendis subditis ad soluendũ, proponitur Nouell. const. 8. §. proinde cum ita, his uerbis: Ante omnia præsides prouinciarum studio habere oportet, ut diligenter ad tributa aduigilent, & indeuotos quidem, ac intractabiles, & qui compulsione indigẽt, cũ summa uehementia exigant in nullo cedentes, neque eo nomine lucri aliquid captantes: erga deuotos uero paterno se gerant affectu. *Plura de hac re uide J. quæstione sexta.*

Quinta regula. De apochis soluentibus dandis, proponitur Nouell. constit. 128. §. insuper definimus, his uerbis: Definimus, ut pro publicis contributionibus apochæ, siue securitates particulares, iuxta ac plenarię omnib. modis ab his, qui publica tributa suscipiunt, conficiãtur, quæ & pecuniæ numeratæ & specierũ, neque non iugorum seu uillarum, siue etiã centuriarum quantitatem, prætere a possessionum nomina, pro quib. contributiones suscipiant, significent. Quòd si apochas aut securitates prædicto modo nõ fecerint, iubemus, ut ab ijs decem librarum auri pœna exigatur, & tormenta sustineant. Consimiliter & à Præside prouinciæ decem librarũ auri pœna exigenda, si ea de re aditus uindictam non irrogarit, neq; compulerit eos apochas seu securitates conscribere, quo definiuimus ordine. *Concordat Nouell. const. 17. §. compelles etiam, his uerbis:* Compelles etiam publicos exactores, ut in apochis suis omnia exprimant quamobrem eas reddant, nempe quantitatem zygocephalorum, siue iugorum, siue iugalium, siue quo alio nomine ea pro loci uarietate appellentur, tum etiam pro quibus & qualibus ea prædijs exigant, item quãtitatem datorum, siue in speciebus existant, siue in auro: magnam eis mulctam minitans, præterea etiam manus abscissionem, si quod semper in mandatis habuerunt, nunquam uerò obseruarunt, in posterum non omnibus conseruent modis. Quòd si (ut est probabile) excusationẽ inueniant, dicentes, impossibile esse ut iugorum quantitatem inferãt, tametsi maliciosè illos & dolosè admodum in hoc agere arbitramur: nihilominus tamen nullum exinde damnum uel fiscus, uel collatores sentiant. Nam & fiscus absq; præiudicio quæcũque sua sunt percipiet, & qui ea soluunt, auferent ex more fieri solitas de recepto confessiones, nullo alio ulterius ab eis exigendo. Atq; ut amplius aliquid conentur exigere, nõ tamen ea res impedimento erit, quo minus contributio solito ab eis more soluatur, inferaturq; ærario. De priorib. certè functionib. certiores reddãt gloriosiss. nostros pręfectos: ipsis etiã censualib. exactè uetera (ut appellant) regesta proferre cogẽdis, quo magis inde rei cõtrouersia discepteretur. Eoque modo solutis, interim secundũ consuetudinẽ tributis, & absq; querela in ærarium illatis quicquid gloriosiss. nostri pfecti inter dissidentes (quantũ ad rem controuersam) pronunciauerint, hoc obtineat, necessitatem habentib. exactorib. postquã in ea quæstione ueritas innotuit, ut & ibi zygocephalorũ aliorũq; omniũ quãtitatem, prout à nobis iam constitutum est, de recepto cõfessionib. inferant. *Concordat item l. 1. §. sed & aurum C. de apochis publicis. cuius uerba uide 5. cap. prox quæst. 6. reg. 3.*

Sexta regula. Exacta statim ad thesaurarios prouinciæ referet, ac consignabit. Hæc reg. approbatur l. 1. C. de canone largitionaliũ titulorũ, his uerbis: Omnẽ summã auri uel argenti & reliquarũ specierũ, q̃ sacris largitionib. ex more penduntur, statim ut exactio fuerit celebrata, ad thesaurarios uniuscuiusq; puinciæ, uel ad proximos referri, sub obsignatione tabularij, cæterorũq; quos sollicitos esse debere, pręcedẽtia iussa decreuerũt, & thesaurorũ pręposiris consignari præcipimus, ut exinde ad sacrum comitatum integer omnium titulorũ numerus dirigatur. *Concordat l. 6. C. de susceptoribus, his uerbis:* Diu minimè penes ipsos susceptores maneat facta collatio, sed statim quodcunq; à prouinciali fuerit exolutum, sacris thesauris inferatur. *Concordat item l. unica, in fine. C. de officio comitis sacrarum largit. cuius uerba uide 5. eod. Lib. cap. 1. de Comite & palatinis reg. 1. Item concordat l. unica C. de auri publici persecut. his uerbis:* Auri persecutores partim nulla pręmissa (ut adsolet) psecutoria, aurũ præsumunt persequi, partim diutius retentant, quod statim fuerat adsignandũ. Ideoq; censemus, nequis absq; pręcepto uiri illustris sacrarum largitionũ, uel coquendum aurum sumat, uel capiat deinceps retinendum.

Septima regula. Exactor nunciabit quid exactum sit, quidq; sit perlatum. quæ regula approbatur l. 5. C. de exactorib. tributorum, his uerbis: Apparitores quicunq; in collationem auri præcepti fuerint, officij sui adhibere seruitium, titulorũ debitum, & collationũ summas relationis suæ fide & adnotatione perscribant: sitque ex tali instructione officium consciũ, quid exactum, quidue perlatum esse uideatur: ne longinqui itineris diuersitate susceptor abductus, & curiæ suæ desit, & rei familiaris detrimenta sustineat.

Octaua regula. Singulis annis exactor uel susceptor rationem reddet. quæ regula approbatur l. 8. §. integro. C. de susceptoribus. cuius uerba uide 5. capite primo. pers. 5. reg. 7. Concordat l. 3. C. de executoribus & exactoribus, his uerbis: Siue ex prætoriano officio,

officio, siue illustris comitiuæ sacrarum largitionum, nec non & rei priuatæ nostrę, uel ex quacunq; apparitione ad quamcunque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus: sciat intra anni metas debere collectis ratiocinijs ad proprium iudicem remeare, eiq; suam efficaciam ostendere, & quid eius instantia exactũ fuerit, quidue in debito habeatur, & penes quos resederit, uel cuius culpa, aut qua causa in eadem prouincia fuerit derelictum. Quòd si exacto spacio anni in eius regionis uisceribus prædator insidians deprehensus fuerit remorari: tunc absolutus cingulo militiæ abijcietur, prioribus eius militię decem librarum auri mulcta proposita, si redire dissimulent: & per uicarios officiorum ligatus ferreis nexibus, cura prouincialis officij ad debitum mittatur examen, nec ei liberum sit, ut hoc se priuilegio eut occasione defendat, quod sibi aliud negocium uel aliam necessitatem post iniunctam esse causetur. cum ijsdem licentiam auferamus in eadem prouincia cõtinuare exactionem. *Hæc de modo exigendi, & exactorum officijs sint dicta. Plura huiusmodi officia uide s̄. cap. 1. pers. 5. item inferius in sequentibus. uti s̄. cap. prox. quæst. 6.*

V. QVANDO ET QVAMdiu exigenda & soluenda tributa.

Prima huius quæstionis regula proponitur Neuell. *constit. 128. §. porrò, his uerbis:* Iubemus, ut specierum quidem illario protinus ex primordijs cuiusq; indictionis incipiat, tituli uerò argentarij statis temporibus.

Secunda regula. Intra anni metas exigendum & soluendum. Quæ regula approbatur l. 7. in principio. C. de exactoribus tributorum. cuius uerba uide s̄. cap. 1. pers. 5. reg. 10.

Tertia regula. Etiam particulatim solutio fieri potest, & exactor id quod offertur, quandocunque intra annum cogitur suscipere. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 4. C. de collatione fundorum patrim. his uerbis: Placuit, ut emphyteuticorum fundorum patrimonaliumque possessores, quo uoluerint tempore, & quantum habuerint pensionis, paratum (dummodo nõ amplius quàm in tribus per singulos annos uicibus) officio rationalis adsignent, ac de suscepto ab eodem securitatem eodem die pro more percipiant: modò ut intra Ianuariarum Iduum diem omnis summa ratiocinijs publicis inferatur: grauissimæ pœnæ subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum ternæ illationis excedat) solutionem facere gestienti negauerit susceptionis officium, uel si morã fecerit in chirographo securitatis edendo, super quo possessores aut procuratores, uel magistratus, aut quicunq; in locis fuerint, qui conficiendorum actorum habeant potestatem conueniat cõtestari, ut & de officij insolenria constet, in quo exercenda uindicta est, & his possit esse consultum.

VI. EVENTVS EXactionis.

Prima regula. De pœna non soluentis & exequendi modo, Si non soluatur annona uel tributum, pignora capiuntur & distrahuntur. quæ regula approbatur l. 5. §. fin. ff. de censibus, his uerbis: Pro pecunia tributi quod sua die nõ est redditum, quo minus prædium iure pignoris distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur: nec audietur legatarius contradicens, ob tributa præteriti temporis, quòd hæres soluendo sit, & is qui tributis recipiendis præpositus fuerat. *Concordat l. 1. C. de capiendis & distrah. pignor. tribut. causa, his uerbis:* Res eorum qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur, comparatoribus data perpetua firmitate possidendi. *Concordat l. 2. C. eod. tit. his uerbis:* Satis sit, debitorem annonarum ad soluendi necessitatem captione pignorum conueniri. *Ait Imperator:* Comparatoribus data perpetua firmitate possidendi. *Distractis igitur pignoribus ob non solutum canonem uel tributum, emptio ab eo cuius pignus fuit, rescindi non potest. Cuius regulæ exceptio prima uidetur esse: Nisi cautionem de soluendo offerat debitor. Hæc exceptio reprobatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Oblata moratoria cautio non admittitur. *Secunda exceptio uidetur: Nisi possessor dicat auctorem suum de tributo præteriti temporis esse soluendo. Et hæc exceptio reprobatur uerbis supradictis hisce:* Nec audietur legatarius contradicens, ob tributa præteriti temporis, quòd hæres soluendo sit, & is qui tributis recipiendis præpositus fuerat. *Tertia exceptio est: Nisi debitor, cuius pignus fuit, precium empti pignoris offerat. Et hæc exceptio reprobatur l. 1. C. si propter publicas pensitationes, his uerbis:* Venditionem ob tributorum cessationem factam reuocari nõ oportet: nec priore domino precium offerente, nec creditore eius ius hypothecæ, siue pignoris prætendente. Potior enim est causa tributorum, quibus priore loco omnia bona cessantis obligata sunt. *Quarta exceptio est: Nisi antiquior creditor ius pignoris in re distracta prætendat. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Nec creditore eius ius hypothecæ, &c. *De qua re uide plura s̄. Lib. 8. cap. 9. reg. 1. Quinta exceptio est: Nisi uenditio non solenniter & præsidis authoritate non præcedente, facta sit. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. d. tit. si propter publicas, his uerbis:* Si deserta prędia ob cessationẽ collationum, uel reliqua tributorũ ex permissu

Præ-

Præſidis ab ijs quibus periculum exactionis tributorũ imminet, diſtracta ſincera fide, iuſto precio ſolenniter comparaſti: uenditio ob ſolennes præſtationes neceſsitate facta conuelli non debet. Sin aũt uenditio nulla iuſta authoritate p̃ſidis præcedente facta eſt, hanc ratã haberi iura nõ concedunt. Id itaq; quod fruſtra geſtũ eſt, reuocari oportet, ita ut indemnitati tributorũ omnib. modis conſulatur. Quæ omnia tractari conuenit præſente eo, quem emptorem extitiſſe proponis. *Plura de propoſita exceptione uide ſ̃. Lib 8.cap.8.quæſt.7. reg. 7.except.3.* *Sexta exceptio eſt: Niſi minoris bonis uenditis, curator eius non fuerit præſens.* *Hæc exceptio approbatur l.3.C.d.tt. ſi propter, his uerbis:* Si quis fundum uel mancipium aliamúe rem ob ceſſationem tributorum, uel etiam ob ueſtium auri argentiq; debitum, quæ annua exactione ſoluuntur occupata: conuento debitore, & apud iudicem interpellatione celebrata, cum ſolutio ceſſauerit, ſub haſta diſtracta comparauerit: perpetuam emptionis accipiat firmitatem. Sin autem minoris fortè perſona fuerit inſerta, neceſſe ſit legitimæ defenſionis uenditioni perſonam adeſſe, nihilq; interſit utrum'ne officium ſummæ rei procuratoris, an certè Rectoris prouinciæ id quod debitum fuerit, propoſuerit. *Plura de regula propoſita, eiuſq; exceptionibus uide ſ̃. Lib. 8.cap.8. quæſtione ſeptima, reg 7. item alibi in uenditione Pignorum.* *Item aliud remedium ſi non ſoluantur debita fiſcalia, eſt quòd transfertur prædium ad alium. quod remedium proponitur l.13.C.de omni agro deſerto, his uerbis:* Omnium prædiorum actores ac domini requirantur, quorum ſi initio probantur debita fuiſſe contracta, in abſoluto eſt, ut debeat dominium commutari. *Concordat l.11.C.eod.tt.cuius uerba uide ſ̃. cap. proximo, quæſt.1.reg.2.except.2.in fine. Item concordat l.2.§.fin. C. de fundis rei priuatæ. cuius uerba uide ſ̃. quæſtione 3.reg.11. Item concordat l.9. C. de annonis & tributis. cuius uerba uide ſ̃: cap. prox. quæſtione 1.reg.2.except.4. Item concordat l. 2. in fine. C. de exactoribus tribut. cuius uerba uide paulo inferius. Item concordat l.7.in fine.C.eod.tt.his uerbis:* Iudicibus eorumq; officijs eatenus ſubueniemus, ut in contumaces debitores cuiuslibet dignitatis authoritatem ſuam exerceant: & ſi impudenter ſolutio differatur, actores procuratoresq; eorumq; prędia perſequantur, de eorum quoq; nominibus ad noſtram ſcientiam relaturi. *Concordat deniq; l.8.C.eod.tt.cuius uerba uide ſ̃.cap.prox.quæſt.1.regula 2.except.5. Plura de remedio propoſito uide d. reg.2.except.2.*

Aliud item remedium coercendæ contumaciæ debitorum eſt, cuſtodia militaris: quod approbatur l. 2. C. de exactoribus tribut. his uerbis: Nemo carcerem plumbataſúe; uerbera, aut pondera, aliaq; ab inſolentia iudicũ reperta ſupplicia indebitorũ ſolutionibus, uel à peruerſis, uel ab iratis iudicibus expaueſcat. Carcer pœnaliũ, carcer hominum noxiorũ eſt, & officialiũ, & cum denotatione eorũ iudicũ, quorũ de officio certiores eſſe debebunt, qui contra hanc legem admiſerint. Securi iuxta præſidem tranſeant ſolutores. Vel certè ſi quis tam alienus ab humano ſenſu eſt, ut hac indulgentia ad contumaciam abutatur, contineatur aperta & libera, & in uſu hominum inſtituta cuſtodia militari. Si quis in obturata nequitia permanebit, ad res eius omnemque ſubſtantiam exactor accedat, ſolutionis obſequio cum ſubſtantiæ proprietate ſuſcepto. Qua facultate præbita, exactori omnes fore credimus proniores ad ſoluenda ea, quæ ad noſtri uſus exercitus pro communi ſalute poſcuntur. *Poſtremò aliud coercendæ contumaciæ debitorum remedium datur Nouell. conſtitutio 134. §. item ſi in prouincijs, his uerbis:* Si in prouincijs uel uindices, uel ſuſceptores ſint publicorum triburorum, indigeantque aliquo auxilio, iubemus ut prouinciarum prędides, & eorum cohortes omnem intentionem atque ſtudium eò conferant, quo magis publicorum tributorum exactio abſque ullo impedimento procedat. *Simile remedium datur Nouell.conſtitut. 17.§. ſcient autem, cuius uerba uide ſ̃ Libro ſecundo, capite 16. membr.3. reg.4. Hactenus de prima regula, ſeu de contumacia non ſoluentis coercenda.*

Secunda regula. Si exactor illicitè exactionem faciat, poteſt ei reſiſti. quæ regula approbatur l. 5. C. de executoribus & exactoribus, his uerbis: Contra noſtra præcepta ſi quiſquam uetito ac temerario auſu exactionem exercere audebit: licebit prouinciæ moderatori eundem correctum, ad ſublimitatis tuæ iudicium ſub proſcriptione dirigere. Et licebit prouinciali ſi probetur obnoxius executor, contra uetitum exactionem ſibi uendicantis temeritatem legitimè repellere.

Tertia regula. Si plus debito exactum ſit, proponitur l.unica. C.de ſuperexactoribus, his uerbis: Quidquid ultra debitum fuerit elicitum à curialibus, uel cohortalibus, uel alijs exactoribus, in duplum eruatur: quod prouincialibus reſtitui protinus oportebit. Si quis autem exactorum ſuperexactionis crimine fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas eius amouenda, atque prohibenda eſt, ſi in ijſdem ſceleribus perſeueret. *Concordat l. 9. ibi: Itaut ſi quis. C. de ſuſceptoribus. cuius uerba uide ſ̃. quæſtione tertia, regula quarta. Item concordat l. ult. C.eod.tt. his uerbis:* Aurum ſi-

ue argentum quodcunq; à possessore confertur, arcatius uel susceptor accipiat: ita ut prouinciæ moderator eiusq; officiũ ad crimen suum nouerit pertinere, si possessorib. ullum fuerit ex aliqua ponderum iniquitate illatum dispendium. Et quidquid ex prouincijs ad nostrum dirigetur ærarium, id ad illustres uiros ærarij nostri comites relatione deferatur.

Quarta regula. Si minus debito exactum sit, uel remissum, proponitur l.3.C.de annonis & tributis, hisce uerbis: Omnes pensitare debebunt, quæ manus nostrę delegationibus adscribuntur, nihil amplius exigendi uel remittendi potestatem esse. Nam si quis uicarius, aut rector prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum: quod alij remiserit, de proprijs dare facultatibus compelletur. *Concordat l.2.§.illud.ibi: Prouidentibus.C.de canone largit.titul.cuius uerba uide s̄ cap.1.pers.5.reg.1. Alia huius delicti pœna proponitur l.4.C.d.tt. his uerbis*: Præcipimus ut si fortè delegatio, quæ ab amplissima præfectura in diuersas prouincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quomodo exactio eorum debet procedere: nihilominus competentem exactiònem eorum à uiris spectabilibus tam proconsulibus quàm uicarijs, & uiro spectabili comite Orientis & præfecto Augustali, nec non rectoribus prouinciarum, eorumque officijs & curialibus procurari: uicenarum librarum auri condemnationem præ oculis habentibus, si quid minus exactum uel illatum fuerit sacro ærario, quàm prisca & inueterata consuetudo sacris largitionibus inferri constituit.

Quinta regula. Si negligens in exigendo fuit exactor, pœna proponitur l.10.C.de annonis & tributis, hisce uerbis: Iudices, quos circa profliganda ærarij nostri compẽdia negligentes ac desides fuisse constiterit: omnia quæ in administratione positi perceperunt, emolumenta reddere compellantur.

Sexta regula. Si exactor uel susceptor oblatum non statim suscipiat, punitur l.1.C.de susceptoribus, his uerbis: Susceptores publicos absque omni mora aurum censemus suscipere, ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur. Nam si soluere uolens à suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis, contestationem debebit proponere: ut hoc probato, & ipse securitatem debitam commissi nexu liberatus cum emolumentis accipiat: & qui suscipere neglexerit, eius ponderis quod debebatur in duplũ fisci rationib. per uigorem officij præsidis inferre cogatur. Quod autem susceptores iudice, cuius interest, negligẽte uiolauerint, ex ipsius iudicis facultatibus sarcietur. *Concordat l.ult.in princip.C.eod.tt.cuius uerba uide paulo superius regula tertia. Propositæ regulæ exceptio uidetur esse talis: Nisi non solidum quod debetur offeratur: uerùm hæc exceptio reprobatur l.4.C.de collatione fundorum patrim.cuius uerba uide s̄.quæstione 5.regula tertia.*

Septima regula. Si exactor aliquid retinuerit, uel in suos usus conuerterit, in duplum tenetur. quæ regula approbatur l.7.§.quod si ad nos (de exactorib.tributorum, his uerbis: Si ad nos aliqua de retentis ab optionibus querela peruenerit: in duplũ ab his protinus exigetur, ut partem debitã miles, reliquam fiscus accipiat. *Concordat l.1.C.de his quæ ex publica collatione illata sunt non usurpandis, hisce uerbis*: Nullus iudicum id quod à republica ex collatione susceperit, mutui interuentione opposita uel inuadat, uel conetur inuadere. *Concordat l.2.C.eod.tt.his uerbis*: Nullus penitus ex eo quod refertur in cõditis, uel in arca cõtinetur, ad quẽlibet titulũ usurpet: nisi fortè præsumendi facultatem sublimium potestatum iussione perceperit. *Concordat denique l.3.C.eod.tt.his uerbis*: Sciant iudices nihil sibi ex priuatæ rei canone, uel ex eo quod ijsdem titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere: nisi malint grauissima seueritate suam licentiã coerceri. *Vide insuper J.cap.8.de administ.rerum, reg.4.& reg.11.*

DE TRIBVTIS ET ALIIS fisci speciebus transmittendis ac transuehendis. Cap.VI.

HActenus de indicendis, exigendis, ac suscipiendis censibus atq; tributis est dictum. Sequitur nunc de illis transmittendis ac transuehendis.

I. QVO, SEV AD QVEM locum transmittenda tributa.

Prima huius loci regula. Ex locis qui limitibus propiores sunt, ad limites annona transmittenda. Quæ regula approbatur l.5.C.de annonis, his uerbis: Pro locis ac proximitate possessionum annonam ad limites transuehi præcipimus. *Concordat l.4.C.de erogatione milit.annonæ, his uerbis*: Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus, species annonarias uicinioribus limitibus à prouincialibus ordinabis ad castra conferri. Sed in ueteranis castris constituti milites duas alimoniarũ partes ibidem de conditis sumant, nec amplius quàm tertiam partem ipsi uehere cogantur. *Item concordat J.reg.prox.*

Secunda regula. Ne longius possessores tributa conferre, ac transmittere cogantur, proponitur l.7.C.d.tt.his uerbis: Nemo possessorum ad instruendas mansiones, uel conferendas species lõgius delegetur: sed omnes itineris ac neces-

necessitatis habita ratione delegentur. *Concordat l.8.C.eod.tt.his uerbis*: Mediterraneæ ciuitates antea maritimis, & maritimæ mediterraneis onerabantur expensis, ut plus haberet dispendij translatio, quàm deuotionis illatio. Hoc non solùm in præsenti, uerumetiam in posterum prohibemus, ea lege, ut se ulrimo nouerint supplicio puniendos, qui ista commiserint. *Concordat item l.2.C.de priuilegijs domus Augustæ, cuius uerba uide J.Lib.13.capite quinto, exceptione nona, replic. 2.duplicat.2.*

Tertia regula. Ad comites ærarij est deferendum. Quæ regula approbatur l.ult.in fine.C.de susceptoribus, cuius uerba uide š.capite proximo, quæstione sexta, regula 3.

II. QVIBVS TRANSVEHENDA, locanda tributa, & qua mercede.

De hac re proponitur l.4.C. de nauicularijs, hisce uerbis: Cum nauarchorum cœtus circa prouincias Orientis inopia nauium titubaret, & inuestigandæ classis obtentu insularum secessus conspiraret, & nauigandi oportunitate transacta iudiciorum indignatio sine transuectionis expectaretur effectu: meritò Celsitudo tua pręfecto Augustali, & insulatum præside conuentis Alexandrinæ & Carparię classis summates, & nonnullos alios naucleros eius professionis adduxit, ut onus frumentarij commeatus, quod per orientales nauarchos, & Alexandrinæ ciuitaris condiris consueuerat ad sacratissimam urbem transferri, in suam fidem susceptum ad eadem augustissimæ urbis horrea comportarent: solatijs pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, & eo quod uocatur Gręcè ἀλειτουργησία, nec non eriam alijs quæ cognitionis librauit examen.

III. QVAE, QVORVM'QVE naues publicæ rei transuehendæ teneantur.

Prima regula. Omnes omnino naues huic muneri tenentur. quæ regula approbatur l.1.C. de nauibus nō excusandis, hisce uerbis: Multi naues suas diuersorum nominibus & titulis tuētur. Cui fraudi obuianres, præcipimus, ut si quis ad euitarionem publicæ necessitatis titulum crediderit apponendum, sciat nauem esse fisco sociandam. Nam ut priuatos quoque non prohibemus habere nauigia: ita fraudi locum esse non sinimus: cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conueniat urilitatibus publicis obedire, & subuectionē sine dignitaris priuilegio celebrare. *Concordat l.2.C.eod.tt.his uerbis*: Iubemus nullam nauem ultra duorum milium modiorum capacem, ante fœlicem embolam uel publicarum specierum transuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua personæ publicis utilitatibus excusari posse subtractam: nec si cœleste contra proferatur oraculum (siue adnotatio sit, siue diuina pragmatica sanctio) prouidentissimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus causis cupimus obseruari, ut generaliter si quid eiusmodi contra ius uel utilitatem publicam in quolibet negocio proferatur, non ualeat. Quidquid enim in fraudē istius legis quolibet modo fuerit attentatum, id nauigij quod excusatur, publicatione corrigimus. *Concordat uerbotenus l.10.C.de sacrosanctis ecclesijs, cuius uerba uide š.lib.prox.cap.10.reg.2.except.2. itē concordat l. unica.C.de nauticis Tyberinis, hisce uerbis*: Qui nauem Tyberinam habere fuerit ostensus, onus reipub. necessarium agnoscat. Quodcunque igitur nauigium in alueo Tyberis inuenietur, competentibus & solitis obsequijs mancipetur, ita ut nulla dignitas aut priuilegiū ab hoc officio uindicetur. *Vide item J.Lib.13.cap.5.except.17 & 18.*

Secunda regula. De prædijs nauiculariorum, proponitur J. Lib.11.cap.9.

IIII. INTRA QVANTVM tempus tributa transuehenda.

Intra anni spacium. quæ regula approbatur l.2.C. de nauicularijs, hisce uerbis: Comperimus naucleros susceptas species in negociationis emolumenta conuertere. Ideoque decernimus ut intra annum quas susceperint species inferant, & securitates reportent, quæ etiam diem illationis edoceant, ut intra alterum annum eis reddantur, à quibus species præstitæ sunt. *Concordat l.6.C.eod.tt. his uerbis*: Iudices qui in partibus diœceseos suæ onusta nauigia, cum prosperior flatus inuitat, sub prętextu hyemis immorari permiserint: unà cum municipibus & corporatis eiusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendijs. Naucleri prætcrea pœnā deportarionis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit relatum.

V. DE RELIQVO NAuiculariorum iure.

Prima regula. De priuata sarcina oneri publico nō imponenda, proponitur l.unica.C.ne quid oneri publico imponatur, his uerbis: Oneri publico sarcinā priuatam ne quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad suscipiendum onus aliqua necessitate compellere. hoc enim facto atq; commisso non in dispendium solum atq; naufragij damnum tenebitur obligatus, uerumetiā publicæ coercitionis experietur uigorem.

Secunda regula. De specie transportanda à nauicularijs

larijs non alienanda nec usurpanda, proponitur l.5. C. de nauicularijs, bisce uerbis: Qui fiscales species susceperit deportandas, si recta nauigatione contempta, littora de uia sectatus, eas auertendo distraxerit, capitali pœna plectetur. *Concordat l.2. C. eod. tt. cuius uerba uide §. quæst. prox.*

Tertia regula. De nauicularijs non inquietandis, proponitur l.1. C. de nauicularijs, bisce uerbis: Nullam uim oportet naucleros sustinere, delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi, sed uenientes ac remeantes omni securitate potiri, decem librarum auri mulcta proponenda his, qui eos inquietare tentauerint. *Concordat l.3. C. eod. tt. bis uerbis*: Ab his qui in naucleros prædas egerunt, uolumus eorum commodis satisfieri. Et ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus ut quicunque in rapinis fuerit deprehensus, pœna quadrupli teneatur. *Concordat item l. unica. C. de litorum & itinerum custodia. cuius uerba uide §. Lib.4. ca.1. quæst. 1. causa 15.*

Quarta regula. De confessione nautarum facienda, de qualitate specierum susceptarum, proponitur l.1. C. de canone frumentario urbis Romæ, bis uerbis: Nautici apud præsidum aut magistratuum acta confiteantur incorruptas species suscepisse, eorumque apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet nihil in his esse uitij, &c.

DE VECTIGALIBVS, ET commissis. Cap. VII.

Definitio & species uectigalis proponitur l.17. §. fin. ff. de uerb. signif. bis uerbis: Publica uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal, fiscus, &c.

¶ De constituendis uectigalibus.

I. CAVSA EX QVA CONstituenda uectigalia.

Non temerè constituenda, sed publica necessitate urgente. quæ regula approbatur l.1. C. uectigalia noua institui non posse, bis uerbis: Non quidem temerè permittenda est nouorum uectigalium exactio. Sed si adeò tenuis est patria tua, ut extraordinario auxilio iuuari debeat, allega præsidi prouinciæ quæ in libellum cōtulisti. Qui re diligenter inspecta, utilitatem communem intuitus, scribet nobis quæ compererit: & an habenda sit ratio uestri, & quatenus existimabimus.

II. A QVIBVS ET QVORVM authoritate constituenda.

Sine imperatoris authoritate nec constitui, nec reformari, nec mutari possunt. quæ regula approbatur l.10. in prin. ff. de publicanis, uectigal. & commissis, bisce uerbis: Vectigalia sine Imperatorum præcepto neque præsidi, neque curatori, neque curiæ constituere, nec præcedentia reformare, & his uel addere uel deminuere licet. *Concordat l.2. C. uect. noua instit. nō posse, bisce uerbis*: Vectigalia noua nec decreto ciuitatū institui possunt. *Concordat item l.3. C. d. tt. his uerbis*: Non solent noua uectigalia inconsultis principibus institui. Ergo & exigi aliquid quod illicitè poscatur competens iudex uetabit: & id quod exactum uidetur, si contra rationem iuris extortum est, restitui iubebit.

III. EVENTVS CONSTITVtorum uectigalium.

Prima regula. Si illicitè constituta sunt uectigalia, pœna constituitur l. unica. §. item is qui. ff. ad l. Iuliam de ambitu, bis uerbis: Is qui nouum uectigal instituerit, ex senatusconsulto pœna legis Iuliæ de Ambitu plectitur. *Alia pœna constituitur l. ult. ff. ad l. Iul. de ui publica, bis uerbis*: Qui noua uectigalia exercent, lege Iulia de Vi publica tenentur.

Secunda regula. Vectigalia ritè constituta præstanda sunt, nec facilè abroganda. quæ regula approbatur l.10. C. de uectigalib. & commissis, bisce uerbis: Vectigalia quæcunque quælibet ciuitates sibi ac suis curijs ad angustiarum suarum solatia quæsierunt, siue illa functionibus curialium ordinum profutura sunt, seu quibuscunq; alijs eatundem ciuitatum usibus desi gnantur: firma his atq; ad habendum perpetua manere præcipimus, neq; ullam con trariam supplicantium super his molestiā formidati.

Tertia regula. Vectigalis constituti duæ partes fisco, tertia ciuitati debetur. quæ regula approbatur l. ult. C. de uectigalibus & commissis, bisce uerbis: Exceptis his uectigalibus, quæ ad sacrum patrimonium nostrū quocunq; tempore peruenerunt: cætera reipub. ciuitatum atq; ordinum æstimatis dispendijs, quæ pro publicis necessitatibus tolerare non desinūt, reseruentur: cum duas portiones ærario nostro conferri prisca institutio disposuerat, atq; hanc tertiam iubemus adeò in ditione urbium, municipumq; consistere, ut proprij compendij curam nō in alieno potius, quàm in suo arbitrio nouerint cōstitutam. Designatè igitur consortium portionis, eatenus iuri ordinum ciuitatumq; obnoxium maneat, ut etiam locandi quanti sua interest, licentiam sibi nouerint contributam.

Quarta regula. In uectigalib. consuetudo spectatur. quæ regula approbatur l.4. §. fin. ff. de publicanis, bisce uerbis: In omnib. uectigalib. ferè cōsuetudo spectari solet: idq; etiam principalibus constitutionibus cauetur.

Quinta regula. *Rescripta contra uectigalia non ualent. quæ regula approbatur l. 12. C. de uectigalibus, his uerbis:* Quidquid, &c.

¶ De locandis & conducendis uectigalibus.

I. QVI LOCARE POSsint.

Etiam ciuitas uectigalia sua locandi licentiam habet, ut patet ex uerbis tam propositis hisce: Vt etiam locandi quanti sua interest, licentiam sibi nouerint contributam.

II. QVIBVS LOCANDA.

Prima regula. De eo qui licitatione uincit, proponitur l. 4. C. de uectigalibus & commißis, hisce uerbis: Penes illum uectigalia manere oportet, qui superior in licitatione extiterit: ita ut non minus quàm triennij fine locatio concludatur, nec ullo modo interrumpantur tempus exigendis uectigalibus præstitutum. Quo peracto tempore licitationem iura, conductionumq; recreari oportet, ac simili modo alijs collocari. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi is qui licitatione uicit non caueat nec satisdet. quæ excep. approbatur l. 9. in prin. ff. de publicanis, hisce uerbis:* Locatio uectigaliũ, quæ calore licitantis ultra modum solitæ conductionis inflatur, ita demum admittenda est, si fideiussores idoneos & cautionẽ is qui licitatione uicit, offerre paratus sit. *De reliquis propositæ reg. exceptionib. uide J. seg. sequẽt. Porrò hoc loco notandum, quod licitatio dicta præsente Præfecto prætorio sit facienda, quod approbatur l. ult. in fine. C. Vectigalia noua institui non posse, his uerbis:* Impp. Constantinus A. ad Fœlicem Præfectum prætorio: Sub conspectibus tuis, uel eorum qui tuæ grauitati succedunt, licitationis cura seruetur.

Secunda regula. De ijs qui reliqua nondum soluerunt, proponitur l. 9. §. reliquatores. ff. de publicanis, hisce uerbis: Reliquatores uectigalium ad iterandam conductionem antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt.

Tertia regula. De debitoribus fisci & reipub. proponitur d. l. 9. §. debitores, his uerbis: Debitores fisci, itemque reipublicæ, uectigalia conducere prohibentur: ne ex alia causa eorum debita onerentur: nisi fortè tales fideiussores obtulerint, qui debitis eorum satisfacere parati sint.

Quarta regula. De inuito ad conducendum non cogendo, proponitur d. l. 9. §. 1. his uerbis: Ad conducendum uectigal inuitus nemo compellitur. Et ideo impleto tempore conductionis, ea alijs locanda sunt. *Concordat l. 3. §. diuus etiam Hadrianus. ff. de iure fisci, cuius uerba uide s̄. eod. lib. cap. 3. quæst. 9. Quid ueniat, reg. 3. Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi prior conductor maximos fructus ex uectigalibus sit consecutus, nec alius sit qui conducere uelit. Hoc enim casu finito tempore, ad reconducenda ea est compellendus. quæ exceptio approbatur l. 11. §. fin. ff. de publicanis, his uerbis:* Qui maximos fructus ex redemptione uectigalium consequuntur, si postea tanti locari non possunt, ipsi ea prioribus pensionibus suscipere compelluntur.

De reliquis propositæ quæstionis regulis uide J. cap. 9.

III. QVANDO, ET QVAMdiu locanda.

Prima regula. Finito conductionis tempore rursus locanda sunt. quæ regula approbatur l. 4. §. fin. C. de uectigalibus. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg. 1. concordat l. 9. §. 1. ff. de publicanis, cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg. 4.

Altera regula. Non minus triennio sunt locanda. quæ regula approbatur l. 4. C. de uectigalibus, cuius uerba uide s̄. d. reg. 1.

IIII. EVENTVS CONductionis.

Prima regula. Si uectigalia duobus locata sint, altero minus idoneo constituto, alter eius quoque portionem in se transferri petere potest. quæ regula approbatur l. 9. §. socij ff. de publicanis, his uerbis: Socij uectigalium si separatim partes administrent, alter ab altero minus idoneo in se portionem transferre iure desiderat.

Secunda regula. Si conductor uectigalis, publicanus eius'ue familia amplius quàm debetur, exegerit, uimq; intulerit, in duplum actio datur: de qua alibi, ubi de Delictis tractabitur, dicetur.

Tertia regula. Si conductor non soluat pensionem, potest à conductione repelli, uel ad usuras ex mora soluendas cogi. quæ regula approbatur l. 10. §. fin. ff. de publicanis, hisce uerbis: Nondum solutis uectigalium pensionibus, uel repellere conductores, nec dum etiam tempore conductionis completo, uel ab his usuras ex mora exigere permittitur.

¶ De commissis, & si non soluantur uectigalia.

I. CAVSAE EX QVIBVS competit actio de commissis.

Prima causa. Si quis illicitas merces uendiderit uel uexerit, res incidit in commissum. quæ causa approbatur l. 11. §. dominus. ff. de publicanis, hisce uerbis: Dominus nauis, si illicitè aliquid in naue uel ipse, uel uectores imposuerint: nauis quoque fisco uindicatur. Quod si absente domino id à magistro, uel gubernatore, uel conductore, aut proreta, nautaue aliquid factum sit: ipsi quidem capite puniuntur commissis mercibus, nauis autem domino restituitur. *Quæ autem sint illicitæ merces, definitur tum alibi tum l. 2. C. quæ res exportari non debeant. de qua re suo loco dicetur in fine uidelicet Sextæ partis.*

Secunda

Secunda causa. Si non salinarius sal uendiderit. quæ causa exemplum est causæ præcedentis. approbaturq; l. 11. C. de uectigal. his uerbis: Si quis sine persona mancipum sales emerit, uendereue tentauerit: siue propria audacia, siue nostro munitus oraculo: sales ipsi unà cum eorum precio mancipibus addicantur.

Tertia causa. Si quis præter redemptorem cotem ex insula Creta exemerit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 15. ff. de publicanis, his uerbis: Cæsar cum insulæ Cretæ cotorias locaret, legé ita dixerat: Ne quis præter redẽptoré post Idus Martias coté ex insula Creta fodito, neúe eximito, neúe auellito. Cuiusdam nauis onusta cotibus, ante Idus Martias ex portu Cretæ profecta, à uento relata in portum erat: deinde iterum post Idus Martias profecta erat. Consulebatur num contra legem post Idus Martias ex insula Creta cotes exisse uiderentur? Vlpianus respondit, tametsi portus, qui in insula essent, omnes eius insulæ esse uiderentur: tamen eum qui ante Idus Martias profectus ex portu, & relatus tempestate in insulam deductus esset, si inde exisset, non uideri contra legem fecisse: propterea quòd iam initio euectæ cotes uiderentur, cum & ex portu nauis profecta esset.

Quarta causa commissi. Si uectigal non sit solutum tunc enim res uectigalis in commissum incidit, & fisco uel ciuitati, cui uectigal debetur, adquiritur. quæ causa approbatur l. 14. ff. de public. cuius uerba uide 3. quæst. 2. reg. 2. Hæc causa distinguitur sequentibus exceptionibus.

I. EXCEPTIO: *Nisi minor ætate non soluerit, uel non professus sit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. de publicanis, hisce uerbis:* Impp. Antoninus & Verus rescripserunt, pupillo remittere se pœnã cõmissi, si intra diem tricesimum uectigal intulisset. *Cõcordat l. 16. §. diuus quoq; ff. eod. tit. his uerbis:* Diuus Pius rescripsit, cum quidã intra legitimã ætatem esse diceretur, & usus sui causa mancipia duxisset, & in sola ꝓfessione errasset, ei ignoscẽdũ esse.

II. EXCEPTIO: *Nisi miles non sit professus, uel non soluerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de uectigalibus & commissis, hisce uerbis:* Omnibus militibus nostris prospeximus, ne ob omissas professiones pœna cõmissi tenerentur. proinde deposito hoc metu, si qua portoria debere te apparuerit, exolue. *Planè quamuis milites in commissum non incidant, si nõ soluant uectigal, attamen nihilominus soluere tenentur. quod constat ex uerbis iam propositis hisce:* Si qua portoria debere te apparuerit, exolue. *Cui concordat l. 7. C. eod. tit. his uerbis:* Ex præstatione uectigalium nullius omnino nomine quidquam minuatur: quin octauas more solito constitutas omne hominũ genus quod commercijs uoluerit interesse, dependat: nulla super hoc militarium personarum exceptione facienda.

III. EXCEPTIO: *Nisi fiscus non soluat. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. fiscus. ff. de publicanis, hisce uerbis:* Fiscus ab omnium uectigalium præstationibus immunis est: mercatores auté qui de fundis fiscalibus mercari consueuerunt, nullam immunitatem soluendi publici uectigalis usurpare possunt.

IIII. EXCEPTIO: *Nisi negociatores principis non soluant. Hæc exceptio reprobatur l. 1. C. de cõmercijs & mercatorib. his uerbis:* Negociatores si qui ad domum nostram pertinent, poté tiorum quoq; homines necessitatem debitam pensionũ (ut honestas postulat) agnoscere moneantur: ut per cunctos qui emolumenta negociationibus captant, tolerabilis fiat agnoscendæ deuotionis effectus.

V. EXCEPTIO: *Nisi quis rescripto à soluendis uectigalibus, immunitatem fuerit consecutus. Hæc exceptio reprobatur l. 6. C. de uectigalibus, his uerbis:* Omnium rerum ac personarum, quæ priuatam deguntuitam, in publicis functionibus æqua debet esse inspectio. Hoc ideo dicimus, quia nonnulli priuatorũ eliciras suffragio proferunt sanctiones, quibus uectigalia, uel cætera huiusmodi quæ inferri fisco moris est, sibi adferant esse concessa. Si quis ergo priuatorum eiusmodi rescriptione nitatur, causa eadem sit. Vectigalium enim non parua functio est, quæ debet ab omnibus (qui negociationis seu transferendarum mercium habent curam) æqua ratione dependi: exceptis nauicularijs, quum sibi gerere rem probabuntur.

VI. EXCEPTIO: *Nisi nauicularius rem suam in suos usus transferens, non soluat uectigal. Hæc exceptio uidetur approbari uerbis iam propositis hisce:* Exceptis nauicularijs, quũ sibi gerere rem probabuntur.

VII. EXCEPTIO: *Nisi res à fisco emptas quis transuehat. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. fin. ff. de publicanis, cuius uerba uide 3. excep. 3.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi legati gentium quid ex solo Romano ad propria deferant. Hæc exceptio approbatur l. 8. C. de uectigalibus, his uerbis:* A' legatis gentium deuotarum ex ijs tantum speciebus, quas de locis proprijs, unde conueniunt, huc deportant, octauarij uectigal accipiant. Quas uerò ex Romano solo (quæ sunt tamen lege concessæ) ad própria deferunt, has habent à præstatione immunes ac liberas.

IX. EXCEPTIO: *Nisi præsides in suos usus res aduehant. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 4. §. 1. ff. de publicanis, hisce uerbis:* De rebus quas in usus suos aduehẽdas sibi mã dant præsides, diuus Hadrianus præsidib.

rescripsit, ut quoties quis in usus suos, aut eorum qui prouincijs exercitibus ue præsunt, aut procuratorum suorum usus sui causa mittat quendam empturum: significet libello manu sua subscripto, eumque ad publicanum mittat, ut si quid amplius quàm mandatum est transferat, id munificum sit.

X. EXCEPTIO: *Nisi res exercitui paratæ transuehantur. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. res exercitui ff.d.tt. his uerbis*: Res exercitui paratas præstationi uectigalium subijci non placuit.

XI. EXCEPTIO: *Nisi proprij usus gratia quid transuehatur. Hæc exceptio cum alijs duabus approbatur l.5.C. de uectigalibus, his uerbis*: Vniuersi prouinciales pro ijs rebus quas ad usum proprium, uel ad fiscum inferunt, uel exercendi ruris gratia reuehunt, nullum uectigal à stationarijs exigatur: ea uerò quæ extra prædictas causas, uel negociationis gratia portantur, solitæ præstationi subiugamus: capitali pœna proposita stationarijs & urbanis militibus, & cæteris personis, quorum auaricia id tentari firmatur. *Declaratur except. proposita l.203.ff.de uerb. signif. his uerbis*: In lege censoria portus Siciliæ ita scriptum erat: Seruos quos domum quis duceret suo usu, pro his portorium ne dato: quærebatur, &c.

XII. EXCEPTIO: *Nisi ad fiscum quid transuehatur. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Vel ad fiscum inferunt.

XIII. EXCEPTIO: *Nisi quid exercendi ruris gratia transuehatur. Et hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Vel exercendi ruris gratia, &c.

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi eæ res transuehantur, quarum uectigal nunquam præstitum est. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 9. §. earum. ff. de publicanis, hisce uerbis*: Earum rerum uectigal, quarum nunquam præstitum est, præstari non potest. Quod si præstari consuetum indulgentia publicanus omiserit, alius exercere non prohibetur.

XV. EXCEPTIO: *Nisi mancipia ueterana transuehantur. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur l.16. §. quoties quis. ff. de publ. hisce uerbis*: Quoties quis mácipia inuecta professus nõ fuerit siue uenalia, siue usualia pœna commissa est: si tamen nouitia mancipia fuerint non etiam ueterana. Sunt autem ueterana, quæ anno continuo in urbe seruierunt: nouitia autem mancipia intelliguntur, quæ anno nondum seruierunt. *Ait Iurisconsultus*: Siue usualia. *Hoc uidetur hodie mutatum per ea quæ habentur s. except. 11.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi serui qui sunt in fuga, transferantur. Hæc exceptio approbatur d.l.16. §. serui, his uerbis*: Serui qui in fuga sunt, in commissum non cadunt, cum sine uoluntate domini fines egressi sunt: & ita principalibus constitutionibus cauetur. Sic & diuus quoque Pius sæpissimè rescripsit: Ne (inquit) in potestate seruorum sit, inuitis uel ignorantibus dominis, fugæ se tradendo, potestati dominorum se subtrahere.

XVII. EXCEPTIO: *Nisi per ignorantiam non soluerit. Hæc exceptio approbatur d l.16. §. licet, his uerbis*: Licet quis se ignorasse dicat, nihilominus eum in pœnam uectigalis incidere, diuus Hadrianus constituit. *Planè admittitur exceptio proposita, si is qui ignorasse se dicit duplum uectigal soluere est paratus: hoc enim casu rem ipsam recipit, & ita propter ignorantiã mitius punitur. quæ distinctio approbatur d.l.16. §. diui quoq; fratres, his uerbis*: Diui fratres rescripserunt, cum quidam non fraudem, sed per errorem in causam commissi incidisset, ut duplo uectigalis contenti, publicani seruos restituerent.

XVIII. EXCEPTIO: *Nisi publicanus non instruxit transgredientem. Et hæc exceptio reprobatur d.l.16. §. diui quoq; Marcus. cuius uerba uide s. except. prox.*

XIX. EXCEPT. *Nisi publicanus decepit profiteri uolentem, & in errorem induxit. Hæc exceptio approbatur d. §. diui quoque, his uerbis*: Diui Marcus & Commodus rescripserunt, non imputari publicano quòd non instruxerit transgredientem. Sed illud constituendum, ne decipiat profiteri uolentem species permittentes ad uectigal: puta cinnamomum, piper longum, piper album, folium pentasphærum, folium barbaricum, costũ, costamomum, nardi stachis, cassia turiana, xylocassia, smyrna, amomum, zingiberi, malabathrum, aroma indicum, chalbane, laser, agallochus, sarcocolla, onyx Arabicus, cardamomum, xylocinnamomũ, opus byssinum, pelles Babylonicæ, pelles Parthicæ, ebur, ferrum Indicum, Carbasum, labis uniuersus, margarita, sardonyx, ceraunium, hyacinthus, smaragdus, adamas, sapphirus, callainus, beryllus, chelidoniæ, opera Indica, uela Sarmatica, metaxa, uestis serica uel subserica, uela tincta, carbasea, nema sericum, spadones, Indici leones, leænæ, pardi, leopardi, pantheræ, purpura, item lana, fucus, capilli Indici, & cætera.

XX. EXCEPTIO: *Nisi propter necessitatem aduersæ tempestatis onus expositum fuerit. Hæc exceptio approbatur l.16. §. si propter. ff. de publicanis, hisce uerbis*: Si propter necessitatem aduersæ tempestatis expositum onus fuerit, non debere hoc commisso uindicari, diui fratres rescripserunt.

XXI. EXCEPTIO. *Nisi concedente publicano non soluerit uectigal. Hæc exceptio approbatur d.l. 16. §. si quis professus. his uerbis*: Si quis professus apud publicanum fuerit, non tamen uectigal soluerit, hoc concedente publicano ut solent facere: diui Seuerus & Antoninus rescripserũt, res in commissum non cadere. Cum enim (inquiunt) professiones recitantur, commissum cessat: cum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum uel fideiussorum.

XXII. EXCEPTIO. *Nisi quinquennium à commisso facto præterierit. Hæc exceptio approbatur l.2.C. de uectigalib. his uerbis*: Neq; commissum quod ante quinquennium factum dicitur, si lite res anticipata non est, uindicari potest: neque pro re quæ in commissi causam cecidit, si ipsa non extat, nec dolo supprimatur, precium peti potest.

XXIII. EXCEPTIO. *Nisi res quæ in commissum incidit, perierit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Neque pro re, &c.

XXIIII. EXCEPTIO. *Nisi seruus, qui in commissum incidit, manumissus sit. Hæc exceptio approbatur l.1.C. de uectigal. his uerbis*: Si iure manumissus es, ante quæstionem commissi motam, statum tuum uectigalis nomine cõpelli non est æquum.

XXV. EXCEPTIO. *Nisi uectigal solutum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsi[...]it, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi solidum sit solutum. quæ replicatio declaratur definitione solidi uectigalis, quod est octaua l.7. C. de uectigalib. cuius uerba uide s̄. except. 2. Concordat l. 8.C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 8.*

¶ *Hactenus causæ actionis de cõmissis cum suis exceptionibus sunt propositæ: nunc reliquæ huius actionis circumstantiæ dispiciendæ.*

II. ADVERSVS QVOS COMpetat hæc actio.

Prima regula. In rem actio est. Ideoque quilibet possessor rei commissæ hac actione tenetur. Quæ regula approbatur l.7. ff. de publicanis, cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæst. 3. reg. 11. Concordat l.14. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg prox.

Altera regula. De hærede eius qui non est professus. hic quoque tenetur. quæ regula approbatur d. l. 14. his uerbis: Commissa uectigalium nomine etiam ad heredem transmittuntur. Nam quod commissum est, statim desinit eius esse, qui crimen commisit: dominiumq; rei uectigalis adquiritur. Ea propter commissi persecutio, sicut aduersus quemlibet possessorem, sic aduersus hæredem competit. *Concordat l. 11. §. illicitarum ff. eod. tt. his uerbis*: Illicitarum mercium persecutio hæredem quoque afficit. *Concordat item l.8. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Fraudati uectigalis crimen ad hæredem eius, qui fraudem contraxit, commissi ratione transmittitur.

III. QVID, ET QVANTVM ueniat in hanc actionem.

Prima regula. Ipsa res, cuius nomine uectigal fuit soluendum, in hanc uenit actionem. quæ regula approbatur l.14. ff. de publicanis. cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg. 2.

Secunda regula. Si ob delictum socij res communis incidit in commissum: pars tantum socij delinquentis in hanc uenit actionem. quæ regula approbatur exemplo l.8. in fine ff. de publicanis, hisce uerbis: Si unus ex pluribus hæredibus rem communem causa uectigalis subripiat, portiones cæteris non auferuntur.

Tertia regula. Interdum non res ipsa, sed eius æstimatio debetur. quæ reg. approbatur exemplo l.16. in prin. cum sequentib. ff de publicanis, hisce uerbis: Interdum nec uendendus est seruus, qui in commissum ceciderit, sed pro eo æstimatio à domino danda est. Diui enim Seuerus & Antoninus rescripserunt, cum is seruus qui actum domini gessisse diceretur in commissum cecidisset, uenire non debuisse, sed pro eo uiri boni arbitratu æstimationẽ oportuisse dari. Iidem etiam eadem epistola rescripserunt, si quis improfessus seruus fuerit, & probetur in commissum cecidisse: & aut uxorem domini corrupisse dicatur, aut aliud grauius quid admisisse: ut cognoscat procurator, & [...] in his causis compertus sit, æstimetur, & ad pœnam domino tradatur.

Quarta regula. Seruis commissis peculium in commissum non uenit. quæ regula approbatur d.l. 16. [...] Iidem, his uerbis: Diui Seue[...] & Antoni[...] rescripserunt, mancipijs commissis res peculiares non esse in eadem causa: nisi hoc quod proprio nomine in causam commissi incidit.

IIII. QVAMDIV COMpetit hæc actio.

Intra quinquennium competit. quæ regula approbatur l.2.C. de uectigalibus, cuius uerba uide s̄. eod. capite, except. 22.

V. QVAE ACTIO competat.

In rem actio. quæ regula approbatur l.9. ff. de publicanis. cuius uerba uide s̄. capite 5. quæst. 3. regula 11.

VI. EVENTVS.

Dominus rem commissam emere potest. quæ regula approbatur l. 11. §. eam rem. ff. de pub[lic]anis, hisce uerbis: Eam rem quæ commissi uindicanda est, dominus emere non prohibetur

uel per se, uel per suos, uel per alios quibus hoc mandauerit.

DE ADMINISTRATIONE & alienatione rerum fiscalium. Cap. VIII.

HActenus de rebus fisci adquirendis dictum est: nunc de illis administrandis & alienandis dicendum.

¶ De administratione rerum fiscalium.

Prima regula. De bonis fisco delatis non occupandis nisi literis principis ostensis, proponitur l. 5. C. de iure fisci, his uerbis: Prohibitum est, cuiuscunque bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi priusquam à nobis forma fuerit data. Et ut omni prouisionis genere occursum sit Cæsarianis, sancimus licere uniuersis quorum interest, obijcere manus his, qui ad capienda bona alicuius uenerint, qui succubuerit legibus: ut etiamsi officiales ausi fuerint à tenore datæ legis desistere, ipsis priuatis resistentibus, à facienda iniuria arceantur. Tunc enim is cuius interest, bona alicuius non interpellari officialibus uolentibus ea capere, debet adquiescere: cum literis nostris cognouerit non ex arbitrio suo Cæsarianos capiendas easdem uenisse facultates, sed iustitiæ uigorem id fieri statuisse.

Secunda regula. De bonis fisco delatis à priuatis petitis non concedendis, proponitur l. 1. C. de petitionibus bonor. sublatis, hisce uerbis: Quisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit & punitus, bonaq; eius (sicut plectendi consuetudo criminis habet) fiscus inuaserit: nullus eadem sub specie munificentiæ principalis audeat proprio poscere. Qui contra legem id ausus fuerit sperare quod non licet: reus uiolatæ legis habeatur. Sed quoniam plerunq; ita in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus: ne rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio nullo tamen desiderante atq; poscente cōcedi cuiquam uoluerimus: huiusmodi tantum ualeat liberalitas. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Omne semen alienas appetendi fortunas stirpitus eruere cupientes, nulli deinceps uolumus petitionis rerum esse licentiam. Etsi intestatus quispiam ue ac nullis ex numero propinquorum existentibus uel uxore, uel marito fati munus impleuerit, cuiuscunque sit conditionis aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis: nemo audeat ad petitionem rerum defunctæ defunctæue cuiuscunque fortunæ aut sectæ sit. si fisco nostro locus pateat, adspirare: cum ne illis quidem quorum actu atque officio petitionum procedebat effectus, impunè liceat sanctionibus nostris aduersari. Sed uir illustris quidem cuiuscunque temporis quæstor, si oblatæ petitioni subscripserit, uel etiam respōsum dederit, uirque illustris comes rerum priuatarum, si uel instrui permiserit uel petitionem, si qua insinuatur, admiserit: indignationem nostri numinis sustinebit, cæterisq; fiet uindictæ & temeritatis exemplum. Memoriales uerò qui excipienda huiusmodi rescripta uel implenda curauerint: & palatinos qui instruxerint, uel gesta admissæ petitionis ediderint, bonorum proscriptione puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles, & ad ius publicum pertinentes, ab omni petitione muniendas esse censemus: scilicet, nec pragmatica iussione, uel sacra adnotatione, uel quolibet oraculo diuino, seu mandatis (si qua contra hanc sanctionem nostram fuerint impetrata) quippiam roboris habere ualituris.

Tertia regula. De rebus fisco delatis incorporandis, proponitur l. 3. C. de bonis uacantibus, his uerbis: Si quando aut alicuius publicatione, aut ratione iuris aliquid rei nostræ addendum est: ritè atque solenniter per comitem rerum priuatarum, deinde per rationales in singulis quibuscunque prouincijs commorantes incorporatio impleat, & diligens stylus sigillatim omnia scribat. Tituli uerò quorū adiectione prædia nostris sunt consecrāda substantijs, nō nisi publica testificatione proponantur: grauissimis statim subdēdis supplicijs, qui huiusmodi aliquid propria usurpatione tentauerint. *Concordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Si uacantia uel alia modo bona delata legibus ad ærarium perhibentur, certi palatini electi & iureiurādo obstricti mittantur, ut eorum instantia præses prouinciæ præsente fisci patrono diligenter inquirat, cuius uocatis cadensq; fuerit patrimonium quātumq; uel quale uideatur ut cū data reclamandi copia nullum id iure possidere uel uindicare, locumq; ærario factū esse tam ipsius relatione, quàm publicorum monumentorum fide constiterit, rerum nobis noticia intimetur, ut iussu nostro uacātia uel aliæ res nomine occupentur ærarij. Quæ forma etiam in parte bonorum, uel in una altera ue re, seu actione una uel etiam pluribus seruetur. Nam si quid per fraudem in dispendium ærarij fuerit admissum, missi quidem executores non euitabūt indignationem, præses autem facultatum

tum parte dimidia mulctabitur: fisci uerò patronus detrimentum, quod pro uitio eius fisco ingeritur, resarcire urgebitur.

Quarta regula. De rebus fisci non usurpandis, nec ad alios usus transferendis, proponitur s. *cap. 5. quæst. 6. reg. 7. Concordat l. ult. C. de conditis in publicis horreis, hisce uerbis*: Nulli posthac horreaticas species contingendi copia præbeatur. Si uerò quisquam temerator horreorum extiterit, qui sibi ex prædictis aliquid audeat usurpare: hanc pœnam sciat nostro arbitrio definitam, ut deportationis pœnæ subiectus, totius substantię cogatur subire iacturam. *Concordat l. 5. C. de susceptoribus, his uerbis*: Frumenta quæ de horreis inferuntur, pro illationis modo illico apocharum cautionibus adnotentur. Non autem oportet in horreis fiscalibus, nisi fiscalia frumenta cõstitui. *Concordat item l. 5. C. de fundis rei priuatæ. cuius uerba uide* s. *reg. 9. item concordat l. 9. C. de murilegulis, hisce uerbis*: Si quis nauiculam functioni muricis & tegendis conchilijs deputatum ausus fuerit usurpare: duarum librarum auri illatione teneatur.

Quinta regula. De pecore alieno in pascua principis non mittendo, proponitur l. 1. C. de fundis & saltib. rei dominicæ, his uerbis: Si quis ouium uel equarum greges in saltus rei dominicæ alienus immiserit: fisco illico uindicentur. Quod si uenalis procuratorum conniuentia, ut id deincepa tentetur, admiserit: eos grauissime iubemus supplitio subiacere.

Sexta regula. De ædibus principis à priuatis non inhabitandis, proponitur l. unica. C. de palatijs & domib. dominicis, hisce uerbis: Consecratas nobis ædes, id est inclyta palatia, ab omni priuatorum usu & communi habitatione excipimus.

Septima regula. De frumentis fisci curandis ne corrumpantur, proponitur l. 2. C. de conditis in publ. horreis, his uerbis: Cum ad quamlibet urbem mansionemúe accesseris: protinus horrea te inspicere uolumus, ut deuotissimis militibus deputatæ & incorruptæ species prębeantur. Nam si per incuriam offitij granitatis tuæ sartorum tectorum neglecta procuratione aliqua pluuijs infecta perierint: ad damnum tuum referentur.

Octaua regula. De frumentis fisci expendendis & erogandis, proponitur l. 1. C. de conditis in publ. horreis, hisce uerbis: Omnia quæ in horreis habentur expendi uolumus, ita ut non prius ad frumentum extendatur expensa, quod sub præfectura tuæ urbis horreis infertur, quam uetera condita fuerint erogata. Etsi fortè uetustate species ita corrupta est, ut per semet erogari sine querela non posit: eidem ex noua portione misceatur, cuius adiectione corruptio uelata, damnum fisco non faciat. Ad istud autem negocium arbitratu ac iudicio tuo nobis prudens, fidelis, optimè sibi conscius pro integritate mentis opponatur custos ac mensor, qui uel frumẽta modio metiatur, uel iustis æstimationibus colligat quanta habeantur in condito.

Nona regula. De aqua ad irrigandos agros fisci reparanda, proponitur l. 5. C. de fundis rei priuatæ, his uerbis: Vsus aquæ qui fundorum nostrorum utilitatibus seruiebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus, perque id procuratorum conniuentia uel dissimulatione perfectum, ut agrorum fertilitas destituta, nullos fructus cultoribus præstet. Quia igitur est statum florentia ante patrimonij aridæ sitis molestia fatigari: ad meatus pristinos uniuersum aquæ morum, temporis præscriptione sub mota, præcipimus reuocari

Decima regula. De equis principis subtractis, proponitur l. unica C. de grege dominico, his uerbis: Propositis edictis sublimis magnificentiæ tuæ minimi maximique moneantur, ut sciant singulas libras auri ex proprijs facultatibus seruandas pro singulis equis uel equabus, siue Hermogenianis, siue Palmatijs, nisi spontè eos obtulerint: in his uerò, quos ex alijs gregibus occupatos esse constiterit, sex auri uncias fisci iuribus inserendas.

Vndecima regula. De pecunia fisci non danda mutuo, proponitur l. 1. C. de his qui ex publicis, &c. his uerbis: Si quis ab actoribus, tabularijs, arcarijs, officijsque rationum, fœnebrem pecuniam sumpserit: detectus in eodem ad quadrupli pœnam ex hac authoritate teneatur. *Concordat l. 2. C. eod. tit. his uerbis*: Sciant omnes accipiendi mutuo ex sacris largitionibus auri nõ patêre cuiquam facultatem. Quod si quis aurum ex nostro ęrario priuatis commodis profuturum occultè aut cautionis, aut sponsionis fidei, ut debitor redditurus sine nostra authoritate acceperit: ablatis bonis omnibus, perpetuæ deportationis subdatur exilio. Is etiam qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodauerit aut dederit, capitali sententiæ subiugetur. *Concordat insuper l. 1. C. de his quæ ex publica collatione illata sunt, cuius uerba cum alijs similibus uide* s. *cap. 5. quæst. 6. reg. 7.*

¶ De Venditione & alienatione rerum fiscalium.

I. QVIBVS VENDENDA.

De re quæ incidit in commissum: hanc dominij emere non prohibetur. quæ regula approbatur l. 11. §. eã rem. ff. de publicanis. cuius uerba uide s. *cap. prox. in fine.*

II. QVAE VENDENDA, uel non.

Prima regula. De rebus controuersis. proponitur l.22.in prin.ff.de iure fisci, his uerbis: Res quæ in controuersia sunt, non debent a procuratore Cæsaris distrahi: sed differenda est eorũ uenditio, ut diui quoque Seuerus & Antoninus rescripserunt. Et defuncto maiestatis reo, parato hærede purgare innocentiã mortui, distractionem bonorum suspendi iusserunt. Et generaliter prohibuerunt rem distrahi à procuratore, quæ esset in controuersia.

Secunda regula. De re alij pignori obligata, proponitur d.l.22.§.1.his uerbis: Res nexas pignori distrahere procuratores possunt. Sed si ante res alij obligatæ sunt iure pignoris, non debet procurator ius creditorum lædere. Sed si quid superfluum est in re, permittitur pr curatori uendere ea lege ut in primis creditoribus præcedentibus satisfiat, & si quid superfluum est fisco inferatur, aut si acceperit totũ fiscus, soluat ipse. Vel simpliciter si uendidit procurator, iubeat pecuniam quam deberi creditori priuato fuerit probatum, exolui ei: & ita diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

Tertia regula. De re fisco cum alio communi, proponitur l.unica.C. de uenditione rerum fiscalium, his uerbis: Forma est, quoties ad fiscum uel minima portio rei pertinet, ut uniuersa à procuratoribus meis distrahantur. Sed precium partis tantum in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dedisti, apud suum iudicem conueni, usurum defensionibus, si quæ sibi competunt.

Quarta regula. De actoribus bonorum non uendendis, proponitur l.5.ff.de iure fisci, his uerbis: Bonorum fisco uendicatorum actores uenundari à procuratoribus non possunt: & si distrahantur, irritam fieri uenditionẽ rescriptum est. *Concordat l.10.ff.eod tt.his uerbis*: Ne procuratores Cæsaris bonorum actores, quæ ad fiscũ deuoluta sunt alienent, Impp. Seuerus & Antoninus rescripserunt. Et si manumissi fuerint, reuocentur ad seruitutem. *Concordat item l.46.§.actores ff.eod.tt. his uerbis*: Actores qui aliquod officium gerunt, in bonis quæ distrahunt, procuratores uenundare inconsultis principibus prohibentur: & si ueneant, uenditio nullas omnino uires habebit.

Quinta regula. De prædijs tamiacis, proponitur l.2.C.de prædijs tamiacis. hisce uerbis: Meminimus pragmaticam sanctionem iussisse fundos tamiaci iuris in prouincijs positos, necnon etiam possessiones gomatici saltus sub certa forma (saluo scilicet canone & tributarijs co lati bus ijsdem prędijs impositis) uolentibus distrahi, quatenus quidquid ex precijs memoratorum fundorum possit re stitui, publico inferatur. Sed licet per eandem sanctionẽ huiusmodi uenditionũ contractibus plenissima delata sit cautio: attamen perpetuæ emptionis securitati consulentes, huius etiam perpetuæ constitutionis authoritate muniri eosdem emptores præcipimus.

III. QVANTI VENDENDA.

Non quanti ea fiscus emit, sed quanti nunc æstimantur. quæ regula approbatur l.3.§. diui fratres. ff de iure fisci, his uerbis: Diui fratres rescripserunt, in uenditionibus fiscalibus fidem & diligẽtiam à procuratore exigendam: & iusta precia non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimatione constitui. Sicut enim diligenti cultura precia prædiorum amplientur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est.

IIII. *Officium uendentis proponitur uerbis iam dictis hisce*: In uenditio bus fiscal us fidem & di igentiam à procuratore exigendam.

V. EVENTVS VENDITIOnis, aliuaq; alienationis & consequentia.

Prima regula. Res fiscalis alienata, regulariter ad eum pertinet, cui alienata est, nec ei à o uel imperatore potest auocari. quæ regula approbatur l. 5. C. ne fiscus rem quam uendidit euincat, hi uerbi Retractare fiscum quod semel uendidit, æquitatis honestatisq; ratio non pat ur. *Concordat l.1.C.eod.tt. his uerbis*: Grau simum uerecundia mea duxit, ut cuius rei precium cum bona fide esset addicta, seme f us acceperit, eius controuersiam referat. Non solum ergo emptorem ab eadẽ statione, sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere æquum est, cum etiam in his uenditionibus emptore non inquietato, of cia inter se possint experiri. *Concordat item l 6.C de fundis patrimonialibus, his uerbis*: Hi quibus patrimoniales possessiones per Asi nam & Ponticam diœcesin uel à nobis, uel a diuis parentibus nostris sacra largitate donatæ sunt, inconcusse possideant, atque ad suos posteros transmittant. Quod quidem non solùm in hæredibus, sed etiam in co a-ctibus omnis generis uolumus custodiri. *Item concordat l. §.fin ff.de iure fisci, his uerbis*. Si ab eo cui ius distrahendi res fi i datum est, fuerit distractum: quod fisci fuerit statim fit emptoris, precio tamen soluto. *C at item l.4.C.de fundis patrimon. his uerbis*: Fun patrimoniales, & qui ex emphyteutico iure ad domum nostram diuersis generibus deuoluti

luti

luti sunt, sic eis qui eos poposcerint cedant, ut commissi metus esse non possit: neque enim magis commodamus nostra, quàm tradimus ea iure dominij: ita tamen, ut ea quæ in nostra possessione positi præstiterint, & in posterum soluant. *Concordat item l. 1. C. de fundis rei priuatæ, his uerbis*: Vniuersi cognoscant has possessiones, quas de fisco nostro comparauerunt seu comparant, nullo à nobis iure retrahi: sed ꝓpria firmitate possessas, etiam ad posteros suos dominij perpetui durabilitate dimitti. *Itē concordat l. 4. C. de diuersis prædijs urbanis, his uerbis*: Eos qui actione prima fundorum iuris patrimonialis, siue templorum possessores effecti sunt, uel fuerint, firmū dominiū tenere decernimus, ne ulterius uacillet uniuscuiusq; possessio, sed teneat quisq; ius propriū qđ dato precio roboratū est uel fuerit. *Concordat item l. 5. ibi: Cum sufficiat. C. eod. 11. cuius uerba uide* }. *cap. proxim. q. 3. reg. 7. except. 2. Concordat item l. 5. C. de locatione prædiorum ciuilium, his uerbis*; Prædia domus nostræ si semel iure perpetuo, uel nostra præceptione, uel authoritate illustris uiri comitis ærarij priuati, apud aliquem fuerint uel iamdudum sint collata: ad aliū trāsferri perpetuarium non oportet. Apertè enim definimus hoc edicto, ut à perpetuario nunquā possessio transferatur, etiam si alteri eam Imperator, &c. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi nondum solutum sit precium. quæ exceptio approbatur l. 5. §. fin. ff. de iure fisci, cuius uerba uide paulo superius ead. reg. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non uendita sit res fiscalis, sed donata. quæ replicatio approbatur l. 6. C. de fundis patrimonialibus, cuius uerba uide paulo superius. Altera replicatio est: Nisi iure emphyteutico res sit concessa. Hæc replicatio approbatur l. 12. C. de fundis patrimonialibus, his uerbis*: Possessores, uel emphyteuticarij patrimoniales, qui fundos minimè nuncusq; comparauerunt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem urgeantur: sed tanquam precijs depensis, sic eis nostri numinis beneficio potiantur, ut quod iuris alter inferendo precium consecutus est, hoc nostra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque ius, in quibus coluit prædijs, quod aut ex successione, aut ex comparatione priuata, aut nostri numinis liberalitate, aut quocunque modo possedit, sciat illibatum intemeratumque seruari: licentia ei concedenda etiam libertates mancipijs ex fundis patrimonialibus atq; emphyteuticarijs, cū fundarum sint domini, ꝓstare. *Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi fundus in tractu Orientis positus, alienatus sit. Hæc exceptio approbatur l. 13. C. eod. tit. his uerbis*: Nulli iam in posterum licere præcipimus, patrimoniales seu limitrophos uel saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad ius transferre priuatum: siue dempto, siue saluo canone iuris fundorum immutatio postuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna coercentes, tam uidelicet petitorem, quàm officium, quod petitionem concedit admitti: licet adnotatio nostra uel diuina pragmatica contra uetitum proferatur.

Tertia exceptio est: Nisi melior conditio postea fisco offeratur. Hæc exceptio approbatur l. 21. §. fin. ff. ad municipal. his uerbis: Imperatores Seuerus & Antoninus respondit: Si ciuitas nullam propriam legem habet de adiectionibus admittendis, non posse recedi à locatione uel uenditione prædiorum publicorum iam perfecta. Tempora enim adiectionibus præstituta, ad causas fisci pertinere. *Concordat l. 1. C. de uendendis rebus ciuitatis, hisce uerbis*: Si sine ulla conditione prædia uendente republica comparasti, perfecta uenditione nulla ratione uereris, ne addictione facta, auferri tibi dominium possit. Tempora enim addictionib. præstituta, ad causas fisci pertinent, nisi si qua ciuitas propriam legem habeat. *Concordat item l. 4. C. de fide instrument. & iure hastæ, his uerbis*: Si tempora quæ in fiscalibus actionibus uel hastis statuta sunt patiuntur, cùm etiam augmentū te facturam esse profitearis, ad rationalem nostrum, ut iustam uberioris precij oblationem admittat. *Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi non fisci, sed ciuitatis res uendita sit. quæ replicatio ex iam dictis constat. Secunda replicatio est: Nisi non fisci, sed patrimonialis principis res sit uendita. quæ replicatio approbatur l. 5. in prin. ibi: Sed nec locabitur. C. de locatione prædiorum ciuilium. cuius uerba uide* s. *ead. reg. in prin. Concordat l. 3. C. de fundis patrimonialib. his uerbis*: Quicunque possessiones ex emphyteutico iure susceperint, ea ad refundendū uti occasiōe nō possunt, qua adserant desertas esse cœpisse tametsi rescripta p obreptionē meruerint. Sed nec auelli eas ab his posse, nec si licitatio ab alio fuerit ꝓmissa: sed eas in perpetuū apud eos qui eas susceperint: & eorū posteritatē remanere, nec si sup hoc rescriptū fuerit aduersus eos impetratū. *Tertia replicat. est: Nisi tēpus adiectioni præstitutū finitū sit. quæ repl. approbatur l. 4. C. de fide instr. & iure hastæ. cuius uerba uide paulo superius. Concord. l. 2. C. de uend. reb. ciuit. hisce uerbis*: Quamuis incrementū conductioni factæ publici prædij uidetur offerri: non tamē additamenti specie oportet fidē locationis infringi: præsertim cum tantū iam tēporis ex contractu decessisse proponas. *Quarta replicatio est: Nisi prior emptor id quod ab alio adiectum est, soluere sit paratus. Hæc replicatio* appro-

approbatur l. 5. §. penult. C. de locatione prædiorum ciuilium, his uerbis: Si ab altero conductore offeratur augmentum: sit in arbitrio conductoris prioris cui res ad tempus locata est, ut si ipse quod alrer adiecit obrulerit, manear penes eum remporalis illa conductio. *Concordat l. 4. C. eod. tit. his uerbis*: Congruit æquitati, ut ueteres possessores fundorum publicorum nouis conductoribus præferanrur, si facta nobis per alios augmenra suscipiár. *Hæc de tertia propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Quarta exceptio est: Nisi ad tempus, non in perpetuum sit facta alienatio. Quæ exceptio approbatur d. l. 5. §. sanè si quis, his uerbis*: Si quis non perpetuo iure, sed ad tempua locatam ab illustri uiro comite terum priuatarum possessionem uidetur adeprus: nõ erit obstaculo principali largitati, si uoluerit in alterum donationem rrásferre, quod ad definitum tempus alter fortè conduxit. *Hæc de prima propositæ quæstionis tegula, eiusq; exceptionibus sint dicta, plures exceptiones colligi possunt ex quæstionib. præcedentib.*

Secunda regula. Is cui res fiscalis uel patrimonialis alienata est, eius alij rursus alienandæ potestatem habet. quæ regula approbatur l. 6. in fine. C. de fundis patrimonialib. cuius uerba uide s̄. reg. prox. in prine. Regula hæc recipit exceptionem in bonis feudalib. de qua re uide Comment. Feudorum.

Tertia regula. Is cui serui fiscales alienati sunt, illos manumittere potest. quæ regula approbatur l. 12. in fine. C. de fundis patrimonialib. cuius uerba uide s̄. reg. 2. except. 1. repl. 2.

Quarta regula. Qui quid à fisco uel Imperatore comparauit, eius nomine ab alio conueniri non potest, sed datur actio in auctorem intra quadriennium. quæ regula approbatur l. 2. cum lege sequente. C. de quadriennij præscriptione. de qua re alibi quoque est dictum.

Quinta regula. Si prior possessor licitatione uictus sit, fructus medij temporis cuius sint, definitur l. ultim. in prin. ff. de iure fisci. de qua re dicetur de in Diem addictionibus.

Sexta regula. De tributo præteriti temporis ab emptore agnoscendo, proponitur l. 36. ff. de iure fisci, his uerbis: Prædijs a fisco distractis, præteriti téporia tributum eorundem prædiorum emptorem spectare placuit. *Plura de hac re uide s̄. cap. 5. quæst. 3. reg. 11.*

Septima regula. De iure creditorum quibus res à fisco alienata pignori obligata est. proponitur l. 22. §. 1. ff. de iure fisci, cuius uerba uide s̄. quæstione secunda, regula secunda.

Octaua regula. Actio quæ competebat aduersus eum cuius bona à fisco uendita sunt, competit aduersus bonorum emptorem. Quæ regula approbatur l. 41. ff. de iure fisci, his uerbis: Eum qui bona uacantia à fisco comparauit, debere actioné, quæ contra defunctum compeтebat, excipere. *Concordat l. 13. §. item si quis. ff. de petit. hæred. his uerbis*: Si quis à fisco hęreditatem, quasi uacantem emerit, æquissimum erit utilem aduersus eum dari actionem. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi fisco uendenti actio competebat aduersus eum, cuius bona sunt uendita. Hæc enim actio aduersus emptorem danda non est. quæ exceptio approbatur l. 6. C. de fide instrument. & iure hastæ, his uerbis*: Si quis proscribente ac distrahenre fisco debitorum fiscalium emerit facultates, pro earum rerum tanrum precio obnoxij sint, quas eos patuerit decursis hastia & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, ut nullius conuentionis reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subite iacturam. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi præteriti temporis tributum fisco debeatur. quæ replicatio approbatur l. 36. ff. de iure fisci. cuius uerba uide paulo superius regula sexta.*

DE LOCATIONE ET iure emphyteutico rerum fiscalium. Caput IX.

I. QVIBVS LOCANDA prædia fiscalia.

PRima regula. *De minoribus annis, proponitur l. 45. §. fin. ff. de iure fisci, his uerbis*: Minoribua uigintiquinq; annis neq; fundus, neq; uectigalia locanda sunt, ne aduersus ea beneficio ætatis utanrur.

Secunda regula. De ueteribus & nouis conductoribus utrùs potius locanda? uide s̄. cap. prox. quæst. 5. reg. 1. except. 3. repl. 4.

Tertia regula. De Palatinis, proponitur l. unica. C. quibus ad conduct. prædior. fiscalium accedere non licet, his uerbis: Nullus Palatinorum qui in officio tei nostræ priuatæ militat, conductionis nomine uel per se, uel per quamlibet personam possessionum huiusmodi conducendarum habeat facultatem: cum neque militi, neque curiali hoc faciendum permittimus.

II. QVANTI LOcanda.

Prima regula. De pensione in pascuis, saltibusq; rei priuatæ non amplianda, proponitur l. 1. C. de pascuis publicis, hisce uerbis: Cum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibusq; tei priuaræ pensio debeat ampliari: nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Erenim idcirco grauiorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, ut animalia ex rebua priuatis nostris à locorum pastibus arceantur. Quod fieri non oportere diuæ memoriæ Iulianus prorogata iussione constituit. Quate excellentiæ authoriras

tua

tua conuentis prouinciatum rectoribus, nõ esm licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinã faciunt ciuitates, sed eam manere decernet, quam statuit antiquitas.

Secunda regula. Ob meliorationes emphyteutæ pensio seu canon augeri non debet. quæ regula approbatur l.2.C.de fundis rei priuatæ. cuius uerba uide s. capite quinto, quæstione 3.regul.10. Item concordat l.16.C.de omni agro deserto. cuius uerba uide s. d. regula decima.

III. EVENTVS, ET IVra conductoris atq; emphyteutæ.

Prima regula. Periculo locantium officiorum prædia colonis traduntur. quæ regula approbatur l.1.C.de locatione prædiorum ciuilium, his uerbis: Diui patris nostri aperta præceptione cauetur, fundos ex re priuata nostra ita tradi perpetuarijs, ut periculo collocantium officiorumque tradantur. Neque enim quidquam potest ex deuotionis plenitudine uacillare, si apparitione iudiciaria & fundi idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fideiussione est munita: quorum si alterum uel utrunque neglectum est, quæ ex hoc titulo pensitatio canonica desideratur, ex officiorum facultatibus seruetur. *Concordat l.7. in fine. C.de fundis patrim. cuius uerba uide J.reg prox.*

Secunda regula. De cautione à conductore uel emphyteuta præstanda, proponitur uerbis iam dictis hisce: Et inde fiscalis indemnitas idonea fideiussione est munita, &c. *Concordat l.7. C.de fundis patrimonialibus, his uerbis:* Quicunque ad emphyteusin fundorum patrimonialium uel reipublic. iussu nostri numinis uenerit: is si redundantia fortunarum idoneus fuerit, ad restituenda, quæ desertis forte possessionibus requireretur, patrimonium suũ publicis implicet nexibus. Si uerò minor facultatibus probabitur, datis fideiussoribus idoneis ad emphyteusin accedat: scientibus his quos talium rerum cura sollicitat, in se negligentiæ damna, si huiusmodi cautio defuerit, esse uertenda.

Tertia regula. Conductor nihil ex fundo fiscali potest transferre. quæ regula approbatur l.45.§. conductor. ff. de iure fisci. cuius uerba uide s.cap. 3. quæst.9. Quid ueniat, reg.2.

Quarta regula. Emphyteuta ius suum alij potest donare. quæ regula approbatur l.1.C.de fundis patrimonialibus, his uerbis: Si quis fundos emphyteutici iuris salua lege fisci citra iudicis autoritatẽ donauerit, donationes firmæ sunt: dummodo suis quibusque temporibus ea quæ fisco pensitanda sunt, repræsentare cogantur.

Quinta regula. De usu aquæ proponitur l.1.C.de mancipijs & colonis patrimonial. his uerbis: Emphyteuticarios grauant coloni, agros præter cõsuetudinem usurpantes quos nullis culturis erudierunt, cum solennitas id eos attrectare permittat, quod eorum labore uel oliuetis est insitum, uel uineis, sed & irriguas fontium aquas usurpare conantur, quarum fructus solis emphyteuticarijs debentur. Ideoque placuit, ut deinceps aquarũ ius, potestasq; penes emphyteuticarios permaneat: tantumq; ex eis colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorũ sufficere manifestum est, quos ipsi colunt. Pro modo autem superfluæ irrigationis, quam ultra culturas suas usurparint, emphyteuticarijs possessoribus pensiones, accessionesque præbeant.

Sexta regula. Emphyteuta uel emptor fundorum fiscalium non potest expellere colonos fisci. quæ regula approbatur l.3.C.d.ti. his uerbis: Cognouimus à nonnullis qui patrimoniales fundos meruerunt, colonos antiquissimos perturbari, atq; in eorum loco uel seruos proprios, uel alios colonos subrogari. Edicti itaq; huius authoritate sancimus, eos qui deinceps aliquid crediderint huiusmodi attẽtandũ, ijsdem possessionibus esse priuandos.

Septima regula. De soluenda pensione. Emphyteuta non soluens pensionem, cadit emphyteusi. quæ regula approbari uidetur l.4. in fine. C.de fundis patrimonialibus. cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.5.reg.1 in prin. Concordat l.2.§.si quis autem. C. de fundis rei priuatæ, his uerbis: Si quis in annis singulis nõ soluerit debitum, ex re ipsius quod in reliquis remansisse claruerit, sine aliquibus dependere cogatur inducijs. *Plures leges concordantes uide s.cap.4.quæst.1.reg.2.except. 2. in fine. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi emphyteuta sit minor ætate. Hæc exceptio approbatur l.2.C de fundis patrimonialib. his uerbis:* Patrimonialis fundi pensitationem seu aurariã, seu frumẽtariã intra tẽpus omissam minorũ dominio nõ nocere pcipimus: nec ad fraudem iuris eorũ accedere, si quod solenniter debetur paulo serius inferatur: ita tamẽ, ut permanẽte substantia paruulorũ iudex tutorẽ uel curatorem, per quem differtur illatio, negligentiæ suæ & deserti officij pœnas exigat, & damna deplorare cõpellat. *Secunda exceptio uidetur esse: Nisi possessor dempto canone fundũ cõparauit. Hæc exceptio reprobatur l. 7. C. de fundis rei priuatæ, his uerbis:* Nemo depto canone ad cõparationẽ dominiiq; possessionis accedat. Quòd si qs in posterũ ad interdictũ contractũ accesserit, eũ uolumus precia pdere ppetuò, nec expẽsarũ uel melioratæ rei fructuũ exactioni compensationem opponere, nec tẽporis sibimet cõtra nostra cõmoda pscriptione (excepto uetustatis auxilio) blãdiri.

Palatinum etiam officium, quoquomodo contractus eiusmodi fuerit celebratus, uel si talem petitionem instruxerint, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre priuato nostræ mansuetudinis ærario: nulla liberalitate nostræ clementię, nulla sanctione contra tanta rei priuatæ commoda ualitura: licet adnotatio uel diuina pragmatica sit, quæ contra uerita canonem uendere concedat, uel pœnam Palatino remittat officio. *Concordat l. 5. C. de diuersis prædijs urbanis, hisce uerbis*: Si quis ex titulo donationis uel emptionis, siue ex alio quolibet titulo possessiones, uel domus, uel ergasteria iuris duntaxat ciuilis, quæ huius iuris esse uerè probantur, cuiuslibet ciuitatis & præcipuè huius æternę urbis, cui maiorem debemus fauorem, tam ciuilis (ut dictum est) iuris, quàm etiam agonotheticas possessiones à consulatu Ausonij & Olybrij, dempto ciuili canone, acceperunt: eos impositum eis canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis, ad quam eædem res pertinuerint, præbere iubemus. Nam si priuati iuris debita nō patimur denegari: multo magis præbenda sunt ciuitatibus quæ iure debentur, cum sufficiat possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionibus in præsenti præbent, uel nunquam ademptum, uel postea impositum: ad hanc iussionem non pertinebunt, sed priuato ærario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt: dominio firmiter apud eos successoresque eorum & detentatores pari modo permanente. *Concordat item l. 1. C. sine censu uel reliquis, his uerbis*: Ex conuentione quidem, qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis cum fundum in dotem daret, ut ipsa tributa agnosceret, actio tibi aduersus eam competere non potest, & si pactum in stipulationem deductum probetur. Sed & si fundus æstimatus, ita ut pars instrumenti significat, in dotem datus est: ex uendito actio, ut placitis stetur, non competit. *Concordat item l. 2. C. eod. tit. his uerbis*: Rei annonariæ emolumenta tractantes cognouimus, hanc esse causam maximè reliquorum, quod nonnulli captantes aliquorum momentarias necessitates sub hac conditione fundos comparant, ut nec reliqua eorum fisco inferant, & immunes eos possideant. Ideoque placuit, ut si quem cōstiterit huiusmodi habuisse contractum, atque hac lege possessionem esse mercatum: tam pro solitis censibus fundi comparati, quàm pro reliquis uniuersis eiusdem possessionis obnoxius teneatur: cum necesse sit eum qui comparauit, censum rei comparatæ agnoscere: nec liceat cuiquam rem sine censu comparare uel uendere. *Concordat denique l. 3. C. eod. tit. his uerbis*: Omnes pro ijs agris quos possident, publicas pensitationes agnoscant, nec pactionibus cōtrarijs adiuuentur, si uenditor aut donator apud se collationis sarcinam pactione illicita uoluerit retinere. Et si necdum translata sit possessio censualis, sed apud priorem fundi dominū fortè permaneat dissimulantib. ipsis, ut nō possidētes pro possidentib. exigātur. *Hactenus leges quibus exceptio proposita reprobatur, expositæ sunt. Planè admittitur exceptio proposita, si princeps dictum pactum confirmauerit. quæ distinctio Accursio autore approbatur l. 11. C. de fundis patrimonialibus, his uerbis*: Ius emphyteutici prædij, quod sine obligationis uinculo retentatum est, iudicio nostro immutabile perdurare præcipimus, possessionem autem quæ sine obligatione speciali fuerit uitiosa, uetustate temporis nolumus adiuuari. *Hæc de Secunda exceptione.*

Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi princeps emphyteutæ prædium patrimoniale donauerit, uel pensionem remiserit. quæ exceptio approbatur l. 5. §. sanè quia. C. de locatione præd. ciuil. his uerbis: Rem diuinæ domus suæ Imperator (si uelit) donabit ei, qui eam possidet iure perpetuo: siue ipse iam meruerit, siue cuiuslibet tituli iure successerit. Videtur enim suam concedere pensionem, non alteri nocere liberalitas, quæ possidentem iure perpetuo dominum eum uult uocari.

Quarta exceptio est: Nisi emphyteuta causetur sterilitatem prædij. Hæc exceptio authore Accursio reprobatur l. 3. in principio. C. de fundis patrimonialib. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 5. reg. 1. except. 3. repl. 2. Plura de regula proposita uide s̄. cap. 4. & ubi de censibus atque tributis indicendis & exigendis est dictum.

Octaua regula. Etiam per partes solutio canonis fieri potest. quæ regula approbatur l. 4. C. de collatione fundorum patrimonialium, cuius uerba uide s̄. cap. 5. quæst. 5. reg. 3.

Nona regula. Finito locationis tempore, conductor inuitus in conductione retineri non potest. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt s̄. cap. 7. de locandis uectigalibus, quæst. 2. reg. 4. Sed & plura de locatione rerum fiscalium uide s̄. d. capite septimo, de Locandis uectigalibus: item capite tertio, in fine.

IIII. AD FINE LOCAtionis remedium.

Ad fine locationis remedium est addictio fundorum desertorum, quod cum alijs quibusdam remedijs proponitur s̄. capite quarto, quæstione prima, reg. 2. exceptione secunda.

DE

DE PRIVILEGIIS FIsci, & uestitu Cæsaris.
Cap. X.

I. AN FISCO PRIVILEGIA competant?

Varia sunt fisci priuilegia. quæ proponẽtur paulo inferius, q. 4. Ista aũt priuilegia regulariter quidem fisco cõpetunt: uerũ eius regulæ exceptio hæc est: Nisi fiscus eius cui successit, causam persequatur. hoc enim casu dictis priuilegijs non adiuuatur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 6. ff. de iure fisci, his uerbis: Fiscus cum in priuati ius succedit, priuati iure pro anterioribus suæ successionis temporibus utitur: cæterùm posteaquam successit, habebit priuilegiũ suũ. Sed utrum statim cum cœpit ad eum pertinere nomen, an uerò posteaquam conuenit debitorem, an posteaquam relatum est inter nomina debitorum, quæritur? & quidẽ usuras exinde petit fiscales, etsi breuiores debebantur, ex quo conuenit certum debitorem & confitentem. At in priuilegio uariè rescriptum est: puto tamen exinde priuilegio esse locũ, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est. Concordat l. 3. §. si posteriori. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. Lib. 8. cap. 9. reg. 1. except. 5. Concordat item l. 2. C. de fiscalibus usuris, his uerbis: Si sub pignore creditum fuit, etiam fiscum qui successit in locum debitoris, usuras præstare oportet, si eas dependi saltem pacto placuit.

II. QVIBVS COMPETANT fisci priuilegia?

Prima regula. De Imperatore & Augusta proponitur l. 6. §. fin. ff. de iure fisci, his uerbis: Quodcunque priuilegium fisco competit, hoc idem & Cæsaris ratio & Augustæ habere solet. Huius exemplum proponitur l. 3. C. de quadriennij præscriptione. cuius uerba uide alibi.

Secunda regula. De ciuitatibus. his fisci priuilegia non competunt. quæ regula approbatur l. 10. ff. ad municipalem, his uerbis: Simile priuilegium fisco nulla ciuitas habet in bonis debitoris, nisi nominatim id à principe datum sit. Concordat l. 21. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. cap. 8. quæst. 5. reg. 1. except. 3.

Tertia regula. De eo qui fisco successit, uel fisco soluit id quod alius debebat. Hic idem in bonis debitoris priuilegium habet, quod habebat fiscus. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt s̃. Libr. 8. cap. 9. reg. 2.

III. ADVERSVS QVOS COMpetant priuilegia fisci?

De hæredibus debitoris fisci, proponitur l. 33. ff. de iure fisci, his uerbis: Eum qui debitoris fisci adijt hæreditatem, priuilegijs fisci cœpisse subiectum esse Vlpianus ait.

IIII. QVAE SINT FISCI priuilegia?

Primum fisci priuilegium est. Quòd habeat ius pignoris in bonis debitoris sui, alijsq; præferatur creditoribus: de quo dictum s̃. Lib. 8. cap. 9. reg. 1.

Secundum fisci priuilegium est. Quòd fisco maiores debeantur iure antiquo usuræ, quã hominibus priuatis: de quo dicetur in loco de Vsuris.

Tertium fisci priuilegium est. Quòd contra fiscum sententia lata intra triennium etiam sine appellatione possit retractari: de quo dictum s̃. Lib. 8. cap. 3. except. 5.

Quartum fisci priuilegium est. Quòd is qui à fisco quid comparauit, eius nomine ab alio conueniri non possit, sed detur actio aduersus fiscum intra quadriennium: quod approbatur l. 2. & l. 3. C. de quadriennij præscriptione, de quo alibi.

Quintum priuilegium. De instrumentis & actis cõtra fiscum non edendis, proponitur l. 45. §. neq; instrumenta. ff. de iure fisci, his uerbis: Neq; instrumenta, neq; acta à quoquã aduersus fiscum edi oportet. Ipse autem fiscus actorum suorum exempla hac conditione edit, ut ne is cui describendi sit potestas, aduersus se uel rempubl. his actis utatur: de quo cauere cõpellitur, ut si usus is contra interdictum fuerit, causa cadat.

Sextum priuilegium. De non respondendo contra fiscum, reprobatur l. 10. ff. de iure fisci, his uerbis: Non putat Modestinus delinquere eum, qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facile responderit.

Septimum priuilegium est. Quòd fiscus euictionis nomine non in duplum, sed in simplum tenetur: quod approbatur l. 5. in prin. ff. de iure fisci, his uerbis: Si curator Cæsaris rem aliquam uendiderit, quamuis duplum uel triplum pro euictione promiserit, tamen fiscus simplum præstabit.

Octauum priuilegium est. Quòd fisco agente, reus cogatur edere instrumenta, quod approbatur l. 2. §. 1. ff. de iure fisci: de quo uide s̃. Lib. 6. cap. 4. quæst. 3. except. 4.

Sunt & plura huiusmodi priuilegia fisci passim suis locis inserta: quorum priuilegiorum exceptio generalis proposita est s̃. q. 1.

V. DE VESTITV CAESAris & fisci.

Prima regula huius loci proponitur l. 10. C. de Murilegulis, hisce uerbis: Lotas in posterum serico blattæ & metaxæ huiusmodi species inferri præcipimus: uiginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant, prioribus etiã cuiuscunq; officij, si statuta cœlestia à quopiã passi fuerint temerari.

Secunda regula. De uestitu Cæsaris à priuatis non

imitando, proponitur l. 1. C. de uestibus holobaris, hisce uerbis: Auratas ac sericas paragaydas auro intextas uiriles priuatis usibus contexere, conficereq; prohibemus, & in gynieciarijs tantùm nostris fieri præcipimus. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Nemo uir auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaydas: nisi hi tantũmodo quibus hoc propter Imperiale ministerium concessum est: non enim leui animaduersione plectetur, quisquis uetito se & indebito non abdicauerit indumento. *Concordat item l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide 5. cap. 1. persf. 9. reg. 2. itẽ cõcordat l. 4. C. eo. tt. his uerbis*: Tẽperent uniuersi cuiuscunq; sint sexus, dignitatis, artis, professionis & generis ab huiusmodi speciei possessione, quæ soli principi eiusq; domui dedicatur: nec pallia tunicasq; domi quis sericas cõtexat aut faciat: pallia tincto conchylio nullius alterius permistione contexta sint, proferantur ex ædibus, tradanturq; tunicæ, aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta cõchylei: nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec eiusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant reddenda ærario: holobara uestimenta uirilia protinus offerantur. Necest ut quisquam de abiurato precio conqueratur: quia sufficit calcatæ legis impunitas. Ne quis uerò nunc huiusmodi suppressione in laqueos nouæ constitutionis incurrat, alioquin ad similitudinem læsæ maiestatis periculum sustinebit. *Concordat item l. 5 C. eod. tt. his uerbis*: Purpuræ nundinas licet innumeris sint constitutionibus prohibitæ, recenti quoq; interminatione uetamus Et ideò septimum de scrinio exceptorum, sextum de scrinio canonum, quintum de scrinio tabulariorum, quartum de scrinio uestiariorũ ad bapheia Phœnices per certum tempus mitti præcipimus: ut omnis fraus eorum prohibeatur solertia timentium, ne quæsitis longo sudore stipendijs careant, etiam uiginti librarum auri condemnatione proposita.

Tertia regula. De uestitu Cesaris in priuatorum officinis non conficiendo, nec ei à priuatis donando, proponitur l. unica. C. nulli licere in frenis, &c. cuius uerba uide 3. Lib. prox. cap. 11. reg. 5.

DE MAGISTRATV MILITARI. Cap. XI.

HActenus de iure Imperatoris et fisci dictum est: nunc de re seu iure militari dicetur, primùm quidem de Personis militaribus, deinde de rebus. Inter personas autem militares, primum locum obtinent magistratus militares, ut sunt magistri militum, magistri officiorum, duces, &c. de quibus in hoc Capite dicendum.

I. DE OFFICIIS MAGISTRATVS militaris atque ducum.

Prima huius loci regula proponitur l. 12. in prin. ff. de re militari, his uerbis: Officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistit.

Secunda regula proponitur d. l. 12. §. 1. his uerbis: Paternus quoq; scribit, debere eum qui se meminerit armato præesse, parcissimè commeatum dare, equum militarem extra prouinciam duci non permittere, ad opus priuatum, piscatum, uenatum, militem nõ mittere. Nam in disciplina Augusti ita cauetur: Etsi scio fabrilibus operibus exerceri milites non esse alienum: uereor tamen si quidquam permisero quod in usum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi sit tolerandus.

Tertia regula proponitur d. l. 12. §. officium, his uerbis: Officium tribunorum est uel eorum qui exercitui præsunt milites in castris continere, & ad exercitationem producere, claues portarum suscipere, uigilias interdum circumire, frumentarionibus commilitonum interesse, frumentum probare, fraudem mensorum coercere, delicta secundum suæ authoritatis modum castigare, principijs frequenter interesse, querelas commilitonum audire, ualetudinarios inspicere.

Quarta regula proponitur l. ult. C. de officio militar. iud. his uerbis: Duces militum, & præcipuè quibus gẽtes (quæ maximè cauendæ sunt) appropinquant, in ipsis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum, imminentibus magisterijs potestatibus, diurnisq; eorum exercitationibus inhærere præcipimus: castrorum quin etiam refectionis lustrationisq; curam habeant, quibus cum principibus, castrorumque præpositis pro laborum uicissitudine limitaneorum militum duodecimam annorum partem distribuendam inter eos uidelicet magisteriæ potestatis arbitrio deputamus.

Quinta regula De militibus à numeris & locis ad alios non transferendis, proponitur l. 4. C. de officio magistri militum, his uerbis: Milites de locis in quibus consistunt, ad alia loca sine speciali nostræ serenitatis authoritate nullatenus transferri præcipimus: ne eorum expensæ in locis, in quibus consistunt, minuantur. Sed si fortè quædam urgens & necessaria causa emerserit, utilitati ac securitati publicæ tam amplissimam prætorianam præfecturam, quàm tuam sedem sine ulla procrastinatione prospicere penitus oportet: & suggestiones ad nostras aures destinare iudicantes tam loca, de quibus milites transferendi

ferêdi ſunt, quàm ea ad quæ peruenire eos oportet, hominsq́; fortiſsimorũ numerorum, in quibus ijdem milites referũtur, nec non quantitatem annonarum, & ante omnia cauſam, ob quam ijdem milites transferendi ſunt: ut poſt talem ſuggeſtionẽ à noſtra authoritate cõpetentia procedant. *Concordat l.14. C. de re militari, his uerbis*: Contra publicam utilitatem nolumus à numeris ad alios numeros milites noſtros transferri. Sciant igitur comites uel duces, quibus regendæ militiæ cura commiſſa eſt, non ſolum à comitatenſibus ac palatinis numeris ad alios numeros milites transferri non licere: ſed ne ipſis quidem ſeu de comitatenſibus legionibus, ſeu de caſtris ripatẽſibus, caſtrenſianis, cæterisq́; cuiquam eorũ transferendi militem copiam attributã, niſi hoc auguſta maieſtas publicæ utilitatis gratia fieri iuſſerit: quia honoris augmentũ non ambitione, ſed labore ad unumquenq; conuenit deuenire. Quòd ſi quis cõtrà fecerit, per ſingulos milites ſingulas auri libras à ſe nouerit exigendas.

Sexta regula. De militibus ad cuſtodiam alienius nõ deputandis ſine permiſſu principis, proponitur l. ult. ibi: Hoc omnifariam. *C. de erogatione militaris annonæ, his uerbis*: Cuſtodiendum ut, &c.

Septima regula. De commeatu dando. Parciſſimè commeatus dandus eſt. quæ regula approbatur l.12. §. 1. ff. de re militari. cuius uerba uide ʃ. reg. 2. Concordat l.1. C. de commeatu, his uerbis: Ne cui liceat præpoſitorum, uel tribunorum cohortium, uel uicariorum & familiarium eorũ tempore expeditionis quocunq; genere cuiquã de militibus à caſtris atq; ſignis uel his etiã locis, in quibus prætendant, diſcedendi cõmeatum dare. Si quis uerò contra hanc legem facere auſus fuerit, & militem contra interdictum commeatum dimiſerit eo tempore, in quo barbarorum incurſio extiterit, & tunc cum præſentes in caſtris & apud ſigna milites eſſe debeant, quiſquam abfuerit, capite uindicetur.

Octaua regula. Ne ultra triginta militibus commeatus ſimul detur, proponitur l.16. §. non danda C. de erogatione militaris annonæ, his uerbis: Non danda pro tempore tribuno licentia triginta uiris amplius ſub commeatus occaſione dimittere. *Concordat d.l.16. §. ſuper his, ibi*: *Quos tantummodo. & §. fin uerò ſaluberrimam. cuius uerba uide ʃ. cap.14. membr.1. reg.16.*

Nona regula. De militib. in priuatos uſus non uſurpandis, proponitur Nouell. c.116. de qua re uide ʃ. cap.13. reg.35.

II. DE IVRISDICTIONE MAgiſtratus militaris.

Pagani ſeu priuati ad iuriſdictionem magiſtratus militaris non pertinent. quæ regula approbatur l.2. C. de officio militarium iudicum, his uerbis: Præcipimus ne quando curiales, uel priuatæ conditionis homines ad militare exhibeantur iudicium, uel contra ſe agentiũ actiones excipiant, uel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri aduerſus comitianũ officium proponi decernimus, ſi quid contra hoc aliquando tentauerit. *Concordat l.1. C. eod. tit. his uerbis*: Nunquam omnino in negocijs priuatorum uel initio militaris, uel executio tribuatur. *Concordat item l.1. C. de officio magiſtri militũ. cuius uerba uide ʃ. Lib.2. cap.11. queſt. 1. reg. 1. except. 2. item concordat l.42. C. de decurionib. his uerbis*: Militaribus uiris nihil ſit commune cum curijs, nihilq́; ſibi licitum ſciant, quod ſuæ non ſubiectum eſt poteſtati: nullum iniuria, nullum uerbere, nullum graui pulſatione tribunus, duxúe aut comes curialem, principalemúe contingat. Si quis poſthac temerario & inconſiderato auſu ullum ex principalibus uiris uſurpata attrectauerit iniuria: ſciat ſe decem libris auri eſſe multandum. *Concordat denuq; Nouell. c.145. cuius uerba uide ʃ. Lib.2. cap.17. de Præſide Piſidiæ.*

III. DE PRIVILEGIIS MAGIſtratus militaris.

Prima regula. Ne illis lauacra præſtentur, proponitur l. unica. C. Ne rei militaris comitib. Lauacra præſtentur. cuius uerba uide ʃ. Lib.2. cap.5. quæſt.1. reg.10.

Secunda regula. Non poſſunt poſt completam militiam agentes in rebus fieri. quæ regula approbatur l.3. C. de officio militarium iudicum, his uerbis: Nemo de his qui in uirorum ſpectabilium ducum officijs militauerit, ſcholæ agentium in rebus quacunq; ſubreptione poſt completam militiam ſocietur, nec agendi uices uiri clariſsimi principis accipiat facultatẽ. Si quis autem aduerſus hæc perennitatis noſtræ decreta, uenire conetur, militia ſpoliatus, proſcriptione pro parte bonorum tertia cõſtringatur.

Tertia regula. Filij officialium militarium illis in militia ſuccedunt. quæ regula approbatur l.1. C. de filijs officialium militarium, his uerbis: Hi qui ex officialibus quorumcunq; officiorum geniti ſunt, ſiue eorundem parentes adhuc ſacramento tenentur, ſiue iam demiſsi ſunt, in parentum militiam uocentur. *Concordat l.2. C. eod. tit. his uerbis*: Filios primipilariorum paternam ſequi conditionem oportet.

IIII. DE MAGISTRO militum.

Prima regula. Milites eius iuriſdictioni ſunt ſubiecti, eſtq́; illis iudex competẽs. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ habẽtur ʃ. Lib.5. cap.5. quæſt.1. except.36.

Secunda regula. Ius uerberandi degradandiq; senatores non habet. quæ regula approbatur l.1.C. de priuilegijs scholarum. cuius uerba uide §. *Libr.1.cap.12.q.1. except.1.in fine.*

Tertia regula. De magistro militum per Armeniam & cæteras gentes, proponitur l.5.C.de officio magistri militum, his uerbis: Cum propitia diuinitate Romanum nobis delatum sit imperiũ, sollicita cura, cauta diligentia pertractantes, prospeximus oportere etiam partibus Armeniæ & Ponto Polemoniaco, & gentibus proprium magistrum militum per hanc legem constituere: tuamq; magnitudinem quæ nobis ex antegestis optimè commendata est, idoneã & talem fore dignitatẽ confidentes eligimus, certasq; prouincias, id est magnam Armeniam quæ interior dicebatur, & gentes Anzetenam uidelicet, Astheaénam. Balabethenam, Ophenam, & Zophenam, & primam & secundam Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum suis ducibus commisimus comite Armeniæ penitus sublato: cunctosq; subdimus numeros, non modò quos in præsenti nouos constituimus, sed etiam de præsentalibus & Orientalibus & alijs agminibus segregatos: non tamen eorum quantitatẽ agminum minuentes, sed quia plures addidimus sine reip. grauamine, & sine augmento sumptuum aliquantos subtraximus: ita tamen ut post hanc subtractionem ampliores remanserint, quàm usq; ad nostra fœlicia fuerant tempora.

V. DE APPARITORIBVS MAgistri militum.

Prima regula. De horum dignitate proponitur l.4. C.de apparitorib. magistrorum militum. cuius uerba uide §. *Lib.1.cap.5.quæst.1.reg.19.*

Secunda regula. De horum immunitate proponitur d.l.4. §. *ita uidelicet Cõcordat.l.1.C.eod.tit.his uerbis*: Qui sese in officijs magistrorum equitum ac peditum militare monstrauerint, ab omni nominationis iniuria excusentur.

Tertia regula. Magister militum horum iudex cõpetens est. quæ regula approbatur l.2.C.de officio magistri militum, his uerbis: Apparitores per Orientem statutos officij tui ad aliud iuditiũ trahi minimè oportebit. Sciat igitur illustris magnificentia tua sub te, siue ciuiliter, siue criminaliter appetãtur, eos litigare debere.

Quarta regula. Qui & quales ordinandi uel non; definitur l.3.C. de apparitorib.magistri militũ, his uerbis: Probari appatitores magisteritæ potestatis neq; curiales, neq; cohortales, neq; censibus adscriptos uolumus.

VI. DE MAGISTRO OFFIciorum.

Prima regula. Ius habet uerberandi degradandiq́; senatores. quæ regula approbatur l.1. ibi: Ea namq. C. de priuilegijs scholarũ. cuius uerba uide §. *Lib.1. cap. 12.q.1.except.1.in fine. Concordat l.3 C.de officio magistri officiorum. cuius uerba uide d.except.1.in fine.*

Secunda regula. De relatione ad Imperatorẽ quotannis facienda, de numero militum & castrorũ cura, proponitur l.4.C.de officio magistri officiorum, his uerbis: Curæ perpetuæ tui culminis credidimus iniungendũ, ut super omni limite sub tua iurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumq; ac clausurarum cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret.

Tertia regula. De quadrimẽstruis scholarium breuibus cõscribendis & deponẽdis, proponitur l.5. §. *fin. C.d.tit. his uerbis*: Quadtimenstruos breues scholatium cura tuæ sublimitatis, & pro tẽpore uiri excellentissimi magistti officiorũ conscribi uolumus, & eos sacro scrinio laterculi præstati ibi deponendos, ut semper noticia eorundẽ scholatium certa sit, neq; publico damnum aliquod infligatur.

DE MILITIBVS. Cap. XII.

I. QVI, ET QVALES MILITES sint recipiendi.

1 PRima regula. *De seruis proponitur l.11. ff. de re militari, his uerbis*: Ab omni militia serui phibentur: alioquin capite puniuntur. *Cõcordat l.2.C.de tyronibus, his uerbis*: Quisquis alieni iuris mancipiũ in tyrocinio militię scribi curauerit: cõuictus ac proditus, auri librá ærario nostro cogatur inferre: mancipio scilicet dño, si factum ignorauerit, reddendo. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi sciente domino seruus militet: hoc enim casu non solum miles recipitur, sed & ingenuus efficitur. quæ exceptio approbatur l.6.C.Qui militare possunt, his uerbis*: Super seruis qui postea ad quandã militiã adspirare tentauerint uel scientib. uel ignorantibus dominis, pręcipimus siquidẽ iguorantibus his eam meruerint, licere dominis adire cõpetentẽ iudicẽ, & suã ignorantiã eo quòd contratiũ minimè probatur ostendere, eoq; modo spoliatos eos militia in suũ dominiũ trahere. Sin uerò scientibus his serui militauerint, cadere quidem eos nõ tantũ dominio eorũ, sed etiam omni patronatus iure: illos uerò ingenuos effectos, siquidem utiles ad militiã eis datam uisi fuerint in ea durare: sin uerò minimè idonei sint, ea priuati. Super illis aũt seruis qui iam militarunt, & adhuc in eadem militia perseuerant, licentiã damus dominis, intra triginta dierum spacium ab eo tempore cõnumerandum, quo præsens sanctio diuulgata fuerit, uel nostrã adire clemẽtiam, uel competentes iudices & suam ignorantiam commendare, eosq; in do-

in dominium ſuum recipere: quo tempore tranſacto ſimili modo tã dominio, quàm omni patronatus iure cadere eos neceſſe eſt *Concordat l. 7. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. Lib. 2. cap. 1. quæſt. 1. reg. 6.*

Secunda regula. De ijs qui ſtatus controuerſiam patiuntur, proponitur l. 8. ff. de re militari, his uerbis: Qui ſtatus controuerſiam patiuntur, licet reuera liberi ſunt, non debent per id tẽpus nomen militiæ dare, maximè lite ordinata: ſiue ex libertate in ſeruitutem, ſiue contrà petantur: ne hi quidem qui ingenui bona fide ſeruiunt: ſed nec qui ab hoſtibus redempti ſunt, priuſquam ſe luant.

Tertia regula. De libero homine bona fide ſeruiente, proponitur uerbis iam dictis hiſce: Ne hi quidem qui ingenui bona fide ſeruiunt.

Quarta regula. De redemptis ab hoſtibus, proponitur itidem uerbis iam dictis, hiſce: Sed nec qui ab hoſtibus redempti ſunt, priuſquã ſe luãt.

Quinta regula. De colonis & ſaltuenſibus, proponitur l. 3. C. qui militare poſſunt, his uerbis: Cura peruigili obſeruare debebit ſublimitas tua, ne coloni uel ſaltuẽſes, aut ultro ſe offerentes ad militiam ſuſcipiantur armatam, aut cogantur inuiti.

Sexta regula. De curialibus & cohortalibus, proponitur l. 4. C. d. tt. his uerbis: Omnes omnino curialis uel cohortalis conditionis conſtituti, nullam armatam militiam in poſterum arripiant.

Septima regula. De eo qui aliam ſuſtinet militiam alterius generis, ſeu de binis militijs eidem interdictis, proponitur l. 5. C. Qui militare poſſunt, his uerbis: His quidem quibus indultum hactenus demonſtratur quo binis aut ternis, pluribuſue mereantur cingulis, non coniunctis ex priſca conſuetudine, ſed abſectis atque diſcrepantibus, detur electio, quem retinendum ſibi potius cenſeant, quem deferendum cognoſcant: ut in eo quod optauerint firmiter maneant, eo quod deſpexerint ſine dubitatione repellantur. In poſterum uerò nemini prorſus facultas pateat eodem tempore pluſquam unius ordinis nomen affectare: interdicendis in commune cunctis (ut dictum eſt) binis pluribuſue militijs, nec dignitatem cõiungere cuilibet alij cingulo concedi: ut & qui ſupplicandum de re uetita nobis exiſtimauerint, pœna decem librarum auri pro temeritate quamuis infructuoſa plectantur: & qui ſuſceperint iuſſionem auguſtam per ſubreptionem elicitam, quod nonnunquam contingit, decem librarum auri mulcta feriantur. Scrinijs etiam nec non officijs, quorum hoc intereſt, ſi non reſtiterint, & hanc pragmaticam legem obiecerint, decem librarum auri diſpendio puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur, ſciant omnes quod extra conceſſum admiſſum eſt, aut actũ fuerit uel notis conſcriptum publicis: ſimile habeatur ac ſi nec impetratum, nec pronunciatum omnino, nec inſertum eſſet ullis matriculis. Scituris etiam omnibus qui merentes in ordinibus armatis ſiue ciuilibus adminiſtrandas ꝓuincias, ſeu gerendos quoſlibet numeros, uel iam etiam ſunt, ſeu de cætero fuerint iuſsione noſtra ſortiti, & ut ſeruetur eis gradus auguſta pro meritis ſanctione: parem indulgendam ſibi licentiam poſtquam depoſuerint ſollicitudinem, aut in priorẽ cingulo protinus perſiſtendi, nullo uindicando titulo dignitatis, quam ſollicitudo media præſtiterit: aut retinendi ſplendorem quem adquiſierint adminiſtrationis obtentu, uerùm priore cingulo deſiſtendi. Monente tamen innata nobis clementia, liberum eſſe cunctis perſpeximus, ſi militia qua decedendum eſt, inter eas habeatur quas uolentibus licet diſtrahere, & in alios eam conferendi & preciã conſequendi, prout in ijſdem agminibus conſueuerit hactenus. Excipiendis uidelicet nec deducendis in hanc perpetuò conſeruandam legem pragmaticam eis, qui binas militias ſimul compoſitas & ſociali nexas conſortio fuerint adſecuti: ut uiris deuotiſsimis ſcholaribus atque candidatis fieri moris eſt, nec non uiris deuotis laterculenſibus & pragmaticarijs, uel à ſecretis contingit, & quos memoralium aut etiam agentium in rebus adornat cingulus, & ſi qui ſimili ſtipendiorum coniunguntur copula. *Concordantes propoſitæ regulæ leges uide ſ. Lib. 2. cap. 1. quæſt. 1. reg. 17.*

Octaua regula. De negociatoribus ne militent, proponitur l. unica. C. negociatores ne militent. cuius uerba uide ſ. Lib. 2. cap. 18. de apparitoribus, quæſtio. 2. reg. 10.

Nona regula. De eo qui cum uno teſticulo natus eſt, proponitur l. 4. in princ. ff. de re militari, his uerbis: Qui cum uno teſticulo natus eſt, quiue amiſit: iure militabit ſecundum diui Traiani reſcriptum. Nam & duces Sylla & Cotta memorantur eo habitu fuiſſe naturæ.

Decima regula. De eo qui ad beſtias datus eſt, proponitur d. l. 4. §. 1. his uerbis: Ad beſtias datus ſi profugerit, & militiæ ſe dederit: quandoque inuentus capite puniendus eſt. Idemque obſeruandum eſt in eo, qui paſſus eſt legi ſe.

Vndecima regula. De in inſulam deportato, proponitur d. l. 4. §. in inſulam, his uerbis: In inſulam deportatus ſi effugiens militiæ ſe dedit, lectuſue diſsimulauit; capite puniendus eſt.

Duodecima regula. De ad tempus relegato, pro-

ponitur d.l.4.§.temporarium, his uerbis: Temporarium exilium uoluntario militi insulæ relegationem adsignat: dissimulatio, perpetuum exilium. Ad tempus relegatus si expleto spacio fugæ militiæ se dedit, causa damnationis quærenda est, ut si contineat infamiam perpetuam, idem obseruetur: si transactum de futuro sit, & in ordinem redire potest, & honores petere militiæ non probibetur.

Decimatertia regula. De damnato iuditio publico, proponitur l.4.§.adulterij.ff.de re militari, his uerbis: Adulterij uel aliquo iudicio publico damnati, inter milites non sunt recipiendi.

Decima quarta regula. De reo criminis capitalis, proponitur d.l.4.§.reus.cuius uerba uide s.Lib.1.cap.2.q.1.except.36. Concordat l.16.ff.eod.tt.his uerbis: Qui metu criminis, in quo reus iam fuerat postulatus, nomen militiæ dedit, statim sacramento soluendus est.

Decimaquinta regula. De eo qui litis causa militiam appetit, proponitur l.2.C.qui militare possunt, his uerbis: Si militiæ nomen dare uultis, offerte uos his qui probandi ius habent. Non autem ignoratis eos qui litis causa militiam appetierunt, postulantibus aduersarijs, solui sacramento solere. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non eo animo ut aduersario se preciosiorem reddat, militiam appetat. quæ exceptio approbatur l.4 §.non omnis.ff.de re militari, his uerbis*: Non omnis qui litem habuit, & ideo militauit, exauthorati iubetur: sed qui eo animo militiæ se dedit, ut sub obtentu militiæ preciosiorem se aduersario faceret. Nec tamen facile indulgendum est extraordinem iudicationis, qui negocium ante habuerunt: sed si in transactionem recidit, indulgendum est. *Secunda exceptio est: Nisi de lite sit transactum quæ exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce*: Sed si in transactionem recidit, indulgendũ est. *Tertia exceptio est: Nisi lis sit finita. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis*: Exautoratus eo nomine non utiq; infamis erit, nec ꝓhibendus lite finita militiæ eiusdẽ ordinis te dare: alioquin etsi relinquat litẽ, uel transigat, retinendus est.

Decimasexta regula. De eo qui in fraudem ciuilium munerum militiam appetit. proponitur l.2.C.qui militare possunt, his uerbis: Non tantum decurionum filijs, sed omnibus in fraudem ciuilium munerum nomina armatæ militiæ dantibus fraudem prodesse displicuit.

Decimaseptima regula. De censibus obnoxio, proponitur l.1.C.de tyronibus, his uerbis: Nullus tyro uagus, aut ueteranus, aut censibus obnoxius, ad militiam accedat.

Decimaoctaua regula. De tyrone uago proponitur uerbis iam dictis.

Decimanona regula. De ueterano proponitur iisdem uerbis iam dictis. Cui concordat l.ult.C.de ueteranis, hisce uerbis: Nullus eorum qui sacramentis inhærere desierit, uel uolens permittatur, uel inuitus militare cogatur, seu seruare iudicium: sententijs quæ non his obseruatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus: nisi fortè reperiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio: tunc enim uelut necdum cingulo deposito, sub militari iudice rem tractari finitiq; præcipimus: nisi principali beneficio specialiter indulto, quidã ex his sese defendant.

II. QVORVM AVTHORITATE milites recipiendi?

Non nisi authoritate principis recipiendi. quæ regula approbatur l.17.C.de re militari, his uerbis: Neminem in ullo numero equitum, uel peditum, uel in quolibet limite sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari concedimus: consuetudine quæ hactenus tenuit antiquata, quæ magisteriæ potestati uel ducibus probatorias militum facere, uel militibus adiungere licentiam tribuebat: ut hi tantum in numeris uel in militijs militent, qui à nostra diuinitate probatorias consequuntur. Viros autem eminentissimos pro tempore magistros militum, nec non uiros spectabiles duces, si supplere numeros pro his qui fatalibus sortibus decrescent, necessarium esse putauerint: ueritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui & quanti, & in quo numero uel limite debeãt subrogati, ut ita demum prout nostræ sederit maiestati, diuina subnoratione subnixi militiam sortiantur, officio quod tuæ sublimitatis actibus obsecundat centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quę statuit nostra serenitas, fuerint uiolata. *Concordant propositæ regulæ ea quæ dicta sunt s.Lib.2.cap.18.de Apparitorib.q.3.*

III. DE MILITVM PRIuilegijs.

Prima regula circa expensas litis, proponitur l.18.§.ut autem, cum sequentib.C.de re militari, his uerbis: Vt omnifariam tam publicæ commoditati, quàm fortissimis prospiciatur militibus, sportularũ exactionem meritò censuimus moderandam: & iubemus nec ipsis ad responsum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus seu ciuilibus causis, etiamsi ex publicis causis descendere, uel ad publicam causam pertinere dicantur: licere aliquid plus quàm unum solidum à singulis uel nolentibus, uel spontanea uoluntate offerentibus suscipere militibus. Ita ut si uniuersitas numeri seu principiorũ monenda sit,

da fit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiat. In his etenim causis nec plures quàm duos primates, quorum nomina semel ac primum gestis interuenientibus fuerint publicata, patimur conueniri: syndico uidelicet prout consuetudo deposcit, legibusque cautum est ordinando. Hoc quoq; adiecto, ut pro omnibus & quibuslibet expensis faciendis, in ingressu iudicij duciani unum tantummodo solidum, nihilq; amplius milites uel syndici litigantes dependere compellantur: ut huiusmodi solatium ad commodum & ad responsum, & eius adiutorum & exceptorũ proficiat: nihil sibi usurpare, uel suo nomine poscere, uel uiris deuotis principalibus, qui ducianum obseruant, uel ducianam apparitionem de præfatis litibus concedendis. Ita uidelicet, ut super litis expensis in personis etiam eorum, quicunq; milites pulsare maluerint, eadem forma ieruetur.

Secunda regula. De immunitate militum, proponetur s. *Lib.*13.*cap.*4 *reg.*14.

Tertia regula. De iudice militum competente proposita est s. *Lib.*5.*cap.*2.*q.*1.*except.*36.

*Quarta regula. Ne milites de eadem re ad diuersos iudices protrahantur, proponitur l.*18.*§. quoniam uerò. C. de re militari, his uerbis*: Quoniam comperimus quosdam temerario animoatque iniquo proposito, anteriore tempore eertos de militibus tam in iudicio sublimitatis tuæ, quàm apud excelsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse, & eosdem eodem tempore ad diuersa quoque protraxisse iudicia, diuersas quoq; super ijsdem personis, ijsdemque causis & negocijs prolatas fuisse sententias: ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidiæ, tantaque confusio querelis, quas eis ingeri contigerit generetur: nemini licere apud sedem magnitudinis tuæ accusatione contra militem seu milites præsentales deposita, conuentioneque oblata, eundem uel eosdem criminaliter uel ciuiliter periussionem uirorum spectabilium iudicum uel ducum inquietare, antequam negocium ex priore actione, prioreq; conuentione finem legitimũ fortiatur. Idemq; uersa uice obseruari, ut siquidem miles seu milites præsentales prouisione uiri spectabilis ducis incusati ac admoniti fuerint, incusatori licentia denegetur, agenti postulationem seu accusationem in iudicio tuæ sublimitatis contra eundem militem uel eosdem milites deponere: nec si eundem uel eosdem tam criminaliter quàm ciuiliter obnoxios esse firmauerit, facultatẽ eidem agenti superesse: & separatis intẽtionibus suis, pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis iudicium, pro ciuilibus aũt uiri spectabilis ducis sublimitatẽ sub uersa uice occupare. Si quis uerò ad huiusmodi tam audacissimũ tamq; æquitati contrariũ conamen prosilierit, eum pro pecuniarijs quidem negocijs iactura litis & damnorum, quæ uitio eius contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus aũt quasi calumniatorẽ conuictum legũ aculeos sentire. Dispositiones aũt antelatas non ad imminuẽdam potestatẽ magisterię per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum ac securitate publica noscimur præstitisse: cum non dubium sit ipsos etiam duces, quibus fortissimi præsentales milites parere præcepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos.

*Quinta regula. Si uniuersitas militum conueniatur, duo primates & syndicum ab ijs rei constituendi. quæ regula approbatur l.*18.*§. ut autem, ibi: In his etenim. C. de re militari. cuius uerba uide* s. *ead. quæstio. reg.*1.

*Sexta regula. Quorum sumptib. militibus proficiscendum, uel in alieno loco immorandum, definitur d. l.*18.*§. fin uerò etiam, his uerbis*: Si necessitate poscente milites ad alia peruenient loca, læsionibus contra curiales seu collatores nihilominus modis omnibus abstineant: & si tam in eundo quàm in redeundo triginta tantum dies oportet eos proficisci, ipsi suas expensas sibi præbendas collatoribus seu curialibus minimè prægrauandis suscipere non cessent: sin autem ulteriore tempore in alijs locis necesse sit eos commorari, expensas eis ulterioris (ut dictum est) temporis ad quæ peruenerint loca ministrari.

Septima regula. De pœnis militum proposita est s. *Lib.*3.*cap.*4.*de militibus.*

IIII. DE MISSIONIBVS militum.

*Prima regula. De diuisione missionum, proponitur l.*13.*§. missionum. ff. de re militari, his uerbis*: Missionũ generales causæ sunt tres: honesta, causaria, ignominiosa. Honesta est, quæ tẽpore militiæ impleto datur. Causaria, cum quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renunciatur. Ignominiosa causa est, cũ quis propter delictum sacramento soluitur. *Concordat l.*2.*§. ignominiæ. ff. de his qui notantur infamia, cuius uerba uide* s. *Lib.*3.*cap.*14.*causa* 9. *Quarta missionis species additur d. l.*2.*§. est & quartum, his uerbis*: Est & quartum genus missionis, si quis euitandorum munerum causa militiam subijsset. Hæc autem missio existimationem non lædit, ut est sæpissimè rescriptum.

Secunda regula. De causaria missione. Hac missi nõ læduntur existimatione. quæ regula approbatur l. 8.

C. de re militari, his uerbis: Causaria missus nulla existimationis macula aspergitur.

Tertia regula. Causaria missione missis militibus instauratio non solet concedi. quæ regula approbatur l. 6. C. d. tt. his uerbis: Semel causaria missis militibus, instauratio non solet concedi obtentu recuperatæ ualetudinis melioris: quando non temerè dimittuntur, nisi quos constet medicis denunciantibus & iudice competente diligenter examinante uitiũ contraxisse.

Quarta regula. De ignominiosa missione, proponitur d. l. 13. §. ignominiosa, ibi: Et is qui. *ff. de re militari, his uerbis*: Is qui ignominia missus est, neq; Romæ, neq; in sacro comitatu agere potest. *Concordat l. 3. in fine. C. de re militari. cuius uerba uide 3. reg. 6.*

Quinta regula. De eadem proponitur ibidem, his uerbis: Etsi sine ignominiæ mentione missi sunt, nihilominus ignominia missi intelliguntur. *Huic quodammodo uidetur contradicere l. 2. §. ignominiæ causa, ibi*: Ignominiosa. *ff. de his qui notantur infamia. cuius uerba uide 3. Lib. 3. cap. 14. causa 9.*

Sexta regula. De effectu ignominiosæ missionis, proponitur l. 3. C. de re militari, his uerbis: Milites ignominia missi, cum infamia notentur, nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possunt. Habeant autem morandi ubi uelint potestatem, præterquam in eis locis, in quibus specialiter arguentur. *Concordat l. 1. in princ. ff. de his qui notantur infamia, cuius uerba uide 3. Lib. 3. cap. 14. causa 9.*

V. DE VETERANIS.

Prima regula. Veterani rei rusticæ operam dare non debent. quæ regula approbatur l. 4. in fine. C. de mancip. & col. patrimoniali, his uerbis: Eos qui castrensibus stipendijs ocia quieta meruerũt ueterani constituti, nequaquam placet tela in usum uomeris & ligonis conuertere.

Secunda regula. De horum dignitate, proponitur l. 3. ff. de ueteranis, hisce uerbis: Veteranis & liberis ueteranorum idem honor habetur qui & decurionibus.

Tertia regula. De ijs iniuria non afficiendis, proponitur l. 2. C. de ueteranis, hisce uerbis: Prouidendũ est ne ueterani qui protectoria dignitate cumulari, aut honores uarios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniurijs. Quod si quis in hoc crimine fuerit deprehensus, rectores prouinciarum pro iurisdictione sua examinantes, factum pro sui qualitate eos coerceant.

Quarta regula. De immunitate ueteranorum, pro ponetur 3. Lib. 13. cap. 4. reg. 15.

Quinta regula. De pœnis ueteranorum, proponitur 3. Lib. 3. cap. 4. de ueteranis.

Sexta regula. De iudice ueteranorum competente, proponitur l. ult. C. de ueteranis. cuius uerba uide 3. q. 1. reg. 19.

Septima regula. De ueteranis latrocinantibus, proponitur l. 3. C. d. tt. his uerbis: Veterani qui ex negligentia uitæ neq; rus colunt, nec aliquid honestum peragunt, sed latrocinijs se dedunt: omnibus ueteranorũ priuilegijs exuti, pœnis competentibus à prouinciarum rectoribus subijciantur.

VI. DE TYRONIBVS.

Vt posteriore loco ponantur, constituitur l. 3. C. de tyronib. his uerbis: Tyrones in scholis loco semper posteriore ponantur: nec enim patimur quenquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorũ prolixitas suffragatur. *Plura de hac regula uide 3. Lib. 2. cap. 1. q. 1. reg. 19.*

VII. DE MILITIBVS LIMITANEIS.

Prima regula. De castellis horum à nemine alio detinendis, proponitur l. 2. C. de fundis limitrophis, hisce uerbis: Quicunq; castellorum loca quocunque titulo possident, cedãt ac deserãt: quia ab his tantum fas est possidere castellorũ territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus iudicauit antiquitas. Quod si ulterius uel priuatę conditionis quispiã in his locis, uel non castellanus miles fuerit detentator inuentus: capitali seutentia cum publicatione bonorum plectetur.

Secunda regula. De prædijs ex quibus militibus limitaneis frumenta conferuntur, ab isto munere non subducendis, proponitur l. 1. C. d. tt. his uerbis: Tyberianus ad possibilitatem singulorũ quorumcunq; locorũ intuens statuit certas possessiones, quæ ad limitẽ frumenta conueherent. Quocirca generali lege sancimus, Tyberiani dispositionẽ oportere obseruari, amouentes qdquid uel potentia cuiuscunq; elicuit, uel furtiua deprecatio: addentesq; nihilominus, in futurũ nulli licere aduersus utilem uetustatẽ & præsentẽ legẽ nostrã importuna & respuenda reposcere.

Tertia regula. De agris qui militibus limitaneis sint assignati, immunitate donandis & non alienandis, proponitur l. 3. C. eod. tt. his uerbis: Agros limitaneos uniuersos cũ paludibus omniq; iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere uacuos, ipsi curare pro suo cõpendio atq; arare consueuerant, & si in præsenti coluntur, ab his firmiter ac sine ullo cõcussionis grauamine detineri: et si ab alijs possidentur, cuiuslibet spacij temporis pręscriptione cessante, ab uniuersis detentatoribus uindicandos, ijsdem militibus sine ullo prorsus (sicut antiquitùs statutum est) collationis onere uolumus adsignari. In his etiam contra eos, qui præceptionibus nostris obuiam uenire tentauerint, præscriptionis

ſcriptionis pœna ualetura. Nam ſi quis fortè, quod minimè audere debuerat, emptionis titulo memorati iuris poſsidet prædia: competens ei actio contra uenditorem intacta ſeruabitur. *Concordat l.8.C.de fundis patrimonialib. his uerbis:* Omnes fundi patrimoniales per Meſopotamiam & Oſdroenam prouincias, quos conſtat diuorum retrò principum ſanctionibus limiti deputatos, ad ius priſtinum ſine ullius adſertionis reuocentur obſtaculo, præbituri omnia quæ antea impendenda neceſsitatibus limitis præberi conſueuerant: ita ut nulli penitus audiantur qui aut reſcripto, aut adnotatione dominium uel emphyteuſin, uel conductionem quolibet genere largitatis de noſtra liberalitate meruerunt.

VIII. DE MILITIBVS CAptiuis reuerſis.

Hi regulariter priſtinum ius ſuum per captiuitatē amiſſum recipiunt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.5.§.à barbaris.ff.de re militari, his uerbis: A barbaris remiſſos milites ita reſtitui oportere, Hadrianus reſcripſit, ſi probabūt ſe captos euaſiſſe, non transfugiſſe. Sed licet hóc liquidò conſtare non poſsit, argumentis tamen cognoſcendum eſt: Et ſi bonus miles antè exiſtimatus fuit, propè eſt ut adfirmationi eius credatur, ſi emanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contubernium agens, nō credatur ei ſi poſt multum temporis redijt. *Concordat d.l.5.§.qui ab hoſtibus, his uerbis:* Qui ab hoſtibus captus eſt, & captum eum non transfugiſſe conſtiterit: ut ueteranus erit reſtituendus, & pręmia & emeritum capiet. *Concordat item l.3.§.ii qui ad hoſtem, ibi: Sed ſi ex improuiſo.ff.eod tit. cuius uerba uide ſ.cap prox.reg.24. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi reuerſus antea ad hoſtes transfugerit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis. Cui concordat l.19.§.transfugæ.ff. de captiuis, de quo alibi. Altera exceptio eſt: Niſi reuerſus eius temporis, quo apud hoſtes fuit, ſtipendia petat. quæ exceptio approbatur l.1.C.de re militari. his uerbis:* Stipendia & donatiua temporis quo apud hoſtes fuiſſe te dicis, reſtitui tibi poſtliminio regreſſo reſtitutoq; non iure deſideras. *Plura de regula propoſita, eiusq; exceptionibus dicentur alibi in iure poſtliminij. Nunc ad officia & delicta militum tranſeundum.*

DE OFFICIIS ET DElictis militum. Cap. XIII.

PRima regula. *De definitione delicti militaris, proponitur l.6.in princ.ff.de re militari, his uerbis:* Omne delictum eſt militis, quod aliter quàm diſciplina communis exigit, committitur: ueluti ſegnitiæ crimen, uel contumaciæ, uel deſidiæ.

II. Regula. *De diuiſione delictorum militum, proponitur l.2.ff.d.tit.his uerbis:* Militum delicta ſiue admiſſa, aut propria ſunt, aut cum cæteris communia: unde & pſecutio aut ꝓpia aut communis eſt. Propriū militare delictū eſt, quod quis uti miles admittit: dedere ſe militem cui nō licet, graue crimen habetur: & augetur, ut in cæteris delictis dignitate gradu, ſpecie militiæ.

III. Regula. *Si quis munus militiæ detrectauerit, proponitur l.4.§.qui poſt, ibi: Grauius autem.ff. de re militari. cuius uerba uide ſ.reg.11.except.4.*

IIII. Regula. *Si quis filium ſuum militiæ ſubtraxerit, proponitur d.l.4.§.qui filium ſuum ſubtrahit, his uerbis:* Qui filium ſuum ſubtrahit militiæ belli tempore, exilio & bonorum parte mulctandus eſt. Si in pace, fuſtibus cædi iubetur, & requiſitus iuuenis uel a patre poſtea exhibitus in deteriorem militiam dandus eſt: qui enim ſe ſollicitari ab alio paſſus eſt, ueniam non meretur. Eum qui debilitauit filium delectum propter bellū indictum, ut inhabilis militiæ ſit: præceptum diui Traiani deportauit.

V. Regula. *Si quis metu hoſtium languorem ſimulauit, proponitur l.6.§.exploratores, in fine. ff. de re militari. cuius uerba uide ſ.reg.25.*

VI. Regula. *Si miles ſe dediderit cui non licet, proponitur l.2.in fine.ff.de re militari. cuius uerba uide ſ.reg.2.*

VII. Regula. *Si miles contumax ſit, & præſidi non obtemperat, pœna deſertoris tenetur, & capite punitur. quæ regula approbatur l.3.§.ſi præſidis.ff. de re militari, his uerbis:* Si præſidis uel cuiuſuis præpoſiti ab executione quis deſiſtat: peccatum deſertionis ſubibit. *Concordat l.6.§.contumacia omnis militis.ff.eod.tit.his uerbis:* Contumacia omnis militis aduerſus ducem uel præſidem capite punienda eſt. *Huius regulæ exceptio uidetur eſſe: Niſi miles contumax rem proſperè geſſerit. Hæc exceptio reprobatur l.3.§.in bello.ff.de re militari, his uerbis:* In bello qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non ſeruauit, capite punitur, etiamſi res benè ceſſerit.

VIII. Regula. *Si miles non reuereatur ſuum ducem uel præſidem, proponitur l.13.§.irreuerens miles non tantum.ff.de re militari, his uerbis:* Irreuerens miles non tantum à tribuno uel centurione, ſed etiam à principali coercendus eſt. nam eum qui centurioni caſtigare ſe uolenti reſtiterit, ueteres notauerunt: ſi uitem tenuit, militiam mutat: ſi ex induſtria fregit, uel manum centurioni intulit, capite punitur.

IX. Regula.

IX. *Regula. Si miles petulans fuit aduersus præpositum, uel manus illi intulit, capite punitur. quæ regula constat ex iam dictis hisce*: Si ex industria fregit, uel manum centurioni intulit, capite punitur. *Concordat l. 6. §. 1. ff. eod. tit. his uerbis*: Qui manus intulit præposito, capite puniendus est, augetur autem petulantiæ crimen dignitate præpositi.

X. *Regula. Si miles propositum suum cum posset non protexit, aut deseruit, proponitur d. l. 6. §. fin. his uerbis*: Qui præpositum suum non protexit cum posset, in pari causa factori habendus est. Si resistere non potuit, parcendum ei. Sed & in eos qui præfectum centuriæ à latronibus circumuentum deseruerunt, animaduerti placuit. *Concordat l. 3. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis*: Qui præpositum suum protegere noluerint uel deseruerint, occiso eo, capite puniuntur.

XI. *Regula. Si seditionem militum concitauit, proponitur d. l. 3. §. qui seditionem. ff. de re militari, his uerbis*: Qui seditionem atrocem militum concitauit, capite punitur: si intra uociferationem aut leuem querelam seditio mota est, tunc gradu militiæ deijcitur. Et cum multi milites in aliquod flagitium conspirent, uel si legio deficiat: auocari militia solet. *Concordat l. ult. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis*: Miles turbator pacis capite punitur.

XII. *Regula. Si legio in aliquod flagitiũ conspiret, uel deficiat, se finitur uerbis iam propositis hisce*: Et cum multi milites, &c.

XIII. *Regula. De desertoribus ut capite puniantur, proponitur l. 5. §. desertor. ff. de re militari, his uerbis*: Desertor si in urbe inueniatur, capite puniri solet: alibi adprehensus, ex prima desertione restitui potest: iterum deserendo, capite puniendus est. *Concordat l. 10. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Qui excubias palatij deseruerit, capite punitur. *Declaratur regula proposita definitione desertoris l. 1. §. desertor habebitur quisquis belli. C. de desertoribus, his uerbis*: Desertor habebitur, quisquis belli tempore abierit à signis. Horum qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium non timebit. Sin uerò flagitiosa ignauia delitescat, per eam in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinsecus quoq; officijs publicis, ubicunque correptus seueritati iudicis offeratur, de generis mortis gladium subliturus. Sin autem rector prouinciæ propositam seueritatem uel gratia, uel dissimulatione distulerit: patrimonij atq; existimationis damno subijciatur, & in officij priores capitaliter uindicetur. *Definitur item desertor. l. 1. §. desertor. ff. de re militari, his uerbis*: Desertor est, qui per prolixum tempus euagatus reducitur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est*: *Nisi quis ex custodia aut carcere aufugerit, hic enim desertoris loco non habetur. quæ exceptio approbatur l. 13. §. eius fugam. ff. de re militari, his uerbis*: Eius fugam qui cum sub custodia uel in carcere esset discesserit, in numero desertorum nõ computandam Menander scripsit: quia custodię refuga, non desertor militiæ est. Eum tamen qui carcere effracto fugerit, etiamsi antè non deseruerit, capite puniendum Paulus scripsit. *Secunda exceptio est*: *Nisi desertor à patre sit oblatus. quæ exceptio approbatur d. l. 13. §. desertorem. his uerbis*: Desertorem qui à patre suo fuerit oblatus, in deteriorem militiam diuus Pius dari iussit: ne uideatur (inquit) pater ad supplicium filium obtulisse. *Concordat l. 4. §. qui filium, ibi: Vel à patre ff. eod. tit. cuius uerba uide s. reg. 4.* *Tertia exceptio est*: *Nisi desertor ultrò fuerit reuersus. Hæc exceptio approbatur l. 5. in prin. ibi: Sed si fuerit ff. de re militari, his uerbis*: Sed si fuerit ultrò reuersus non cum necessitudine, non erit eiusdem sortis. *Planè hoc casu deportandus est. quod approbatur d. l. 5. §. qui in desertione, his uerbis*: Qui in desertione fuit, si se obtulerit ex indulgentia Imperatoris nostri, in insulam deportandus est. *Concordat l. 13. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis*: Diui Seuerus & Antoninus eum qui post quinquennium desertionis se obtulit, deportari iusserunt. Quod exemplum & in cæteris sequi nos debere Menander scripsit. *Quarta exceptio est*: *Nisi desertor postea in aliam militiam nomen dederit. quæ exceptio approbatur l. 4. §. qui post. ff. de re militari, his uerbis*: Qui post desertionem in aliam militiam nomen dederunt, legiúe se passi sunt, Imperator noster rescripsit & hos militariter puniendos. Grauius autem delictum est detrectare munus militiæ, quàm adpetere Nam & qui ad delectum olim non respondebant, ut proditores libertatis in seruitutem redigebantur. Sed mutato statu militiæ recessum à capitis pœna est: quia plerunq; uoluntario milite numeri supplentur. *Quinta exceptio est*: *Nisi plures simul deseruerint. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. si plures. ff. de re militari, his uerbis*: Si plures simul primò deseruerint, deinde intra certum tempus reuersi sint: gradu pulsi in diuersa loca distribuendi sunt. Sed tyronibus parcendum est: qui si iteratò hoc admiserint, pœna competenti adficiuntur. *Concordat l. 5. in prin. ibi: Sed & numeri. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. ead. reg. excep. ult.* *Sexta exceptio est*: *Nisi desertor tyro fuerit. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce*: Sed tyronibus parcendum est. *Concordat dicta l. 5. in princip. ibi*: Vel gradus militiæ. *Septima exceptio est*: *Nisi in pace, non in bello deseruit militiam. Hæc exceptio approbatur dicta l. 5. §. qui in pace deseruit. ff. de re militari, his uerbis*: Qui in pace deseruit, eques gradu pellendus est, pedes militiã amittat.

In bel-

In bello idem admissum capite puniendũ est. *Octaua exceptio est: Nisi alibi quàm in urbe desertor deprehẽdatur, hoc enim casu restitui potest: nisi secundò deseruerit. quæ exceptio cum sua replicatione approbatur d. l. 5. §. desertor. cuius uerba uide ŝ. ead. reg. in prin. Nona exceptio est: Nisi desertioni aliud quoq; crimen sit adiunctum: hoc enim casu simplex pœna nõ sufficit. quæ exceptio approbatur l. 5. in prin. ibi: Aliudúe quod. ff. de re militari. cuius uerba uide paulo inferius. Concordat d. l. 5. §. qui desertioni, his uerbis:* Qui desertioni aliud crimen adiungit, grauius puniendus est: etsi furtum factum sit, ueluti alia desertio habebitur: uel si plagiũ factũ, uel aggressura, abigeatus, uel quid simile accesserit. *Postremò propositæ regulæ aliæ exceptiones cum iam enumeratis proponũtur l. 5. in prin. ff. de re militari, his uerbis:* Non omnes desertores similiter puniendi sunt, sed habetur & ordinis, & stipendiorũ ratio, uel gradus militiæ, uel loci, & muneris deserti, & anteactæ uitę, sed & numeri si solus uel cum altero, uel cum pluribus deseruit, aliudúe quod crimen desertioni adiunxerit: item temporis quo in desertione fuerit, & eorum quæ postea gesta fuerunt.

XIIII. Regula. *Itidem de pœna desertorum, proponitur l. 3. §. qui militiæ. ff. de re militari, his uerbis:* Qui militiæ tempus in desertione impleuit, emerito priuatur. *Emerito, id est stipendio, Accursio interprete. quæ interpretatio si uera est, concordant propositæ regulæ ea quæ habentur ŝ. Lib. 3. cap. ult. in fine.*

XV. Regula. *De alia desertorum pœna proponitur. l. 4. C. de re militari, his uerbis:* Defunctorum in desertione bona confiscari diuus Marcus & Antoninus pater meus constituit.

XVI. Regula. *Itidem de desertoribus, proponitur l. 2. C. de desertorib. his uerbis:* Si desertores inuenti, resistendum atq; armis oppugnandũ putauerint, tanquam rebelles in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur: ita tamen ut prouinciarum iudices sollicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractatoriarum nomine desertionis suæ crimen defendere moliantur, nec suppositis & cõmenticijs epistolis euadendi habeant facultaté. *Concordat l. 2. C. quando liceat unicuiq; sine iudice, &c. cuius uerba uide ŝ. Lib. 4. cap. 4. q. 1. except. 5.*

XVII. Regula. *De pœna eorũ qui desertores recipiunt & occultant, proponitur l. 1. in prin. C. de desertoribus, his uerbis:* Si quis fortè desertoré agro tectoúe susceperit, atq; apud se diu passus fuerit delitescere, actor quidem uel procurator loci qui hoc sciens prudensq; commiserit, capitali supplicio subiugetur: dominus uerò si huius rei conscius fuerit, prædij in quo latuerit desertor, amissione puniatur. Si quis autem desertoré prodiderit, mediocris loci ingenu, immunitate potiatur.

Neq; solum de his loquimur, qui ꝓximè signis fœlicibus applicati militiæ rudimenta timuerunt, uerum etiam qui stipendijs militaribus degenerem latebram præbuisse monstrantur.

XVIII. Regula *De uagantibus & emansoribus, qui mitius quã desertores puniuntur, proponitur l. 4. §. edictum. ff. de re militari, his uerbis:* Edictũ Germanici Cæsaris militẽ desertorem faciebat, qui diu abfuisset: ut is inter emansores haberetur. Sed siue redeat quis, & offerat se, siue deprehensus offeratur, pœnã desertionis euitat: nec interest cui se offerat, uel à quo deprehendatur. Leuius itaq; delictũ emansoris habetur, ut erronis in seruis: desertionis grauius, ut in fugitiuis. *Declaratur regula proposita definitione emansoris l. 3. §. emansor. ff. eod. tit. his uerbis:* Emansor est, qui diu uagatus ad castra regreditur. Desertor est, qui per ꝓlixũ tẽpus euagatus reducitur. *Pœna aũt uagantium & emansorũ est arbitraria. quod approbatur l. 11. C. de re militari, his uerbis:* Tribuni uel milites nullam euagãdi per possessiones habeãt facultatem: cum signis proprijs in mansionibus solitis ac publicis maneãt. At si quis tã necessaria scita contẽpserit, de eo ac tribuno eius ad nostrã scientiã rectorũ ac defensorũ relationibus protinus referatur, quatenus seuerissimè in eos animaduertatur. *Cõcordat l. 13. §. fin. C. eod. tit. his uerbis:* Si quos milites per ꝓuincias relictis ꝓprijs numeris passim uagari præsides earũ cognouerint, correctos faciant custodiri, donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur, & qd fieri oporteat decernamus. *Propositæ regulæ exceptiones breuiter cumulantur l. 4. §. fin. ff. de re militari, his uerbis:* Examinãtur semper causæ emansionis, & cur, & ubi fuerit, & quid egerit: & datur uenia ualetudini, affectioni parentũ, & adfinlũ, & si seruũ fugienté persecutus est, uel si qua huiusmodi causa sit. Sed & ignorãti adhuc disciplinã tyroni ignoscitur. *Postremò species emansionis, nec non & aliæ pœnæ proponuntur in regulis proximè sequentibus.*

XIX. Regula. *Si exploratione emanet, uel à fossa recedit, proponitur l. 3. §. is qui. ff. de re militari, his uerbis:* Is qui in exploratione emanet hostibus insistentib. aut qui à fossa tunc recedit: capite puniendus est.

XX. Regula. *Si stationis munus relinquit, proponitur d. l. 3. §. qui stationis, his uerbis:* Qui stationis munus relinquit, plusquã emansor est. Itaq; pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militiæ deijcitur.

XXI. Regula. *Si relictis castris ad deprædationem uel latrociniũ se conferat, proponitur l. 3. C. de desertorib. his uerbis:* Qui relictis militaribus castris se ad deprædationes uel latrociniũ contulerint, seueritatem iudicis non euadant.

XXII. Regu-

XXII. *Regula. Si sine cõmeatu absit, pœna proponitur l. 1. C. de commeatu, cuius uerba uide s̄. Lib. 2. ca. 5. quæst. 1 reg. 3. in fine.*

XXIII. *Regula. Si ad diem commeatus non adsit, proponitur l. 3. §. si ad diem. ff. de re militari, bis uerbis:* Si ad diem cõmeatus quis non ueniat, perinde in eum statuendum est, ac si emansisset uel deseruisset pro numero temporis, facta prius copia docendi, num fortè casibus quibusdam detentus sit, propter quos uenia dignus uideatur. *Concordat l. 14. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Qui commeatus spacium excessit, emansoris uel desertoris loco habendus est. Habetur tamen ratio dierũ, quibus tardius reuersus est: item temporis, nauigationis, uel itineris, etsi se probat ualetudine impeditum, uel à latronibus detentum, similiúe casu moram passum (dum tamen nõ tardius à loco se profectum probet, quàm ut occurrere posit intra commeatum) restituendus est. *Porrò alia propositi delicti pœna cõstituitur l. 2. C. de commeatu. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 5. quæst. 3. reg. 3.*

XXIIII. *Regula. De transfugis. l. 7. ff. de re militari, bis uerbis:* Proditores uel transfugæ plerunq; capite puniuntur, & exauthorati torquentur: nam pro hoste, non pro milite habentur. *Alia horum pœna proponitur l. 3. §. fin. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, bisce uerbis:* Transfugas licet ubicunq; inuenti fuerint quasi hostes interficere. *Alia pœna proponitur l. 38. §. 1. ff. de pœnis. bisce uerbis:* Transfugæ ad hostes uel consiliorum nostrorum renunciatores aut uiui exuruntur, aut furca suspenduntur. *Concordat l. 3. §. is qui ad ff. de re militari, bis uerbis:* Is qui ad hostem confugit & redijt, torquebitur, ad bestiasq; uel in furcam damnabitur: quamuis milites nihil eorum patiantur. Et is qui uolens transfugere adprehensus est, capite punitur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi casu, non data opera ad hostes peruenerit. quæ exceptio approbatur ibidem, bis uerbis:* Sed si ex improuiso, dum iter quis facit, capiatur ab hostibus: inspecto uitæ eius præcedentis actu, uenia ei dabitur: etsi expleto tempore militiæ redeat, ut ueteranus restituetur, & emerita accipiat. *Concordat l. 5. §. qui captus, in fine. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si ex improuiso, dum iter facit, aut epistolam fert, capiatur quis: ueniam meretur. *Altera exceptio est: Nisi transfuga multos latrones adprehenderit, & transfugas demonstrauerit. quæ exceptio approbatur l. 5. §. fin. ff. de re militari, bis uerbis:* Qui transfugit & postea multos latrones adprehendit, & transfugas demonstrauit: posse ei parci diuus Hadrianus rescripsit, ei tamen pollicenti ea nihil permitti oportere.

XXV. *Regula. De proditoribus. Hi capite puniuntur. Quæ regula approbatur l. 7. ff. de re militari. cuius uerba uide s̄. reg. prox. in prin. Concordat l. 6. § explo ratores. ff. eod. tt. bis uerbis:* Exploratores qui secreta nunciauerunt hostib. proditores sunt, & capitis pœnas luunt. Sed & caligatus qui metu hostium languorem simulauit, in pari cum eis causa est. *Concordat item l. 38. §. 1. ff. de pœnis. cuius uerba uide s̄. reg prox.*

XXVI. *Regula. Si captus cum posset, non redijt, pro transfuga habetur. quæ regula approbatur l. 5. §. qui captus. ff. de re militari, bis uerbis:* Qui captus cum poterat redire, non redijt: pro transfuga habetur. Itẽ eum qui in præsidio captus est, in eadem conditione esse certum est.

XXVII. *Regula. Si in acie prior fugam capessit, capite punitur. quæ regula approbatur l. 6. §. qui in acie. ff. de re militari, bis uerbis:* Qui in acie fugam prior fecit spectantibus militibus, propter exemplum capite puniendus est.

XXVIII. *Regula. Si agmen excesserit, pœna proponitur l. 3. §. in bello, ibi: Sed qui agmen. ff. de re militari, bis uerbis:* Qui agmen excesserit, ex causa uel fustib. cęditur, uel mutare militiã solet.

XXIX. *Regula. Si uallum transcendat, per murum castra ingrediatur, aut fossam transiliat, pœna proponitur d. §. in bello, ibi: Nec non & si, bis uerbis:* Si quis uallum transcendat, aut per murum castra ingrediatur, capite punitur: si uerò quis fossam transilijt, militia reijcitur.

XXX. *Regula. Si quis causam deprædationis hostibus dederit, uel prædam cũ illis diuiserit, pœna proponitur l. 9. C. de re militari, bis uerbis:* Si quis barbaris scelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, uel si quis alio modo factam diuiserit, uiuus comburatur.

XXXI. *Regula. Si se uulnerauit, uel occidit, pœna proponitur l. 6. §. qui se uulner. ff. de re militari, bis uerbis:* Qui se uulnerauit, uel aliâs mortẽ sibi consciuit, imperator Hadrianus rescripsit, ut modus eius rei statutus sit: ut si impatientia doloris, aut tædio uitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluerit: non animaduertatur in eum, sed ignominia mittatur. Si nihil tale prætendat, capite puniatur. *Concordat l. 38. §. fin. ff. de pœnis, bisce uerbis:* Miles qui sibi manus intulit, nec factum peregit, nisi impatientia doloris, aut morbi, luctusúe alicuius, uel alia de causa fecerit, capite puniendus est: aliâs cum ignominia mittendus est.

XXXII. *Regula. Si miles artem ludicram exercuerit, uel in seruitutem se uenire passus est, capite punitur. quæ regula approbatur l. 14. ff. de pœnis. cuius uerba uide s̄. Lib. 3. cap. 4. de milit. in prin.*

XXXIII. *Regula. Si miles commilitonẽ uulnerauerit, proponitur l. 6. §. si quis commilitonem. ff. de re militari, bis uerbis:* Si quis commilitonem uulnerauit, siquidem lapide, militia reijcitur: si gladio, caput amittit.

XXXIIII. Re-

XXXIIII. *Regula. Est insuper militum delictum segnicies atque desidia. quæ regula approbatur d. l. 6. in prin. cuius uerba uide §. reg. 1.*

XXXV. *Regula. Ne sibi alijsue operas præstet, uel laboret, uel possessiones conducat, sed suam militiam curet, proponitur l. 15. in prin. C. de re militari, his uerbis:* Nemo miles ex his qui præsentes diurno obsequio nostræ clementiæ deputati sunt, & qui in hac alma urbe præsenti comitatui concessi sunt, quiue de alijs numeris, uel legionibus sunt, uel sibi uacet, uel aliena obsequia, sine nutu principali peragere sudeat. Qui autem in huiusmodi facinore fuerint conuicti, militia exuti pœnas consentaneas luere compellentur. Hi uerò qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque librarum auri mulctæ nomine feriantur. *Concordat l. 15. C. eod. ti. his uerbis:* Milites qui à repub. armantur & aluntur, solis debent utilitatibus publicis occupari, nec agrorum cultui, & custodiæ animalium, uel mercimoniorum quæstui, sed propriæ munijs insudare militiæ. Nullum præterea ex militibus posthac prædictis obsequijs uacare magnitudo tua patiatur, sed frequentes in numero suo esse iubeat, ut armorum quotidiano exercitio ad bella se præparent. Quòd si quis ex militaribus iudicibus ullos militum tam diuinis quàm regijs, uel priuatis domibus ac possessionibus, diuersisque alijs obsequijs contra interdictum serenitatis nostræ crediderit deputandos: sciat se ab eo qui contra uetitum fecerit, & ab eo qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. *Concordat l. 16. C. eod. tit. his uerbis:* Militares uiros ciuiles curas arripere prohibemus: aut si aliquã huiusmodi sollicitudinem fortè susceperint, & militia statim, & priuilegijs omnibus denudari decernimus: formidantibus his motum nostræ serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obuiam ire tentauerint. *Concordat item Nouell. c. 116. his uerbis:* Quoniam pleriq; nullam salutis suæ rationem habentes, milites & fœderatos, &c. *Concordat item l. 31. C. de locato & conducto, his uerbis:* Milites nostros alienarum rerum conductores, seu procuratores, aut fideiussores, uel mandatores cõductorum fieri prohibemus: ne omisso armorum usu, ad opus rurestre se conferant, & uicinis graues præsumptione cinguli militaris existant. Armis autem, non priuatis negocijs occupentur: ut numeris & signis suis iugiter inhærentes, rempub. à qua aluntur ab omni bellorum necessitate defendant. *Concordat denique l. ult. C. d. tit. his uerbis:* Licet retro principes multa de militibus qui alienas possessiones, uel domos conductionis titulo procurandas suscipiunt, sanxisse manifestum est: tamen quia res sic est contempta, ut neque interminationis sacratissimæ constitutionis milites memores, ad huiusmodi sordida audeant uenire ministeria, & relictis studijs publicis, signisq; uictricibus ad conductiones alienarum rerum prosilire, & armorum atrocitatem non in hostes ostendere, sed contra uicinos, & forsitan etiam aduersus ipsos miseros colonos, quos procurandos susceperint, cõuertere: necessarium duximus ad hanc sacratissimam uenire constitutionem altius & plenius huiusmodi causam corrigentes. Iubemus itaq; omnes omnino, qui sub armis militant, siue maiores, siue minores (milites autem appellamus eos qui tam sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quàm qui in undecim deuotissimis scholis taxati sunt, nec non eos qui sub diuersis aptionibus fœderatorum nomine sunt decorati) saltem in posterum ab omni conductione alienarũ rerum temperare: scituros quod ex ipso cõtractu ab initio sine aliquo facto uel aliqua sententia cadant militia, & non sit regressus eis ad pristinum gradum, neque beneficio Imperiali, neque consensu uel permissu iudicis sub quo tolerandam sortiti sunt militiam: ne dum alienas res conductionis titulo esse gubernandas existimant, suas militias suamque opinionem amittant, ex militibus pagani ex decoratis infames constituti. Et quod post huiusmodi conductionem, quam penitus interdicimus, à publico susceperint, & hoc sine aliqua mora uel procrastinatione reddere compellantur. Scituris & ipsis qui suas facultates post hanc legem eis ad conductionem permiserint, nostra lege eorum conamine uiolata, quòd nulla eis exactio contra eas concedatur: ut qui alieni appetens constitutus, militem procuratorem elegerit, & à suis cadat reditibus. Pateat autem omnibus huiusmodi copia apud competentes iudices accusationis: ut qui in hac causa delator existat, laudandus magis quàm uituperandus intelligatur: pœna quam contra milites nostrorum præceptorum contemptores, & ipsos qui eis conductiones rerum ad se pertinentium permiserint, statuimus, in futuris causis obtinente.

Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi per ignorantiam quis ei locauerit. quæ exceptio approbatur l. 50. ff. locati & conducti, his uerbis: Si ignorans quis militi quasi pagano locauerit, exigere illum posse probandum est. Non enim contemnit disciplinam, qui ignorauit militem.

XXXVI. Regula. *Prædia in prouincijs in quibus militant, comparare non possunt. quæ regula approbatur l. 13. in princip. ff. de re militari, his uerbis:* Milites agrum comparare ptohibentur in ea prouincia, in qua bellica opera peragũt: scilicet ne studio culturæ militia sua auocentur. Et ideo domum comparate non ptohibentur. Sed & agros in alia prouincia comparare possunt. Cæterùm in ea ptouincia, in quam propter causam prælij uenerunt, ne sub alieno quidem nomine eis agrum comparare licet: alioquin fisco uindicabitur. *Concordat l. 9 ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius.* Ait Iurisconsultus: Et ideo domum comparate non prohibentur. *In his uerbis prima propositæ regulæ exceptio continetur, hæc scilicet: Nisi non agrum, sed domum comparauerit.* *Secunda exceptio est: Nisi in alia quàm in qua militat prouincia, prædium compatauerit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed & agtos in alia prouincia comparare possunt. *Tertia exceptio est: Nisi non suo, sed alieno nomine comparauerit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Cæterùm in ea prouincia, in quam propter causam prælij uenerunt, ne sub alieno quidem nomina ais agrum comparare licet.

Quarta exceptio est: Nisi fiscus bona militis paterna distrahat. quæ exceptio approbatur l. 9. ff. eod. tt. his uerbis: Milites prohibentur prædia comparare in his prouincijs, in quibus militiam exercent, præterquam si paterna eorum fiscus dlsttahat. nam & hác speciem Seuerus & Antoninus remiserunt.

Quinta exceptio est: Nisi stipendijs impletis comparauerit. quæ exceptio approbatur d. l. 9. his uerbis: Sed stipendijs impletis emerè permittuntur.

Sexta exceptio est: Nisi impletis stipendijs uel missione facta, prædium emptum. fisco nondum sit uindicatum: hoc enim casu emptio confirmatur. quæ exceptio approbatur d. l. 9. his uerbis: Fisco autem uindicatur prędium illicitè comparatum, si delatum fuerit. Sed si nondum delata causa stipendia impleta sint, uel missio contigerit, delationi locus non est. *Concordat l. 13. §. 1 ff. de re militari, his uerbis:* Is autem qui contra disciplinam agrum comparauerit, si nulla de ea re quæstione mota missionem acceperit, inquietari prohibetur. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi ignominiosa sit missio. quæ replicatio approbatur d. l. 13. §. illud, his uerbis:* Illud constat præscriptionis huius commodum ad eos qui ignominia causa missi sunt non pertinere: quod præmij loco ueteranis concessum intelligitur. Et ideo & ad eum qui causaria missus est potest dici pertinere, cum huic quoque præmium præstatur.

Septima exceptio est: Nisi per successionem lucratiuam adquisierit. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. fin. ff. de re militari, his uerbis: Milites si hæredes extiterint, possidere ibi prædia non prohibentur.

XXXVII. Regula. *De officio militis missi ad principem, proponitur l. 13. §. si uerò. C. de re militari, his uerbis:* Si quisquam missus à numero uel à tribuno ad comitatum setenitatis nostræ peruenerit (aliter enim eos hoc facere uetamus) illico se uiris illustribus comitibus, sub quorum regimine cõstituti sunt, offerre festinet, & causas profectionis exponat, ut & responsum cœleste mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem.

XXXVIII. Regula. *Si miles arma amisit, uel alienauit, proponitur l. 3. §. miles. ff. de re militari, his uerbis:* Miles qui in bello arma amisit uel alienauit, capite punitur, humanè militiam mutat. *Concordat l. 14. §. arma. ff. eod. tt. his uerbis:* Arma alienasse grauè crimen est, & ea culpa desertioni exæquatur, utique si tota alienauerit. Sed & si partem eorum idem est, nisi quod interest. nam si tibiale uel humerale alienauit castigari uerberibus debet. Si uerò loricam, scutum, galeam, gladium: desertori similis est. Tytoni in hoc crimine facilius parcitur, armorumq; custodi plerunq; ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore.

XXXIX. Regula. *Si arma aliena subtraxit, proponitur l. 3. §. qui aliena. ff. de re militari, his uerbis:* Qui aliana arma subripuit, gradu militiæ pellendus est.

XL. Regula. *De non conspurcandis fluminibus, nec in ijs lauando, proponitur l. 12. C. de re militari, his uerbis:* Cum supra uirentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistat: ideo prouida authoritate decernimus, ut nullus omnino immundo fimo sorditatis fluentis commune poculum polluat, neúa abluendo equorum sudores deproperans publicos oculos nudatus infestet, sed procul à cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluuiorum hoc ipsum faciat.

XLI. Regula. *De familia militum ad eos quatenus admittenda, proponitur l. 10. C. de re militari, his uerbis:* Quicunq; militum ex nostra authoritate familias suas ad se uenire maruerint non amplius quàm coniuges, liberos, seruós etiam de peculio castransi emptos, nec adscriptos censibus ad eosdem excellentia tua dirigi faciat.

XLII. Regula. *Ne sumptibus lędant collatores, proponitur l. 18. §. quibus uiris. C. de re militari, his uerbis:* Viris spectabilibus ducibus

& eos

&eos obſeruantibus ad reſponſum, ſeu adiutoribus eorum curæ ſit, ſi quando ad eoſdem duces milites acceſſiti fuerint, uel de locis in quibus conſtituti, moueri præcepti, ne quolibet modo curiales ſeu collatores quibuſdam afficiantur diſpendijs: ita ſcilicet ut pro militibus inſpiciendis, quandocunque uoluerint uiri ſpectabiles duces etiã præſentales deuotiſsimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum, tempore pacis conuocare procurent. Sin uerò etiam neceſsitate, &c. *reliqua uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 3. reg. 6. Concordat l. 3. C. de erogat. milit. annonæ, his uerbis*: Cœnaticorum nomine milites & eorum ſuperinſtantes nihil penitus à prouincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites, quòd oportet eos commoda ſua, quæ in annonarum perceptione adipiſcuntur, accipiẽtes extrinſecus detrimentis prouinciales non afficere. *Concordat item Nouell. c. 129. cuius uerba uide J. regula 45.*

X L I I I. Regula. *De paleis conuectandis, proponitur l. 2. C. d. tit. de erogat. milit. annonæ, his uerbis*: Viceſimo non amplius lapide milites ſibi iubemus paleas conuectare.

X L I I I I. Regula. *De animalibus militum à pratis & paſcuis publicis, ſimul & priuatis arcendis, proponitur l. 2. C. de paſcuis publicis, hiſce uerbis*: Inſignis authoritas tua hac conditione à publicis pratis ac amœnis paſcuis animalia militum prohiberi præcipiat, ut uniuerſi cognoſcant de emolumentis eorum tuiq; officij facultatibus duodecim libris auri fiſci commodis exhibendas, ſi quiſquã poſthac memorata prata mutilare tentauerit: non minore decernenda pœna, ſi etiam prata priuatorum aut Antiochenorum fuerint deuaſtata. Ita tamen ut ſine læſione prouincialium prouideant curiales, quo pacto animalium militarium paſcuis conſulatur. *Concordat l. 3. C. eod. tit. his uerbis*: Prata prouincialium noſtrorum, & præcipuè rei priuatæ noſtræ perniciosum eſt militum moleſtia fatigari. Ideoq; lege ad ampliſsimam præfecturam promulgata, cenſemus ne hoc deinceps uſurpetur. Super qua re uniuerſos quorum intereſt, conuenire tua magnificentia non moretur: neq; permittat poſſeſſores, uel colonos pratorum gratia qualibet importunitate uexari.

X L V. Regula. *De tran[illegible]tu militum, proponitur Nouell. c. 129. his uerbis*: Præcipuam, multoque, &c.

Hactenus de Officijs & delictis militaribus ſit dictum. Plura huiuſmodi officia atque delicta uide J. cap. prox. item ſ. Lib. 4. cap. 2.

DE REBVS MILITARIBVS.
Cap. XIIII.

Cum de Perſonis militaribus hactenus dictum ſit: nunc de Rebus militaribus nobis eſt dicendum. Sunt autem res militares annona militaris, ueſtis militaris, & hoſpitia.

I. DE ANNONA MILItari.

Prima regula proponitur l. 1. C. de erogatione annonæ militaris, hiſce uerbis: Repetita cõſuetudo monſtrauit expeditionis tempore buccellatum ac panem, uinum quoq; atq; acetũ, ſed & lardum, carnem ueruecinam etiam milites noſtros ita ſolere percipere: in duobus diebus buccellatum, in tertio die panẽ: uno die uinum, alio die acetum: uno die lardum, biduo carnem ueruecinam.

Secunda huius loci regula proponitur l. 4. ibi: Sed in ueteranis. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. 6. quæſtione 1. reg. 1.

Tertia regula proponitur l. 5. C eod. tit. his uerbis: Actuarij niſi expleto triginta dierum ſpacio, pictatia authentica confeſtim tradiderint, ſpecies quas ex fiſcalib. cõditis diſsimulauerint excludere, uel cuius numero ratiocinia pertractãt, ſuperſederint erogare: de proprijs facultatibus uel militibus ipſis, uel fiſcalibus horreis addicantur inferre.

Quarta regula proponitur l. 6. C. d. tit. de erogatione mil. annonæ, his uerbis: Fortiſsimi ac deuotiſsimi milites annonas, & capita ſingulis diebus, aut certè competenti tempore, id eſt prius quàm annus elabatur, de horreis conſequantur: aut ſi perceptionem ſuam ac ſibi debitam ſtudio uoluerint protelare, id quod competenti tempore minimè perceperint, fiſci noſtri commodis uindicetur. *Concordat l. 7. C. eod. tit. his uerbis*: Nulli militarium pro his annonis, quæ in prouincijs delegantur, repudiata, ad tempus ſpecierum copia & inopiæ occaſione captata precia liceat poſtulare: ita ut ſi quis propter anni abundantiam ſuſcipere oblata neglexerit, ac poſtea impoſitis pro neceſsitate rerum pretijs repudiata taxauerit: neque id quod cõtra hanc legem experiri ſinatur exigere, neque id quod accipere diſsimulauerit, conſequatur.

Quinta regula. De fœno præſtando, proponitur l. 8. C. d. tit. his uerbis: Prouincialium commodis nos conuenit ſubuenire. Ad omnium itaque numerorum ſiue uexillationum, aut etiam ſcholarum tribunos, uel uiros illuſtres comites ſublimitas tua faciat peruenire, uti meminerint fœnum militibus iuſtis capitibus præſtandum iuxta legem diui Valentiniani, nec tamen ad oppidum deferendum.

Sexta regula. De paleis conuectandis, proponitur l.2. C. de erogat. milit. annonæ. cuius uerba uide §. cap. prox. reg. 43.

Septima regula. De uino præstando, proponitur l.10. C. eod. tit. his uerbis: Iubemus per omnes prouincias cunctis numeris ac militibus à Nouembri mense de nouello uino annonam dari: quoniam ueteris dispendiosa uidetur erogatio.

Octaua regula proponitur l.12. C. eod. tit. his uerbis: Septem diebus per quos tribuni prætoriani emolumenti gratia solenniter stellatutæ nomine consequuntur, species consistentes non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum uenalium distrahuntur.

Nona regula proponitur l.13. C. eod. tit. his uerbis: Lege repetita censemus, ut si quis militum interclusam specierum exactionem rafrica re tentauerit, uel erogationes statutas ausus fuerit immutare, tã uit spectabilis dux, centum librarum auri, quam eius etiam officiũ pari condẽnationis summa quatiatur adiecta sacrilegij pœna, quæ diualium scitorum uiolatores palàm insequitur.

Decima regula proponitur l.14. C. eod. tit. his uerbis: His scholaribus quibus laborum intuitu tegendos numeros dedimus, de ærarijs annonis singulos solidos per optiones: caballationis quoq; ratione pro administrato tempore debitam, quando militibus erogetur, sine mora præberi oportet: uel si quis eorum antequã accipiat in fata concesserit, quod ex utraque causa ei debebatur, hæredibus eius restitui.

Vndecima regula proponitur l.15. C. eod. tit. his uerbis: Annonas omnes quæ uniuersis officijs atq; sacri palatij ministerijs, & sacris scrinijs cæterisq; cunctatũ adminiculis dignitatũ ad solent delegari, quasq; hi qui ad earum exactionẽ mittuntur, pro cupiditate & libidine sua grauiter ex prouincialium uisceribus eruebant: ad similitudinẽ militum quibus ærariæ præbentur annonæ, adhærere præcipimus, ut omnibus supra designatis emolumẽta debita in precijs dispositio tui culminis pro publica utilitate taxatis, percipiat erogari.

Duodecima regula. De iuramento ab erogatore præstando, proponitur l.16. in prin. C. de erog. mil. annonæ, his uerbis: Iubemus per hanc diuinã dispositionem eos quibus ex officio tuę sublimitatis militatiũ meritorũ, seu cuiuslibet pręstationis cõmittitur erogatio, in primis iurare pro iustitiæ ratione iniunctã sibi sollicitudinem peracturos, & secundum præsentem saluberrimæ nostræ dispositionis obseruationẽ solatiũ (sicut dictum est) publicum erogator manu sua sine ullo dolo & fraude singulis militibus enumeret, quatenus unusquisq; miles accepto per suam manum solatio, ipse cum actuario de negociatione actuarijs permissa, secundũ rationem agat iustitiæ: hoc uidelicet obseruando, ut pro singulis solidis actuario siue statim, siue post unũ duosue seu amplius annos restitutum fuerit debitũ, minus quidem uno tremisse pro tẽporis scilicet breuitate pacisci liceat, amplius eũt quam unum tremissem nullus actuarius pro quoquo tempore sau ennorũ spacio pacisci penitus permittatur: nec ulla possit actuarius machinatione pro temporis prolixitate unius quantitatẽ tremissis excedere.

Decimatertia regula. Vt erogator manu sua annonam eroget militibus, proponitur iam dictis uerbis hisce: Et secundum præsentẽ saluberrimæ nostræ dispositionis obseruationẽ solatiũ, &c.

Decima quarta regula. De pactione usurarũ inter erogatorem & militem, proponitur uerbis supradictis hisce: Hoc uidelicet obseruando, &c.

Decimaquinta regula. De controuersia occasione iamdictæ pactionis orta, proponitur d.l. 16. §. si qua tamen, his uerbis: Si qua inter actuariũ & militẽ super pactione, uel negociatione tẽpore erogationis emerserit dubitatio, iubemus eidem militi dandas pecunias ab erogatore principis dari, & secundum hactenus obseruatam consuetudinẽ easdem pecunias uel ab erogatore principis, uel ab actuario retineri, quatenus causa apud deuotissima principia propositis sacrosanctis scripturis inter actuariũ & militem tractetur: ut ex omni parte miles nullum damnũ sub quacuuque occasione prætetquam id, quod eum ex iusta & permissa actuarijs negociationa deberi constiterit, patietur.

Decimasexta regula. De pecunia absentibus militibus danda, proponitur d.l.16. §. super his, cum sequentibus, his uerbis: Super his quos datis forte commeatibus abesse contigerit, hæc uolumus obseruari, ut pecuniæ quæ erogãdæ sunt, usq; ad triginta milites, quos tantummodo datis cõmeatib. dimitti sacra cõstitutio cõtinet, apud deuotissima principia sequestrentur, illorũ scilicet tãtummodo militum, quorũ intra triginta cõmeatales uiros constitutorum actuarius tempore erogationis pyctacia, utpote habita super pactione protulerit: quatenus cum ijdem redierint milites, causa apud deuotissima principia secundum præfatum modum tractata, utriusq; partis indemnitati similiter consulatur. Non danda pro tempore tribuno licentia triginta uiris amplius sub commeatus occasione dimittere. Sin uerò saluberrimam constitutionẽ offendendo, amplius quàm triginta uiros datis commeatibus tribunus dimittere ausus fuerit: pecunias

nias quidem quę post præfatorũ triginta uirorũ numerũ per commearus dimisis militibus etogandæ fueramt, publicæ rationis erogator non dubitet reportandas. Sciat uero tribunus pręter iam constitutas super huiusmodi facinore interminationes sese de proptijs facultatibus singulis militibus, quibus ultra numerum triginta uirorũ sub nomine cõmeatuum eos dimittendo causa non consequendi publica solatia dederit, quidquid ob iniquam dimisionem amiserint soluturum: nec prius idem tribunus ab eodem discedat numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est quos post permissam triginta uirorum quantitatẽ cõmeatus nomins dimiserit, indemnes in hac parte atq; illæsos reddiderit. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ultra triginta milites per commeatum absint: his enim qui ultra absunt, nõ è publico, sed à tribuno pecunia præstanda. quæ exceptio ex iam propositis patet. Secunda exceptio est: Nisi ad custodiam alicuius milites absentes sint deputati: tunc enim ab ijs quib. deputati sunt, pecunia præstenda. quæ exceptio approbatur l. 17. in prin. C. eod. tt. his uerbis:* Cum sæpe contingit, &c.

Decimaseptima regula. De instrumento erogationis conficiendo, & testimonio perhibendo, proponitur s̄. Lib. eod. cap. 1. pers. 5. reg. ult.

Decimaoctaua regula. Intra quantum temporis annona eroganda, definitur d. l. 16. §. hoc uidelicet, his uerbis: Ante omnia curandum ut pro tempore erogator, postquam datæ fuerint ex publico pecuniæ, intra duos uel tres menses seu quatuor, pro qualitate scilicet spaciorũ commissam sibi sollicitudinẽ erogationis nõ dubitet faciendam, uel si ulterius apud se pecunias publicas differendo erogationem ausus fuerit retinere: sciat se omnibus modis damnũ quod ex negociatione miles sustinuerit ex proprijs facultatibus militibus soluturum. Scientibus his qui præfatæ dispositionis obseruantiam, siue in differenda ultra sigillatim definitum temporis spacium erogatione, siue in qualiber alia parte fustint egressi: non solum esse militię cinguli amisionem, uerũ etiam facultatũ quoq; publicationẽ pro tanto subituros flagitio: & insuper erogationũ quoq; sollicitudinem ab officio tuæ celsitudinis, si imperatoria fuerit uiolata dispositio, ad alios trãsferendam.

Decimanona regula. Mortuis militibus pecunia debita illorum uxoribus atq; liberis debetur. quæ regula approbatur l. 16. §. fin. C. de erogat. milit. annonæ, his uerbis: Omnibus modis obseruari decernimus, ut erogator omnes pecunias quæ mortuis militibus usque ad diem mortis eorum debita fuerant, secundum iam datam diualem constitutionem uxoribus uel liberis eorum non dubitet ministrandas. *Concordat l. 14. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. regula 10.*

Vicesima regula proponitur. Nouell. c. 119. cuius uerba uide s̄. cap. prox. in fine. Hæc de Annona militari eroganda potissimum sint dicta. De eadem autem indicenda, exigenda ac suscipienda, nec non transportanda uide s̄. eodem Lib. capite 4. cum sequentibus.

II. DE VESTE MILItari.

Prima regula. Quando canonem uestium militarium tradi oporteat, definitur l. 1. C. de ueste militari, his uerbis: Omnem canonem uestium ex calendis Septembris usque ad Calendas Aprilis nostris largitionibus tradi pręcipimus: proposita pœna rectori prouinciæ, uel eius officio condemnationis, quæ tuæ iusticiæ uidebitur.

Secunda regula. A' quibus, & quantum conferendum uestis militaris nomine, definitur l. 2. C. d. tt. his uerbis: Prouincię Thraciarũ per tricena iuga seu capita conferant uestẽ. Scythia & Mysia in tricenis iugis seu capitibus, item annua solutione dependant. Per Aegyptum & Orientis partis in tricenis ternis iugis, per Asianam uerò & Ponticam diœcesin, ad eundem numerum in capitibus seu iugis annuæ uestis collatio dependatur, ita ut per Orientem prouinciæ in titulo auri comparaticij, quod per iugationem redditur, cõpensationis gratia perfruantur: exceptis Histonearis & Osdroena & Isauria. Nam eas demum constat aurum comparaticium minimè debere.

Tertia regula. Quantum quibusq; militaris uestis nomine soluendum, proponitur l. 3. C. d. tt. his uerbis: Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari pręcipimus. *Definitur item quæstio proposita l. 4. C. eod. tt. his uerbis:* Militaris adæratio uestis à collatoribus exigatur, sacratissimis uidelicet largitionibus inferenda: ita ut quinque eius partes fortissimis militibus erogentur in precio: sexta uerò portio à gyneciarijs clementiæ nostræ absque ulla uel ipsorum, uel publica incõmoditate pro eadem contextione suscepta, minoribus gregarijsq; militib. in ipsa quam maximè eos desiderate constiterit, specie præbeatur.

III. DE HOSPITIIS militum.

Prima regula. Regulariter omnium domus ad milites hospitio excipiendos tenentur. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi domus sint fabricensium. quæ exceptio approbatur l. 4. C. de metatis, hisce uerbis: Fabricensium domibus ubicunque constitutis, omnem molestiam hospitum præ-

cipimus amoueri. Sed & Antiochensibus & cæterarum ciuitatum fabricis similis domorum excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu. *Secunda exceptio est: Nisi domus sit archiatri sacri palatij uel urbis* Romæ, *magistrorum literarum, uel picturæ professorum. quæ multiplex exceptio approbatur l. 8. C. d. tit. his uerbis:* Archiatros nostri palatij nec non urbis Romæ, & magistros literarum pro necessarijs artibus, uel liberalibus disciplinis, nec nō picturæ professores (si modò ingenui sunt) hospitali molestia, quoad uiuent, liberari præcipimus *De magistris uide item* J. *excep.* 8. *Tertia exceptio est: Nisi illustrium uel clarißimorum, horumq; heredum domus sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 10. C. de metatis, hisce uerbis:* Hac lege sancimus, ut si quis consularem se patriciam meruerit dignitatē, tres domos proprias dū superest, habeat hospitū immunitate securas: hęredes uerò eius filij, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut uxor duarum domorum, suarum excusatione potiautur. Si quis uerò consulatu tantùmodo gloriatur, duas semis domos suas immunes habeat: post fata uerò eius memorati hæredes unam semis domū suā habeant, nullis hospitijs prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis hæredibus, qui solius patriciæ dignitatis sine cō sulatu decoratur insignibus. Præfectorij uerò, nec non & magistri militū duas domos suas habeant, quoad uixerint, hospitibus liberatas. Hæredes uerò eorum memorati unam defendant domum suam simili excusatione munitam. Magistri uerò officiorū, uel quæstores, unam semis domum suam, quoad uixerint, habeāt hospitum onere liberatam: hæredes uerò eorū pręd ícti unam ab hospitibus iure defendant. Comites autem domesticorum & protectorū, & sacrarum largitionum, & rerum priuatarum, & uir spectabilis primicerius notariorum singulas domus suas ab hospitum grauamine dum uiuunt, gaudeant esse securas: memorati uerò hæredes eorum mediam partem unius domus suæ sciant excusatione muniri: residuæ uerò partis dimidię tertiam portionem hospitibus deputādam esse cognoscant. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ultra tres, duas, uel unam domum ab hospitij onere uelint habere excusatas. quæ replicatio approbatur, simul & declaratur uerbis iam propositis. Secunda replicatio est: Nisi honorariæ dignitates sine actu sint constituti. quæ replicatio approbatur d. l. 10. §. fin. his uerbis:* Si qui illustres hononarias dignitates quascunq; sine actu cœlitus impetrauerunt: æquo animo suas domus hospitibus post hanc legem pandant pro tertia quæ legibus præfinita est portione: exceptis uidelicet ergasterijs, quæ in plateis, uel angiportis esse noscuntur. Quod in omnibus domibus quæ hospitales sunt, obseruari iubemus, ut nemo uel ex sacro rescripto, uel ex diuina adnotatione, seu pragmatica sanctione contra hanc legem uti possit excusationis auxilio: his omnibus quæ per hanc legem constituimus, in hac æterna urbe obseruandis. *Concordat l. 9. §. cæterùs uerò. C. eod. tit. his uerbis:* Quibus illustris dignitas sub cingulo uel citra cingulum pro suo solo honore delata est, his excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in his præcipimus obseruari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles nouit, honor tamen additus à nostra liberalitate reddit illustres. *Tertia replicatio est: Nisi is qui in dignitate positus est, metatum in alienis domibus sibi uindicauerit, hoc enim casu priuilegium domus suæ amittit. quæ replicatio uidetur approbari d. l. 9. §. sciturís, his uerbis:* Sciturís omnib. quod si quis cum cingulo perfruatur, & excusationem propriæ domus impetrauerit, ut à pensione etiam portionis tertiæ sit immunis, & militiæ causa metatum alienis domibus sibi crediderit uindicandum: siquidem honore præditus excusationis ius habeat: carebit legum priuilegijs, quas fraudare conatus est. Si uerò inter eos quibus nulla suffragatur dignitas numeretur, centum librarū auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione mulctabitur. *Ad replicationem propositam intelligendam repetenda sunt uerba d. l. 9. §. deinde, hæc nimirum:* Neminem uolumus cuiuslibet loci uel ordinis in hac florentissima urbe, domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus priuilegio militiæ sibi uindicare: quod & in prouincijs obseruari oportet. *Hæc de tertia exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Quarta exceptio est: Nisi domus sit alicuius ex decem post primicerium tribunis. quæ exceptio approbatur l. 11. C. de metatis, his uerbis:* Decem post primicerium tribunos in domibus quas in hac regia urbe possident, metatorum iussimus ualationem mereri.

Quinta exceptio est: Nisi domus sit præpositi sacri cubicularij. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. domus quoq;. C. de præpositis sacri cubiculi. cuius uerba uide J. *Lib. 13. cap. 4.*

Sexta exceptio est: Nisi domus sit decurionis uel silentiarij. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. domus. C. de silentiarijs & decurionibus. cuius uerba uide J. *Lib. 2. cap. 1. quæst. 3. reg. 4.*

Septima exceptio est: Nisi domus sit eius qui in sacris scr. militat. Hæc exceptio approbatur l. 9. in fine. C. de proximis sacrorū scr. cuius uerba uide J. *Lib. 13. cap. 4. regula 16.*

Octaua exceptio est: Nisi domus sit grammaticorũ, oratorum, medicorum, uel philosophorum. Hæc exceptio approbatur l.ult. §.ult. ff. de muneribus, his uerbis: Magistratus qui ciuilium munerum uacationē habent, irem grammaticis & oratoribus, & medicis & philosophis, ne hospitē reciperent à principibus fuisse immunitatē indultam, & diuus Vespasianus, & diuus Hadrianus rescripserunt. *Reliquas propositæ regulæ exceptiones uide in regulis sequentib.*

Secunda regula. De alijs prædijs excepta domo. Hæc ab hospitio sunt immunia. quæ regula uidetur approbari l.5. C. de metatis, hisce uerbis: Deuotum possessorem ab omni inquietudine liberamus. Primo omnium igitur ad nullum prędium publicum uel priuatum, domus nostræ uel cuiuscunq; iuris ullus metator accedat, si à quoquam fuerit destinatus: licentiam enim domino, actori, ipsiq; plebi serenitas nostra commisit, ut eum qui præparádij gratia ad possessionē uenerit, expellēdi habeat facultatē: nec crimen aliquod pertinescat, cũ sibi arbitriũ ultionis suæ sciat esse cōcessum: recteq; sacrilegũ prior arceat, qui primus inuenit. Administrantē uerò, eiusq; officij proceres, quorũ præcepto inhibitam personam ad agrum aliquem destinauerit, in tempus proscribi debere censuimus. Solam sanè hospitalitatē sub hac obseruatione cōcedimus, ut nihil ab hospite quod uel hominum, uel animalium pascuis necessarium creditur, postuletur: omniumq; sit acceleratum iter atq; continuum, nec ulli liceat residere, ne diuturnitas commanentiũ ulla ex parte prædium uexet. Decem etiam librarum auri mulcta ferietur, quisquis administrator, erogator, apparitor, ullusúe militans uel iter agens ullo in loco aliquid ab hospite postulauerit. In tantum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, ut ipsis quoq; præbentibus impunitum esse nō patiamur, si quid sponte contra præceptũ nostrum probati fuerint obtulisse.

Tertia regula. De parte domus hospiti concedenda, proponitur l.2. C.d.tt. his uerbis: In qualibet uel nos ipsi urbe fuerimus, uel in qua hi qui nobis militant commorentur, omnium tam metatorum, quàm etiam hospitum iniquitate submota, duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, ut in tres domo diuisa partes, primam eligendi dominus habeat facultatem, secundam hospes quam uoluerit exequatur, tertia domino relinquenda. Plenum enim æquitate atque iusticia est, ut qui aut successione fruitur, aut emptioue uel extructione gaudet, electam præcipuè iudicio suam partem teneat, & relictam. Ergasteria uerò, quæ mercimonijs deputantur, ad prędictam diuisionis iniuriam non nocentur, sed quieta sint & libera, & ab omni hospitum iniuria defensata, solis dominis conductoribusque deseruiant. Sanè si stabulum (ut adsolet) militari uiro in tertia domus parte defuerit, id ex ergasterijs nisi dominus qualibet occasione prouiderit, pro animalium numero uel domus qualitate deputabitur. Illustribus sanè uiris non tertiam partem domus, sed dimidiam hospitalitatis gratia deputari decernimus: ea duntaxat conditione seruata, ut alter ex his (si libet atque maluerit) diuisionem arbitraria ęquitare faciat, alter eligendi habeat optionem: & firmissimum perpetuò quod iussimus perseueret: ita ut tricenas libras auri qui illustrissima sunt præditi dignitate, fisco nostro se pœnam illaturos esse cognoscant: cæteri uerò militia sciant se esse priuandos si generale præceptum amplius usurpando quàm iussimus reprehensibili temeritate uiolauerint. *Concordat Nouell. c.129. §.penult. his uerbis:* Sancimus, ut nemini omnino nostrorum militum liceat metata sibi in primarijs habitationibus desumere, in quibus ædium domini habitare deprehenduntur: sed illæ quidem dominis suis conseruentur omni molestia & inquietudine liberæ, milites uerò in alijs sibi cœnaculis metata desumant.

Quarta regula. De ergasterijs mercimonio deputatis. Hæc ab hospitio, libera sunt. quæ regula approbatur, simul et distinguitur uerbis iã propositis hisce: Ergasteria uerò quę mercimonijs deputantur, ad prædictam diuisionis iniuriam, &c.

Quinta regula. Quibus competat ius metatorum, seu qui hospitio excipiendi. Hi quorum ædes ab hoc onere sunt immunes, metatum sibi in alienis ædibus uindicare non possunt. quæ regula approbatur l. 9. §. deinde. C. de metatis. cuius uerba uide s. reg. 1. except. 3. repl. 3. in fine.

Sexta regula. De non delenda manu, qua hospitatori nomen ostio est inscriptum, proponitur l. 1. C. de metatis, hisce uerbis: Si quis metatorum nostrorum manũ, qua deputatas singulis quibusq; domus denotant, & postibus hospitatori nomen adscribunt, debere non dubitauerit, ad instar falsi reus constituti huius authoritate teneatur.

Septima regula proponitur l.7. C. de metatis, his uerbis: Deuotissimos milites ex procinctu redeuntes, uel proficiscentes ad bella, muri sacratissimæ urbis singulæ turres in pedeplanis suis suscipiant.

Octaua regula. Vt miles nihil ad se, suumq; animal alendum à domino domus exigat: nec diu in hospitio commoretur, proponitur l. 5. §. solam sanè. C. de metatis. cuius uerba uide s. regula secunda.

Concordat l unica. C. de salgamo hospitib. non præstando, his uerbis: Ne quis comitũ uel tribunorũ, aut præpositorum, aut milirum nomine salgami gratia culcitram, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus, sed nec uolentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferant: sed prouinciales sint nostri ab hac præbirione securi, comitibus, tribunis, uel certè præpositis militibusq; graui uexationi subiacentibus. *Concordat l. 6. C. de metatis. cuius uerba uide J. reg. prox.*

Nona regula. Ne miles balneum à domino ædium postulet, proponitur d. l. 6. his uerbis: Hoc prospectum est, ne infausta hospitalitatis præbitio toleretur, nec balneum quisquam à domino ædium postulet. *Concordat l. unica. C. ne rei militaris comitib. cuius uerba uide* s̄. *Lib. 2. cap. 5. quæst. 1. reg. 38.*

Decima regula. De præmio hospitij, proponitur l. 9. in prin. C. de metatis, hisce uerbis: Omnes qui merata in suis domib. præstant, siue hospitia præbuerint metatoribus, seu quolibet pacto satis eis fecerint, nullam uel pensionis, uel discusionis domus gratia molestiã sustinere cogantur.

IIII. DE ARMIS.

De armis transportandis regula proponitur l. 7. §. quoties. C. de fabricensibus, his uerbis: Quoties in translatione armorum angariæ necessariæ fuerint, sublimitas tua literas ad eminentissimam iubeat dirigi præfecturam, & numerum ei armorum, & ex quo loco transferenda sunt indicet, ut continuò super præbendis angarijs, pro numero eorum quæ transferuntur, armorum præceptione sua uiros clarissimos moderatores prouinciæ conueniat, ut secundum missam à sublimitate tua noticiam, naues uel angariæ confestim de publico prębeantur. Quòd si aliqua tarditas uel negligentia post datas à sublimitate tua ad eminenrissimam præfecturã literas, in destinandis authoritanbus amplissimę sedis intercesserit, & ex hoc armorum transuectio fuerit impedita: quinquaginta libris auri tam numerarium pro tempore officij eiusdẽ amplissimæ sedis, quàm alios quorum interest condemnari præcipimus, eamq́ue auri quantitatem prorinus exactam, fisci iuribus aggregari: mulcta pręterea triginta librarum auri proposita, tam uiris clarissimis, qui prouincias regunt, q̄ eorũ apparitoribus, si conniuentibus his armorum transuectio tarditate aliqua fuerit præpedita. *Hæc de Armis. Plura de his uide* s̄. *cap. prox. regula trigesima octauo, cum reg. sequente. Hactenus ergo de personis & rebus militaribus satis sit dictum. de actibus militaribus dictum* s̄. *inter officia ducum & militum.*

DIGESTORVM LIBER DVODECIMVS.

DE IVRE CIVITATVM.

Iure militari exposito, de iure ciuitatum nobis dicendum est. Vbi ut in præcedentibus de Personis ciuitatum primùm dicetur, deinde de rebus, postremò de ciuitatum actibus, muneribus, & honoribus. In personis autem ciuitatum primum locum obtinet magistratus municipalis.

DE MAGISTRATV municipali. Cap. I.

I. DE MAGISTRATV MVnicipali in genere.

PRIMA Regula. *Vnius hominis uicem sustinet. quæ regula approbatur l. 25. ff. ad municipal. his uerbis*: Magistratus municipales cum unum magistratũ administrãt, etiam unius hominis uicem sustinẽt: & hoc plerunq; quidem lege municipali eis datur. Verùm & si non sit datum, dummodo non denegatum moribus competit.

II. Regula. De cogendo ad magistratum suscipiendum, proponitur l. 18. C. de decurionibus, his uerbis: Si ad magistratum nominati aufugerint, requirantur: & si pertinaci eos animo latêre patuerit, his ipsorum bona permittantur, qui præsenri tempore in locum eorum ad duumuiratus munera uocabuntur: ita ut si postea reperti fuerint, biennio integro onera duumuiratus cogantur agnoscere. Omnes enim qui obsequia publicorũ munerum tentauerint declinare, simili conditioni teneri oportet.

III. Regula. Itidem de cogendo ad magistratũ subeundum, proponitur l. 20. C. d. tt. his uerbis: Cyrenensiũ magistratus desertores, ad eam grauitas tua faciat necessitatem conditionis urgeri, ut quascunq; pro his expensas ciuitas prorogauerit, refundere protinus ac repręsentare cogantur.

I I I I. *Regula. Quæ imperij magis quàm iurisdictionis sunt, magistratibus municipalibus non permittuntur. quæ regula approbatur l. 26. in princ. ff. ad municipalem, cuius uerba uide* ʒ. *Lib. 2. cap. 4. quæstion. 1. Huius regulæ exempla proponantur d. l. 26. §. magistratibus. cuius uerba uide d. quæst. 1.*

V. *Regula. De iure pariendi seruos, proponitur l. 12. ff. de iurisdictione. cuius uerba uide* ʒ. *Lib. 3. cap. 12. quæst. 1. except. 1.*

V I. *Regula. De exigenda pecunia legatorum, proponitur l. 38. §. imperatores. ff. ad municipalẽ, his uerbis:* Impp. Verus & Antoninus rescripserũt, ad magistratus officium pertinere exactionem pecuniæ legatorum. Et si cessauerint, ipsos uel hæredes conueniri, aut si soluendo non sint, fideiussores eorum qui pro his cauerint.

V II. *Regula. De cautione præstanda, proponitur d. l. 38. §. fin. his uerbis:* Impp. Verus & Antoninus rescripserunt, non minus eos qui compulsi magistratu funguntur, cauere debere, quàm qui spontè officiũ agnouerunt. *Plura de hac cautione uide* ʒ. *Lib. prox. cap. 7. membr. 1.*

V I I I. *Regula. De actis conficiendis, proponitur l. 2. C. de magistratibus municipalibus, his uerbis:* Magistratus cõficiendorum actorum habeant potestatem.

I X. *Regula. De actione quæ aduersus magistratum competit uide* ʒ. *Lib. proxim. cap. 7. Sed & huc pertinet l. 34. §. fin ff. de actionibus & obligat. his uerbis:* In duumuiros & in rempub. etiam post annum actio datur ex contractu magistratuum municipalium. *Hæc de Magistratu municipali sint dicta in genere. Plures eiusmodi regulas uide* ʒ. *cap. prox. Nunc de speciebus magistratus municipalis dicendum: uelati de defensoribus ciuitatum, de duumuiris, de decarionibus, &c. Sed & alias huius species uide* ʒ. *Lib. 2.*

II. DE DEFENSORIBUS CIUITATUM.

1. De creandis defensoribus ciuitatum.

I. *Qui creandi? Prima regula proponitur l. 2. C. de defensoribus ciuitatum, his uerbis:* Defensores ciuitatum non ex decurionum seu cohortalium corpore, sed ex alijs idoneis personis huic officio deputentur.

Secunda regula. De orthodoxæ fidei uiris proponitur l. 17. C. de episcopali audientia, cuius uerba uide ʒ. *q. 3. Concordat l. 8. in prin. C. de defensorib. ciuitatũ.*

Tertia regula. De ordine seruando & inuito cogẽdo, proponitur Nouell. c. 15. §. interea igitur, his uerbis: Illud primò sanciendum est, ut ne cuiquam omnium facultas sit ad defensoris ordinationem repudiandam, sed per uices quiq; honoratissimi incolæ suis hoc munus ciuitatib. impleãt (hoc enim & elapsis tẽporib. obtinuisse, inq; usu fuisse didicimus) nemini patefacta copia hoc repudiandi: neq; si magnificentissimorum illustrium dignitate decoratus sit, neq; si insignẽ aliquã militiã habeat, neq; si quod priuilegiũ ex ipsis sacris formis prætendat, & si concessæ formæ pragmaticæ sint: sed omnibus ciuitatis incolis, qui scilicet in aliqua sunt reputatione hanc sollicitudinẽ in circulũ implentibus, & cum circulus desinit, iterum ad eã reuertentibus, & prædictũ munus obeuntibus, ut defensor iudex potius quàm defensor esse uideatur. Decreto utiq; cum omnium cõmuniter iureiurando facto, qui illius ciuitatis incolæ sunt, non autem eorũ qui ibi tantum commorantur. *Concordat d. c. 15. §. ac si ciuitatis, cuius uerba uide* ʒ. *quæst. prox. Item concordat d. c. 15. §. cæterùm si qua, his uerbis:* Si qua defensoris ordinatio præter hæc facta sit, aut is ad quem ex ordine defensoris creatio peruenit, prætextu dignitatis uel militiæ, uel priuilegij, uel alterius rei eam solicitudinem deprecetur: sciat ille quinque so librarum auri pœnam subiturum, & nihilominus post eius pecuniæ in ciuitatis opera cessuræ exactionem, cogendum defensoris expedire sollicitudinem. Conuenit enim ut honestiores quiq; ciuitatibus, quas incolunt, operam ac ministerium suum exhibeant, & hanc quodammodo ipsis pro incolatu gratiam rependant. *Concordat item d. c. 15. §. assumet uerò, his uerbis:* Assumet excellentia tua & hoc in partem tuarum iussionum, ut iam inde scilicet gentium præsides operam dẽt, quo magis hi defensores nominẽtur (in circulum scilicet, ut dictum est) de quibus bona est, in quaq; ciuitate opinio, & ut decreta in cõmune fiant unà cũ iureiurando ab ipsis præstando, neq; non dictus circulus describatur, & ita singuli per biennium ordine eam sollicitudinẽ obeant. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi per biennium defensor fuerit. de qua uide* ʒ. *reg. prox.*

Quarta regula. De eo qui per biennium defensor fuit, deponendo & alio subrogando, proponitur uerbis iam propositis hisce: Et ita singuli per biennium ordine eam sollicitudinem obeant. *Concordat d. c. 15. §. iusiuran. ibi: Et per biennium, his uerbis:* Per biennium duntaxat administret, posteaq; à sollicitudine remoueatur, nõ habente licentiam clarissimo præside prouinciæ remouendi eum, sed tantum si quid parum rectè agere uideatur referendi ad gloriosissimos præfectos, ut ab eo cõtingat sollicitudinis absolutio, à quo etiam datur. *Concordat item d. c. 15. §. præterea at ij, his uerbis:* Cõstituimus præterea, ut ij quoq; qui hoc etiamnum tempore defensores sunt, in circulum describantur, si eiusmodi uideãtur, qui placere possint, & sollicitudinem usque ad bienniũ continuent. Quòd si iam bienniũ

in ea cura consumpserint, à defensori sollicitudine dimoueantur, nisi communi ipsum decreto uelint in alterum quoq; biennium in eodē detinere officio. Si uerò nondum biennium expleuerunt, digniq; uidentur, qui in societatem circuli recipiantur, reliquum tempus compleant: ut tamen nemo ultra id ciuitatem defendat, sed ad hoc duntaxat tempus usq; subsistat: nisi cōmunis eum ciuitatis consensus nullo reclamante comprobet. Quòd si fit, altero quoque biennio eam sollicitudinem recipiet, & post id finitum omnino ea desistat, tunc demum rursus defensor futurus, cum ipse eum circulus in hūc reduxerit ordinem, ne perpetua eis sollicitudinis continuatione, & fraudulenta per singula biennia renouatione, aliquib. prædicta administratio usq; in infinitum extendatur.

Quinta regula. De homine bona opinione eligendo, proponitur Nouell. *c.15. §. interea igitur, ibi:* Quiq; *honoratissimi incolæ. cuius uerba uide* $\bar{s}$. *reg.3. Concordat d.c.15. §. assumet, ibi:* De quibus *bona est. cuius uerba uide* $\bar{s}$.*d. reg.3.*

2. A' quibus & quorum authoritate creandi defensores.

Definitur l.8. in prin. C. de defensorib. ciuitatum, his uerbis: Defensores ita præcipimus ordinari, ut sacris orthodoxæ religionis imbuti mysterijs reuerendissimorum episcoporum, necnon clericorum & honoratorum, ac possessorum ac curialium decreto constituantur, de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam prætorianā potestatem, ut literis eiusdem magnificæ sedis eorum solidetur authoritas. *Concordat l.17. in fine. C. de episcopali audientia, his uerbis:* Ita defensores ciuitatum præcipimus ordinari, ut reuerendissimorum episcoporum, nec nō clericorum & honoratorum, ac possessorū, & curialium decreto constituantur. *Concordat item* Nouell. *c.15. §. interea igitur, in fine. cuius uerba uide* $\bar{s}$. *quæst. prox. reg.3. Concordat item d.c.15. §. iusiurandum, cuius uerba uide* $\bar{j}$. *quæst. prox. Concordat deniq; d.c.15. §. ac si ciuitatis, hisce uerbis:* Si ciuitatis defensorē contingat intercidere, protinus ad alium qui ex ordine circuli uocatur, cum prædicto iuramento decurrat calculus, protinusque is eam curam subeat. Decretum uerò referatur, & roboretur à celsitudine tua.

3. Adiuncta creationis.

De iureiurando ab eo qui defensor creatur præstādo: proponitur d. Nouell. *c.15. §. iusiurandum, his uerbis:* Iusiurandū præstet, omnia se secundum leges & ius acturum, & confirmetur (quemadmodū modo diximus) iussione gloriosissimorum nostrorum præfectorum. *Concordat d.c.15. §. ac si ciuitatis. cuius uerba uide* $\bar{s}$. *prox. Concordat item d.c.15. §. assumet uerò, ibi:* Vnà cum iureiurando. *cuius uerba uide* $\bar{s}$. *q.1. reg.3. Item concordat l.17. C. de episcopali audientia, his uerbis:* Iubemus eos tantummodo ad defensorum curam peragendam ordinari, qui sacrosanctæ orthodoxæ religionis imbuti, mysterijs hæc in primis subiectorum testificatione præsente quoq; religiosissimo fidei orthodoxæ antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. *Hæc de Defensore creando sint dicta.*

II. DE DEFENSORE remouendo & officio deponendo.

Prima regula. Causa ex qua officium deponendum. Si biennio fuerit defensor, remouetur. quæ causa approbatur per ea quæ dicta sunt $\bar{s}$. *quæstione prima, regula 4.*

Secunda regula. Quorum authoritate defensor remouendus, definitur l. ult. C. de defensor. ciuitatum, his uerbis: Nulli defensorum licere decernimus, si de publica sollicitudine uoluerit se liberare, nisi diuinos affatus intimauerit tuæ sublimitatis iudicio: triginta librarum auri pœnam tam moderatoribus prouinciarum, quàm cæteris iudicibus uel temeratoribus sacri nostri oraculi subituris, si neglecta fuerit authoritas principalis. *Hæc uidentur quodammodo corrigi* Nouell. *c.15. §. iusiurandum, ibi:* Nō habente. *cuius uerba uide* $\bar{s}$. *quæst.1. reg.4.*

III. DE IVRE ATQVE officijs defensoris ciuitatum.

Prima regula. De causis quæ ad officium defensoris pertinent. proponitur l.1. C. de defensoribus ciuitatū, his uerbis: Imp. Valentin. A. Senecæ defensori: Si quis de tenuioribus & munuscularijs rebus interpellandum te esse crediderit, in minoribus causis, id est ad quinquaginta solidorum summam acta iudicialia conficiat: scilicet, ut si quando quis uel debitū iustum, uel seruum qui per fugam fuerat elapsus, uel quod ultra delegationem dederat postulauerit, uel quodlibet huiusmodi, tua disceptatione restituas. Cæteras uerò quæ dignæ forensi magnitudine uidebuntur, ordinario insinuatio rectori. *Ait Imp.* Ad quinquaginta solidorum summam. *Hoc quodammodo mutatum est in trecentos aureos* Nouell. *c.15. §. dicantq; ius. cuius uerba uide* $\bar{s}$. *Lib. 5. cap. 2. quæst.1. except.47. Concordat l.3. C. eod tt. his uerbis:* Vtili ratione perspectum est, ut innocēs & quieta rusticitas peculiaris patrocinij, id est defensoris locorū beneficio perfruatur, & apud eum in pecuniarijs causis litigandi habeat facultatem. *Concordat item* Nouell. *c.15. §. cognoscent, his uerbis:* Cognoscent utiq; & de leuioribus criminibus, & competentem castiga-

castigationem adhibebunt. Sed eos qui in maioribus delictis capiuntur, conijcient in custodiam, & ad prouinciæ moderatorem transmittent. Ita enim quæque pro se ciuitas iudiciali cura fuetur, & uniuersa gens sub maiore constituta iudice maiorem sentiet prouidenriam, & bona pars præsidalium curarum præscindetur, si ciuitatum defensores eas in se transponant, releuentque curas præsidibus, quas pro populis gerunt, ipsi per partes, uel ea qoç per iniuriam admittuntur componentes, uel disceptantibus dirimentes controuersias, & (prout sæpè dictum est) per hoc eos qui officijs præsident, honoratiores efficientes.

Secunda regula. Defensor in sua ciuitate præsidis prouinciæ locum obtinet. quæ regula approbatur No*uell.c.15.§.deinde, his uerbis*: Constituimus, ut ciuitatum defensores ijs, qui publicarum exactionum negocium habent, modis omnibus auxilio sint, & siue propter indenotorum collatorum contumaciam monumenta conficere, siue interesse, & flagitiosos præsenribus occulis aspicere, siue publicum se dare tumultũ opus sit, alacriter hoc faciant. Vno denique uerbo per omnia prę́sidis locum obtineant, & maximè cum absunt. Et ut cohortales quoque ei regioni addicti, qui per illam cõstistunt ciuitatem, in qua defensor est, illi obediant, & opem ferant, ut absentibus prouinciarum moderatoribus nihil ciuitatibus deesse per illorum præsentiam uideatur. *Concordat d. c. 15. §. nulla facultate. cuius uerba uide J. Tertia huius loci regula de infirmiorib. defendendis, proponitur l. 4. C. de defensoribus ciuitat. his uerbis*: Imp. Gratianus A. Theodoro defensori: In defensoribus uniuersum prouinciarum erit administrationis hæc forma, & tempus quinquennij spacij meriendum: scilicet, ut in primis parentis uicem plebi exhibeas, descriptionibus rusticos, urbanosque non patiaris affligi, officialium insolentiæ, & iudicũ procacitati (salua reuerentia pudoris) occurras: ingrediendi cum uoles ad iudicem liberam habeas facultatem, superexigendi dãna, uel spolia plus petentium ab ijs quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec pariaris quidquam ultra delegationem solitam ab ijs exigi, quos certum est, nisi tali remedio non posse reparari. *Ait Imp* Et tempus quinquennij spacij metiẽdum. *Hoc quinquennium hodie mutatum est in biennium, per ea quæ habentur s. quæst. 1. reg. 4.*

Quarta regula. Itidem de officio defensorum, proponitur l. 5. C. eod. tt. his uerbis: Defensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum uindicantes nominis sui tantum fungantur officio: nullas infligant multas, sæuiores non exerceant quæstiones, plebem uel decuriones ab omni improborum insolentia, & temeritate tueantur: ut id tantum quod esse dicuntur, esse non desinant.

Quinta regula. De officio deffensorum circa latrocinia, & alia crimina, proponitur l. 6. C. d. tt. his uerbis: Per omnes regiones in quibus fera & periculi sui nescia latronum feruet insania, probatissimi quiq; & districtissimi defensoris adsint disciplinæ, & quotidianis actibus præsint, qui non sinant crimina impunita coalescere: remoueaot patrocinia, quæ feruorem reis, & auxilium scelerosis impertiendo maturari scelera fecerunt. *Concordat l. 7. C. eod tt. his uerbis*: Defensores ciuitatũ oblatos in ipso latrocinio, uel congressu uiolentiæ, aut perpetrato homicidio, aut stupro, uel raptu, uel adulterio deprehẽsos, & actis publicis sibi traditos: expresso crimine cum ijs à quibus fuerint accusari, mox sub idonea persecutiooe ad iudicium dirigant. *Concordat item l. 8. §. fin. C. eod. tt. his uerbis*: Si quid à qualibet persona, cõtra publicã disciplinã in læsionem possessorum fieri cognouerint defensores, referendi habeant potestatem ad illustres & magnificos uiros præfectos prætorijs, & illustres uiros magistros equitum & peditum, magistros etiam officiorum, & comites tam sacrarum largitionum quàm rerum priuatarum. *Concordat item Nouell. c. 15. §. cognoscent. cuius uerba uide paulo superius reg. 1.*

Sexta regula. Itidem de officio defensoris circa mẽsuras ac pondera, proponitur l. 9. in prin. C. de defensoribus, ciuit his uerbis: Iubemus, cura & solertia defensorum minimè possessores maioribus mensuris, & ponderibus à susceptoribus prægrauari, sed eos deprehensos ad iudicium dirigi cum ipso commissæ fraudis indició.

Septima regula. Ne defensorum uicarij constituantur, proponitur Nouell. c. 15. §. nulla facultate, his uerbis: Nulla facultas concedenda, uel moderationẽ prouinciæ habenti, uel ipsis defensoribus, ut defensorum uicarios constituant, sed hæc illis omnibus prohibemus modis. Quin potius neque clarissimos præsides pro se uicarios in ciuitates dimittent, exceptis ipsis defensoribus, quos præsidum locũ in ciuitatibus supplere uolumus, ipsosq; in omnibus ciuitatum, in quib. sunt. curam gerere. *Concordat d. c. 15. § ac si ciuitatis, in finc. his uerbis*: Nullo unquam tempore coostituantur (uti diximus) defensorib. uicarij: ne rursus absq; ratioue ansam, priori perturbationi præbeamos. *Ait Imp.* Priori perturbationi. *De qua dictum d. c. 15. in prin.*

Octaua regula. De actis apud defensores conficiendis, proponitur d. c. 15. §. item ut apud, his uerbis:

Con-

Constituimus, ut apud defensores insinuētur testamenta, donationes, & omne denique quod propriè ad ius monumentorum pertinet: nequeūte clarissimo præside prouinciæ, uel quod confici debet impedire, uel præscribere quomodo confici uelit, uel confectum non edere: neq; enim omnino ei licentiam ad eiusmodi præbemus, absurdissimum putātes, ut necessaria acta hominibus propter præsidum fortè affectiones præceptionesq;, nulla ratione subnexas intercidant. Sed & in acta referant quęcunq; quis uoluerit edantq;, tametsi quod in acta refertur, perstringat ipsum prouinciæ præsidem, uel aliquem potentiorum, neq; hoc quisquam prohibeat. Oportet enim eos, qui uel in officijs uel cum potestate aliqua sunt, ita se gerere, ut confici aduersus se acta non prohibeant: imò se moribus inculpatos præbere, ut nemini detur opportunitas mouendæ alicuius contra ipsos querelæ. Nemo insuper prohibeatur apud defensores in acta referre, quibus de rebus uult, siue præses in ciuitatibus præstò sit, siue nō sit, his solis exceptis, quę iurisdictionem requirunt, & ex ipsa præsidum authoritatę pendent. *Concordat l. 9. §. illud. C. de defensoribus ciuitat. his uerbis*: Illud fieri permittimus, ut si prouincialibus nostris contestari iniuriæ læsiones suas cupientibus, actorum confectio à defensoribus denegetur, &c.

Nona regula. De exigendis tributis, proponitur d. c. 15. §. si qui etiam. his uerbis: Si qui per indeuotionem circa publica tributa soluenda segniores existant, eorum exactiones qui ita se indeuotos præbent, gētium præsides demandent defensoribus, ut & in hoc ipsis auxilio sint. *Concordat d. c. 15. §. deinde. cuius uerba uide s. reg. 5.*

Decima regula. De appellationibus à defensore ad præsidem faciendis, proponitur Nouell. c. 15. §. enimuerò, his uerbis: Appellationes à defensorib. ad ipsos deferantur præsides.

Vndecima regula. Si defensor à cohortalibus iniuria sit affectus, proponitur d. c. 15. §. si quid uerò, his uerbis: Si quid cohortalis contra defensores contumeliosè admiserint, tunc prouinciarum rectores uindictam repetant, cohortalesq; castigent. Damus enim defensoribus licentiam, si hoc gentium præsides negligant, ea referre ad thronum excellentiæ tuæ (id est Præfecto prætoriorum) ut illis inde auxilium impertiatur, & competens uindicta. & defensores reuera habeant contra delinquentes quandam iudiciariæ grauitatis imitationem & figuram.

Duodecima regula. De sportulis & annonis defensorum, proponitur Nouell. c. 15. §. fient autem, his uerbis: Fient & defensores omnino gratis, & pro ipsis iussionibus, si maiores sint ciuitates, quatuor tantummodo aurei dabuntur in iudicio tuæ celsitudinis: si minores, tres, quemadmodum nostris iam legibus constitutum est: si quas uerò ex publico annonas habent, percipient & ipsas more solito.

Decimatertia regula. De domo constituenda, in quā actorum monumenta reponantur, proponitur d. c. 15. §. conficiat, his uerbis: Conficiat iussiones excellentia tua per unamquanq; prouinciam, ut in ciuitatibus domus aliqua publica fecernatur, in quam defensores deceat actorum suorum monumenta reponere, creato aliquo ibi locorum, penes quem huius sit custodia, quo magis & incorrupta ea maneāt, & celerius quæsita inueniantur: sitq; apud ipsos aliquod archiuum, & quod hactenus in ciuitatibus peccatum est, modò ad pristinum statum reducatur.

Decimaquarta regula. De ministris defensorū, proponitur Nouell. c. 15 §. habeant autem, his uerbis: Habeant & ex cohorte illi prouinciæ destinata exceptorem futurum illis in ministerio, & duos cohortales qui ab ipsis iudicata exequantur. *De eadem re constituitur d. c. 15. §. dein de ut ciuitatum, ibi: Et ut cohortales. cuius uerba uide s. reg. 2. Hec de Ciuitatum defensoribus.*

III. DE DVVMVIRIS.

Prima regula. De illis creandis: qui creandi. De eo qui non est decurio, proponitur l. 7. §. is qui non. ff. de decurionib. his uerbis: Is qui non sit decurio, duumuiratu uel alijs honoribus fungi non potest: quia decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur.

Secunda regula. Ex contractu magistratus municipalis actio datur in duumuiros. quæ regula approbatur l. 34. §. fin. ff. de act. & obligat. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin. reg. 9.

Tertia regula. Extra territorium suæ ciuitatis duumuir potestatem non habet. quæ regula approbatur l. 53. C. de decurionib. his uerbis: Duumuirum impunè nō liceat extollere potestatem fasciū extra metas territorij propriæ ciuitatis.

DE DECVRIONIBVS & curialibus. Cap. II.

Tertia species Magistratus municipalis, sunt decuriones & curiales: de quibus in hoc & sequēti Capite tractabitur.

I. ETYMOLOGIA SEV ratio nominis.

Proponitur l. 239. §. decuriones. ff. de uerb. signif. his uerbis: Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd initio cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit.

II. DE IVRE ET OFFIcijs Decurionum.

I. *Regula. De non recedendo à ciuitate sua, proponitur l.1.ff. de decurionibus, his uerbis:* Decutiones quos sedibus ciuitatis ad quam perrinent, relictis in alia loca trãſmigraſſe probabitur, Præſes ptouinciæ reuocare in patriũ ſolum, & munerib. cõgruẽtib. fungi curet. *Concordat l.50.C.eod.tt.his uerbis:* Omnes omnino curiales, in originalibus ac debitis perpetuò curijs perſeuerent: & qui ex his ad prouinciarum regimen atq; adminiſtrationem qualibet fraude atq; ambitione peruenerint, ſciant ſe non ſolum in ſua curia remãſutos, ſed etiam cunctis rurſus ab exordio muneribus ſeruituros. *Concordat l.53.C.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. cap. prox. in fine. Concordat item l. 55.C.eod.tt.his uerbis:* Si quis decurio, aut ſubiectus curiæ auſus fuerit illam affectare militiam, nulla præſcriprione temporis muniatur, ſed ad conditionem propriam retrahatur: nec ipſe uel eius liberi poſt talem ipſius ſtatum procreati, quod patriæ debetur, ualeant declinare. *Concordat item l. unica.C.ſi curialis relicta ciuitate, his uerbis:* Curiales omnes iubemus interminatione moneri, ne ciuitates fugiant, aut deſerant rus habitandi cauſa: fundum quem ciuitati prætulerint, ſcientes fiſco eſſe uindicandum, eoque iure ſe carituros, cuius cauſa impios ſe patriam uitando demonſtrauerint. *Concordat item l. unica, in fine. C. de priuileg. corporat. urbis Romæ, his uerbis:* Nulli ſit liberum, nulli permiſſum, ut nouum aliquid urbis incolæ in urbe ſuſtineant, ſed in honorem æternæ urbis corporatis, indulta ſuffragia ualere præcipimus. Cura autem rectorum prouinciarum corporati urbis Romæ, qui in peregrinationem tranſgreſsi ſunt, redire cogãtur, ut ſeruire poſsint functionibus, quas impoſuit antiqua ſolennitas. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ob publicam neceßitatem à ciuitate recedat. Hæc exceptio approbatur l.25. C. de decurionibus, his uerbis:* Curiales ultra terminos propriæ ciuitatis non iubeantur à moderatoribus prouinciarum exhibere ſui præſentiam, niſi publica neceſsitas exegerit. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi non impetrata licentia receſſerit. quæ replicatio approbatur l.16. C. d.tt. his uerbis:* Si quis decurio uel propriæ rei cauſa, uel reipublicæ cogatur noſtrum adire comitatum, is non ante diſcedat quàm inſinuato iudici deſiderio proficiſcendi licentiam conſequatur. Quod ſi pro ſua audacia parui aliquis hanc feceritiuſsionem, indignationem competentem ſortiatur. *Secunda exceptio eſt: Niſi religionis ergò ciuitatem deſerit uita ſolitaria aſſumpta. Hæc exceptio reprobatur l.26. C.d.tt. his uerbis:* Quidam ignauiæ ſectatores deſertis ciuitatũ muneribus, captant ſolitudines ac ſecreta, & ſub ſpeciæ religionis cum cœtibus monazonton congregantur. Hos igitur atq; in huiuſmodi deprehẽſos, erui latebris conſulta præceptione mãdamus, atq; ad munia patriarũ ſubeunda reuocari, aut pro tenore noſtræ ſanctionis familiarium rerũ carere illecebris, quas per eos cenſuimus uindicandas, qui publicarũ eſſent ſubituri munera functionum. *Tertia exceptio eſt: Niſi aduocatione fungatur, qui recedit. Hæc except. Accurſio interpret. reprobatur l.56.C. de decurionibus, his uerbis:* Alexandrinis principalibus etſi aduocatione fungantur, nihilominus onus peregrinationis incumbat: nec publica cura, niſi in ſua tantũ ciuitate committatur: & primus curiæ cum muneribus uniuerſis expletis, ad ſummũ peruenerit gradum, comitiuæ primi ordinis fruatur poſt biennium dignitate præſtita: in curialibus tamẽ permaneat. *Ait Imp.* Nihilominus onus peregrinationis incumbat. *id eſt (Accurſio interprete)* non ideo magis *Plura de regula propoſita uide j. reg. prox.*

II. *Regula. Ne relicta curia militent, proponitur l. 17. C. de decurionibus, his uerbis:* Qui derelicta curia militauerit, reuocetur ad curiam. *Concordat l. 55. C. eod.tt. cuius uerba uide ĩ. reg. prox. item Concordat l. 51. C. eod.tt. his uerbis:* Quamuis prouiſum fuerat congruæ emendationis occurſu, quemadmodum curiales militiæ nomine & honore ſuſpenſo officijs redderentur: tamen quia hoc callido conſilio reperierunt, ut ciuitatis prouinciæ ſuæ finibus, tanquã his eorum tantum interdictus fuiſſet acceſſus, peregrinos expeterent commeatus: ne diutius in perniciem curiarum latitandi ſpecies perſeueret, & ſolatia eos impunitatis exequantur: horum cupiditatibus obuiamus, ut ex eorum bonis, qui ſe uel perſecutioni, uel munijs ciuitatum, interdictæ dudum ambitione militiæ, uel qualibet fraude ſubtrahere conati fuerint: curijs quas deſeruerant, conſulatur. Itaq; ſi uocati edictis intra anni metas (hi tamen qui manifeſtis curiæ nexibus illigantur) latere potius quàm redire maluerint: ſciant poſt emẽſum annum interpellatis prouinciarũ moderatoribus, & facultatibus, ſuis curijs, quas deſtituerunt, eſſe conſulendũ. Neq; enim de immaturo præiudicio temporis poſſunt breuitatẽ cauſari.

III. *Reg. De decurione curiæ ſuæ uindicando, proponitur l.54.C. de decurionib. his uerbis:* Generali lege ſancimus, ſi quis ſuum decurionem curiæ uindicare maluerit, ſi præſidis deſit copia in eundem manus iniectione conceſſa, ſciat ad examen cognitoris reſultantem eſſe deducendum: ita ut moderator prouin-

ciæ (si quæstio fortasse fiducia defensionis ulla generatur) nisi intra tres menses caussam originis competenti disceptatione cognouerit, atq; conuictũ cum pœna restituerit, debitis munerib. uel liberũ ab inquietudine pronunciauerit: decem librarũ auri mulctã cogatur exoluere, eius etiam officium pari damni irrogatione teneatur.

IIII. *Regula. De domibus curialium reparandis uel ædificandis, proponitur l. 8. C. de ædificijs priuatis, hisce uerbis:* Singularum urbium curiales etiam inuiti, uel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt domus, uel de nouo ædificare cogantur: illic semper munijs inseruituri & aucturi propriarũ frequentiam ciuitatũ: possessores uerò, qui non erunt curiales, in urbibus in quibus domus possident, easdẽ domus dirutas neglectasq; reparent, iudiciaria ad conseruandum hoc præceptum authoritate retinendi.

V. *Regula. Curialis neq; procurator, neq; conductor alienarũ rerum, neq; fideiussor aut mandator conductoris esse potest. quæ regula approbatur l. 30. C. de locato & conducto, his uerbis:* Curialis neq; procurator neq; conductor alienarũ rerũ, nec fideiussor, aut mãdator conductoris existat: alioquin nullam obligationẽ neq; locatori, neq; conductori ex huiusmodi cõtractu cõpetere sancimus. *Concordat l. 34. C. de decurionibus, his uerbis:* Si quis procurationẽ facultatum suarum, &c. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi in conductionem curialis successerit. quæ exceptio approbatur l. 4. ff. de decurionibus, his uerbis:* Decurio qui prohibetur cõducere quædam, si iure successerit in conductionem, remanet in ea: quod & in omnibus similibus seruandum est. *Secunda exceptio est: Nisi per aliũ prædia publica colat. Hæc exceptio reprobatur l. ... §. 2. ff. de admin. rerum ad ciuit. his uerbis:* Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id neq; p subiectã personã agere debet. Et ideo si decurio subiectis aliorũ nominib. prędia publica colat, quę decurionib. cõducere nõ licet: non secũdum legẽ usurpata reuocẽtur.

VI. *Regula. Decurio uectigalia exercere nõ potest. quæ regula approbatur l. 6. §. decurio. ff. de decurionibus, his uerbis:* Decurio etiam suæ ciuitatis uectigalia exercere prohibetur.

VII. *Regula. Decurio tabellio esse non potest. quæ regula approbatur l. 15. C. de decurionib. his uerbis:* Vniuersos decuriones uolumus à tabellionum officijs temperare.

VIII. *Regula. Per substitutum curiales functiones implere non potest. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 60. C. d. tt. his uerbis:* Nullus qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per substitutam quãcũq; personam curiales impleat functiones: sed ipse per se debitũ patrię munus exoluat, & si spectabili dignitate decoratus sit: nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum. Hi uerò qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiæ muneribus satisfacere non uetentur.

IX. *Regula. Actionibus publicis uti debent. quæ regula approbatur l. 30. C. de decurionibus, his uerbis:* Procuratores reipublicæ actionibus publicis debere uti, non uenit in dubium.

X. *Regula. De pœna decurionis publicam pecuniam decoquentis, uel fraudulenter in adscriptionibus illicitis uersantis, proponitur l. 40. C. d. tt. his uerbis:* Quilibet principalium uel decurionũ si uel decoctor pecuniæ publicæ, uel fraudulẽtus in adscriptionibus illicitis, uel immoderatus in exactione fuerit inuẽtus: iuxta pristinam cõsuetudinẽ non solùm à uobis, quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, uerùm & à iudicibus ordinarijs plumbatarum ictibus subijciatur.

XI. *Regula. De prædijs decurionũ sine decreto non alienandis, proponitur l. 11. C. de prædijs decur. his uerbis:* Si quis decurionũ uel rustica prędia uel urbana uenditor necessitate coactus addicit, interpellet iudicẽ cõpetentẽ, omnesq; caussas sigillatim quibus strangulatur, exponat: & ita demũ distrahendæ possessionis facultatẽ accipiat, si alienationis necessitatẽ probauerit. Infirma enim uenditio erit, si hæc fuerit forma neglecta. Ita enim fiet, ut nec immoderatus uenditor, nec emptor cuiuscũq; sit conditionis, inueniatur iniustus: deniq; nihil erit postmodũ quo uenditor uel circũuentũ se insidijs, uel oppressũ potentia cõparatoris queri debeat: quãdoquidẽ sub fide actorũ & necessitate distrahẽtis, & de uoluntate patuerit cõparantis. Quòd si qs cõtra uetitũ occultis molitionibus per suppositas fraude personas, cuiuslibet loci quẽ tñ ei decurio distrahebat, cõparator extiterit: sciat se precio qd' dedit, esse priuatũ, & locũ quẽ cõparauit, cũ fructib. esse restituendũ. *Cõcordat l. 15. §. in fraudẽ. ff. ad municipalẽ. cuius uerba uide 5. Lib. prox. cap. 2. q. 1. caussa 16. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non uẽdiderit, sed donauerit, uel alio modo alienauerit: tũc enim etiã sine decreto ualet alienatio. quæ excep. approbatur l. 3. C. de prædijs decurionũ sine decreto, his uerb.* Curiales uẽdere quidẽ res immobiles uel mãcipia rustica ꝓhibemus sine interpositione decreti: donationes uerò uel permutationes, uel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus celebrare cõtractus: quoniã & sacræ cõstitutiones, quæ super hoc à retrò principib. latæ sunt, in plurimis suis partib. de precio non redhibendo locutæ sunt: ut ex hoc apertissimè detur intelligi, solum emptionis decurionib. sine decreto interdictũ fuisse contractum: cum tamen uenditio inter-

intercedente(ut dictum est)decreto agitur, nullum eos, uel qui ab his comparant dispẽdiũ cuiuscũq; psonæ, uel causæ, uel theatralis liberalitatis nomine (quod freqnẽter fieri dicitur) sustinere decernimus: nec ex tabella decretum recitari, sed curialiũ uel maioris partis curiæ relatione currente, sine ulla malignitate referrenrium, uel damno contrahentium ad confirmandam emptionẽ competenris iudicis proferri sententiã. *Planè iam dicta constitutio tollitur, propositaq; exceptio reprobatur* Nouell.c. 18. §. *perfecerunt*, *his uerbis*: Perfecerunt decuriones ut lex olim ferretur, quæ uel sine decreto donare ipsis bona sua permitteret, cum interim lex uellet, ut uenditio cum interpositione decreti procederet. Quæ sanè lex mirabilis fuit, quod solam uenditionẽ decreri interpositioni &: necessarijs quibusdam obseruationibus subiecerit, in omnibus alijs liberã eis, quo uellent modo potestatem agendi permittẽs. Hac igitur occasione curialibus nexibus obstricta bona in alias transtulerunt personas, nihil ex ijs compendij obtinente curia. Vt si quis pet nostram tempub. curias enumeret, paucissimas inuenerit, & eas quidem uel neque hominibus, neque pecunijs abundantes, uel licet paucorũ fortè hominum, tamen absq; ullis pecunijs. Et quãquam per partes iam leges tulimus, quę uolunr ut tam uẽditiones quàm simplices donationes, & omnis deniq; actio quę alienationem immobilium curialium rerum continet, decreto cum obseruarione ibidẽ posita interponendo subiaceat: tamẽ cum postea per ementitas causas donationes conficerent, in uniuersum & ipsam, neúe decurio in ullam omnino personam donationẽ conferret sustulimus. Meritò autem donationes ante nuptias excepimus: quandoquidem neq; per omnia donationes sunt, sed species quędam in his contractus, & ueluti autoramentũ procreandorũ liberorum continetur. *Secunda proposite regula excrptio est: Nisi ante seu propter nuptias donauerit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Meritò autem donationes ante nuptias excepimus, &c. *Concordat* Nouell.c. 87. §. *& quanquam. cuius uerba uide* J. *except. prox. Tertia exceptio rst: Nisi rx causa dotis alienauerit. Hæc exceptio approbatur d.* §. *& quanquam, his uerbis*: Sancimus ut decurioni ne per donationẽ quidẽ mortis causa donare aliquid liceat: nisi per donationis solũmodo ante nuptias modũ pro se suisúe filijs factę, aur per causam doris, quatenus nostra iubet constitutio nubentib. eam filiabus offerri. *Quarta exceptio est: Nisi mortis causa donaxerit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam dictis hisce*: Sancimus ut decurioni, &c.

XII. *Regula. Rrbus curialis ex causa lucratiua ad alium translatis, quatuor siliquæ curia debentur. quæ regula patet ex ijs quæ sequuntur. Drclaratur autem regula hæc l. unica.* §. *lucratiuas*. C. *de imponenda lucratiuis descript. his uerbis*: Lucratiuas uerò res eas tantũ uolumus appellari & prædictæ descriptionis grauamen excipere, quæ hæreditatis, legati, fideicommissi iure, mortis causa, donatione, uel cuiusl bet postremę uoluntatis arbitrio ad quẽpiam delabũtur. Intet uiuos etiam donatio simplici liberalitate confecta, lucratiuę merebitur & nomen & sarcinã. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non ad extranros, srd ad liberos uel parentes curialis res eius sint translatæ. quæ exceptio approbatur d. l. unica, in prin. his uerbis*: Descriprionis onere siliquarũ quatuor, quas ex lucratiuis iugationibus tantũ, nõ humanis uel animalium censibus, neq; mobilibus rebus iubemus indici, etsi curiales nõ sint, maiores ac posteros liberamus: ut si pater, auus, proauus, filio, nepoti, pronepoti, uel filiæ, nepti, proneptiúe (nec interest nuptæ sint curialibus, nec ne) in postrema uolũtate, uel intet uiuos erism donatione quidquã de suis opibus largiatur, memoratæ descriptionis cesset indictio. Æquè diuerso ut si posteri ad maiors sprędicta sibi cõsanguinitate deuinctos præfatis ritulis suas conferant facultates, nullius accessione grauaminis huiusmodi libetalitas oneretur. In tam enim necessarijs sibi coniunctisq; personis, sub liberalitatis appellarione debitum naturale persoluitur: cuius authoritatem iuris pariter ualere sancimus, etsi ab intestato succedant præfati sibi generis ordine sociati. Ex his enim successionibus maximè debiti potius solutio, quàm muneris oblatio cõprobatur, quæ non largientibus etiã dominis ipsa propinquitatis serie deferuntur. Cæteri uerò licet quadã intet se cognatione iungantur, nunquã tamen curiale prædiũ sine prędicto onere lucrabuntur, nisi fortè is, cui lucro res cesserit eiusdẽ ciuitatis ordini sit obstrictus: qui licet inter extraneos numeretur, uacuũ tamẽ ea functione quod datũ est, consequatur. nam cum personę cõditiò non mutetur, ne rei quidẽ statũ cõuenit immutari. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi liberi uel parentes, ad quos peruenit, non sint curiæ addicti. Verum hæc replicatio reprobatur uerbis iam dictis hisce*: Etsi curiales nõ sint. *item hisce* Nec interest nuptæ sint curialibus, nec ne. *Secunda propositæ regulæ rxceptio est: Nisi curialis sit, ad quem res alterius curialis peruenerit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce*: Nisi fortè is cui lucro res cesserit, eiusdem ciuitatis ordini sit obstrictus, &c. *Tertia exceptio est: Nisi ad Ecclesiam, uel alium uenrrabilem locum res curialis*

peruenerit quae exceptio approbatur l.18.C. de sacro sanctis ecclesijs, cuius uerba cum concordantibus uide s. Lib. 10. cap.10. reg.3. Q*uarta exceptio est:* Nisi *res quae ad alium transijt, mobilis sit non soli. Hac exceptio approbatur l. unica, in prin. C. de impon. lucratiuis descript. cuius uerba uide paulo superius except.1.* Q*uinta exceptio est:* Nisi *ex causa dotis uel antenuptialis res curialis ad alium sit translata. Hac exceptio approbatur d.l.unica. §. lucratiuas,ibi:Si uerò, his uerbis:* Si uerò uel socer futurus filij, uel nepotis, uel pronepotis sponsæ adfinitatis coeuodæ causa donauerit, uel parens etiam filiam, uel neptem, uel proneptem curiali seu extraneo nubenté dotauerit: licet casu mortis uel diuortij euentu res eius cui data est, uertatur ad lucrum: nec inter lucratiuas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. Nec enim iuris optimi est matrimonium, cum tot tantisque suia difficultatibus opprimatur, aduenticijs etiam cumulare ponderibus. *Sexta exceptio est:* Nisi *res ab eo cui ex causa lucratiua est alienata, alij rursus ex non lucratiua causa alienata sit.* Q*uae exceptio reprobatur d. l. unica. § res uerò; his uerbis:* Res uerò quæ memoraris caussis lucratiuæ semel nomen exordiumq; sortita est: licet ab eo qui susceperat, ad alterum emptionis, uel cuiuscunq; contractus iure migrauerit: cum prędicto descriptionis grauamine procul dubio transferetur, ut uel sciens sibi imputet qui accepit oneratam: uel si ignorauerit, quod interest consequatur. *Septima exceptio est:* Nisi *ex non lucratiua causa curialis rem suam ad alium transtulerit. quae exceptio cùm constat ex praecedentibus, tum approbatur etiam simul & distinguitur d.l.unica. §.fin. his uerbis:* Contraq; si cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaserit, etsi postea lucri titulo in dominium alicius ceciderit, sarcinā memoratę descriptionis effugiet. Nulla enim in huiuscemodi causis cōfusionis intercedit occasio, si ad primordium tituli posterior quoq; formetur euentus: nisi fortè res decurionis, quæ ad eum cuiuslibet mercimonij iure peruenerit, ad alterum fuerit postrema eius uoluntate, uel ab intestato, uel inter uiuos donatione translata: tūc enim quia semel in personam cecidit, principali ueterum titulorum nequaquam ratione perspecta, conditionem & onus merebitur lucratiuæ.

XIII. *Regula. Defuncto decurione quarta bonorum eius pars ad curiam pertinet. quae regula approbatur l.1.C. quando & quibus quarta pars, &c. his uerbis:* Si decurionum consortio sit alienus, qui curiali successit, competentis eidem iuris (siue ex asse, siue ex parte hæres sit, bonorumúe possessor) partem quartam iure optimo à curia peti decernimus *Ait Imp.* Si decurionum consortio sit alienus, qui curiali succesait. *Ex his uerbis constat prima propositae regulae exceptio, haec scilicet:* Nisi *is qui decurioni succedit, decurio quoq; existat. Concordat l.2. in prin. C. eod. tit. his uerbis:* Præterquam si ad filios curiales deferantur. *Concordat itē d.l.2.§.ad filiorū. cuius uerba uide j. except. prox. item concordat d. l.2. §.fin. cuius uerba uide j.except.3. Planè exceptio haec mutari ac tolli uidetur Nouell.c.38.§.post haec, his uerbis:* Legem conscripsimus, ut curia omnibus modis, siue cum persona, siue absque persona prorsus quadrantem haberet, neq; ulli liceret curię minus relinquere, aut comminisci artes, aut aliquo alio modo deminuere, siue filius ad curialia munera succederet, siue ipsa etiam curia quadrantem reciperet. Ac neque intra hunc terminum restitimus, sed etiam fœmellis in institutione certam partem ab ijs adsignari sanximus. ut nulla occasione ea curiæ deminueretur. *Secunda exceptio est:* Nisi *filia curiali nupta decurioni successerit. Haec exceptio approbatur l. 2. §. ad filiorum. C. quando & quibus quarta pars, his uerbis:* Ad filiorum curialium, uel nepotum ac pronepotum, scilicet decutionum similitudinem, ad quos integras opes perueni re censuimus: filiam, qui neriam nepté, proneptemúe, principali eiusdem ciuitatis, unde pater, auus uel proauus oritur, nuptam rerum uel ab intestato, uel ex dispositione ultimæ uoluntaria, quæsitarum integrum nullaq; parte minutum dominium habere sancimus. Quòd si post parentum obitum inueniantur innuptæ uel uiduæ, impuberibus quidem post transactam pubertatem, in alijs uerò quæ pubertatem excesserint, uel etiam in uiduis post mortem parentis triennium duntaxat uolumus expectari, ut interim quarta portio suspensa: aut apud eam, si in matrimonio curialis eiusdem ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat, uel si intra id tempus alienum ab eadem curia sortiatur maritum, penitusúe nupta non fuerit: memorata pars totius substantiæ curiæ cum triennij tam urbanorum quàm rusticorum prædiorum duntaxat fructib. addicatur: ita tamē, ut & optionis cōditio in offerēdis reb. quartę partis uel dodrantis, uel sacramenti tam de quātitate, quàm de æstimatione rerum mobilium, deque actionibus inferendis uel excipiendis (sicut in extraneis personis dictum est) ratio conseruetur. *Ait Imp.* Ita tamen, ut & optionis conditio, &c. *De hac re dicetur paulo inferius ead. reg. Planè propositae exceptionis replic. haec est:* Nisi *praeter filiam defuncti, quae curiali nupsit, & alij sint defuncti haeredes non curiales: quae replicatio approbatur l.3.§. ad hoc sancimus. C.d.tit. his uerbis:* Sancimus, si quis curialis

rialis filiabus pluribus derelictis ab hac luce fuerit subtractus, &c. *Tertia exceptio est: Nisi mater uel auia curiali nupta, defuncto decurioni successerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Sed etsi mater mortui, uel auia tempore quo filius nepósue moritur, in coniugio eiusdem ciuitatis curialis inuenta fuerit, ne ipsas quidé patimur quartæ portionis subire iacturam. Extraneum quinetiam hæredem propinquitatis quidem iure discretum, tamen curiæ eiusdem ciuitatis obnoxium, supradictæ portionis dispendio liberamus. *Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi defunctus sponte sese curiæ addixerit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 4. C. de his qui sponte publ. mun. subeunt, his uerbis:* Eos qui curiali fortuna liberi constituti, postea se curiæ cuiuscunque ciuitatis obtulerint, confidere uolumus, quòd posteritas eorum non solum iam procreata, sed etiam post talem deditionem procreanda huiusmodi fortuna libera remanebit: siue specialiter sub hac lege curiæ se obtulerint, ut ab his descendentes tali fortuna liberi permaneant, siue nullam huiusmodi fecerint métionem: nullo audente dicere quod nati, uel concepti post talem deditionem paternam conditionem sequi debeant. Hoc enim speciali beneficio alacriores omnes ad conferendam ciuitatibus huiusmodi opitulationem constituere properauimus: ita tamen ut nec occasione quartæ portionis bonorum, huiusmodi decurionis quicunque successores eius aliquam inquietudinem patiantur, utpote libera eius substantia omni curiali grauamine conseruanda. Et si quid defunctus uel ex administratione curialium munerum, uel ex quarta portione ad eandem curiam semel uel sæpius deuoluta, uel ex alia quacunque causa eidem curiæ debuisse probetur, hos idem successores curialibus reddere minimè dubitent: illis scilicet quę super naturalibus filijs, quos naturalis pater sub hac lege curiæ dedit, uel postea dederit ut legitimos tam ex testamento, quá ab intestato successores habeat, non solum ueteribus legibus, sed etiam nostris sanctionibus disposita sunt, præsenti lege excipiendis: ut non ipsi tantum filij naturales, sed etiam ex his procreandi mares, paternam sequantur fortunam, uel maribus liberis minimè subsistentibus quarta pars substantiæ mortui curiæ deputetur. *Quinta exceptio est: Nisi de causa sit transactum. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. in omnibus. C. quando & quibus quarta pars, &c. his uerbis:* In omnibus casibus, ubi quarta pars curiæ competit, transactiones interpositas, firmas illibatasque manere decernimus. *Hactenus de eo, an quarta pars bonorum decurionis defuncti, ad curiam pertineat, excussum est: nunc quomodo pertineat seu diuidenda sint bona defuncti, & quarta separanda, dicendum: quæ quidem quæstio definitur l. 2. in prin. usque ad §. ad filiorum. C. quando & quibus quarta, &c. his uerbis:* Meminimus nuper emissa lege diuali, portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, quæ ex qualibet nouissima uoluntate uel ab intestato etiam, ad quemcunque (præterquam si ad filios curiales deferantur) curialium deputasse corporibus. Sed multi tanquam corrumpendi totius patrimonij occasione captata, uniuscuiusque rei sibi particulam uindicando, adeò totas dilacerant facultates, ut dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque iura præcipitent. Quorum nimiam licentiam prouida dispositione refrenantes, ipsis quidem curialibus occupandi sua authoritate res mortui, copiam denegamus. Hęres aūt ad qué ab intestato, uel ex postrema uolūtate directis uel fideicommissarijs uerbis decurrit hæreditas, omne patrimonium quod relictum est, in partes quatuor diuidi procuret, ut rebus totis in sortium casum deductis, uel curiæ quadrantis, uel hæredi aut fideicommissario per uniuersitatem dodrantis electio ex sortis fœlicitate contingat, ita scilicet & præfati successores, & curia promiscui rerum dominij liberabuntur incommodo. Naturale quippe uitium est, negligi quod communiter possidetur: utq; se habere nihil, qui non totum habeat, arbitretur: deniq; suam quoq; partem corrūpi patiatur, dum inuidet alienæ. Sed ubi quarta pars bonorum mortui curiæ debet offerri: immobiles quidem res quæ nec latêre facilè possunt, nec cuiquam (si diuulgentur) officiunt: sub aspectu etiam curialiū æstimari diuidiq; concedimus: mobiles aūt res uel se mouentes, uel instruméta, uel si quid aliud in huiusmodi iure cōsistat, in medium proferri, diuulgariq; nō patimur, sed iuratis successorib. cū apud se diligéter æstimauerint, quę quátiq; sint precij facultates, credi oportere decernimus. Quid enim tam durū tamq; inhumanum est, quàm publicatione pompaq; rerū familiariū, & paupertatis detegi uilitaté, & inuidiæ exponere diuitias? In exigédis uerò debitis, si preciū quod pro quarta parte actionū curiæ cō petit, successores præstare noluerint, cautionibus iurata fide prolatis in mediū, unusquisque à debitoribus conuenientem sibi exigat portionem. Aeq; ex diuerso æs alienum si cui defunctus fuerat obligatus, tam ijdem successores, quàm curia pro sua sorte restituere compellantur. Quòd si sæpe di

cti ſucceſſores ſacramentum ſibi crediderint excuſandum: nunc uerò ad ſimilitudinem rerum immobilium diligentior curialibus omnium rerum indago præbebitur, ſcilicet ut uniuerſis mortui facultatibus in aperto propoſitis, uel æſtimatio rerum uel diuiſio ſub præſentia curialium celebretur. *Hæc de iure antiquo, quo quarta pars bonorum defuncti decurionis curiæ debetur, dicta ſunt. Illud autem ius hodie mutatum eſt, & pro quarta parte dodrans, conſtituta Nouell. c. 38. §. quoniam uerò. cum ſequentibus, his uerbis:* Quoniam cernimus pleroſq; ita hoſtili animo erga patrias ſuas eſſe affectos, ut cupiant alijs potius ſuam relinquere ſubſtantiam, quàm uel quartam eius partem curiæ: putauimus hic quoque per noſtram legem ex caſu non exiſtentium filiorum, hanc partem augendam eſſe. Si poſt hanc igitur noſtam legem decurio moriatur, qui liberos non habeat, neque maſculos neque fœminas, eo caſu tres ſubſtantiæ ſuæ partes relinquito curiæ, quartam uerò quibus uult. Erit enim uniuerſa ei curia unius filij fortè uel plurium loco, imò (idem enim poſſumus dicere) ipſius ciuitatis plenitudo liberorum locum obtinebit, & perpetua ei laus immortaliſq; memoria, & tantum inde fructus exiſtet, quantum à liberis exiturum non erat. *Propoſiti iuris noui exceptio prima hæc eſt: Niſi defunctus liberos reliquerit. quæ exceptio conſtat ex uerbis propoſitis hiſce:* Ex caſu non exiſtentium filiorum. *Item hiſce:* Qui liberos nõ habeat neq; maſculos neq; fœminas, &c. *Concordat d. c. 38. §. enim uerò. cum ſequentibus, his uerbis:* Si legitimorum filiorum pater ſit, hoc caſu tes ipſa diſtinguenda ſoli'ne maſculi, an ſolæ fœmellæ, an miſti ſint, ut ex omni parte lex abſoluta ſit, & curiæ cõmodet. Si itaq; maſculi filij, aut ipſi fortè ex præmortuis filijs maſculi nepotes ſoli ſint, dodrantem in omnes ſuo arbitratu partitor, ita tamen ut neutiquam lex de inofficioſis differẽs teſtamentis infirmetur, niſi ratio hoc ingratitudinis efficiat. Neque enim iura ſuper his poſita aliquo modo tollimus. Illo ſanè omnibus modis obſeruando, ut dodrantem inter non ingratos filios partiatur, & ſinguli pro ea parte ciuilia patris munera ſubeant, quantã cuiq; pater ex ſubſtantia ſua attribuit: ſolo quadrante ad patris arbitrium relinquendo, quocunq; animus illi concedere & inclinare uoluerit, ſiue ad liberos, ſiue ad alium. Quod ſi omnes fœmellæ exiſtant, & eius ciuitatis decurionibus nupſerint: licentia erit patri, ſiquidem (ut dictũ eſt) decurionibus nuptæ fuerint, totam ſubſtantiam in ipſas diuidere, aut ſaltem omnino dodrantem, prout uoluerit, nihilominus & hic legi aduertens animum, quæ ſucceſſiones ab inteſtato ordinat. Si uerò partim decurionibus, partim non eius cõditionis hominibus nupſerint: dodrans quidẽ omnibus modis à patre decurionũ uxoribus relinquitor, hoc etiam ea ſu diuidendus, quemadmodũ pater uoluerit, reliqua uidelicet parte legitima penitus illis alteris cõſeruanda. At ſi nondũ collocatæ ſint nuptũ, nunc ea conditione ipſas, aut aliquã uel aliquas ex ipſis in dodrantẽ hæredes ſcribat, ut omnimodo eius ciuitatis decurionib. nubãt. Aut ſi hoc noluerit ipſe, uel cum ipſe ſcripſiſſet, hæ non ſuſtineãt: dodrans quidẽ ad curiam ciuitatis peruenito: quadrans uerò ſolus in oẽs eo modo quo lex uult diuiditor, imputãdus illis in rationẽ dotiũ. Si uerò tam maſculi ſint, quàm fœmellę, maſculi quidẽ protſus dimidiã patrimonij partẽ habento, fœmellę uerò reliquã dimidiam, ſed non totam. Dabũt enim decurionibus ipſæ fratribus de ſua quadrantem, niſi & ipſæ decurionum uxores ſint uel omnes, uel aliquæ ex eis. nam ſi ad eiuſmodi nuptias peruenerint, & patrię ſuę decurionibus coniunctæ fuerint: nunc à præſtatione quadrantis liberæ erunt, ut quæ & ipſæ per maritos ſuos, quoad ſuperuixerint, in partem curialium munerum uocari uideantur. Hæc nos lege comprehendere cogitauimus, non ut hominibus rerum ſuarum tractationem & adminiſtrationem adimamus: ſed ne ciuitates penitus deſtituantur curia, aut curia per impia quædã cõmenta fortè adigantur in pauperiem. Siquidem compertum habemus, nonnullos etiam lege uetitas contrahere nuptias, duntaxat ne ipſis legitimi exinde filij, ſed ſpurij gignerentur, & illis tandem quaſi extraneis bona ſua relinquere, ac curiam per hoc à debito patrimonio auertere. *Haſtenus uerba quibus exceptio propoſita cum alijs quibuſdam approbatur, expoſita ſunt. eius autẽ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi fœmellæ tantum, non maſculi liberi defuncto decurioni ſucceſſerint curialibus non nuptæ: hoc enim caſu propoſita exceptione non obſtante, dodrans nihilominus curiæ debetur; quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Aut ſi hoc noluerit ipſe, uel cum ipſe ſcripſiſſet, hæ non ſuſtineant, dodrans quidem ad curiam ciuitatis peruenito, &c. *Concordat Nouell. c. 101. §. ac uerò ſi quis decedat, uſque ad §. fin. his uerbis:* Si quis decedat relicta filia, ſiquidem ea uxor decurionis ſit eius ciuitatis, manifeſtarium eſt quod citra, &c.

Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi liberi qui defuncto decurioni heredes exiſtunt, illegitimi ſint. quæ replicatio ipſo quidẽ iure ſubſiſtit. uerùm eius dupl. hæc eſt: Niſi liberi illegitimi hæredes exiſtentes, curiæ ſeſe obtulerint, uel à defuncto heredes ſcri-

pti

pti sint. quæ duplic. cum sua replicatione approbatur Nouell. const. 38. §. si cui uerò, usq; ad §. Insuper & si, his uerbis: Si cui uerò, tametsi legitimos filios non habet, spurij tamen sint, integrum ei esto cum onere curiæ hos etiam hæredes scribere, & ipsa planè scriptura pro quacunque oblatione erit: neq; opus habeto (id quod in antiquis traditur legibus) ulla alia adiectione, aut dum superstes fuit, oblatione: sed indidem scripti (modò liberi sint) decuriones & hæredes existunto, habentoq; & ipsi dodrantem, prout pater inter ipsos eum partitus fuerit. Quòd si totum quoq; assem eis relinquere uoluerit, multo etiam præclarius egerit. Cæterùm usq; ad dodrantem omnino eis hæreditatem relinquito, certò sciens, quòd & si minus reliquerit, prorsus tamen substantiæ ex lege supplementum ad dodrantem usque futurum sit. At illi siquidem patrimonium cupiunt percipere, etiam decuriones sunto. Si partim amplectantur, partim recusent, eorum portiones, qui recusant, ad eos qui amplectuntur perueniunto. Si omnes repudient, tunc quasi nullis existentibus liberis, eo casu dodrans ad curiam peruenito. Si uerò & ipse tacuerit, neq; ulla ei ex legitimis supersit soboles, tunc quadrans quidem ad hæredes ab intestato deuoluitor: spurij autem, si uoluerint seipsos offerre curiæ, amplexantur prout siue omnes, siue quidam ex ijs uoluerint, dodrante patrimonij omnino ad decurionem, decuriones ue deferendo. *Tertia replic. est: Nisi ex ancilla nati sint liberi. Et hæc replicatio approbatur, simul & sub prædicta conditione distinguitur ibidem, his uerbis:* Si ex ancilla natos habeat, & uel superstes eos, uel in testamento manumittat offeratq; curiæ amplexantor hi quoq; & decuriones sunto, prout ipsorum qui curiæ eos obtulerunt, desiderium constituerit percepturi (quemadmodũ dictum est) dodrantem. Vbiq; enim uolumus siue testamenti tabulas conficiat, siue absq; nouissima expressa uoluntate decedat, eos qui curiam ingrediuntur, dodrantem accipere. Cæterùm si manu tantum emiserit, non etiam curiæ obtulerit, & hi uel quispiam uel quipiam ex illis ad curiam oculos referre uoluerint, tribuitor & hic dodrás decurioni decurionibus ue pro portione. Si uerò nemo ex spurijs uel uoluerit uel se obtulerit, tunc dodrantem curia capito. *Hæc de Prima noui iuris exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Secunda eius exceptio hæc est: Nisi hæres defuncti decurionis curiæ sese obtulerit. Quæ exceptio approbatur Nouell. constit. 101. in prin. usq; ad §. At uerò si quis, his uerbis:* Sancimus ut decurionibus non solùm suæ ciuitatis decuriones hæredes instituere (id quod & hactenus permissum fuit) sed etiam si quos curiæ nexu liberos hæredes instituere uelint, hòc facere licentia sit: ea tamẽ conditione, ut hæres hæredes ue omnino testatoris curiali fortunæ, hoc est ex qua ille processit, sese offerant, & curialia subeant munera, capiantq; hæreditatem nemine impediente. Cognitum enim habẽs quòd negocij præsentis correctio, &c. *Hæc de Decimatertia regula, adeoq; de successione curiæ in bona defuncti decurionis.*

XIIII. *Regula. Ne decurio moriturus, liberis suis curialibus, uel filiabus suis quæ curialibus nupserint, minus quarta bonorum suorum parte relinquat. Hæc regula proponitur l. 3. in prin. C. quando & quib. quarta pars, his uerbis:* Si quis curialibus munerib. obnoxius, uno fortè uel pluribus filijs uel filiabus derelictis, filio quidem uel filijs suæ substantiæ partẽ minimã dereliquit (eam tamen, quæ excludere eos ab inofficiosi querela potest) alijs aũt suam substantiam dereliquit, ut ex hac patrimonij distributione apud filium quidẽ uel filios curiales minima pars substantiæ remaneat, totũ aũt curiale munus masculis immineat, siue filij sint, siue nepotes, uel pronepotes, curiali tamẽ cõditioni obnoxij: sancimus huiusmodi iniquitatem resecari, & nõ minus quarta portione in masculos posse testatorẽ trãsmittere, siue unus est filius siue plures, nulla deminutione ex permistione sororũ eius faciendæ: ut nõ solum corporibus, sed etiã substantijs laborantes, possint curiale habere cõsortium. *Concordat d. l. 3. §. sed & si quid, his uerbis:* Sed & si quid minus quarta parte fuerit, uel minimè derelictum, hoc modis omnib. filio curiali uel filiæ quæ nupta est, eiusdem ciuitatis decurioni, ex substantia patris curialis uel deputari, uel adimpleri: nullo obstaculo curiæ opponendo, si secundum prędictam legem filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque uel dignitate uel occasione fuerint absoluti. In hoc etenim Theodosianæ legi apertissimè uolumus esse derogatum. Et generaliter definimus ex omni causa neq; masculos liberos, neq; filias copulatas matrimonio curialis, minus quarta parẽtis substãtię habere: uel nõ extantib. filijs uel filiabus, sed alijs hęredibus, ipsam curiã secundum anteriores leges quartæ curialis morientis habere solatiũ. *Ait Imp. Theodosianæ legi. Hæc lex habetur l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide s. reg. prox. Planè quod hic cõstituitur de quarta liberis curialib. relinquẽda, id hodie mutatũ est in dodrantẽ Nouell. const. 38. §. si neq; masculi, cum sequentibus. cuius uerba cum concordantib. uide s. reg. prox. de iure nouo. except. 1.*

XV. Regula. *De immunitate curialium, proponitur l.21.C.de decurionibus, his uerbis*: Curiales omnium ciuitatum nullam pro re priuata nostro debent inquietudinem sustinere: nec huiusmodi oneribus uelut extraordinarijs occupari: quoniam satis est, si ciuitatum munera per eos congruè cōpleantur. *Plura de hac re uide j.Lib.prox.cap.4.reg 15.*

XVI. Regula. *De decurionibus non torquendis, nec corporalibus pœnis subijciendis, proponitur l.ult. ff.de decurionib.his uerbis*: De decurione damnato non debere quæstionem haberi diuus Pius rescripsit. Vnde etiamsi desierit decurio esse, deindo damnetur: non esse torquēdum in memoriam primis dignitatis placet. *Concordat l.33.C.eod. tt. his uerbis*: Omnes iudices, prouinciarūq; rectores à consuetudine temerariæ usurpationis abstineant, sciantque neminem omnino principalium aut decurionum sub quailibet culpæ aut erroris offensa cruciatibus esse subdendum. Quòd si quis fortè iudicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quod audeat principalem aut decurionem & suæ curiæ (si sic dici oportet) senatorem tormentis subdere: uiginti librarum auri illatione mulctatus, & perpetua infamia inustus, ne speciali quidē rescripto notam eruere mereatur: & officium quinquaginta librarum auri mulctā fisco nostro cogatur inferre: quoniam ut pertinaciæ iudicis sui resistar, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. *Concordat l.57.C.eod.tt. his uerbis*: Quinq; summates primi ordiuis Alexandriui, corporalib. iniurijs immunes esse cēsemus, ut uoce libera cōmoditates patriæ defendant: cum posint, si quid egerint criminose, pecuniarijs coerceri dispendijs æstimabuntur autem præsente curia uiri spectabilis Augustalis iudicio. *Concordat item l.58.C.eod.tt.his uerbis*: Eum qui triginta annis in Alexandrina ciuitare ciuilibus inhæserit muneribus, corporalibus iniurijs, non pecuniarijs excusari conuenit: habita consideratione uidelicet meritorum, ut hoc benè cogniti priuilegium consequantur, nec eo pasim fruantur indigni. *Concordat item l.2.C. de curialib.urbis Romæ, his uerbis*: Leges curiales tam à superioribus principibus, quàm à diuo parente nostro, &c *Plura de regula proposita uide s̄.Lib 3.cap.8.quæst.2.reg.2.except.3.repl.9.*

XVII. Regula. *De decurionibus pauperibus alendis, proponitur l.8.ff.de decurionib.his uerbis*: Decurionibus facultatibus lapsis, alimēta decerni permissum est: maximè si ob munificētiā in patriam patrimonium exhauserint.

XVIII. Regula. *De decurione ordine moto ac restituto, proponitur l.2.in prin.usq; ad §.in filijs. ff.de decurionib.his uerbis*: Qui ad tempus relegatus est, si decurio sit, desinet esse decurio. Reuersus planè locum suum quidem non obtinebit, sed non semper prohibebitur decurio fieri: denique in locum suum non restituetur. Nam & sublegi in locum eius potest, & si numerus ordinis plenus sit, expectare eū oportet, donec alius uacet. Alia causa est eius qui ad tempus ordine remouetur. Hic enim impleto tempore decurio est. Sed & in huius locum sublegi poterit. Sed & si locū plenum inuenerit, expectet donec locus uacet. Restitutus tamen in ordine, utrum eū ordinē teneat quem primum habuit, an uerò quem nunc nactus est, quæri potest. Et si fortè de ordine sententiarū dicendarum agatur: arbitror tamen eundem ordinem tenere, quem pridem habuit. Non idem erit in eo qui ad tempus relegatus est. Nam hic uelut nouus in ordine uenit. *Plura de ordine moto ac restituto uide s̄. Lib.2.cap.3. quæst.1. reg.2. except.1.*

XIX. Regula. *De curialibus qui comitiuam dignitatem sunt adepti, proponitur l.47.C. de decurionibus, his uerbis*: Curiales qui honorariā adepti sunt comitiuam dignitatem, formidare debent eos, quorum moderationi sunt commisi: nec se existimare ideo meruisse dignitatem, ut iudicum præcepta despiciant. Quòd si in eadem culpa perseuerent, quinque librarū auri mulctæ obnoxij subiugentur, honore quoq; quem prodiderint spoliandi.

XX. Regula. *De dignitate primi curiæ, proponitur l.56.in fine.C.de decurionibus. cuius uerba uide s̄. reg.1 except.3.*

XXI. Regula. *De filijs decurionum. Hi curiæ munerib.obnoxij sunt. quæ reg.approbatur l.55.in fine.C. de decur.cuius uerba uide s̄.reg.1.in prin. Concordat l.48.C.eod.tt.his uerbis*: In succesione curialiū decernimus, ut etiamsi patres decesserint, teneatur adgnatio. *Item concordat l.7.in prin. C. de principib.agentiū in reb.cuius uerba uide s̄. Lib.2. cap.9.mēbr.12.reg.12. Plures leges concordantes uide s̄.reg.13. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quis spōte curiæ sese obtulerit: huius enim liberi curiæ nō sunt obnoxij. quæ exceptio approbatur l.3.C.de his qui spōte publica, his uerbis*: Qui cōditioni nō obnoxius, curiali quēlibet honorē uel munus uolūtate ꝓpria in quacūq; gesserit ciuitate: nullū præiudiciū circa fortunā suā statumq; sustineat: sed tam ipse q̄ liberi eius, & qui ex his in posterum procreandi sunt, ab omni huiusmodi nexu cū suis facultatibus liberi alieniq; permaneant: ita tamen, ut si aliqua functio uolentibus eis fuerit iniuncta, ex qua necesse sit eos aliqd accipere, qđ ex data sibi pecunia in reliquis apud eos māsisse cōstiterit, soluēres sine ulla molestia uel conditionis suæ formidine discedant.

Si

Si quis uerò ex his omnia decurionũ munera, uel functiones, uel honores nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit, eum pro sua liberalitate patrem ciuitatis, in qua uolũtarius municeps apparebit, si hoc ei libuerit, fieri cõstituiq; hac lege decernimus. *Concordat l.4. in prin. C. eod tt. cuius uerba uide s reg.13. except.4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pater filiũ naturalem curiæ offerat: hoc enim casu tam is qui spontè oblatus est, quàm eius liberi curiæ sunt obnoxij. quæ replicatio approbatur d.l.4. §. fin. cuius uerba uide d. except. 4. Secunda propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi mater filij alterius sit originis uel conditionis, & nisi contrarium rescriptum impetrauerit. Hæc exceptio reprobatur l.16. C. de decurionibus, his uerbis:* Exemplo senatorij ordinis patris originem unusquisq; sequatur: nec ualeát specialirer delata rescripta, si quis se matris origine defensa, à maiore curia uel minorem trãsferri fortasse promeruerit: neque ulla pro more prouinciæ referri sinatur exceptio. *Concordat Nouell. const. 38. §. ad hæc quoniam, cum sequentib. his uerbis:* Ad hæc & illud sanè ad curiarũ detrimentũ fieri, ex ipsa rerũ experiẽtia deprehẽdimus, quodq; multi, dum alterũ parentum suorum uel de Tamiaco, uel Comiriano uel Conchylegulorum, uel alio cõsortio fuisse asserunt, conãtur uel Tamiacæ, uel Comitianę, uel Cõchylegulorum, uel cuipiam alij conditioni se adsignare, & curiá declinare: propterea sancimus, ne qua eiusmodi fortuna seu cõditio contra rempub. existat. sed siue ex Tamiaca matre, siue Cõchylegula, siue Comitiana decurioni natus sit filius, omnino curialem præualere fortunã uolumus. Decuriones enim paucissimi ubiq; terrarum per nostrã rempub. existunt, Tamiaci uerò, & Comitiani, & Conchyleguli ad ingenté effusi sunt multitudinem: & cõuenientius est, curias ciuitatũ ad pauca corpora coangustátas augere, quàm numerosæ multitudini alios deintegro adijcere. Si qui uerò sub nomine matris suæ, nẽpe de Tamiaca, aut Cõchylegulorũ, aut etiam Comitiana fortuna seu conditione existentis, curiali se conditioni subtrahere conati sunt uel fuerint, iam inde à decima indictione, & ipsa quæ modo præterijt. quæ ad eum confecta sunt aut impetrata modum, siue ex sacra aula, siue aliunde, cassa & inualida sunto, & istiusmodi decuriones de cætero esse sancimus. Si quid enim ante decimam indictionem confectum impetratumue est, id firmiter & in suo manere robore uolumus. Excipimus autem præsente sacra hac nostra constitutione Theodosium, & fratres ac filios Ioannis cognomento de Iscis, qui ante decimam se indictionem, quanquam ex decurionibus orti parentibus, Tamiacæ conditioni adscripserunt, & quidquid pro ijs liberãdis actum impetratumue est, tollimus. Nulla enim ipsos re ex cõcessis perfrui, sed decuriones esse uolumus, & quæ decuriones condecet agere, & curialibus intendere muneribus, nulla (ut diximus) re ad hoc illis adiumentum adferre queunte, quamuis concessa illis & definita ex aula, aut aliunde sint. Quę igitur nobis placuerunt, &c. *Similem exceptionem, sed approbatam uide j. except. 7. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi filij decurionum aduocati sint. Hæc exceptio reprobatur l.35. C. de decurionibus, his uerbis:* In filijs decurionum retinendis priorum præceptorũ decreta sublimitas tua custodiat. Eos quoque qui aduocationis obtẽtu curialia onera declinant, agere uniuersa compellat, quæ & si necessitas non exigit, tamẽ patria non remittit. Quin ipsos etiã filios magistrorũ, qui ex curiali stirpe descendũt, simili modo obnoxios esse decernat. *Quarta exc. est: Nisi patres ex stirpe curiali magistri sint. Et hæc exceptio reprobatur uerbis iam dictis hisce:* Quin ipsos etiam filios magistrorũ, &c. *Quinta exceptio est: Nisi pater uel auus miles fuerit. Et hæc exceptio reprobatur l.27. C. d. tt. his uerbis:* Priuilegio militiæ paternæ se nõn uindicet, quem adsuetus curiæ nexus adstringit: quod si militari auo & patre decurione nascetur, paternæ erit succedaneus functionis. *Sexta exceptio est: Nisi nõ pater, sed auus maternus curialis fuerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio est in curialibus Antiochenis. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 22. C. de decurionibus, his uerbis:* Imp. Iulianus Augustus: Eos indulserunt ueteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris cõditio nullius uindicaret iuri ciuitatis. *Concordat l.62. C. eod. tt. cuius uerba uide j. duplic. 2. Huius replicationis duplicatio prima proponitur in certis personis l.61. C. eod. tt. his uerbis:* Neq; Dorotheũ uirum illustrẽ & totã eius substãtiam, neq; Irenæũ uirum spectabilẽ tribunũ & notarium, & si ante paternas illustres dignitates natus est, ullã inquietudinẽ pro curiali genere & cõditione sustinere decreuimus. Liberos quoq; eorũ uel qui iã sunt, uel futuri, eorũq; posteros quotiescunq; cõtinuata temporum & successionum perpetuitate nascuntur, à conditione curiali & functione esse liberos: lege diuæ memoriæ Iuliani, quæ de materno curialium Antiochenæ ciuitatis genere promulgata est, nihil in persona uiri illustris Dorothei, uel uiri spectabilis Irenæi, uel aduersus facultates eorum, uel aduersus liberos eorundem, uel qui iam nati sunt, uel postmodum quoquo tempore nascentur, uel aduersus

ſubſtantias eorum roboris uel iuris habitura. Circa alias ſanè uniuerſas perſonas de materno genere ad memoratę Antiochenę ciuitatis tantummodo curiam pertinētes, eandem legem præcipimus obtinere propriam firmitatem. *Altera propoſitæ replicationis duplicatio eſt: Niſi nepoti ex filia nulla de curiali conditione controuerſia ſit mota: hoc enim caſu nec eius liberis controuerſia eſt mouenda. quæ duplicatio approbatur l.61.C.eod.ti.his uerbis*: Si ille qui ex filia decurionis Antiochenæ ſplendidiſsimæ ciuitatis & patre, qui nullius alterius ciuitatis munijs debeatur procreatus eſt, ſub examine prouincialis iudicis uel ſponte cōfeſſus, uel certè conuictus, quod ex filia ſit curialis progenitus, & albo decurionū adſcriptus fuerit: nullū ſibi ſupereſſe facultatem negandæ uel euitandę conditionis exiſtimet, & curialem non aſpernari fortunā aui materni ſui pertētet, nec dubitet ſe muneribus curialib. ſubiacere. Quòd ſi quem curia, de qua præſens ſanctio loquitur, natum ex filia curialis minimè ſecūdum præſtitutam ordinationem ſibi ſociandum curauerit, prolem eius pulſare nullo modo penitus poterit: nec enim patimur conuentionem eiuſmodi prætermiſſo filio, quem curialis filia ediderat, à nepote, uel pronepote, uel ulterius incipere. *Septima exceptio eſt: Niſi matrem filius habeat inquilinam domus Cæſaris. quæ exceptio approbatur l.29.C.de decurionibus, his uerbis*: Nati ex inquilinarum noſtrę domus matrimonio, & patre decurione, non patrum ſuorum, uerum matrum conditionē ſequantur. *Octaua exceptio eſt: Niſi filius in dignitate poſitus ſit, uel pater eius à decurionatu liberatus. De hac re uide ∫.Lib.prox.capite quarto, quæſtione 1.reg 13. Sed & plura de regula propoſita eiusq; exceptionibus uide ∫.Lib.prox.cap.2.quæſtion.5.cum capp.ſequentibus.*

XXII. Regula. *De priuilegijs filiorum decurionis. non torquentur, nec alijs plebeiorum pœnis ſubijciuntur. quæ regula approbatur per ea quæ habentur ∫.Lib.3.cap.4.de liberis decurionum.item cap.1.quæſtion.2.reg.2.except.3.repl.9. Eius autem regulæ quæ eſt de priuilegijs liberorum decurionis, exceptio prima hæc eſt: Niſi pater ipſius fuerit ignominia notatus. Hæc exceptio reprobatur l.2.§.in auo.ff.de decurionibus, his uerbis*: In auo Papinianus reſpondit, ne patris nota filius maculetur. *Concordat d.l.2.§.nullum.cuius uerba uide ∫.Lib.3.cap.14.quæſtion.2.reg 1. Secunda exceptio eſt: Niſi pater ordine motus ſit uel relegatus. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.§.in auo, his uerbis*: Sed ſi pater ipſius ordine motus ſit, ſiquidē ante conceptionē eius moueatur, arbitror eum quaſi plebeij filiū in honorib. ſpectari. Quòd ſi poſt conceptionē ipſius pater dignitatem amiſerit, dicendū erit benignè, ut decurionis filiū intuendum. Proinde hie quoq; qui poſt patris relegationem natus eſt, ſiquidē ante conceptus ſit, ſimilis ſenatoris filio habebitur, ſi poſtea nocebit illi relegatio. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſt conceptionem filij, pater ordine motus ſit, uel relegatus. quæ replicatio ex iam dictis conſtat. Secunda replicatio eſt: Niſi ad tempus ordine motus ſit pater. quæ replicatio approbatur d.l.2.§.ſi ad tempus, his uerbis*: Si ad tempus ordine moto patre fuerit natus, medioque tempore conceptus & editus, an quaſi decurionis filius naſcatur, licet pater eius ante obierit, quàm in ordinē uenerit? quod benignè erit admittendum. *Tertia propoſitæ regulæ exceptio uidetur eſſe: Niſi filius antequam pater decurio fieret, conceptus & natus ſit. Hæc exceptio reprobatur d.l.2.§.in filijs. cuius uerba cum concordantibus uide ∫. Lib.3.cap.4.de liberis decurionū exc.2. Quarta exceptio eſt: Niſi & conceptionis & natiuitatis filij tēpore pater decurio non fuerit, medio tempore fuerit. Et hæc exceptio reprobatur d.l.2.§.preterea, his uerbis*: Si conceptus ſit à plebeio, mox ante editionē pater eius decurionatū adeptus, ante editionē amiſerit: non inſauorabiliter quis mediū tēpus illi prodeſſe uelutiā nato, Vlpianus reſpondit. *Quinta propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi non naturalis, ſed adoptiuus ſit filius. Et hæc exceptio reprobatur l.4.C.de decurionib.his uerbis*: Cum adoptiuū filiū ex adoptantis dignitate decurionis filiū effici nulla dubitatio ſit: pro atrocib. iniurijs eū, quē ad uicē naturalis pignoris tibi adſcribebas, à p̄ſide prouinciæ illicitis corporis cruciatib. affici nō oportuit, hocq; cōgruenti pœna coercebitur. *Sexta exceptio eſt: Niſi in ſeruitute natus ſit filius. Hæc exceptio approbatur l.6.C.ut in poſſeſsionem legator. his uerbis*: Ex libera conceptus & ſeruo, uelut ſpurius habetur: nec ut decurionis filius (quamuis pater eius naturalis manumiſſus, & natalibus ſuis reſtitutus hunc fuit adeptus honorem) defendi poteſt. *Septima exceptio eſt: Niſi non ſit legitimus decurionis filius. Hæc exceptio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce*: Velut ſpurius habetur. *Plura de regula propoſita, eiusq; exceptionibus uide ∫.Lib.3.cap.4.de liberis decurionum.*

XXIII. Regula. *De ordine & albo decurionū, proponitur l.1.ff.de albo ſcribendo, his uerbis*: Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, ut lege municipali præcipitur. Sed ſi lex ceſſat, tunc dignitates erunt ſpectandę, ut ſcribantur eo ordine, quo quiſq; eorū maximo honore in municipio functus eſt, puta qui duumuiratū geſſerunt (ſi hic honor præcellat) & inter duumuirales antiquiſsimus quiſq; prior. Deinde qui ſecundum poſt duumuiratum honore in repub. functi ſunt: poſt eos qui tertio & deinceps: mox hi qui nullo honore functi ſunt, prout quiſq; eorum in ordinem

diné uenit. In sententijs quoq; dicendis idem ordo spectandus est, quem in albo scribendo diximus. Concordat l.2.ff.eod.tt.his uerbis: In albo decurionum & municipum nomina antè scribi oportet eorum, qui dignitates principis iudicio consecuti sunt: postea eorum, qui tantùm municipalibus honoribus functi sunt. Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi is qui ordine præcessit, ordine motus uel relegatus sit. Hæc exceptio partim approbatur, partim reprobatur l.2.§.restitutus.ff.de decurionibus. cuius uerba uide s.reg.13. Sed & præter regulam propositam de ordine decurionū aliæ duæ regulæ proponūtur l.6.§.fin.ff.de decur.his uerbis: Priuilegijs cessantibus cæteris, eorum potior causa habetur in sententijs ferēdis, qui pluribus eodē tēpore suffragijs iure decurionis decorati sunt. Sed & qui plures liberos haber in suo collegio, primus sentētiā rogatur, cæterosq; honoris ordine præcellit. Huic posteriori concordat l.9.C.de decurionib.his uerbis: In albo decurionum describendo; patrem non habenti filios anteferri constitit.

XXIIII. Reg. De actione quæ ex administratione decurionatus competit, proponetur J.Lib.prox. ca.7.

XXV. Reg. De decretis ab ordine decurionum factis. Hæc regulariter rata sunt, & cōmitter s aduersus ea punitur. Quæ regula approbatur, simul et distinguitur l.5 ff.de decretis ab ord.facien.his uerbis: Quod semel ordo decreuit, non oportere rescindi diuus Hadrianus Nicomedensibus rescripsit: Nisi ex causa, id est, si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi publicè utile sit decretum rescindi. quæ exceptio ex uerbis iam propositis constat. Secunda exceptio est: Nisi mutuū uel salarium alicui è publico decreuerint. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.4. ff. de decretis ab ordine faciendis, hisce uerbis: Ambitiosa decreta decurionum rescindi debent: siue aliquem debitorem dimiserint, siue largiti sint. Proinde (ut solent) siue decreuerint de publico alicui uel prædia, uel ædes, uel certam quantitatem præstari nihil ualebit huiusmodi decretum. Sed & si salarium alicui decuriones decreuerint, decretum id nonnunquam ullius erit momenti: utputa si ob liberalem artem fuerit constitutum, uel ob medicinam: ob has enim causas licet constitui salaria. Concordat l.unica.C. de præbendo salario, his uerbis: Nulli salarium tribuatur ex iuribus reipublicæ, nisi ei qui iubentibus nobis specialiter fuerit consecutus. Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi ob liberalem artem uel medicinam alicui à decurionum ordine salarium fuerit constitutum. quæ replicatio approbatur uerbis suprà propositis hisce: Sed & si salarium alicui decuriones decreuerint, &c. Concordat l.1.C. de decretis decurionum. cuius uerba uide J.except.4. Secunda replicatio est: Nisi decurioni pauperi alimenta decreuerint. Hæc replicatio approbatur l.8.ff.de decurionibus. cuius uerba uide s. reg.17. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi debitorem reipub. liberauerint. quæ exceptio approbatur l.4.in prin.ff.de decret. ab ordine faciendis. cuius uerba uide s.reg.prox.in princ. Quarta exceptio est: Nisi immunitatem alicui decreuerint. Hæc exceptio approbatur l.1.C.de decretis decurionum; his uerbis: Exceptis qui liberalium studiorū antistitēs sunt, & qui medendi cura fungūtur, decreto decurionum immunitas nemini tribui potest. Quinta exceptio est: Nisi de numero medicorum decreuerint. Hæc exceptio reprobatur l.1.ff.de decretis ab ordine faciendis, his uerbis: Medicorum intra numerum præfinitum constituendorum arbitrium non præsidi prouinciæ cōmissum est, sed ordini & possessorib. cuiusq; ciuitatis: ut certi de probitate morū & peritia artis eligant ipsi, quibus se, liberosq; suos in ægritudine corporū cōmittāt. Sexta exceptio est: Nisi ambitiosa sint decreta. Hæc except. approbatur & declaratur l.4.ff.d.tt. cuius uerba uide s.except.2. Concordat l.2.C.de decretis decurionum, his uerbis: Ordinis ambitiosa decreta sacris constitutionibus reprobantur. Septima exceptio est: Nisi non legitimo decurionum numero coacto decretum sit. Hæc exceptio approbatur l.2. ff.de decretis ab ordine fac. his uerbis: Illa decreta, quę nō legitimo numero decurionū coacto facta sunt, nō ualent. Sanè legitimus decurionū numerus dicitur maior pars decurionum, seu duæ tertiæ. quod approbatur l.19.ff. ad municipalem. his uerbis: Quod maior pars curiæ efficit, pro eo habetur ac si omnes egerint. Concordat l.3.ff. de decretis ab ordine faciendis. hisce uerbis: Lege municipali cauetur, ut ordo non aliter habeatur, quàm duabus partibus adhibitis. Concordat item l.45.C.de decurionib. his uerbis: Nominationum forma uacillare non debet, si oēs qui albo curiæ detinētur adesse non possunt ne paucorum absentia siue necessaria; siue fortuita debilitet, quod à maiore parte ordinis salubriter fuerit cōstitutum: cū duæ partes ordinis in urbe positæ, totius curiæ instar exhibeant. Concordat item l.3. cum lege sequente. ff.quod cuiusq; uniuersitatis, his uerbis: Nulli permittitur nomine ciuitatis uel curiæ experiri, nisi ei, cui lex permittit, aut lege cessante, ordo dedit, cū duæ partes adessent, aut amplius quàm duæ. Planè ut duæ partes decurionum adfuerint, is quoq; quē decernunt, adnumerari potest. Octaua exceptio est: Nisi pater uel filius eius, cuius gratia decernitur, suffragiū tulerit, aut aliquis eorū qui in patris uel filij sunt potestate. quæ except. reprobatur l.5.cū l.sequēte.in prin. ff d.tt. Quod cuiusq;. cuius uerba uide J. cap. s.q. 1. except.2. Nona exc. est: Nisi minor uiginti quinq; annis decreuerit. Hæc exc. approbatur l.6.§.1 ff.de decur.his uer.

Mino-

Minores uigintiquinq; annorum decuriones facti, sportulas decurionum accipiunt, sed interim suffragium inter cæteros ferre non possunt. *Concordat l.6. ff. de muneribus & honorib. cuius uerba uide s̄. Lib.2. cap.1. quæst.1. regula 22.* *Nona exceptio est: Nisi per ignorantiam aduersus decretum sit factum.* *Hæc exceptio approbatur l.6 ff. de decretis ab ord. faciend. his uerbis:* Municipali lege ita cautum erat: *Ἐάν τις ἔξω τοῦ συνεδρίου δικάσηται τότε συνεδρίου ἀρχθέτω, καὶ προσαποτινέτω δραχμὰς χιλίας* (id est: Si quis extra decurionum ordinem iudicauerit, & ipso ordine moueatur & insuper mille drachmas persoluat) quæsitum est, an pœnam sustinere debeat, qui ignorãs aduersus decretum fecit? Scæuola respondit, huiusmodi pœnas aduersus scientes paratas esse. *Hactenus de iure & officijs Decurionum.*

III. CAVSAE AMITTENDI DECURIONATUS.

I. *Causa. Est infamia. quæ approbatur l.8. C. de decurionibus, his uerbis:* Infamia, quæ tibi abominanda est, non etiam amissionis oculorum casus, quæsitum tibi adimit honorem.

II. *Causa. Cæcitas. quæ reprobatur uerbis iam dictis hisce:* Non etiam amissionis oculorum casus, &c.

III. *Causa. Senectus. de qua causa cum alijs similibus uide j. Lib. prox. cap.4. quæstione 1. causa 4. cum sequentibus.*

IIII. *Causa. Si decurio censuale ministerium seu officium notariatus assumpsit.* *Hæc causa approbatur l.2. C. de tabularijs, his uerbis:* Quicunq; decurionum spontè se censuali ministerio mancipauerit, conditionem habeat, quam ipse elegit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quæstionis subeundæ inuenerit.

V. *Causa. Si decurio ad tempus relegatus sit, decurionatum amittit. quæ causa approbatur l.2. in princ. ff. de decurionibus, his uerbis:* Qui ad tempus relegatus est, si decurio sit, desinet esse decurio. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi tempus pœnæ sit finitum. quæ exceptio reprobatur, certo tamen modo d.l.2. in prin. cuius reliqua uerba uide s̄. quæst. prox. reg.18. Concordat l.3. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. Lib.2. cap.1. quæst.1. regula secunda, exceptione prima.* *Concordat l.5. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. causa prox.*

VI. *Causa. Si decurio ad tempus ordine motus sit. Huius causæ eadem est, quæ superioris exceptio, hæc scilicet: Nisi tempus pœnæ sit finitum. quæ exceptio approbatur d.l.2. §.1. cuius uerba uide item d. reg.18. Concordat item d.l.3. in prin.* *Huius autem exceptionis replicatio est: Nisi ob crimen quod ignominiam importat, ad tempus ordine sit motus. quæ replicatio approbatur l.5. ff. de decurionibus, his uerbis:* Ad tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat, in perpetuum moueri placuit: ad tempus autem exulare iussos, ex crimine leuiore, uelut transacto negocio non esse inter infames habendos.

Postremò inter causas amittendi decurionatus possunt numerari excusationes ab eodem, de quibus uide j. Lib. prox. cap.4.

DE NOMINANDIS *& creandis decurionibus.* *Cap. III.*

I. QVI CREANDI decuriones.

PRima *regula. De seruo proponitur l.2. C. si seruus aut libert. ad decur. his uerbis:* Præses prouinciæ si eum qui ædilitate fungitur, seruum tuum esse cognouerit, siquidem non ignarum conditionis suæ ad ædilitatem adspirasse prospexerit, ob uiolatam seruili macula, curiæ dignitatem congruenti pœna afficiet. Si uerò cum opinione publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit, dominio tuo eum subiugabit.

II. *Regula. De eo qui ex seruo patre natus est, proponitur l.9. in prin. ff. de decurionibus, his uerbis:* Seuerus Augustus dixit, & si probaretur Titius in seruitute sui patris natus: tamen cum ex libera muliere sit procreatus, non prohibetur decurio fieri in sua ciuitate.

III. *Regula. De liberto proponitur l.1. C. si seruus aut libertus ad decur. his uerbis:* Si libertus uel ius aureorum annulorum adeptus non est, uel natalibus suis nõ est restitutus, præses prouinciæ non tantum curiæ participare non permittet, sed iuxta legis seueritatem congruenti pœna ulciscetur. *Concordat l. unica. C. ad l. Viscelliam, his uerbis:* Lex Viscellia libertinæ conditionis homines persequitur, si ea quæ ingenuorum sunt circa honores & dignitates ausi fuerint attentare, uel decurionatum arripere: nisi iure aureorum annulorum impetrato à principe sustineantur. Tunc enim quoad uiuunt, imaginem, non statum ingenuitatis obtinent, & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis ciuiliter poterit, quàm legis Viscelliæ crimine perurgeri. In curiam autem se immiscens, damno quidẽ cum infamia afficitur: muneribus uerò personalibus in patria patroni, quę congruunt huiusmodi hominibus singulos pro uirib. attributos esse, non dubium est.

IIII *Regula. De nauicularijs, proponitur l.9. in fine. ff. de decurionibus, his uerbis:* Non dubitandum

dum quin nauicularij non debeant decuriones creari.

V. *Regula. De fabricensibus proponitur l. 12. C. de decurionib. his uerbis*: Fabricenses ordinibus restituantur, qui originem curialem & propria munera declinauerint ciuitatis: reliqui ne leui quidem inquietudine pulsentur.

VI. *Regula. De surdo & muto, proponitur l. 7. §. 1. ff. de decurionibus. cuius uerba uide §. Libr. 2. cap. 1. quæst. 1. reg. 23.*

VII. *Regula. De pauperibus proponitur l. 46. C. de decurionibus, his uerbis*: Ad subeunda patriæ munera dignissimi meritis & facultatibus curiales eligantur: ne tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non possint.

VIII. *Regula. De filiofamiliâs proponitur l. 5. C. de decurionibus, his uerbis*: Filios in potestate patris positos, ad munera seu honores nō posse deuocari, falso tibi persuasum est. Sanè si ad nominationem filij consensum non accommodaueris, ob administrationē ipsius minimè conueniri poteris.

IX. *Regula. De expertibus literarum, proponitur l. 6. C. eod. tit. his uerbis*: Expertes literarum decurionis munera peragere non prohibent iura.

X. *Regula. De minoribus ætate, proponitur l. 8. ff. de munerib. & honoribus. cuius uerba uide §. Lib. 2. cap. 1. quæst. 1. reg. 22. Concordat l. 11 ff. de decurionib. his uerbis*: Non tantum qui tenerę ætatis, sed etiam qui grandes natu sunt, decuriones fieri prohibentur: illi quasi inhabiles rempub. tueri, ad tempus excusantur: hi uerò & in perpetuum amouentur. Non aliàs seniores, nē seniorū excusatione iuniores onerentur, ad omnia munera publica suscipienda soli relicti. Neq; enim minores uigintiquinq; annis decuriones allegi nisi ex causa possunt: neq; hi qui annum quinquagesimum & quintum excesserunt. Nonnunquā etiam longa consuetudo in ea re obseruata respicienda erit: quod etiam custodiendū principes nostri consulti de allegandis in ordinem Nicomendensium huius ætatis hominibus rescripserunt. *Concordat l. 6. §. 1. ff. eod. tit. cuius uerba uide §. cap. prox. quæst. 2. reg. 25. excep. 8. item concordat l. 8. C. quando prouocare non est necesse, his uerbis*: Si pater tuus, cum decurio creareris, non consensit, & quindecim annos ætatis agis: aditus præses prouinciæ, si inhabilem te ad eundem decurionātus honorem esse prospexerit, quando huiusmodi ætati etiam prętermissa appellatiō ne subueniatur, iniquam nominationem remouebit.

XI. *Regula. De maioribus ætate, proponetur §. inter causas excusationum Lib. prox. cap. 4. reg. 4.*

XII. *Regula. De spurijs proponitur l. 3. §. spurios. ff. de decurionibus, his uerbis*: Spurios posse in ordinem allegi nulla dubitatio est. Sed si habent competitorem legitimè quæsitum, præferri eum oportere diui fratres Lolliano Auitoto Bithyniæ præsidi rescripserunt. Cessantibus uerò his, etiam spurij ad decurionatum & re & uita honesta recipientur. Quod utique non sordi erit ordini: cum ex utilitate eius sit semper ordinem plenum habere. *Concordat l. 6. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Spurij decuriones fiunt. Et ideo fieri poterit ex incesto quoq; natus. Non enim impedienda est dignitas eius qui nihil admisit.

XIII. *Regula. De ijs qui flagellis cæduntur, proponitur l. 12. ff. de decurionibus, his uerbis*: Eos qui utensilia negociantur & uendunt, licet ab ædilibus cæduntur, non oportet quasi uiles personas negligi. Deniq; non sunt prohibiti huiusmodi homines decurionatum uel aliquem honorem in sua patria petere: nec enim infames sunt. Sed ne quidem arcentur honoribus qui ab ædilibus flagellis cæsi sunt: quanquam iure suo ita ædiles officio isto fungantur. Inhonestum tamen puto esse huiusmodi personas flagellorum ictibus subiectas in ordinem recipi, & maximè in eis ciuitatibus quæ copiam uirorum honestorum habeant: nam paucitas eorum qui muneribus publicis fungi debeant, necessariò hos etiam ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, inuitat.

XIIII. *Regula. De eo qui ad tempus relegatus uel ordine motus fuit, uide §. cap. prox. quæst. 3. causa 5. & 6. Concordat l. 13. ff. de decurionib. his uerbis*: Impp. Antoninus & Verus rescripserūt, in tempus relegatos & reuersos in ordinem allegi sine permissu principis non posse. Item rescripserunt, relegatos non posse tempore finito in ordine decurionum allegi: nisi eius ætatis fuerint, ut nondum decuriones creari possint, & dignitas certam spem eius honoria eis fecerit, ut princeps indulgere possit.

XV. *Regula. De eo qui in relegatiōe natus est, proponitur d. l. 13. §. penult. his uerbis*: Item rescripserunt, eum qui in relegatione natus est, non prohiberi honore decurionatus fungi.

XVI. *Regula. De eo cuius pater damnatus uel notatus fuit, proponitur l. 2. §. nullum. ff. de decurionib. cuius uerba cum concordantib. uide §. Lib. 3. cap. 14. q. 2. reg. 1.*

XVII. *Regula. De eo qui à publica accusatione sine abolitione destitit, proponitur l. 6. §. qui iudicij. ff. de decurionibus, his uerbis*: Qui iudicij publici quæstionem citra ueniam abolitionis deseruerunt, decurionum honore decorari nō possunt: cum ex Turpilliano senatusconsulto notentur ignominia, ueluti calumnię causa iudicio publico damnati.

XVIII. Regula. *De hæreticis proponitur* Nouell. *c.45.in prin. usq; ad §. enimuerò. cuius uerba uide* s. *Lib.10.cap.11.quæst.3.reg.7.Concordat l.49.C de decurionibus.his uerbis*: Omnes qui quolibet loco curiæ iuri debentur, cuiuſcunq; ſuperſtitionis ſint, ad implenda munera teneantur. *Concordat item l.3.§.fin.ff.de decurionib. cuius uerba uide* s. *Lib.2. cap.1.quæſtio.1.reg.8. uide item* j. *Lib. prox.cap.4.reg.63. Plures præpoſitæ reg.quæſtionis uide* s. *d.quæſt.1. item* j. *de excuſationibus munerum. Sed & de liberis decurionum* s. *cap.prox.q 2.reg.21.*

II. CAVSAE ET MODI CREANdorum decurionum.

I. Regula. *Si pœnæ nomine decurio quis creetur, proponitur l.38.C.de decurionibus.cuius uerba uide* s. *Lib.3.cap.3.quæſt.4.de pœna qua quis curiæ,&c.*

II. Regula. *De ſola albi præſcriptione, proponitur l.10.ff.de decurionibus,his uerbis*: Herennius Modeſtinus reſpondit, ſola albi præſcriptione minimè decurionem factum, qui ſecundū legem decurio creatus non ſit.

III. Regula. *De modo legitimo creandi decuriones, proponitur l.2.C.de decurionibus.cuius uerba uide* j. *Lib.prox.cap.2.quæſt 3.*

III. TEMPVS NOMINANDI ET creandi decuriones.

Huius loci regula proponitur l.1.C.de magiſtratibus municipalibus,his uerbis: Decuriones ad magiſtratum uel exactionem annonarum ante tres menſes uel amplius nominari debent: ut ſi querimonia eorum iuſta uideatur, ſine impedimento in abſoluendi locum alius ſubrogetur.

IIII. EVENTVS ET CONSEquentia nominationem & creationem.

Prima regula.De excuſatione à nominato per appellationem opponenda,proponitur l. 2. ibi: Habetur C.de decurionib.cuius uerba uide j. *Libr.prox. cap. 2. quæſt.3.reg.1.*

Secunda regula.Creatione facta non amplius auditur creatus,dicens ſe non rectè creatum.quæ regula approbatur l.13.§.fin.ff.de decurionib.his uerbis: Impp. Antoninus & Verus reſcripſerunt, non admitti contradicere uolentem quod non rectè quis ſit creatus decurio, cum initio contra dicere debuit.

Plura de propoſita, nec non et de præcedentib.quæſtionibus, decurionatus,uide j. *in loco generali de munerib. & honorib.Lib.prox.*

DE LEGATIS ET LEGATIOnibus. Cap. IIII.

INter perſonas ciuitatum habentur & legati:de quibus cum illorum officio nunc dicetur.

I. ANTECEDENTIA LEgationem.

Proponuntur l. 6. C. de legationibus, his uerbis: Quoties ab Alexandrina ciuitate legatio deſtinatur, uniuerſos curiales præcipimus, qui intra urbem conſiſtunt, ſi non ægritudine uel alia excuſabili neceſsitate impediuntur, in locum curiæ conuenire, & decreta ſua propria ſubſcriptione firmata, uiro ſpectabili præfecto Auguſtali inſinuare, ut eius relatione comitati tuis uirtutibus ſuas petitiones intimēt, & ſub examine tuo perpenſa legatione res ordinetur. *Cōcordat l.5. C.eod. tt. cuius uerba uide* j. *cap.14.reg.1.*

II. QVOT ET QVIBVS INiungenda legatio?

I. Regula. *Ne plures quàm ternos mittant, proponitur l.4.§.fin.ff.de legationibus,his uerbis*: Præcipitur edicto diui Veſpaſiani omnibus ciuitatibus, ne plures quàm ternos legatos mittāt.

II. Regula. *Vt ordo in legationibus iniungendis ſeruetur, & de eo qui legatione functus eſt, per biennium excuſando, proponitur l.8.in prin. ff. de legationibus, his uerbis*: Paulus reſpondit, eum qui legatione functus eſt, intra tēpora uacationis præfinita non oportere compelli rurſus ad defendendum publicum negocium, etiamſi de eadem cauſa litigetur. Impp. Antoninus & Seuerus Germano Syluano: Legatione functis, biennij uacatio conceditur: nec intereſt utrum legatio in urbe, an in prouincia agentibus nobis mandata ſit. *Concordat l. 12.ff.de uacat.& excuſat.muner.his uerbis*: Legato qui publicū negotium tuitus ſit, intra tempora uacationis præſtituta rurſum eiuſdem negocij defenſio mandari non poteſt. *Concordat item l.1.C.de honor.non contin.cuius uerba uide* j. *Lib.prox.cap.4.quæſt.1.reg.9.in prin. Propoſitæ regulæ exceptio prima uidetur eſſe*: *Niſi eadē cauſa, in qua legatus fuit, tractetur. Sed reprobatur hæc exceptio uerbis iam propoſitis. Altera exceptio eſt*: *Niſi breuis legatio fuit qua functus eſt, non longinqua.Hæc exceptio approbatur l. 3. C. de legationibus, his uerbis*: Tranſmarina legatione apud nos perfunctos, conſtitutum eſt biennij uacationem munerum ciuilium & honorum habere, non eos qui de proximo obſequium reipublicæ uideantur exhibuiſſe. *Plura de regula propoſita uide* j. *Lib.prox.cap.4.q.1.reg.9.*

III. Regula. *De debitore fiſci, proponitur l.4.§.debitores.ff.de legationib.his uerbis*: Debitores fiſci non prohibentur legatione fungi.

IIII. Regula. *De debitoribus reipub. proponitur d.l.4.in prin.his uerbis*: Sciendum eſt debitorem reipubl. legatione fungi non poſſe: & ita diuus Pius Claudio Saturnino & Fauſtino reſcripſit.

V. Regula. *De ijs quibus ius poſtulandi non eſt, proponitur d.l.4.in prin.his uerbis*: Sed & eos quibus ius poſtulandi non eſt, legatione fungi non poſſe: & ideo in arenam miſſum non iure legatum eſſe diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

VI. Regula.

V I. *Regula. De misso in arenam, proponitur uerbis iam dictis hisce.* Et ideo in arená missum, non iure legatum esse, &c.

V II. *Regula. De eo qui plures legationes susceepit, proponitur l. 16. in prin. ff. de legationibus, his uerbis:* Eundem plures legationes suscipere prohibitum non est, si præterea & sumptus & itineris compendium suadeat.

III. DE EXCVSATIONIBVS A' LEgationis munere.

I. *Causa excusationis. Si is qui legandus est, amicũ eius ad quem legatio est mittenda, accusat. Hæc causa approbatur l. 4. §. si accusatio. ff. de legationibus, his uerbis:* Si accusatio alicuius publicè instituta sit, non est compellendus accusator ad eum legationem suscipere, qui se amicum uel domesticum dicit eius qui accusatur: & ita diui fratres Aemilio Rufo rescripserunt.

II. *Causa. Si mittendus patrẽ in legatione habeat. Hæc causa reprobatur l. 6. ff. de legationibus, his uerbis:* Filio propter patrem legationis uacatio ne concedatur. Imperator noster cum patre Claudio Callisto rescripsit, in hæc uerba: Quod desideras ut propter legationem patris tui à legatione tu uaces, in interuallis honorum qui sumptum habent, rectè obseruatur: in impendijs legationum, quæ solo ministerio obeuntur, diuersa causa est.

Plura de causis excusationum uide ȷ. Lib. prox. c. 4.

IIII. DE OFFICIIS LEgati.

I. *Regula. Ne deserat legationem, neq; cesset, proponitur l. 1. ff. de legationibus, his uerbis:* Legatus municipalis si deseruerit legationem: pœna adficietur extraordinaria, motus ordine, ut plerunque solet. *Huc pertinet l. 2. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Vtrum quis deseruerit legationẽ, an ex necessaria causa moram passus sit, ordini patriæ suæ probare debet. *Item huius loci est d. l. 2. §. cessatio. cuius hæc sunt uerba:* Cessatio unius legati, ei qui munus ut oportet obijt, non nocet. *Item pertinet huc l. 2. in fin. C. de legationib. his uerbis:* Collegam uestrum quem à defensione patriæ destitisse dicitis, apud prouinciæ præsidem desertæ legationis arguere potestis.

II. *Regula. Neq; alienis, neq; proprijs negocijs se interponere debet. quæ regula approbatur l. 8. §. fin. ff. de legat. his uerbis:* Paulus respondit eum qui legatione fungitur, neq; alienis, neq; ꝑprijs se interponere debere. In qua causa non uideri eum quoq; contineri, qui cũ amico suo prætore gratis consiliũ participat. *Concordat l. 15. ff. eod. tt. his uerbis:* Is qui legatione fungitur, libellum sine permissu principis, de alijs suis negocijs dare non potest. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum amico suo prætore gratis consilium participauerit. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce.* In qua causa non uideri eum quoq; contineri, &c. *Secunda exceptio est: Nisi damnũ & iniuriam, quàm legationis tẽpore passus est, persequatur. quæ exceptio approbatur l. 9. ff. eod. tt. his uerbis:* Paulus respondit de eo damno quod legationis tempore legatus passus sit, posse eum etiam legationis tempore experiri. *Concordat l. 10. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Legatus antequá officio legationis functus sit, in rem suam nihil agere potest: exceptis his quæ ad iniuriam eius uel damnum peracta sunt. *Tertia exceptio est: Nisi pupilli sui causam aget uel defendat. Hæc exceptio approbatur l. 11. ff. qui legationis, his uerbis:* Qui legationis officio fungitur, licet suũ negociũ curare non potest, magnus tamen Antoninus permisit ei pupilli nomine, & instituere & defendere causam: licet legationi quam suscepit, nondum renunciauerit: præcipue cum participem officij ipsius absentem esse dicebat. *Quarta exceptio est: Nisi domum emerit. quæ exceptio approbatur l. 12. ff. de legat. his uerbis:* Legatus creatus à patria sua, legatione suscepta, in urbem Romam uenit, & nondum perfecta legatione domũ quæ erat in ipsius ciuitate Nicopoli, emit. quæsitum est, an in senatusconsultũ inciderit, quo ꝓhibentur legati ante perfectam legationem negotijs uel priuatis rebus obstringi? Scæuola respondit, non uideri teneri. *Quinta exceptio est: Nisi per alium negotium suum peragat. Hæc exceptio approbatur l. 2. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. reg. 4.*

III. *Regula. Legatus per alium legationem implere non potest. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 4. §. legati. ff. de legationib. his uerbis:* Legati uicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi per filium suum legationẽ impleat. quæ exceptio constat ex uerbis iam dictis hisce:* Nisi filios suos. *Secunda exceptio est: Nisi absens legationem gratuitam susceperit. quæ exceptio approbatur l. 11. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si absenti iniuncta est legatio, eamq; gratuitá suscepit, potest quis & alium in legationem mittere.

IIII. *Regula. Legatus etiã contra rempubl. quid à principe postulare potest. quæ regula approbatur l. 2. in prin. ff. de legationib. his uerbis:* Legatus cõtra rempublicá, cuius legatus est, per aliũ à principe quid postulare potest. *Ait Iurisconsultus:* Per alium. *hoc ideò, quia per seipsum non potest, ut ostensum. s̄. reg. 2.*

V. DE IVRE ET PRIVILEgijs legatorum.

I. *Regula. De sumptibus quos fecit legato restituendis, proponitur l. 2. §. fin. ff. de legationibus, his uerbis:* His qui non gratuitá legationem susceperunt, legariuũ ex forma restituitur. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Cum uos proprio nomi

ne sumptus ob defensionem publicam suscepetitis:id quod ad proprias erogationes collega uester acceperat, non uobis reddete hæredes eius oportet: sed si in ea causa est,ut restirui omnino oporteat,reipubl. debent potius inferre. Sanè si honorarijs aduocatorum erat ea quantitas destinata,restitui illud uobis qui hæc præstaturi estis, non iniuria postulatis. *Concordat item l.7.§.1.ff. quod cuiuscunq; uniuersitatis, hisce uerbis*: Legato qui in negocio publico sumptum fecit,puto dandam actionem in municipes.

II. *Regula. De sumptis legato datis,ab eius hæredib. non restituendis,proponitur l.10.§.fin. ff.de legationib.his uerbis*: Si quis in munere legationis antequã ad patriã reuerteretur decessit, sumptus qui proficiscenti sunt dati, non restituuntur.

III. *Regula. Legatus tempore legationis conueniri non potest,sed domum reuocandi ius habet. quæ regula approbatur,simul & distinguitur per ea quæ habentur s̄. Lib.5 cap 2.q.1.except.15.repli.5 dupl.1.tripl.7.*

IIII *Regula. Sancti habentur legati,& quid iuris sit,si quis legatũ hostium pulsauerit,definitur l.ult. ff.de legationib cuius uerba uide s̄. Lib.4.cap.2. q. 1. in fine except. 2. Concordat l. 7.in fine.ff ad l.Iul. de ui publ. cuius uerba uide d. except.2. Hæc de Legatis et legationibus sint dicta.*

DE ACTORE VNIVERSITAtis, uel syndico. Item de curatore reipub. Cap. V.

I. DE ACTORE DANDO uel eligendo.

R*Egulariter actor uniuersitatis utiliter & rectè datus præsumitur cuius regulæ exceptiones hæ sunt.*

I. EXCEPTIO: *Nisi non à legitimo decurionum ordine datus sit actor. Hæc exceptio tractatur l.3. cum lege sequente.ff.quod cuiuscunq; uniuersitatis,cuius uerba uide s̄.cap.2.q.2.reg.25.except.7.*

II. EXCEPTIO: *Nisi pater filius actoris suffragiũ quoq; dederit,uel aliquis eorũ qui in patris uel filij sunt potestate. Hæc exceptio reprobatur l.5. cum lege sequente,in prin ff.eod.tit.his uerbis*: Illud notandum Pomponius air,quòd & patris suffragiũ filio proderir,& filij patri. Item eorũ qui in eiusdem patris poreltate sunt: quasi decurio enim hoc dedit,non quasi domestica persona. Quod & in honorũ petitione erit seruandum: nisi lex municipij uel perpetua consuetudo pcohibeat.

III. EXCEPTIO: *Nisi non ordo decurionũ, sed alius actorem dederit. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit ex d.l.3 ff.quod cuiuscunq; uniuersitatis,uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi is dederit,cui ab ordine id erat permissum. quæ replicatio approbatur l.6.§.si decuriones.ff.d.tit.his uerbis*: Si decuriones decreuerunt actionem per eum mouendam,quem duumuiri elegerunt: is uidetur ab ordine electus, & experiri potest. Parui enim refert,ipse ordo eligat, an is cui ordo negocium dedit. *Secunda replicatio est: Nisi lex actorem dederit quæ replicatio approbatur d. l.3.*

IIII. EXCEPTIO: *Nisi filiusfamiliâs actor sit datus. Hæc exceptio reprobatur l.6.§.fin.ff.quod cuiuscunq; uniuers.his uerbis*: Actor etiam filiusfamiliâs dari potest.

V. EXCEPTIO: *Nisi non ad actionem uel defensionem exercendam actor constituatur,sed ad aliud negocium. Hæc exceptio reprobatur l.ult.ff. quod cuiuscunq; uniuersitatis,his uerbis*: Constitui potest actor & ad operis noui nunciationem. & ad stipulationes interponendas: ueluti legatorum,damni infecti, iudicatum solui: quamuis seruo potius ciuitatis caueri debeat Sed etsi actori cautum fuerit, utilis actio administratori rerum ciuitatis dabitur.

VI. EXCEPTIO: *Nisi generaliter datus sit actor,ut quæcunq; incidisset controuersia,per eum expediretur Hæc exceptio approbatur l.6.§.sed si ita. ff. quod cuiuscunq; uniuersitatis,his uerbis*: Si ita decreuerint, ut quæcunq; incidisset controuersia,eius petendæ negocium Titius haberet, ipso iure id decretum nullius momenti esse uidetur: quia non possit uideri de ea re,quæ adhuc in controuersia non sit, decreto datam persecutionem. Sed hodie hæc omnia per syndicos solent secundum locorum consuetudinem explicari.

VII. EXCEPTIO: *Nisi actor postea agere prohibitus sit. Hæc exceptio approbatur d.l.6.§.quod si actor,his uerbis*: Si actor datus,postea decreto decurionum prohibitus sit, an exceptio ei noceat? & puto sic accipiendum, ut ei permissa uideantur, quæ & permissa durant.

II. DE ACTORE MVtando.

Proponitur de hac re d. l.6. §.penult. his uerbis: Ex ijsdem causis mutandi procuratoris potestas erit, ex quibus etiam procuratoris. *Quæ autem sint causæ mutandi procuratoris, uide s̄. Lib.5.cap.6.quæst.5.*

III. OFFICIA ET IVra actoris.

I. *Regula. proponitur l.6.§.actor itaq;.ff. quod cuiuscunq; uniuersitatis,his uerbis*: Actor iste procuratoris partibus fungitur,& iudicati actio ei ex edicto non datur,nisi in rem suam datus sit: & constitui ei potest.

II. *Regula Quod communiter agi fieri oportet,per actorem agi fieri debet. quæ regula approbatur l.1.§. quibus.ff.quod cuiuscunque uniuersitatis, his uerbis*: Quibus permissum est corpus habere, collegij,societatis,siue cuiuscunq; alterius nomine: eorum proprium est,ad exemplum reipub.ha-

pub. habere res communes, arcam communem, & actorem, siue syndicum: per quem, tanquam in repub. quod communiter agi fieri oporteat, agatur fiat.

III. *Regula. Non est singulorum, sed uniuersitatis procurator. quæ regula approbatur l. 2. ff. d. tt. his uerbis*: Si municipes, uel aliqua uniuersitas ad agendum det actorem: non erit hic dicendum, quasi à plurib. datum, sic haberi. Hic enim ꝓ repub. uel uniuersitate interuenit, non pro singulis.

IIII. *Regula. Si actori cautum sit, administratori rerum ciuitatis competit actio. quæ regula approbatur l. ult. §. fin. ff. quod cuiusq; uniuersitatis. cuius uerba uide§ quæst. 1. except. 5.*

Plura de actore uniuersitatis uide §. Lib. 5. cap. 6. de Procuratorib.

IIII. DE CVRATORE reipub.

I. *Regula. Ex stipulatione actoris curatori utilis competit actio. quæ regula approbatur d. l. ult. §. fin.*

II. *Regula. De rebus et agris ciuitatis uindicandis, proponitur l. 10. §. 3. ff de administrat. rerum ad ciuit. his uerbis*: Impp. Antoninus & Verus rescripserunt, agros reipub. retrahere curatorem ciuitatis debere, licet à bona fide emptoribus posside antur, cum possint ad auctores suos recurrere.

III. *Regula. De exigenda pecunia ad annonam destinata, proponitur d. l. 10. §. 4. his uerbis*: Item rescripserunt, pecuniam ad annonam destinatam, distractis rebus, curatorem exigere debere.

IIII. *Regula. De exigenda cautione fideicommissi nomine, proponitur l. 2. C. de administr. rerum pub. his uerbis*: Contra eos qui rempub administrantes, per officij necessitatem sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti reipub. interest, satis nō esse acceptum, dirigendam esse actionem prospicitis. *Sed de actione quæ datur aduersus curatorem reipub. ex ipsius administratione dicetur §. Lib. prox. cap. 7.*

DE PARTIBVS CIVITATIS, seu collegijs & corporibus. Cap. VI.

I. DE CONSTITVENDO collegio.

1. Causę ex quibus, & propter quas collegia constitui possunt.

PRima *regula. Non ex qualibet causa collegiū cōstitui permittitur. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. quod cuiusq; uniuersitatis, his uerbis*: Neq; huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur: nam & legibus & senatusconsultis, & principalib. constitutionibus ea res coercetur. Paucis admodū in causis concessa sunt huiusmodi corpora: ut ecce uectigalium publicorum socijs permissum est corpus habere, uel aurifodinarum, uel argenti fodinarum, uel salinarum. Item collegia Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis atque constitutionibus principalibus confirmatum est, ueluti pistorum & quorundam aliorum, & nauiculariorum qui & in ꝓuincijs sunt. *Concordat l. 1. in prin. ff. de collegijs & corporib. his uerbis*: Mandatis principalibus præcipitur præsidibus prouinciarum, ne patiantur esse sodalitia, neúe milites collegia in castris habeant: sed permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tantum semel in mense coeant: ne sub prætextu huius illicitum collegiū coeant. Quod non tantum in urbe, sed & in Italia, & in prouincijs locum habere diuus quoque Seuerus rescripsit. *Concordat denique l. 3. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius.*

II. *Regula. De causa religionis, proponitur l. 1. §. 1. ff. de collegijs, hisce uerbis*: Sed religionis causa coire non prohibentur: dum tamen per hoc non fiat contra senatusconsultum, quo illicita collegia coercentur. *Concordat uerbis posterioribus l. 2. ff. de extraord. criminib. his uerbis*: Sub prætextu religionis, uel sub specie soluendi uoti, cœtus illicitos nec à ueteranis tentari oportet.

II. CVIVS AVTHORITATE COLlegia constituenda.

Definitur l. 3. §. 1. ff. de collegijs, hisce uerbis: Nisi ex senatusconsulti authoritate, uel Cęsaris, collegium uel quodcunque tale corpus coierit: contra senatusconsulta & mandata & constitutiones collegium celebratur.

III. INTER QVOT ET QVAS personas collegium constitui possit.

I. *Regula. Inter tres personas constitui potest. quæ regula approbatur l. 85. ff. de uerb. signif. his uerbis*: Neratius Priscus tres facere existimat collegium: & hoc magis sequendum est.

II. *Regula. De seruis proponitur l. 3. §. fin. ff. de collegijs, hisce uerbis*: Seruos licet in collegium tenuiorum recipere, uolentibus dominis: ut curatores horum corporum sciant, si inuito aut ignorante domino in collegium tenuiorum recipiant, & in futurum pœna teneantur in singulos homines aureorum centum.

III. *Regula. De eo qui est in alio quoq; collegio, proponitur l. 1. §. fin. ff. d. tt. his uerbis*: Non licet amplius quam unum collegium licitum habere, ut est etiam constitutum à diuis fratribus. Et si quis in duobus fuerit, rescriptum est eligere eum oportere in quo magis esse uelit: accepturum ex eo collegio à quo recedit, id

dit, id quod ei competit ex ratione, quæ cõmunis fuerit. *Hæc de collegio constituendo.*

II. DE COLLEGIO DISSOLuendo uel immutando.

Prima regula. An personis mutatis, mutetur quoq; collegium uel uniuersitas, definitur l. 7. §. in decurionib. ff. quod cuiusq; uniuers. his uerbis: In decurionibus uel alijs uniuersitatibus nihil refert utrum omnes ijdem maneant, an pars maneat, uel omnes immutati sint. Sed si uniuersitas ad unum recidit, magis admittitur posse eum conuenire & conueniri: cum ius omniũ in unum reciderit, & extet nomen uniuersitatis.

Secunda regula. De pecunia cõmuni diuidenda dissoluta uniuersitate, uel si unus ab ea recesserit, proponitur l. 3 in prin. ff. de collegijs, hisce uerbis: Collegia si qua fuerint illicita, mandatis & constitutionibus & senatusconsultis dissoluuntur. Sed permittitur eis cum dissoluuntur, pecunias communes (si quas habent) diuidere, pecuniamque inter se partiri. *Concordat l. 1. §. fin. ff eod. tt. cuius uerba uide s̃. eod. cap. q 3. reg. 3.*

III. IVRA COLLEGII ET uniuersitatis.

I. *Regula Proprium horum est habere res communes, arcam communem, & actorem uel syndicum. quæ regula approbatur l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusq; uniuersitatis, cuius uerba uide s̃. cap. prox. quæst. 3. reg. 2.*

II. *Regula. Sodales sunt, qui eiusdem sunt collegij, & pactionem quam uelint, facere possunt. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 4. ff. de collegijs, hisce uerbis*: Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quam Greci ἑταιρίαν uocant. His autem potestatem facit lex pactionem, quam uelint sibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed hæc lex uidetur ex lege Solonis translata esse: nam & illicita est eadem. Ἐὰν ᾖ ὁ δῆμος, ἢ φράτορες ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι, ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι. ἢ εἰς ἐμπορίαν, ὅ τι ἂν τούτων, διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ τὰ δημόσια γράμματα. id est: Quod si populus uel eiusdem religionis cultores, uel Orgiorum sacrificuli, uel nautæ, uel sodales, uel commune sepulchrum habentes, uel publicani, uel in societatem coemendorum pecorum, aut negociationis, aut cuiuscunque alterius rei coeuntes paciscantur inter se: ratum esto quatenus publica id monumenta non prohibeant.

III. *Regula. Quod uniuersitati debetur, non singulis debetur: nec quod illa debet, singuli debere dicuntur. quæ regula approbatur l. 7. §. si quid. ff. quod cuiusque uniuers. his uerbis*: Si quid uniuersitati debetur, singulis non debetur: nec quod debet uniuersitas, singuli debent. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi uniuersitas ad unum reciderit. quæ exceptio approbatur d. l. 7. §. fin. cuius uerba uide paulo superius de collegio dissoluendo. reg. 1.*

IIII. *Regula. Si uniuersitas nõ defendatur, id quod commune est possidetur & uenit. quæ regula approbatur l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque uniuersitatis. cuius uerba uide s̃. Lib. 8. cap. 6 quæst. 5. reg. 4. Sin autem nihil sit in quod mittatur actor, per actiones debitorum ciuitatis actori satisfaciendum est. quod approbatur l. 8. ff. eod. tt. his uerbis*: Ciuitates si per eos qui res eorum administrant non defendũtur, nec quidquã est corporale reipub. quod possideatur, per actiones debitorum ciuitatis agentibus satisfieri oportet.

V. *Regula. Huius loci proponitur l. 14. ff ad municipalem. cuius uerba uide j. cap. 9. membr. 3. quæstione 2. causa 2.*

Plura de quæstione proposita uide j. cap. 13. reg. 7. cum sequentibus, item cap. 14.

IIII. DE PRIVILEGIIS COLlegiorum, quibus competant?

I. *Regula. De eo qui solo nomine collegiatus est, proponitur s̃ Lib. 10. cap. 5. reg. 1. except. 5.*

II. *Regula. De ijs qui supra numerum additi sunt, proponitur l. unica. §. quod autem. C. de collegiatis, hisce uerbis*: Quòd supra numerum qui incautis breuibus continetur, nemo se quolibet patrocinio, uel cuiuslibet assumpta potentia debeat excusare, hoc nostræ est serenitatis censere, & tuæ sublimitatis, tuique officij cautius obseruare: hoc inter omnes æqua lance seruari præcipimus: nullo diuinæ domus patrocinio, nulla sacrosanctarum ecclesiarum reuerentia, nullo qualibet uel cuiuslibet potentia se excusante. Sed ne tantum circa munera releuanda supplicibus cõsuluisse noscamur: illud etiam dicendum obseruandumq; esse censemus, ut chartæ uenditio, quæ de prouincijs ad corporatos supplicium per inuocationem translata est, primæ constitutionis terminis concludatur, hoc est: quod initio dispositionis cõstitutum est, id in posterum nulla addita nouatione seruetur.

DE QVIBVSDAM CIVIVM ac collegiorum aliarumq; ciuitatis personarum speciebus. Cap. VII.

I. DE MAGISTRIS ARTIVM LIberalium doctoribus, & professoribus in genere.

PRima regula. *Vt abstineant ab ostentatione uulgari & priuata institutione. quæ regula approbatur l. unica, in prin. C. de studijs liberalibus urbis Romæ & Constantinopol. his uerbis*: Vniuersos qui usurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis

blicis magiſtrationibus cellulisq; collectos, undecunq; diſcipulos circumferre conſueuerunt, ab oſtentatione uulgari præcipimus amoueri: ita ut ſi quis eorum poſt emiſſos diuinæ ſanctionis affatus, quæ prohibemus atq; damnamus, iterum fortè tentauerit: non ſolum eius quam meretur infamiæ notam ſubeat, uerùm etiam pellendum ſe ex ipſa, ubi uerſatur illicitè urbe cognoſcat. Eos uerò qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatim ſtudia conſueuerunt, ſi ipſis tantummodo diſcipulis uacare maluerint, quos intra parietes domeſticos docent, nulla huiuſmodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint qui uidentur intra capitolij auditorium conſtituti, hi omnibus modis priuatarum ædium ſtudia ſibi interdicta eſſe cognoſcant: ſcituri, quòd ſi aduerſus cœleſtia ſtatuta facientes deprehenſi fuerint, nihil penitus ex illis priuilegijs conſequantur, quæ his qui in capitolio tantummodo docere præcepti ſunt, meritò deferuntur.

II. Regula. *De numero profeſſorum, proponitur d. l. unica. §. habeant, his uerbis*: Habeant igitur auditoriũ ſpecialiter noſtrum in his primum, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores tres numero, Grammatici decem. In his etiã qui facundia græcanitatis pollere noſcũtur, quinq; numero ſint Sophiſtæ, & Grammatici æquè decem. Et quoniã non in his artibus tantũ adoleſcentiã glorioſam optamus inſtitui, profundioris quoq; ſcientiæ atq; doctrinæ memoratis magiſtris ſociamus authores. Igitur unũ adiungi cæteris uolumus, qui Philoſophiæ arcana rimetur, duos quoq; qui Iuris ac Legum uoluntates pandant: ita ut unicuique loca ſpecialiter deputata adſignari faciat tua ſublimitas, ne diſcipuli ſibi inuicẽ poſſint obſtrepere, uel magiſtri, neúe linguarũ confuſio permiſta, uel uocũ, aures quorundam aut mentes à ſtudio literarum auertat.

III. Regula. *De qualitate profeſſorum, proponitur l. 7. C. de profeſſoribus, his uerbis*: Magiſtros ſtudiorũ, doctoresq; excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Sed quia ſingulis ciuitatibus adeſſe ipſi non poſſunt, iubeo quiſquis docere uult, nõ repentè nec temerè proſiliat ad hoc munus: ſed iudicio ordinis probatus, decretũ curialiũ mereatur optimorum conſenſu conſpirante.

IIII. Regula. *De mercede et ſalarijs illis conſtituendis, proponitur l. 1. in prin. cum ſequentib. ff. de extraord. cognitionib. cuius uerba uide s̄. Lib. 9. cap. 1. quæſt. 1. reg. 1. Concordat l. 6. in fine. C. de profeſſorib. cuius uerba uide J. reg. prox.*

V. Regula. *De immunitate profeſſorũ, proponitur d. l. 6. his uerbis*: Medicos, & maximè archiatros, uel ex archiatris, Grãmaticos, & pfeſſores alios literarũ, & doctores legum, unà cum uxoribus & filijs, nec nõ & rebus quas in ciuitatibus ſuis poſſident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus ciuilibus uel publicis immunes eſſe præcipimus: & neq; in prouincijs hoſpites recipere, nec ullo fungi munere, nec ad iudiciũ deduci, nec eximi, uel exhiberi, uel iniuriam pati: uel ſi quis eos uexauerit, pœna arbitrio iudicis plectetur. Mercedes autem eorum & ſalaria reddi iubemus, quo facilius liberalibus ſtudijs, & memoratis artibus multos inſtituãt. *Plura de hac re uide J. Lib. prox. cap. 4. reg. 51.*

VI. Regula. *De profeſſorib. remouendis, proponitur l. 2. C. de profeſſ. his uerbis*: Grammaticos ſeu Oratores decreto ordinis pbatos, ſi non ſe utiles ſtudentibus præbeant, denuò ab eodem ordine reprobari poſſe, incognitum non eſt.

II. DE PHILOSOPHIS.

I. Regula. *De mercenaria opera ab illis ſpernenda, proponitur l. 1. §. an & philoſophi. ff de extraord. cognit. cuius uerba uide s̄. Lib. 9. cap. 1. quæſtio. 1. reg. 1. except. 2.*

II. Regula. *De patriæ functionibus ac munerib. ab illis ſubeundis, proponitur l. 8. C. de profeſſorib. his uerbis*: Reddatur unuſquiſq; patriæ ſuæ, qui habitum Philoſophiæ indebitè & inſolenniter uſurpare cognoſcitur: exceptis his qui à probariſsimis approbati, ab hac debent colluſione ſecerni. Turpe enim eſt, ut patriæ functiones ferre non poſsit, qui etiam fortunæ uim ſe ferre profitetur. *Concordat l. 6. C. de munerib. patrimonial. his uerbis*: Profeſsio & deſiderium tuũ inter ſe diſcrepant: nam cũ Philoſophũ te eſſe proponas, uinceris auaricia & rapacitate, & onera quæ patrimonio tuo iniunguntur, ſolus recuſare conaris: quod fruſtra te facere cæterorũ exemplo poteris edoceri. *Concordat item l. 8. §. Philoſophis. ff. de uacatione munerum, his uerbis*: Philoſophis qui ſe frequentes atq; utiles per eandem ſtudiorũ ſectam contendentibus præbent, tutelas item munera ſordida corporalia remitti placuit: non ea quæ ſumptib. expediũtur. Etenim uerè philoſophantes pecuniã contemnunt, cuius retinendæ cupidine fictam adſeuerationẽ detegunt. *Contradicit l. ult. in prin. C. de profeſſ. & med. cuius uerba uide J. Lib. prox. cap. 4. reg. 51.*

III. DE MEDICIS.

I. Regula. *De hiſce conſtituendis, proponitur l. 1. ff. de decretis ab ordine faciendis. cuius uerba uide s̄. cap. 2. quæſt. 2. reg. 25. except. 5. uide item J. reg. 4.*

II. Regula. *Medicis extra ordinẽ de ſuo ſalario ius dicitur, quæ reg. approb. l. 1. §. med. ff. de ext. cogn. cuius*

uerba uide §. *Lib.9. cap. 1.quæst.1.reg.1.except.1. replic.1.*

III. Regula. *De speciebus medicorum, proponitur d.l.1.§. medicos. cuius uerba uide d.repl.1.dupl.1.*

IIII. Regula. *De medico in defuncti locum subrogando, & de ordine medicorum, proponitur l.10.C.de professoribus, his uerbis*: Si quis in Archiatri defuncti locum promotionis meritis aggregandus est, non ante eorum particeps fiat quàm primis, qui in ordine reperientur, (septem uel amplius iudicantibus idoneus adprobetur. Ita tamen ut quicunq; fuerit admissus, non in priorum numerum statim ueniat, sed eum ordinē cōsequatur qui in cæteris ad priora subiectis, ultimus poterit inueniri.

V. Regula *De immunitate medicorum, proponitur l.6.C.de professorib. cuius uerba uide* §. *eod.cap. mēbr.1.reg.5. uide insuper*) *Lib. prox. c. 4. reg.46.*

VI. Regula *De salario medici et ab ægrotante dato uel promisso, proponitur l. 9. C. d. tt. de professorib. his uerbis*: Archiatri scientes annonaria sibi commoda à populi commodis ministrari, honestè obsequi tenuioribus malint, quam turpiter seruire diuitibus. Quos tantum ea patimur accipere quæ sani offerunt pro obsequijs, non ea quæ periclitantes pro salute promittunt *Concordat l.3. ff. de extraord. cognit. his uerbis*: Medicus cui curandos suos oculos qui eis laborabat, commiserat, periculum admittendorum eorum per aduersa medicamēta inferenda compulit ut ei possessiones suas contra bonā fidem æger uenderet: inciuile factū præses prouinciæ coerceat, remq; restitui iubeat.

VII. Regula. *Ne pauperibus, quoq; mederi non grauentur, proponitur l.9. in prin. C. de professoribus, cuius uerba uide* §. *reg. prox.*

VIII. Regula. *De medicis reprobandis, proponitur l.11.§. reprobari ff. de munerib. his uerbis*: Reprobari posse medicū à republica, quāuis semel ꝓbatus sit, D. magnus Antoninus rescripsit.

IIII. DE IVRIS STVdiosis.

De his proponitur l.4. ff. de extraord. cognit. his uerbis: Diuus Antoninus Pius rescripsit, iuris studiosos qui salaria petant, hæc exigere posse. *De iisdem proponitur l.1. ff. de officio adsessorum, cuius uerba uide* §. *Lib.5. cap.3. quæst.2. reg.1.*

V. DE ARGENTARIIS.

I. Regula. *Argentarij opera uirilis est: ideoq; fœminæ ab ea sunt remotæ. quæ regula approbatur l. 12. ff. de edendo, his uerbis*: Fœminæ remotæ uidentur ab officio argentarij: cum ea opera uirilis sit.

II. Regula. *Seruus potest esse argentarius. quæ regula approbatur l. 4. §. sed etsi seruus, ibi: Potest enim. ff. eod. tt. cuius uerba uide* §. *Lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 2. reg. 5.*

III. Regula. *De priuilegijs argentariorum, proponitur Nouell. c. 136. cuius uerba suis locis sunt inserta, ut ex Indice apparebit.*

VI. DE MERCATORIBVS.

I. Regula. *Qui esse debeant mercatores uel non. De nobilibus & diuitib. proponitur l. 3. C. de commercijs & mercator. his uerbis*: Nobiliores natalibus, & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiores, perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negociatores facilius sit emendi uendendiq; commercium.

II. Regula. *Quot debeant esse, & à quibus ordinandi, definitur l.5. C. d. tt. his uerbis*: Cessante omni ambitione, omni licentia, quingentorū sexaginta trium collegiatorum numerus maneat, nulliq; his addendi, mutandiue, uel in defuncti locum substituendi pateat copia: ita ut iudicio tuæ sedis sub ipsorum præsentia corporatorum in eorum locum, quos humani subtraxerint casus, ex eodem quo illi fuerant corpore, subrogentur: nulli alij corporatorū præter prædictum numerum per patrocinia immunitate concessa.

III. Regula. *Ne uetita loca accedant negociandi causa, proponitur l. 4. C. d. tt. his uerbis*: Mercatores tam Imperio nostro quàm Persarum regi subiectos, ultra ea loca, &c. *Cōcordat l. ult. C. eod. tt. his uerbis*: Si q inclytas nominatim, &c.

IIII. Regula. *Ne arma uel quid simile ad hostes & barbaros transferāt. De hac regula cum similibus dicetur in fine Sextæ partis.*

V. Regula. *Vt secundum auctionis formulam merces uendant proponitur Nouell. c. 122. cuius uerba uide* §. *reg. prox.*

VII. DE ARTIFICIBVS ET mercenarijs.

Vt secundum auctionis formulam operas locent, uel merces uendant, proponitur d. Nouell. c. 122. his uerbis: Omnis artifex, aut mercenarius, aut mercator secundum auctionis formulam operas locato mercesue uendito. Nam si quid amplius acceperit, pœnæ tripli subiacet.

VIII. DE MENDICANTIBVS.

De illis inspiciendis & ualidis ad labores cogendis, proponitur l. unica. C. de mendicantib. ualidis, his uerbis: Cunctis quos in publicum quæstum incerta mendicitas uocauerit inspectis, exploretur in singulis & integritas corporum, & robur annorum, atque inertibus & absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem quos tenet conditio seruilis, proditor studiosus & diligēs dominiū consequatur: eorū uerò quos nataliū sola libertas persequitur, colonatu perpetuo fulciatur, quisquis huiusmodi lenitudinē prodiderit ac probauerit: salua dominis

in eos actione qui uel latebram fortè fugitiuis, uel mendaciratis ſubeundæ cõſilium præſtiterunt. *Concordat Nouell. c. 80. §. at ſi qui. uſq; ad §. præterea. cuius uerba uide 5. Lib. 2. cap. 12. q. 7. reg. 5.*

DE POLLICITATIONIbus & legatis ciuitati relictis. Cap. VIII.

HActenus de perſonis ciuitatis actum eſt. Sequitur nunc de rebus. Et primùm de iis adquirendis: poſtea de iis alienandis: poſtremò de quibuſdã huiuſmodi rerum ſpeciebus. Acquiruntur autem ciuitati rei cùm aliis modis, tum etiam pollicitationibus & legatis: de quibus duabus cauſis in hoc Capite coniunctim tractandum.

I. DEFINITIO POLLICITAtionis, & differenria à pacto.

Proponitur l. 3. in prin. ff. de pollicitationibus, his uerbis: Pactum eſt duorum conſenſus atque conuentio Pollicitatio uerò offerentis ſolius promiſſum. Et ideo illud eſt conſtirutũ, ut ſi ob honorem pollicitatio fuerit facta, quaſi debirum exigatur.

II. AN EX POLLICITATIONE reipublicæ competat actio?

Ex *pollicitatione ciuitati datur actio, ut ex iam propoſitis uerbis conſtat. Cui concordat l. 14. in prin. ff. eod. ti. his uerbis*: Si quis ſui alieniúe honoris cauſa opus facturum ſe in aliqua ciuitate promiſerit, ad perficiendum tam ipſe, quàm hæres eius ex conſtitutione diui Traiani obligatus eſt. *Concordat item l. 8. §. quod ſi de tractat. ff. eod. ti. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non ob honorem alicuius, uel ſine cauſa promiſerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. 1. ff. de pollicitat. his uerbis*: Non ſemper obligari eum qui pollicitus eſt, ſciendum eſt, ſed ſiquidem ob honorem promiſerit, decrerum ſibi uel decernendum, uel ob aliam iuſtam cauſam: renebirur ex pollicirarione. Si uerò ſine cauſa promiſerir, non erit obligatus: & ita multis conſtirutionibus, & ueteribus & nouis continetur. *Concordat d. l. 1. §. deniq; cuius uerba uide 3. repl. prox. Concordat item l. 19. in prin ff. de donationibus, his uerbis*: Hoc iure utimur, ut in rebus publ. cum de donatione quæritur, illud ſolum ſpectetur, utrum ob cauſam aliquam iuſtam reipub. promittat quis, uel polliceatur, an non? ut ſi ob honorem aliquẽ promittat, reneatur: ſi minus, non. *Eſt autem propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc: Niſi opus promiſſum cœptum ſit: tunc enim quamuis ſine cauſa promiſſum ſit, eſt perficiendum. quæ replicatio approbatur d. l. 1. §. item ſi ſine, uſq; ad §. fin. his uerbis*: Si ſine cauſa promiſerit, cœperit ramen facere, obligatus eſt qui cœperit. Cœpiſſe ſic accipimus, ſi fundamenra iecit, uel locum purgauit. Sed etſi locus illi petenti deſtinatus eſt, magis eſt ut cœpiſſe uideatur. Item ſi apparatum ſiue impenſam in publico poſuit. Sed ſi nõ ipſe cœpit, ſed cum certam pecuniam promiſiſſet ad opus reipublicæ, contemplatione pecuniæ cœpit opus facere, renebirur quaſi cœpto opere. Deniq; cum columnas quidam promiſiſſet, Imperaror noſter cum diuo patre ſuo ita reſcripſit. Qui non ex cauſa pecuniam reipub. pollicentur, liberalitatem perficere non coguntur. Sed ſi columnas Cirienſibus promiſiſti, & opus ea ratione ſumptibus ciuitaris uel priuatorum inchoatum eſt: deſeri quod cœptum eſt, non oportet. *Concordat l. 3. in prin. ff. eod. ti. his uerbis*: Cœptum opus licet non ob honorem promiſſum, perficere promiſſor cogetur: & eſt conſtiturum. *Concordat item l. 6. §. 1. ff. eod. ti. his uerbis*: Si quis pecuniam ob honorem promiſerit, cœperitq; ſoluere: eũ debere quaſi cœpto opere Imperaror noſter reſcripſit. *Secunda replicatio eſt: Niſi ob caſum, qui reipub. contigit promiſerit. Hæc replicatio approbatur l. 7. ff. de pollicitationib. his uerbis*: Ob caſum quem ciuitas paſſa eſt, ſi quis promiſerit ſe quid facturum, etſi non inchoauerit, omnimodo renetur, ut diuus Seuerus Diogeni reſcripſit. *Concordat l. 4. ff. eod. ti. his uerbis*: Propter incendium uel terræmotum, uel aliquam ruinam, quæ reipubl. contigit, ſi quis promiſerit, renetur.

Secunda propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi cauſa ob quam promiſit, non ſit ſecuta, uel conditio non extitit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerum eius replicatio prima hæc eſt: Niſi opus cœptum ſit. quæ replicatio approbatur l. 11. ff. de pollicitationibus, his uerbis: Si quis ob honorem uel ſacerdorium pecuniam promiſerit, & antequam honorem uel magiſtratum inear, decedat: non oportere hæredes eius conueniri in pecuniam, quam is ob honorem uel magiſtratum promiſerat, principalibus conſtiturionibus cauetur: niſi fortè ab eo, uel ab ipſa republica eo uiuo, opus fuerit inchoatum. *Concordat l. 16. §. 1. ff. de munerib. his uerbis*: Qui pro honore pecuniam ꝓmiſit, ſi ſoluere eã cœpit, toram præſtare operis inchoati exemplo cogendus eſt. *Secunda replicatio eſt: Niſi cauſa ob quã promiſit, iniuſta fuit: hoc enim caſu quamuis ſecuta nõ ſit, nihilominus tenetur. quæ replicatio approbatur exemplo l. 12. §. fin. ff. eod. ti. his uerbis*: Cum quidã honoribus fungererur, opus promiſiſſet: ram honores ſubire cogendum, quã operis inſtructionẽ diuus Antoninus reſcripſit. *Tertia replicatio eſt: Niſi cauſa uel conditio promiſſo uel legato adiecta, reipub. damnoſa ſit. Hæc replicatio approbatur l. 13. §. item reſcripſerunt. ff. de pollicitationibus, his uerbis*: Impp. Antoninus & Verus reſcripſerunt, conditiones donationibus adpoſitas, quæ in rempublicam fiunt,

fiunt,ita demum ratas esse,si utilitaris publicæ interest. Quod si damnosæ sunt, id obseruari non debere. Et ideo non obseruandum esse quod defunctus certa summa legata,uetuit uectigal exerceri: esse enim tolerabilia quæ uetus consuetudo comprobat.

Tertia exceptio est: Nisi is qui promisit,postea relegatus sit.Hæc exceptio reprobatur l.8.ff.de pollicitationib.his uerbis: De pollicitationibus in ciuitatem factis,iudicum cognitionem esse diui fratres Flauio Celso in hæc uerba rescripserunt: Probè faciet Statius Rufinus,si opus proscenij quod se Gabinis extructurũ ꝓmisit, quod tandem aggressus fuerat perficiat: nã etsi aduersa fortuna usus,in triennium à præfecto urbi relegatus est,tamen gratiam muneris,quod spontè obtulit,minuere nõ debet: cum & absens per amicum perficere opus istud posit. Quod si detrectat actores constituri, qui legitimè pro ciuitate agere posint, nomine publico adire aduersus eum iudices poterunt: qui cum primum potuerint priusquam in exilium proficiscatur cognoscent,& si opus ab eodem perfici debere constituerint,obedire eum reipublicę ob hanc causam iubebunt,aut prohibebunt distrahi fundum quem in territorio Gabinorum habet.

Quarta exceptio est: Nisi fœmina pollicita sit. Hæc exceptio reprobatur l.6.§.non tantum.ff.de pollicitationibus, his uerbis: Non tantum masculos.sed etiam fœminas, si quid ob honoré pollicitæ sunt, debere implere sciendum est: & ita rescripto Imperatoris nostri, & diui patris eius continetur.

Quinta exceptio est: Nisi in epistola tantũ scripserit se opus facturum,uel munus editurum. Hæc exceptio reprobatur l.5.ff.de pollicitationibus,his uerbis: Vlpianus Charidemo respondit ex epistola, quam muneris edendi gratia absens quis emisit, compelli eum ad editionem non posse. *Planè quædam exemplaria habent*: Posse. *Abiecta particula negatiua* Non.

Sexta exceptio est: Nisi pollicentem statim pœniteat. Hæc exceptio reprobatur l.3.§.fin.ff. de pollicitat.his uerbis: Si quis postquam ex pollicitatione tradiderat rem municipibus,uindicare uelit: repellendus est à petitione, æquissimum enim est huiusmodi uoluntates in ciuitates collatas, pœnitentia non reuocari. Sed etsi desierint municipes posidere, dicendum erit actionem eis concedendam.

Septima exceptio est: Nisi à magistratu municipali opus promissum sit acceptolatum. Hæc exceptio reprobatur l.7.§.illud quoq; ff.ad l. Iul.repetundar. cuius uerba uide s̄. Lib.2 cap.3.act.1.q.1.causa 9.

Octaua exceptio est: Nisi opus promissum factum sit atq; adsignatũ. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi postea casu damnum acceperit. quæ replicatio reprobatur l.1.§.fin.ff.de pollicitationibus,his uerbis: Si quis opus quod perfecit adsignauerit, deinde id fortuito casu aliquod passum sit periculum,ad eum qui fecit non pertinere Imp. noster rescripsit. *Secunda replicatio est: Nisi non omnis pecunia promissa, in opus sit consumpta: uel non ritè opus factum sit. Hæc replicatio reprobatur l. unica.§.qui uerò opus.C. de ratiocinijs operum publ. his uerbis*: Qui opus aliquod pro sua liberalitate se facturos promiserint,licet certum sit eos ex sola pollicitatione ad implendum suæ munificentiæ opus necesitate iuris teneri,nullum tamen eos uel hæredes eorum super opere facto ratiociniũ, uel discusionem aliquam, utpote non integram promissam quantitatem in id opus erogatam, uel inutiliter facto opere,aut alia quacunq; ratione,quocunq; modo,quocunq; tempore inquietudinem sustinere concedimus.

Nona exceptio est: Nisi is qui promisit inops factus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 9.in fine.ff. de pollicitationibus. cuius uerba uide j.q.prox.

Hactenus an ex pollicitatione actio ciuitati competat,discussum est.

III. ADVERSVS QVOS EX pollicitatione competat actio.

De hæredibus pollicentis proponitur l.14. in prin. ff.de pollicitationibus. cuius uerba uide s̄. quæstio. prox.in prin. Planè hæres siquidem extraneus sit,quintam hæreditatis partem, sin autem ex liberis sit defuncti,decimam partem dando liberatur. quæ distinctio approbatur d.l.14.cum lege sequente, his uerbis: Si quis ob honorem opus facturum se in ciuitate aliqua promiserit, atq; inchoauerit & priusquam perficeret, decesserit: hæres eius extraneus quidem necesse habet aut perficere id,aut partem quintam patrimonij relicti sibi ab eo,qui id opus facere instituerat,(si ita malit) ciuitati,in qua id opus fieri cœptum est,dare. Is autem qui ex numero liberorum est, si hæres extitit, non quintæ partis, sed decimæ concedendæ necesitate adficitur: & hæc diuus Antoninus constituit. Inter liberos nepoté quoque ex filia contineri diuus Pius rescripsit. *Concordat l.9.ff.eod.tt.his uerbis*: Ex pollicitatione quam quis ob honorem apud rempubl. fecit, ipsum quidem omnimodo in solidum teneri: hæredem uerò eius ob honorem quidem facta ꝓmisione, in solidum: ob id uerò quod opus promissum cœptum est, si bona liberalitati soluendæ non fuerint,extraneum hæredem in quintam partem patrimonij defuncti,liberos in decimã teneri diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt. Sed & ipsum donatorem pauperé factum ex promisione operis cœpti, quintã partem

partem patrimonij sui debere diuus Pius cõstituit. *Planè propositæ exceptionis replicatio, hæc est: Nisi ob honorem uel aliam iustam causam sit promissum: tunc enim hæres in solidum tenetur quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Hæredem uerò eius ob honorem quidem facta promissione in solidum: ob id uerò, &c. *Concordat l. 6. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Toties locum habet diminutio pollicitationis in persona hæredis, quoties non est pollicitario ob honorem facta. Cęterùm si ob honorem facta sit, æris alieni loco habetur, & in hæredum persona non minuitur. *Propositæ replicationis duplicatio est: Nisi cum ob honorem promisisset, antequam honorem adeptus sit, cœpto opere decesserit: nam hoc casu in persona hæredis diminuitur. quæ duplicatio approbatur l. 14. §. sed si quis. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. ead. except. in prin. Concordat l. 11. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst. prox. except. 2. repl. 1.*

IIII. QVID VENIAT IN hanc actionem?

I. Regula. *Non pecuniam inferre, sed opus promissum extruere cogitur. quæ regula approbatur l. 13. in prin. ff. de pollicitationibus, his uerbis:* Impp. Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, opera extruere debere eos, qui pro honore polliciti sunt, non pecunias pro his inferre cogi.

II. Regula. *De usuris. Hæ regulariter non præstantur. quæ regula approbatur l. 16. in prin. ff. de usuris, hisce uerbis:* Liberalitatis in rempublicam factæ usuræ non exigantur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi mora in soluendo facta sit. quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de pollicitationibus, his uerbis:* Si pollicitus quis fuerit reipubl. opus se facturum, uel pecuniam daturum, in usuras non conuenietur. Sed si moram cœperit facere, usuræ accedent, ut Imp. noster cum diuo patre suo rescripsit. *Concordat l. 5. in prin. ff. de operibus publicis, his uerbis:* Si legatum uel fideicommissum fuerit ad opus relictum: usuræ quæ & quando incipiant deberi, rescripto diui Pij ita continetur: Siquidem dies non sit ab his qui statuas uel imagines ponendas legauerint, præfinitus: à pręside prouinciæ tempus statuendum est: & nisi posuerint hæredes, usuras leuiores intra sex menses: si minus, semisses usuras reipublicæ pendant. Si uerò dies dictus est, pecuniam intra diem deponant. Si aut non inuenire se statuam dixerint, aut de loco controuersiam fecerint, semisses protinus pendant. *Concordat l. 17. §. fin. ff. de usuris, hisce uerbis:* Si dies non sit ab his, qui statuas uel imagines ponendas legauerint, præfinitus: à præside tempus statuendum est: & nisi posuerint hæredes, usuras reipublicæ usq; ad tertiam centesimæ pendent.

III. Regula. *Si is qui opus promisit, pauper sit factus: quintam partem sui patrimonij dando liberatur. quæ regula approbatur l. 9. §. fin. ff. de pollicitationib. cuius uerba uide s. quæst prox.*

IIII. Regula. *Hæres quoque eius qui opus promisit, quintam hæreditatis partem dando liberatur. quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt. s. quæstio. prox.*

V. EVENTVS.

I. Regula. *Ad certam speciem ciuitati relictum, in alios usus conuerti non potest. quæ regula approbatur l. 1. ff. de administr. rerum ad ciuit. his uerbis:* Quod ad certam speciem ciuitati relinquitur, in alios usus conuertere non licet. *Concordat l. 4. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Legatam municipio pecuniam in aliam rem quàm defunctus uoluit, conuertere citra principis authoritatem non licet. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi princeps in alios usus conuerti permiserit. quæ exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Citra principis authoritatem. *Secunda exceptio est: Nisi interuentu legis Falcidiæ pecunia ad opus, cuius gratia legatum est, non sufficiat. quæ exceptio approbatur d. l. 4. in prin. his uerbis:* Siue unum opus fieri iussit, quod Falcidiæ legis interuentu fieri non potest, permittitur summã, quę eo nomine debetur, in id quod maximè necessarium reipubl. uideatur conuertere: siue plures summæ in plura opera legantur, & legis Falcidiæ interuentu quod relinquitur omnium operum extructióni non sufficit, permittitur in unum opus, quod ciuitas uelit, erogari. *Tertia exceptio est: Nisi in uenationes uel spectacula legatum relictũ sit. quæ exceptio approbatur d. l. 4. §. fin. his uerbis:* Municipio pecuniam legatum, ut ex reditu eius uenatio aut spectacula edantur, Senatus in eam causam erogari uetuit: & pecunia eo legata, in id quod maximè necessarium municipibus uideatur, conferri permittitur: ut in eo munificentia eius qui legauit, inscriptione notetur. *Quarta exceptio est: Nisi non specialiter ad certam speciem pecunia sit legata. quæ exceptio approbatur l. 5. §. fin. ff. de administ. rerum ad ciuit. his uerbis:* Nisi ad nouum opus pecunia specialiter legata sit, uetera ex hac reficienda sunt. *Quinta exceptio est: Nisi pecunia in opus nouum legata, satis eiusmodi operum ciuitas habeat, nec sit unde uetera refici possint. Hæc exceptio approbatur l. 7. in princ. ff. de operibus publicis, hisce uerbis:* Pecuniam, quæ in opera noua legata est, potius in tutelam eorum operum quæ sunt, conuertendam, quàm ad inchoandum opus erogandam diuus Pius rescripsit: scilicet si satis operum ciuitas habeat, & non facilè ad reficienda ea pecunia inueniatur.

II. Regu-

II. *Regula. De forma operi in pollicitatione data seruanda, proponitur exemplo l. 10. ff. de pollicitationibus, his uerbis*: Septicia certamen patriæ suę pollicendo, sub hac cōditione pollicita est, uti fors apud eam remaneret, & ipsa usuras semissales ad præmia certantium exolueret: in hæc uerba, *φιλοτιμοῦμαι καὶ καθιερῶ ἀγῶνα τετραετηρικὸν, ἀπὸ μυριάδων τριῶν τῶν τοῦ κεφαλαίου, αὐτὴ κατέχουσα ἀργύριον, καὶ ἀσφαλιζομένη παρὰ τοῖς δεκαπρώτοις ἀξιοχρέως ἐπὶ τῷ τέλειν τὸν ἐξ ἔθους τριῶν μυριάδων τόκον. ἀγωνοθετοῦντος καὶ προκαθεζομένου τοῦ ἀνδρός μου, ἔπειτα δὲ τῶν ἐξ ἐμοῦ γενησομένων τέκνων. Χωρήσει δὲ ὁ τόκος εἰς τὰ ἆθλα τῶν θυμελικῶν, καθὼς ἐφ' ἑκάστου ἀθλήματος ἡ βουλὴ ὁρίσῃ.* (id est: Ex liberalitate ac munificentia dedico quadriennale certamen, de triginta millibus sortis: ita quidem ut pecunia apud me retenta, apud Decemprimos de præstandis in editionem consuetis triginta millium usuris idoneè caueam: designatore ac præfecto marito meo, & deinceps qui ex me nascentur liberis. Cedent autem hæ usuræ in præmia Thymelicorum, prout unoquoq; in certamine senatus definierit.) Quæro an possint iniuriam pati filij Septiciæ, quo minus ipsi præsiderent certamini, secundum uerba conditionemq; pollicitationis? Herennius Modestinus respōdit, quo casu certaminis editio licita est, formam pollicitationi datam seruandam esse. *Propositæ regulæ exceptiones uide §. q. 2. except. 2.*

DE ALIENATIONE ET LOCATIONE *rerum ciuitatis: nec non de actionibus aduersus ciuitatem competentibus. Cap. IX.*

H*Actenus de rebus ciuitati adquirendis: nunc de ijs alienandis dicetur.*

I. DE ALIENATIONE RERUM CIUITATIS.

Alienatio rei ciuitatis regulariter ualet nec potest reuocari. quæ regula approbatur simul & distinguitur l. 3. C. de uendendis rebus ciuitatis, hisce uerbis: Si quæ hæreditatis, uel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ ciuiles, aut quęlibet ædificia uel mancipia ad ius inclytæ urbis, uel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenient siue peruenerint: super his licebit ciuitatibus uenditionis pro suo commodo inire contractum: ut summa precij exinde collata, ad renouanda siue restauranda publica mœnia dispensata proficiat. Indefensa uerò cura prospicientes, ne quis aduersus ciuitatum commoda quidquam moliri possit incommodi, sed sine ulla fraude seu inordinatione uel colludio, seu conniuentia huiusmodi uenditiones procedant: hoc etiam in posterum obseruandum esse censemus, ut si quidem ad hanc inclytam urbem domum uel ciuiles annonas, aut alia quælibet ædificia uel mancipia pertinentia contigerit uenundari, non aliter nisi imperiali authoritate uendantur: in prouincijs uerò, præsentibus omnibus seu plurima parte tam curialium quàm honoratorum & possessorum ciuitatis ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis singulatim unumquenq; eorum qui conuenerint, iubemus sententiam quam putent utilem patriæ suæ designare: ut ita demum decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emptor competentem possit habere cautelam. Hos autem uenditionum contractus, siue iam completi fuerint, siue postea ineundi fuerint, stabiles esse censemus. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non omnium, ad quos ea res pertinet, consensu, alienatio sit facta. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur uerbis iam propositis hisce*: Non aliter nisi imperiali autoritate uendantur: in prouincijs uerò præsentibus omnibus, &c. *Concordat l. 2. C. de prædijs decurionum sine decreto non alienandis, hisce uerbis*: Nec uenditio rei hæreditariæ curiæ adquisitæ, aut debitoris hæreditarij qui soluerit, liberatio aliter admittenda est, nisi apud acta totius, uel maioris partis ordinis intercedente decreto, ineundi contractus, uel dissoluendæ obligationis causa probetur. Ita enim & id, quod ex ea redigitur, ad prædiorum iubemus comparationem expendi, quorum reditus omnes (sicut dictū est), eiusdē curiæ, publicis muneribus quæ solacio egere constiterit, iustissimè seruabuntur, ex consensu omnium maximè ditiorum, uel idonea fideiussione oblata, con ductoribus eligendis. *Altera exceptio est: Nisi postea melior adferatur conditio. Hæc exceptio reprobatur l. 21. §. fin. ff. ad municipalem. cuius uerba uide §. Lib. prox. cap. 8. q. 5. reg. 1. except. 3.*

II. DE LOCATIONE RERUM CIUITATIS UEL AD TEMPUS, UEL IN PERPETUUM.

I. Antecedentia locationem.

Prima regula proponitur l. 3. C. de locatione prædiorum ciuium, his uerbis: Loca omnia, fundiue reipublicæ propositis prius licenter edictis, de hinc ubi in eum canonis modum cōtendentium augmento succreuerint, ut extendi ultra, aut superari ab alterius oblatione non possint, perpetuarijs conductoribus locentur.

Secunda regula. De consensu omnium, & satisdatione conductoris, proponitur l. 2. in fine. C. de prædijs decurionū. cuius uerba uide §. membr. prox. except. 1.

II. QVI-

II. QVIBVS LOCANDA.

Decurionibus non locanda, de qua re uide s. Lib. eod. cap. 2. quæst. 2. reg. 5.

III. EVENTVS LOCATIOOIS.

I. Reg. *Agri publici in perpetuum locati reuocari non possunt. quæ regula approbatur l. 11. §. 1. ff. de publicanis, hisce uerbis*: Agri publici, qui in perpetuum locantur à curatore reipublicæ, sine authoritate principali reuocari nõ possunt. *Cõcordat l. 1. §. 1. ff. si ager uectigalis uel emphyteuticarius. item l. 2. C. de locatione prædiorum ciuilium, his uerbis*: Fundi reipublicæ ab his qui nec titulo conductionis eoa detinent, quique meliores cultu patrocinante reddiderunt, ne nostrarum quidem sanctioonũ (si fortè quispiam per subreptionem meruerit) nutibus auferantur: iuxta legem ueterem, semel tã tum liceotia faciendę addictionis indulta.

II. Regula. *Qui fundum à municipibus in perpetuũ uel ad tempus habet conductum, illum per in rem actionem petere potest. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. cum duabus legibus sequentib. ff. si ager uectigalis, uel emphyteuticarius, &c. his uerbis*: Qui in perpetuum fundum frueodum conduxerunt à municipibus, quamuis non efficiantur domini, tamen placuit competere eis in rem actionem aduersus quemuis possessorem. Sed & aduersus ipsos municipes: ita tamen, si uectigal soloant. Idem est etsi ad tempus habuerint conductum, nec tempus conductionis finitum sit.

III. Regula. *De locati actione, quid ueniat in eam. De eo quantum præstat posterior conductor, proponitur l. 2. in prin. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin. his uerbis*: Noo utique de exemplo posterioris locationis pręteritarum cooductionũ, quę suam legẽ habuerunt, ratioũe iniri oportet. *Plura de locatione rerum ac uectigalium ciuitatis uide s. Lib. prox. cap. 7.*

IIII. DE ACTIONIBVS ADuersus ciuitatem.

I. An aduersus ciuitatem detur actió.

Datur. Quæ regula approbatur l. 7. in prin. ff. quod cuiusq; uniuers. his uerbis: Sicut municipum nomine actionem Præror dedit, ita & aduersus eos ediceodum iustissimè putauit. *Concordat l. 9. ff. eod. tit. his uerbis*: Si tibi cum municipibus hæreditas communis erit, familiæ Erciscundæ iudicium inter uos redditur. Idemque dicẽdum est in Finium regundorum, & Aqoæ pluuiæ arcendæ iudicio.

II. CAVSA EX QVA DAtur actio aduersus ciuitatem.

Ex facto maioris partis ciuium datur. quæ regula approbatur l. 160. §. 1. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Refertur ad uniuersos, quod publicè fit per maiorem partem.

Ex facto, item sui magistratus tenentur. quæ regula approbatur l. 34. §. fin. ff. de actionibus & obligat. cuius uerba uide j. quæst. ult. concordat l. 14. ff. ad municipalem, his uerbis: Municipes intelliguntur scire, quod sciunt hi, quibus summa reip. commissa est.

III. ADVERSVS QVOS datur actio?

In duumuiros. quæ regula approbatur d. l. 34. §. final.

In magistratum qui contraxit, deposito officio non datur actio. quæ regula ipso quidem iure subsistit: uerùm eius exceptio hæc est: Nisi id quod respub. debebat nouandi animo stipulanti promiserit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 1. §. in eum. ff. de administr. rer. ad ciuit. pert. his uerbis: In eum qui administrationis tempore creditoribus reipublicæ nouatione facta pecuniam cauit, post depositum officium actionẽ denegari non oportet. Diuersa est causa eius qui solui constituit. Similis etenim uidetur ei qui publicè uendidit, aut locauit.

IIII. QVAMDIV COMpetit.

Etiam post annum datur. quæ regula approbatur l. 34. §. fin. ff. de actionibus & obligat. his uerbis: In duumuiros, & in rempublicam etiam post annum actio datur ex contractu magistratuũ municipalium. *Hactenus de Rebus ciuitatum tam adquirendis quàm alienandis, nec non de actionibus aduersus ciuitatem compelentibus sit dictum: nunc de rebus ciuitatum in specie tractandum.*

DE OPERIBVS PVBLIcis. Cap. X.

PRima regula. *De opere publico sine permissu principis non faciendo, proponitur l. 3. ff. de operibus publicis, hisce uerbis*: Opus nouum priuato etiam sine principis authoritate facere licet: præterqoam si ad emulationem alterius ciuitatis pertineat, uel materiam seditionis præbeat, uel circum theatrũ uel amphitheatrum sit: publico uerò sumptu opus nouum sine principis authoritate fieri non licere, constitutionibus declaratur. *Concordat l. 6. ff. eod. tit. his uerbis*: De operibus quæ in muris uel portis, uel rebus publicis fiunt, aut si muri extruantur, diuus Marcus rescripsit: Pręsidem aditum consulere principem debere. *Concordat l. 12. C. eod. tit. his uerbis*: Nemo iudicũ in id temeritatis erumpat, ut inconsulta pietate nostra noui aliquid operis existimet inchoandum, uel ex diuersis operibus ornamenta, aut marmora, uel quãlibet speciem, quæ fuisse in uso, & ornatu probabitur ciuitatis, eripere uel aliò trans-

ferre sine iussu tuæ sublimitatis audeat. Etenim si quis cõtrafecerit, sex libris auri mulctabitur Similis etiam condemnatio ordinis ciuitatum manebit, nisi ornamenrum genitalis patriæ huiusmodi decreti authoritate defenderint. Horreorum autem uel stabulorum fabricas, arbitratu proprio, prouinciarum iudices studio laudandæ deuotionis arripiant. *Propositæ reg. exceptio prima hæc est: Nisi horrea uel stabula extruantur. Hæc enim etiam sine principis authoritate extruere licet. quæ exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce:* Horreorũ autem uel stabulorum fabricas, &c. *Secunda exceptio est: Nisi quis priuato sumptu publicum opus extruere uelit. quæ exceptio approbatur l. 4. C. de operibus publicis, hisce uerbis:* Intra urbem Romam ueterem & nouam, nullus iudicũ nouum opus informet, quoties serenitatis nostræ arbitria cessabunt: nisi de suis pecunijs huiusmodi opus uoluerit construere. Ea tamen instautandi quæ iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, uniuersis licentiam damus. *Concordat l. 3. in prin. ff. de operibus publicis. cuius uerba uide s. ead. reg ist prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi illud opus, quod quis priuato sumptu extruere molitur, ad æmulationem alterius ciuitatis pertineat: uel materiam seditionis præbeat, uel circa theatrum sit aut amphytheatrum Hæc multiplex replicatio approbatur d. l. 3. in prin. Tertia exceptio est: Nisi quis uetus opus reficere uelit: hoc enim licet etiam sine principis authoritate. quæ exceptio approbatur uerbis paulo superius propositis hisce:* Ea tamen instaurandi, quæ iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, uniuersis licentiam damus.

II. Regula. *De nouis operibus non extruendis, antequam uetera sint refecta, uel cœpta perfecta. Hæc regula proponitur l. ult. C. de operibus publicis, hisce uerbis:* Nemini iudicum liceat in hac inclyta urbe, uel in prouincijs noua opera inchoare priusquam ea quæ cœpta inuenerit à decessore, uel decessoribus suis uetustate diruta, aut desidia derelicta, diligenti studio instantiaque compleuerit: cum ex hoc plurimum laudis adquirat, si ea culta & perfecta reddiderit, quæ uetusta sunt, & instaurationem requirunt, quæq; ab alijs initiata & imperfecta resederant.

III. Regula. *De operibus publicis à præside prouinciæ curandis, proponitur* Nouell. c. 17. §. *sed & rerum, bis uerbis:* Rerum uictui necessariarum copijs, & ciuitatum operibus adhibis diligentiam procurans, ut patres ex ciuilibus pecunijs opera (& maximè necessaria) reficiant. consimiliter & pontium, uiarum, portuum, in quibuscunque omnino locis prouinciæ sunt, cui præsides, murorum quoque curam habebis. *Huic quodammodo uidetur contradicere l. unica, in prin. & §. fin. C. de ratio. operum publicorũ, bis uerbis:* Iubemus prouinciarum quidem rectores, &c.

IIII. Regula. *De operibus priuatis publici operis causa diruendis, proponitur l. 6. C. de operibus publicis, hisce uerbis:* Si quando concessa à nobis fuerit licentia extruendi, id sublimis magnificentia tua sciat esse seruandum, ut nulla domus inchoandæ publicæ fabricæ gratia diruatur, nisi usque ad quinquaginta libras argenri precij æstimatione taxabitur. De ædificijs uerò maioris precij, ad nostrã scieutiam referatur, ut ubi amplior poscitur quanritas, Imperialis extet authoritas: *Concordat l. 13. C. eod. tt. bis uerbis:* Aedificia quæ uulgò Pararesia nuncupantur, uel si qua alia opera mœnibus, uel publicis operibus sociata cohærent, ut ex ijs incendium uel insidias uicinitas reformidet, aut angustétur spacia plateãrũ, uel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosterni præcipimus.

V. Regula. *De operib. publicis sine cautione nõ locandis, proponitur l. 10. §. imperatores. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin. bis uerbis:* Impp. Verus & Antoninus rescripserunt, operũ exactionẽ sine cautione non oportere committi.

VI. Regula. *De periculo eorum ad quos cura uel extructio publicorum operum pertinet, proponitur l. 7. C. de operibus publicis, hisce uerbis:* Omnes quibus uel cura mandata fuerit operum publicorum, uel pecunia ad extructionem solito more credita, usq; ad annos quindecim ab opere perfecto cum suis hæredibus teneantur obnoxij: ita ut si quid uitij ædificatione intra præstitutum tempus peruenerit, de eorum patrimonio (exceptis tamen casib. ijs qui sunt fortuiti) reformetur.

VII. Regula. *De fideiussore, eius qui pro conductore operis publici extruendi conduxit, proponitur l. 2. §. conductore. ff. de administ. rer. ad ciuit. pert. bis uerbis:* Conductore perficiẽdi operis punito, fideiussor, qui pro eo interuenerat, idem opus alij extruendũ locauerat: nec à secundo redẽptore opere perfecto, usurarũ præstationẽ hęres fideiussoris recusare nõ debet: cũ & peior causa in bonę fidei contractu in uniuersum fideiussorẽ obligauerit, & posterior locatio (quia suũ periculũ agnouerit) solidæ præstationi reip. eum substituerit.

VIII. Regula. *De inscriptione nominis in opus publicũ, proponitur l. 2. in prin. ff. de operib. publicis, hisce uerbis:* Qui liberalitate, nõ necessitate debiti, reditus suos interim ad opera finienda cõcessit: munificentiæ suæ fructũ de inscriptione nominis sui operib. si qua fecerit, capere per inuidiam non prohibetur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is, cuius nomen operi inscribitur, sumptus ad illud opus extruendum nõ suppeditauerit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 3. §. fin. rum lege sequente. ff. de operibus publi-*

publicis, hisce uerbis: Insctibi nomen operi publico alrerius quàm principis, aut eius cuius pecunia id opus factum sit, non licet: nec præsidis quidem nomen licebit superscribere. *Concordat l.9.C.eod.tt. his uerbis*: Si qui iudices perfecto publicis pecunijs operi suum nomen sine nostri numinis mentione inscripserint, maiestaris reneantur obnoxij. *Secunda exceptio: Nisi suis sumptibus non nouum opus extruxerit, sed adornauerit, uel uetus refecerit. Hæc exceptio reprobatur l. 7.§. si quis.ff. de operibus publicis, hisce uerbis*: Si quis opus ab alio factum, adornare marmoribus, uel alio quodãmodo ex uolũtare populi facturũ se pollicirus sir, nominis proprij titulo scribẽdo, manentibus priorum titulis qui ea opera fecissenr, id fieri debere senatus censuit. *Tertia exceptio est: Nisi non tantum eius, cuius nomẽ inscribitur, sed etiam publicis sumptibus opus sit factum. Et hæc exceptio reprobatur certo tamen modo d.l. 7. §. fin. his uerbis*: Si priuati in opera quæ publica pecunia fiant, aliquam de suo adiecerint summam: ira titulo inscriptionis uti eos debere ijsdem mandaris cauerur, ut quantam summam contulerint in id opus, inscribant.

IX. Regula. *De nomine inscripto non eradendo, proponitur l.2.§. fin.ff.de operibus publicis, hisce uerbis*: Ne eius nomine, cuius liberalitare opus exrructũ est, eraso, aliorũ nomina inscribantur, & proprerea reuocenrur similes ciuiũ in patrias liberalitares, præses prouinciæ aurhoritarẽ suam inrerponet. *Concordat l.7.§ si quis. ibi. manentibus priorum titulis. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃.reg.prox. except.2.*

X. Regula. *Quibus sumptibus opera reparanda, definitur l.18.C.de operib. publicis, hisce uerbis*: Quia plurimæ domus cum officinis suis in porticib. Zeuxippi esse memorãtur: reditus memoratorum locorũ pro quanrirare quæ placuit, ad præbenda luminaria, & ædificia ac tecta reparanda, regiæ urbis lauacro, sine aliqua iubemus excusarione conferri. *Similes de sumptibus murorum reparandorum regulas, uide j. eod. cap.*

XI. Regula. *De operibus publicis priuatim non usurpandis, proponitur l.3. C.d.tt. his uerbis*: Prætoria iudicum, & domus publicas oportet publico iuri arq; usui semper uindicari. *Concordat l.19.C. eod.tt.his uerbis*: Qui sine authoritare diuini rescripti ad iudicium tuæ celsitudinis destinãdi, angiportus integros, uel partes suis domibus incluserunt, seu porticus usurparunt: procul dubio iura pristina sacratissimę reddere ciuitati iubemus: mulcta quinquaginta librarum auri non defurura, si quis posthac in similem audaciã prodire tenrauerir. *Concordat item l.20. C. eod.tt. his uerbis*: Basilicam inauratam, & marmoribus decoraram, liberam in perpetuũ manere, neq; alicuius imaginis, & pictarũ cuiuslibet honoris tabularũ obumbratione fuscari iubemus, neq; in aliqua parte eiusdem basilicę rabulato quidquã opere stariones, ergasteriaue cõstitui sancimus. Illud quoq; decernimus, ne in eam equos liceat intromitti, uel nuptias celebrari. *Huius regulæ exceptio prima proponitur in turribus muri, l.17.C.d.tt.his uerbis*: Turres noui muri, qui ad munitionem splendidissimę urbis extructus est, cõpleto opere præcipimus usui eorũ depurari, per quorum terras idem murus studio & prouisione magnitudinis tuæ ex nostræ serenitatis arbitrio celebratur: eadem lege in perpetuũ & conditione seruanda, ut annis singulis hi, ad quorũ iura terrulæ demigrauerint, proprio sumptu eorũ instaurarionem sibimet inrelligant procurandam, eorumq; usu publico beneficio potientes, curam reparationis ac sollicitudinẽ ad se non ambigant pertinere. Ita enim & splendor operis & ciuiratis munirio, cum priuarorũ usu & utilitate seruabitur. *Secunda propositæ regulæ exceptio proponitur in operibus ciuitati inutilibus, alicui rescripto principis concessis, l.14.C.d.tt. his uerbis*: Si aliquando homines emergant, qui à nostra clementia opus publicum sibi præberi postulauerint, non nisi diruta penitusque destructa, & quę parum sunr in usu ciuitatum, percipiant: in rimandis huiusmodi rescriptis iudicio amplissimæ tuæ sedis.

XII. Reg. *De controuersijs operum publicorũ extruendorum, uel reficiendorum occasione incidentib. ad quem pertineant, definitur l. 2.§.1. ff. de operibus publicis, hisce uerbis*: Curarores operum cũ redemptoribus negocium habent: respub. autẽ cum his, quos efficiendo operi pręstituit. Quarenus ergo & quis, & cui obstrictus sit, æstimatio præsidis prouinciæ est.

XIII. Regula. *De impensa operis publici, proponitur l.2.C.eod.tt.his uerbis*: Quæ operibus publicis impensa constiterit, accepto ferri oportere cognoscatur. *Hactenus de operibus publicis in genere dictum est: nunc de quibusdam illorum speciebus specialiter agendum.*

XIIII. Regula. *De basilica proponitur l.20.C.de operibus publicis. cuius uerba uide s̃. reg.11.*

XV. Regula. *De prætorijs. Definitio horum proponitur Nouell.c.24.in prin.ibi: Vnde & ea loca. cuius uerba uide s̃.Lib.2.cap.13.quæst.1. De prætorijs item proponitur l.14.C.de officio Rectoris prouinciæ. cuius uerba uide s̃.Lib.2.cap.2.reg.11.*

DE MVRIS ET PORtis ciuitarum.

XVI. Regula. *Muri sancti sunt. quæ regula approbatur l.8.§.fin.ff.de diuisione rerũ, his uerbis*: In municipijs muros esse sanctos Sabinum rectè respondisse Cassius refert: prohiberique

oportere ne quis in his immitteretur. *Concordat l.1. §.1. ff. eod. tt. item Inst. de rerum diuis. §. sanctæ quoque, his uerbis*: Sanctæ quoq; res ueluti muri & portę ciuitatis, quodammodo diuini iuris sunt: & ideo nullius in bonis suut. Ideo autem muros sanctos dicimus, quia pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in mutos deliquerint.

XVII. Regula. *Ne quis muros uiolet uel transcendat, proponitur l. ult. ff. de rerum diuis. his uerbis*: Si quis uiolauerit muros, capite punitur: sicuti si quis transcendat scalis ad motis, uel alia qualibet ratione. Nam ciues Romanos alio quàm per portas egredi nō licet, cum id hostile & abominandum sit. Nam Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quod murum transcendere uoluerit. *Concordat l. 11 ff. ad legem Iuliam peculatus, his uerbis*: Qui perforauerit muros, uel inde aliquid abstulerit, peculatus accusatione tenetur.

XVIII. Regula. *Ne muri sine permissu principis reficiantur, uel aliquid illis iungatur, uel supponatur, proponitur l. 9. §. penult. ff. de rerum diuis. his uerbis*: Muros municipales nec reficere licet sine principis uel præsidis authoritate, nec aliquid eis coniungere uel supponere. *Concordat l. 8. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. reg. 16.*

XIX. Regula. *De muris extruendis & reparandis, proponitur l. 11. C. de operibus publicis, hisce uerbis*: Omnes prouinciarum rectores literis moneantur, ut sciant ordines atque incolas urbium singularum muros, uel nouos debere facere, uel ueteres firmius renouare. Scilicet hoc pacto impendijs ordinandis, ut adscriptio currat pro uiribus singulorū, deinde adscribātur pro æstimatione futuri operis territoria ciuium.: ne plus poscatur aliquid quàm necessitas imperauerit, neúe minus, ne instans impediatur effectus. Oportet nanque per singula non sterilia iuga certa quoque distribui, ut par cunctis præbendorum sumptuum necessitas imponatur: nemini excusatione uel alia præsumptione ab huiusmodi immunitate præbenda.

XX. Regula. *De sumpibus ad muros faciendos, uel reparandos, unde sumendi, definitur uerbis iam propositis, sed & definitur l. 10. C. eod. tt. his uerbis*: Ne splendidissimæ urbes uel oppida uetustate labantur, de reditibus fundorum iuris reipublicæ tertiam partem reparationi publicorum mœnium & thermarum substitutioni deputamus. *Cōcordat l. 3. C. de diuersis prædijs urbanis, hisce uerbis*: Restaurationi mœniū publicorum tertiam portionem eius canonis, qui ex locis, fundisúe reipub. annua præstatione confertur, certum est satis posse sufficere. *Definitur item quæstio proposita l. 3. in prin. C. de uendendis rebus ciuit. cuius uerba uide ⁊. cap. prox. in prin. item definitur l. 17. C. de operibus publicis. cuius uerba uide ⁊. reg. 11. excep. 1.*

XXI. Regula. *Ne muri habitentur, proponitur l. 3. ff. ne quid in loco sacro fiat, his uerbis*: Neque muri, neque portæ habitari sine permissu principis propter fortuita incendia possunt

DE STATVIS ET IMAginibus.

XXII. Regula. *Vbi ponendæ statuæ definitur l. 12. in prin. ff. de pollicitationibus, his uerbis*: In priuatis operibus inuitis his qui fecerunt statuas, alijs ponere non possumus, ut rescripto diui Seueri continetur.

XXIII. Regula. *Cuius expensis statua ponenda, definitur l. ult. C. de statuis & imaginibus, his uerbis*: Et uirtutum præmia tribui merentibus cōuenit, & aliorum honores alijs damnorum occasionem fieri nō oportet. Idcirco quoties, uel iudicibus nostris, uel cuilibet alteri statua fuerit à quocunque collegio seu officio uel in hac sacratissima ciuitate, uel in prouincijs postulata: nequaquam ex descriptione sumptus colligi patimur: sed eius, cuius ad honorem petitur, expensis proprijs statuam collocari præcipimus. *Concordat l. 3. C eod. tt. cuius uerba uide ⁊. Lib. 2. cap. 7. reg. 6.*

XXIIII. Regula. *De statua sine permissu principis non ponenda, proponitur l. 1. C. de statuis & imaginibus, his uerbis*: Si quis iudicum accepisse æneas, uel argenreas, uel marmoreas statuas extra imperiale beneficium in adminīstratione positus detegetur emolumenta, quæ accepit in ea positus dignitate, quam polluit, cum extortis titulis uel præsumptis, in quadruplum fisco nostro inferat, simulq; nouerit existimationis suæ pœnam se subiturum. Nec eos sanè à periculo pudoris haberi uolumus immunes, qui adulandī studio, aut metu incōstantis ignauiæ transire, quæ sunt interdicta, tentauerint. *Concordat l. 2. ff. de loco publico fruendo. his uerbis*: Concedi solet ut imagines & statuæ, quæ ornamento reipublicæ sint futuræ, in publicò ponantur.

XXV. Regula. *Vt iudex in erigenda Imperatoris statua præses sit, definitur l. 2. C. d. tt. cuius uerba uide ⁊. Lib. 2. cap. 7. reg. 5.*

XXVI. Regula. *De statuta deponenda, proponitur l. 15. C. de operibus publicis. hisce uerbis*: Si quādo usus exegerit uel porticus, uel quaslibet ætatis senio ędes seu fortuitis concussas casibus reparari: liceat etiam inconsulta clementia nostra cum reuerentia sui, imaginem deponere uel nostram, uel retro principum: reportatamque post refecta ædificia loco proprio denuò collocare

XXVII.

XXVII. Reg. *De statua à priuato non uindicanda, proponitur l. 41. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Statuas in ciuitate positas ciuium non esse id & Trebatius & Pegasus aiunt: tamen dare operam prætorem oportere, ut quod ea mente in publico positum esset, ne liceret priuato auferre, nec ei qui posuerit. Tuendi ergo ciues erunt & aduersus petentem exceptione, & actione aduersus possidentem iuuandi. *Concordat l. 13 ff. de priuilegijs creditorũ, cuius uerba uide S. Lib. 8. cap. 8. quæst. 7. reg. 9 cõcordat item l. penult. ff. de exceptionib. his uerbis:* Si quis statuam in municipio ea mente posuit, ut ea municipij esset, & eã petere uult: excludi eum oporret præscriptione in factum data. *Concordat item l. 11. §. 1. ibi: Municipes. ff. quod ui aut clam. cuius uerba proponentur alibi.*

DE AQVAEDVCTIBVS, & fontibus.

XXVIII. Regula. *De extruendis aquæductibus, & arboribus ab utraq; parte serendis, proponitur l. 1. §. fin. C. de aquæductibus, his uerbis:* Scire eos oportet, per quorum prædia aquæductus commeat, ut dextra leuaque de ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant, obseruante officio iudicis, ut si quo tempore pullulauerint, excidantur, ne earum radices fabricam formæ corrumpant. *Concordat l. 6. §. super his. C. eod. ti. his uerbis:* Sancimus sulcum publicarum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari, sed ex utroque latere, decem pedale spacium integrum illibatumq; seruari. Præterea de plumbeis fistulis ducentibus ad thermas, quæ Achilleæ nuncupantur, quas prouidentiæ tuæ magnificentia factas fuisse cognouimus, eandem formam seruari censemus. Etenim memoratas fistulas thermis tantum & nymphæis, quibus eminentia tua deputauerit, nolumus inseruire, facultate præbenda tuæ sublimitatis apparitoribus, circumeundi sine formidine domus, suburbana, balnea, ad requirendum ne qua deceptio, uel suppressio, uel insidiæ contra publicam utilitatem a quoquam penitus attentetur. *Concordat item l. 10. §. hoc etiam. cuius uerba uide paulo inferius reg. 33.*

XXIX. Regula. *De aquæductibus repurgandis, proponitur l. 1. C. de aquæductibus, his uerbis:* Aquarum possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinarijs muneribus uolumus esse immunes, ut eorum opera aquarum ductus sordibus completi, mundentur, nec ad aliud superindictæ rei onus ijsdem possessoribus attinendis: nè circa res alias occupati, repurgium formarum facere non curent. Quod si neglexerint, amissione possessionum mulctabuntur. nam fiscus prædium eius obtinebit, cuius negligentia perniciem formæ cõtraxerint.

XXX. Regula. *De pecunia ad aquæductus reparandos destinata, proponitur l. 7. C. d. tt. his uerbis:* Ad reparationem aquęductuũ huius almę urbis, omnia uectigalia quæ colligi possunt ex uniuersis calculis huius inclytæ urbis, & ex operarijs qui Ciziceniici dicuntur, ad refectionem eiusdẽ aquæ ductus procedere: illo uidelicet obseruando, ut nemo eorum qui ius aquæ possident, quamcunque descriptionem sustineant. nam execrabile uidetur domos huius almæ urbis aquam habere uenalem. *De eadem pecunia proponitur regula l. 8 C. eod. tt. his uerbis:* Hac lege sancimus, ut si quis amplissimam præfecturam gubernans, aurum aquæductui deputatum ad alterum quodlibet opus, non aquæductibus, uel aquæ publicæ competens, extruendũ uel curandum putauerit conuertendũ: de suis facultatibus eandem summam aquæductus titulo repensare cogatur. Separatus uerò arcarius aurum aquęductus suscipiat, gloriosissimorũ consulum liberalitate, uel ex alijs titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, uel postea colligendum.

XXXI. Regula. *De fonte publico, qui priuatus factus est, reipublicæ rursus restituendo, proponitur l. 9. C. de aquæductibus, his uerbis:* Diligenter inuestigare decernimus, qui publici ab initio fontes, uel cum essent ab initio fontes priuati, postquam publicè usum præbuerunt, ad priuatorum usum conuersi sunt, siue sacris apicib. per subreptionem impetratis, ac multo amplius si authoritate illicita, nec appetito colore sacri oraculi huiusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: ut ius suum regiæ ciuitati restituatur, & quod publicum fuit aliquando, minimè sit priuatum, sed ad communes usus recurrat, sacris oraculis, uel pragmaticis sanctionibus aduersus commoditatem urbis quibusdã imperitis iure cassandis, nec longi temporis præscriptione ad circumscribenda ciuitatis iura profutura.

XXXII. Regula. *De iure aquariorum, proponitur l. 10. §. uniuersos. C. de aquæductibus. his uerbis:* Vniuersos aquarios uel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominant, qui omnium aquæductuum huius regiæ urbis deputati sunt, singulis manibus eorũ fœlici nomine pietatis nostræ impresso signare decernimus, ut huiusmodi adnotatione ma[illegible] sint omnibus, nec à procuratoribus domo[illegible]rum, uel quolibet alio ad usus alios a[illegible]tur, uel angaria[illegible]um, uel opera[illegible] no[illegible] teneantur. Quod si quẽ ex eisd[illegible] a[illegible] mori contige[illegible], cum nihilominus[illegible] eum defuncti subrogatur, signo ec[illegible]

tari præcipimus, ut militiæ quodammodo sociati, excubijs aquæ custodiendæ incessanter inhæreant, nec muneribus alijs occupentur. *Aliud horum officium proponitur l. 6. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg. 27.*

XXXIII. *Regula. De fistulis aquam ducentibus, proponitur d. §. fin.*

XXXIIII. *Regula. De non utendo aqua, nec deriuando ex aquæductibus in usus priuatos, proponitur l. 2. C. de aquæductibus, his uerbis*: Si quis de cætero uetiti furoris audacia florentissimæ urbis commoda uoluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aquæductu publico deriuando: sciat eundem fundum fiscalis tituli præscriptione signatum, priuatis rebus nostris aggregandum. *Concordat l. 10. C. eod. tt. his uerbis*: Decernimus, ne quid à quacunque persona qualibet dignitate prædita contra musculatios aquæductus, uel fontes publicos, qui ad aquæductus confluunt, pertentetur. Sed etsi quis clam uel palàm, authoritate cõfisus, de ijsdem paragogija, uel fontibus aquam traduxerit, uel clandestinis insidijs fortè subripuerit: publicis aquæductibus eam restituere compellatur. Hoc etiam præcipimus, ne in posterum à quolibet iuxta eosdem aquæductus plãtari qualescunq; arbores possint: ne ex stirpibus labefactentur parietes aquæductus, quod & antiquis constitutionibus interdictum esse ignoscitur: scientibus uniuersis quod in posterum super huiusmodi commissis suburbanum, uel prædium, uel balneum, uel aquæ mola, uel hortus, ad cuius usum aqua publica fuerit deriuata, uel si quis ex his iuxta aquæductum positum ad eum pertinet, qui plãtauit arbores aquæductibus noxias, & ad quemcunq; pertineat locum, uel hominem, uel domum, proscriptionis titulo subiacebit, & fisci iuribus uindicetur: nulli super huiusmodi pœna nec per sacros apices uenia tribuenda. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ius aquæ ab Imperatore impetrauerit. Hæc exceptio ipso iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi is qui rescriptum impetrauit, illud non præfecto urbi intimauit, sed alij. Hæc replicatio approbatur l. 5. C. de aquæduct. his uerbis*: Impp. Theodos. & Valẽt. A A. Si quis per diuinam liberalitatem meruerit ius aquæ, non uiris clarissimis rectoribus prouinciarum, sed tuæ præcellentissimæ sedi cœlestes apices intimare debebit: condemnatione contra illum qui preces moderatoribus insinnare conatur, quinquaginta librarũ auri, cõtra uniuersos administratores qui rescriptum per subreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponenda: apparitoribus nihilominus eorundem uirorum clarissimorum prouinciæ moderatorum, animaduersionibus pro uigore tui culminis subiugandis: & amplissima tua sede dispositura, quid in publicis thermis, quid nympheis pro abundantia ciuiũ conueniat deputari, quid his personis quib. nostra serenitas indulsit, ex aqua superflua debeat impertiri. *Concordat l. 11. C. eod. tt. his uerbis*: Diuinam dispositionẽ ab inclytæ recordationis principe Theodosio super his qui aquã sibi de publicis aquæ ductibus seu fontibus præberi desiderant promulgatũ, hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus, quatenus nemo uel in hac sacratissima ciuitate, uel in prouincijs sine diuinis apicibus de sacro epistolarũ scrinio more solito edendis, & iudicio tuæ celsitudinis, uel alijs quorum interest intimandis, aquam de publico aquæductu seu fonte trahere permittatur: hi quicunq; nostra iussa uiolauerint, seu uiolare concesserint, denarũ librarũ auri condẽnatione, aliaq; grauissima indignatione feriendis. *Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi non ex castellis, sed uel ex matricibus, uel ab ipso aquæductu trahere uelit. quæ replicatio approbatur l. 3. C. de aquæductib. his uerbis*: Eos qui aquæ copiã uel olim, uel nunc per nostra indulta meruerũt: usum aut ex castellis, aut ex ipsis formis iubemus eligere: neq; earũ fistularũ quas matrices uocant, cursum ac soliditatẽ attentare, uel ab ipso aquæductu trahere. Quod si quis aliter fecerit, nõ solũ id quod prius iure beneficij fuerat consecutus, amittat: uerùm pro conditione quoque personæ seuerissima pœna plectetur. *Tertia replicatio est: Nisi ius aquæ ex aquæductu sacri palatij Hadriani per rescriptum sit impetratum. Hæc replicatio approbatur l. 6. in prin. C. d. tt. his uerbis*: Omnis seruitus aquarum aquæductus Hadriani siue domorum, siue possessionũ, siue suburbanorum, siue balneorum, uel per diuinos affatus intimatos in quolibet iudicio, uel per usurpationem impertitos penitus exprobretur. Maluimus etenim prædictũ aquæductũ nostri palatij publicarum thermarum ac nymphæorũ cõmoditatibus inseruire. Et decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum seruari, nemini licentia tribuenda ab eodem aquæductu precibus oblatis usum aquæ petere, uel eum audere perforare: scientibus his qui qualibet ratione putauerint ad huiusmodi emolumentum accedere, uel officio (si ausum fuerit instruere) uel minus instructis precibus parere, centena pondo auri mulctæ nomine fiscalibus rationibus se esse illaturos. *Quarta replicatio est: Nisi fisco non soluat pecuniam pro aqua. Hæc replicatio approbatur l. 7. in fin. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. regula 29. Hæc de prima proposita*

regula

regulæ exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis longo usu ius aquæ adquisierit. quæ exceptio approbatur l. 4. C. de aquæductibus, his uerbis: Vsum aquæ ueterem, longoque dominio constitutum, singulis ciuibus menere censemus, nec ulla nouatione turbari: ita tamen, ut quentitatem singuli quem ueteri licentia percipiũt, more usq; in præsentem diem perdurante percipiant: mansura pœna in eos, qui ad irrigationes agrorum, uel hortorũ delicias, furtiuis equarum meatibue abutuntur. *Propositæ exceptionis replicationes quoq; sunt supradictæ tertia & quarta, exceptionis proximè præcedentis.*

DE OPERIBVS ET ædificijs priuatis. Caput XI.

HActenus de operibus ciuitatis publicis tam in genere quàm in specie dictũ est: nunc de priuatis operibus atq; ædificijs dicendum.

I. Regula. *Si quis iuxta publicas ædes ædificare uelit, spacium quindecim pedũ relinquere debet. quæ regula approbatur l. 9. C. de ædificijs priuatis, bisce uerbis:* Si cui loci proprietas ædificandi iuxta publicas ædes animum dederit, is quindecim pedum spacio interiecto, inter publica ac priueta ædificia ita sibi nouerit fabricandum, ut tali interuallo & publicę ædes à periculo uindicentur, & priuatus ædificator ualut perperã fabricato loco destructionis quandoq; futuræ nõ timeat detrimentũ.

II. Regula. *De spacio decem pedum inter mœniana relinquendo, proponitur l. 11. C. d. tt. his uerbis:* Mœniana quæ Græci *ὑϕέαστρ* appellent, siue olim constructa, siue in posterum in prouincijs cõstruenda; nisi speciũ inter se per decẽ pedes liberi eeris habuerint, modis omnib. detrũcentur. In his uerò locis, in quibus ædificie priuatorum horreis publicis uidentur obiecta, obstructione mœnienorũ quindecim pedum interualla seruentur. Quem intercepedinia modum ædificaturis proponimus, ita ut si quis intra definitũ spacium, id est, decem pedũ mensuram, ędificare, uel intra quindecim pedum mœnianum posidare tentauerit: sciat non solùm fabricata demolienda, sed etiam ipsam domũ fisco nostro adscribendam.

III. Regula. *De centum pedum spacio propter prospectum in mare relinquendo, proponitur Nouell. c. 63. his uerbis:* Rem quæ subdole in regia hec urbe circa ædes extruendes fieri solet, cohibere & corrigere iustum puteuimus. Nem cum & Zenonia pientissimi principis constitutio dicat, ut ædes priuatæ certis inter se spacijs distent, & nos quoque consimile quiddẽ sancierimus, præterea appositũ sit, ne quis posit in hac regia urbe intra centum pedes prospectum in mare rem omnium gratissimam prohibere, quanquam conueniens eret, ut prospectus uel è longiore spacio aperti essent, non autem ipsos prohiberent: tamen mirabili cõmento præter opinionẽ multo hoc etiem magis obstructũ est. Quidam enim centum pedũ spacio relicto, aut breui etiem particula huic insuper adiecta, nihil ibi locorum posidentes deinde exædificant, quasi uelum quoddem prætendentes. Inde simul etq; summa cum licentie prospectum in mare abstulerũt, nõ repugnantes legi propter specium centum pedum relictũ, intrinsecus absq; ullo impedimento ædificant. Postquam uerò quod quærunt assecuri sunt, demoliuntur illud, quod ad temporariũ ab ipsis usum fuit extructũ, atq; ita excogitato ualamẽto omni, circumcirca uoluptate possessorũ domos destituunt. Quod de cætero fieri nullo modo uolumus, sad si quis eo modo pro tẽpore aliquid moliri, & dolo malo selit agere, nõ talitar ludos facito, sed si reuera indigeat, totã domũ ædificato, & usq; ad integrũ interuellũ (nempe centũ pedũ) necessarium da sa, & inexcusabilem usum præbituris ædibus extruendis procedito, non autem ad uicini læsionem tamporetios parietes extruito, & quasi per picturã quandem huiusmodi molitione prętensa ademptionẽ prospactus atripito. Quemadmodũ enim optimo illos iure auersamur, qui aliene repiunt, & supplicio dignos putamus: ita & qui exquisitis artibus, & par fraudẽ tale quid moliuntur, non minus improbos, quàm qui alienas res rapiunt arbitramur. Vnde si ipsa Vi bonorũ raptorũ actio meritò & rectè pro officio ultra rei æstimationem pœne tripli persequitur, eũ qui uel paruã aliquã rẽ per modũ rapinę capere pręsumpsit, quomodo nõ & hũc qui tam megnã rem effecerit, cõpelli necesse erit, ut quod ab ipso factũ est, demoliatur, & meiore alio supplicio coerceetur, hoc est decẽ pondo euri theatralib. excellentiæ tuę insarẽdis: ne malus uicinus (quod in prouerbio est) ebeat, & legẽ detideat, ut quæ suis ipsum formulis & dispositionib. nõ ualuerit subijcere. Quæ igitur nobis placuerunt, &c. *Concordat Nouell. c. 165. cuius uerba quæ extant, hæc sunt:* Docuit nos mater, &c. Prospectus in mere, qui intra centũ asse pedes solet, nõ solùm par directũ, sod ne p trãsuersum quidem impediri nouo debet opere: hoc enim præsens forma edijcit, tũ Zenonis constitutionem custodiens, tũ nouallam interpretans.

IIII. Regula. *De balneo extruendo, proponitur l. 1. C. de ædificijs priuatis, bisce uerbis:* Et belneum (ut desideras) extruere, & ædificium super-

ponere potes, obſeruata tamen forma qua cæteris ſuper balneum ædificare permittitur, id eſt: ut concameraris ſuperinſtruas & ipſum concameres, nec modum uſitatum altitudinis excedas.

V. Reg. *De ædificijs negociandi cauſa nõ deſtruẽdis, nec ornamẽtis detrahẽdis, proponitur l. 52. ff. de cõtra. empt. his uerbis:* Senatus cẽſuit, ne quis domũ uillã ue dirueret, quo plus ſibi adquireretur, neu quis negociãdi cauſa eorũ q̃d emeret, uenderet ue: pœna in eum qui aduerſus ſenatuſconſultũ feciſſet conſtituta, ut duplũ eius quanti emiſſet in ærarium inferre cogeretur: in eum uerò qui uendidiſſet, ut irrita fieret uenditio. Planè ſi mihi precium ſolueris, cum tu duplum ærario debeas, repetes à me, quòd à mea parte irrita facta eſt uenditio. Nec ſolum huic ſenatuſconſulto locus erit ſi quis ſuam uillam uel domũ, ſed & ſi alienam uendiderit. *Concordat l. 2. C. de ædificijs priuatis, his uerbis:* Negociandi cauſa ædificia demoliri, & marmora detrahere edicto diui Veſpaſiani, & ſenatuſconſulto uetitum eſt. Cæterùm de alia domo in aliam transferre licere exceptum eſt. Sed nec dominis ita transferre licet, ut integris ædificijs depoſitis, publicus deformetur aſpectus. *Concordat l. 7. C. eod. tit. his uerbis:* Nemini columnas uel ſtatuas cuiuſcunq; materiæ ex alia eadẽq; prouincia uel auferre liceat, uel mouere. *Concordat item l. ult. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si quis ad demoliendum negociandi cauſa uendidiſſe domum, partemue domus fuerit conuictus: ut emptor & uenditor ſinguli precium, quo domus diſtracta eſt, præſtent, conſtitutum eſt. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ex una domo in aliam uelit materiã transferre. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Cæterùm de alia domo in aliam transferre licere exceptum eſt. *Concordat l. 6. §. ſi quis autem. C. de ædificijs priuatis. cuius uerba uide paulo inferius. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ita transferre uelit, ut totum ædificium deponat. quæ replicatio approbatur ſupradictis uerbis hiſce:* Sed nec dominis ita transferre licet, ut integris ædificijs depoſitis, publicus deformetur aſpectus. *Altera replicatio eſt: Niſi ius transferre uelit. quæ replicatio approbatur d. l. 6. his uerbis:* Si quis poſt hanc legem ciuitate ſpoliata ornatum, hoc eſt, marmora, uel columnas ad rura tranſtulerit, priuetur ea poſſeſsione quam ita ornauerit. Si quis autem ex alia in aliam ciuitatem labentium parietum marmora uel columnas, de proprijs domibus in proprias transferre uoluerit, quoniam utrobique hæc eſſe publicum decus eſt, licenter hoc faciat. *Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ex una uilla in aliã transferat, non ex ciuitate in uillam. quæ duplicatio approbatur d. l. 6. in fine, his uerbis:* Data ſimiliter facultate etiam de poſſeſsione ad aliam transferendi, quamuis per muros, uel etiam per mediam ciuitatẽ transferri neceſſe ſit: ita ut ea ſolummodo, quæ illata fuerint ciuitatibus, exportentur. *Alia propoſitæ regulæ exceptio proponitur l. 45. ff. de donat. inter uir. & uxor. cuius uerba uide in Commentar. Donat. cap. 6. except. 55. Tertia exceptio eſt: Niſi in opus publicum transferat. quæ exceptio approbatur l. ult. in fine. ff. de damno infecto, his uerbis:* Ad opus publicum ſi transferat marmora uel columnas, licito iure facit. *Plura de regula propoſita uide in Comment. de Legatis, capite quarto, except. 65.*

V I. Regula. *De domibus dirutis reparandis, proponitur l. 7. ff. de officio præſidis, his uerbis:* Præſes prouinciæ inſpectis ædificijs, dominos eorum, cauſa cognita, reficere ea compellat: & aduerſus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat. *Concordat l. 1. §. poſſeſſores. C. de ædificijs priuatis. cuius uerba uide 5. Lib. eod. cap. 2. quæſt. 2. reg. 4. Concordat item l. 4. C. de iure reipublicæ, his uerbis:* Si ſecundum legem ciuitatis reſpublica, cuius meminiſti, ruina collapſis ædificijs tuis diſtraxit aream, nihil contra huius legis tenorem rector prouinciæ fieri patietur. *Concordat item l. 46. ff. de damno infecto, his uerbis:* Ad curatoris reipublicæ officium ſpectat, ut dirutę domus à domino extruantur. Domum ſumptu publico extructam, ſi dominus ad tempus pecuniam impenſam cum uſuris reſtituere noluerit, iure eam reſpublica diſtrahit. *Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſecundum loci conſuetudinem quis collapſis ædificijs, hortum ibi extruat. quæ exceptio approbatur l. 3. C. de ædificijs priuatis. hiſce uerbis:* An in totum ex ruina domus licuerit non eandem faciem in ciuitate reſtituere, ſed in hortum conuertere, & an hoc conſenſu tunc magiſtratuum nõ prohibentium, item uicinorum factum ſit: præſes probatis ijs, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuerſiarum ſeruata ſunt, cognita ſtatuet.

V II. Regula. *De penſione præſtanda ex ædibus in ſolo reipublicæ ædificatis, proponitur l. 1. C. de diuerſis prædijs urbanis, hiſce uerbis:* Pro ædibus, quas nonnulli in ſolo reipublicę extruxerint, placitam præſtare penſionem cogantur.

V III. Regula. *De diruendis ædificijs, quæ in loco publico, contra ornatum & commodum ciuitatis ſunt extructæ, proponitur l. 6. C. de operibus publicis, hiſce uerbis:* Præſcriptio temporis iuri publico non debet obſiſtere, ſed ne reſcripta quidem: atque ideo diruenda ſunt omnia q ę per diuerſas urbes in foro, uel in quocunque publico loco contra ornatum & modum, ac decoram faciem c[illegible]

tructa noſcuntur. *Concordat l.16.C. eod. tt. his uerbis*: Quicunq; locus in palatio huius urbis priuatis ædificijs incommodè occupatus eſt, is quàm primum ſubrutis omnibus, quæ in eo ſunt ædificijs, palatio reformetur, quod priuatorum non eſt parietibus coarctandum. nam imperio magna ab uniuerſis ſecreta debentur, ut hi tantum locum habitandi habeant, quos legitimus maieſtatis noſtræ uſus, & reipublicæ diſciplina delegit, in futurum etiam uniuerſis ab huiuſmodi uſurpatione prohibendis. *Concordat item l.8. & l.13. C. eod. tt. cuius uerba uide 1. cap.prox.reg.4.*

DE RE FRVMENTAria ciuitatum, ſeu annona. Cap. XII.

PRima regula. *De frumentaria pecunia in alios uſus non conuertenda, proponitur l.2. §.quod de frumentaria. ff. de administr. rerum ad ciuit. pert. his uerbis*: Quod de frumentaria ratione in aliũ uſum conuerſum eſt, ſuæ cauſæ cum incremento debito reſtituetur. Ideoq; & ſi contra abſentem pronunciatum eſt, inanis eſt querela. Ratio tamen adminiſtrationis ſecundum fidem acceptorum & datorum ponitur. *Concordat d.l.2.§.ſi autem, his uerbis*: Si frumentaria pecunia in alios uſus quàm quibus deſtinata eſt, conuerſa fuerit, uelut in opus balneorum publicorum, licet ex bona fide datum probatur, compenſari quidẽ frumentariæ pecuniæ non oportet, ſolui autem à curatore reipub. iubetur. *Concordat l.2.C. de frumento urbis Conſtantin. his uerbis*: Auri ſtatuta quantitas ad coemptionem frumẽtariam perpetuò ſit dedicata, nec liceat cuiquam poſt adminiſtrationem urbicariæ poteſtatis perceptam aliquid ex eadẽ ſumma minuere, uel ad quoſcunq; alios uſus conuertere, ſed ſub geſtorum teſtificatione certum fiat, & quod mancipibus mutui nomine datum eſt, & quod ab iiſdẽ ſit excepta, omni concuſſione ſoluendum. Eum autem qui hanc formam auſus fuerit inquinare, quãtitatem in qua ſuam calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus. & quidquid ex prædicta ratione adcreuerit, ad cumulum eiuſdẽ auri quantitatis, & frumentarij tituli firmiter redundare legisquè huius tenorem æneis tabulis incidi.

II. Regula. *De permutatione frumenti prohibita, & ne alia ſpecies pro alia detur, proponitur l.ult.C.de canone frumentario urbis Romæ, his uerbis*: Neminẽ patimur in mutando canone urbis Romæ, noſtræ clementiæ beneficiũ poſtulare: ſed etiã ea reſcripta, quæ quomodo potuerint impetrari, ſuſcipi nõ ſinimus. Eos uerò qui cõtra hæc fecerint, in duplũ, retinẽdos eſſe decernimus uicarios, quinetiã cæteros iudices, niſi deinceps ab uſurpatione urbicarij canonis abſtineant. deportationis pœna detineri: primates officiorũ capitali ſupplicio ſubiugati perpetua authoritate ſancimus. *Concordat l.1. C. de frumento urbis Conſtantinop. his uerbis*: Nulli, ne diuinæ quidẽ domui noſtræ frumẽtũ de horreis publicis pro annona penitùs præbeatur, ſed integer canon mancipibus conſignetur, annona in pane cocto domib. exhibenda. Ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Cõſtantino præſtitus, nec nõ à diuo pietatis meæ auo Theodoſio auctus, expẽdi: quoniã creſcit inopia, ſi frumenta quæ pro annona tribuuntur, ad uſus alios deputata cognoſcantur. Coguntur enim de publico ſibi emere, quæ alijs uẽdere potuiſſent.

III. Regula. *De pecunia frumentaria reſtituenda, non compenſanda, proponitur l.2.§. ad frumenti. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertinent. his uerbis*: Ad frumenti comparationem pecuniam datã reſtitui ciuitati nõ cõpẽſari in erogata debet. Sin aut frumentaria pecunia ad alios uſus, &c. *Cætera uide ſ. reg.1.*

IIII. Regula. *De pecunia frumentaria ſine mora ſoluenda, proponitur d.l.2.§. frumẽtariæ, his uerbis*: Frumentariæ pecuniæ debitor ſuo nomine quã primũ ſoluat: neceſſaria enim omnibus rebuſpublicis frumẽtaria pecunia morã ſolutionis accipere non debet: ſed debitores, quos ex eadem cauſa habent, ad ſolutionẽ per præſidem prouinciæ compellantur.

V. Regula. *De uſuris propter moram ſoluendis, nõ uſurarum uſuris, proponitur l.2.§.ſi indemnitas. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. his uerbis*: Si indemnitas debiti frumentariæ pecuniæ cum ſuis uſuris ſit, immodicæ & illicitæ computationis modus non adhibetur, id eſt, ne commodorum commoda, & uſuræ uſurarum incrementum faciant.

VI. Regula. *De frumento uendendo: quanti uendendum non eſt, penes arbitrium ordinis ciuitatis. quæ regula approbatur l.1. in princ. ff. ad l. Iul. de annona, his uerbis*: Impp. Seuerus & Antoninus Auguſtus in hæc uerba reſcripſerunt: Minimè æquum eſt decuriones ciuibus ſuis frumentum uilius quàm annona exigit, uendere. Item reſcripſerunt, ut ius non eſſet ordini cuiuſq; ciuitatis precium grani, quod inuehitur ſtatuere. *Concordat l.1, C. de frumento Alexandrino, his uerbis*: In æſtimatione frumẽti, quod ad ciuitatem Alexandrinam conuehitur, quidquid decreto elogij ex Sygoſtaſij munere, & pro nauclerorũ tuẽda ſubſtãtia eminẽtia tua diſpoſuit roboramus, atq; ut curialib. prædæ auferatur occaſio, iubemus eos ad huiuſmodi ſollicitudinẽ affectandã nunquã accedere, ſed deſignata officia tuis, &c.

VII. Re-

VII. Regula. *Ne decuriones uilius frumenta sua uendere cogantur, approbatur uerbis tam propositis hisce:* Minimè æquum esse, &c. *Concordat l.8. ff. ad municipalem, his uerbis:* Non debere cogi decuriones uilius præstare frumentũ ciuib. suis, quàm annona exigit, diui fratres rescripserũt, & alijs quoq; constitutionib. principalib. id cautũ est. *Concordat item l. 6. in prin. ff. de admin. rer. ad ciu. pertin. his uerbis:* Decuriones precio uiliore frumẽtũ, quod annonę tẽporalis est, suæ patrię pręstare nõ sunt cogẽdi.

VIII. Reg. *De annonis ciuilib. distribuendis, proponitur l. 1. C. de annonis ciuilibus, his uerbis:* Annonas publicas nõ tam titulis dignitatũ quàm singulorũ uirorum meritis attributas, diui Cõstantini liberalitate sanè claruit. Ideoq; nihil ex his scholarum nomine uindicetur, sed pro uniuscuiusq; merito, quæ sunt concessa seruentur: ut quæcunq; perceptatum annonarum emolumenta, uel in hæredes proprios iure sanguinis transfuderunt, uel in extraneos distractionis titulo transscripserunt: maneat quod gestum est, uel hæreditatis merito, uel alienationis arbitrio. *De eadem re proponitur & alia regula l. 2. C. eod. tit. his uerbis:* Centum uigintiquinq; modios frumenti, præter solitum canonẽ per singulos dies de præsenti sexta interdictione ex die Calendarum Ianuariarũ nomine peritreumatis de horreis publicis huius almæ urbis insita nostrę pietatis liberalitate tribuimus: datis sacris apicib. ad sublimissimã quoq; per Orientem præfecturam, quibus possit & modum nostrę donationis agnoscere, & inconstanter præbere, quæ iussimus, quam modiationem iugiter & in perpetuum ciuibus nostris debere conferri ualitura in æuũ hac lege sancimus. *Alia de frumentis distribuendis regula proponitur l. 2. C. de frumento Alexandrino, his uerbis:* Diurnos centũ & decẽ modios alimonijs Alexandrinæ ciuitatis addi decernimus, ut nemo priuetur eo quod nunc usq; cepit. Perisso choregiæ nomẽ penitus amputetur, & tesseræ designentur, & nostrę pietatis nomine censeantur.

IX. Regula. *Si frumentum emptori ablatum sit, quid iuris? definitur l. 2. §. Grani. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin. his uerbis:* Grani ęstimationem per iniuriam post emptionem ablati, quæ rationibus publicis refertur, curator reipublicę domino restitui iubeat.

X. Regula. *De publica accusatione: Si quis contra annonam fecerit.*

1. Causæ ex quibus competit hæc accusatio.

Prima causa. Si quis contra annonam fecerit, societatẽm ue coierit, quo annona carior fiat, hæc accusatio datur. quæ causa approbatur l. 2. in prin. ff. ad l. Iul. de annona, his uerbis: Lege Iulia de annona pœna statuitur aduersus eum, qui contra annonam fecerit, societatemúe coierit, quo annona carior fiat.

Secũda causa proponitur d. l. 2. §. fi. his uerbis: Eadẽ lege continetur, ne quis nauẽ nautáue retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur: & pœna uiginti aureorũ statuitur.

Tertia causa proponitur l. 6. in prin. ff. de extraor. criminib. his uerbis: Annonã attentare & uexare, uel maximè dardanarij solent, quorũ auariciæ obuiam itum est tam mandatis quàm constitutionibus. Mandatis deniq; ita cauetur. Præterea debebis custodire, ne dardanarij ullius mercis sint, ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt, aut à locupletiorib. qui fructus suos æquis precijs uendere nolũt, dũ minus uberes prouẽtus expectant, annona oneretur. Pœna aũt in hos uaria statuitur. Nam plerunq; si negociãtes sunt, negociatione tantum eis interdicitur, interdum & relegati solent, humiliores ad opus publicum dari.

Quarta causa. Si stateris uel mensuris adulterinis annonam onerat, proponitur d. l. 6. §. onerant. cuius uerba uide s̄. Lib. 4. cap. 8. quæst. 1. causa 25.

2. Quibus accusatio proposita competit.

De mulierib. regula proponitur l. 3. §. fin. ff. ad l. Iul. de annona. cuius uerba uide s̄. Lib. 3. cap. 1. quæst. 5. except. 1. repl. 4.

De seruo dominum accusante, proponitur l. 1. ff. d. tit. his uerbis: Constitit inter seruum & dominum iudicium, si annonam publicam fraudasse dicat dominum.

3. Quid ueniat in accusatione proposita.

De pœna uiginti aureorum, proponitur l. 2. §. fin. ff. ad l. Iul. de annona. cuius uerba uide paulo superius causa 2.

De alijs pœnis, proponitur l. 6. ff. de extraord. criminib. cuius uerba uide paulo superius causa 3 & 4. Hæc de Decima regula, eiusq; accusationis circumstantijs sint dicta.

XI. Regula. *De canone frumentario non remittendo, proponitur l. 2. C. de canone frumentario urbis Romæ, his uerbis:* Si quid frumẽti, uel hordei urbicarij canonis remissione indultum est, speciali beneficio contra commodum publicũ rescripta, elicita non ualeant.

DE RELIQVIS REBVS ciuitatum tam publicis quàm priuatis: nec non de ciuitatum priuilegijs.

Cap. XIII.

PRima regula. *De agris ciuitatũ, proponitur l. 1. in principio. ff. si ager uectigalis uel emphyteut. his uerbis:* Agri ciuitatum alij uectigales uocantur, alij non. uectigales uocantur, qui in perpetuũ locantur, id est hac lege, ut quamdiu

pro his uectigal pédatur, tamdiu neq; ipsis qui códuxerunt, neq; his qui in locú eorum successerunt, auferri eos liceat. Non uectigales sunt, qui ita colendi dantur, ut priuati agros nostros colendos dare solemus.

DE NVMISMATE.

Ratio numismatis & origo proponitur l.1. in prin. ff. de contrab. empt. cuius uerba alibi proponentur.

II. Regula. *De ueteribus numismatibus accipiendis, proponitur l.1. C. de ueteris numismatis potestate, his uerbis*: Solidos ueterum principum ueneratione formatos ita tradi ac suscipi ab ementibus & distrahentibus iubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur: modò ut debiti ponderis sint & speciei probæ: scituris uniuersis his qui aliter fecerint, haud leniter in se uindicandum.

III. Regula. *Minuta æstimatione numismatis, minuitur quoq; æstimatio specierum. quæ regula approbatur l.2. C. d. tt. his uerbis*: Pro imminutione, quæ in æstimatione solidi fortè tractatur, omnium quoque precia specierum decrescere oportet.

IIII. Regula. *De æquanda æstimatione solidorú, proponitur l.3. C. eod. tt. his uerbis*: Vniuersos authoritas tua proposito edicto commoneat obryzatorú omniú solidorú uniforme preciú postulare: scilicet capitali supplicio puniendo, qui uel iussa nostræ serenitatis auariciæ cæcitate contempserit, uel æternalea uultus, dú fraudib. studet, duxerit uiolare.

V. Regula. *De pecunia reipublicæ fœneranda & exigenda, proponitur l.33. ff. de usuris, hisce uerbis*: Si benè collocatæ sunt pecuniæ publicæ, &c. *De eadem re proponitur l.11. ff. eod. tt. his uerbis*: Caius Seius qui, &c.

VI. Regula. *De pecunia ciuitatis collocanda in suos usus & administranda, proponitur Nouell. c.128. §. ac cum de urbib. usq; ad §. Ad hæc sancimus.*

DE VESTITV ET ORnatu ciuium.

VII. Regula. *De ornatu ciuium, proponitur l. unica C. nulli licere in frenis, &c. hisce uerbis*: Nulli prorsus liceat in frenis, & equestrib. sellis, uel in balteis suis margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare posthac, uel inserere. Alijs autem gemmis frena & equestres sellas, & balteos suos priuatos exornare permittimus. De cucurnijs uerò omniú protsus qualiumcunq; gemmarum habitú præcipimus submoueri. fibulis quoq; in chlamydibus his utantur, quæ solo auro & arte preciosæ sunt. Si quis aût côtra edictú pietatis meæ fecerit, sciat se côtinuò quinquaginta libris auri esse mulctandú. Nulli prætetea priuatorú liceat (exceptis scilicet ornaméntis matronalib. & tam muliebriú quàm uiriliú annulorú habitu) aliquid ex auro & gémis, quod ad cultum & ornatú imperatoriú pertinet facere: neq; illud sub hoc colote & prætextu præparare, qnod uelit clementiæ principali uelut aliquod munus offerre. Pietas enim mea huiusmodi dona non expetit, neque regium sibi offerri à priusris cultum requirit. Sanè si quis posthac aliquid contra uetitum huiusmodi sanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornaméta, quæ usib. regijs deputata sunt, auro gemmisque decorara ausus fuerit præpatare: centú librarú auri condemnatione sciar se esse feriendum, capitali quoq; subdendú esse supplicio. Ornamenta enim regia intra aulam meá fieri à palatinis artificibus debent, non passim in priuatis domibus uel officinis parari. Vnde summa seueritate sancimus, ut quod in cultu, ornatuq; nostro sacrú & adoptabile est, id facere temeriras prinata non audeat. Si quis sanè contra uetitú tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam superius mulctam ab his per officia palatinorum exigi, & sacris largitionibus nostris iubemus inferri. *Plura de uestitu & ornatu ciuium & uestitu Cæsaris uide 3. Lib. prox. capite 10: membr. 5.*

DE ARMIS.

VIII. Regula. *De armis à priuatis ciuibus non conficiendis nec emendis, proponitur Nouell. c.85. his uerbis*: Magno illo Deo & seruatore nostro IESV CHRISTO, eiusq; per omnia implorato auxilio damus operam, ut tam omnes subditos nostros, quorum nobis administrationem Deus concredidit, illæsos inoffensosq; tueantur, tum ut etiá pugnas quibus temerario inter se susceptis consilio mutuas cædes perpetrant, congeminatum exinde sibi inducentes supplicium, tum quòd in se reportant, tum quòd per leges furorem illorum castigantes sustinent prohibeamus. Cupientes igitut huiusmodi mortibus liberare homines, perplacuit nobis, ne priuatus aliquis fabricandorú armorum opus exerceat, sed soli illi qui in publicis (ut appellant) fabricis allegútur, arma ptæparent, neq; qui arma elaborant, alicui ea priuato uendant. Sed neq; eos fabricenses, qui in numeris recensentur, & deputati etiam uocantur, feruntq; annonas è publico, pmittimus arma alicui uel fabricari uel uendere, sed solummodo diligentiam habere militariú armorum in ijs recensitorum numeris, in quib. ipsi militát. Quòd si quid noui præparét, ut ab eis auferatur, & sacro nostro inferatur armamentario, adijciendú cæteris illis quę in publicis reposita sunt armamentarijs. Idé hoc custodire uolumus etiam eos, qui in cohortibus balistariorum côsistút, quos per diuersas hinc inde urbes côstituimus, collocatis inter eos & his qui

arma

arma ptæparare nouerunt, ut hi quoq; publica tantummodo atma, quæ in publicis uniuscuiusq; ciuitatis armamentatijs reponũrut reparent, tenouẽtq;. Si quid uerò nouorum armorum præparauetint, hoc similiter & ipsi in publicorum armorum custodiam exhibento, & nulli omnino alij uendunto. Hoc aũt obseruabunt hi, qui recensentur inter balistarios periculo patrũ in ciuitaribus, quibus tam ipsos balistatios submisimus, quàm etiam publicorũ armamentariorum solicirudinem & custodiam permisimus. Vnde si qui uel deputati ucl fabricenses existunt, qui arma diuendant, prouidebunt hi qui ibi locorum magistratum gerunt, ut tales pœnis subijciant, ultra hoc q̃d etiam arma ab his qui hęc emerunt, absque preciorum testitutione ausetant & uindicent in publicum. Hac igirur in animo cogitatione ex Deo, qui nos gubernat concepta pet præsentem legem sancimus, ut per nullam reipublicæ nostræ ciuitarẽ aut prouinciàm priuari aliusue quispiam arma fabricent, aut uendant, aut quocunq; modo mercium importent loco: sed hi duntaxat, qui in fabricis referuntur, ea ptęparent, inq; sacrum nostrum defetant armamentarium. Atque hoc tam ab excellentia tua quàm ab his qui post te magisttatum hunc suscepturi sunt, obseruari sancimus. Et insuper aliquot chartularios sub excellẽtia tua in scrinio fabricarum collocatos periculo quinq; inter ipsos primatum bona opinione præditos & idoneos segregari, qui tam in alma hac urbe quàm in cæteris reipublicæ nostrę urbibus fabricenses peruestigantes prohibeant, ne priuati aut quicunq; alij ptæter allectos in sacris fabricis fabricandorũ armorum opus ttactent, & ubicunq; randem priuatos aliquos id audere deprehenderint, hæc ab illis auferant, & publico addicant armamentario. Cęterùm si intet priuatos, qui arma elaborãt idoneos aliquos possint reperire attifices, siquidem hi in militiam conscribi uoluerint, ut nomina eorum in descriptionem confetant, descriptionemq; artificum ad nos transmittant, quo magis per sacrum nostrum tescriptũ in ea deputẽtur loca, in quibus publicę sunt fabricæ: & qui publica fabricentur arma, ex publico item aononas ferant. Hoc enim facto & acçuratè à prædictis personis obseruato nomini omnino licentia dabitur, neq; priuatis qui utbes inhabitant, neque rusticis qui agros colunt armis in mutuam perniciem utendi, audendiq; cædes. Qua re & multi occidantur homines, & publica retardentur uectigalia agtorum cultoribus uel uitam amittentibus, uel ptopter metum fuga sibi consulentibus. Oportet autem eos qui ex prædicto fabricarum scrinio ab excellentia tua ad fabricationem atmorum priuatis inhibendam emittuntur, etiam depositá apud sacra Dei eloquia confessionem ab his, qui ibi locorum magistrarum gerunt, & obtemperantibus illis cohortibus, & ciuitatũ defensoribus ac pattibus accipete, quod non committent de cætero, ut aliquid à nobis prohibitotum perpettetur: sed pet ptæsentem sancita legem custodient, tam pœnam pecuniariam quàm capitis teformidantes supplicium. Sancimus etenim, ut magnæ quidem Alexandrensium ciuitstis ptæfectus, si sancita nostra negligat, uiginti librarum auri pœnam persoluat, & magistratu excidat. Item eohots eius consimilitet uiginti librarum auri pœnam præstet, & capitis supplicium subeat. Cęterarum uetò prouinciarum præsides mulctam decem librarum auri sustioeant, consimiliterque & ipsi magistratus amissioni subiaceant, sed & eorum cohortes. Defensores autem & patres ciuitatum mulctam dependant trium libtarum auri, inq; capitis adducantur periculum. si comperto aliquo huiusmodi facto uel pœnas non exegerint, uel id facere queuntib. non indicauerint, sed latẽre hoc permiserint. Vt autem atma quæ à nobis per priuatos aut etiam quoscunq; alios, præter eos qui in sacris nostris alleguntut fabricis, uel ptæparari uel priuatis uenundari sunt prohibita manifesta existant, uisum & hoc nobis est per ptæsentem significare legem. Ac prohibemus priuatos fabricari compataretie arcus, & sagittas, spathas & semispathas, quas etiam uocare solent parameria, quasi fœmoribus lateris accinctos enses, & quas appellant zabas, siue loricas & contos, & quocunq; modo aut forma factas lãceas, & quæ ab Isauris nominantut monocentia, & quos uocant zibynnos, siue missibilia. Ad hæc etiam aspides, siue scuta, & galeas seu cassides. nam ne hæc quidem alium præpatate permittimus, quàm qui sacris nostris allectus sit fabricis. Solos uetò à priuatis fabricari, aut priuatis uendere concedimus cultellos bteues, quos nemo in usum belli assumpserit. Præsentem igitur genetalem nostram legem per hanc regiam urbem ptopones, adeoq; & in cęteris teipublicæ nostræ urbibus, ut omnes ea cognoscentes, quæ nobis placuerunt custodiant. Denunciabis autem chartularijs qui ex prædicto fabricarum scrinio tali custodiæ præfuturi sunt, quod ex negligentia non solùm pœnas sustinebunt pecuniarias, sed etiam in corpote exquisitos excipient cruciatus, & militia excidẽt ultra hoc quod

neq;

neq; id nos amplius ſcrinium ad hanc progredi ſollicitudinem concedemus, ſed fabricarum curã alijs cõmittemus. Quæ igitur nobis placuerũt, & per hanc declarantur legem, ea tam excellentia tua, quàm qui poſt te eundem magiſtratum obtinebũt effectui & fini tradere ſtudento: ipſi quoq; indignationem noſtram reueriti, niſi rem tam utilem reipublicæ cuſtodierint.

DE PRIVILEGIIS CIVITAtum, ſeu de rebus incorporalib.

IX. *Regula. Reſpublica, ut pupilla extra ordinem iuuatur. quæ regula approbatur l. 3. C. de iure reipubl. his uerbis*: Rem publicam, ut pupillã extraordinem iuuari moris eſt.

X. Reg. *Ciuitas quod ſibi adquirit, retinet. quæ regula approbatur l. 2. C. de diuerſis prædijs urbanis, hiſce uerbis*: Pamphyliæ etiã ciuitates & quæcunq; aliæ quidquid ſibi adquirunt, id firmiter teneant.

XI. Reg. *Reſpublica omnib. alijs chirographarijs creditorib. præfertur, & bona debitoris à quocũq; poteſt uindicare. quæ reg. approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur ſ. Lib. 8. cap. 9. reg. 3.*

XII. *Regula de priuilegijs Nicæenſium ciuitatis, proponitur l. ult. C. de diuerſ. prædijs urbanis, hiſce uerbis*: Hac in perpetuũ ualitura lege ſancimus Niceęnſium ciuitati, ſeu habitatoribus eius tam ius exactionis quadraginta ſolidorum annui canonis ciuilis reditus ad ſuã patriã ptinẽtis & poſſeſſorib. id eſt, Callimacho & Eliburno, nec nõ Emptorio & Veratorio cũ Eporio eorũ ſub territorio Apamenæ ciuitatis conſtitutis ex nuper lapſa tertia indictione cũ ipſa reſtitui: quã ſi quid ex quo ſanctio Martiani diuæ memoriæ lata eſt, ad eiuſdẽ ciuitatis præiudiciũ geſtũ eſt, infirmari: & quod ex eadẽ prouiſione ciuitatib. delatum interea qualibet occaſione minutum eſt, ex authoritate cõſtitutionis noſtrę ſerenitatis eiuſdẽ ciuitatib. redhiberi: ita ut nec iudiciaria authoritas, nec imperiale reſcriptum quacunq; uidelicet adiectione munitum, ſæpedictæ generalis legis uires poſsit refringere. Quòd ſi quis aliter fecerit, graui pœna plectetur.

XIII. Reg. *De ciuitatibus, quæ ſunt iuris Italici, uide ſ. Lib. prox. cap. 4. quæſt. 1. reg. 2. except. 7. Sed & plura ciuitatis iura atq; priuilegia uide ſ. hoc Lib. cap. 6. memb. 3. item j. cap. prox.*

DE ACTIBVS CIVItatum. Cap. XIIII.

CVm hactenus de perſonis & reb. ciuitatũ tam corporalibus, quàm incorporalibus, ſeu iure ac priuilegijs ſit dictũ: ſupereſt, ut de Actionibus ciuium ſeu actibus ciuilib. dicamus. Eiuſmodi aũt ſunt conſultationes de publica utilitate, munera & honores, nundinæ, ludi ac ſpectacula, conuentus & publicæ ciuium leticiæ, feriæ, &c.

I. Reg. *De conſultatione ciuium, proponitur l. 5. C. de legat. his uerbis*: Si quod extraordinariũ conſilium poſtulatur, cum uel ad nos eſt mittenda legatio, uel noſtræ ſedi aliquid intimandũ, id quod inter oẽs cõmuni cõſilio, tractatuq; cõuenit, minimè in examẽ cognitoris ordinarij referatur. Prouincialiũ enim deſideria quib. neceſſaria ſępè fortuitis caſib. remedia depoſcũtur, uobis agnoſcere atq; explorare pmittimus: ut ſint examinis tui, quę ex his auxilio tuo protinus implẽda ſint, & quæ clemẽtiæ noſtræ aurib. intimãda uideantur. In loco autem publico de communi utilitate prouincialium ſententia proferatur, atq; id quod maioris partis probauerit aſſenſus, ſolennis firmet authoritas. *Concordat l. 6. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. 4. q. 1.*

DE NVNDINIS.

II. *Regula. Nundinarum uſus non utendo decem annis amittitur. quæ regula approbatur l. 1. ff. de nundinis, his uerbis*: Nundinis impetratis à principe, non utendo qui meruit decennij tempore uſum amittit.

III. Reg. *De agricolis ad nundinas proficiſcentibus, proponitur l. 2. ff. d. tit. his uerbis*: Si quis ipſos cultores agrorũ uel piſcatores deferre utenſilia in ciuitatẽ iuſſerit, ut ea ipſi diſtrahãt, deſtituetur annonæ præbitio cũ auocentur ab opere ruſtici. Quare confeſtim ubi detulerint, mercẽ tradere eã, & ad opera ſua reuerti debẽt. Deniq; ſummæ prudentiæ & authoritatis apud Græcos Plato, cum inſtitueret, quemadmodum ciuitas benè beateq; habitari poſſet, in primis hos negociatores neceſſarios dixit. Sic enim libro ſecũdo *πολιτείας* ait: *Δεῖ γὰρ πλειόνων ἄρα γεωργῶν τε καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν, καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων διακονούντων, τῶν τε εἰσαξόντων ἕκαστα καὶ ἐξαξόντων. οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι. Κομίσας δὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγοράν τι, ὧν ποιεῖ, ἤ τις ἄλλος τῶν δημιουργῶν, ἐὰν μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκῃ τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀνταλλάξασθαι, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος ἐν τῇ ἀγορᾷ; οὐδαμῶς. ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην.* id eſt. Pluribus ſanè non agricolis tantum, ſed etiã opificibus opus eſt, adeoq; alijs quoq; miniſtris tum qui importent ſinguli tũ qui exportẽt: hi uerò mercatores ſunt. At uerò agricola ſi quid eorũ quæ effingit, aut quis alius opificũ in forũ deferat, niſi eodẽ tempore adueniat, quo alij eius rei indigentia adducti cũ eo contrahant, neglectó ne domi artificio iners in foro deſidebit? minimè. Sed ſunt, qui cũ hoc uideant, huic ſe miniſterio ſubmittant.

IIII. *Regula. Tempore nundinarũ ad eas cõcurrentes non poſſunt ibi ex ante geſto conueniri. quæ regula approbatur l. unica. C. de nundinis, hiſce uerbis*: Qui exercendorũ mercatuũ aut nundinarũ licentiã uel ueterũ indulto uel noſtra autho-

ritate meruerunt, ita beneficio rescripti potiantur, ut nullũ in mercatibus atq; nundinis ex negociatorũ mercib. conueniant, uel uenalitijs, aut locorũ tẽporali quæstu & cõmodo priuata exactione sectentur, uel sub prætextu ptiusti debiti aliquã ibidẽ cõcurrentibus molestiam possint inferre.

DE LVDIS ET SPECtaculis.

V. *Regula. Specta-ula permittuntur uolentibus l. 1. C. de spectaculis, hisce uerbis*: Nõ inuidemus, sed potius cohortamur amplectẽda fœlicis populi studia gymnici, ut agonis spectacula reformentur. Veruntamen cum ptimates uiri populi studijs ac uoluptatib. grati esse cupiant, prõptius permittimus, ut integra uoluptas sit, quæ uolentiũ celebrarur impensis.

VI. *Regula. Deseruientes sacris ludis nullo afficiuntur supplicio, proponitur l. 2. C. d. tt. his uerbis*: Eos qui agitãdi munus exercent, illustris authoritas tua nullis propter Circense certamen affici nouerit oportere supplicijs.

VII. *Regula. De equis ad ludos deputatis in priuatum commodum non utendis, proponitur l. 1. C. d. tt. his uerbis*: Quisquis equos, quos uel serenitas nostra uel ordinatij consules tribuunt uoluptatibus, ad commodum compendiiũq; priuatum adduxerit, unius libræ auri condemnatione mulctetur.

VIII. *Regula. De ludis ex ciuitatibus in oppida nõ transferendis, proponitur l. 5. C. de spectaculis, hisce uerbis*: Nemo iudicũ ex quacũq; ciuitate in aliud oppidũ uel ex prouinciæ solo equos currules, aurigas, bestias, hystriones, ciuet tentet traducere: ne dũ popularib. plausib. intemperãter fetuiũt, & publicarũ rerũ statũ fatigent, & festiuitatẽ impediant in cunctis oppidis celebrandã: ita ut si quis hanc uiolauerit iussionẽ, pœna teneatur ea, quæ legum uiolatores persequitur.

IX. *Regula. In loc?, in quo principis imagines consecrãtur, nõ debent fieri spectacula, nec hystriones uel uiles picturæ introduci. quæ reg. approbatur l. 4. C. d. tt. his uerbis*: Si qua publicis porticib. uel in his ciuitatũ locis, in quib. nostrę solẽt imagines cõsecrari, pictura pantomimũ ueste humuli, & rugosis insignib. agitatorẽ, aut uilẽ offerar hystrionẽ: illico repellatur, neq; iã posthac liceat in loco honesto inhonestas annotare personas. In aditu uerò circi, uel in theatri proscenijs, ut collocentur nõ uetamus.

X. *Regula. De pecunia in spectacula deputata, proponitur l. unica. C de expensis publicorũ ludorum, his uerbis*: Cũ prælidẽ prouinciæ impensas, quę in certaminis editione erogabãrur, ad refectionẽ murorũ trãstulisse dicas, & quod salubriter deriuatũ est, nõ reuocabitur, & solenne certaminis spectaculũ post restitutã murorũ fabricã iuxta ueteris cõsuetudinis legẽ celebrabitur. Ita enim & tutelæ ciuitatis instructę murorũ præsidio prouidebitur, & instaurandi agonis uoluptas, cõfirmatis his quę ad securitatis cautionẽ spectãt, insecuta tempotis circuitione præsentabitur.

XI. *Regula. De maiuma specie ludi sic dicta, proponitur l. unica. C. de maiuma, his uerbis*: Clemẽtiæ nostræ placuit, ut maiumæ prouincialib. lęticia reddatur: ita tamen, ut seruetur honestas, & uerecundia castis motib. perseueret.

XII. *Regula. De spectaculo gladiatorum, proponitur l. unica. C. de gladiatoribus, his uerbis*: Cruenta spectacula in ocio ciuili & domestica quiete non placent. Quapropter omnino gladiatores esse prohibemus.

DE VENATIONE FErarum.

XIII. *Regula. De uenatione ferarum, proponitur l. unica. C. de uenatione ferarum, his uerbis*: Occidendorum leonum cunctis facimus potestatẽ, neq; aliquam sinimus quẽquam calumniã formidare. Bestias autem, quæ ad comitatũ ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quàm septem diebus intra singulas ciuitates detineri præcipimus: uiolatoribus eorum quinas libras auri fisci iutib. illaturis. *Plura de uenatione ferarum uide in Comment. de Adquir. rerum domi. cap. 1. causa 2.*

DE FESTIS CONVENTIbus & publicis ciuium lætitijs.

XIIII. *Regula. De his proponitur l. 4. C. de sacrificijs paganorum, his uerbis*: Vt profanos ritus iam salubri lege submouimus, ita festos cõuentus ciuium & communem omnium lætitiam non patimur submoueri. Vnde absq; ullo sacrificio, atq; ulla superstitione damnabili exhiberi populorum uoluptates secundum ueterem consuetudinem, iniri etiam festa conuiuia, quãdo exigunt publica uota, decernimus. *Ait Imp.* Profanos ritus iam salubri lege submouimus: *Per hæc uerba intelligit sacrificia paganorum. de quibus uide §. Libro decimo, capite undecimo, membr. 2.*

DE FERIIS CIuium.

XV. *Regula. Quibus diebus feriandum. De die dominico seu solis, proponitur l. 2. in prin. C. de ferijs. cuius uerba uide §. Lib. 5. cap. 1. q. 2. in prin. Concordat l. 3. C. eo. tt. his uerbis*: Omnes iudices, urbanęq; plebes, & cunctarũ artiũ officia uenerabili die solis quiescãt. Ruri tamẽ positi agrorum culturę liberè licenterq; inseruiãt: quoniã frequẽter euenit, ut nõ alio die aptius frumẽta sulcis & uineę scrobib. cõmendẽtur, & ne occasione momẽti pereat cõmoditas cœlesti prouisione concessa. *Concordat item l. 7. §. & dies solis. C. d. tt. cuius uerba uide paulo inferius. Itẽ concor-*

Concordat l. 10. C. cod. tt. his uerbis: Dies festos maiestati altissimæ dedicatos nullis uolumus uoluptatibus occupari, nec ullis exactionum uexationibus profanari. Dominicum itaque diem semper honorabilem decernimus uenerandum, ut à cunctis executionibus excusetur, nulla quenquã urgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit ille dies à cognitionib. alienus, præconis horrida uox silescat, respirent à controuersijs litigantes, habeãt fœderis interuallum, simul ad se ueniãt aduersarij non timentes, subeat animos uicaria pœnitudo, pacta conferant, transactiones loquantur: nec huius tamen religiosi diei ocia relaxantes obscœnis quibuslibet patimur uoluptatibus detineri, nihil eodẽ die sibi uindicet scena theatralis, aut Circẽsę certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula, etiamsi in nostro ortu aut natali celebranda sollennitas inciderit, differatur. Amissionẽ militię, proscriptionemq; patrimonij sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse, uel cuiuscunque iudicis apparitor prætextu negocij publici seu priuati hæc, quę lege hac statuta sunt, crediderit temerãda. *De ferijs propter res fœliciter gestas institutis, proponitur l. 1. C. de ferijs, his uerbis*: Quoniam consulis, an similis obseruantia à nobis adijciendarum feriarum, quæ rebus fœliciter gestus proueniunt, ad appellationũ quoq; tempora porrigenda sit Verine charissime: rescribi placuit experientię tuæ, ut in causis prouocationũ iugiter & sine additamento huiuscemodi dierum tempora scias seruari debere, & supradictorum dierum in appellationum causis minimè fieri adiectionem.

Aliæ insuper feriæ enumerantur l. 7. C. de ferijs, his uerbis: Omnes dies iubemus esse iuridicos, illos tãtũ manere feriarũ dies fas erit, quos geminis mẽsibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit, æstiuos feruoribus mitigandis, per autumnos fructibus decerpendis. Calendarũ quoq; Ianuariarũ cõsuetos dies ocio mãcipamus: his adijcimus natalicios dies maximarũ urbium Romæ & Cõstantinopolis, in quibus debẽt iura differri, quæ ab ipsis nata sunt. Sacros quoque Paschæ dies, qui septeno numero uel præcedunt uel sequuntur: dies etiam natalis atq; epiphaniarũ Christi, & quo tempore cõmemoratio apostolicę passionis totius Christianitatis magistræ à cunctis iure celebratur (in quibus etiam prædictis sanctissimis diebus neq; spectaculorũ copiã reseramus) in eadem obseruatione numeramus: Et dies solis, quos dominicos ritè dixêre maiores, qui repetito in se calculo reuoluuntur, parem necesse est habere reuerentiã, ut nec apud ipsos arbitros à iudicibus flagitatos, uel spõte electos, ulla sit cognitio iurgiorũ. Nostris etiam diebus, qui uel lucis auspicia, uel ortus Imperij protulerũt. In quindecim aũt paschalibus diebus cõpulsio annonarię functionis & omnium publicorum priuatorumq; debitorum differatur exactio. *Similis enumeratio habetur l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. 5. cap. 1. quæst. 2. in prin.*

XVI. *Regula. Pœna si non sit feriatum constituitur l. 10. §. fin. C. de ferijs. cuius uerba uide s̄. reg. prox. in prin. Id etiam quod diebus feriatis gestum est, censetur nullius momenti. quod approbatur l. 2. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. 5. cap. 1. quæst. 2. in principip. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non Imperator, sed iudex ferias condiderit. Hæc exceptio approbatur l. 4. C. de ferijs, hisce uerbis*: A nullo iudice præsumi debet, ut authoritate sua ferias aliquas condat: non enim imperiales ferias uocari oportet, quas administrator edixerit, ac per hoc si nomine eximuntur etiam fructu carebunt. *Secunda exceptio est: Nisi res tempore sit peritura. Hæc exceptio approbatur per ea quæ habentur s̄. Lib. 5. capite 1. quæst. 2. except. 2. Concordat item l. 3. C. de ferijs. cuius uerba uide s̄. reg. prox. in prin. Tertia exceptio est: Nisi diebus feriatis rei rusticæ operam dederit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. Quarta exceptio est: Nisi in diebus feriatis emancipauerit quis, uel manumiserit. Hæc exceptio approbatur l. 2. in prin. C. de ferijs, hisce uerbis*: Vt in diẽ Dominico emancipare ac manumittere liceat, reliquæ causæ uel lites quiescant. *Concordat l. 8. C. eo. tt. his uerbis*: Actus omnes seu publici sunt, seu priuati, diebus quindecim paschalibus conquiescant. In ijs tamen & emancipandi & manumittendi cuncti licentiam habeant, & super his acta non prohibeantur. *Quinta exceptio: Nisi diebus feriatis uolup[illegible]dulgeatur. Hæc exceptio reprobatur l. 10. in prin. C. de ferijs, cuius uerba uide s̄. reg. prox. in prin. Concordat d. l. 10. §. nec huius tamen. cuius uerba uide d. reg. prox. Sexta exceptio est: Nisi spectaculis & ludis diebus feriatis operam detur. Et hæc exceptio reprobatur d. §. nec huius tamen. Septima exceptio est: Nisi pacta uel transactiones fiant in diebus feriatis. Hæc exceptio approbatur d. l. 10. §. pacta conferant transactiones loquantur. Octaua exceptio est: Nisi debita exigantur. Hæc exceptio reprobatur d. l. 10. in prin. Concor. l. 7. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. 5. cap. 1. quæst. 2. except. 9. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones uide d. quæst. 2. Hæc de Ferijs. Supersunt autem ex actibus ciuilibus munera & honores, de quibus nunc tractabitur.*

DIGESTORVM LIBER DECIMVSTERTIVS.

DE MVNERIBVS ET HONORIBVS.

QVID, ET QVOTVplex sit munus, queq; illius species. Cap. I.

I. DEFINITIO MVNEneris & honoris.

MVNERIS *definitio, seu potius significatorum distinctio, proponitur l. 18. ff. de uerb significat. his uerbis*: Munus tribus modis dicitur: Vno donum, & inde munera dici dari mittiue. Altero onus, quod cum remittatur, uacationē militiæ munerisq; præstat, inde immunitatē appellari. Tertio officium, unde munera militaria & quosdā milites munifices uocari. Igitur & municipes dici, quòd munera ciuilia capiant.

Honoris definitio proponitur l. 14. in prin. ff. de muneribus & honoribus, his uerbis: Honor municipalis, est administratio reipublicæ cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine erogatione contingens.

Honoris genus. Honos muneris appellatione nō continetur. quod approbatur l. 12. ff. d. tt. his uerbis: Cui muneris publici uacatio datur, ei non remittitur, ne magistratus fiat: quia id ad honorē magis quàm ad munera pertinet. Cætera omnia quæ ad tēpus extra ordinē exigūtur, ueluti munitio uiarum, ab huiusmodi persona exigenda non sunt.

II. DIVISIONES muneris.

Prima diuisio in publicum & priuatum, proponitur l. 14. §. 1. ff. de muneribus & honoribus, his uerbis: Munus aut publicum, aut priuatum est. Publicum munus dicitur, quod in administrādà republica cum sumptu sine titulo dignitatis subimus.

Altera diuisio in patrimoniale, personale & mixtum, proponitur l. 18. in principio. ff. d. tt. his uerbis: Munerum ciuilium triplex diuisio est. nam quædam munera personalia sunt, quædam patrimoniorum dicuntur, alia mixta. *Concordat l. 1. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Munerum ciuilium quędam sunt patrimonij, alia personarum. *Concordat item l. 6. §. sciendum. ff. eod. tt. his uerbis*: Sciendum est, quædam esse munera aut personæ, aut patrimoniorum: itidem quosdam esse honorea. *Singulorum definitiones & species uide paulo inferius eod. cap.*

III. SPECIES MVneris.

De publico munere.

I. Regula. Definitio publici muneris, proponitur l. 14. §. 1. ff. de muneribus, cuius uerba uide paulo superius diuis. 1. Concordat l. 239. §. munus. ff. de uerb. signif. his uerbis: Munus publicū, est officiū priuati hominis, ex quo cōmodū ad singulos uniuersosq; ciues, remq; eorū imperio magistratus extraordinario peruenit.

II. Regula. Species publici muneris, proponuntur l. 18. §. hæc omnia. ff. de muneribus, his uerbis: Hæc omnia munera, quæ trifariam diuisimus, una significatione comprehenduntur. nam & personalia, & patrimoniorum, & mista munera, ciuilia seu publica appellantur.

III. Regula. Species item muneris publici, proponitur l. 4. in prin. ff de munerib. his uerbis: Cura extruendi uel reficiendi operis in ciuitate, munus publicum est: à quo quinq; liberorū incolumium pater excusatur: nec si per uim extortum munus fuerit, excusationē quam habet ab alijs muneribus aufert.

IIII. Regula. Alia species proponitur l. 78. ff. de iudicijs, hisce uerbis: Iudicare munus publicū est. *Item alia species proponitur Inst. de excusat. tutor. in prin. his uerbis*: Et tutelam, & curā placuit publicum munus esse.

De patrimonialibus muneribus.

V. Regula. Definitio patrimonialium munerū proponitur l. 18. §. patrimoniorum. ff. de muneribus, his uerbis: Patrimoniorū sunt munera, quę sumptibus patrimonij, & damnis administrantis expediuntur. *Concordat l. 1. § illud tenendū. ff. eod. tt. his uerbis*: Patrimoniale munus est, in quo sumptus maximè postulantur.

VI. Regula. Diuisio patrimonialium munerum habetur l. 6. §. fin. ff. de muneribus, his uerbis: Munera quæ patrimonijs indicuntur, duplicia sunt. Nam quædam possessoribus iniunguntur, siue municipes sunt, siue non sunt: quędam non nisi municipibus, uel incolis. Intributiones, quæ ex agris fiunt, uel ædificijs, possessoribus indicuntur. Munera uerò quæ patrimoniorum habentur, non alijs quàm municipibus uel incolis *Concordat l. 18. §. patrimoniorum. ff. eod. tt his uerbis*: Patrimoniorum munera duplicia sunt. nam quædam ex muneribus possessionibus, siue patrimonijs indicuntur: ueluti agminales equi, uel mulæ, & angariæ atq; ueredi. Huiusmodi igitur obsequia & hi qui neq; municeps, neq; incolæ sunt,

læ sunt agnoscere cogũtur. Sed & eos q fœnus excercẽt, etsi neterani sint, in tributiões eiusmodi agnoscere debere sæpè rescriptũ est. Ab huiusmodi munerib. neq; primipilaris, neq; ueteranus, aut miles, aliusúe q priuilegio aliquo subnixus est, nec pontifex excusatur. Præterea habent quædam ciuitates prærogatiuam, ut hi qui in territorio earum possident, certum quid frumẽti pro mensura agri per singulos annos prębeant: quod genus collationis munus possessionis est. *Plura de hisce muneribus possessionum uide J. Lib. 13. cap. 5. except. 9. cum sequentibus.*

VII. *Regula. Species patrimonialium munerum proponitur l. 1. in prin. ff. de muneribus, his uerbis:* Patrimonij sunt munera rei uehicularis, item nauicularis, decemprimatus: Ab istis enim periculo ipsorum exactiones solenniũ celebrantur. *Item aliæ species proponũtur l. 3. §. decaprotos. ff. eod. tt. his uerbis:* Decaprotos eriã minores annis uigintiquinq; fieri (non militantes tamen) pridem placuit: quia patrimonij magis onus uidetur esse. Exactioné tributorum onus patrimonij esse constat. *Alia species proponitur d. l. 3. §. munus, his uerbis:* Munus hospitis in domo recipiendi non personę, sed patrimonij onus est.

Aliæ duæ species proponũtur l. 14. §. uiarũ. ff. eod. tt. his uerbis: Viatũ munitiones, prędiorũ collationes non personę, sed locorum munera sunt. *Aliæ species enumerantur l. 18. §. patrimoniorũ. ff. eod. tt. his uerbis:* Elæemporia hospitatura apud Alexãdrinos patrimonij munus existimatur. Susceptores quoq; uini per prouinciã Africam patrimonij munus gerũt.

Aliæ species enumerantur d. l. 18. §. patrimoniorũ autem, cuius uerba uide s. reg. prox. Alia species patrimonialis muneris constituitur l. 4. C. de munerib. patrim. his uerbis: Non uidetur abhorrere à ratione sententia, qua pręses prouinciæ equos curiales alere, non personarum, sed patrimonij esse decreuit. Et tamẽ si iniqua esset, omisso à te appellationis auxilio, necessariò permanet.

Aliæ species proponũtur l. 8. C. d. tt. his uerbis: Nec protastasiæ uel sacerdotiæ, uel decaprotiæ munera corporalia sunt, sed tantum patrimonij esse non ambigitur.

Superindictiones quoq; patrimonij sunt munera, quæ species approbatur l. ult. C. de munerib. patrim. his uerbis: Quantũ ad extraordinarias indictiones pertinet, præsidibus significamus, ut omnes possessores cæterosq; sciant conueniri debere: quãdoquidẽ ea patrimonij munera esse cõstet, meritoq; ab omnib. agnosci debeãt, quo facilius obsequijs publicis pareatur.

De Personalibus muneribus.

VIII. *Regula. Definitio huius speciei & differentia à præcedenti, proponitur l. 1. §. illud tenendũ. ff. de munerib. his uerbis:* Illud tenendũ est generaliter personale quidem munus esse, quod cũ corporibus, cum labore, cum sollicitudine animi, ac uigilantia principaliter extitit: patrimoniale uerò in quo sumptus maximè postulantur. *Cõcordat l. 18. §. 1 ff. eod. tt. his uerbis.* Personalia munera sunt, quæ animi prouisione, & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur: ueluti tutela, cura, calendarij quoq; curatio, & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Tyronũ siue equorũ productio, etsi qua alia animalis necessaria producẽda, uel res peruehendæ, siue persequendæ sunt, uel pecuniæ fiscalis, siue annonæ, uel uestis persona munus est: cursus uehicularis sollicitudo, item angariarũ præbitio personale munus est: cura quoq; emendi frumẽti, & oleinã & harũ specierum curatores, quos Græbi σιτώνας καὶ ἐλαιώνας appellãt creari moris est.

IX. *Regula. Species personaliũ munerũ enumerãtur uerbis iam propositis, sed & aliæ huiusmodi species enumerãtur ibidẽ, his uerbis:* Inter personalia munera in quibusdã ciuitatib. numerãtur, & calefactio publici balnei, si ex reditib. alicuius ciuitatis curatori pecunia subministratur: sed & cura custodiendi aquęductus personalib. muneribus aggregatur. Irenarchæ quoq;, qui disciplinæ publicæ & corrigendis morib. præficiũtur: sed & qui ad faciendas uias eligi solẽt, cum nihil proprio patrimonio in hoc munus cõferãt. Item & episcopi, qui præsunt pani & cæteris uenalibus rebus, quæ ciuitatũ populis ad quotidianũ uictũ usui sunt, personalibus muneribus fungũtur. Qui annonã suscipit, uel exigit, uel erogat, & exactores pecuniæ pro capitib. personalis muneris sollicitudinẽ sustinent. Sed & curatores, qui ad colligẽdos ciuitatũ publicos reditus eligi solent, personali muneri subiugãtur. Hi quoq; qui custodes ædiũ (ut archeotæ) uel logographi, uel tabularij, uel xenoparochi (ut in quibusdã ciuitatib.) uel limenarchæ, uel curatores ad extruẽda uel reficiẽda ędificia publica, siue palatia, siue naualia, uel mãsiones destinantur (si tamen pecuniã publicã in operis fabricã erogent) & qui faciendis uel reficiendis nauibus, ubi usus exigit, præponuntur, munerib. personalib. adstringũtur. Camelelasia quoq; similiter personale munus est: nã ratione habita, & alimẽtorũ & camelorũ certa pecunia camelarijs dari debet, ut solo corporis ministerio obligẽtur. Hos ex alio ordine uocari, nec ulla excusatione liberari, nisi sola lęsi & inutilis corporis infirmitate, specialiter expressum est. Legati quoq;

qui ad sacrariũ principis mittũtur: quia uiaticũ (quod legariuũ dicitur) interdũ solent accipere. Sed & nicostrategi, & pistrinorũ curatores personale munus ineunt. Defensores quoq; quos Græci συνδίκους appellant, & qui ad certã causam agendã uel defendendam eliguntur, laborem personalis muneris aggrediuntur. Iudicãdi quoq; necessitas inter munera personalia habetur. Si quis etiã fuerit electus, ut cõpellat eos, qui prope uiam publicam posident, sternere uiã, personale munus est. Pari modo qui acceptãdis siue suscipiendis censualib. professionib. destinantur, ad personalis muneris sollicitudinẽ animũ intendũt. Mastigophori quoq;, qui ago nothetas in certaminibus comitãtur, & scribę magistratus psonali muneri seruiũt. *Concordat l.1.§.1.ff.eod.tt. his uerbis:* Personalia sunt ciuilia munera, defensio ciuitatis, id est, ut syndicus fiat, legario ad census accipiẽdos, ut patrimoniũ scribatur: καμηλασία, annonę ac similiũ cura, prædiorũ publicorũ, frumẽti cõparandi, aquæductus equorũ Circensiũ spectacula, publicæ uiæ munitiones, arcæ frumẽtarię, calefactiones thermarũ, annonę diuisio, & quæcũq; aliæ curę sunt similes istis. Ex his enim quæ retulimus, cętera per leges cuiusq; ciuitatis, & ex cõsuerudine lõga intelligi poterũt. *Concordat itẽ d.l.1.§.æquè, his uerbis:* Aequè personale munus est, tutela, cura adulti furiosiúe, itẽ prodigi, muti, & uentris etiã ad exhibendũ cibũ, potũ, tectũ, & similia, sed & cuius officio in bonis usucapiones interpellãtur, ac ne debitores liberẽtur, prouidetur. Itẽ ex Carboniano edicto bonorũ possessione petita, si satis nõ detur, custodiẽdis bonis curator datus, psonali fuugitur munere. His similes sunt bonis dari curatores, q̃ fuerũt, eius qui ab hostib. captus est, & reuerti speratur. Itẽ custodiendis ab eo relictis bonis, cui necdum quisquam ciuili uel honorario iure successit, curatores constituti.

De mixtis muneribus.

X. Reg. *Definitio & species mixtorũ munerũ, proponũtur l.18.§.mixta.ff.de mune. his uerbis:* Mixta munera sunt δεκαπρωτίαι, εἰκοσαπρωτίαι (id est decẽprimatus, uigintiprimatus) ut Herennius Modestinus & notãdo, & disputãdo benè & optima ratione decreuit. nã decaproti, & icosaproti tributa exigẽtes, & corporale ministeriũ gerũt, & pro munerib. defunctorũ fiscalia detrimẽta resarciũt: ut meritò inter mixta hoc munus numerari debeat. Sed & q̃ supra psonalia esse diximus, si hi qui fungũtur ex lege ciuitatis suę, uel more qd de ꝓprijs facultatib. impensæ faciũt, uel annonã exigẽtes desertorũ p̃diorũ damna sustinent, mixtorũ definitione cõtinebuntur.

DE MVNERIBVS ET HOnoribus iniungendis, & nominatione facienda. Cap. II.

I. AD CVIVS CVRAM spectet munerum iniunctio.

A*D præsidis curã pertinet. quæ regula approbatur l.3.§.præses.ff. de muneribus, his uerbis:* Præses prouinciæ prouideat munera & honores in ciuitatib. æqualiter per uices secũdũ ætates, & dignitates, aut gradus munerum, honorũq;, qui antiquitùs statuti sunt, iniungi: ne sine discrimine & frequẽter his oppressis, simul uiris & uiribus respublicæ destituantur.

II. QVANDO NOMINAtio facienda.

Ante tres menses quàm administratio suscipienda est. quæ reg. approbatur l.1.C. de magist. municipalib. cuius uerba uide s̃. Lib. prox. cap.3.q.3.reg.1.

III. QVOMODO INIVNGENda munera, & quæ sint iniungentis officia.

I. Regula. *De decurionibus conuocandis, & nominatione facta, statim nominato significanda, proponitur l.2.C. de decurionibus, his uerbis:* Obseruare oportebit magistratus, ut decurionib. solenniter in curiam cõuocatis, nominationem ad certa munera faciant, eãq; statim in notitiam eius qui fuerit nominatus, per officialẽ publicũ perferri curent: habituro appellãdi, si uoluerit, atq; agendi facultatem apud præsidem causam suã iure cõsueto: quem si cõstiterit nominari minimè debuisse, sumptum litis eidem à nominatore restitui oportebit.

II. Reg. *Quæ considerãda in iniungendo munere uel honore, proponitur l.14.§.de honoribus.ff. de muneribus, his uerbis:* De honorib. siue munerib. gerẽdis cum quæritur: in primis cõsideranda psona est, eius cui defertur honor, siue muneris administratio, item origo natalium: facultatès quoq; an sufferre iniuncto muneri posit. Item lex, secundum quam munerib. quisq; fungi debeat.

IIII. QVAE MVNERA SINT iniungenda uel non.

I. Regula. *De operarum præbitione, proponitur l. unica. C. ne operæ à collatorib. exigantur, his uerbis:* Operarum præbitionem, quæ illicitè à prouincialibus hactenus expetita est, sinceritas tua cessare præcipiat.

II. Regula. *De statua principi ponenda, proponitur l.6.§.fin.ff. de pollicitationib. his uerbis:* Si cui respublica necessitatem imposuerit statuarum principi ponendarum, qui non promisit: nõ esse necesse ei obtemperare rescriptis Imperatoris nostri & diui patris eius continetur.

III. Re-

III. Regula. *De actu reipublicæ gerendo, proponitur l.1. C. ne quis liber inuitus, &c. his uerbis*: Si ut proponis, decreto ordiuis ad libertatem ductus es, non debere te inuitum actum reipublicę adminiſtrare curator reipublicę nõ ignorat: prȩſertim cum ſerui huiuſmodi officia adminiſtrare debeant. *Concordat l.2. C. d. tt. his uerbis*: Si cum in genuus eſſes, ad actum gerendum à republica compelleris, auxiliũ præſidis & iuris præſidia, prout uſus exigebat, implorare potuiſti.

IIII. Regula. *De functione glebæ, follis, & ſeptẽ ſolidorum ſublata, proponitur l.2. C. de prætoribus, his uerbis*: Glebã, uel follem, ſiue ſeptẽ ſolidorũ functionẽ, ſiue quãlibet huiuſmodi collationẽ, tã circa perſonas, quã res & prȩdia funditus iubemus aboleri: ut omnis huiuſmodi ſopita perpetuo conquieſcat exactio.

V. QVIBVS MVNERA SINT iniungenda.

I. Regula. *De municipib. hi cum liberis ſuis regulariter onerib. ſui municipij ſuſtinẽdis ſunt obligati. quæ regula approbatur l.18. in fine. ff. de uerb. ſignif. cuius uerba uide ſ. cap. prox. in prin. Sed & plura de regula propoſita uide ſ. cap. prox.* II. Reg. *De incolis, proponitur l.5. C. de incol. hiſce uerbis*: Priuilegio ſpeciali ciuitatis nõ interueniẽte, tamẽ originis ratione ac domicilij uoluntate ad munera ciuilia quenq; uocari certiſsimũ eſt. *Cõcordat l.6. C. eod. tt. his uerbis*: Si in patria uxoris tuæ, uel qualibet alia domiciliũ defixiſti, incolatus iure te ultro eiuſdẽ ciuitatis muneribus obligaſti. *Declaratur regula propoſita definitione incolæ l.239. §. incola. ff. de uerb. ſignif. his uerbis*: Incola eſt, qui in aliquã regionẽ domiciliũ ſuũ contulit: quẽ Græci *πάροικον* appellant: nec tãtũ hi qui in oppido morantur, incolæ ſunt: ſed etiã qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum ſe quaſi in aliquã ſedem recipiant. *Concordat l.7. C. de incolis, his uerbis*: Ciues quidẽ origo manumiſſio, allectio uel adoptio: incolas uerò (ſicut & diuus Hadrianus edicto ſuo manifeſtiſsimè declarauit) domiciliũ facit. Et in eo loco ſingulos habere domiciliũ non ambigitur, ubi quis larẽ, rerumq; ac fortunarũ ſuarum ſummam cõſtituit, unde rurſus non ſit diſceſſurus ſi nihil auocet, unde cum profectus eſt, peregrinari uidetur: quod ſi redijt, peregrinari iã deſtitit. *Propoſitæ reg. except. prima hæc eſt: Niſi in plurib. locis domiciliũ habeat. Hæc exceptio approbatur l.5. ff. ad municip. his uerbis*: Labeo indicat, eũ qui plurib. locis ex ęquo negocietur, nuſquã habere domiciliũ: quoſdã autẽ dicere refert, plurib. locis eum incolã eſſe, aut domiciliũ habere: quod uerius eſt. *Cõcordat l.6. §. uiris. ff. eod. tt. his uerbis*: Viris prudentib. placuit duobus locis poſſe aliquem habere domiciliũ, ſi utrobiq; ita ſe intruxit, ut nõ ideo minus apud alteros ſe locaſſe uideatur. *Concordat l.27. §. Celſus. ff. eod. tt. his uerbis*: Celſus libro primo Digeſtorum ſcribit. Si quis inſtructus ſit duobus locis æqualiter, neq; hic minus quàm illic frequẽter cõmoretur, ubi domiciliũ habeat, exiſtimationẽ animi eſſe accipiendã. Ego dubito, ſi utrobiq; deſtinato ſit animo, an poſsit quis duobus locis habere domiciliũ? Et uerũ eſt habere, licet difficile eſt: quẽadmodũ difficile eſt ſine domicilio quenquã eſſe. Puto autẽ uerius & hoc procedere poſſe, ſi quis domicilio relicto nauiget, uel interfaciat quȩrẽs quò ſe conferat, atq; ubi cõſiſtat. nã hũc primum puto ſine domicilio eſſe. *Planè admittitur exceptio propoſita. Si alibi, ubi etiam domicilium habet, plus uerſatur, magisq; ſe ibi pro incola gerit. hoc enim caſu quàuis in alio quoq; loco domicilium habeat, ubi interdũ quoq; uerſatur: tamen ibi ratione incolatus ad onera compelli non poteſt. quæ diſtinctio uidetur approbari d.l.27. §.1. his uerbis*: Si quis negotia ſua nõ in colonia, ſed in municipio ſemper agit, in illo uendit, emit, contrahit, in foro, balneo, ſpectaculis utitur, ibi feſtos dies celebrat, omnib. deniq; municipij cõmodis, nullis coloniarũ fruitur: ibi magis habere domiciliũ quã ubi colendi ruris cauſa uerſatur, uidetur. *Secũda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi Senator alibi quã in urbe cõmoretur hoc enim caſu nihilominus in urbe nõ alibi incola cẽſetur. quæ exceptio approbatur l.22. §. penult. ff. ad municipalẽ, his uerbis*: Senatores qui liberũ cõmeatũ, id eſt ubi uelint morãdi arbitriũ impetrauerũt, domiciliũ in urbe retinẽt. *Cõcordat l.8. C. de incolis, hiſce uerb.* Senatores in ſacratiſsima urbe domiciliũ dignitatis habere uidẽtur. *Tertia exceptio eſt: Niſi nihil ubi moratur poſsideat. Hæc exceptio reprobatur l.23. §. fin. ff. ad municipalẽ, his uerb.* Miles ibi domiciliũ habere uidetur, ubi meret, etſi nihil in patria poſsideat. *Quarta exceptio eſt: Niſi incola ſit relegatus. Hæc exceptio reprobatur l.27. §. fin. ff. ad municipalẽ, his uerbis*: Domiciliũ habere poteſt & relegatus eo loci unde arcetur, ut Marcellus ſcribit. Sed & in eo loco in quẽ relegatus eſt, domiciliũ habere uidetur. *Quod approbatur l.22. §. relegatus. ff. eod. tt. his uerbis*: Relegatus in eo loco in quẽ relegatus eſt, interim neceſſariũ domiciliũ habet. *Quinta exceptio eſt: Niſi incola domiciliũ transtulerit. Hæc exceptio approbatur l.1. C. de incolis, hiſce uerbis*: Non tibi obeſt ſi cũ incola eſſes, aliquod munus ſuſcepiſti: modò ſi antequã ad alios honores uocareris, domiciliũ trãſtuliſti. *Cõcordat l.31. ff. ad muni. his uerbis*: Nihil eſt impedimẽto quo minus quis ubi uelit, domicilium habeat, quod ei interdictũ nõ ſit. *Ait Imp.* Modò ſi antequã ad alios honores uocareris domiciliũ trãſtuliſti. *Ex his uerbis prima propoſitæ exceptionis replicatio elicitur, talis ſcilicet: Niſi poſtq̃ ad honores uel munera nominatus eſt, domiciliũ uelit trãsferre.* Cui cõcordat

l.34.ff.ad municipalem,his uerbis: Incola iam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere incolatui renunciare non potest.

Altera replicatio est: Nisi non re, sed nuda contestatione iuri incolatus renunciauit. quæ replicatio approbatur l.20.ff.eod.tt.his uerbis: Domicilium re & facto transfertur non nuda contestatione: sicuti in his exigitur qui negant se posse ad munera, ut incolas uocari. *Sexta exceptio est: Nisi non in ipsa ciuitate, sed in agro, aut eius territorio domicilium habeat. Hæc exceptio approbatur l.3.C.de incolis,his uerbis*: Est uerum, eos qui in territorio alicuius ciuitatis commorantur, uelut incolas ad subeunda munera, uel ad capiendos honores non adstringi. *Concordat l.35.ff.ad municipalem, his uerbis*: *εἰδέναι χρὴ, ὅτι ὁ ἐν ἀγρῷ κατακείμενος, ἐγκόλας οὐ νομίζεται. ὁ γὰρ ἐκείνης τῆς πόλεως ἐξαιρέτοις μὴ χρώμενος, οὗτος οὐ νομίζεται ἐγκόλας*. id est: Sciendum est, eum qui in agro moratur, incolam non existimari, qui enim eius ciuitatis præcipuis non utitur, is ne incola quidem existimatur. *Huic quodammodo uidetur contradicere l.239.§.incola.ff.de uerbor.signif.cuius uerba uide s.ead.reg.in prin. Septima exceptio est. Nisi non in perpetuum, sed ad tempus quis in aliqua ciuitate domicilium habere destinauit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.2.C.de incolis,hisce uerbis*: Nec ipsi qui studiorum causa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, nisi decem annis transactis, eo loco sedes sibi constituerint, secundum epistolam diui Hadriani: nec pater qui propter filium studentem frequentius ad eum commeat. Sed si alijs rationibus domicilium in splendidissima ciuitate Laodicenorum habere probatus fueris, mendacium quo minus munerib. fungaris, non proderit. *Octaua exceptio est: Nisi filiusfamiliâs alibi quàm pater domicilium habeat. Hæc exceptio reprobatur l.3.cum lege sequente. ff. ad municipalem,his uerbis*: Placet etiam filiumfamiliâs domicilium habere posse, non utiq; ibi, ubi pater habuit, sed ubicunq; ipse domicilium constituerit. *Nona exceptio est: Nisi incola ab urbe Roma originem habeat. Hæc exceptio reprobatur l.3.in prin.ff. de muneribus & honoribus,his uerbis*: Et qui originem ab urbe Roma habent, si alio loco domicilium constituerint, munera eius sustinere debent. *Decima exceptio est: Nisi domum tantum in aliqua ciuitate habeat, in qua non habitet. Hæc exceptio approbatur l.17.§.sola.ff.ad municipalem, his uerbis*: Sola domus possessio, quæ in aliena ciuitate comparatur domicilium non facit. *Concordat l.4.C.de incolis,hisce uerbis*: Cum neq; originales, neq; incolas uos esse memoratis, ob solam domum uel possessionẽ (licet de substantia decurionis adquisita sit) ea causa publici iuris authoritas muneribus subiugari uos non sinet. *Vndecima exceptio est: Nisi libertus domicilium habeat in alia ciuitate, quàm patronus suus, hoc enim casu cum patroni domicilium sequatur, ut infrà reg.4.dicetur. uidetur illum suæ ciuitatis muneribus non adstringi. uerùm hæc exceptio reprobatur l.22.§.municipes.& l.37.§.libertos. ff. ad municipalẽ. cuius uerba uide j.cap.prox.quæst.3. reg. 3. Hæc de Incolis sint dicta.*

III.*Regula. De liberis incolæ. hi non tenentur. quæ regula approbatur l.17.§.patris.ff.ad municipalẽ, his uerbis*: Patris domicilium filium aliorum incolam ciuilibus muneribus alienæ ciuitatis non adstringit: cum in patris quoq; persona domicilij ratio temporaria sit. *Concordat l.6.§.filius.ff.eod.tt. his uerbis*: Filius ciuitatẽ ex qua pater eius naturalem originem ducit, non domicilium sequitur.

IIII.*Regula. De libertis incolæ, libertorumq; liberis. hi muneribus tenentur eius ciuitatis, in qua patronus domicilium habet. quæ regula approbatur l. 6. §. fin.ff.ad municipalẽ,his uerbis*: Libertini originẽ patronorũ uel domiciliũ sequuntur, itẽ qui ex his nascuntur. *Concordat l.22.in princ. ff. eod. tt. his uerbis*: Filij libertorum libertarumq;, ut liberti, paterni patroni, & manumissoris domiciliũ sequũtur. *Cõcordat itẽ l.unica.§.fin. C.ad l.Visselliã.cuius uerba uide s.Lib.prox.ca.3.q.1.reg.3.*

V. *Regula. De uxore incolæ. hæc domicilium mariti sequitur. quæ regula approbatur l.38.§.item rescripserunt.ff.ad municipalem,his uerbis*: Impp. Verus & Antoninus rescripserũt, mulierem quamdiu nupta est, incolã eiusdẽ ciuitatis uideri cuius maritus eius est, & ibi unde originem trahit nõ cogi munerib. fungi. *Concordat l. unica.C.de mulierib.in quo loco munera,his uerbis*: Eã quę aliũde oriũda alibi nupta est, si nõ in urbe Roma maritus eius consistat, non apud originem suam, sed apud incolatum mariti ad honores seu munera, quæ personis cohærẽt, quorũq; is sexus capax esse potest, cõpelli posse, sæpe rescriptum est. Patrimonij uerò munera necesse est mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc uidetur esse: Nisi matrimonium morte mariti uel ex alia causa sit solutum. Hæc exceptio reprobatur l.22.§.1. ff. ad municipalem, his uerbis*: Vidua mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimæ personæ per maritum factæ: sed utrunq; alijs interuenientibus nuptijs, permutatur. *Secunda exceptio est: Nisi mulier ad aliud transierit matrimonium. hoc enim casu prioris mariti domicilium, simul & dignitatem mutat. quæ exceptio constat ex uerbis iam dictis hisce*: Sed utrunque alijs interuenientibus nuptijs mutat. *Concordat l.9.C.de incolis,cuius uerba uide s.Lib.5.cap. 2. q. 1.except.16. Tertia exceptio est: Nisi matrimoniũ sit illegitimum. Hæc except. approbatur l.37.§. fin.ff.ad municip. his uerb.* Mulieres q̃ in matrimoniũ se dederint

non

non legitimum, non ibi muneribus functuras, unde mariti sunt earum sciendum est, sed unde ipsæ ortæ sunt: idq; diui fratres rescripserunt. *Quarta exceptio est: Nisi nuptiæ nondum sint secutæ, sed sponsalia tantum celebrata. Hæc exceptio approbatur l. 32 ff. d. tt. bis uerbis*: Ea quæ desponsa est, ante contractas nuptias suum non mutat domicilium.

VI. Regula. *De eo qui possessiones aliquas in aliquo loco habet. hic ob id muneribus ciuilibus non est adstrictus. quæ regula approbatur l. 17. §. sola ratio. ff. ad municipalem, bis uerbis*: Sola ratio possessionis ciuilibus muneribus possessori iniungendis, citra priuilegium specialiter ciuitati datum, idonea non est. *Concordat d. l. 17. §. sola domus, cuius uerba uide s. reg. 2. except. 10. item cõcordat l. 4. C. de incolis. cuius uerba uide d. except. 10. Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi munera sint patrimoniorum. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. a. §. fin ff. de munerib. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 1. reg. 6. concordat l. 18. §. patrimoniorum aũt. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. d. reg. 6. item concordat l. unica, in fine. C. de mulierib. in quo loco munera. cuius uerba uide s. reg. prox.*

VII. Regula. *De eo qui fœnus in aliquo loco exercet. hic munerib. est ibi adstrictus. quæ regula approbatur l. 22. §. fin. ff. ad municipalem, bis uerbis*: Qui fœnus exercent, omnibus patrimonij intributionibus fungi debent, etsi possessionem non habeant. *Concordat l. 18. §. patrimoniorum autem, ibi: Sed & eos. ff. de munerib. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 3. reg. 6. Hactenus de ijs quibus munera sint iniungenda dictum est: quanquam etiam plura de hac re dicentur j. cap. prox.*

VI. EVENTVS INIVNcti muneris & honoris.

Prima regula. De inuito ad munus uel honorem suscipiendum cogendo, proponitur l. 9. ff. de muneribus, bis uerbis: Si quis magistratus in municipio creatus, munere iniuncto fungi detrectet, per præsidem munus agnoscere cogendus est remedijs, quibus tutores quoq; solent cogi ad munus, quod iniunctum est agnoscendum. *Concordat l. 13. §. qui autem. ff. de uacat. & excusat. munerum, bis uerbis*: Qui non habet excusationem, etiam inuitus iudicare cogitur. *Propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui ad munus uel honorem destinatus est, iustam habeat excusationem. quæ exceptio constat ex uerbis iam propositis hisce*: Qui non habet excusationem, &c. *de qua re dicetur j. cap. 4. Sunt insuper & plures propositæ regulæ exceptiones, partim ex persona eius cui munus iniunctum est sumptæ, cuius generis exceptiones aliquot propositæ sunt s. quæst. prox. & proponentur j. cap. 4. partim ex specie & qualitate muneris iniuncti, cuius generis exceptiones colligere licet ex regulis s. quæst. 4. partim etiam ex alijs circumstantijs s. propositis.*

Secunda regula. De cautione rempubl. saluam fore à nominato præstanda, proponitur l. 38. §. fin. ff. ad municipalem. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 1. quæst. 1. reg 7. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi coactus munus susceperit. Hæc exceptio approbatur d. §. fin. Secũda exceptio est: Nisi ex inquisitionè sit electus. quæ exceptio approbatur exemplo l. ult. §. item rescrips. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin. bis uerbis: Impp. Verus & Antoninus rescripserunt, à curatore calendarij cautionem exigi non debere: cum à præside ex inquisitione eligatur.

Tertia regula. Ne filius pro patre cauere teneatur, proponitur l. 16. §. mutus. ff. de muneribus, bis uerbis: Inuitus filius pro patre rempub. saluam fore, cauere non cogitur. *Concordat l. 3. §. filium. ff. de administr. rer. ad ciuit. pert. bis uerbis*: Filiũ pro patre curatore reip. creato, cauere cogi non oportet: nec mutat quod in eũ pater emancipatũ, priusquã curator crearetur, partẽ bonorũ suorũ donationis causa contulit.

Quarta regula. Cuius sumptibus munera sustinenda? De sumptibus filio nominato à patre præstandis, dicetur j. cap. 7. quæst. 2. reg. 1.

Quinta reg. De sumptib. ab omnibus collegis præstandis, proponitur l. unica. C. sumptus iniuncti muneris ad omnes, bis uerbis. Cum ad munus exhibendarũ angariarũ cũ alijs creatus, à cõsortibus muneris sollicitudine deserta, solum te functum esse proponas: sumptuum detrimenta si qua acciderint, collatione eorum quos munus oportuerat participare, prouisione præsidis diuidetur. Quòd si à te obsequiũ derelictũ esse cognouerit, quid censuræ publicæ congruat, non ignorabit.

Sexta regula proponitur l. 10. §. item rescripserunt. ff. de administ. rer. ad ciuitat. pertin. bis uerbis: Impp. Verus & Antoninus rescripserunt, Sitonas indemnes esse oportere, qui non segniter officio suo functi essent secũdum literas Hadriani. *Sanè in quibus muneribus quis sumptus facere cogitur, in quibus non, uide s. capite proximo, quæst. 3.*

Septima regula proponitur l. 2. C. de legationib. cuius uerba uide s. Lib prox. cap. 4. q. 5. reg. 1.

Octaua regula est. De excusationibus. de quibus j. cap. 4. cum sequentibus.

Nona regula. De actione quæ ex mala muneris administratione nascitur. De hac uide j. cap. 7.

DE MVNICIPIBVS. Cap. III.

I. *Etymologia municipum proponitur l. 18 in fine. ff. de uerb. signif. bis uerbis*: Municipes dici Paulus ait, quod munera ciuilia capiant.

II. *Definitio municipũ proponitur l. 1. in prin. ff. ad municipalẽ, bis uerbis*: Propriè quidẽ municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitatẽ, ut munera nobiscũ facerẽt: sed nũc

abusiuè

abuſiuè municipes dicimus, ſuos cuiuſcunque ciuitatis ciues: utputa Campanos, Puteolanos. *Alia definitio proponitur l.228.ff.de uerbor.ſignif. his uerbis*: Municipes intelligendi ſunt & hi, qui in eodem municipio nati ſunt.

III. QVI ET EX QVIbus cauſis municipes fiant.

I. *Regula. Tres cauſæ, ex quibus municipes fiant, proponuntur l.1.in prin.ff.ad municipalem, his uerbis*: Municipem aut natiuitas facit, aut manumiſsio, aut adoptio. *Concordat l.7.in princ. C.de incolis.cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.5.regula 2.in prin.*

II. *Regula. De natiuitate, proponitur d.l.1.§.qui ex duobus, his uerbis*: Qui ex duobus igitur Cāpanis parentibus natus eſt, Campanus eſt. Sed & ſi ex patre Campano, matre Puteolana, ęquè municeps Campanus eſt: niſi fortè priuilegio aliquo materna origo cenſeatur. tunc enim maternę originis erit municeps: utputa Ilienſibus conceſſum eſt, ut qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum municeps: etiā Delphis hoc idem tributum & cōſeruatum eſt. Celſus etiam refert Ponticis ex beneficio Pompeij Magni competere, ut qui Pontica matre natus eſſet, & Ponticus eſſet. Quod beneficium ad uulgò quæſitos ſolos pertinere quidam putant, quorum ſententiam Celſus non probat: neq; enim debuiſſe caueri, ut uulgo quæſitus matris conditioné ſequeretur. quam enim aliam originem hic habet? Sed & ad eos, qui ex diuerſarum ciuitatum parentibus orirentur. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi quis ex diuerſarū ciuitatum parentibus natus ſit: hic enim patris, nō matris conditionem ſequitur: ut patet ex uerbis iam propoſitis hiſce*: Sed & ſi ex patre Campano, matre Puteolana natus eſt, æquè municeps eſt Campanus. *Concordat l.3. C. de municipibus & originarijs, hiſce uerbis*: Filios apud originem patris non in materna ciuitate, & ſi ibi nati ſunt (ſi modò non domicilijs retineantur) ad honores ſeu munera poſſe compelli, explorati iuris eſt. *Concordat l.44.C.de decurionibus, his uerbis*: Nullus ſolius materni ſanguinis uinculis illigetur: quia mulieris infirmitas nunquam huiuſmodi functionibus reddit obnoxios, à quibus ipſa habetur immunis. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ciuitas ſpeciale habeat priuilegium, ut filij matris conditionem ſequantur. quæ replicatio conſtat ex uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce*: Niſi fortè priuilegio aliquo materna origo cenſeatur: tunc enim maternæ originis erit municeps: utputa, Ilienſibus conceſſum eſt, ut qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum municeps, &c. *Simile priuilegium habuit ciuitas Antiochena. de quo dictum ſ. Lib. prox. cap.2. quæſt. 2. reg. 21. except.6. Secunda replicatio eſt: Niſi quis ſpeciale reſcriptum impetrauerit, ut matris potius, quàm patris originem ſequatur. Hæc replicatio reprobatur l.36.C.de decurionib. cuius uerba cum concordantibus uide ſ.Lib.prox. cap.2.quæſt.2. reg.21. except. 2. Tertia replicatio eſt: Niſi filius ſit uulgo quæſitus: hic enim non patris, ſed matris originem ſequitur. quæ replicatio approbatur l.9.ff.ad municipalem, his uerbis*: Eius qui iuſtum patrem non habet, prima origo à matre, eoq; die quo ex ea editus eſt, enumerari debet. *Concordat l.1.in fine.ff. eod.tt.cuius uerba uide ſ.ead.reg.in prin. Hæc de prima exceptione. Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi mulier maritum alterius ciuitatis incolam habeat: hæc enim nō ſequitur originem ſuam. quæ exceptio approbatur l.38. §. item reſcripſerunt. ff. ad municipalem, cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.5.regula 5. Tertia exceptio eſt: Niſi non in ciuitate, ſed in uico natus ſit. Hæc exceptio reprobatur l.30.ff. ad municipalem, his uerbis*: Qui ex uico ortus eſt, eam patriam intelligitur habere, cui reipublicæ uicus ille reſpondet. *Quarta exceptio eſt: Niſi duos auos paternos, unū naturalē, alterū adoptiuū in diuerſis locis habitantes, habuerit. Hæc exceptio reprobatur l.17.§.in adoptiua.ff.ad municipalem, his uerbis*: In adoptiua familia ſuſceptū, exemplo dati, muneribus ciuilibus, apud originem aui quoque naturalis reſpondere, diuo Pio placuit: quamuis in iſto fraudis ne ſuſpicio quidem interuenerit.

III. *Regula. De manumiſsione. Libertus eiuſq; liberi intelliguntur eius municipij eſſe, cuius eſt patronus. quæ regula approbatur etiam l.6.§.fin ff.ad municipalem, his uerbis*: Libertini originem patronorum uel domicilium ſequūtur, item qui ex his naſcuntur. *Concordat l.22.in prin.ff.eo.tt.cuius uerba uide ſ. cap. prox.quæſt 5.reg.4. Concordat item d.l.22.§.municipes, his uerbis*: Municipes ſunt liberti, & in eo loco ubi ipſi domicilium ſua uoluntate tulerunt: nec aliquod ex hoc origini patroni faciunt præiudiciū, & utrobique muneribus adſtringuntur. *Concordat item l.23.§.deniq; ff.eod.tt.his uerbis*: Manumiſsi ab aliquo eius municipij efficiuntur municipes, unde originem trahit. *Concordat item l.27.in prin.ff.eod.tt.his uerbis*: Eius qui manumiſit, municeps eſt manumiſſus: non domiciliū, ſed patriam eius ſecutus: & ſi patronum habeat duarum ciuitatum municipem, per manumiſsionem earundem ciuitatum eſt municeps. *Ait iuriſconſultus*: Non domicilium intellige tantum, ſed & patriā, &c. *Ne contradicat ijs quæ propoſita ſunt ſ.cap. prox.quæſt.5.reg.4. Concordat item l.37.§.libertos.ff.eod.tt.his uerbis*: Libertos & eo loco munus facere debere, unde patrona erit, & ubi ipſi domicilium habebunt, placet. *Concordat item l.3.§.liberti ff.de muneribus, his uerbis*: Liberti

berti muneribus fungi debent apud originem patronorum: sed ita, si sua patrimonia habeant sufTectura oneribus. Res enim patronorum muneribus libertinorũ subiecta non est. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alibi habeat domicilium libertus. Hæc exceptio reprobatur d.l.22.§. municipes, & d.l.37.§.libertos. Secunda exceptio est: Nisi non directo, sed per fideicommissũ libertas data uel relicta sit. hoc enim casu manumissus nõ sequitur originem eius qui libertatem reliquit, sed eius à quo est relicta. quæ exceptio approbatur l.17.§.ex causa.ff.ad municipalem, his uerbis*: Ex causa fideicommissi manumissus, in muneribus ciuilibus manumissoris originem sequitur, non eius qui libertatem reliquit. *Cõcordat l.2.C.de municipibus, his uerbis*: Si (ut proponis) ea quę ex causa fideicommissi te mãnumisit, ab ea libertatem iustam fuerit cõsecuta, quæ originem ex prouincia Aquitania ducebat: tu quoque eius conditionis eiusq; ciuitatis ius obtines, unde quę te manumisit, fuit: eorum enim conditioné sequi ex causa fideicõmissi manumissos pridem placuit, qui libertatem pręstiterint, nõ qui rogauerint. *Tertia exceptio est: Nisi à pluribus fuerit manumissus. Hæc exceptio reprobatur l.7. ff. ad municipalem, his uerbis*: Si quis à pluribus manumissus sit, omnium patronorũ originem sequitur. *Quarta exceptio est: Nisi patronus duarum ciuitatum sit municeps. Et hæc exceptio reprobatur l.27. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. ead. reg. in prin.*

IIII. Regula. *De adoptione. Filius quoq; adoptiuus eiusq; liberi adoptantis parentis originem sequũtur. quæ regula approbatur l.15.§.fin.ff.ad municipalem, his uerbis*: Ius originis in honoribus obeundis, ac muneribus suscipiendis, adoptione non mutatur: sed nouis quoq; munerib. filius per adoptiuum patrem adstringitur. *Concordat in liberis adoptati l.17.§.in adoptiua ff. eod. tt. his uerbis*: In adoptiua familia susceptũ, exemplo dati muneribus ciuilibus apud originé aui quoq; naturalis respõdere, diuo Pio placuit. quamuis in isto fraudis ne suspicio quidé interuenerit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi filius rursus ab adoptiuo patre fuerit emancipatus. quæ exceptio approbatur l.16. ff. eod. tt. his uerb.* Si emãcipetur ab adoptiuo patre, nõ tantũ filius, sed etiã ciuis ciuitatis, cuius per adoptioné fuerat factus, esse desinit.

V. Regula. *De adsumptione & confeßione originis. Hæc causa reprobatur l.6. in prin. ff. ad municipalem, his uerbis*: Adsumptio originis quæ non est, ueritaté naturę nõ perimit. Errore enim ueritas originis nõ amittitur, nec mẽdacio dicentis se esse unde nõ sit, deponitur: neq; recusando quis patriã ex qua oriundus est, neq; mẽtiendo de ea quã non habet, ueritaté mutare potest. *Concordat l.17. §. error. ff. eod. tt. his uerbis*: Error eius, qui se municipem aut colonũ existimans, munera ciuilia susceptu rũ promisit, defensioné iuris nõ excludit.

VI. Regula. *De nominis similitudine. Et hæc causa reprobatur l.ult.§.penult.ff.ad municipalé. cuius uerba uide s̄. Lib.7.cap.2.quæst.3. de origine probanda.*

DE CAVSIS EXCVSATIOnum & immunitatum. Caput IIII.

PRima regula. *De diuisione harũ causarũ, proponitur l.11.§.duo.ff.de uacatione & excusat. munerũ, his uerbis*: Duo genera tribuẽdæ muneris publici uacationis sunt: unũ plenius, cũ & militiæ datur, aliud exiguius, cum nudã muneris uacationem acceperint.

II. Regula. *De fœminis. Hæ à munerib. & honoribus excusantur l.3.§. corporalia.ff.de muneribus, his uerbis*: Corporalia munera fœminis ipse sexus denegat, quo minus honores uel munera ipsis iniungunrur. *Concordat l.2.in prin.ff. de reg.iuris. cuius uerba uide s̄. Lib.2.cap.1. quæst.1.reg. 25. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi munera sint patrimoniorũ. quæ regula approbatur l.9. C.de munerib. patrimoniorũ, his uerbis*: Patrimoniorũ munera mulieres etiã sustinére debẽt. *Concordat l.unica.§.fin.C.de mulierib. in quo loco. cuius uerba uide s̄. ca.2.q.5.reg.5. Secdã except. est: Nisi munus sit personale, cuius talis sexus est capax. quæ exceptio approbatur d. l. unica. cuius uerba uide d.reg. 5. Concordat l.5.C de his qui numero liberorum. cuius uerba uide j.reg.8.in prin.*

III. Regula. *De minoribus ætate. Hi à muneribus & honoribus excusantur. quæ regula approbatur l. 8.ff.de muneribus. cuius uerba uide s̄. Libro secundo, cap.1.quæst.1.reg.22. Concordat l.2. in princ. ff. de uacat. & excusat. mune. his uerbis*: Sextumdecimum ætatis annum agentem, ad munus sitoniæ uocari non oportet, sed si nihil propriè in patria seruatur. De minoribus quoque annis uigintiquinq; ad munera siue honores creandis, iusta ætas seruanda est. *Concordat item l.2.§.fin.ff de reg.iuris, his uerbis*: Impubes omnibus officijs ciuilibus debet abstinere. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi munera sint patrimoniorũ. quæ exceptio approbatur l.6.§.sciendum est. ff. de muneribus, his uerbis*: Quæ munera patrimonijs iniungũtur uel in tributiones, talia sunt, ut neq; ętas ea excusẽt, nec numerus liberorũ, nec alia pręrogatiua, quæ solet à personalibus muneribus exuere. *Altera exceptio est: Nisi decaprotiæ munus sit. quæ exceptio approbatur l.5.§.decaprotos.ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄.cap. 1. q. 3.reg.7. Plura de regula proposita uide s̄.Lib. prox. cap.3.q.1. reg.10. item Lib.2.cap.1.q.1.reg.22.*

IIII. Regula. *De maioribus ætate, seu senectute. Hæc regulariter excusat. quæ regula approbatur l. 3.ff.de iure immunitatis, his uerbis*: Maiores septuaginta annis à tutelis & muneribus uacant.

Sed

Sed qui ingreſſus eſt, ſeptuageſimum annũ nondum egreſſus, hac uacatione non utetur: quia non uidetur maior eſſe ſeptuaginta annis, qui annum agit ſeptuageſimũ. *Concordat l.5. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Semper in ciuitate noſtra ſenectus uenerabilis fuit: nãq; maiores noſtri penè eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant: circa munera quoq; municipalia ſubeunda, idem honor ſenectuti tributus eſt. *Concordat l.3. §. quamuis. ff. de munerib. cuius uerba uide J. cap. 6. quæſt. 2. reg. 1. item concordat d. l. 3. §. cura, his uerbis*: Cura frumenti comparandi munus eſt, & ab eo ætas ſeptuaginta annorũ, uel numerus quinq; liberorum incolumiũ excuſat. *Concordat item l. 2. §. quem ita. ff. de uacat. & excuſat. mun. his uerbis*: Quem ita ſenio & corporis imbecillitate uexari præſes animaduerterit, ut muneri perferendæ pecuniæ non ſufficiat, dimittat, & alium conſtituat. *Cõcordat l. 11. ff. de decurionib. cuius uerba uide ṡ. Lib. prox. cap. 3. quæſt. 1. reg. 10. item cõcordat l. 10. C. de decurionibus, his uerbis*: Si ultra ſeptuageſimũ ætatis annum patrem tuum eſſe præſes prouinciæ perſpexerit, eum perſonalium munerũ uacatione perfrui prouidebit. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſeptuageſimũ annũ nondum impleuerit. quæ exceptio approbatur uerbis ṡ. e. ad. reg. in prin. propoſitis hiſce*: Sed qui ingreſſus eſt ſeptuageſimum annũ nondum egreſſus, hac uacatione nõ utetur: quia non uidetur maior eſſe ſeptuaginta annis, qui annũ agit ſeptuageſimum. *Cõcordat l. 1. §. fin. ff. de uacat. & excuſat. his uerbis*: Quamuis ſexaginta quinq; annorũ ſit aliquis, & tres liberos incolumes habeat, à muneribus tamen ciuilibus propter has cauſas non liberatur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi decurio nominetur: hic enim quinquaginta quinque annorũ ætate excuſatur. quæ replicatio approbatur l. 1. §. fin. ff. de decurionibus. cuius uerba uide J. except. 7. concordat l. 11. ibi*: Neque hi. *ff. eod. tit. cuius uerba uide ṡ. Lib. prox. cap. 3. quæſt. 1. reg. 10. item concordat l. ult. C. qui ætate ſe excuſant, his uerbis*: Manifeſti iuris eſt, maiores quinquaginta quinq; annis inuitos ad munera perſonalia uocari non poſſe. Cum itaque ſeptuagenatio maiorem te eſſe profitearis, ſi à nominatione facta appellationis auxilium interpoſuiſti, tueri te notione præſidis prouinciæ potes conceſſo iure. *Secunda exceptio eſt: Niſi patrimoniorum munera ſint: ab his enim ſenes non excuſantur. quæ exceptio approbatur l. 6. §. ſciendum. ff. de muneribus. cuius uerba uide ṡ. reg. prox. except. 2. Concordat l. 5. C. de munerib. patrimoniorum, his uerbis*: Neq; tempore ætatis, neq; numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum ſunt, excuſationem quis habere poteſt. *Tertia exceptio eſt: Niſi in ſenectute locuples factus ſit, nec antea ullo publico munere ſit functus. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. 1. ff. de iure immunitatis, hiſce uerbis*: Sed eum qui in ſenectute locuples factus eſt, & antè nullo munere publico functus eſt, dici poteſt nõ eximi ab hoc onere priuilegio ætatis, maximè ſi non tam corporis habeat uexationẽ, quàm pecuniæ erogationẽ indicti muneris adminiſtratio, & ex ea ſit ciuitate, in qua nõ facilè ſufficientes uiri publicis munerib. inueniantur. *Quarta exceptio eſt: Niſi non facilè uiri muneribus ſufficientes inueniantur. quæ exceptio conſtat ex uerbis iã propoſitis hiſce*: Et ex ea ſit ciuitate, *&c. Quinta except. eſt: Niſi lex municipalis diuerſum ſtatuat. quæ exceptio approbatur d. l. 5. §. legem quoq; his uerbis*: Legem quoq; reſpici cuiuſq; loci oportet, an cum quas immunitates nominatim cõplecteretur, etiam de numero annorum in ea commemoretur: idq; etiam colligi poteſt ex literis diui Pij, quas miſit ad Demetrium Proculum proconſulẽ prouinciæ Africæ. *Concordat l. 11. in fine. ff. de decurionibus. cuius uerba uide ṡ. Lib. 12. cap. 3. quæſt. 1. reg. 10. Sexta exceptio eſt: Niſi honores ſint aut munera honoribus cohærentia. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. numerus. ff. de uacat. & excuſat. munerum, his uerbis*: Numerus liberorum aut ſeptuaginta annorũ ab honoribus aut muneribus his cohærentibus excuſationẽ non præſtat, ſed à muneribus tantum ciuilibus. *Concordat l. 8. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: In honoribus delatis neque maior annis ſeptuaginta, neq; pater numero quinque liberorum excuſatur. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi honor ſit decurionatus. quæ replicatio conſtat ex iis quæ dicta ſunt ṡ. except. 1. repl. 1. Septima exceptio eſt: Niſi is qui priuilegio ætatis ſe excuſare potuit, munus ſponte ſuſcepit. quæ exceptio approbatur l. 2. §. fin. ff. de decurionibus, his uerbis*: Maiores annis quinquaginta quinq; ad decurionatus honorem inuiti uocari conſtitutionibus prohibẽtur. Sed ſi ei rei cõſenſerint, etſi maiores annis ſeptuaginta ſint, munera quidẽ ciuilia ſubire non coguntur; honores autem gerere debent. *Concordat l. 3. C. eod. tit. his uerbis*: Cum decurionatus honorem ſponte ſuceperis: ab albo eximi, licet annoſum te eſſe dicas, non potes. *Octaua exceptio: Niſi ad ordinationem aliquã ſenex requiratur. quæ exceptio approbatur l. 41. C. de decurionibus, his uerbis*: Decurio fortunã, quã naſcendo meruit, ſuffragijs atq; ambitione non mutet: etſi uacare per ſenectutem potuerit, propter ordinationẽ quę per plurimos citò definiri ſolet, curiam non relinquat.

V. Regula. *De ualetudinarijs. hi quoque excuſantur à munerib. perſonalib. l. 2. §. quem ita. ff. de uacat. & excuſat. munerum. cuius uerba uide ṡ. reg. prox. in prin. Concordat l. 18. §. camelelaſia. ff. de muneribus. cuius uerba uide ṡ. cap. 1. quæſt. 3. reg. 9. item concordat l. 13. in prin. ff. de uacat. & excuſat. munerũ, his uerbis*:

Præ-

Prætor eos quoscunq; intelligit operam dare non posse ad iudicandum, pollicetur se excusatutum: fortè quod in perpetuũ quis operam dare non potest, quòd in eam ualetudinem quis incidit, ut certum sit eum ciuilia officia subire non posse: aut si alio morbo laboret, ut suis rebus superesse non possit: uel si qui sacerdotium nacti sint, ut discedere ab eo sine religione non possint: nam & hi in perpetuum excusantur. *Concordat l. 6. in prin. ibi: Valetudinarij. ff. de iure immunitatis. cuius uerba uide J. reg. 45. Concordat item l. 2. C. qui morbo se excusant, his uerbis:* Cum articulari morbo debilitatum te esse dicas, iuxta iuris publici authoritatem à personalibus muneribus uacationem habebis. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi munera sine corpore impleri possint. quæ exceptio approbatur l. 2. §. corporis. ff. de uacat. muner. his uerbis:* Corporis debilitas eorũ munerum excusationem præstat, quæ tantum corpore implenda sunt. Cæterùm quę per consilium prudentis uiri uel patrimonio sufficientis in honores obiri possunt, nisi certis & receptis probabilibus causis non remittuntur. *Secunda exceptio est: Nisi podagra tantum laboret. quæ exceptio approbatur l. 11. C. de decurionibus. his uerbis:* A' muneribus decurionatus nec sententia præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta, nec podagrę ualetudo præstat excusationem. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ita quis laboret podagra, ut reb. suis superesse non possit. Hæc replicatio approbatur l. 1. C. qui morbo se excusant, his uerbis:* Podagræ quidem ualetudo nec ad personaliũ munerum excusationem prodest. Verùm cum ita te ualetudine pedum afflictum dicas, ut rebus proprijs intercessionem commodare non possis: Rector prouinciæ si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit, ad personalia munera te uocari, non patietur.

VI. *Regula. De cæcis proponitur l. 1. C. d. tt. his uerbis:* Si ea cæcitate pater tuus oppressus est, ut utriusq; oculi aciem prorsus amiserit, leuamentum personalium munerum sentiet.

VII. *Regula. De surdo & muto, proponitur l. 7. §. 1. ff. de decurionibus, his uerbis:* Surdus & mutus si in totum non audiant aut non loquantur, ab honoribus ciuilibus non etiam à muneribus excusantur. *Concordat l. 2. §. minus. ff. de uacation. & excusat. mun. his uerbis:* Minus audiens immunitatem ciuilium munerum non habet.

VIII. *Regula. De numero liberorum. quinq; liberorum parens à muneribus excusatur. quæ regula approbatur l. unica. C. de sumptuum recuperatione, his uerbis:* Muneribus ciuilibus non fungeris quę personis mandantur, si quinq; filios incolumes habes. At si contrà id priuilegium ad munus fatigandi tui causa quidã te deuocauerint, tuque appellatione interposita securitatem reportaueris: à nominatoribus sumptus quos in litem feceris, recuperabis. *Concordat l. 6. C. de his, qui numero liberorum, his uerbis:* Eos qui cuiuscunq; sexus liberos quinq; habent, impetrata semel uacatione potiri conuenit: ita ut si in hoc numero ætatis legitimæ filius inueniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus applicetur: patribus qui filios uel filias quinq; habuerint promissa legibus immunitate seruanda. *Concordat item l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* De personalibus muneribus quæ fœminis pro sexus conditione indicuntur, exempla maritum quinq; superstitum numero liberorũ eas excusari diui parentes nostri constituerunt. *Concordat item l. 3. §. quamuis. ff. de muneribus. cuius uerba uide J. cap. 6. quæst. 2. reg. 1. item concordat d. l. 3. §. cura. cuius uerba uide S. reg. 4. in prin. Concordat item l. 4. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide S. cap. 1. quæst. 3. reg. 3. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi patrimoniorum sint munera. quæ exceptio approbatur l. 6. §. sciendum. ff. de munerib. cuius uerba uide S. reg. 3. except. 1. Concordat l. 2. §. quæ patrimoniorũ. ff. de uacat. & excusat. muner. his uerbis:* Quę patrimoniorum munera sunt numero liberorum, non excusantur. *Concordat item l. 5. C. de muneribus patrimon. cuius uerba uide S. reg. 4. except. 2. Secunda exceptio est: Nisi nominatus non appellauerit, & excusationem suam intra legitimum tempus non proposuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. 1. ff. de uacat. & excusat. muner. cuius uerba uide J. cap. prox. except. 3. Tertia exceptio est: Nisi pauciores filios quàm quinq; habeat. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide S. reg. 4. except. 1. Propositæ exceptionis replicatio proponitur in munere legationis l. 1. C. de legationibus, his uerbis:* Pater trium incolumium liberorum legationibus publicis liberatur. *Quarta exceptio est: Nisi liberi quidam mortui sint. hi enim in numerum non computantur. quæ exceptio approbatur l. 2. §. qui ad munera. ff. de uacat. & excusat muner. his uerbis:* Qui ad munera uocantur, uiuorum se liberorum numerum habere, tempore quo propter eos excusari desiderant, probare debent: numerus enim liberorum postea impletus, susceptis antea muneribus non liberat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi filius bello sit amissus. quæ replicatio approbatur l. ultim. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Ad excusationem munerum defunctus filius non prodest, præterquam in bello amissus. *Quinta exceptio est: Nisi liberi post susceptum munus nati sint. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Numerus enim liberorum impletus, susceptis antea muneribus non liberat. *Sexta exceptio est: Nisi filius apud hostes sit. Hæc exce-*

ptio approbatur l. 2. C. de his qui numero liberorum, his uerbis: Filium ab hostibus captum, ac necdum reuersum ad excusationem munerum personalium patri proficere non posse magis placuit. *Septima exceptio est: Nisi filium non habeat in potestate. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. incolumes. ff. de uacat. et excus. mun. his uerbis*: Incolumes liberi, etiamsi in potestate patris sui desierint esse, excusationem à muneribus ciuilibus præstant. *Octaua exceptio est: Nisi filium habeat adoptiuum. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. §. adoptiui, his uerbis*: Adoptiui filij in numerum non proficiunt eorum liberorum, qui excusare parentes solent. *Nona exceptio est: Nisi non filij, sed nepotes sint. Hæc exceptio reprobatur l. 3. C. de his qui numero. his uerbis*: Nepotes in locum parentum succedentes, uice eorum prodesse consueuerunt. Ideoque si quinque numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur, à muneribus personalibus is quem patrem tuũ esse dicis, iuxta constituta excusatur. *Planè admittitur exceptio proposita patre nepotum uiuente: ut ex uerbis iam propositis constat. Decima exceptio est: Nisi honores, non munera deferantur, uel munera honoribus cohærentia, hoc enim casu quinq; liberorum numerus non excusat. quæ exceptio approbatur l. 2. §. numerus. ff. de uacat. & excusat. muner. cuius uerba uide s. reg. 4. excep. 6. Cõcordat l. 8. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 6. item concordat l. 1. C. de his qui numero liberorum, his uerbis*: Numerus liberorum ab honoribus non excusat. *Huius exceptionis replicatio proponitur in honore sacerdotij. d. l. 8. in prin. his uerbis*: Sed in Asia prouincia sacerdotium suscipere non coguntur numero liberorũ quinq; subnixi: quod optimus maximusq; princeps noster Seuerus Augustus decreuit, atq; postea in cæteris prouincijs seruandum esse constituit.

REPLICATIO PRAECEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALIS.

¶ *Exceptionum propositæ regulæ hactenus enumeratarum replicatio generalis hæc est: Nisi quis duodecim liberos habeat, hic enim tam à muneribus quàm ab honoribus excusatur propositis exceptionib. non obstantibus. quæ replicatio approbatur l. 24. C. de decurionibus, his uerbis*: Si quis decurio pater sit duodecim liberorum, honestissima munerum quiete donetur. *Concordat l. 5. §. demonstratur. ff. de iure immunitatis, hisce uerbis*: Demonstratur uariè nec abscise numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse ex rescriptis diui Ælij Pertinacis: nanq; Saluio Candido in hæc uerba rescripsit. Εἰ καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν τοῖς πατράσιν ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς ἀνεῖται, ἀλλ' ἐπειδὴ ἑκκαίδεκα παῖδας ἔχειν διὰ τοῦ βιβλίου ἐδήλωσας: οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδοτροφίᾳ, καὶ ἀνεῖσθαι τῶν λειτουργιῶν. id est: Etsi non ab omnibus muneribus liberorum numerus patri uacationem præstat, tamen cum sedecim te liberos habere libello significaueris, non cõtrarium rationi fuerit, si te liberorum educationi incumbere potius sinamus, soluamusque munerũ functione. *Hæc de Octaua regula.*

IX. *Regula. De ordine in muneribus & honoribus iniungendis seruando, deq; eo qui munere uel honore functus est excusando, proponitur l. 52. C. de decurionibus, his uerbis*: Quis tam inueniri iniquus arbiter rerũ potest, qui in urbibus magnifico statu præditis, ac notiua curialium numerositate locupletibus ad iterationem quempiam transacti oneris compellat: ut cum alij necdum penè initiati curiæ sacris fuerint, alios & continuatio & repetitæ sæpè functiones adficiant. *Concordat l. 1. §. sanè. C. de honorib. et munerib. non contin. his uerbis*: His missis qui necdum functi muneribus ad hoc idonei constituti uocari debent, uos si ad obsequium ciuilium munerum reperit paruisse, ne interim interpellemini præses prouinciæ prouidebit. *Concordat l. 3. C. quemad. ciuilia munera indicuntur, his uerbis*: Cum te omnibus muneribus functum esse adseueres, ad eadem munera, si aliorum ciuium copia est, qui obsequijs ciuilibus fungi possunt, præses prouinciæ deuocari te nõ permittet. *Concordat item l. 4. C. eod. tit. his uerbis*: Vltra modum sumptuum te muneribus, ciuilibus grauari leuatis alijs præses prouinciæ non patietur, sed æqualitatem tam iuris quàm censuræ memor circa ordinem custodiet. *Concordat item l. unica C. de potioribus ad munera, his uerbis*: Si ipse uocatus ad munera ciuilia potiorem alium nominandum putaueris, age causam tuam. *Cõcordat item l. 3. §. præses. ff. de muneribus & honoribus. cuius uerba uide s. cap. 2. in prin. item concordat l. 4. §. ordine. ff. de legationibus, his uerbis*: Ordine unusquisq; munere legationis fungi cogitur, & non aliàs cõpellendus est munere legationis fungi, quã si priores qui in curiã electi sunt, functi sint. *Concordat item l. 2. C. de honorib. & munerib. non contin. his uerbis*: Ab honoribus ad honores eosdem quinquennij datur uacatio, triennij uerò ad alios. legatione autem perfunctis biennij uacatio concessa est. *Concordat l. 10. §. fin. ff. de uacat. muner. his uerbis*: Defensores reipub. ab honoribus & muneribus eodem tempore uacant. *Concordat item l. 2. C. de apochis publ. cuius uerba uide s. Lib. 7. cap. 3. q. 8. in prin. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi in alia non in eadem ciuitate ad honores uel munera nominetur tunc enim quamuis in una honores gesserit, alij tamen proposita præscriptio nõ obstat. quæ exceptio approbatur l. 17. §. præscriptio. ff. ad municipalẽ, his uerbis*: Præscriptio temporũ quæ in honorib.

repetundis

repetundis uel alijs suscipiendis data est, apud eosdem seruatur, non apud alios. Secunda exceptio est: Nisi ad alios non eosdem quos gessit honores uel munera uocetur: hoc enim casu non quinquennij ut in ijsdẽ sed triennij uacatio datur. quæ exceptio approbatur l. 2. C. de honor. & muner. non contin. cuius uerba uide paulo superius ead. reg. Tertia exceptio est: Nisi alius non is qui excusatione utitur, antea honores gesserit. Hæc exceptio approbatur l. 2. in prin. C. de honorib. non contin. his uerbis: Sicut & honores & munera, cum pater & filius decuriones sunt, in eadem domo continuari non oportet: ita uacationum concessa tempora non alijs prodesse possunt, quàm his qui ad eosdem uel alios honores, eademq; uel alia munera de nouo uocantur. Concordat l. 3. in prin. C. eod. tit. his uerbis: Interualla temporum quæ in unius persona locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minimè prodesse frequenter constitutum est. Concordat l. 6. ff. de legationib. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 4. quæst. 3. reg. 2. Quarta exceptio est: Nisi non suo sed alieno nomine priores honores gesserit. Hæc exceptio approbatur l. 11. ff. de legationibus, his uerbis: Vicarius alieni muneris uoluntate sua datus ordine legationẽ suscipere, non admissa biennij præscriptione cogetur. Concordat l. 7. ff. eod. tit. his uerbis: Filius decurio pro patre legationis officium suscepit: ea res filium quo minus ordine legatus proficiscatur, non excusat: pater tamen biennij uacationem uindicare poterit: quia per filium legatione functus uidetur. Quinta exceptio uidetur: Nisi non per se sed per alium antea honore sit functus. Hæc exceptio reprobatur uerbis tã propositis hisce: Pater tñ biẽnij uacationẽ, &c. Sexta exceptio est: Nisi alij, qui honores uel munera gerant nulli sint, uel sint inepti. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. quoties. ff. de muneribus, his uerbis: Quoties penuria est eorum qui magistratum suscipiunt, immunitas ad aliquid infringitur, sicuti diui fratres rescripserunt. Concordat d. l. 11. §. 1. cuius uerba uide s. Lib. 1. cap. 1. quæst. 1. reg. 19. in prin. Concordat l. 6. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. Lib. 2. cap. 1. quæst. 1. reg. 13. Concordat item l. 14. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis: Si alij non sunt qui honores gerãt, eosdem compellendos quàm plurimis constitutionibus cauetur: diuus etiam Hadrianus de iterandis muneribus rescripsit in hæc uerba: Illud consentio, ut si alij non erunt idonei qui hoc munere fungantur, ex his qui iam functi sunt creentur. Concordat item l. 4. §. ordine, ibi: Sed si legatio. ff. de legationib. his uerbis: Si legatio de primoribus uiris desideret personas, & qui ordine uocantur inferiores sint: non obseruandum ordinem diuus Hadrianus ad Clazomenios rescripsit. Iuxta exceptionem propositam uidetur intelligenda l. 7. in prin. ff. de decurionibus. cuius hæc sunt uerba: Honores & munera nõ ordinatione, sed potioribus quibusq; iniungẽda sunt. Septima exceptio est: Nisi necessitas poscat ordinẽ negligi. quæ exceptio approbatur l. 16. §. fin. ff. de munerib. his uerbis: Defensionem reipub. amplius quàm semel suscipere nemo cogitur: nisi id fieri necessitas postulet. Huius exceptionis exemplum est exceptio superior proxima. Octaua exceptio est: Nisi is qui antea munus administrauit, illud rursus spontè suscipiat. quæ exceptio approbatur l. 18. ff. ad municipalem. his uerbis: Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt interualla temporum in continuandis honoribus inuitis non etiam uolentibus concessa: dum ne quis continuet honores. Propositæ exceptionis replicatio est in honoribus continuandis, ut patet ex uerbis iam propositis hisce: Dum ne quis continuet honores. Cui concordat l. 14. §. gerendorum, in fine. ff. de muneribus. cuius uerba uide s. Lib. 2. cap. 1. quæst. 1. reg. 19. in prin. Cõcordat l. 1. in fine C. de castrensianis, cuius uerba uide s. d. reg. 19. in prin. item concordat l. 5. C. de assessoribus, his uerbis: Nemo in prouincijs qui semel domestici uel cancellarij ministerium gesserit, ad eandem obseruationem aliqua ambitionem iterum remeare concedatur. Concordat l. 6. C. eod. tit. his uerbis: Nemo de domesticis ducum uel comitum militarium officijs eorum connumeratus, post cõpletum sui temporis actum ad eandem rursus sollicitudinem audeat adspirare: decem librarum auri condemnatione proposita, si quis hanc uiolare uoluerit sanctionem: eadem pœna officio quoque eius coërcendo, si per ambitionem uel auaritiam ex his aliquid temerari concesserit. Concordat item l. unica. C. ad l. Iul. de ambitu. his uerbis: Nullus omnino principatum uel numeratum seu commentariensis gradum, uel cætera officia repetere audeat: cùm publicæ disciplinæ semel gesta sufficiant. At si quispiam promototum denuo ad munus etiam per sacras literas irrepserit quod ante docebitur gessisse: cassatis quæ hoc modo sunt impetrata, ad solutionem debiti primitus urgeatur: & qui contra fecerint pœnam deportationis ad instar legis Iuliæ ambitus excipiant. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi prouinciæ sacerdotium repetatur. quæ duplicatio approbatur l. 17. in prin. ff. de muneribus, his uerbis: Sponte prouinciæ sacerdotium iterare nemo prohibetur. Secunda duplicatio est in consiliarijs iudicum. quæ proponitur l. 11. C. de assessoribus, his uerbis: Liceat omnibus iudicibus illustri præditis potestate consiliarios sibi eosdem secundo ac tertio & sæpius adiungere: quia qui semel rectè cognitus est, ob hoc solum non debet, quod iam probatus est improbari. Tertia

tia duplicatio est in officio principis agentium in rebus, & proponitur l. 4. in prin. C. de principib. agenti. in reb. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 19. membr. 12. reg. 4.

Hæc de nona regula sint dicta, de qua uide plura s̄. Lib. 2. cap. 2. q. 1. reg. 19.

X. *Regula. De eo qui alio honore uel munere fungitur: ae duplici munere grauetur, proponitur l. ult. § fin. ff. de uacat. munerum, his uerbis:* Eodem tempore idem duas causas operis non administrabit. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi duabus ciuitatibus obligatus ab utraq; ad munera uel honores uocetur. Hæc exceptio reprobatur l. 17. § præscriptio. ff. ad municipalem, his uerbis:* Eodem tempore non sunt honores in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi. Cum simul igitur utrobique deferuntur, potior est originis causa. *Secunda exceptio est: Nisi munus sustinenti honor deferatur. Hæc exceptio approbatur l. 10. ff. de muneribus, his uerbis:* Honorem sustinenti munus imponi non potest: munus sustinenti honor deferri potest. *Tertia exceptio est: Nisi decurionat honor deferatur. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de uacat. muner. his uerbis:* A' decurionatu, quamuis hic quoque honor est, ad alium honorem nullam uacationem tribuendam Vlpianus respondit. *Quarta exceptio est: Nisi in uno munere constitutus aliud quoque sponte susceperit. quæ exceptio approbatur l. 1. § fin. ff. de operibus publicis, hisce uerbis:* Curam operis aquęductus in alio iam munere constitutus postea susceperat: præposterè uisus est petere exonerari priore munere utrisque iam implicitus: quando si alterum tantùm sustinere eum oportuisset, ante probabilius impetrasset propter prius munus à sequente excusationem. *Planè propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi quis duplici honore simul fungi uelit: hoc enim casu non admittitur. quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. Lib. 2. cap. 1. q. 1. reg. 17.*

XI. *Regula. Ne duo ex eadem familia ad idem munus uocentur, proponitur l. 3. C. de filijsfamilias & quemadmodum, his uerbis:* Si hi qui cum patre ad protostasiæ munus uocati sunt, etiam nunc in patria potestate constituti sunt, ab huiusmodi necessitatibus liberentur: cum ex eadem familia hoc modo duos ad ista obsequia destinari periniquum uideatur. Sanè eos quos emancipatos esse, atque ex familia exisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis. *Concordat l. 1. in prin. C. de honor. non contin. cuius uerba uide s̄. reg. 9. exceptio. 3. Propositæ regulæ exceptio, hæc est: Nisi filius emancipatus cum patre ad idem munus uocetur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sanè eos quos, &c.

XII. *Regula. De eo qui est alterius ciuitatis, proponitur l. 1. C. quemadmodum ciuilia munera, his uerbis:* Cum te curatorem ad cogendas angarias creatum appellationem interposuisse proponas, præses prouinciæ si alterius curiæ te esse animaduerterit, ad alieni corporis munera uocari non sinet: quia eius patriæ oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras. *Plura de regula proposita uide s̄. cap. prox. item cap. 2. quæstio. 5. reg. 2.*

XIII. *Regula. De eo qui in dignitate positus est, & liberis eius: hic à muneribus est immunis. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 23. in prin. ff. ad municipalē, his uerbis:* Municeps desinit esse senatoriam adeptus dignitatem. Hoc autem quantum ad munera: quantum uerò ad honorem, retinere creditur originem. *Concordat l. ult. C. de excusat. munerum, his uerbis:* Ab illustribus personis sordida munera & extraordinariæ necessitatis damna remouemus. *Concordat item l. 64. § fin. C. de decurionibus, his uerbis:* Hos qui quocunque tempore patricij uel consules aut consulares facti sunt, aut inposterum fuerint, aut magistri militum uel pręfecti prætorio Orientis uel Illyrici, uel urbis administrationem in actu positi quandocunque gessere, aut postea gesserint, omni modo cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filijs à curiarum nexibus, uel honore decernimus liberari. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non sit maxima dignitas. quæ exceptio approbatur Nouell. c. 38. § post hæc eam, ibi: Non aliter, his uerbis:* Non aliter ipsos conditione curiali liberari concedimus, quàm per maximarum dignitatum honorem patriciatus scilicet, & quæ in militares habetur copias. Nam magisteria militum inter præfecturas censeri etiam lex nouit. Vnde si quis præfecturæ officium gesserit (in ipso scilicet actu constitutus) siue administranda republica siue ducendis exercitibus: is per legem nostram curiali conditione liberatur, omnibus alijs exemptionibus sublatis. Nam ne eiusmodi dignitates nempe præfecturæ (idem licebit & de magisterijs militum dicere) quæ solo honorario titulo conferuntur, ex albo decurionum eos, qui hasce nacti essent eximerent, diligenter sanximus. *Concordat l. 66. C. de decurionibus, his uerbis:* Curialibus consortijs consulentes censemus, ut nemo sibi blandiatur, & non certis modis sese liberum esse existimet, sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem sibi curialis competere conditionis: omnibus anterioribus modis, quos non comprehendit præsens sanctio, ex præsentidis antiquãdis. Si quis igitur uel summum patriciatus honorem fuerit consecutus, siue in fulis consulatus honorarij aut ordinarij

dinarij fuerit ampliatus, ut uel consul uel consularis efficiatur seu præfectorum prætotio infulas susceperit gubernandas, uel urbicariam (in ipso tamen actu) meruerit præfecturam, nec non magistri militum officiũ gerendum susceperit: is gaudeat se huiusmodi conditionis esse exortem, & liberum cum suis facultatibus suaq; posterirate, quã postquam meruit dignitatem uel actum gessit, ediderit: anterioribus filijs in conditione pristina remansuris. Sed & iam prælaturæ quæstoris quam uiri eloquentissimi fisci patroni tam præfecturę quę Orientalib. & Illyricianis præsidet sedibus, quàm urbicariæ, cum ad fisci patronatũ peruenerint, nexibus curiæ liberantur unà cum substantijs & liberis suis quos uel antè habuerint uel postquã ad eundem gradum prouecti sunt. Viri etiam clarissimi principes agentium in tebus cutiæ libertatẽ ex antiquis legibus consecuti sunt. Et uiri spectabiles proximi sacri scrinij nostræ memoriæ & sacrarũ epistolarũ, nec non sacri sctinij libellorũ sacrarumq; cognitionũ & dispositionũ cũ substantijs suis & liberis quos post emerita stipendia susceperint. Hoc etiam nos corroboranres intuitu laborũ, quos multo, longo prolixoq; tempote pertulerunt, intactũ illibatumq; conseruamus, ut hi omnes curiali fortona liberentut cum sua substantia, suaq; sobole secũdum ea quæ prædiximus ex æuo tñ sequente. Non progenitos antea nullius futuri fisci pattoni liberos concedimus libetandos, ut ne quod summis apicibus dignitatũ nõ est concessum, hoc alij sibi audeant uindicare: sed progeniti filij antequam ad fisci patronatum peruenerint, in conditione pristina remaneãt. Alijs autem modis quã his quos sigillatim enumerauimus siuè legibus antiquis cõprehensi sunt (qualis erat is quem ex tribus maribus concessum antefuetat patri maximo senatui sociare) siue comprehensi anterioribus scitis non fuerunt, liberationẽ competere cuidã curialis fortunæ nullo patimur modo: sed siue pragmatica sanctio super hoc ꝓcessit, siue senrentia eminentissimæ præfecturæ, siue alius modus quicunq; excogitatus est, omnia ea penitus uacuari, & pro infectis haberi, & curialia corpora suis reddi ciuitatibus, & substanrias eorum subiacere, nulla excusatione eis penitus competente. *Hæc de Prima exceptione.*

Secunda propositæ regulæ exceptio est: *Nisi dignitas solo honorario titulo sit collata*. *Hæc exceptio approbatur* Nouell. c. 38. §. *posthæc, ibi*: *Non aliter, in fine. cuius uerba uide* ĩ. *except. prox. in prin. Concordat* Nouell. c. 69. *his uerbis*: Multa ex his quę olim legibus sunt comprehensa, quod negligentius habeantur, neq; expeditè in republica suo defungantur munere, perinde uideri solent quasi lege expressa non fuerint. Scimus enim quandã apud ueteres prę fecturæ speciẽ fuisse quã Honorariã appellarunt, solis à maiestate Imperatoria præbitis in hoc codicillis. Hanc aũt ita nuncuparũt, quod qui ea dignarentur, his præter nudum honorem ac titulum nihil conferetur, qui sanè ipsos curiali fortuna non liberaret, nisi aliquis ipso actu hanc administrasset. Et quemadmodũ in gloriosissimis magistris militum cernimus, quod nullus curiali fortuna per magisterium militiæ liberetur, nisi ipso aspectu & opere hoc tractarit (siquidem ipsam magisteriã militum præfecturã esse nostræ etiã leges testantur) nudi uerò magisterij militũ codicilli solam dignitatẽ conferant, nõ absoluentes à nexu curię, ita & in hoc pręfecturę genere, si quis uellet ab huiusmodi fortuna liber existere, necesse esset petito per denunciationẽ magistratu, per illũ curiæ nexus & uincula dissolui. Hanc nos denuò legẽ renouantes sancimus, si quando maiestari Imperatorię uisum sit decurionẽ honore afficere, siquidẽ sic ut etiam ab ea ipsa fortuna liberum reddat, ut codicillos in eum magistratus cõferat, procuretq; in eiusmodi thronis constitutũ (nempe uel præfecturæ urbicariæ tam in uetere quã noua hac nostra urbe, uel prætorianorũ tribunalium siue in Oriente siue in Occidẽte, siue in Libya, siue Illyrijs, quos oẽs nostro Imperio Deus submisit) ita libertate potiri ut solent ab eiusmodi fortuna ac cõditione liberi existere, hi qui tam amplo honore dignati sunt, & curribus inuehuntur, & acclamantibus pręconibus aures prębent, & insuper iudicum thronos conscendunt. Si uerò solũ illis honorẽ impertiri uelit, ut codicilli conficiantur, & hisce offerantur. Ea aũt ab Imperatore codicillorũ datio ad hoc tantũ ualeat, ut honoratus ipse magni senatus portio esse uideatur, nõ etiã ut à sui loci curia & albo ibi descripto eximatur, sed maneat in pristina fortuna solum lucrifaciens honorẽ, & gratiam insuper habẽs Deo simul & Imperatori, quod priori ipsum humilitate liberatum ad ampliora promouerit. Atq; esto hoc additamentum Imperialiũ præmiorũ neq; labefactans rempub. neq; fortuna aut cohærentibus illi ex consuetudine muneribus decurionẽ liberans, & qui hac dignatus fuerit, ei auctiorẽ fortunam reddens, ipsumq; ampliorẽ faciens, sola tamen dignitate cæteris decurionibus præstantẽ. Quæ igitur nobis, &c.

Tertia exceptio est: *Nisi suffragio dignitatem adquisierit quæ exceptio approbatur* l. 4. C. *de legationibus,*

bus,his uerbis: Vniuersi omnino ex comitibus uel ex præsidibus qui suffragio perceperint dignitates, ciuilibus oneribus muneribusque tenesntur adstricti, ne cõmoda publica cum umbratili suffragiorum pactione lacerentur. Eos tamen à prædictis oneribus excipi oportebit qui in legationibus publicis uersati sunt. *Quarta exceptio est: Nisi non munus, sed honor deferatur: hoc enim casu dignitas non excusat. quæ exceptio approbatur l. 23. in prin. ff. ad municipalẽ. cuius uerba uide s̄. ead. reg. in prin.* Quin*ta exceptio: Nisi portus, aquæ ductus, uel murorũ extruendorũ uel reficiendorũ munus deferatur. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. de operib. publicis, hisce uerbis*: Ad portus & aquæductus & murorũ instauratioñe siue extructioñe certatim facta operarũ collatione instaurare debent: neq; aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis priuilegijs excusari. *Hactenus de ijs qui in dignitate positi sunt excusandis in genere est dictum. Nunc de singulis dignitatum speciebus in sequentibus regulis dicetur.*

XIIII. *Regula. De Senatoribus, horumq; liberis. hi à muneribus sunt immunes. quæ regula approbatur l. 22. § senatores. ff. ad municipalẽ, his uerbis*: Senatores & eorum filij filiæq; quoquo tempore nati natæue, itemq; nepotes & pronepotes ex filio origini eximuntur, licet municipalem retineant dignitatem. *Concordat l. 23. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg. prox. in prin. Concordat item l. 14. C. de dignitatib. his uerbis*: Præcipimus, ut senatori in qualibet prouincia constituto, nullam habeat iudices iniungendi aliquid fortè publici muneris potestatẽ. *Concordat itẽ l. 5. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 5. q. 4. reg. 3. Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi patrimoniorũ sint munera. Sed hæc exceptio reprobatur l. 4. C. de dignitatib. his uerbis*: Senatorũ substantias quas in diuersis locis atq; prouincijs posside nt, & homines eorũ tam à temonarijs oneribus conferendis, quã à cæteris præstationib. quas iudices describunt, necnon etiã ab omnibus sordidis extraordinarijsq; & uilioribus muneribus liberos esse præcipimus, nullaq; sorte constringi functionis indignæ. *Cõcordat l. 7. C. eod. tt. his uerbis*: Quoniam diuersi iudices nonnulla opera in quibusdam existimant urbibus extruenda, ad huiusmodi necessitatem senatorum substantia non deuocetur. *Secunda exceptio est: Nisi honor deferatur: ab hoc enim senatoria dignitas nõ excusat. quæ exceptio approbatur l. 23. in prin. ff. ad municipalem. cuius uerba uide s̄. reg. prox. in prin.*

XV. *Regula. De decurionibus & curialib. Decuriones & curiales extraordinarijs munerib. & sordidis non grauantur. quæ regula approbatur l. 21. C. de decurionib. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 2. q. 2. reg. 15. Concordat l. 14. C. de susceptorib. præpositis. cuius uerba uide s̄. Lib. 11. cap. 1 pers. 5. reg. 5. Concordat l. 2. C. de silentiarijs. cuius uerba uide j. reg. 22. Item concordat l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. 2. cap. 5. q. 3. reg. 4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi munera sint curialia & ordinaria. quæ exceptio cõstat ex d. l. 21. Secunda exceptio est: Nisi exigendi tributi munus sit. Hæc exceptio approbatur l. 17. §. exigend. ff. ad municipalem, his uerbis*: Exigendi tributi munus inter sordida munera non habetur. Et ideo decurionibus quoque mandatur.

XVI. *Regula. De ijs qui in sacris scrinijs militant. hi sunt immunes. quæ regula approbatur l. 4. C. de proximis sacror. scrin. his uerbis*: Iubemus, ut primũ omnium sit eorum qui in sacris scrinijs nostris: id est, memoriæ & epistolarum, libellorum & dispositionum referuntur secura possessio ab omnibus sordidis muneribus excusata, super indictum non timeant, aut uenaliciũ non petatur, solumq; canonicæ indictionis præstent tributũ: labore dignitas conquisita, extraordinariũ munus ignoret, nec ullam temonũ patiatur iniuriam equorum tyronumq; præstationem nullus agnoscat, qui uel adhuc in scrinijs militat, uel honorem proximi, & comitiuam primi dispositionum longi temporis sudore quęsiuit: & hæc quidem patrimonijs censuimus deferenda. Quòd autem omnibus constat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur: ut etiamsi prosperioris fortunæ iudicio ad honoris ornamenta processerint, uetera tamẽ eis scrinijs labore priuilegia quæsita seruentur. *Concordat l. 9. C. eod. tt. his uerbis*: In sacris nostris scrinijs militantes, per commeatum non continuatim pręstitum ante conuentionem profecti, intra indultum temporis spaciũ erunt cum suis coniugibus & liberis à conuentione securi: ab indictionibus etiam publicorum & ciuilium munerum, & post completam militiam excusatione potiantur. Super domibus quoque quas in prouincijs possident, metatorum molestia liberentur. *Concordat item l. 1. & l. 2. C. de priuilegijs eorum qui in sacro palat. milit. cuius uerba uide j. reg. 24. uide item j. reg. 30.*

XVII. *Regula. De magistris & proximis sacrorũ scriniorum. hisce immunitas tribuitur l. unica. C. de magistris sacror. scrin. his uerbis*: Viris spectabilibus omnium sacrorum scriniorum nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est, qui nostræ quodammodo adsidere maiestati uidentur. Ideoque post depositum etiam officium ab omni indictionis onere, seu ciuilium seu militarium iudicum, prorsus immunes esse præcipimus: ut nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet grauamine priuato uel publico penitus iniungatur.

Hoc

Hoc beneficium ad proximos etiam sacrorum scriniorum, & ex proximis uolumus propagari: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione mulctando, si quid aduersus statuta clementiæ nostræ innouari concesserit.

XVIII. Regula. *De comitibus. hi quoq; sunt immunes. quæ regula approbatur l. 12. §. fin. ff. de uacat. mun his uerbis*: Comites præsidum, proconsulum, procuratorumue Cæsaris à munerib. uel honoribus & tutelis uacant. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi curialibus muneribus sint obnoxij: ab his enim propter adeptam dignitatem non liberantur. quæ exceptio approbatur l. 64. C. de decurionibus, his uerbis*: Neminem ex his qui obnoxij curiæ constituti, ab initio fœlicissimi nostræ pietatis Imperij comitum rerum priuatarum nostræ uel pijssimæ Augustæ partis, seu comitis sacrarum largitionum, uel comitis domesticorum, quæstoris uel magistri officiorum ad actum administrationis gerendum prouecti sunt, uel in posterum prouehentur, ob hoc curialium munerum laqueos uolumus euitare: sed obligatos cum liberis suis quandocunq; progenitis & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inseruire: nisi fortè alijs priuilegijs super hoc legibus cognitis muniantur. Nam alia uniuersa legitima uel ex constitutionibus data priuilegia, integra uolumus illibataq; seruari. Ne tamen indulti honoris inane nomen retinere uideantur: dignitatum titulis potiantur, & per substitutos suarum periculo facultatum curialibus muneribus respōdentes, habeant integra illibataq; priuilegia dignitatis. Eos uerò qui uel præfatas dignitates ante initium nostri imperij consecuti sunt cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filijs à curialibus nexibus uel honore decreuimus liberari. *Propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi comites, quæstores uel magistri officiorum ante iam propositam constitutionem in administratione & dignitate illa fuerint: ad hos enim constitutio iam proposita tanquam ad præterita non porrigitur. quæ replicatio approbatur l. 65. C. eod. tt. his uerbis*: Diuæ memoriæ Zenonis sacratissimam constitutionem, quæ de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates conditionis nexu liberandis lata est, in hac parte tantummodo duximus corrigendam, qua cauetur eos etiam qui ante eandem constitutionem (ab initio tamen eiusdem diuæ recordationis Zenonis imperij) comitum priuatarum rerum nostræ uel pijssimæ Augustę partis, seu comitis sacrarum largitionum, uel comitis domesticorum, quæstoris, aut magistri officiorum ad actum administrationis gerendum prouecti sunt, minimè curialium munerum laqueos ob hoc euitare, sed obligatos cum liberis suis quandocunq; progenitis & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inseruire, nisi fortè alijs priuilegijs super hoc legibus cognitis muniantur. His etenim qui memoratas administrationes uel unā ex his peregerunt, nec non liberis & rebus eorum beneficium, quod ante perillustrē administrationem peractam eis adquisitū est, intactum illibatumq; iubemus seruari, ut relaxatione conditionis & munerum curialium per anteriores principales dispositiones sibi cōcessa, tam ipsi quàm liberi eorum post huiusmodi administrationē adeptam procreati unà cum proprijs substantijs potiantur: etsi contigerit eos post diuę memorię Zenonis constitutionem siue per se siue per substitutos suos curiæ competentia munera subijsse. Eadem uidelicet constitutione diuę memorię Zenonis ex die quo promulgata est, suas uires obtinente: cum conueniat leges futuris regulas imponere non præteritis calumnias excitare. *Plura de regula proposita uide j. reg. 30.*

XIX. Regula. *De quæstore proponitur l. 64. & 65. C. de decurionib. quarum legum uerba uide s̄. reg. prox.*

XX. Regula. *De magistro officiorū, proponitur d. l. 64. & 65.*

XXI. Regula. *De immunitate cubiculariorū principis, proponitur l. 2. C. de præpositis sacri cubiculi, &c. his uerbis*: Hac nostræ mansuetudinis æterna lege sancimus, ut omnes cubicularij, qui de nostro cubiculo exeunt, antequā primum locum obtineant (excepto castrensi & comite domorū) his priuilegijs perfruantur: id est, ut neq; possessiones eorum angarias siue perangarias, uel etiam parauere-dos in posterum dispositione etiam tui culminis uel alicuius calumnia dare cogantur: ne sordidis adstricti muneribus decus ministerij, quod militando uidebantur adepti, ocij tēpore & quietis amittāt. Domus quoq; eorū uel in hac sacratissima urbe, uel in qualibet alia positas ciuitate, ab omni hospitū cuiuslibet dignitatis inquietudine uindicamus, prouinciarum rectoribus, eorumq; apparitoribus denarū librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostræ statuta dissimulare, & ex aliqua parte uiolare tentauerint. *Plura uide j. reg. 30.*

XXII. Regula. *De silentiariorum immunitate, proponitur l. 2. C. de silentiarijs, his uerbis*: Vnusquisq; decurio uel silentiarius à tyronū equorūq; prę stationibus habeatur immunis: nullam collationē, quæ plerunq; poscitur, soluat: nihil his ulla potestas iniungat, aut

necessitas imponat. *De eorundem immunitate, proponitur l.3.C.eod.tt.cuius uerba uide* $\bar{s}$*.Lib.2.cap.5.q.1.reg.4.*

XXIII. *Regula. De propositis laborum, proponitur l.unica.C.de præpositis laborum.cuius uerba uide* $\bar{s}$*.Lib.2.cap.5.q.1.reg.18.*

XXIIII. *Regula. De palatinis horumq́; liberis, proponitur l.1.C.de palatinis sacrarum largit.cuius uerba uide* $\bar{s}$*.Lib.11.cap.1.memb.3.reg.5. Concordat l.6.C.eod.tt.his uerbis:* Ab officijs palatinorũ excellentia tua sciat ita penitus esse recedendũ, ut nec ipsa post modum licitũ sibi credat ijsdem aliquid adiungere, & prouinciarum rectores prohibeant, quidquã ulterius tale conari. *Concordat l.10.C.eod. tt. his uerbis:* Palatinos, qui sacrarũ remunerationũ rationem tractantes inculpantur, ad calcẽ terminumq́; militiæ peruenientes, nec non etiã adiutores & primicerios diuersorũ officiorũ præcipimus habere priuilegia, quæ nuper agentiũ in rebus scholæ nostra sunt mansuetudine contributa, scilicet ut à tyronum præbitione memorati reddantur exortes, cæteraq; onera non agnoscant. *Concordat item l.13.C.eod.tt.cuius uerba uide* $\bar{s}$*.Lib.2. cap.5. q.1.reg.21. Item concordat l.14. C. eod.tt. cuius uerba uide d.q.1.reg.24. Concordat item l. 1. C. de priuileg. eorum qui in sacro palatio militant, his uerbis:* A' palatinis, tam his qui in obsequijs nostris inculpata officia præbuerunt, quàm illis qui in scrinijs nostris, id est memoriæ, epistolarum, libellorumq́; uersati sunt, procul uniuersas calumnias siue nominationes iubemus esse submotas: idq́; beneficium ad filios eorum atq; nepotes ipso ordine sanguinis peruenire. atq; immunes eos à cunctis muneribus sordidis & personalibus permanere cum uniuersis mobilibus & mancipijs urbanis, nec iniurias eis ab aliquibus inferri ita ut qui hoc contempserit, indiscreta dignitate pœnas debitas exoluat. *Cõcordat l.2.C.eod.tt.his uerbis:* De cubiculis nostris uacatione donatos, uel diuersis obsequijs palatinis, memoriales etiã qui in scrinijs memoriæ, epistolarum, libellorum, sacrarumq́; dispositionum referuntur, nec non etsi qui in utroq; officio palatinorũ comitatensiũ singularumúe urbium & officio amissionũ & castrensis sacri palatij militant, priuilegia uolumus habere, ut nec ipsi. nec filij, necnepotes eorũ ad honores uel munera municipalia deuocentur. Quibus omnibus condonamus ne exactorũ, uel turmariorũ, quos capitularios uocant, curã subeant, uel obsequiũ temonariorũ, uel pentaprotię, aut etiã tyronis præsentationem agnoscant. Nam beneficijs nostris ita digni sunt, ut etiã censualib. uel personalib. uel corporalibus muneribus liberentur, & habeant castrense peculium, siue adhuc palatiũ obseruẽt, siue optata quiete donati sunt. Quib. omnib priuilegijs cõiungimus agentes in rebus, licet militarib. uideantur esse subnixi. *Concordat itẽ l.3.C.d.tt.his uerbis:* Ex aula nostra discedentes uiri, ab omnibus iniunctis habeantur immunes, numerariorumq́; fastus uel rapaces quæstus tanquam experiẽtes & idonei non patiantur. *Vide insuper J.reg.30.*

XXV. *Regula. De agentibus in rebus, proponitur l.2.§.fin.C.de priuileg.eorũ qui in sacro palat.milit.cuius uerba uide* $\bar{s}$*.reg.prox.*

XXVI. *Regula. De cornicularijs præfecturæ, proponitur l.1.C. de apparit. præfect. prætor. his uerbis:* Præfecturæ cornicularios qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos, nostrã adorare purpurã uolumus: quo honore perfunctis, cum iam missionẽ tenuerint, liberum ocium damus, ut ad susceptionem uel cuiuslibet necessitatis officiũ minimè deuocentur. *De eorundẽ immunitate, proponitur l.3.C.d.tt.cuius uerba uide* $\bar{s}$*.Lib.2.c. 19. perf.5.reg.2.*

XXVII. *Regula. De primiscrinijs & numerarijs præfecti prætorio, proponitur d.l.3.*

XXVIII. *Regula. De apparitoribus magistrorũ militum, proponitur l.1.C.de apparitor. mag. mil. cuius uerba uide Lib.11.cap.11.quæst.5.reg.2.*

XXIX. *Regula. De procuratore Cæsaris, proponitur l.1.C.de excusat.mun.his uerbis:* Etiam hi qui nostra procurasse monstrantur. munerib. ciuilib. quæ dignitati eorũ congruunt, fingi debent.

XXX. *Regula. De prothonotarijs, notarijs, & referendarijs principis, nec nõ de alijs quibusdam, proponitur l.11.C.d.tt.his uerbis:* Eos qui cũ honore comitũ nomine magistrorũ memoriæ præfuere, uel epistolis, uel libellis: itẽ eos qui ibidẽ peragendis signãdisq́; respõsis nostrę mansuetudini obsecundant: omnium ciuilium munerũ fieri iubemus exortes. Igitur qui ex eo gradu palatio nostro abscesserint, adesse sibi cõpetentia priuilegia gloriẽtur. Qui uerò superioribus dignitatib. creuerint, nihilominus eius loci priuilegia præstò sibi fuisse lætentur. *De ijsdem, nec non de alijs quibusdam personis, proponitur l.15.C.eod.tt.his uerbis:* Maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoq; comites, notarij quoq; nostri & cubicularij omnes, atq; excubicularij ab omnibus sordidis muneribus uindicentur. Cęteros autem palatina uel militari intra palatium prærogatiua munitos ita demum priuilegium simile contineat, si prioribus statutis se ad huiusmodi exceptionem docuerint pertinere: ut non singulis indulta personis, sed in commune dignitati uel corpori huiusmodi beneficia doceantur fuisse concessa. Circa rhetores atq; grammaticos eruditionis utriusq; uetusto more

durante.

durante. Sordidorum uerò munerum talis exceprio sit, ut patrimonijs dignitatum superius digestarum nec cõficiendi pollinis cura mandetur, aut panis excoctio, aut obsequium pristini, nec parauere dotum huiusmodi iuris, aut parangariatũ præbitio mandetur: exceptis his quibus ex more Rhericus limes includitur uel expedirionis Illyricæ pro necessitate uel tempore utilitas adiuuatur. Operarum quoq; artificũ diuersorum, excoquendæ etiam calcis obsequia, nulla de talibus adiumento poscantur. Materiam lignorum atq; tabulara exceptorum uitorum patrimonia non præbeant. Carbones quoq; nisi cum quem moneta solenniter, uel fabricatio secundum ueterem motem poscit armorũ, ab huiusmodi iuris præbitione desistant. Publicis uel sacris ædibus construendis atq; reparandis capitalis atq; tèmonis necessitas nulla mandetur. Legatis atq; allectis sumptus possessio huiusmodi priuilegijs munita, non conferat. Hoc tamen his parrimonijs prosit, quæ dignitatẽ proprio uidentut nomine possidere. Eos etiam qui simili honore functi sunt, generali prærogatiua à præbitione sordidorum munerum uindicamus.

XXXI. Regula. *De chartularijs largitionalium titulorum, proponitur l. 3. in prin. C. de canone largit. tt. his uerbis*: Præcepit nostra serenitas neq; ueloci cursui, neq; alij præter inueteratã consuetudinẽ grauamini subiacere chartularios, qui de cohortalibus officijs uniuscuiusq; prouinciæ largitionales ritulos retractare constituuntur: cum & idem amplissima præfectura disposuisse perhibeatur, ut his necessitatibus liberati, fideliter largitionales titulos ualeant retractare. Quod si aliquo tempore nostra iussio temerario ausu ex aliqua fuerit parte uiolata: tam rector prouinciæ, quàm apparitio eius triginta librarũ auri condemnatione plectentur. Insuper uirum spectabilem comitẽ Orienris, eiusq; officium licentiam habere conatus nefarios inhibendi tam moderatorum quàm cohortalis officij, cum de ea te admoniri fuerint à palatinis & eandem pœnam formidantib. si non omnibus modis pietatis nostræ decreta congruum mereantur effectum.

XXXII. Regula. *De protectoribus & præpositis, proponitur l. 2. C. de excusat. muner. his uerbis*: Inductis Firmino & Apollinario & cæteris principalibus Antiochiensium adstantibus dixit Imp. Diocletianus: Certis dignitatibus data à nobis indulgentia est munerum ciuilium & personalium, id est, his qui aut ex protectoribus sunt, aut ex præpositis. Hi ergo ad munera personalia aut ciuilia non uocabuntur.

XXXIII. Regula. *De sacerdotibus & clericis. hi quoq; immunitatem habent. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur s. Lib. 10. cap. 3. reg. 1. Concordat l. 13. in prin. ibi: Vel si qui sacerd. ff. de uacat. muner. cuius uerba uide s. hoc capite reg. 5.*

XXXIIII. Regula. *De militibus. hi quoq; immunes sunt. quæ regula approbatur l. 3. §. 1. ff. de muneribus, his uerbis*: His qui castris operam per militiam daut, nullum municipale munus iniungi potest. Ceteri autem priuati quamuis militum cognati sunt, legibus patriæ suæ & prouinciæ obedire debent. *Concordat l. 10. §. angariarum. ff. de uacat. mun. his uerbis*: Angariarum præstatio & recipiendi hospitis necessitas, & militi, & liberalium artium professoribus, inter cætera remissa sunt. *Item concordat l. 2. C. de re militari, his uerbis*: Viginti stipendia si implestis, sordida munera uobis non indicentur. *Huius regulæ exceptio prima est: Nisi in fraudem munerum nomen militiæ quis dedit. quæ exceptio approbatur l. 4. §. fin. ff. de muneribus, his uerbis*: Qui obnoxius muneribus suæ ciuitatis nomen militiæ defugiendi oneris municipalis gratia dedit, deteriorem causam reipublicæ facere non potuit. *Secunda exceptio est: Nisi miles ultra formam commeatus absit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. fin. ff ad municipal. his uerbis*: Is qui ultra commeatum abest, uel ultra formam commeatui datam, ad munera euocari potest. *Tertia exceptio est: Nisi miles dimissus sit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de his qui non impletis stipendijs, hisce uerbis*: Cum ob prouectæ ætatis senium sis dimissus, honestam missionem consecutum te esse ambigi non potest. Habebis itaque à ciuilibus muneribus nec non etiam honoribus uacationem: non tamen priuilegia ea quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, usurpare te ius permittit: quando non perfecto statuto militiæ tempore, nec omnibus stipendijs decursis sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis. *Planè admittitur exceptio proposita in ignominiosa missione. quæ distinctio approbatur l. 1. C. d. titulo, his uerbis*: Ignominiæ causa sacramento liberati, honoribus abstinere debent: à muneribus autem ciuilibus excludendi non sunt.

XXXV. Regula. *De ueteranis. hi quoque immunitatem habent. quæ regula approbatur l. 1. C. de ueteranis, hisce uerbis*: Imperator Constantinus cũ introisset principia, & salutatus esset à præfectis & tribunis, & à uiris eminentissimis, acclamatũ esset, Auguste Constantine, Deus te nobis seruet nostra salus, nostra salus, uerè dicimus iurari, dicimus adunati: ueterani exclamauerunt, Constantine

Auguste

Auguste quid nos ueteranos facis, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus Augustus dixit: magis magisque conueteranis meis beatitudinem augere debeo quã minuere. Victorinus ueteranus dixit: muneribus & oneribus uniuersis locis conueniri non sinamur. Constantinus Augustus dixit: apertius indica quæ sunt maxima munera, quæ uos contumaciter grauant. Vniuersi ueterani dixerunt. Ipse perspicis. Constantinus Augustus dixit: Iam nunc magnificentia mea omnibus ueteranis dico id esse concessum: Perspicuum sit ne quis eorum in ullo numere ciuili, nec in operibus publicis conueniatur, nec ulla collatione, nec à magistratibus nec uectigalibus in quibuscunque nundinis interfuerint, ullam ob uenditionem proponendam dare debebunt. Publicani quoque (ut adsoleant agentibus supplere) ab eisdem ueteranis amoueantur, quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco quoq; nostro eadem epistola interdicimus, ut nullum omnino ex his inquietet, sed liceat eis emere & uendere, optimis negocijs pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eorum sub seculi nostri ocio & pace perfruantur, sed etiam nullo munere ciuili, id est corporali seu personali, uel deportatorio onere eos affici concedimus. *Concordat l. 7. ff. de uacat. mun. his uerbis*: A muneribus ciuilibus, quæ non patrimonijs indicuntur, ueterani post optimi principis nostri Seueri Augusti literas perpetuò excusantur. *Concordat item l. 9. C. quando prouocare nõ est necesse, his uerbis*: Veteranis q in legione uel uexillatione militantes, post uicesima stipendia honestam uel causariam missionem consecuti sunt, onerum & munerum personalium uacationem concessimus: huiusmodi autem indulgentiæ nostræ tenore remunerantes, fidam deuotionem militum nostrorum etiam prouocandi necessitatem remisimus. *Concordat item l. 5. in prin. ff. de ueteranis, his uerbis*: Veteranos diuus Magnus Antoninus cum patre suo rescripsit, à nauium fabrica excusari. Sed & ab exactione tributorum habent immunitatem, hoc est, ne exactores tributorum constituantur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi patrimoniorum munera ab illis exigantur. quæ exceptio constat ex d. l. 7. uerbis hisce*: Quæ non patrimonijs indicuntur. *Concordat l. 1. in fine. ff. de ueteranis. cuius uerba uide 3. except. 3. item concordat l. 4. ff. eod. tit. his uerbis*: Viæ sternendæ immunitatem ueteranos non habere, Iulio Sosiano ueterano rescriptum est: Nam nec ab intributionibus, quæ in possessionibus fiunt, ueteranos esse excusatos palàm est. Sed & naues eorum angariari posse Ælio Firmo & Antonino Claro ueteranis rescriptum est. *Secunda exceptio est: Nisi uiæ sternendæ munus sit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis. Tertia exceptio est: Nisi quis ueteranorum sponte munus susceperit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. ff. de ueteranis, hisce uerbis*: Honestè sacramento solutis, data immunitas etiam in eis ciuitatibus apud quas incolæ sunt, ualet: nec labefactatur si quis eorum uoluntate sua honorem aut munus susceperit. Vectigalia & patrimoniorum onera solennia omnes sustinere oportet. *Quarta exceptio est: Nisi ueteranus passus sit se in ordinem legi. Hæc exceptio approbatur l. ult. in fine. ff. de ueteranis, hisce uerbis*: Veterani qui passi sunt se in ordinem legi, muneribus fungi coguntur. *Quinta exceptio est: Nisi ueterani ignominiosè sint dimissi. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de his qui non impletis stipend. his uerbis*: Veteranis ita demum onerum & munerum personalium uacatio iure conceditur, si post uicesimum annum militiæ, quam in legione uel uexillatione militauerunt, honestam uel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Vnde cum te in cohorte militasse commemores, intelligis superuacuo uacationem tibi uelle flagitare.

XXXVI. *Regula. De liberis ueteranorum, proponitur l. 8. §. uacationum. ff. de uacat. muner. his uerbis*: Vacationum priuilegia non pertinent ad liberos ueteranorum.

XXXVII. *Regula. De eo qui reipubl. causa abest, proponitur alibi de Excusationibus tutorum.*

XXXVIII. *Regula. De procuratoribus eorum qui reipublicæ causa abest, proponitur l. 5. C. de excusat: munerum, his uerbis*: Procuratores absentium reipub. causa, munerum ciuiliũ uacationem non habent.

XXXIX. *Regula. De legatis. hi quoq; immunes sunt. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur 5. Lib. prox. cap. 4. q. 2. reg. 1. except. 2.*

XL. *Regula. De nauicularijs, annonarijs, proponitur l. 5. §. negociatores. ff. de iure immunitatis, hisce uerbis*: Negociatores qui annonam urbis adiuuant, item nauicularij qui annonæ urbis seruiunt, immunitatem à muneribus publicis consequuntur, quamdiu in eiusmodi actu sunt. Nam remuneranda pericula eorum, quin etiam adhortanda præmijs meritò placuit: ut qui peregrè muneribus quidem publicis cum periculo & labore fungerentur, à domesticis uexationibus & sumptibus liberarentur: cum non sit alienum dicere etiam hos reipubl. causa, dum annonæ urbis seruiunt, abesse. *Propositæ regulæ exceptio prima*

prima hæc eſt: niſi nauicularius redierit. quæ exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce: Quamdiu in eiuſmodi actu ſunt. Concordat l.3. ibi: Donec hæ naues. ff. de uacat. muner. cuius uerba uide J except. 3. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi magnam partem patrimonij ſui rei annonariæ contulerit: tunc enim in quinquennium uacationem habet. quæ replicatio approbatur l.5. ff. de munerib. his uerbis: Nauicularij, & mercatores olearij, qui magnā partem patrimonij ei rei contulerunt, intra quinquennium muneris publici uacationem habent. Huius duplicatio eſt: Niſi poſtea locupletior factus, nihilominus in priore quantitate nauiculariam exerceat. quæ duplicatio approbatur l.5. §. negociatio. ff. de iure immunitatis: de quo J. reg. 42. Secunda exceptio eſt: Niſi tantum agendi cauſa quis in nauibus operetur. Hæc exceptio approbatur l.1. in prin. ff. de iure immunitatis, hiſce uerbis: Qui ob hoc tantum in nauibus ſunt, ut in eis agēdi cauſa operentur, nulla conſtitutione immunitatem à muneribus ciuilibus habent. Plura de hac exceptione uide J. except. 6. Tertia exceptio eſt: Niſi naues minores ſint quinquaginta miliū modiorum. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.3. ff. de uacat. munerum, his uerbis: His, qui naues marinas fabricauerint, & ad annonam populi Romani præbuerint, nō minores quinquaginta milium modiorum, aut plures ſingulas non minores decem milium modiorum, donec hæ naues nauigant, aut aliæ in earum locum: muneris publici uacatio pręſtatur ob naues. Quarta exceptio eſt: Niſi ſenatores ſint nauicularij. Hæc exceptio approbatur d.l.3. in fine, his uerbis: Senatores hanc uacationem habere non poſſunt: quod nec habere illis nauem ex lege Iulia repetundarum licet. Quinta exceptio eſt: Niſi non habeant naues marinas annonarias. Hæc exceptio approbatur l.5. §. diuus. ff. de iure immunitatis, hiſce uerbis: Diuus Hadrianus reſcripſit, immunitatem nauium maritimarum duntaxat habere, qui annonæ urbis ſeruiant. Sexta exceptio eſt: Niſi nauicularius nauem non habeat. Hæc exceptio approbatur d.l.5. §. licet, his uerbis: Licet in corpore nauiculariorum quis ſit, nauem tamen uel naues nō habeat, nec omnia ei congruant quæ principalibus conſtitutionibus cauta ſunt: non poteſt priuilegijs nauicularijs indultis uti: idq; & diui fratres reſcripſerunt in hæc uerba: ὅσαν ἢ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων ἢ τὸν σῖτον ἢ τὸ ἔλαιον ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγορὰν τῶ δήμω ῥωμαϊκῶ ὄντων ἀτελῶν, ἀξιοῦντες τὰς λειτουργίας διαδιδράσκειν, μήτε ἐπιπλέοντες, μήτε τὸ πλεῖον μέρος τῆς οὐσίας ἐν ταῖς ναυκληρίαις καὶ ταῖς ἐμπορίαις ἔχοντες, ἀλλ' ἀφαιρείσθω τῶν τοιούτων ἡ ἀτέλεια. id eſt: Conati ſunt & alij prætextu nauiculariorū, eorumq; qui in forum populi Romani frumentum & oleum conuehunt, qui immunitate perfruuntur publicis ſe muneribus ſubtrahere, tametſi neque nauigent, neque maximam ſubſtantiæ partem in nauiculariam aut mercaturam exercendam contulerint, adimatur itaque talibus immunitatis ius. Septima exceptio eſt: Niſi in fraudem ciuilium munerum quis nauiculariam exerceat. Hæc exceptio approbatur d.l.5. §. diuus, his uerbis: Diuus Pius reſcripſit, ut quoties de aliquo nauiculario quæratur, illud excutiatur, an effugiendorū munerum cauſa imaginem nauicularij induat. Octaua exceptio eſt: Niſi nauicularius honorē decurionatus agnouerit. quæ exceptio approbatur d.l.5. §. fin. his uerbis: Eos qui in corporibus allecti ſunt, quæ immunitatem præbent (ut nauiculariorum) ſi honorem decurionatus agnouerint, compellendos ſubire munera publica accēpi: idq́ue etiam confirmatum uidetur reſcripto diui Pertinacis. Plura de hac exceptione uide J. cap. prox. except. 2.

XLI. Regula. De liberis & libertis nauiculariorū, proponitur l.5. §. immunitati. ff. de iure immunitatis, hiſce uerbis: Immunitati quæ nauicularijs præſtatur, certa forma data eſt: quam immunitatem ipſi duntaxat habent, non etiam liberis aut libertis eorum præſtatur: idq́ue principalibus conſtitutionibus declaratur.

XLII. Regula. De negociatoribus annonarijs. hi perinde ac nauicularij ſunt immunes. quæ regula approbatur l.5. §. negociatores. ff. de iure immunitatis, cuius uerba uide s̄. reg. 40. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ex negociatione ſit reuerſus, tunc enim deſinit immunitas quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur s̄. d. reg. 40. except. 1. Eius autem exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi magnam patrimonij ſui partem in negociationem annonariam contulerit. tunc enim quinquennalem immunitatem habet. quæ replicatio itidem approbatur s̄. d. except. 1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi poſtea locupletior factus, non tamen maiorem patrimonij partem in negociationem conferat. quæ duplicatio approbatur l.5. §. negociatio. ff. de iure immunitatis, hiſce uerbis: Negociatio pro incremento facultatum exercenda eſt: alioquin ſi quis in maiore pecuniæ ſuæ parte negociationem exercebit, rurſusq́ue locuples factus, in eadem quantitate negociationis perſeuerauerit, tenebitur muneribus: ſicuti locupletes, qui modica pecunia comparatis nauibus, ſe publicis muneribus ſubtrahere tentant: idq́ue ita obſeruandum epiſtola diui Hadriani reſcriptum eſt. Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi negociator non ad munera, ſed honores nominetur. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. fin. ff. de uacat. muner. his uerbis: Paulus reſpondit, priuilegium frumentarijs negociatoribus conceſſum, & ad honores excuſandos pertinere.

XLIII. Regula. De negociatorib. ueſtiarijs, linteonib. purpu-

purpurarijs & similib. Imperatori deseruientib. proponitur l. 7. C. de excusat munerum, his uerbis: Negociatores, uestiarios, linteones, purpurarios & parthiarios, qui deuotioni nostræ deseruiunt, uisum est secundum ueterem consuetudinem, ab omni munere immunes esse.

XLIIII. Regula. *De eo qui tres tutelas gerit. Hic immunis non est. quæ regula approbatur l. 3. C. d. tt. his uerbis*: Tutelæ sollicitudo à muneribus ciuilibus non excusat: utpote cùm nec tres simul iniunctæ diuersarum domuum huiusmodi beneficium præstent.

XLV. Regula. *De artificum immunitate, proponitur l. 1. C. de excusat. artif. his uerbis*: Artifices artium breui subdito comprehensarũ per singulas ciuitates morantes, ab uniuersis muneribus uacare præcipimus: siquidem in discendis artibus ocium est accommodandum, quo magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. Et est noticia ista. Architecti, medici, pictores, statuarij, marmorarij, lecticarij, seu arcarij, clauicarij, quadrigarij, uel quadratarij. quos Græco uocabulo *πυκτὰς* appellant, structores, id est ædificatores, sculptores, signarij, musiuarij, deauratores, albini, quos græci *κονιάτας* appellant, argentarij, barbaricarij, diatretarij, ærarij, fusores, lignarij, fabricarij, bracarij, perticarij atq; libratores, figuli qui Græcè dicuntur *κεραμεῖς*, aurifices, uitrarij, plumbarij, specularij, eborarij, pelliones, fullones, carpentarij, sculptores, dealbatores, clusores, trigarij, tignarij, bractearij, id est: *πεταλουργοί*. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Mathematicos, geometras & architectos, qui diuisiones partium omnium incisionesq; seruant, mensurisque & institutis opera fabricationibus stringunt, & eos qui aquarum ductus & inuentos modos docili libratione ostendũt, in par studium docendi atq; discendi nostro sermone compellimus. Itaque immunitatibus gaudeant & suscipiant docendos qui docere sufficiunt. *Concordat item l. 5. §. quibusdam. ff. de iure immunitatis, hisce uerbis*: Quibusdam collegijs uel corporibus, quibus ius coeundi lege permissum est, immunitas tribuitur: scilicet eis collegijs uel corporib. in quib. artificij sui causa unusquisque adsumitur: ut fabrorum corpus est, etsi qua eandem rationem originis habent. Hæc idcirco instituta sunt, ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberẽt. Nec omnibus promiscuè qui adsumpti sunt, in his collegijs immunitas datur, sed artificibus duntaxat: nec ab omni ætate allegi possunt, ut diuo Pio placuit, qui reprobauit prolixæ uel imbecillæ admodum ætatis homines. Sed nec quidem eos qui augent facultates, & munera ciuitatum sustinere possunt, priuilegijs quę tenuioribus per collegia distributis concessa sunt, uti posse plurifariã constitutum est. *Cõcordat item l. 6. ff. eod. tt. his uerbis*: Quibusdam aliquam uacationem munerum grauior conditio tribuit: ut sunt mensores, optio, ualetudinarij, medici, capsarij & artifices, & qui fossam faciunt, ueterinarij, architectus, gubernatores, naupegi, balistarij, specularij, fabri, sagittarij, ærarij, bractearij, structores, carpentarij, scandularij, gladiatores, aquilices, tubarij, cornuarij, arcuarij, plumbarij, ferrarij, lapidarij, & qui calcem coquunt, & syluam incidunt, & qui carbonem cædunt ac torrent. In eodem numero solent haberi lanij, uenatores, uictimarij, & optio fabricæ, & qui ægris præsto sunt, librarij quoq; qui docere possunt, & horreorum librarij, & librarij depositorum, & librarij caducorum, & adiutores cornicu lariorum, & statores, & pelliones, & custodes armorum, & præco & buccinator. Hi igitur omnes inter immunes habentur. *Propositæ regulæ exceptio prima hæc est*: *Nisi quis eorum artificium non exerceat. quæ exceptio approbatur l. 9. C. de sacrosanctis eccles. cuius uerba uide s̄. Lib. 10. cap. 3. reg. 1. except. 5. Cõcordat l. 1. in prin. C. de collegiatis: cuius eadem quæ iam dictæ legis sunt uerba. Secunda exceptio est*: *Nisi artifices locupletes sint, & facultates suas augeant. quæ exceptio approbatur l. 5. §. quibusdam, ibi: Sed nec quidem eos. ff. de iure immunitatis. cuius uerba uide paulo superius ead. reg.*

XLVI. Regula. *De medicis, proponitur supradicta l. 6. in prin. ibi*: Medici. *Concordat l. 1. C. de profess. & medicis, hisce uerbis*: Cũ te medicũ legionis secũdæ Adiutricis esse dicas, munera ciuilia quãdiu reipu. causa abfueris, suscipere non cogeris. Cum autẽ abesse desieris, post finitam eo iure uacationem, si in eorum numero es, qui ad beneficia medicis concessa pertinent, ea immunitate uteris. *Concordat l. 6. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 7. mẽbr. 1. reg. 5. item concordat l. ult. C. eod. tt. cuius uerba uide i. reg. 51. Huius regulæ exceptio hæc est*: *Nisi specialiter illis ab ordine decurionum immunitas sit adempta uel non concessa. quæ exceptio approbatur l. 5. C. d. tt. his uerbis*: Nec intra numerum præstitutum ordine inuitos medicos immunitatẽ habere sæpè constitutum est, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

XLVII. Regula. *De uenatoribus. hi immunes nõ sunt. quæ regula approbatur l. 6. C. de excusat. muner. his uerbis*: Venatoribus immunitas ob hanc professionem solam nullo iure concessa ꝓbari potest. *Contradicit l. 6. ibi*: *In eodem numero. ff. de iure immunitatis. cuius uerba uide s̄. reg. 45.*

XLVIII. Regula. *De colonis prædiorum Cæsaris ac fisci, proponitur l. 5. §. coloni. ff. de iure immunitatis, hi-*

tis, hisce uerbis: Coloni Cæsaris à muneribus municipalibus liberantur, ut idoniores prædijs fiscalibus habeantur. *Concordat l. 1. C. de agric. & mancipijs dominicis, cuius uerba uide s. Lib. 2. cap. 1. quæst. 1. reg. 7. Concordat l. 5. C. eod. tt. cuius uerba uide s. Lib. 11. cap. 1. perf. 17. reg. 2. De fisci colonis etiam proponitur l. 38. §. 1. ff. ad municipalem, his uerbis:* Rescripsit Imp. Seuerus colonos prædiorum fisci muneribus fungi sine damno fisci oportere: idq; excutere præsidem adhibito procuratore debere. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi in fraudem ciuilium munerum colonus se miscuerit. quæ exceptio approbatur l. 1. §. qui in fraudē. ff. de uacat. muner. his uerbis:* Qui in fraudem ordinis in honoribus gerēdis cum inter eos ad primos honores creari possint, qui in ciuitate numerabantur, euitandorū maiorum onerum gratia ad colonos prædiorum se transtulerunt, ut minoribus subijciantur: hanc excusationem sibi non parauerunt.

XLIX. *Regula. De conductoribus uectigalium fisci; proponitur l. 5. §. conductores. ff. de iure immunitatis, hisce uerbis:* Conductores etiam uectigalium fisci necessitate subeundorum, municipalium munerum nō obstringantur: idq; ita obseruādum diui fratres rescripserunt. Ex quo principali rescripto intelligi potest, non honori conductorū datum ne cōpellātur ad munera municipalia, sed ne extenuentur facultates eorum quæ subsignatæ sint fisco. Vnde subsisti potest, an prohibendi sint à præside uel procuratore Cæsaris etiamsi ultro se offerant municipalibus muneribus: quod propius est defendere, nisi paria cum fisco fecisse dicātur. *Propositæ regulæ prima exceptio uidetur esse: Nisi cōductor sponte munus suscipiat. uerū exceptio hæc reprobatur sub cōditione uerbis iam propositis hisce:* Vnde subsisti potest, an prohibendi sint, &c. *Secūda exceptio est: Nisi cōductores non præsentes negociū exerceant. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. 1. ff. de uacat. munerū, his uerbis:* Non alios fisci uectigaliū redēptores à muneribus ciuilibus ac tutelis excusari placuit, quā eos qui præsentes negocium exercerent. *Tertia exceptio est: Nisi non à fisco, sed à conductoribus fisci uectigalia conduxerint. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. quibus munerib. excusantur, &c. his uerbis:* Non alios à muneribus & honoribus uacationē habere, quam qui mancipatū suo nomine uectigal à fisco conducunt, certū est. Quare eos qui ab his quædam exercenda accipiūt, nullis priuilegijs esse munitos, haud dubij iuris est.

L. *Regula. De mensorib. frumenti. hi quoq; immunitatem habent. quæ regula approbatur l. 6. in prin. ff. de iure immun. cuius uerba uide s. reg. 45. Huius regulæ exceptio est: Nisi mensores non in urbe sint, sed in prouincijs. quæ exceptio approbatur l. 10. §. 1. ff. de uacat. muner. his uerbis:* Corpus mensorū frumēti iuxta annonā urbis habet uacationem, in prouincijs non item.

LI. *Regula. De professoribus horūq; uxorib. & liberis ac rebus. hi quoq; immunes sunt. quæ regula approbatur l. 6. C. de professorib. & medicis. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 7. membr. 1. reg. 5. Cōcordat item l. 10. §. angariarum. ff. de uacat. mun. cuius uerba uide s. reg. 34. item concordat l. ult. C. de profess. & medicis, hisce uerbis:* Grāmaticos, oratores, atq; philosophiæ præceptores, necnon etiam medicos præter hæc quæ retro latarū sanctionū authoritate cōsecuti sunt priuilegia immunitatesq;, frui hac prærogatiua: præcipimus ut uniuersi qui in sacro palatio inter archiatros militarunt, cum comitiuam primi ordinis uel secundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis ascenderint: nulla municipali, nulla curialium conuentione uexentur, seu in empta administratione, seu accepta testimonialem meruerint missionē: sint ab omni functione omnibusq; muneribus publicis immunes, nec eorū domus ubicūque positæ militem seu iudicem suscipiant hospitandū. Quæ omnia in filijs etiam eorum & coniugibus illibata præcipimus custodiri. Hæc aūt & professoribus memoratis, eorumq; liberis deferenda mandamus. *Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur esse: Nisi nō in patria, sed alibi profiteantur. Hæc exceptio reprobatur l. 9. ff. de uacat. mun. his uerbis:* Eos qui Romæ profitentur, perinde in patria sua excusari à muneribus oportere, ac si in patria sua profiterentur. *Plures huiusmodi exceptiones uide s. in reg. proximè sequentibus.*

LII. *Regula. De legum doctoribus, proponitur l. 6. C. de possessoribus. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 7. membr. 1. reg. 5.*

LIII. *Regula. De grammaticis ac oratoribus, proponitur d. l. 6. Concordat l. ult. C. eod. tt. cuius uerba uide s. reg. 51 item concordat l. 12. §. circa Rhetores. C. de excusat. muner. cuius uerba uide s. reg. 5.*

LIIII *Regula. De philosophis proponitur s. Lib. prox. cap. 7. perf. 2. reg. 2.*

LV. *Regula. De poetis proponitur l. 3. C. de professoribus, his uerbis:* Poetæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.

LVI. *Regula. De calculatoribus proponitur l. 4. C. d. tt. his uerbis:* Oratione diui Pij liberalium studiorum professores nō etiam calculatores continentur.

LVII. *Regula. De ludi magistris proponitur l. 11. §. fin. ff. de mun. & honor. his uerbis:* Eos qui primis literis pueros imbuunt, non habere uacationem diuus Antoninus rescripsit. *Cōcordat l. 2. §. fin. ff. de uacat. muner. his uerbis:* Qui pueros primas literas docēt, immunitatē à ciuilib. munerib. non habēt. Sed ne cui eorū id quod supra uires sit indicatur, ad præsidis re-

ligionem pertinet, siue in ciuitatibus, siue in uicis primas literas magistri doceant.

LVIII. *Regula. De Hydraulis proponitur l.4. C. de excusat. muner. his uerbis*: Hydraulæ munerum ciuilium immunitatem sibi iure concessam adprobare minimè possunt.

LIX. *Regula. De Athletis proponitur l. unica. C. de athletis, hisce uerbis*: Athletis ita demum si per omnem ætatem certasse, coronis quoq; non minus tribus certaminis sacri, in quibus uel semel Romæ, seu in antiqua Græcia meritò coronati non æmulis corruptis ac redemptis probentur, ciuilium munerũ tribui solet uacatio.

LX. *Regula. De studiosis literarum proponitur l.1. C. qui ætate se excusant, his uerbis*: Cum uos adfirmetis liberalibus studijs operam dare maximè circa iuris professionem, consistẽdo in ciuitate Berytiorum prouinciæ Phœnicæ prouidendo utilitati publicæ & spei uestræ: decernimus, ut singuli usq; ad uicesimum quintum annum ætatis suæ studijs non auocentur. *Concordat. l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Cum filios tuos patria potestate liberatos, adhuc minores legitima ætate esse dicas, meritò postulas, ut liberalibus studijs non aduocentur. Et ideo muneribus personalibus quæ ad patrimonium non pertinẽt non adstringentur, si ciuium inopia nõ est.

LXI. *Regula. De libertis proponitur l. unica. C. de libertinis, hisce uerbis*: Conditio libertinitatis de muneribus ciuilibus tribuere non potest excusationẽ, ne in ea quidem ciuitate ubi domicilium libertinus habet. *Concordat l.17. in prin. ff. ad municipalem, his uerbis*: Libertus propter patronum à ciuilibus muneribus non excusatur: nec ad rem pertinet, an operas patrono capto luminibus, uel ministerium exhibeat. *Huius regulæ exceptio proponitur d.l.17. §.1. his uerbis*: Liberti uerò senatorũ qui negocia patronorum gerunt, à tutela decreto patrum excusantur.

LXII. *Regula. De eo qui litis causa abest, proponitur l.8. §. fin. ff. de uacat. muner. his uerbis*: Qui maximos principes appellauit, & causam propriam acturus Romam profectus est: quod cognitio finem accipiat, ab honoribus & ciuilibus muneribus apud suos excusatur.

LXIII. *Regula. De infamibus proponitur l.12. C. de decurion. his uerbis*: Nec infames immunitatem habere, cum hæc priuilegij non notę sit, conuenit. *Concordat l. unica. C. de infamib. cuius uerba uide s. Lib.2. cap.1. quæst.1. reg.2. except.3. Concordat item l.3. §. si in metallum. ff. de munerib. his uerbis*: Si in metallum datus in integrum restitutus sit, perinde ac si nec damnatus fuisset ad munera aut honores uocatur: nec opponet fortunam & casus tristiores suos ad hoc solum, ne patriæ idoneus ciuis esse uideatur. *Concordat item l.49. C. de decurionib. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap.3. quæst.1. reg.18. item concordat Nouell. c.45. in prin. usque ad §. Enimuerò. cuius uerba uide s. Lib.10. cap.12. quæst. 5. reg.7.*

LXIIII. *Regula. De captiuis. hi à muneribus sunt immunes. Cum enim per captiuitatem amittant commoda, etiam ab oneribus liberantur, quæ cõmoda sequuntur. Huius regulæ exceptio hæc est*: Nisi postliminio sint reuersi. *quæ exceptio approbatur l.17. §. postliminio. ff. ad municipalem, his uerbis*: Postliminio regreßi muneribus patriæ obtemperare coguntur, quamuis in alienæ ciuitatis finibus consistant.

LXV. *Regula. De eo qui pro munere uel honore pecuniam offert, proponitur l.16. in prin. ff. de muneribus, his uerbis*: Aestimationem honoris aut muneris in pecunia pro administratione offerentes, audiendi non sunt. *Concordat l.9. C. de excusat. munerib. his uerbis*: Illud conuenit præcaueri, ne quis hanc quæ personalis est functio, precio putet esse taxandam.

LXVI. *Regula. De eo cui honoribus ac muneribus pœnæ causa est interdictum, proponitur l.7. §. solet, usq; ad finem legis, cum lege sequente. ff. de interd. & releg. cuius uerba uide s. Lib.3. cap.3. in fine.*

LXVII. *Regula. De eo qui ne honoribus fungeretur, opus promisit, proponitur l.12. §. fin. ff. de pollicitat. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 8. quæst.2. exceptio. 2. repl.2.*

LXVIII. *Regula. De eo qui maioribus honorib. functus est, proponitur l.2. C. quemad. ciuilia muner. ind. his uerb.* Maiorib. honorib. functos, ad minores deuocari non oportere rationis est.

LXIX. *Regula. Incola alterius loci non excusatur à muneribus suæ originis, & contrà. quæ regula approbatur l.29. ff. ad municipal. cuius uerba uide s. Lib.5. cap.2. quæst.1. except.15. repl.2. Concordat l.1. in prin. ff. de munerib. cuius uerba uide s. cap.2. quæst. 5. reg.2 except. 9. item concordat l.1. C. de municipib. his uerbis*: Cum te Biblium origine, incolam autem apud Berytios esse proponis, meritò apud utrasq; ciuitates muneribus fungi cõpelleris. *Concordat item l.5. C. eod. tt. his uerbis*: Si quis cum ex maiore, uel ex minore ciuitate originem ducit, eandem euitare studeat, & ad alienam se ciuitatem incolatus occasione contulerit, & super hoc uel preces dare tentauerit, uel qualibet fraude niti, ut originem propriæ ciuitatis eludat: duarum ciuitatum decurionatus onera sustineat, in una uoluntate, in altera originis gratia.

LXX. *Regula. De pauperibus, & ne quis ultra bona sua oneretur, proponitur l.4. §. inopes. ff. de muneribus, his uerbis*: Inopes onera patrimonij ipsa non habendi, necesßitate non sustinent: corpori autem indicta obsequia soluunt. *Cõcordat l.6. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. Lib.2. cap.1. quæst.1. reg.13. cõcordat itẽ l.2. §. fin. ff. de uacat. munerum,*

munerum; cuius uerba uide ſ. reg.57.item concordat l.4.C.quemad.ciuil.munera indicuntur,cuius uerba ui de ſ.reg.9.in prin.item concordat l. 4. C.de his qui numero liberorũ, his uerbis: Cum facultates tuas omnes in filium tuum contuliſſe te, nec quidquam habere proponas: reſpectu eius patrimonij quod tuum eſſe deſijt, muneribus ciuilibus non adſtringeris. Concordat uẽ Inſt. de excuſat. tutor. §. ſed & propter, his uerbis: Sed & propter paupertatem excuſationem tribui, tam diui fratres, quàm per ſe diuus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem ſe oneri iniuncto poſsit docere. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non patrimoniorum, ſed perſonalia munera indicantur. quæ exceptio approbatur ſupradicto.§.inopes, his uerbis: Corpori autem indicta obſequia ſoluunt. Huic contradicere uidetur l.6.§.fin. C. de his qui numero liberorum, his uerbis: Si quis propter cenſum tenuiorem uacationem meruerit atq; hoc probauerit: beneficio potiatur, nec propter rerum anguſtias ad perſonalia uocetur obſequia. Secunda exceptio eſt: Niſi poſt excuſationem propoſitam facultates auctæ ſint. quæ exceptio approbatur l. 10.§. auctis ff.de uacat. munerum, his uerbis: Auctis poſt appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excuſantur. Concordat l.4.§.1.ff. de muneribus, his uerbis: Deficientium facultatibus ad munera uel honores qui indicuntur, excuſatio non perpetua, ſed temporalis eſt. Nam ſi ex uoto honeſtis rationibus patrimonium incrementum acceperit, ſuo tempore, an idoneus ſit aliquis ad ea ad quæ creatus fuerit, æſtimabitur. Tertia exceptio eſt: Niſi in fraudem munerum bona alienauerit. quæ exceptio approbatur l. 15. §. in fraudem. ff.ad municipalem, cuius uerba uide ſ. Lib.12.cap 2.quæſt.1. cauſa 16. Quarta exceptio eſt: Niſi libertus pauper ad munus nom natus, locupletem habeat patronum. Hæc exceptio reprobatur l.3. §. liberti.ff de munerib. cuius uerba uide ſ.cap. 3. quæſt. 3.reg.3. Quinta exceptio eſt: Niſi ſatisfacere muneri uel honori poßit. Hæc exceptio ipſo quidẽ iure ſubſiſtit; uerùm eius replicatio eſt: Niſi dote non computata, amplius ſatisfacere non poßit. quæ exceptio approbatur l. 21. §. idem reſpondit. ff. ad municipalem, his uerbis: Paulus reſpondit; conſtante matrimonio dotem in bonis mariti eſſe: Sed ſi ad munera municipalia accepto modo ſubſtantiæ uocetur, dotẽ non debere cõputari.

LXXI. Regula. Si propter inimicitias quis ad munera ſit creatus. Hæc regula approbatur l. unica. C. ſi propter inimicitias, his uerbis: Si propter inimicitias ad munera ciuilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere præſidis æquitas faciet: cum & publicæ utilitatis interſit non ex inimicitia creationes fieri debere, ſed examinatione uera & commodo reipublicæ.

LXXII. Regula. Si pœnæ nomine quis honoribus uel muneribus ſit addictus, proponitur l. 38. C. de decurionibus. cuius uerba cum ſimilibus uide ſ. Lib. 3. cap. 3. quæſt.4. de Pœna qua quis curiæ.

LXXIII. Regula. Si pater non conſentit in nominationem filij, ex eo non excuſatur filius. quæ regula approbatur l.3.§. quod pater. ff.de muneribus, his uerbis: Quòd pater non conſenſit honorib. ſiue munerib. filij, ne illius patrimoniũ oneri ſubijciatur: præſtat defenſionẽ, non ciuẽ patriæ utilitatibus, quatenus poteſt aufert. Concordat d.l. 3.§.ſi filius, his uerbis: Si filius nullam habet excuſationẽ, intercedere pater in cuius poteſtate eſt, ius non habet. Concordat item l. 14.§. plebeij.ff.eod.tt.his uerbis: Plebeij filius familiâs periculo eius qui nominauit tenebitur: idq; imp. noſter Seuerus Auguſtus in hæc uerba reſcripſit: Si in numero plebeiorum filius tuus eſt, quanquã inuitus honores ex perſona filij ſuſcipere cogi non debeas: tamen obſiſtere quo minus patriæ obſequatur, periculo eius qui nominauit, iure patriæ poteſtatis non potes.

LXXIIII. Reg. Si quis origini renunciauit, per hoc non excuſatur. quæ regula approbatur l.4.C. de municipib. his uerbis: Originẽ propria neminẽ poſſe uolũtate ſua eximi manifeſtũ eſt. Plura de hac regula uide ſ.reg.69.itẽ ſ.cap.prox.q.3.reg.5.

LXXV. Regula. De eo qui ſententia præſidis uel arbitratu iudicis à munere uel honore eſt abſolutus, proponitur l.14. C.de decurionibus, his uerbis: Nemo iudicum aliquem ſuo arbitrio de curia liberet. nam ſi quis fuerit huiuſmodi infortunio deprauatus, ut debeat ſubleuari, de eius nomine ad noſtram ſcientiam referri oportet, ut certo temporis ſpacio ciuilium munerum ei uacatio porrigatur. Concordat l. 13. C.eod.tt.cuius uerba uide ſ. reg.4.except. 1. concordat item l.ult.§.fin.C.eod. tt.cuius. uerba uide ſ. reg.13. except. 1.

LXXVI. Regula. Si reſcripto immunitas ſit impetrata, non ualet. quæ regula approbatur l.37. C. de decurion. his uerbis: Quotieſcũq; ſe ex reſcriptis noſtris aliquid impetraſſe contendunt hi, quos obnoxios curiæ aut origo fecerit, uel latum inter partes iudicium deſignauerit: nullam prorſus ſpem curiã declinandi ex colore ſacræ iuſsionis accipiant. Concordat l.19. C.eod. tt. his uerbis: Vacuatis reſcriptis per quę munerũ ciuiliũ nõnullis eſt uacatio prȩſtita, omnes ciuilibus neceſsitatibus aggregentur: ita ut nec conſenſu ciuiũ, uel curiæ præſtita cuiquã immunitas ualeat, ſed omnes ad munerũ ſocietatẽ cõueniantur. Itẽ concordat l.28.C.eod.tt.his uerbis: Nullus qualibet prærogatiua ullus à debitis munerib. habeatur immunis. Itẽ cõcordat l.16.C.eod.tt. cuius uerba uide ſ.Lib. prox.cap.2.quæſt.2. reg. 21.excep. 2. item concordat l.43.C.eod.tt.his uerbis: Omnes

qui curiali obstricti sanguine, diuersis se officiorũ priuilegijs & actuũ præiudicijs aggregauerũt, reddendos munijs esse nõ ambiges: sed nec rescripta aut adnotationes ad munerũ fugam prodesse permittimus. *Concordat deniq; l. ult. §. fin. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. reg. 13. excep. 1. Sanè propositi rescripti exemplũ extat l. 61. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 2. q. 2. reg. 21. except. 6. repl. 1. dupl. 1. Item aliud exemplũ proponitur l. 63. C. eod. tt. his uerbis:* Doctij uiri clarissimi iubemus fortunã super curiali cõditione nullo modo esse inquietandam, nec facultatib. eius: sed eo qui huiusmodi conamen inierit, sacrilegij pœnã luituro. Omnes qui post peractam illustrem administratione, uel adhuc in ea posito patre suo gignũtur, à curialiũ intẽtione defendantur, unà cum paternis sine dubio substãtijs, quas cum persona patris à curiali nexu liberas esse nemo dissimulet. *Plura de regula proposita uide s̄. Lib. 11. cap. 4. q. 1. reg. 2. except. 8.*

LXXVII. *Regula. De eo qui ad domũ Cæsaris, uel alterius cõfugit, non excusatur. quæ regula approbatur l. 39. C. de decurionibus, his uerbis:* Curiales qui se priuilegio domus nostræ defendi posse crediderint, ad curiam retrahantur, & proprijs functionibus mancipentur, & publica damna sarciant. *Concordat l. 31. C. eod. tt. his uerbis:* Ex omnibus domib. producti qui origine sunt curiales, ad subeundã publicorũ munerũ functionẽ protrahantur: quippe cum occultatoribus taliũ: præter iacturam æstimationis etiã rerũ discrimẽ incũbat, si ulterius progressi, utilitatẽ publicã priuatis custodijs & patrocinijs postponant.

LXXVIII. *Regula. Si necessitas non exigat, nihilominus tamẽ quis ab oneribus curialibus liberatur. quæ regula approbatur l. 35. ibi: Quæ etsi. C. de decurionib. his uerbis:* Curialia onera etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit.

Hactenus causæ excusationũ & immunitatũ à muneribus ciuilibus & honoribus enumeratæ sunt, plures autẽ huiusmodi causas uide s̄. cap. prox. quæst. 5. item cap. 2. quæst. 5. reg. 1. item s̄. Lib. prox. cap. 9. quæst. 1.

DE EXCEPTIONIBVS PRAEcedentium causarum generalioribus. Cap. V.

PLanè præter exceptiones singulis causis hactenus enumeratis subiectas, sunt & aliæ quædam generaliores, quibus prædictæ causæ eliduntur in hoc capite proponendæ.

I. EXCEPT. *Nisi is cui exceptio cõpetit, promisit se munera suscepturum. Hæc exceptio approbatur exemplo Inst. de excusat. tut. §. item si propter, his uerbis:* Non excusantur qui se tutelam administraturos patri pupillorum promiserant. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi per errorem promiserit. quæ replicatio approbatur l. 17. §. error. ff. ad municipalem. cuius uerba cum concordantibus uide s̄. cap. 3. quæst. 3. reg. 5.*

II. EXCEPTIO: *Nisi excusatione non opposita sponte munera suscepit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. fin. ff. de iure immunit. hisce uerbis:* Eos qui in corporibus allecti sunt, quæ immunitatem præbent (ut nauiculariorum) si honorem decurionatus agnouerint, compellendos subire munera publica accepi: idq; etiam confirmatum uidetur rescripto diui Pertinacis. *Concordat l. 13. §. si post causam. ff. de uacat. muner. his uerbis:* Si post causam actam cœperit se excusare iudex: siquidem priuilegio quod habuit antequam susciperet iudiciũ, uelit se excusare, nec audiendus est. Semel enim agnoscendo iudiciũ renunciat excusationi. Quod si postea iusta causa incidit ut iudex ne ad tempus excusetur, non debet in alium transferri iudicium, si cum captione id futurum est alterutrius. Tolerabilius deniq; est interim iudicẽ qui semel cognouerit, tantisper expectare, quã iudici nouo rem rursus iudicãdam cõmittere. *Concordat l. 1. C. de his qui sponte publica munera sub. his uerbis:* Veterani qui cum possent se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt, redire ad excusationem quam reliquerunt non possunt, nisi certa lege & pacto seruandæ immunitatis, uel partem eius honoris agnouerint. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi excusationis causa post susceptum munus contigit. quæ replicatio constat ex ijs quæ proposita sunt paulo superius ex d. §. si post causam. Cõtradicere tamẽ uidetur j. excep. 6. Planè huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cum iudex se ex eo quod post susceptam causam contigisset excusare uellet, id sine captiõe alterius litigatoris fieri non posit. tunc enim excusatio illi est deneganda. quæ duplicatio approbatur d. §. si post causam, hisce uerb.* Quod si postea iusta causa incidit, ut iudex, &c. *Cui concordat l. 74. in prin. ff. de iudicijs, hisce uerbis:* De qua re cognouerit iudex, pronunciare quoq; cogẽdus erit. *Secũda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi sub conditione seruandæ immunitatis munus susceperit. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. in fine. C. de his qui sponte publ. his uerbis:* Nisi certa lege & pacto seruandæ immunitatis uel partem eius honoris agnouerint. *Concordat l. 2. in prin. ff. de iure immunitatis, his uerbis:* Hi qui certa conditione muneribus uel honoribus se adstrinxerunt, cum aliàs compelli non possent, inuiti suscipere istum honorem: fides eis seruanda est, cõditio quoque, siue ad munera siue honores adplicare se passi sunt. *Tertia replicatio est: Nisi partẽ tantũ honoris uel muneris agnouerint, & ad aliud munus quã susceperint, uocẽtur. Hæc repl. approbatur uerbis paulo supe. propositis hisce:* Vel partẽ eius honoris agnouerint. *Cõcordat l. 2. ibi: Nec labefactatur. ff. de*

ff. de ueteranis, cuius uerba uide s. cap. prox. reg. 35. Cõcordat item l. 4. in prin. ibi: Nec si per uim. ff. de muner. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 3. reg. 3. Concordat item l. 2. C. de his qui sponte publ. his uerbis: Qui publici muneris uacationem habet, si aliquem honorẽ exceptio decurionatu spõtè susceperit, ob id quod patriæ suæ utilitatib. cesserit, uel gloriæ cupiditate paulisperius publicum relaxauerit, cõpetens priuilegiũ non amittit. *Item cõcordat l. 3. C. eod. tit. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 2. quæst. 2. reg. 21. except. 1.* *Quarta replicatio est: Nisi conditio, sub qua munus uel honorẽ quis suscepit defecerit, nec fides ei præstetur. Hæc replicatio approbatur l. 2. in prin. ff. de iure immunitatis. cuius uerba uide paulo superius repl. 2.* *Quinta replicatio est: Nisi per errorem susceperit. de hac replicat. uide s. except. 1.*

III. EXCEPTIO: *Nisi ad munera nominatus non appellauit. Hæc exceptio approbatur l. 1. in prin. usq; ad §. qui in fraudem. ff. de uacat. mun. his uerbis:* Omnis excusatio sua æquitate nititur: sed si prætendentibus aliquod sine iudice credatur, aut passim sine tẽporis præfinitione (prout cuiq; libuerit) permissum fuerit se excusare: non erunt qui munera necessaria in rebus publicis obeant. Quare & qui liberorũ incolumiũ iure à muneribus ciuilibus sibi uindicant excusationẽ, appellationem interponere debent: & qui tempora præfinita in ordine in eiusmodi appellatione peragenda non seruauerint, meritò præscriptione repelluntur. Qui excusatione aliqua utuntur, quotiescũq; creati fuerint, etsi iam antè absoluti sunt, necesse habẽt appellare. Sed si per calumniam & sæpius idem aduersarius uexandi gratia eius quem scit perpetua uacatione subnixũ, id facere probatus erit: sumptus litis exemplo decretorũ principaliũ præstare iubeatur ei, quem sine causa sæpius inquietauit. *Cõcordat item l. 1. §. si quis tutor. ibi. Alia causa. ff. quando appellandũ. cuius uerba uide s. cap. 6. quæst. 5. Concordat item l. 4. C. de muner. patrim. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 3. reg. 7. itẽ concordat l. 4. C. de appellationibus, his uerbis:* Si ad scribatum nominatus non prouocasti, conuelli statuta non possunt. *Item concordat l. 7. C. eod. tit. his uerbis:* Hi qui ad ciuilia munera, uel ad decurionatum, uel honores deuocãtur, licet uacationem à principib. acceperint, si appellationis auxilio non utãntur, consensu suo nominationẽ confirmant. Cum igitur ad munus uocatus appellaueris, apud præsidem prouinciæ iustè te appellasse ostẽde. *Concordat item l. 11. C. d. tit. his uerbis:* Ciues & incolæ manifestas etiam excusationes habentes, si sub iusta nominatione nõ appellauerint, ad earũ probationẽ nõn admittuntur. *Concordat deniq; l. 13. §. fin. ff. de decurionibus, his uerbis:* Impp. Antoninus & Verus rescripserunt: Non admitti contradicere uolentem, quòd nõ rectè quis sit creatus decurio, cum initio cõtradicere debuit. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non solenniter sit nominatus ad munera. Hæc replicatio approbatur l. 27. C. de appellationib. his uerbis:* Nominationes libellis uel edictis factæ, citra consiliũ publicum non ualent, de quibus nec appellare necesse est, si solennitas deest. *Secunda replicatio est: Nisi minor uigintiquinq; annis ad munera sit nominatus. quæ replicatio approbatur l. 8. C. quando prouocare non est necesse. cuius uerba uide s. Lib. prox. cap. 3. quæst. 1. reg. 10.* *Tertia replicatio est: Nisi ueteranus ad munera sit nominatus. Hæc replicatio approbatur l. 9. in fine C. quando prouocare non est neces. cuius uerba uide s. prox. cap. reg. 35. Sed & plures propositæ exceptionis repl. uide s. Lib. 8. cap. 3.*

IIII. EXCPTIO: *Nisi ad munera nominatus, appellationem intra legitimũ tempus non interposuit uel non est persecutus. Hæc exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de uac. mun. cuius uerba uide s. exc. prox.*

V. EXCEPTIO: *Nisi penuria sit eorum qui honores uel munera sustinent. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. quoties. ff. de muner. cuius uerba cum legib. concordantibus uide s. cap. 4. reg. 9. excep. 6.*

VI. EXCEPTIO: *Nisi nominatus sit ad honores uel munera antequã priuilegium competere cœpit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. hoc circa. ff. de iure immunitatis, hisce uerbis:* Hoc circa uacationes dicendum est, ut si ante quis ad munera municipalia uocatus sit, quã negociari inciperet, uel antequã in collegium adsumeretur quod immunitatẽ pariat, uel antequã septuagenarius fieret, uel antequã publicè profiteretur, uel antequã liberos susciperet: cõpellatur ad honorem gerendũ. *Concordat l. 13. §. si post causam. ff. de uacat. muner. cuius uerba uide s. excep. 2.*

VII. EXCEPTIO: *Nisi ab alio quã à principe uacatio sit concessa. Hæc exceptio approbatur l. unica. C. de his qui à principe uacationem accep. hisce uerbis:* Nullus uacationem temporalẽ curialis accepiet, nisi id fortè ueris ac probatis causis adnotatio nostra concesserit. *Concordat l. 1. C. de operibus publicis, hisce uerbis:* Plurimi immunitates operum publicorũ concesione iudicũ adepti sunt: & ideo iubemus in posterũ illicitas immunitates nullius esse monẽti. *Concordat item l. 19. C. de decurionib. cuius uerba uide suprà cap. prox. reg. 76. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi liberalium studiorũ antistites & medici, decreto decurionum immunitatem impetrauerint. quæ replicatio approbatur l. 1. C. de decretis decur. cuius uerba uide suprà Lib. prox. cap. 2. quæst. 2. reg. 25. except. 4.*

VIII. EXCEPTIO: *Nisi is, cui propter militiã aliquã immunitas concessa est, militare desierit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. C. de excusat. muner. his uerbis:* Eã legem, quã de extraordinarijs sordi-

disq; muneribus, expressis uocabulis functionũ & insignibus dignitatũ, sine ulla ambage proscripsimus, ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, esse præcipimus seruandam, ut ijsdem beneficijs non quamdiu militauerint, sed quãdiu uixerint perfruantur. *Ait Imp.* Eam legem. *Quæ est l. 12. C. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox. reg. 30.*

IX. EXCEPTIO. *Nisi is, qui excusationem & immunitatem habet, ad patrimonij munus sit nominatus: hoc enim casu non excusatur. quæ exceptio approbatur l. 6. §. quæ munera. ff. de munerib. his uerbis:* Quę munera patrimonijs iniunguntur, uel intributiones talia sunt, ut neq; ætas ea excusat, nec numerus liberorũ, nec alia prærogatiua, quæ solet à personalibus munerib. exuere. *Concordat l. 18. §. patrimoniorum autem. ibi: Sed & eas. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 2. q. 3. reg. 6. item concordat d. l. 18. §. penult. his uerbis:* Siue personalium duntaxat, siue etiam curialiũ munerũ immunitas alicui concedatur: neq; ab annona, neq; ab angarijs, neq; à ueredo, neq; à naue, neq; ab hospite recipiendo, neq; à capitatione (exceptis militibus & ueteranis) excusare se possunt. *Concordat item l. 2. §. quæ patrimonior. ff. de uacat. muner. cuius uerba uide s. cap. prox. reg. 8. except. 1. item concordat l. 7. ibi: Quæ non patrim. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox. reg. 15. item concordat l. 10. in prin. ff. d. tt. de uacat. muner. his uerbis:* Ab his honorib. quæ possessionibus uel patrimonia indicuntur, nulla priuilegia præstant uacationẽ. *Concordat item l. 11. ff. eod. his uerbis:* Sunt munera quæ rei propriæ coherent, de quibus neq; liberi neq; ætas, nec merita militiæ, nec ullum aliud priuilegiũ, &c. *Concordat item l. 2. in fine. ff. de ueteranis, hisce uerbis:* Vectigalia & patrimoniorum onera solẽnia omnes sustinere oportet. *Item concordat l. 2. C. de muner. patrim. his uerbis:* Munera quę patrimonijs publicæ utilitatis gratia indicuntur, ab omnibus subeunda sunt. *Cõcordat item l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Qui immunitatẽ munerũ publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorũ substinere debent: in quibus causis & hospites recipiendi sunt. *Item concordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Neq; tempore ætatis, neq; numero liberorũ à munerib. quæ patrimoniorũ sunt, excusationẽ quis habere potest. *concordat item l. 7. C. eod. tt. his uerbis:* Etiam minores ætate patrimoniorũ munerib. subiugari solent. Vnde intelligis te frustra plenam immunitatẽ desiderare: cum munera quæ impensas exigunt, subire te necesse sit. *Item concordat l. 10. C. eod. tt. his uerbis:* Quantũ ad extraordinarias ind. &c. *Exempla propositæ exceptionis uide J. in proximè sequentibus exceptionis. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alicui specialiter etiam patrimoniorum munerum immunitas sit concessa. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ habentur s. Lib. 11. cap. 4. quæst. 1. reg. 2. except. 8. Secunda replicatio est: Nisi prædia sint ipsius principis. quæ replicatio approbatur l. 10. C. de excusat. muner. his uerbis:* Priuatę rei nostræ priuilegijs permanentibus nihil extra ordinem prædia iure perpetuo consignata sustineant. neque adiectis sæpius, ac præter primum delegationis canonem postulãtia adficiantur impendijs: quandoquidem neq; aurario canoni sub priuilegijs æstimatio aliquid ex ea iubẽtibus nobis prębitionum diuersitate decutitur: & pari cum cæteris æstimari sorte non conuenit, quos pręter annonarias functionea ęstimata perpetuo pensitationis prærogatiua nexuit. *Concordat l. 15. C. eod. tt. his uerbis:* Euidenter atque absolutè iubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes seu conductionis titulo, seu perpetuario iure teneantur, aliquid præter ordinẽ superindicti uel pręcij nomine uel de sordidis quibuscunq; muneribus agnoscant. Nam & hoc à diuis Principibus impetratum est, & à nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur iudicum contrà fecerit, quinque pondo auri de facultatibus suis, & de officijs suis totidem, & do curialibus, qui exequi malè iussa festinant, nouerit eruenda. *Concordat item l. 2. C. de collat. fundor. patrimon. his uerbis:* Patrimonialea fundos extraordinarijs oneribus uel mediæ aut tertiæ portionis obsequijs fatigari non conuenit: cum eosdem & auri speciem & frumenti plurimum modum constet persoluere: ita ut qui uiolaro statuta tentauerit, puniatur. *Concordat item l. 1. C. de priuileg. domus Augustæ, his uerbis:* Priuatas possessiones nostras ab uniuersis muneribus sordidis placet immunes esse: neq; earum cõductores, neq; colonoa, ad extraordinaria munera uel super indictiones aliquas cõueniri. *Item concordat l. ult. C. eod tt. his uerbis:* Excepto patrimonio pietatis nostrę, cuius quidẽ reditus necessitatib. publicis frequẽtissimè deputamus, uniuersos possessores functiones in superindicti titulis absq; ullius beneficij exceptiõe cognoscere oportere cẽsemus. *Propositæ replication. dupl. prima hæc est: Nisi in perpetuũ prædia principis alij sint locata. Hæc dupl. reprobatur d. l. 10. & d. l. 15. Secunda duplicatio est: Nisi publicæ species sint transuehendæ. quæ dupl. approbatur l. 2. C. de priuileg. domus Augustæ, his uerbis:* Rem priuatam nostrã leuandorum prouincialium causa canonicas necessitates, ea condirione qua cunctos uolumus sustinere. Sed excessit occasio iussionẽ: quandoquidẽ non locis solitis frumenta, quæ sunt ex diuersis saltibus conuehenda, trahantur: sed eo usque portentur, quò

graue

grauè atque damnosum est prouehere. Proinde spectabilis sinceritas tua remanentes in ijsdem locis implere faciat proprias functiones, quibus antea præbebant frumenta. *Concordat l.3. C. de collat. fundor. fiscalium, his uerbis:* Omnia prædia tam ea quę in re priuata olim detinentur, quàm illa quæ ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt deuoluta, eatenus ab huiusmodi priuilegijs & excusationibus submoueantur, ut omnes species annonarias, &c.

Tertia duplicatio est: Nisi uiæ publicæ instruendæ sint, uel pontes, stratarumq; opera. Hæc duplicatio approbatur l.3. C. d. tt. his uerbis: Absit, ut nos instructiones uiæ publicæ & pontium, stratarumque opera titulis maiorum principum dedicata, inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones, reparationesq; itinerum pontiumque nullum genus hominum, nulliusq; dignitatis ac uenerationis meritis cessare oportet: domos etiam diuinas tam laudabili titulo libenter adscribimus. *Concordat l.1. C. de collatione fund. patrimon. his uerbis:* Emphyteuticarij, possessores, qui mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria minimè deuocantur munera, sicut cæteri prouinciales obsequium suum itineribus muniendis impendant: nulla enim ratione debent ab hoc, quod in commune omnibus profuturum est, seiungi.

Quarta duplicatio est: Nisi tyronibus precia sint soluenda. Hæc duplicatio approbatur l.3. C. de priuilegijs domus Augustæ, his uerbis: Pro tyronibus in corporibus postulatis precia conferri ex fundis perpetuarijs nostræ rei priuatæ præcipimus. *Porrò quoniam interdum possessores rerum patrimonalium Principis ad munera tenentur, ut ex iam propositis duplicationibus constat, in quantum quisque teneatur, definitur l.3. C. de collat. fundor. patrimon. his uerbis:* Omnes qui patrimoniales fundos, siue communiter, siue ex asse retinent, pro his conueniendi sunt, ad uniuersorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro rata portione uel in solidum functiones, sicut unumquenque priuatorum necessitas publicæ pensitationis adstringit. *Hæc de Secunda propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Plures eiusmodi replicationes colligere licet, ex regulis s. capite prox. propositis. Ex quibusdam enim istarum regularum non personis solum, sed & rebus illarum immunitas datur, ut reg.14. item s. Lib. prox. cap.7. membr.1. reg.5.*

X. EXCEPTIO: *Nisi comparandi frumenti aliarumq; specierum munus iniungatur. Hæc exceptio approbatur l. unica C. ut nemini liceat in empt. specierum, his uerbis:* Quoties urgente necessitate comparationes frumenti, uel ordei, aliarumque specierum quibuslibet prouincijs indicuntur, nulli penitus possidentium sese sub cuiuscunque priuilegij occasione excusandi tribui facultatem censemus: omnique cuicunque possidentium, quocunq; modo, quocunq; tempore per sacros apices uel etiam pragmaticam sanctionē, aut iudicialem fortè dispositionem huiusmodi excusatio data est, uel postea data fuerit, licentia minimè unquam contra tenorem nostræ legis saluberrimæ ualitura. Adeò namq; huiusmodi onera cūctis, pro qua singulis portione contigerit, uolumus irrogari, ut ab ijsdem comparationibus, nec sacratissimam nostræ pietatis, nec serenissimæ nostræ coniugis domum patiemur subtrahi. *Concordat l.1. C. de quibus muneribus nemini liceat se excus. his uerbis:* Comparationi, transuectionique specierum, &c. *Item concordat l.3. C. eod. tt. cuius uerba uide j. except.19.*

XI. EXCEPTIO: *Nisi uectigalia soluenda sint. Hæc exceptio approbatur l.2. in fine. ff. de ueteranis. cuius uerba uide suprà cap. prox reg.35.*

XII. EXCEPTIO: *Nisi tributa sint soluēda. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt suprà Lib.11. cap.4. quæst.1. reg.2. except.3.*

XIII. EXCEPTIO: *Nisi uiæ publicæ instruendæ sint, uel pontes, uel opera publica extruenda. Hæc exceptio approbatur l.4. C. de priuilegijs domus Augustæ. cuius uerba uide suprà except.9. repl.2. duplic.3. Concordat l.6. C. de operibus publicis. cuius uerba uide suprà cap. prox. reg.13. except.5. Concordat l.11. ff. de uacat. muner. cuius uerba uide j. except.17. Contradicere uidetur l.12. in fine ff. de munerib. cuius uerba uide suprà cap.1. quæst.1. in fine.*

XIIII. EXCEPTIO: *Nisi sollicitudo discussionis iugorum iniungatur. Hæc exceptio approbatur l.3. C. de discußoribus, his uerbis:* Per singulas prouincias uel ciuitates honoratis usq; ad comitiuam consistorianam, necnon etiam militantibus & suis obsequijs non adhærētibus aduocatis, quinetiam fori prouincialis, mandari discussionis iugorum sollicitudinem decernimus.

XV. EXCEPTIO: *Nisi honos iniungatur: tunc enim excusatio à muneribus data non prodest, nec quoad honorē, nec quoad munera honori cohærentia. quæ exceptio approbatur l.12. ff. de muneribus. cuius uerba uide s. cap.1. q.1. in fine. Concordat l.2. §. numerus. ff. de uacat. muner. cuius uerba uide suprà capite prox. reg.4. except.6. Item concordat l.8. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. except.6.*

XVI. EXCEPTIO: *Nisi munus à legibus iniungatur, non à magistratib. Hæc exceptio approbatur l. un. C. de uacat. publici muneris, hisce uerbis:* Muneris publici uacationē ea continere, quę nō lege, non senatusconsultis, non constitutionibus principum iniunguntur, merito responsum est. Ad quam formam iuris pertinet, si cœperis ad munera extraordinaria à

magiſtratibus deuocari: appellatione enim interpoſita, poteris apud præſidem iuris rationibus protegi. *Concordat l. 8. ff. de uacat. mun. his uerbis*: Qui muneris publici uacationẽ habet, per magiſtratus ex improuiſo collationes indictas rectè recuſat: eas uerò quæ ex lege ſũt, recuſare nõ debet. *Concordat item l. 6. ff. eod. tt. his uerbis*: Hi qui muneris publici uacationem habent, ad ea quę extra ordinem imperantur, compelli non ſolent.

XVII. EXCEPTIO: *Niſi ſpecies publicæ ſint transuehendæ, uel angararum munus ſit. Quæ exceptio approbatur l. 1. C. de quib. muneribus nemini liceat ſe excuſare. cuius uerba uide ſ. exceptione 10. Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Cum ad fœliciſsimam expeditionem numinis noſtri omnium prouincialium per loca, qua iter arripimus, debeāt nobis ſolida miniſteria exhiberi: neminẽ penitùs ab angarijs, uel parangarijs uel plauſtris, uel quolibet munere excuſari præcipimus: ſed omnes ſiue ad diuinam noſtram domum, ſiue ad uenerabilis Auguſtæ, uel ad ſacroſanctas eccleſias, uel quaslibet illuſtres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec diuina adnotatione, ſacroue oraculo excuſatos, indictionibus magnificæ tuæ ſedis tempore noſtræ expeditionis obedire decernimus. *Concordat l. 18. §. penultim. ff. de muneribus. cuius uerba uide ſ. except. 9. in prin. Item concordat l. 11. ff. de uacat. muneribus. cuius uerba uide ſ. d. exceptione nona. Concordat item l. 11. C. de ſacroſanctis eccleſijs. cuius uerba uide ſuprà Libro decimo, capite decimo, regula ſecunda, exceptione 3. Item concordat l. 21. C. de curſu publico, his uerbis*: Nullus penitùs cuiuslibet ordinis ſeu dignitatis, uel ſacroſancta eccleſia, uel domus regia tempore expeditionis excuſationem angariarũ uel parangariarum habeat. *Vide inſuper ſ. Lib. 11. cap. 6. quæſt. 3.*

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi in tranſitu Imperatoris opus ſit muneribus. quæ exceptio approbatur l. 2. C. de quibus muneribus nemini, &c. cuius uerba uide ſuprà reg. prox. Concordat l. 11. C. de ſacroſanct. eccleſ. cuius uerba uide ſuprà Libro decimo, capite decimo, reg. 2. except. 3.*

XIX. EXCEPTIO: *Niſi muri conſtruendi ſint. Hæc exceptio approbatur l. 3. C. d. tt. his uerbis*: Hac prouidentiſsima lege ſtatuimus, omni excuſatione ceſſante, nullaque perſonali dignitate penitus excepta, in quibuſcunq; locis adminiſtrationi ſublimitatis tuæ cõmiſsis opus exegerit murorum cõſtructionem, ſeu comparationem frumenti, aliarumque ſpecierum ſine ullo impedimento, prout commodum atque neceſſarium magnitudo tua proſpexerit, fieri.

DE RELIQVIS EXCVſationum & immunitatum locis. Cap. VI.

I. *Cauſæ excuſationum & immunitatum propoſitæ ſunt ſuprà Cap. 4. exceptiones aduerſus iſtas cauſas generaliores propoſitæ ſunt ſuprà cap. prox. nunc reliqua uideamus ad excuſationes pertinentia.*

II. QVIBVS EXCVSATIO & immunitas competit.

I. Regula. *De liberis eius qui immunitatem habet. His regulariter non competit immunitas. quæ regula proponitur l. 3. §. quamuis. ff. de muneribus, his uerbis*: Quamuis maior ſeptuaginta & quinq; liberorum incolumium pater ſit, ideoque à muneribus ciuilibus excuſetur: filij tamen eius ſuo nomine competentia munera agnoſcere debent. Ideo enim proprium prę mium immunitatis propter filios patribus datum eſt, quod illi ſubibunt. *Concordat l. 4. C. qui morbo ſe excuſant, his uerbis*: Caſus corporis patris munerum perſonalium filio iure non præſtare excuſationem. *Concordat item l. 5. §. immunitati. ff. de iure immunitatis. cuius uerba uide ſuprà capite quarto, regula quadrageſimaprima. Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſpecialiter liberis quoque immunitas ſit conceſſa. quæ exceptio approbatur exēplo l. 6. C. de profeſſ. & med. cuius uerba uide ſuprà Libro proximo, capite ſeptimo, membr. 1. reg. 5. Aliud exemplum proponitur l. ult. §. fin. C. eo. tt. cuius uerba uide ſuprà cap. 4. reg. 51.*

II. Regula. *Si uacatio liberis poſteriſq; conceſſa ſit, in perpetuum ſuccedentibus datur. quæ regula approbatur l. 4. ff. de iure immunit. hiſce uerbis*: Immunitates generaliter tributæ eo iure, ut ad poſteros tranſmitterentur, in perpetuum ſuccedentibus durant. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi eius familiæ non ſint. quæ exceptio approbatur l. 13. ff. de muneribus, his uerbis*: Vacatio, itemq; immunitas, quæ liberis & poſteris alicuius data eſt, ad eos duntaxat pertinet, qui eius familiæ ſunt.

Secunda exceptio eſt: Niſi ex fœminis cognati ſint. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. de iure immunitat. his uerbis: Perſonis datæ immunitates hæredibus non relinquuntur. Sed & generi poſteriſque datæ cuſtoditæque, ad eos qui ex fœminis nati ſunt, non pertinent.

III. Regula. *Hæredibus non competit. quæ regula approbatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Perſonis datæ immunitates hæredibus non relinquuntur. *Concordat l. 13. C. de excuſat. muner. his uerbis*: Sordidorum munerum excuſatio delata, perſonis, ad hæredem ſucceſſoremúe tranſire non poteſt: neq; enim

poteſt

potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis atque militiæ indulsisse nos constat.

IIII. Regula. *De fociis eius cui munerum uacatio est data. proponitur l.3. in principio. C. de honoribus, & muneribus. cuius uerba uide s. capite quarto, reg. 9. except. 3.*

V. Regula. *De cognatis eius qui immunis est. His immunitas non competit. quæ regula approbatur l. 3. §. 1. ff. de munerib. cuius uerba uide s. cap. 4. reg. 14.*

III. A' QVIBVS MVneribus excusatio competit.

Hæc quæstio definitur per ea quæ proposita sunt s. cap. prox.

IIII. APVD QVEM EXcusatio sit proponenda.

Definitur hæc quæstio l. 37. in prin. ff. ad municipalem, his uerbis: De iura omnium incolarum, quod quæque ciuitates sibi uindicant, præsidum prouinciarum cognitio est. Cum tamen quis se negat incolam esse, apud eum præsidem prouinciæ agere debet, sub cuius cura est ea ciuitas à qua uocatur ad munera: non apud eam ex qua ipse se dicit oriundum esse: idq; diuus Hadrianus rescripsit mulieri, quæ aliunde orta alibi nupta est. *Concordat l. unica, in fine. C. de uacat. publ. muner. cuius uerba uide s. cap. prox. except. 16. Item concordat l. 2. C. de decurionibus. cuius uerba uide s. capite secundo, quæstione tertia. Item concordat l. 54. C. eod. tt. cuius uerba uide s. Libro proximo, cap. 2. quæstione 2. reg. 3.*

V. QVOMODO EXCVsatio sit proponenda.

Per appellationem proponenda est. quæ regula approbatur l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appellandum sit, his uerbis: Si quis tutor datus fuerit uel testamento, uel à quo alio qui ius dandi habet, non oportet eum prouocare. Hoc enim diuus Marcus effecit. Sed intra tempora præstituta excusationem allegandam habet & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debebit. Cæterùm ante frustra appellatur. Alia causa est eorum qui ad aliquod munus uel honorem uocantur, cum dicant se habere excusationem. nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suæ, quàm si appellationem interposuerint. *Concordat l. 1. in princ. ff. de uacat. munerum. cuius uerba uide s. cap. prox. except. 3. Concordat item l. unica, in fine. C. de uacat. publ. muneris. cuius uerba uide s. cap. prox. except. 16. Item concordat l. 2. ibi: Habituro. C. de decurionib. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 3.*

VI. QVAMDIV VACAtio compstat.

Definitur hæc quæstio l. 2. C. de honoribus & muneribus. cuius uerba uide s. capite quarto, regula nona. in prin.

VII. EVENTVS EXCVsationis propositæ.

I. Regula. *De nihil innouando appellatione pendente, proponitur l. 7. §. eum contra. ff. de muneribus, his uerbis:* Eum contra quem propter honores appellatum est, si pendente appellatione usurpauerit honorem, coercendum diuus Seuerus rescripsit. Ergo & si is qui honoribus secundum sententiam uti prohibitus est appellauerit, abstinere interim à petitione honoris debebit. *Concordat l. 3. C. quando prouocare non est necesse. cuius uerba cum alijs similibus uide s. Lib. 8. cap. 1. quæst. 9. reg. 13.*

II. Regula. *De alio in locum eius qui appellauit, interim adsumendo, proponitur l. 21. §. si magistratus. ff. de appellationibus. cuius uerba uide s. Lib. 8. cap. 1. q. 9. reg. 19. Concordat d. l. 21. §. in locum. cuius uerba uide d. quæst. 9. reg. 20.*

III. Regula. *De expensis soluendis nominato absoluto, proponitur d. §. si magistratus, in fine. Concordat l. 1. in fine. ff. si tutor creatus appellauerit. cuius uerba uide s. Lib. 8. cap. 1. quæst. 9. reg. 19. Item concordat l. 2. in fine. C. de decurionib. cuius uerba uide s. cap. 2. quæst. 3. Concordat item l. unica. C. de sumptuum recuperat. cuius uerba uide supra cap. 4. reg. 8. in prin.*

IIII. Regula. *De damno præstando ab eo qui nominatus iniuste appellarit, proponitur d. §. si magistratus. Concordat d. l. 1. ff. si tutor, &c.*

V. Regula. *Mortuo appellante finitur appellationis causa quæ regula approbatur l. 4. C. si pendente appellatione mors interuenerit, his uerbis:* Si pater tuus ad decurionatum deuocatus appellationem interposuit, eaque pendente concessit in fatum: honoris eius quæstio morte finita est. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi periculum aliquod uel damnum contigerit occasione appellationis. quæ exceptio approbatur l. 2. ff. si tutor uel curator uel magistratus creatus appellat. his uerbis:* Tutor uel curator detentus si prouocauerit, & ante causam actam moriatur, propter periculum medij temporis successores eius causas appellationis necesse habent reddere. *Concordat l. unica. §. fin. ff. si pendente appell. mors interue. uide item plura suprà Lib. 8. capite 2. exceptione 10.*

DE ACTIONE QVAE ex mala muneris administratione competit. Caput VII.

I. CAVSAE EX QVIbus hæc actio datur.

SI dolo uel culpa eius, qui munus uel honorem gerit, quid commissum sit, in ipsa administratione. *Hæc causa approbatur l. 6. ff. de administr. rer. ad ciuitat. pertinentium, his uerbis:* Magistratus reipub.

reipub. non dolum solummodo, sed & latã negligentiam, & hoc amplius etiam diligẽtiam debent.

Si nomina reipub. deteriora sunt facta. *Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. ultim. §. penult. ff. d. tt. his uerbis*: Impp. Verus & Antoninus rescripserunt, nominum quæ deteriora facta sunt tempore, curationis periculum ad ipsum pertinere: quæ uerò antequam curator fieret, idonea non erant, æquum uideri periculum ad eum non pertinere. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi antequam curator fieret, nomen desijt esse soluendo. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis.* *Secunda exceptio est: Nisi postea casu fortuito debitor soluendo esse desierit. quæ exceptio approbatur l. 2. §. si eo. ff. de administrat. rerum ad ciuit. pertin. cuius uerba uide]. quæst. prox. reg. 4. except. 8.*

II. ADVERSVS QVOS datur actio.

I. Regula. *De patre nominati. hic regulariter filij sui nomine tenetur. quæ regula approbatur l. 2. in princip. ff. ad municipalem, his uerbis*: Quoties filiusfamiliâs uoluntate patris decurio creatur, uniuersis muneribus, quæ decurioni filio iniunguntur, obstrictus est pater, quasi fideiussor pro filio. Consensisse autem pater decurionatui filij uidetur si præsens nominationi non contradixit. Proinde quidquid in republ. filius gessit, pater, ut fideiussor præstabit. Gestum autem in republica accipere debemus pecuniam publicam tractare, siue erogandam decernere. Sed & si curatores operum, uel cuius alterius reipublicæ cresuit, tenebitur. Sed & si successorem sibi nominauit, patrem obstringet. Sed & si uectigalia locauit, pater erit obstrictus. *Concordat l. 7. ff. de administrat. rerum ad ciuit. pertin. his uerbis*: Filiusfamiliâs uolente patre magistratum gesserat, Iulianus existimabat in solidum patrem teneri in id quod eius nomine reipub. abesset.

Tenetur insuper pater filio sumptus ad munus uel honorem præstare. quæ regula approbatur l. 17. §. immunis. ff. de muneribus, his uerbis: Immunis ab honoribus & muneribus ciuilibus si decurioni creato filio, quem habet in potestate, consentiat: muneribus & honoribus sumptus subministrare filio compellitur. *Propositæ regulæ tam de facto filij præstando, quàm de sumptibus ministrandis exceptio prima hæc est: Nisi pater in creationem filij non consenserit. quæ exceptio approbatur l. 4. C. ne filius pro patre, his uerbis*: Si filiusfamiliâs inuito patre decurio creatus sit, pro eo patrem inquietari non posse iure manifestissimo cautum est. *Concordat l. 3. §. quod pater. ff. de muneribus. cuius uerba uide]. cap. 4. regula 73.* *Item concordat d. l. 3. §. penultim. his uerbis*: Si duo filij in potestate patris sunt eodem tempore, munera eorum pater sustinere non compellitur. *Concordat item l. 5. in fine. C. de decurionibus. cuius uerba uide]. Libro prox. cap. 1. quæst. 1. reg. 8.* *Concordat item l. 4. C. de filijsfam. & quemadmod. his uerbis*: Sine periculo tuo magistratus filium tuum curatorem cõstituit, nec appellãdi tibi necessitas incumbebat. Sanè nominator qui filium in potestate positum non consentiente patre ad munus deuocauit, si tamẽ ex uoluntate sua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur. *Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pater creationi præsens non contradixit. quæ replicatio approbatur l. 2. §. 1. ff. ad municipalem, cuius uerba uide]. ead. reg. in principio.* *Concordat l. 7. §. fin. ff. de decurionibus, his uerbis*: Ad decurionatum filij ita demum pater non consentit, si contrariam uoluntatem uel apud acta præsidia, uel apud ipsum ordinem, uel quo alio modo contestatus sit. *Concordat l. 1. in fine. C. de filijsfamil. & quemadmod. his uerbis*: Consentire autem etiam is uidetur, qui non testificatur dissentire nominationi. *Secunda replicatio est: Nisi pater nominato filio appellauit.* *Hæc replicatio approbatur l. 2. C. d. tt. his uerbis*: Cum appellasse te dicas, ostendia causam ad te pertinere. potueras enim nominato filio tantum contestari, & non consentire oneri ei delato. *Contradicit l. 6. §. pater. ff. de decurionibus, his uerbis*: Pater qui filio decurioni creato prouocauit, etsi præscriptione temporis exclusus fuerit, si quod gestum est non habuit ratum: ciuilibus muneribus pro filio non tenebitur. *Hæc de Prima exceptione.*

Secunda exceptio est: Nisi filius emancipatus sit, non in potestate patris. quæ exceptio approbatur l. 1. C. de filijsfamil. & quemadmodum, his uerbis: Patrem emancipato filio consentientem, ad decurionatum non teneri, dubij iuris non est. Tunc enim consenriendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pater filium propterea emancipauerit, ne pro eo caueret.* *Hæc replicatio approbatur l. ult. §. antepenult. ff. ad municipal. his uerbis*: Impp. Verus & Antoninus rescripserunt, patris qui consultò filium emancipauerat, ne pro magistratu eius caueret, perinde bona teneri, atq; si fideiussor pro eo extitisset.

Tertia exceptio est: Nisi filius infans sit. quæ exceptio approbatur l. 21. §. penultim. ff. ad municipalem, his uerbis: Imperator Seuerus & Antoninus Augusti Septimio Zenoni: Pro infante filio quem decurionem esse uoluisti, quanquam fidẽ tuam in posterũ adstrinxeris: tamen interim onera sustinere non cogeris: cum ad ea quæ mandari possunt, uoluntatẽ dedisse

dediſſe uidearis. *Concordat l.1.§.fin. C. de honor. & munerib. non contin. his uerbis:* Pro infante filio, quem decurionem eſſe uoluiſti, quanquam fidem tuam in poſterum adſtrinxeris, tamen onera ſuſtinere nō cogeris: cum ad ea tantum, quæ mandari poſſunt, uoluntatem dediſſe uidearis. *Quarta exceptio eſt: Niſi filius ſit adoptiuus. quæ exceptio reprobatur l.12.§.idem reſpondit. ff. ad municipalem, his uerbis:* Paulus reſpondit, eum qui decurionem adoptauit, onera decurionatus eius uideri ſuſcepiſſe exemplo patris, cuius uoluntate filius decurio factus eſt. *Quinta exceptio eſt: Niſi priuignus ſit. Hæc exceptio approbatur l.3.§.uitricus. ff. de muneribus, his uerbis:* Vitricus onera munerum ciuiliū nomine priuigni ſui ſuſcipere nulla iuris ratione cogitur. *Sexta exceptio eſt: Niſi filius ob id teneatur, quod tutores uel curatores dari non curauerit, uel non idoneos. quæ exceptio approbatur l.2.§.ſed ſi filius. ff. ad municipalem, his uerbis:* Sed ſi filius tutores dare non curauerit, uel minus idoneos elegerit, nec ſatis exegerit, uel non idoneum acceperit: ipſe quidem quin ſit obſtrictus, nulla dubitatio eſt: pater uerò ita demum obligatur, ſicut & fideiuſſores ſolent hoc nomine obligari. Sed non ſolent (hoc enim & relatum & reſcriptum eſt) quia fideiuſſores rempublicam ſaluam fore promittunt. Reipublicæ autem nihil (quod ad rem pecuniariam attinet) intereſt pupillis tutores dari. *Septima exceptio eſt: Niſi prius pater, quàm filius conueniatur. Hæc exceptio dilatoria approbatur l.17.§.filium. ff. ad municipalem, his uerbis:* Filium pater decurionem eſſe uoluit: ante filium ex perſona ſua reſpublica debet conuenire, quàm patrem ex perſona filij: nec ad rem pertinebit, an filius caſtrenſe peculium tantum poſsideat, cum antè militaſſet, uel poſtea. *Concordat l.1. in fine. C. de decurionibus. cuius uerba uide s̄. reg. proxima.* *Octaua exceptio eſt: Niſi id ex quo agitur, poſt mortem patris geſtum ſit. Hæc exceptio approbatur l.21.§. idem reſpondit. ff. ad municipalem, his uerbis:* Paulus reſpondit hæredes patris propter munera filij, quæ poſt mortem patris ſuſcepit, iure conueniri non poſſe. Hoc reſponſum & ad eum pertinet, qui à patre decurio factus poſt mortem patris munera ſuſceperit. *Concordat l.55. ff. de muneribus, his uerbis:* Etſi filium decurionem pater eſſe uoluit: tamen defuncto eo, honores qui filio decurioni congruentes poſt mortem patris obrigerunt, ad onus cohæredis filij non pertinent, cum ei decurioni ſufficientes facultates pater reliquerit. *Concordat l.3.§.fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si is qui duos filios relinquebat, nihil de expediendis muneribus alterius filij ex communi patrimonio ſupremis ſuis cauit: proprijs ſumptibus & munera & honores, qui ei iniungentur, ſuſcipere debet: quamuis pro altero uiuus pater eiuſmodi onera expedierit. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi pater in ultima uoluntate ſua cauit de ſumptibus etiam poſt inſecutis. quæ replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si nihil de expediendis muneribus ſupremis ſuis cauit.

Secunda replicatio eſt: Niſi pater promiſit de proprio patrimonio ſumptus. Quæ replicatio approbatur l.unica. C. de periculo ſucceſsorum parentis, hiſce uerbis: Si de proprio ſuo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromiſit. Ideoque etiam ſacerdotem te creari impetrauit: onus erogationis commune omnium hæredum eius eſſe præſes prouinciæ non ignorabit. *Hæc de patre nominati.*

II. *Regula. De patris hæredibus. hi quoque tenentur. quæ regula approbatur l.1. C. de decurionibus, his uerbis:* Si cum te pater decurionem eſſe uoluiſſet, & illo in rebus humanis agente, honor tibi iſte delatus eſt: tenentur quidem etiam hæredes eius reipublicæ. Nam in hac parte uice fideiuſſoris pater accipitur: ſed non ante niſi tuis proprijs rebus excuſsis. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi pater antequam filius honorem geſſerit, deceſſerit. Hæc exceptio approbatur l.unica. C. ſi poſt creation. quis deceſſerit, his uerbis:* Si ante diem ſubeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus eſt, conueniri eo nomine hæredes eius non oportere, præſes prouinciæ minimè ambiget. *Concordat s̄. reg. prox. except. 8. Sed & alias propoſitæ regulæ exceptiones uide s̄. reg. prox. ſunt enim eædem utriuſq; regulæ exceptiones.*

III. *Regula. De hæredibus nominati. hi quoque propoſita actione tenentur. quæ regula approbatur l.ult.§.1. ff. de adminiſtration. rerum ad ciuitat. pertin. his uerbis:* Impp. Antoninus & Verus reſcripſerunt, operum periculum ad hæredes etiam curatorum pertinere. *Concordat l.38.§.Impp. ff. ad municipalem. cuius uerba uide s̄. Libro proximo, capite primo, in principio, regula ſexta. Concordat item l.4. C. quo quiſque ordine conueniatur, his uerbis:* Cum te collegam tuum magiſtratus ueſtri tempore publicam fœnus collocaſſe proponas, nec potuiſſe debitum à quibuſdam reipublicæ reſtitui: cum paratus ſis pro te id quod ſolus geſsiſti, reipublicæ ſatisfacere: conſequens eſt rempublicam, ſi ſeparati actus ueſtri fuerint, contra ſucceſſores collegæ tui, uel rerum eius poſſeſſores prius ob perſonam eius progredi: & ſi ſolida indemnitas reipublicæ ſeruata non fuerit, nominatores eius interpellare: ac poſtremo loco ſi quid

exno-

ex nomine tui collegæ defuerit, ob culpæ nexum te interpellare. Priores enim nominatores ueluti fideiuſſores placuit obſtringi. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ex eo quod poſt mortem nominati contigit, agatur. Hæc exceptio approbatur l.1.in princip.ff.de operibus publ.his uerbis:* Curator operum creatus, præſcriptione motus ab excuſatione perferenda, ſicuti ceſſationis nomine in qua quoad uixit moratus eſt, hæredes ſuos obligatos relinquit: ita temporis quod poſt mortem eius ceſſit, nullo onere eos obſtrinxit. *Concordat l.1.§.fin.C.quo quiſque ordine conuen. his uerbis:* Vos qui hæredes unius ex curatoribus extitiſtis, damno ſi quod poſt mortem eius dolo uel culpa collegarum acceſſit, onerari non eſt rationis. *Altera exceptio eſt: Niſi pœnæ perſecutio fiat: hæc enim non datur aduerſus hæredes. quæ exceptio approbatur l.ultim.§.item reſcripſerunt.ff.de adminiſtrat.rer.ad ciuitat. pertin.his uerbis:* Impp. Verus & Antoninus reſcripſerunt: Curatores ſi negligenter in diſtrahendis bonis ſe geſſerint, in ſimplum teneri: ſi per fraudem, in duplũ: nec ad hæredes eorum pœnam deſcendere.

IIII. *Regula. De nominatore. Aduerſus hunc quoque ex dolo uel culpa nominati datur actio. quæ regula approbatur l.14.§.plebeij.ff.de munerib.cuius uerba uide s.cap.4.reg.73. Concordat l.4.in fine.C.de filijs famil.& quemad.cuius uerba uide s.reg.1.excep. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nominatus nondum ſit conuentus. Hæc exceptio approbatur l.13.in princip ff. ad municipalem, his uerbis:* Si alter ex magiſtratibus toto anno abfuerit, aut fortè præſens per contumaciam, ſiue ignauiam, uel ægram ualetudinem reipublicæ negocia non geſſerit, & omnia collega ſolus adminiſtrauerit, nec tamẽ tota res ab eo ſeruari poſsit: talis ordo dabitur, ut in primis qui negocia geſsit reipublicę, & qui pro eo cauerunt in ſolidum conueniantur: mox peractis omnibus, periculũ agnoſcat, qui nõ idoneum nominauerit: poſtremò alter ex magiſtratibus, qui reipublicæ negocijs ſe non immiſcuit. *Concordat l.4.C.quo quiſque ordine conueniatur.cuius uerba uide s.reg.prox. in prin. Secunda exceptio eſt: Niſi hæres nominati nondum ſit conuentus. Hæc exceptio approbatur d.l.4. Tertia exceptio eſt: Niſi fideiuſſor nominati nondum ſit conuentus. Hæc exceptio approbatur l.2.C.quo quiſque ordine, his uerbis:* Quoties duobus non ſeparatim, ſed pro indiuiſo munus iniungitur, & ita ut unuſquiſque eorum periculo ſoliditatis uideatur obſtrictus: manus ad nominatorem priuſquam utrique qui id munus adminiſtrauerunt, ſolenniter fuerint excuſſi, nulla ratione porrigi poſſunt. Si uerò ſeparatis portionibus ad munus nominati ſunt: prius pro portione conueniantur, qui id adminiſtrauerint: item fideiuſſores eorum, ſi ne ab his quidem fideiuſſoribus indemnitas fuerit ſeruata, tũc demum creatorem: ac ſi ne is quidem ſufficiat, nouiſsimè participem muneris conueniri debere præſes non ignorat. *Concordat l.11.in prin.ff. ad municipalem. cuius uerba uide paulo ſuperius except.1.*

Quarta exceptio eſt: Niſi collega nominati nondum ſit conuentus. De hac exceptione uide J.reg.6.exceptione 5.

Quinta exceptio eſt: Niſi nominatus non ex ſuo facto teneatur, ſed ex eius facto quem ipſe nominauit. Hæc exceptio approbatur l.2.C.de periculo nominatorum, his uerbis: Si ſucceſſoris tui ſucceſſor nõ idoneum loco ſui magiſtratum denominauerit, adminiſtrationis eius periculum ad tuam perſonam ſpectare nequaquá poteſt. Etenim nominati ſucceſſoris dũtaxat quiſque periculum ſuſcipere compellitur, nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi poſſunt. *Sexta exceptio eſt: Niſi nominatus ex collegæ ſui facto teneatur. Hæc exceptio reprobatur l.13.in fine.ff. ad municipalem, his uerbis:* Non iuſtè, qui nominauit, uniuerſum periculum recuſauerit, cum ſcire debeat eũ qui nominaretur, indiuiduum officium & commune periculum ſuſcepturum. nam & cum duo geſſerunt, & ab altero ſeruari, quod debetur non poteſt, qui collegam nominauit, in uniuerſum conuenitur. *Concordat d.l.13. in prin. cuius uerba uide s.ead.reg.except. prima. Septima exceptio eſt: Niſi pœna petatur. quæ exceptio approbatur l.17.§.fin.ff. ad municipalem, his uerbis:* Fideiuſſores qui ſaluam rempublicam fore ſponderunt, & qui magiſtratus ſuo periculo nominant, pœnalibus actionibus non adſtringuntur, in quas inciderunt hi pro quibus interuenerunt. Eos enim damnum reipublicæ præſtare ſatis eſt, quod promitti uidetur. *Octaua exceptio eſt: Niſi nominatus tempore creationis fuit idoneus. Hæc exceptio approbatur l.2.§. ſi eo tempore. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit.pertin.his uerbis:* Si eo tempore quo eſt nominatus idoneus, poſtea lapſus facultatibus damnum debitis reipublicæ dederit: quia fortuitos caſus nullum humanum cõſiliũ prouidere poteſt, creator (alij curator) hoc nomine nihil præſtare debet. *Nona exceptio eſt: Niſi nominatus finito adminiſtrationis officio fuit ſoluendo. Hæc exceptio approbatur l.15.§.in eum.ff. ad municipalem, his uerbis:* In eum qui ſucceſſorem ſuo periculo nominauerit, ſi finito magiſtratu ſucceſſor idoneus fuit, actionem dari non oportet. *Concord. l.1.C.de periculo nominat.his uerbis:* Hi qui à te collegaque tuo magiſtratus creati ſunt, etiamſi maximè fideiuſſores nõn exegiſtis: tamẽ ſi per id tempus, quo magiſtratus honor depo-

deponebatur ſoluẽdo fuerint: periculo creationis uos non fecerunt obnoxios, ex eo quod caſu aliquo patrimonium eorum mutilatum ſit: cum ceſſationi ſuæ debeant imputare, damnaq́; reipublicæ (ſi qua ob culpam eorum paſſa eſt) ſarcire, qui cum nomine publico eos conuenire potuiſſent, id facere ſuperſederunt.

V. Regula. *De fideiuſſoribus. Aduerſus hos quoq; datur actio. quæ regula approbatur l. ult. §. Imperatores. ff. ad municipalem, cuius uerba uide ſ. Lib prox. cap. 2. in prin. reg. 6.* *Concordat l. 2. C. quo quiſq; ord. conueniat. cuius uerba uide paulo ſuperius reg. prox. except. 3. Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi is pro quo fideiuſſum eſt, non ex ſuo, ſed eius quem nominauerat facto conueniatur. quæ exceptio approbatur l. 17. §. nominati. ff. ad municipalem, his uerbis:* Nominati ſucceſſoris periculũ fideiuſſores nominantis non tenet. *Secunda exceptio eſt: Niſi pœna petatur. quæ exceptio approbatur d. l. 17. §. fin. cuius uerba uide ſ. reg. prox. except. 7. Cõcordat l. unica. C. de periculo eorum qui pro magiſt. int. his uerbis:* Fideiuſſores magiſtratuũ in his quæ ad reipublicæ adminiſtrationẽ pertinent teneri: non in his quę ob culpam uel delictum eis pœnæ nomine irrogentur tam mihi, quàm diuò Seuero patri meo placuit. *Tertia exceptio eſt: Niſi is pro quo fideiuſſum eſt, teneatur ob id quod minoribus tutores dari non curauerit, uel non rectè.* *Hæc exceptio approbatur l. 2. §. ſed ſi filius. ff. ad municipalem, cuius uerba uide ſ. regula prima, exceptione ſexta.* *Quarta exceptio eſt: Niſi reus principalis ſit ſoluendo.* *Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. ff. de adminiſtration. rerum ad ciuitat. pertinent. his uerbis:* Pro magiſtratu fideiuſſor interrogatus, pignora quoque ſpecialiter dedit: in eum caſum pignora uidentur data, quo rectè conuenitur: uidelicet poſtquam res ab eo ſeruari non potuerit pro quo interceſsit.

VI. Reg. *De collega. Collega quoq; ſui collegæ factũ tenetur præſtare. quæ regula approbatur l. 11. in prin. ff. ad municipalem, his uerbis:* Imperator Titus Antoninus Lentulo uero reſcripſit: magiſtratuum officium indiuiduum, ac periculum eſſe commune. Quod ſic intelligi oportet, ut ità demum collegæ periculum adſcribatur, ſi neq; ab ipſo qui geſsit, neq; ab his qui prò eo interuenerunt, res ſeruari poſſit, & ſoluendo non fuerit honore depoſito. Alioquin ſi perſona eorum uel cautio ſit idonea, uel ſoluendo fuerit, quo tempore conueniri potuit, unuſquiſq; in his quę adminiſtrauit tenebitur. *Concordat l. ult. §. item reſcripſerunt. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pertin. his uerbis:* Impp. Verus & Antoninus reſcripſerunt, curatorem etiam nomine collegæ teneri, ſi interuenire & prohibere eũ oportuit. *Concordat item l. 1. in prin. C. quo quiſq; ordine, cuius uerba uide ĩ. except. 2. Item concordat l. 3. C. eod. tit. cuius uerba uide ĩ. except. 3.* *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi is qui geſsit uel eius fideiuſſor honore depoſito, fuerit ſoluendo. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Alioquin ſi perſona eorum uel cautio ſit idonea, uel ſoluendo fuerit, quo tempore conueniri potuit: unuſquiſq; in his quæ adminiſtrauit tenebitur. *Concordat l. 4. C. de probationib. his uerbis:* Ex perſona collegæ aui ueſtri conueniri non debetis, ſi eundem collegam tempore depoſiti officij ſoluẽdo fuiſſe oſtenderitis. *Secunda exceptio eſt: Niſi is qui geſsit, eius'ue hæres uel fideiuſſor nondum fuit conuentus. Hæc exceptio approbatur uerbis ſ. ead. reg. in prin. propoſitis. Cui concordat l. 13. in prin. ff. ad municip. cuius uerba uide ſ. reg. 4. except. 3.* *Concordat item l. 3. in prin. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. his uerbis:* Curatores communis officij diuiſa pecunia, quàm omnibus in ſolidũ publicè dari placuit, periculo uice mutua nõ liberantur. Prior tamen exemplo tutorum conueniendus eſt, is qui geſsit. *Concordat item l. 1. in prin. C. quo quiſq; ordine, his uerbis:* Etſi duobus ſimul cura pecuniæ ciuitatis, non tamen ſeparatis portionibus, mandetur, ſinguli non pro uirili portione, ſed in ſolidum reipublicę obligantur. Cum autem de indemnitatẽ ciuitatis eius quæritur, prius eius bona, qui adminiſtrauit, ac mox (ſi ſatis fieri non poterit) collegæ conueniuntur. *Concordat item l. 2. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 4. exceptione tertia.* *Tertia exceptio eſt: Niſi nominator eius qui geſsit, nondum ſit conuentus.* *Hæc exceptio approbatur l. 11. §. fin. cum lege ſequente. ff. ad municipalem, his uerbis:* Si fortè is qui periculo ſuo nominauit magiſtratum, ſoluendo ſit, utrum in eum prius actio reddi quaſi in fideiuſſorem debeat, an uerò non aliàs quàm ſi res à collega ſeruari non poſsit? Sed placuit fideiuſſoris exemplo priorem conueniendum, qui nominauit: quoniam collega quidem negligentiæ ac pœnæ cauſa, qui uerò nominauit fidei ratione conueniatur. Et ei contra collegam nominati utilem actionẽ dari non oportet. *Concordat l. 13. in princip. ibi: Mox peractis. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 4. except. 1.* *Item concordat l. 2. in fine. C. quo quiſq; ordine, cuius uerba uide ſ. reg. 4. except. 3.* *Item concordat l. 3. C. eod. tit. his uerbis:* Si ita duumuiri creati eſtis hoc expreſſo, ut mutuò periculo teneamini, in dubium non uenit uicarijs damnis uos eſſe obſtrictos: cum in magiſtratibus prius nominatores conueniendos eſſe, hoc quod in perſona ueſtra cuſtodiri deſideratis, conſtitutum ſit. *Concordat item l. 4. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. regula 3.* *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi pro indiuiſo duobus munus ſit iniunctum;*

non separatis portionibus: hæc enim casu collega ante nominatorem est conueniendus. quæ replicatio approbatur l. 2. in prin. C. quo quisq; ordine. cuius uerba uide s̄. reg. 4. except. 3. Hanc uidetur concordare l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide paulo sup. Quarta propositæ regulæ excep. hæc est: Nisi collega qui ex facto collegæ conuenitur, nihil gesserit, nec consenserit se creari, & in patris fuerit potestate, cum illi munus iniungeretur. Hæc exceptio reprobatur l. 21. in prin. ff. ad municipalem, his uerbis: Lucius Tirius cum esser in patris porestate, à magistratibus iuter cæteros frumento comparando inuito patre curatot constitutus est: cui rei Lucius Tirius neq; consensit, neq; pecuniam accepit, neque in eam rem cauit, aut se comparationibus cum cęteris miscuit, & post mortem patris in reliqua collegarũ interpellari cœpit: quæritur, an ex ea causa teneri possit? Paulus respondit, eum qui iniunctum munus à magistratibus suscipere supersedit, posse conueniri eo nomine propter damnum rei publicæ: quamuis eo tempore quo creatus est, in aliena fuerit potestare. *Quinta exceptio est: Nisi collegæ inuicem partiti fuerint operas, & inter eos cõuenerit, ne alter alterius factum præstet. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. ius reipub. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent. his uerbis:* Ius reipublicæ pacto mutari non potest, quo minus magistratus collegæ quoque nomine conueniatur in his speciebus, in quibus id fieri iure permissum est. *Concordat l. 3. in principio. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. except. 2. Hactenus de Collegis.*

VII. *Regula. De eo qui in munus uel honorem succedit. hic factum sui antecessoris præstare non tenetur. quæ regula approbatur l. 23. C. de decurionibus, his uerbis:* Prouidendum est eorum nouitati decurionum, qui nuper nomen curijs addiderunt, ne præreritis debiris susceprorum onerentur: sed conuentis propter hęc debita his, qui ea præcedentibus delegationib: contraxerunt, nullã eos molestiam pro sarcina nominationis alienæ sustinere patiaris. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi successor probauerit nomen, quod fecit antecessor: tunc enim si postea id nomen non sit idoneum, successoris periculum est, non antecessoris. quæ excececeptio approbatur l. 36. §. Titius. ff. ad municipalem, his uerbis:* Titius pro pecunia publica, quam ipse credidir, pignus accepir pacto facto cũ debirore, ut non soluto debito sine ulla repromissione distrahatur pignus: succedentes gradu in locum Titij, nomen & pignus probauerunt usque ad Mæuium: ex uenditione pignoris propter remissionem à magistratu uendentibus factam, pro modo fundi demonstrato satis debito factum non est: quærebatur quis reipublicæ teneatur? Herennius Modestinus respondit, Titius cum successores eius nominis periculum agnouerint, eo nomine obstrictum non esse: sed nec post magistratus qui uendidisse proponuntur: cum uidelicet pluris uendiderint propter mensurę agri demonstrarionem, & hoc (quia pluris uendiderũt) restituere minore modo deprehenso iussi sunt. Eum igitur qui nouissimus nomen probauit; indemnitati reipubl. satisfacere debere, si nomen ad successorem idoneum transmisisse non doceatur. *Cõcordat l. 3. §. prædium. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin. his uerbis:* Prædium publicum in annos quinq; idonea cautione nõ exacta curator reipublicæ locauit: cęteris annis colonus si reliqua traxerit, & de fructibus prędij mercedes adseruari non potuerunt, successor eius qui locauit tenebitur. Idem in uectigalibus non ita pridem constitutum est, ut sui temporis singuli periculum præstarent. *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi non respublica, sed is qui cum antecessore tanquam cum publica persona contraxit, agat. huic enim aduersus successorem etiam tanquam publicam personam competit actio. quæ except. approbatur l. 34. §. fin. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s̄. Lib. prox. cap. 9. membr. 3. quæstione 4.*

VIII. *Reg. De uxore nominati, proponitur l. 11. C. de decur. his uerbis:* Vxorem pro mariro decurione cõueniri non posse, proculdubio est.

IX. *Regula. De fratre socio proponitur l. 7. C. de decurionib. his uerbis:* Licet in diuisa bona fratres habent, nihilominus tamen singuli suo nomine ciuilibus tenentur muneribus.

X. *Regula. De eo qui cum posset publico nomine agere, non egit, proponitur l. 1. in fine. C. de periculo nominatorum, cuius uerba uide s̄. regula 4. exceptione 9.*

XI. *Regula. De eo qui ei, ex cuius administratione competit actio, bonorum suorum administrationem mandauit, proponitur l. 60. §. fin. ff. Mandati. cuius uerba proponentur alibi. Hactenus erga aduersus quos ex mala administratione detur actio, sit dictum.*

III. QVID ET QVANTVM ueniat in hac actione?

I. *Regula. De usuris. Vsuræ non debentur hac actione. quæ regula approbatur l. 24. ff. ad municipalem, his uerbis:* Constitutionibus principum continetur, ut pecunię quæ ex detrimento soluitur; usuræ non præstentur: & ita Imperatores Seuerus & Antoninus Augusti rescripserunt, his uerbis: Humanum est reliquorum usuras neque ab ipso qui ex administratione honoris reliquatus est, neq; à fideiussore eius, & multo minus à magistratibus qui cautionem acceperint, exigi: cui

conse-

cōsequēs est, ut ne in futurū à forma obseruata discedatur. *Cōcordat l.21.§.Paulus.ff.eod.tt. his uerbis*: Paulus respondit, eos qui pro alijs non ex contractu, sed ex officio quod administrauerint conueniuntur, in damnum sortis substirui solere, non etiam in usuras. *Cōcordat item l. unica. C. de his qui ex officio quod administr. his uerbis*: Fœnoris reipublicæ quod nō tua culpa perditum esse apparuerit, sufficit sortis damnum, uon etiam usurarum eius sustinere. *Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi non ex culpa conueniatur, sed ex dolo: uel cuius pecuniā publicam penes se retinuerit, uel in suos usus conuerterit. Hæc exceptio approbatur Accursio interprete l.17.§.penult.ff.de usuris, hisce uerbis*: Eos qui ex administratione rerum ciuitatum cōueniuntur, usuris obnoxios esse satis notum est. Idem obseruarur in operum curatoribus, si pecunia apud eos remansit. Sed in ea quam redemproribus commiserūt, eriamsi negligenter dederint, usura eis remittitur. Hæc autem ita sunr, si nulla fraus arguitur: alioquin etiam usuræ adplicabuntur. *Concordat l.ult.in prin.ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin. his uerbis*: Imperator Antoninus & Verus rescripserunt, pecuniæ quæ apud curarores remansit, usuras exigendas: eius uerò quæ à redemptoribus operum exigi nō porest, sortis duntaxar periculum ad curatores pertinere. *Concordat d.l.ult. §. fin. his uerbis*: Imperaror Verus & Antoninus rescripserūt, eum qui pecuniam publicam magistratus sui tempore, & pòst non pauco rempore detinuerat, usuras etiam præstare debere: nisi quid allegare possit, qua de causa tardiùs intulerit.

II. Regula. *Curatores si in bonis distrahendis negligenter se gesserint, in simplum: si per fraudem, in duplum tenentur. quæ regula approbatur d.l. ult. §. item rescripserunt curatores. cuius uerba uide s̄. quæstione prox. reg.3 except.2.*

III. Regula. *Pater filij nomine in solidum tenetur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt suprà quæstione prox. reg.1.*

IIII. EVENTVS ACTIOnis propositæ.

Condemnato nomine sui collegæ, actio aduersus collegam, eiusq; hæredes est præstanda. quæ regula approbatur l.2.§. actio.ff. de administr.rer.ad ciuit.pertin. his uerbis: Actio quæ propterea in collegam decerni solet, ei qui pro alrero dependit, ex æquitate competit: & quod depensum pro collega in magistratu probabirur, solui, & ab hæredibus eius præses prouinciæ iubebit. *Ait Iurisconsultus*: Quæ propterea in collegam decerni solet. *ad hæc plenè intelligenda uide uerba legis præcedētis proposita s̄. quæst. 2. reg. 6. except.5. Planè nominator eius nomine quē nominauit condemnatus, actionem aduersus eius collegā non habet: quod exceptionis loco notandum. quæ exceptio approbatur l.12.ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄. d. reg. 6. except.3. in prin.*

DE CVRSV PVBLICO. Cap. VIII.

HActenus de Muneribus & honoribus in genere actum est: sequūtur nunc muneris duæ species, una cursus publici, altera nauiculariorum.

I. AD CVIVS CVRAM ET officium pertineat munus cursus publici.

Ad agentes in rebus pertinet. quæ regula approbatur l.2.C.de curiosis & stationar. cuius uerba uide s̄. Lib. 2.cap.19.membr.12. reg.13. Concordat l.4.C. eo. tt. cuius uerba uide d.membr.12.reg.14.

II. QVIBVS EXHIBITIO cursus publici est committenda.

Definitur hæc quæstio l.14..C. de cursu publico, his uerbis: Publici cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem uel curialibus, uel cohorralibus debet committi, uel his qui suo periculo ab eminentissima præfectura sub compententi cautela excipiunt. *Huc etiam uidetur pertinere l. 22.§. fin. C. eod.tt. cuius uerba uide J. quæst. 5. item J. quæst. 8. reg. 3.*

III. QVI TENEANTVR AD onus cursus publici.

Omnes sine discrimine. quæ regula approbatur l.21. C. de cursu publico. cuius uerba cum alijs similibus uide s̄. eod. Lib. cap. 5. except.17.

IIII. AD QVID PRAESTANdum teneantur.

Ad pabula & pecuniam, non ad ipsos equos, nec parauer edos. quæ regula approbatur l.19.C. de cursu publico, his uerbis: Comperimus prouinciales & pabula & pecuniam pro cursu equorum censualium solenni ratione conferre, & extrinsecus etiam parauer edorum onere prægrauari. Prouinciarum igitur rectores procurent, ne unquam cursus publicus ueniat in querelam, & occasio deceptionis curiales, uel prouinciales animalia indebita præstare compellat.

V. DE VSV CVRSVS PVBLICI, in quibusdam locis tollendo.

Proponitur l.22. C. de cursu publico, his uerbis: Cursum ambularem ab omni Orientali tractu, nec non ab his ciuitatibus aliarum regionum, quarum instructio rui culminis meminir, tolli ampurarique decernimus: ita tñ ur in transiru fortissimorū militū (quando nostra serenitas disposuerit, ex alijs ad alia eos loca deduci, euectionesq; animali-

um ſecundnm conſuetudinem à noſtra fuerint ſerenitate conſecuti) & in armorum tam conuectione, quàm translatione ſerua ta conſuetudine, in profectione quinetiam legatorum, animalium dominis, qui ea ſolent accepta mercede locare, prębenda pen ſio arcæ, tui culminis imputetur: tractatorias uidelicet animalium ſuper memoratis cauſis nulli alij iudici cuiuſcunq; ſit dignitatis, niſi tuo tantummodo culmini faciendi licentiam patère decernimus.

VI. DE PERSONIS CURſus publici.

I. *Regula. De mulione euectioni deputato, non ſubtrahendo, proponitur l. 17. C. de curſu publico, bis uerbis*: Nemo mulionem mutationibus deputatum, uel per ſollicitationem uel receptioné ſubtrahere audeat, decem libras argenti pœnę nomine inſerre reformidans.

II. *Regula. De ſtabularijs, & equorum curatoribus à ueredarijs non ſpoliandis, proponitur l. 13. C. eod. tt. bis uerbis*: Non patimur hippocomos per eos qui ueredis utentur, indigna ſpoliatione uexari. Siquidem nonnulli ueredarij ſaga eorum dicuntur auferre uel pręcidere. Quocirca per omnes iudices & curioſos miſerabilis remoueatur iniuria: ſcientibus cunctis, ut ſi obſeruata non fuerit noſtra ſanctio, non ſolum damna reſarcire, uerumetiam notam & mulctam qui neglexerit, ſubire cogetur.

VII. DE EQUIS ET REbus curſus publici.

I. *Regula. De equis curſus publici flagello tantum agitandis, proponitur l. 1. C. de curſu publico bis uerbis*: Equos qui publico curſui deputati ſunt, non lignis uel fuſtibus, ſed flagellis tantum modo agitari decernimus: pœna non deſutura contra eum qui aliter fecerit.

II. *Regula. De equis ad alios uſus non uſurpandis, proponitur l. 2. in prin. C. de curſu publico, bis uerbis*: Præſidibus & rationalibus, cæteriſq; quibus propterea reſpublica & annonas & alimenta pecoribus ſubminiſtrat, uſurpandi parauerędi licentia derogetur, &c. *Concordat l. 10. C. eod. tt. bis uerbis*: Grauiſsimæ pœnæ acerbitate propoſita, euectionum cōtractus: animalium quoque publicorum merces, & ementis & diſtrahentis coercitione prohibemus. *Vide inſuper J. quæſtione prox. regula 1.*

III. *Regula. De ſtabulis equorum, proponitur l. 7. C. d. tt. bis uerbis*: In omnibus prouincijs ueredorum quarta pars reparetur. Stabula autem ut impenſis publicis extruantur, contra rationem eſt, cum prouincialium ſumptu, in quorū locis ſtabula cōſtituta ſunt, citius arbitremur apparāda: & utilius ſit tam publico quàm his, quos ſtercus animalium pro ſuo ſolatio habere concedimus.

IIII. *Regula. De pabulis equorum, proponitur l. 18. C. d. tt. bis uerbis*: Animalia publica dum lō ge maiore ac per iniquo precio pabula æſtimantur, per mācipes atq; apparitores apertè uexātur. Ne id cōtingat, ſublimitas tua diſponat, ut nec pabula mutationibus deſint, nec prouinciales ultra quam iuſticiæ ſinit rario, prægrauentur.

V. *Regula. De ornatu equeſtri, ſella, frenis & auerta, proponitur l. 12. C. de curſu publico, bis uerbis*: Quoniam ueredorum quoq; cura pari ratione tractanda eſt. Sexaginta libros ſella cū frenis ſexaginta itidem auerta nō tranſeat: ea conditione, ut ſi quis præſcripta moderaminis imperatorij libramenta tranſcenderit, eius ſella in fruſta cædatur, auerta uerò fiſci iuribus deputetur: exceptis aurigarijs quæ neceſſarium eſt ab hippocomis in ſolitis ſacculis reportari.

VI. *Regula. De curribus reparandis, proponitur l. 7. in prin. C. de curſu publico. cuius uerba uide ā. reg. 3.*

VIII. QUIBUS COMPETAT ius utendi publici curſus.

I. *Regula. Proponitur l. 2. C. de curſu publico, bis uerbis*: Pręſidibus & rationalibus, cæteriſq; quibus propterea reſpublica & annonas & alimenta pecoribus ſubminiſtrat, uſurpandi parauerędi licentia derogetur. Sed nec per aliam uiam eundi quiſquam habeat facultatem, niſi per quam curſus publicus ſtare dignoſcitur: excepta uidelicet tua ſublimiſsima ſede, cui curſus publicus, & proficiſcendi per eum licentia, & ubi ratio exegerit, præſto eſt.

II. *Regula. De Senatu, proponitur l. 6. C. eod. tt. bis uerbis*: Euectionum copiam ſenatui, cum proficiſcendi ad nos neceſsitas fuerit, ſerenitas noſtra largita eſt: ita tamen ut cum à nobis euocatur, aut à clementiæ noſtræ uenetatione diſcedit. Si quis ergo poſthac cō tra uetitum ſibi curſum publicum illicita temeritate pręſumpſerit, motum in ſe noſtrę manſuetudinis excitabit.

III. *Regula. De eo cui iudex concesserit, proponitur l. 9. C. eod. tt. bis uerbis*: Iudicibus faciendę euectionis copiam denegamus: cum id tantum noſtro numini & tuæ ſedi, nec non uiro illuſtri magiſtro officiorum ſit reſeruandum: cum neq; pręfecto urbi, nec magiſtris militum, nec ducib. nec uicarijs, nec cuiquā alij pręter memoratas duas poteſtates à nobis hoc cōceſſum ſit. His enim tātū ambulādi facultaté iudices ex ſuo arbitrio ꝓbituri ſunt, quos in trāſmiſsioné publicarū functionū perſecutores uiderint cōſtitutos: ſciturí ſi definitioné noſtram exceſſerint, ſe quidem

dem uiginti quinq; auri libris, officia uerò quinquaginta esse mulctandos. *Cõcordat l.2. C. de cohortalibus. cuius uerba uide s̄. Libro 2. cap. 18. de apparitor. quæst.3.reg.1.in fine.*

IIII.Regula. *De priuatis, proponitur l.11.C.de cursu publico, his uerbis*: Nullus euectione utatur priuatus, tametsi ualuerit impetrare. *Concordat l.10. C. eod.tt.cuius uerba uide s̄. quæst. prox. reg.2. Concordant item ea quæ proposita sunt s̄. in regulis præcedentibus.*

V. Regula. *De legatis gentium, proponitur l.16.C. de cursu publico, his uerbis*: His tantummodo utendi cursus publici facultas cõcessa est, qui legati de diuersis gentibus ad nostram clementiam properare festinant. *Concordat l.6. C.eod,tt.cuius uerba uide s̄.reg.2.*

VI.Regula. *De ducibus, cohortalibus, apparitorib. proponitur l.20.C.d.tt. his uerbis*: Nemo ducum ingressus semel prouinciam suam, postmodum in itineribus faciendis cursu atq; angarijs ipse, siue suum utatur officiũ: sed expeditionem militarem iumentis proprijs exequatur. De cohortalibus etiam officijs eadem lege sancimus, ne quis ex his prouinciá suam discurrens, ueredo uti conetur in posterũ, eum sacra prohibitum sanctione cognoscant. Quòd si quis ducum, uel apparitorum; uel cohortaliũ officiorum temerario animo, quæ decernimus contemnenda putauerit, per singula animalia quibus usus fuerit singularum librarum auri illatione mulctabitur. *Concordat l.9.C.eod.tt. cuius uerba uide s̄.reg.3.*

IX. ANTECEDENTIA CVRsum publicum.

De serie euectionis inspiciendo, à iudice cognoscẽdo, proponitur l.3.C.de cursu publ.his uerbis: Euectiones ab omnib. postulentur, & tam iudices q̄ custodes publici cursus minimè transire patiantur, antequam seriẽ euectionis aspexerint. Quòd si quis putauerit resistendũ, & sine euectione iter facere detegetur, uel ultra tempus quod euectioni insertum est, publico cursu uti conatus sit, ubi repertus fuerit, ibidem iubemus retineri: & siquidẽ dignitate præditus sit, de eius nomine ad prouidentiam tuam, & ad illustrem uirum comitem & magistrum officiorum referri: aduersus cæteros uerò protinus indignatio competens exercenda est, quos sinceritas tua ꝓ loco graduq; militiæ ibidem coerceri posse crediderit. *Ait Imp.* Euectiones ab omnibus postulentur. *Euectionem in hac lege uocat Imperator literas, in quibus, an & quatenus cuiq; cursus publicus sit permittendus, continetur. In ea significatione accipitur etiam l.23.C.eod.tt.cuius uerba uide s̄. quæst.prox.*

X. QVOT VTENDVM CVRribus & equis à singulis.

Huius loci regula proponitur l.4.C.de cursu publico, his uerbis: Parhippum eum uideri & habendum esse, qui usurpato uno uel duobus ueredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiumúe extra ordinem cõmoueat. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen uocari, utrum agẽs in rebus suo itineri, anne mulionis subiugando modo euectionis datæ formæ licentiam non excedat. *Huc pertinere uidetur l. 15. C. eod. tt. his uerbis*: Si quis uel pro una mutatione ueredum superducendum esse crediderit: quadruplum supraductorum animalium precium fisci iuribus inferat. *Huc item pertinet l.ult.C.eod.tt.his uerbis*: Iubemus nemini licere cuiuscunq; scholæ, uel officij, uel militiæ seu conditionis per totius Orientalis tractus partes ob quamcunq; causam proficiscenti, seu redeunti supra unum ueredum, unumq; parauéredum, cum euectione tamen iudiciali moueri: nisi specialis ei præstita sit nostræ serenitatis quantitatem animalium continens euectio. Exceptis proculdubiò his qui pecunias publicas deuehunt: cum in hac parte sine nostra quoq; speciali authoritate tanta conuenit animalia moueri, quanta transuehendæ pecuniæ summa, & eius tuitio deposcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore uiolauerint, seu uiolare concesserint.

XI. DE VIA CVRsus publici.

Si quis per aliud iter usus fuerit cursu publico, proponitur l.5.C.de cursu publ. his uerbis: Si quis per publicum cursum iter faciens, cuiuscũq; dignitatis uel militiæ ab itinere recto diuerterit, pœna in eum competens proferatur.

XII. *De denis curribus singulis diebus ex utraque parte dimittendis, proponitur l. 8. C. d. tt. his uerbis*: Vt agendi itineris possit esse moderatio deni ueredi, per dies singulos ex utraque parte dimittantur: pœna quinq; librarum auri minimè defutura contra eos qui statuta nostra neglexerint.

XIII. *Euentus, si quis formam ac tempus euectionis non obseruauerit, proponitur l.3.C.d. tt. cuius uerba uide s̄. quæst.9. Hactenus de Cursu publico.*

DE MVNERE NAuiculario. Cap. IX.

P*Rædia nauiculariorum huic muneri sunt obnoxia. Et si fuerint alienata, cum suo onere ad emptorem uel alium successorem transeunt. quæ regula approbatur l.2.C.de præd. & omnib.reb. nauicul. his uerbis*: In his quę nauicularij uendũt (quoniá intercipere contractum emendi uendẽdiq;

fas prohibet) emptor nauicularij functionem pro modo portionis comparatæ subeat: res enim oneri addicta est, non personæ mercatoris. Neque nauicularium iubemus fieri eum qui aliquid comparauit, sed eam partem, quæ empta est, pro suo modo ac ratione esse munificam. Nec enim totum patrimonium ad nauiculariam functionem occupandum erit, quod habuerit, qui rei exiguæ mercator accessit: sed illa portio, quæ ab initio nauicularij fuit, ad pensionem huiusmodi functionis sola tenenda est, residuo patrimonio, quod ab hoc uinculo liberũ est, ocioso & immuni seruãdo. Domus uerò quarum cultu decus urbiũ potius quàm fructus adquiritur, ubi à nauicularijs ueneunt, pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habeant emolumentum, cum pecunia mutuaretur. Vbi uerò spacium loci & exiguitas nullam habuit pensionem, aut extructio, cuius est ardua difficilisque emolitio, sit decus sumptuosum, aut (ut est plerunque) liberale institutum, qui habitationem suam ornamento urbis adiecerit: nolumus munificentiam, quæ postea addita est, improba licitatione æstimationis accipere: sed uetusta potius loci species & pensio cogitetur, quàm cultus hodiemus, qui per industriam hominis animosi accessit. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: *Nisi domus nauicularij empta sit.* *Hæc exceptio reprobatur, certo tamen modo, uerbis iam propositis hisce:* Domus uerò quarum cultu, &c. *Secunda exceptio est: Nisi Imperator rem nauiculariam emerit. Hæc exceptio reprobatur l.2.C. eod. tt. his uerbis:* Domum etiam mansuetudinis nostræ, in his quę nauiculario nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitum functionem. *Tertia exceptio est: Nisi inter uenditorem & emptorem conuenerit, ut uenditor onus in se recipiat. Et hæc exceptio reprobatur l.3.C. eod. tt. his uerbis:* Hi qui fundos nauiculariæ functioni adscriptos à nauicularijs acceperunt, quolibet ad se titulo transeuntes secundum agri opinionem, quæ antiquitus habebatur adscripta, nauiculariam functionem suscipere cogantur: neque eas conditiones sibi existiment profuturas, quas uenditor minus idoneus, in se recepit imponentis arbitrio. Hac tamen pactione seruata, ut si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transcripti prædij teneantur obnoxij: sitque hoc in promptu, ut damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur. *Reliqua de munere nauiculario uide s. Lib. 11. cap. sexto.*

Hactenus igitur de Muneribus & honoribus, nec non de uniuerso Iure publico sit dictum.

PRIMAE DIGESTORVM PARTIS de Iure publico FINIS.

ERRATA INTER EXCVDENDVM INCVRIA operarum commissa, sic emendabis.

Pag.11. uers.ult. lege Nam 12.33. exprimitur 22.26. & si 27.50. uerùm 29.59. quæst. ibid. Cõcordat 41. 20. si ne 49.58. terminatam rescripto 81.40. Alia 97.50. insculptam & 55. sollicitudinem 99.9. ab 107. 45. alter 112.44. prætorio 122.46. in criminali 124.12. meliori 126.37. iniussu 140.38. in firmitate & 55. adsociati 151.54. intelligant 154.33. incendia 163.39. eis 169.15. cõmittatur 174.49. adnotationẽ 182.1. liberũ 208.8. libertũ & 9. accusarit 212.34. in fide 226.15. differentia 271.53. quia dup. 278.13. modum 294.16. replicatio 297.23. queis 298.37. iudicum 301.4. adfines & 11. ex & 37. reducendus & 40. sufficientiũ 302.19. nunquam 308.25. descendentes 312.59. tertium 314.20. corrasas 316.11. fiunt 334.38. medij 337. 2. inconsultis 353.34. legis 365.24. cuius eorum, an 371.1. inauditum 386.52. adulterium 387.20. causa 391.10. releuabit 393.33. sit nupta 401.21. accusationem 408.33. proposita. 426.23. falsas 432.49. uera essent, 438.36. pernegando 445.1. noscitur 446.10. causæ 452.39. adstrictus 466.24. recognoscere 473. 57. uniuersam 474.18. importunitates & 29. priuilegio 475.45 continetur 476.54. apocrisiarij 425.32. adsimulauerit 490.37. pro alijs 503.51. Cuncta. 513.46. tamen 526.48. indicatum solui 527.34. cogendus 534.59. re moueatur 536.21. Hæc 544.1. manumiserunt & 33. ut manu. 546.19. sit datus & 48. edictum 550.5. utcunq; & 12. actore & 18. recepta re 556.17. amiserit 569.7. postulanti & 18. ad sequentia 615.48. ueram 616.34. pecuniaria & 36. cautione 641.14. iudici & 55. quantitatum & 58. argumentis 648.58. pro scribente 650.41. licitam 679.50. reliquum 688.26. contra 714.20. uel non negauit & 19. dolo fecit 716.5. hoc 754.37. præfectorij 775.8. superatus & 27. publicarum 785.51. assertionibus 790.19. me 817. 21. appellatum 828.58. faciendam 869.59. latitauit debitor 879.53. fides 888.12. modò 892.56. potiores creditores 909.22. iam dictas & 53. arbiter 918.14. arbitrium 948.24. interpellando 959.52. dictam 971.40. reprehensionem 1004.35. imponi 1014.29. permissu 1111.46. splendidioris 1119.51. fisco 1122. 41. libertus 1146.59. sub se urbibus 1195.26. permissu 1199.23. peruigili 1294.52. statua 1315.32. gestis.

INDEX LEGVM, QVAE IN HAC PRIMA PARTE DIGESTORVM continentur.

LIBRI PRIMI PANDECTARVM.

Tit. X I. de Officio præfecti prætorio.

L. Vnica, in prin. lib. 2. cap. 10. reg. 1.
§ His cunabulis lib. 8. cap. 1. quæst. 2. except. 2.
§ fin. De hoc in integrum restitutionib.

Tit. X I I. de Officio præfecti urbi.

L. I in prin. lib. 2. cap. 11. quæst. 2. reg. 1.
§ Seruos. d. quæst. 2. reg. 2.
§ Sed & patronos. d. quæst. 2. reg. 4.
§ Relegandi. d. cap. 11. quæst. 4. reg. 1.
§ Initio. usq; ad §. Si quis seruũ. d. cap. 11. quæst. 2. reg. 1.
§ Si quis seruum. d. quæst. 2. reg. 3.
§ Sed & ex. d. quæst. 2. reg. 6.
§ Solent. d. quæst. 2. reg. 5.
§ Quod autem dictum. d. quæst. 2. reg. 2. item lib. 3. cap. 1. quæst. 5. except. 12. in prin.
§ Præterea. d. quæst. 2. reg. 7.
§ Cum patronus. d. quæst. 2. reg. 4.
§ Cura. d. quæst. 2. reg. 9.
§ Quies quoq;. d. quæst. 2. reg. 10.
§ Et urbe. lib. 2. cap. 11. quæst. 4. reg. 2.
ibi, & si quem. lib. 3. cap. 4. de interdict. alicuius loci. quæst. 2.
§ fin. lib. 2. cap. 11. quæst. 2. reg. 11.
L. I I. d. quæst. 2. reg. 8.
L. I I I. d. quæst. 1. reg. 1. except. 3.

Tit. X I I I. de Officio quæstoris.

L. Vnica.

In prin. lib. 2. cap. 12. quæst. 1.
ibi, & à genere. d. cap. 12. quæst. 2.
§ Ex quæstorib. d. cap. 12. quæst. 7. reg. 1.
§ Hodie. d. cap. 12. quæst. 4.
§ fin. d. cap. 12. quæst. 3.

Tit. X I I I I. de Officio prætoris.

L. I. de hac in loco Manumißionum.
L. I I. de hac in loco Adoptionũ & emancipationũ.
L. I I I. lib. 1. cap. 7. except. 1. repl. 1. item lib. 8. cap. 3. except. 1. repl. 2.
L. I I I I. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. in fine.

Tit. X V. de Officio præfecti uigilum.

L. I. cum lege sequente. lib. 2. cap. 14. quæst. 1.
L. I I. in prin. ibidem.
§ Cognosciti. d. cap. 14. quæst. 4.
§ Sciendum est. d. cap. 14. quæst. 3.
§ fin. d. cap. 14. quæst. 4.
L. I I I I. d. quæst. 4. except. 2.

Tit. X V I. de Officio proconsulis & legati.

L. I. lib. 2. cap. 15. reg. 1. except. 2.
L. I I. in prin. d. except. 2.
§ fin. cum lege sequente. d. cap. 15. de legato. reg. 3.
L. I I I. in prin. d. cap. 15. reg. 7.
§ 1. ibid. reg. 8.
§ Proficisci. ibid. reg. 9.
§ Antequam. ibid. reg. 4.
§ Rectè autem. d. reg. 4.
§ Ingressus. ibid. reg. 5.
§ Post hæc. ibid. reg. 2.
ibi, nec enim prius. ibid. reg. 1. except. 2.
L. V. lib. 2. cap. 15. reg. 2. except. 1.
L. V I. in prin. d. reg. 2. except. 2. item. d. cap. 15. de legat. o reg. 6. item lib. 7. cap. 10. quæst. 4. except. 1.
§ Sicut. lib. 2. cap. 15. reg. 3.
§ Legatos. d. cap. 15. reg. 11.
§ Non uerò, usq; ad finem legis. lib. 2. cap. 2. reg. 5. except. 1. item. cap. 13. reg. 10.

L. V I I.

In prin. lib. 2. cap. 15. reg. 6.
§ Aedes. ibid. reg. 19.
§ fin. cum lege sequente. d. cap. 15. reg. 2.

L. I X.

In prin. d. reg. 2.
§ Sanè si. d. reg. 2. except. 1.
§ Vbi decretum. lib. 2. cap. 4. quæst. ult. Item cap. 15. reg. 17.
§ Circa aduocatos. d. cap. 15. reg. 14.
§ De plano. d. cap. 15. reg. 18.
§ Obseruare. d. cap. 15. reg. 13.
§ Aduocatos. d. cap. 15. reg. 15. item lib. 5. cap. 5. membr. 4.
§ Sed & si quis. ibidem.
§ Ceterùm. d. cap. 15. reg. 16.
§ fin. ibid. reg. 20.
L. X. in prin. lib. 2. cap. 2. reg. 14. & cap. 15. reg. 21.
§ fin. lib. 2. cap. 15. reg. 22.
L. X I. lib. 2. cap. 4. quæst. 3. reg. 3. except. 1. item lib. 7. cap. 10. quæst. 4. in fine.
L. X I I. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 2. repl. 2.
L. X I I I. lib. 2. cap. 15. de legato. reg. 1.
L. X I I I I. lib. 2. cap. 15. reg. 11.
L. X V. d. cap. 15. de legato. reg. 5.
L. X V I. lib. 2. cap. 15. reg. 23.

Tit. X V I I. de Officio præfecti Augustalis.

L. Vnica. lib. 2. cap. 2. reg. 14.

Tit. X V I I I. de Officio præsidis.

L. I. lib. 2. cap. 16. in prin.
L. I I. de hoc in loco Adoptionum, emancipationum & manumiß.
L. I I I. lib. 2. cap. 16. membr. 2. quæst. 2. reg. 1.
ibi. nam & in. ibid. quæst. 3 reg. 1.
L. I I I I. d. quæst. 3.
L. V. lib. 2. cap. 4. quæst. 2 in fine.
L. V I. in prin. de his de eo Quod metus causa dicetur.
§ 1. lib. 2. cap. 16. membr. 3 reg. 8.
§ Veritas. lib. 7. cap. 3. quæst. 5. except. 12. & except. 13.
§ Ne potentiores. lib. 2. cap. 16. membr. 3 reg. 8.
§ Illicita. ibid. reg. 9.
§ Nec licita. ibid. reg. 10.
§ Et ne tenuis. ibid. reg. 11.
§ Ne quid. d. reg. 11.
§ Sicuti. lib. 4. cap. 4. quæst. 1. except. 1.
§ Qui uniuersas. lib. 2. cap. 16. membr. 2 quæst. 3.
§ Præses. lib. 3. cap. 12. quæst. 1. except. 3 in fine. item except. 9.

§ fin.

§ fin. ibidem.
L. VII. lib. 12. cap. 11. reg. 6.
L. VIII. cum lege sequente, lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 2. repl. 4.
L. X. cum lege sequente, lib. 2. cap. 16. membr. 2. quæst. 1.
L. XI. ibidem. item membr. 3. reg. 3.
L. XIII. in prin. d. membr. 3. reg. 1.
§ Furiosi. de hoc in loco Curatorum furiosi.
§ Sanè excutiendum. lib. 4. cap. 5. quæst. 1. except. 4.

L. XIIII.

In prin. d. except. 4.
§ Si uero. d. except. 4. repl. 2.
§ Cum autem. d. except. 4. repl. 3.
L. XV. lib. 2. cap. 16. membr. 3. reg. 12.
L. XVI. Comment. Actionum cap. 7. in fine. causa 1.
§ fin. lib. 5. cap. 9. membr. 2 de Sequestr. quæst. 1. except. 1.
L. XVII. de hoc in loco Manumiß. & tutorum.
L. XVIII. lib. 2. cap. 2. reg. 5. in prin.
ibi, nisi esculentum. d. reg. 5. except. 4.
L. XIX. lib. 2. cap. 16. membr. 3. reg. 2.
L. XX. d. cap. 16. membr. 2. quæst. 4. causa 2.
L. XXI. de hoc in actione Serui corrupti.

Tit. XIX. de Officio procuratoris Cæsaris.

L. I. in prim. lib. 11. cap. 1. de procurat. Cæsaris. reg. 1.
§ Si rem. d. reg. 1. except. 2.
§ deniq; si. d. reg. 1 except. 3.

§ Est hoc præcipuum. d. reg. 1. in prin.
L. II. d. reg. 1. except. 1.
L. III. in prin. lib. 11. cap. 1. de procurat. Cæsaris. reg. 2.
§ Si tamen. ibid. reg. 3.
§ Sed deinde. ibid. reg. 4.

Tit. XX. de Officio iuridici.

L. I. cum lege sequente, lib. 2. cap. 17. de iuridico Alexandriæ.

Tit. XXI. de Officio eius cui mandata est iurisd.

L. I. in prin. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 9. item quæst. 3. reg. 1. except. 1.
§ Qui mandatam. quæst. 3. reg. 1.
ibi, Verius est enim. d. quæst. 3. reg. 3.
§ fin. ibidem.
L. II. lib. 2. cap. 4. quæst. 3. reg. 4.
ibi, causa cognita. d. cap. 4. quæst. 1.
L. III. lib. 2. cap. 4. quæst. 3. reg. 1.
L. IIII. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 10. item quæst. 3. reg. 7.
L. V. in prin. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 2.
§ Mandata. d. cap. 4. quæst. 3. reg. 3.
ibi, quia iurisd. d. quæst. 3. reg. 2.

Tit. XXII. de Officio adsessoris.

L. I. lib. 5. cap. 3. quæst. 2. reg. 1.
L. II. lib. 5. cap. 3. quæst. 1. reg. 1. & reg. 2.
L. III. ibid. reg. 3. except. 2.
L. IIII. lib. 2. cap. 18. quæst. 6.
L. V. lib. 5. cap. 3. quæst. 2. reg. 4.
L. VI. lib. 5. cap. 3. quæst. 1. reg. 3. except. 3.

LIBRI SECVNDI PANDECTARVM

Tit. I. de Iurisdictione.

L. I. lib. 2. cap. 4. quæst. 1.
L. II. d. cap. 4. quæst. 3 reg. 2
L. III. d. cap. 4. quæst. 1.
L. IIII. ibidem.
L. V. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 2.
L. VI. in prin. d. except. 2.
ibi, Ideoq;. d. quæst. 2. except. 12.
L. VII. cum duab. ll. sequentib. proponetur in loco Actionum ex delictis descendentium, parte 6.
L. X. lib. 5. cap. 2. quæst. 1. exceptione 10. & exceptione 18.
L. XI. in prin. d. quæst. 3. except. 47. repl. 4.
§ Sed etsi mutuæ. d. except. 47. repl. 5.
§ Si uns. d. except. 47. repl. 3.
L. XII. lib. 3. cap 12. quæst. 1. except. 1.
L. XIII. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 4. & except. 5.
L. XIIII. lib. 5. cap. 2. quæst. 1. except. 22.
L. XV. lib. 5. cap. 2. quæst. 1. in fine. repl. 16. dupl. 3.
L. XVI. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. except. 2. repl. 3.
ibi, & is cui. d. cap. 4. quæst. 3. reg. 1.
L. XVII. lib. 2. cap. 4. quæst. 2. repl. 3.
L. XVIII. lib. 5. cap. 2. quæst. 1. in fine. repl. 16. dupl. 5.
L. XIX. in prin. ibidem. repl. 3.
§ fin. d. quæst. 1. except. 47. repl. 1.

L. XX. d. except. 47. in prin. item lib. 8. cap. 3. except. 1. & except. 13.

Tit. II. Quod quisq; iuris in alterum, &c.

L. I. in prin. lib. 8. cap. 2. membr. 5 quæst. 1.
§ 1. ibidem.
§ Hæc autem. d. quæst. 1. except. 2. item lib. 1. cap. 5. in fine.
L. II. d. quæst. 1. except. 1. item quæst. 3. reg. 1.
L. III. in prin. d. quæst. 1. except. 4.
§ 1. d. quæst. 1. except. 3.
§ Si procurator. cum sequentib. lib. 8. cap. 2. membr. 5. quæst. 3. reg. 2. & reg. 3.
§ Hæc pœna. d. membr. 5. quæst. 2.
§ Si is pro. d. membr. 5. quæst. 3. reg. 6.
§ Sed si tu mcidisti. ibid. reg. 6.
ibi, & ideo mandati. De hoc in Mandati actione, quæ datur fideiussoribus, dicetur.
§ Si filius. d. membr. 5. quæst. 3. reg. 4.
§ Quod autem. ibid. reg. 5.
§ Illud quoq;. d. membr. 5. quæst. 1. except. 7.
§ fin. d. quæst. 1. except. 6.
L. IIII. d. quæst. 1. except. 5.

Tituli III. Si quis ius dicendi, &c.

L. Vnica in principio. lib. 2. capite 4. quæstione 4. in prin
§ I. ibidem.

§ Si procurator.d.quæst.4.aduersus quos.reg.1.
§ Non solum.ibidem reg.2.
§ fin.d.quæst.4. Quid ueniat.
ibi, neq; in heredem.d.quæst.4. Aduersus quos.reg.3.

Tit. IIII. De in ius uocando.

L. I. lib.6.cap.1.quæst.2. (cum seq.
L. II. In comment. Actionum cap.7. in fine causa 1.
L. III. ibidem.
L. IIII. in prin. ibidem.
ibi, nec furiosus.lib.6.cap.1.quæst.4.reg.1.
§ Prætor ait.d.quæst.4.reg.5.cum sequentib.
§ Parentem.d.reg.5.except.1.& except.2.
§ Parentes.ibidem except.3.
ibi, nec tantum.ibid.except.4.
L. V.d.except.4.
L. VI.d.except.4.
L. VII.ibid.except.5. (6 & 7.
L. VIII.in prin.lib.6.cap.1. quæst.4. reg.5.exc.
ibi, tunc enim ibidem.except.9.
§ Sed naturalem. ibidem except.8.
§ Patronum.d.quæst.4.reg.6.in prin.
§ Sed si ad iusiur.d.reg.6.except.3.
§ fin.d.quæst.4.reg.7.except.1.
L. IX.d.reg.6.except.4.
L. X.in prin.d.reg.6.except.5.
§ Prostituta.d.reg.6.except.6.
§ Patronum.d.reg.6.except.7.& except.8.
ibi, Sed etsi ius.d.reg.6.except.9.
§ aliud est.d.reg.6.except.10.
§ Qui manumittitur.d.reg.6.except.11.
§ Liberos.ibidem reg.7.except.2.
§ Si per pœnam.d.reg.6.except.12.
§ Parentes.d.reg.7.except.3.
§ Si filius.d.reg.7.except.4.
§ Sed si filius.d.reg.7.except.5.
§ Liberos.ibid.except.6.
§ Si liberto.ibid.except.7.
§ Sin autem.ibi except.8.
§ Prætor ait.lib.6.cap.1.quæst.5.except.4.
§ Semper.d.cap.1.quæst.4.reg.6.except.13.
ibi, Sed si patroni.ibid.except.14.
L. XI.lib.6.cap.1.membr.5.quæst.1.except.1,2 et 3.
L. XII.d.membr.5.quæst.2.reg.1.
ibi, quinquaginta.ibid.quæst.4.
L. XIII.lib.6.cap.1.quæst.4.reg.4.
L. XIIII.d.cap.1.membr.5.except.7.
L. XV.ibid.except.8.
L. XVI.ibid.except.5.
L. XVII.lib.6.cap.9.quæst.5.in prin.& except.2.
L. XVIII.lib.6.cap.1.quæst.3.reg.1.item cap.2. quæst.6.reg.10.except.2.
L. XIX.d.reg.1.
ibi, certum est enim.lib.8.cap.8.quæst.1.causa 2.
L. XX.lib.6.cap.1.quæst.3.reg.2.
L. XXI.d.quæst.3.reg.1.except.1.in fine.item cap.2.quæst.6.reg.10.except.2.
L. XXII.in prin lib.6.cap.1.quæst.4.reg.2.
§ Qui in ius.lib.5.cap.1.quæst.4.causa 1.& lib.6.cap.9.quæst.5.except.16.item lib.8.cap.6.quæst.3.ex.4.
L. XXIII.lib.6.cap.1.quæst.4.reg.6.except.15.
L. XXIIII.lib.6.cap.1.membr.5.quæst.4.
ibi, quod neq; heredi.ibid.quæst.2.reg.2.
ibi, neq; in heredem.ibid.quæst.3.
ibi, nec ultra annum.ibid.quæst.5.
L. XXV.d.quæst.4.

Tit. V. In ius uocati ut eant,&c.

L. I. lib.6.cap.9.quæst.4.reg.1.
L. II.cum lege sequente.d.reg.1.
L. IIII.d.cap.9.quæst.5.except.1.repl.8.

Tit. VI. Si quis in ius uocatus non ierit, &c.

L. I.lib.6.cap.7.quæst.2.repl.8.
L. II.in prin.lib.6.cap.2.quæst.7.except.9.
§ Si quis in ius.d.c.2.quæst.6.reg.7.item quæst.7.ex.5.
§ Item si nihil.d.quæst.7.except.11.
ibi, quia dies.d.quæst.7.except.10.
L. III.lib.6.cap.9.in fine.quæst.4.reg.1.

Tit. VII. Ne quis eum qui in ius,&c.

L. I.in prin.lib.6.cap.3.act.2.quæst.1.
§ Deniq;.d.act.2.quæst.5.reg.2.
§ Ofilius.d.act.2.quæst.2.except.2.
L. II.in prin.d.except.2.
§ Eadem.ibid.except.3.
L. III.in prin.ibid.except.4.
§ Si quis.ibid.except.5.
§ Quod prætor.ibid.except.7.
L. IIII.in prin.lib.6.cap.3.act.2.quæst.2.caus.2.
§ Sed etsi.d.quæst.2.except.1.
§ Item si quis.d.quæst.2.except.6.
§ Prætor ait.d.act.2.quæst.4.reg.2.
ibi, nam & fine.d.act.2.quæst.2.except.7.
L. V.in prin.d.act.2.quæst.4.reg.2.except.2.
§ In eum.d.act.2.quæst.5.reg.1.& quæst.7.
ibi, etiamsi calum.d.act.2.quæst.2.except.6.
§ Docere.ibid.except.8.item lib.1.cap.4.in fine.
§ Hoc iudicium.d.act.2.quæst.4.reg.3.item quæst.7.
ibi, & nihilominus.d.act.2.quæst.8.
§ Hæredibus.d.act.2.quæst.3.
ibi, nec autem.ibid.quæst.4.reg.1.
ibi, nec post annum.ibid.quæst.6.
L. VI.ibid.quæst.8.

Tit. VIII. Qui satisdare cogantur, &c.

L. I.lib.6.cap.7.quæst.1.
L. II.in prin.lib.6.cap.7.quæst.4.in prin.item quæst.2.repl.8.& cap.9.quæst.4.reg.2.
§ Si quis.lib.6.cap.9.quæst.5.except.6.
§ Prætor ait.cum sequentib.d.cap.9.quæst.4.in prin.
§ fin. cum lege sequente.d.cap.9 in fine.item quæst.4 reg.1.
L. IIII.d.cap.9.quæst.5.except.20.
§ fin.d.except.20 repl.1.
L. V.in prin.d.except.20.repl.2.
§ Qui pro rei.lib.6 cap.7.quæst.7.reg.3.
L. VI.lib.6.cap.7.quæst.2.except.1.rep.2.item quæst.7.reg.2.except.1.& cap.10.quæst.4.ex.1.
L. VII.in prin.d.quæst.2.except.1.repl.8.
§ Si necessariis.lib.6.cap.7.quæst.5.
§ fin.lib.5.cap.9.membr.2.de sequestrat.quæst.1. except.1.

L. VIII.

§ Sed si Prætor. d. quæst. 2. except. 1. item lib. 8. cap. 3. except. 10. repl. 2. dupl. 4. item except. 43.
§ Sed excipiuntur. d. quæst. 2. except. 2.
§ Sanè quoties. d. except. 2. repl. 1.
L. II. d. quæst. 2. reg. 1. except. 4.
L. III. in prin. d. quæst. 2. except. 3.
§ Item si res. d. quæst. 2. except. 2.
§ Liberalia. ibid. except. 5.
§ fin. ibid. except. 6.
L. IIII. d. quæst. 2. in prin.
L. V. ibidem.
L. VI. d. quæst. 2. except. 1. item lib. 8. cap. 3. exc. 42.
L. VII. in prin. lib. 6. cap. 5. quæst. 4. except. 2.
§ fin. d. quæst. 4. except. 3.
L. VIII. De hac in titulo de Verb. signif. dicetur.
L. IX. lib. 5. cap. 1. quæst. 2. except. 7.
L. X. lib. 6. cap. 5. quæst. 4.
ibi, sed utrunq; d. cap. 5. quæst. 1.

Tit. XIII. de Edendo.

L. I. in prin. lib. 6. cap. 4. membr. 1. quæst. 1.
§ Edere. d. membr. 1. quæst. 2.
§ Eum quoq;. d. quæst. 2.
§ Editiones. d. membr. 1. quæst. 5. reg. 1.
§ Diem. d. reg. 1. except. 1.
§ Rationes. d. reg. 1. except. 2. itē membr. 2. q. 4. reg. 2.
§ Edenda. lib. 6. cap. 4. membr. 1. quæst. 4. reg. 1.
§ Edere. d. quæst. 4. reg. 7.
§ fin. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 8. except. 4.
L. II. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 4. reg. 9. item membr. 2. quæst. 8. except. 3.
L. III. d. membr. 1. quæst. 3. except. 4. item q. 4. reg. 6.
L. IIII. in prin. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 1. item quæst. 2. reg. 1. item quæst. 4. reg. 3.
§ Huius. d. quæst. 1.
§ Sed & filiusfam. d. membr. 2. quæst. 2. reg. 4.
§ Sed etsi seruus. d. quæst. 2. reg. 5. item d. cap. 4. in fine. quæst. 3. reg. 3.
§ Is etiam. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 8. except. 3.
§ Sed ibi quis. d. membr. 2. quæst. 5.
L. V. d. quæst. 5.
L. VI. in prin. d. quæst. 5.
§ Coguntur. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 2. reg. 6.
§ Quod si plures. cum sequentib. d. quæst. 2. reg. 9.
§ Exigitur. d. membr. 2. quæst. 3. reg. 1. except. 1.
§ Rationem. d. membr. 2. quæst. 1. item quæst. 4. reg. 1.
§ Ex hoc edicto. d. membr. 2. quæst. 3. reg. 1. except. 2. item quæst. 8. ibi. Quid ueniat.
§ Procuratori. d. except. 2. repl. 2.
§ Si initium. d. membr. 2. quæst. 4. reg. 3.
§ Edi autem lib. 6. cap. 4. membr. 1. quæst. 2.
§ Prætor ait. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 3. except. 5.
§ Prohibet. d. quæst. 3. except. 3. item quæst. 8. exc. 5.
§ An uerò. d. quæst. 3. except. 4.
§ Nam & ipsi. d. quæst. 3. except. 3. repl. 1.
§ fin. cum lege sequente. d. quæst. 3. except. 5.
L. VIII. in prin. lib. 6. cap. 4. membr. 2. q. 8. exc. 1.
§ Dolo. d. quæst. 8. except. 6.
§ Is autem. d. cap. 4. in fine. quæst. 1.
L. IX. in prin. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 2. reg. 7. item quæst. 1. except. 1. item d. cap. 4. in fine.
§ Nihil interest. d. quæst. 2. reg. 4. exc. 3. reg. 5. & reg. 6. except. 1.
§ Is autem. d. reg. 6. except. 3.
§ Sed nec hæres. d. reg. 6. except. 2.
ibi, quod si nihil. d. reg. 6. except. 3.
§ Nummularios. d. quæst. 2. reg. 2.
§ Cæterùm. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 3. reg. 1.
§ fin. d. reg. 1. except. 2. repl. 2.
L. X. in prin. lib. 6. cap. 4. membr. 2. quæst. 1. item quæst. 2. reg. 1. & quæst. 8. except. 2.
ibi, neq; alios ullos. d. quæst. 2. reg. 3.
§ Edi autem. d. membr. 2. quæst. 4. reg. 8.
§ Cum autem, usq; ad finem legis. d. cap. 4. in fine. q. 2.
L. XI. lib. 6. cap. 4. membr. 1. quæst. 5. reg. 2.
L. XII. lib. 12. cap. 7. membr. 3. reg. 1.
L. XIII. lib. 6. cap. 4. in fine. quæst. 2.

Tit. XIIII. de Pactis, habetur in Commentario primi Anni de Pactis.

Tit. XV. de Transactionib.

L. I. lib. 9. cap. 5. quæst. 1.
L. II. d. cap. 5. except. 10.
L. III. in prin. d. cap. 5. except. 1. in prin.
§ Cum transactio. d. cap. 5. except. 24.
§ Debitor. d. except. 1. in prin.
L. IIII. In comment. Liberationum cap. 11. exc. 10.
L. V. lib. 9. cap. 5. except. 17.
L. VI. d. cap. 5. except. 6. & except. 24.
L. VII. in prin. d. cap. 5. except. 15. repl. 1.
§ 1. d. except. 15. repl. 1.
§ fin. lib. 9. cap. 4. quæst. 2. reg. 3.
L. VIII. in prin. lib. 9. cap. 6. except. 1. in prin.
§ Eiusdem. d. except. 1. repl. 14.
§ Hæc oratio. cum sequentib. d. except. 1. repl. 2.
§ Siue igitur d. except. 1. repl. 10.
§ Si integra. ibid. repl. 11.
§ Sed etsi. ibid. repl. 6.
§ Eam transact. cum sequentib. ibid. repl. 4.
§ Nihil autem. ibid. repl. 16.
§ Vult igitur, cum sequentib. lib. 9. cap. 6. except. 5.
§ Qui transigit. d. cap. 6. quæst. 2. reg. 1.
§ De calciario. d. cap. 6. except. 1. repl. 14.
§ Si uni. d. except. 1. repl. 17.
§ Arbitratu. d. except. 1. rep. 15.
§ Si Prætor. d. cap. 6. except. 2.
§ Sed etsi. ibid. except. 3.
§ Sed nec mandare. d. cap. 6. except. 1. repl. 8.
§ Transactiones. d. except. 1. repl. 7.
§ Si cum. lib. 6. d. except. 1. repl. 18.
§ Si eidem. lib. 9. cap. 6. quæst. 2. reg. 3. except. 1.
§ Si quis de. d. reg. 3. except. 2.
§ Sanè si is. d. quæst. 2. reg. 2.
§ Si in singulos. d. quæst. 2. reg. 3. except. 1. repl. 3.
§ Cæterùm. ibidem repl. 13.
§ Si cui. ibidem repl. 12.
§ si tamen. usq; ad finem legis. ibidem repl. 5.
L. IX. in prin. lib. 9. cap. 5. except. 17.
§ 1. d. except. 17.
§ Qui per fallaciam. d. cap. 5. except. 4.

LIBRI TERTII PANDECTARVM

Tit. I. de Postulando,

Tit. II. de His qui notantur infamia.

Tit. III. de Procuratoribus & defensoribus.

Tit. I I I. Quod cuiusq; uniuersitatis nomine &c.

LIBRI QVARTI PANDECTARVM

Tit. V I I I. de Receptis arbitrijs.

LIBRI QVINTI

Tit. I. de Iudicijs, seu Vbi quis agere uel conueniri debeat.

PANDECTARVM

LIBRI VNDECIMI PANDECTARVM

Tit. de Interrogationib. in iure faciendis.

Tit. II. de Quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

LIBRI DVODECIMI PANDECTARVM

Tit. II. de Iureiurando.

L. I. lib.7. cap.6. quæst.1.reg.1.
ibi, uel ex author. iud.lib.7. cap.7. quæst.1.except.6. repl.4.
L. I I.lib.7.cap.6.quæst.1.reg.2.
L. I I I.in prin.lib.7.cap.7.quæst.1.except.4.
§ Quacunq;,usq; ad § fin.d.quæst.1.except.12.
ibi, quamuis uerè.d.quæst.1.except.17.
ibi, quia iusiurandum.d.q.1.exc.6.in prin. & exc. 19.
§ fin.lib.7.cap.6.quæst.5. in prin.
L. I I I I. ibidem.
L. V.in prin. ibidem.
§ Diuus.d.quæst.5.except.1.
§ Dato.lib.7. cap.7.quæst.1.except.7.
§ Sed si quis.lib.7.cap.6.quæst.3.except.1.item cap.7. quæst.1.except.15.
§ Si neq;.d.quæst.1.causa 3.
§ fin.ibidem & except.11.
L. V I.in prin.lib.7.cap.7.quæst.1.causa 2.
§ Quod si non.d.causa 2.except.1.item except.11.
L. V I I. cum lege sequente.lib.7.cap.7.quæst.1.in prin.item except.13.repl.9.
L. I X.in prin.ibidem.
ibi, aut si controuersia.d.quæst.1.except.1.
§ Iureiurando.lib. 7.cap.7. in prin.causa 1 & 2.
§ Si damnetur.d.cap.7.quæst.6.reg.1.
§ Si is qui.d.cap.7.quæst.1.except.13.repl.2.
§ Si minor.d. quæst.1. except.8.
§ Sed & si quis.d.quæst.1.except.9.
§ Præterea.ibidem.
§ Iusiurandum.d.quæst.1.except.13.repl.4.
§ fin. cum lege sequente.d.quæst.1.except.6.in prin.
L. X I.in prin.lib.7.cap.7.quæst.1.except.21.
§ Item si iurauero.d.quæst.1.except.18.
§ Sed etsi rerum.d.quæst.1.except.19.
§ Si cum de hæred. cum lege sequente.d.quæst.1.except.6.in prin.
L. X I I I.in prin.lib.7.cap.7.quæst.6.reg.2.
§ Idem ait.d.cap.7.quæst.1.except.18.repl.2.
§ Item Iulianus.d.quæst.1.except.22.
§ Si quis iurauerit.usq; ad §.fin.lib.7. cap. 6.quæst.7. reg.3.
§ Marcellus. ibidem & cap.7.quæst.1. except.18.
§ fin.d. quæst.7.reg.5.
L. X I I I I. lib.7.cap.6.quæst.2.except.3.
L. X V.d.cap.6. quæst.3.except.1.
L. X V I.d. cap.6.q.2.except.4.& exc.9.repl.1.
L. X V I I.in prin.d.quæst.2.except.11.repl.2.
§ Pupillus.lib.7.cap.7.quæst.1.except.7.
§ Quod si sine. ibidem.
§ Si tutor.d.quæst.1.except.6.repl.1.
§ fin. cum lege sequente.d.except.6.repl.2.
L. X I X.ibidem.
L. X X. cum duab. legib. sequentib.d.except.6. repl.1.& repl.6.
L. X X I I I. lib.7. cap 7.quæst.1.except.13.repl.1.
L. X X I I I I.d.except.13.repl.2.
ibi, ipsi autem.d.quæst.1.except.5.& except.6.
L. X X V.d.quæst.1.except.13. repl 1.
L. X X V I.in prin.lib.7.cap.7.quæst.1.exce. 14.
ibi, quamuis pupillus.lib.7.cap.6.q.7.reg.5.except.1.
§ Si pater.lib.7.cap.7.quæst.1.except.13. repl.3.
§ Si puer.d.quæst 1.except.18.
§ fin.lib.7.cap.6.quæst.1.reg.4.
L. X X V I I.d.quæst.1.reg.5.
L. X X V I I I.in prin.lib.7.cap.7.q.1.exc.6.repl.7.
§ Quod si reus.d. quæst.2.except.13 .repl.5.
§ Item à fideiussore.d.except.13.repl.6.
§ Si ei qui.d.repl. 6.dupl.2.
§ Ex duob.d.except.13 repl.8.
§ Exceptio. lib.7.cap.7.quæst.1.except.21.in prin.
§ Si quis iurauerit.d.except.22.distinct.2.
§ Colonus.d.except.22.in prin.
§ Quæ iurauit.d.except.22.distinct.9.
§ Igitur si quis.d.except.22.distinct.4.
§ Item Pomponius.lib.7.cap.7.quæst.5.reg.4.
§ fin.d. cap.7.quæst.1.except.3.
L. X X I X.d quæst.1.except.2.
L. X X X.in prin.lib.7.cap.7.quæst.4.reg.2.
§ Si iurauero.d.cap.7.quæst.1.except.18.
§ Si mulier.d.cap.7.quæst.4.reg.3.
§ In popularibus.d.cap.7.quæst.1.except.6.repl.8.
§ Si libertus.d.quæst.1.except.24.
§ fin. d.quæst.1.except.18.
L. X X X I.d.quæst.1.except.17.distinct.2.
ibi, solent enim.d.quæst.1.except.6.repl.4.
L. X X X I I.d. quæst.1. causa 2.except.2.
L. X X X I I I.lib.7.cap.6.quæst.5.
L. X X X I I I I.in prin.lib.7.cap.6.q.2.exc.11.
§ Quid tamen.d.except.11.repl.4. item except.13.
§ Defensor.lib.7.cap.7.quæst.1.except.6.repl.5.
§ Pupillo.lib.7.cap.6.quæst.2.except.5.
§ Procurator.d. quæst.2.except.6.
§ Qui iusiurandum.d.quæst.2.except.9.
§ Si de qualitate.d.cap.6.quæst.7.reg 4.
§ Ait Prætor.d.cap.6.quæst.2.in prin.
§ Datur.d.quæst.2. except.11.
ibi, sed nec iusiur.d.quæst.2.except.9. repl.2.item exc. 11. repl.1.
§ Non semper.d.except.11.repl.5.
ibi, Ideoq; si quid.d.cap.6.quæst.7.reg.4.
§ fin.d.cap.6.quæst.2.except.11.item.cap.7.in prin.
L. X X X V.in prin.lib.7.cap.7.q.1.exc.6.repl.1.
§ Prodigus.lib.7.cap.6.quæst.2.except.2.
§ fin.d.quæst.2.except.4.
L. X X X V I.lib.7. cap.7. quæst.1. except.22. distinct.5.
L. X X X V I I.lib.7.cap.6.quæst.2.except.9.
L. X X X V I I I.d.quæst.2. in prin.
L. X X X I X. De hoc in comment. Legatorum cap.31.except.4.
L. X L.lib.7.cap.7.in prin.item quæst.5.reg.5.
L. X L I.d.cap.7.quæst.1. causa 2.except.3.
L. X L I I.in prin.usq; ad §.Si fideiussor.lib.7. cap. 7.q.1.except.13.repl.5.dupl.2.item except.18. repl.2.
§ Si fideiussor.d.except.13.repl.6.dupl.2.

§ Sed

LIBRI VICESIMI SECVNDI PANDECTARVM

Tit. III. de Probationibus & præsumptionibus.

Tit. IIII. de Fide instrumentorum,& amißione eorum.

Tit. V. de Testibus.

LIBRI TRICESIMI NONI PANDECTARVM

Tit. IIII. de Publicanis, & uectigalib. & commissis.

LIBRI QVADRAGESIMI SECVNDI PANDECTARVM

Tit. I. de Re iudicata.

Tit. II. de Confessis.

§ Planè

LIBRI QVADRAGESIMI SEXTI PANDECTARVM

Tit. V I I. Iudicatum solui.

Tit. V I I. de Separationibus.

Tit. V I I I. Ratam rem haberi, & de ratihabitione.

LIBRI QVADRAGESIMI SEPTIMI PANDECTARVM

Tit. X V. de Præuaricatoribus.

Tit. X V I. de Receptoribus.

§ In

Tit. X X I I. de Collegijs & corporibus.

LIBRI QVADRAGESIMI OCTAVI PANDECTARVM

Tit. I. de Publicis iudicijs.

Tit. I I. de Accusationibus & inscriptionibus.

Tit. I I I. de Custodia & exhibitione reorũ.

§ Cum

Tit. VI. Ad l. Iuliam de Vi publica.

Tit. VII. Ad l. Iul. de Vi priuata.

Tit. VIII. Ad L. Corneliam de Sicariis & Veneficis.

Tit. X V I. ad Senatusconsultum Turpillianum, & de Abolitionibus criminum.

Tit. X V I I. de Requirendis reis, nec absentib. damnandis.

Tit. X V I I I. de Quæstionibus.

Tit. X I X. de Pœnis.

§ *fin.*

L. XXIX. *lib.3.cap.3.quæst.4.de ult. suppl.in fine.*

ibi. sepe etiam ideo.lib.3.cap.12.quæstione 2. exceptione 6.

L. XXX. *De hac alibi inter delicta priuata.*

L. XXXI. *lib.3.cap.15.quæst.2.*

In prin.ibidem. item cap.4.de ijs qui eius roboris.

§ fin.d.quæst.2.item cap.12.quæst.6.reg.3.

L. XXXII. *d.cap.12.quæst.3.reg.2.*

L. XXXIII. *De hac in loco Manumiß.*

ibi, quia temporaria.lib.1. cap.12.quæst.2.except.7.

L. XXXIIII. *in prin.lib.3.cap.3.quæst.4.de pœna operis publici. item cap.4.de seruis,reg.4.item cap.15. quæst.3. reg 5.*

§ fin.lib.3.cap.11.quæst.3.reg 2.

L. XXXV. *lib.3. cap.3.quæst.4.de perpetuis uinculis.*

L. XXXVI. *d.quæst.4.de pœna metalli.*

L. XXXVII. *lib.4.cap.8.quæst.1. causa 25.*

L. XXXVIII. *in prin. De hoc in crimine Peculatus dicetur.*

§ Transfugæ.lib.11.cap.13.reg.24.& reg.25.

§ Authores.lib.4. cap.2.quæst.4.reg.11.

§ Qui nondum.lib. 4.cap.3.quæst.5.reg.4.item cap. 7.quæst.7.reg.6.

§ Qui se suis. De hoc in loco Manumißionum.

§ Qui abortionis.lib.1.cap.2.except.2.repl.1.item lib. 4.cap.4.quæst.1.except.2.

§ Testamentum.lib.4.cap.8.quæstione 1.causa 12.except.2.

§ Qui uiui.d.causa 12.except.1.

§ Si quis instrum. lib.5. cap.8.effectu 3.quæstione 2. reg.2.

§ Instrumenta. De hoc in actione Depositi.

§ Iudices pedanei.lib.2.cap.3.action. 6.quæst.4.

§ Miles.lib.3.cap.6.actu 4.quæst.4.reg.7.

ibi, eadem pœna.d.quæst.4.reg.6.

§ fin.lib.11.cap.13.reg.31.

L. XXXIX. *lib.4.cap.4.quæst.1. causa 8.*

L. XL. *lib.4.cap.1.quæst.1.causa 18.*

L. XLI. *lib.1.cap.7.except.4.lib.3.cap.2.except. 15.repl.5.item cap.4.de reliquis circumst.reg 12.*

L. XLII. *d.cap.4.de reliq. circumst.reg.13.*

L. XLIII. *in prin.lib.3. cap.3. quæst.4. de pœnis quib. alicui aliquo actu, &c. in fine.*

§ Idem rescripsit.lib.3.cap.4.de liberis.decur.exceptione 5.

Tit. XX. de Bonis damnatorum.

L. I. *in prin.lib.3.cap.13.in prin.*

§ Etiam hi.d. cap.13. quæst.1. exceptione 4. replicatione 2.

ibi, liberis autem.d.except.4.repl.3.

§ Liberis.d.except.4.repl.5.

L. II. *d. cap.13.quæst.1. except.7.in prin.*

L. III. *d.cap.13.quæst.3.reg.4.*

L. IIII. *ibidem. item quæst.4.*

L. V. *d.quæst.3.reg.4.*

L. VI. *d.quæst.3.reg.7.*

L. VII. *in prin.lib.3.cap.13. quæst.1. except.4.in prin.*

ibi, ex ea portiones.d.except. 4.repl.1.

§ Si in libertinum.d.cap.13.quæst.3. re.2.

§ Ex bonis.d.except.4.repl.4.

§ Fraudis.ibidem.

§ Si plures.lib.1.cap.13.quæst.1.except.4.replicatione 1.dupl.1.

§ Preterea.d.except.4.in fine.

Tit. XXI. de Bonis eorum qui ante sententiam uel mortem sibi consciuerunt, uel accusatorem corruperunt.

L. I. *lib.3.cap.1 in fine.repl.gener.2.dupl.1.*

L. II. *in prin.d.repl.2.in prin.item dupl.1. in fine.*

§ Si is de cuius. lib.1.cap.13.quæst.1.except.7.replicatione 4.

L. III. *in prin.d except.7.repl.7.in prin.*

§ Papinianus.d.repl.7.dupl.2.

§ Vt autem diuus Pius. d.repl.7.dupl.3.

§ Idem respondit.ibidem.

§ Si quis autem.d. repl.7.dupl.1.

§ Sic autem hic.d.dupl.1.item repl.6.

ibi, sicuti cum queritur.lib.3. cap.2. in fine replicat. generali 5.

§ Si qui autem. lib.1.cap.13.quæst.1.except.7.in prin

§ fin.d.except.7.repl.7.dupl.4.

Tit. XXII. de Interdictis & relegatis, & deportatis.

L. I. *lib.3. cap.3.quæst.4.de exilio. reg.3.item cap. 13.quæst.1. except.1.*

L. II. *d.quæst.4.de deportatione.reg.4.*

L. III. *d. quæst 4.de pœna qua ciuitas,&c.item cap. 13.quæst.1.in prin.*

L. IIII. *lib.3.cap.3.quæst.4.de exilio.reg.3.*

ibi, nam eorum.ibidem cap.13.quæst.1.except.1.replic.1. in fine.

L. V. *lib.2.cap.3. quæst.4.de exilio.reg.4.*

L. VI. *in prin.d quæst.4.de deportatione reg.4.*

§ Deportandi.lib.3.cap.12.quæst.1.except.1.

§ Decuriones.lib.3.cap.4.de decurionib.

L. VII. *in prin.lib.3. cap.3. quæstione 4.de exilio. reg.4.*

ibi, in insulam relegare.lib.3.cap.12.quæstione 1.except.1.

ibi, cæterum non possunt.d.quæst.4.de in insulam releg.

§ Hæc est differentia.ibidem.

§ Siue ad tempus.d.quæst.4.de exilio. reg.3.

§ Ad tempus. ibidem.item.cap.13.quæst.1. except. 1. repl.1.

§ Est quoddam.d.quæst.4.de in insulam relegat.

§ Sicut autem.ibidem & cap.12.quæst.1.except.1.

§ Interdicere. lib.3.cap.3.quæst.4.de interdict. alicuius loci,in prin.except.1.item lib.eod.cap.1.q.8. reg.3.

§ Dubitatum.d.except.1.repl.1.dupl.1.item quæst.2. Quibus locis sit interdictum, in prin.

§ Per contrarium.d.repl.1.dupl.2.

§ Si quis eam.d.quæst.2. Quibus locis sit interdictum.

ibi,

Tit. XXIII. de Sententiam passis,& restitutis.

Tit. XXIIII. de Cadaueribus punitorum.

LIBRI QVADRAGESIMI NONI PANDECTARVM

Tit. I. de Appellationibus & Relationibus.

Tit. II. A quibus appellare non licet.

Tit. III. Quis à quo appelletur.

Tit. IIII. Quando appellandum sit, & intra quæ tempora.

ibi, deniq; ipse erit appellandus.d. cap.1. quæst 4. reg.16.
§ Sed etsi præses.ibidem.
§ Biduum.d.cap.1.quæst.5.
ibi, sanè quidem.lib.7.cap.11.quæst.1.reg.5.item lib. 8.cap.3. except.25.
§ Quod in sententijs.d. cap.3.except.47.replicatione 2.dupl.1.
§ Dies autem . usq; ad §.In propria.d. replicatione 2. dupl.6.
§ In propria.usq; ad §.Si aduersus.lib.8.cap.1.quæst.5. reg.1.in prin.
§ fin.d.cap.1. quæst.3. except.47. replicatione 2. dupl.5.
L. I I.*lib.8.cap.1.quæst.5.in prin.*
ibi, quia in aliena.d. cap.1.quæst.3.in prin.
ibi, quod magis probatur.d.quæst.3.except.5.
L. I I I.*lib.7.cap.10.quæst.3.reg.5.item lib.8.cap.1. quæst.5.except.2.*

Tit. V. de Appellationibus recipiendis, uel non.

L. I.*lib.8.cap.1.quæst.3.in prin.*
L. I I.*d.cap.1.quæst.2. except.22.*
L. I I I.*d.cap.1.quæst.5.in prin.*
L. I I I I.*d.cap.1. quæst.2. except.22. & except.27. repl.2.*
L. V.*lib.8.cap.1.quæst.9.reg.10.*
ibi, planè si appellatione.lib.8.cap.3.exc.47.repl.1.
§ fin.d.quæst.9.reg.9.
L. V I.*d.quæst.9.reg.11.except.1.*
ibi, cum quoq;.d.quæst.9.reg.12.
L. V I I.*in prin.lib.8. cap.1.quæst.2.except.14.& except.15.*
§ Item si ex perpetuo.d.quæst.2.except.16.
§ Item quo minus.ibidem except.17.

Tit. V I. de Libellis dimissorijs, qui Apostoli dicuntur.

L. *Vnica. in prin.lib.8.cap.1. quæst.9.reg.4.*
§ Sufficit.d.reg.4 in fine.

Tit. V I I. Nihil innouari appellatione interposita.

L. *Vnica.in prin.lib.8.cap.1.quæst.9.reg.13.*
§ Si quis ex pluribus.d.reg.13.except.2.

Tit. V I I I. Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.

L. I.*in prim.lib.8.cap.3.except.25.& except.55.*
§ Item si calculi.d.cap.3.except.33.
§ Item cum contra.d.cap.3.except.18.
§ Item cum ex.d. cap.3.except.20.repl.1.dupl.3.
§ Si apud.d.cap.3.except.61.
L. I I.*d. cap.3.except.9.*
L. I I I.*d cap.3. except.17.*

Tit. I X. An per alium causæ appellationis reddi possint.

L. I. *lib.8.cap.3.except.47.repl.5.dupl.11.*
L. I I.*d.repl.5.dupl.12.*

Tit. X. Si tutor uel curator, uel magistratus creatus appel.

L. I. *lib.8.cap.1.quæst.9.reg.19.*
L. I I.*lib.14.cap.6.in fine.*

Tit. X I. Eum qui appellauerit, in prouincia defendi.

L. I.*lib.5 cap.2.quæst.1.except.15.repl.5.dupl.2.item in comment. Actionum, cap.7.in fine.*
L. I I.*d.cap.7.in fine.*

Tit. X I I. Apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compellendum.

L. *Vnica.lib.5.cap.2. quæst.1.in fine.repl.2.*

Tit. X I I I. Si pendente appellatione mors interuenerit.

L. *Vnica.lib.3.cap.2.except.10.repl.3.item lib.8. cap. 3. except.47.repl.6.*
§ fin. lib.13.cap.6.in fine.

Tit. X I I I I. de Iure fisci.

L. I. *in prin.lib.11.cap.2.quæst.1.causa 1.*
ibi, uel quod mors.d.quæst.1.causa 2.
ibi, uel quod indignus.ibidem causa 3.
ibi, uel quod princeps. ibid.causa 4.
ibi, & testamentum.ibid. causa 5.
ibi, uel quod dicatur.ibid. causa 6.
ibi, uel magni.ibid. causa 7.
ibi, uel præuaricat.ibid. causa 8.
ibi, uel eum decessisse.ibid. causa 9.
ibi, uel etiam post.ibid.causa 10.
ibi, uel domum.ibid. causa 11.
ibi, uel ab accusat.ibid. causa 12.
ibi, uel rem litigiosam.ibid.causa 13.
ibi, uel pœnam fisco.ibid.causa 14.
ibi, uel aduersus.ibid. causa 15.
§ An bona.ibid.causa 17.except.1.
§ Diuus Pius.d. causa 17.except.2.
§ Præscriptio.lib.11.cap.2.quæst.4.except.1.
§ Causæ autem.d.quæst.4.except.2.
§ fin.d. quæst.4.except.3.
L. I I. *in prin. lib.11.cap.2.quæst.5.reg.4. except.3. & except.5.*
§ Diuus Hadrianus.lib.6.capite 4.quæstione 3. except.4.
§ Item diui.d.except.4.repl.1.
§ Senatus.lib.11.cap.2.quæst.5.reg.3.
§ Diuus Pius.d.quæst.5.reg.4.
§ Imperator. lib.11.cap.2.quæst.2.reg.7. & reg.8.
§ fin. d.cap.2.quæst.5.reg.10.
L. I I I.*in prin.usq; ad §.Tacitè. In comment.de Legatis.*
§ Tacitè autem.lib.11.cap.3.quæst.6.reg.2.
§ Cum ex causa.d.quæst.6.reg.4.
§ Diui fratres. lib.11.cap.8.de uendito.quæst.3.
§ Cum quinquennium.lib.11.cap.3.quæst.9.Quid ueniat.reg.3.
§ Diuus etiam.ibidem.item cap.7.de locandis uectigal.quæst.2.reg.4.
§ Si posteriori.lib.8.cap.9.reg.1.except.5.item lib.11. cap.10.quæst.1. except.1.
§ Multa.lib.11.cap.3.quæst.3.reg.4.except.2.3 & 4.
§ Diuus Hadri.lib.8.cap.3. except.10.
§ Si in locis. in comment.de Rer.dominio,cap.1.causa 4.except.2.

§ Fiscus

Tit.

Tit. XVII. de Castrensi peculio, tractabitur in Patria potestate.

Tit XVIII. De Veteranis.

LIBRI QVINQVAGESIMI PANDECTARVM

Tit. I. ad Municipalem, & de incolis.

L. XXXIIII l.lib.13.cap.2.quæst.5.reg.2.exc. 3.repl.1.
L. XXXV.d.reg.1 except.6.
L. XXXVI. in prin. De hoc in actione Mandati.
§ Tutius.lib.13.cap.7. quæst.2.reg.7.except.1.
L. XXXVII in prin.lib.5.cap.2. except.46. item lib.13.cap.6. quæst.4.
§ Libertos.lib 13.cap.2.quæst.5.reg.2. except.11.
§ fin d.quæst.5. reg.5.except.3.
L. XXXVIII. in prin. lib.7. cap.6. quæst.7. reg.5.except.1.
§ 1.lib 13.cap.4.reg.48.
§ Imperatores.lib.12.cap.1. de magistratu in genere. reg.6.item lib.13. cap.7. quæst.2.reg.3.
§ Item rescripserunt.lib.13.cap.2. quæst.5. reg.5. item cap.3.quæst.3.reg.2.except.2.
§ Item rescripserunt. lib.13.cap.7.quæst.2.reg.1.exc. 2.repl.2.
§ Item rescripserunt. lib.7. cap.1. quæst.3. de origine probanda.item lib.13.cap.3.quæst.3 .reg.6.
§ fin. lib.12.cap.1.membr.2.reg.7.item lib.13. cap.2. quæst.4.reg.1.

Tit. II. de Decurionibus, & filijs eorum.

L. I.lib.12 cap.2.quæst.2.reg 1.
L. II. in prin. usq; ad §. In filijs. d. quæst.2. reg.18. item lib.2.cap.1. quæst.1. reg.2. except.1. quæst. 2.reg.23.except.1.
§ In filijs. lib.3.cap.4 de Liberis decurionum.except. 2.lib.12.cap.2.quæst 2.reg.21.except.3.
§ In auo.d.reg.21.except.1.& except.2.
§ Si ad tempus.d. except.2.repl.2.
§ Præterea d.reg.22.except.4.
§ Nullum.lib.2 cap.1.quæst.1.reg.5.& lib.3.cap.14. quæst 2 reg.1.
§ fin.lib.13.cap.4.quæst.2.reg.4.except.1.& exc.7.
L. III.in prin.lib. 2.cap.1. quæst. 1.reg.2.exc.1.
§ Spurios.lib.12.cap 3 quæst.2.reg.12.
§ fin.lib.2.cap.1.quæst 3.reg.8.
L. IIII.lib.12.cap.2.quæst.2. reg.5.
L. V. d. cap.2. quæst.3. causa 6. item lib. 2. cap.1. quæst.1.reg.2.except.1.repl.1. item lib.3. cap.14. except. generali 11.
L. VI. in prin lib.12.cap.3.quæst.1 reg.12.
§ 1.d.quæst.1.reg.10.item cap.2.quæst.2.reg.25.exceptione 8.
§ Decurio.lib.12.cap.2. quæst.2.reg.6.
§ Qui iudicij.lib.12.cap.3. quæst 1.reg.17.
§ Pater.lib.13.cap.7.quæst.2.reg.1.except.1.repl.2.
§ Priuilegijs.lib.12.cap.2.quæst.2. reg.23.in fine.
L. VII.in prin.lib.2.cap.1.quæst.1.reg.19.item lib. 13.cap.4 quæst.1.reg.9.except.6.
§ Surdus.lib.2.cap.1.quæst.1.reg.23.& lib.13.cap.4. quæst.1.reg.7.
§ Is qui non sit. lib.2.cap.1.quæst.2.reg.10.item lib. 12. de Duumuiris.reg.1.
§ Ad decurionatum.lib.13.cap.7.quæst.2.reg.1.exc. 1.repl.1.
L. VIII. lib.12.cap.2.quæst.2.reg.17.item reg.25. except.2.repl.2.
L. IX.lib.12.cap.3.quæst.1.reg.1.
ibi, non dubitandum.d quæst.1.reg.4.
L. X. lib.12.cap.3.quæst.1.reg.1.
L. XI.lib.12. cap.3. quæst.1.reg.10.item lib.13.cap. 4.quæst 1.reg.3.item reg.4.
ibi, non alias seniores.d.reg.4.except.1.
ibi, neq; hi qui.d.except.1.repl.1.
ibi, nonnunquam.d.reg.4 except.5.
L. XII.lib.2.cap.1.quæst.1.reg.3.item lib.12. cap. 3.quæst.1.reg.13.
L. XIII.in prin.lib.12.cap.3.quæst.1.reg.14.
§ Item rescripserunt. ibidem reg.15.
§ fin.d.cap.3.quæst.4.reg.2.item lib.13. cap.5. exceptione 3.
L. XIIII.lib.12.cap.2.quæst.2.reg.16.

Tit. III. de Albo scribendo.

L. I.lib.12.cap.2.quæst.2.reg.23.
L. II.ibidem.

Tit. IIII. de Muneribus & honoribus.

L. I.in prin.lib.13. cap.1.quæst.2.diuis.2.item quæstione 3.reg.7.
§ Personalia.d.quæst.3.reg 9.
§ Illud tenendum.lib. 13.cap.1.quæst.3.reg.8.
§ Patrimoniali.d.quæst.3.reg.5.
§ Aequè.ibidem reg.9.
L. II De hac in Patria potestate dicetur.
L. III.in prin.lib.13.cap.2.quæst.3 reg 2.except.9.
§ His qui castris lib.13. cap.4. reg 34. item cap.6. quæst.2.reg.5.
§ Si in metallum. d. cap.4.reg.63.
§ Corporalia.d.cap.4.reg 2.
§ Filio.d.cap.4.reg.73.
§ Quod pater.d.reg.73.& cap.7.quæst.2.reg 1. exceptione 1.
§ Quamuis.d.cap.4.reg 4.& reg.8 in prin. item cap.6.quæst.2.reg.1.
§ Vitricus lib 13. cap.7.quæst.2.reg.1.except.5.
§ Liberti.lib.13.cap.3.quæst.3 reg.3.item cap.4.reg. 70.except.4.
§ Quod pater.lib.2.cap.1.quæst.1.reg.5.
§ Decaprotos.lib 13.cap.1 quæst.3.reg.7.item cap. 4 quæst.1.reg.3.except.2.
§ Exactionem. ibidem.
§ Cura frumenti.d. cap.4. & reg.8.
§ Eos milites. De hoc alibi.
§ Munus. lib.13 cap.1.quæst.3.reg.7.
§ Præses.lib.13.cap.2.quæst.1. item cap.4 reg.9. in prin.
§ Si duo filij. lib.13.cap.7.quæst.2.reg.1.except.1.
§ fin.d.reg.1.except 8.
L. IIII.in prin lib 13.cap.1.quæst.3.reg.3.item cap. 4.reg.8.
ibi, nec si per uim.lib.13.cap 3. except 2.repl.3.
§ Deficientium.lib.13.cap 4.reg.70.except.2.
§ Inopes d.reg.70.
§ fin.d. cap.4 reg 34.except.1.

Tit. V. de Vacatione & excusatione munerum.

Tit. VI. de Iure immunitatis.

Tit.

HACTENVS INDEX LEGVM PANDECTARVM.

INDEX LEGVM CODICIS, QVAE IN hac prima Digestorum Parte continentur.

LIBRI PRIMI CODICIS

Tit. I. de Summa trinitate, & fide catholica, &c.

Tit. II. de Sacrosanctis ecclesijs, & de rebus ac priuilegijs earum.

Tit. III. de Episcopis & clericis. &c.

§ Qui

L. I I I I.*lib.1.cap.7.except.18.*
L. V.*lib.1.cap.6.reg.6.item cap.6.except.7.*
L. V I.*lib.1.cap.3. quæst. 5.reg 7.*
L. V I I.*lib.1.cap.7. except.14.*
L. V I I I.*lib.1.cap.4.quæst.3.reg.2.*
L. I X.*in prin.De hac in Ignorantia iuris.*
§ *fin.lib.1.cap.5.quæst.2.*
L. X. *ibidem.* (*fine.*
L. X I.*in prin. lib.1.cap.4.q.3.reg.1. itē cap.9.in*
§ *Cum igitur, usq; ad finē.lib.1. cap.4. in prin. item cap.5.quæst.2.*

Tit. X V. de Mandatis principum.

L. *Vnica,lib.1.cap.10.except.10.*

Tit. X V I. de Senatusconsultis.

L. *Vnica.lib.1.cap.9.de senat.q.3. & cap.10. exc.12.*

Tit. X V I I. de Vetere iure enucleando.

L. I.
§ *Sed etsi quæ leges.lib.1.cap.8.in fin.*
L. I I.
§ *Sed quia diuinæ. lib.1.cap.5.quæst.1.& quæst.2.*
§ *Si quid uerò.ibidem.*

Tit. X V I I I. de Iuris & facti ignorantia.

L. I.
L. I I.
L. I I I
L. I I I I. — *De hisce in ultima Parte tractabitur.*
L. V.
L. V I.
L. V I I.
L. V I I I.*lib.7.cap.5.de confeßis.quæst.1.except.8.*
L. I X.*ibidem.*
L. X.
L. X I.
L. X I I.
L. X I I I.

Tit. X I X. de Precibus Imperatori offerendis.&c.

L. I.*lib.1.cap. 20. except.1.* (*causa 7.*
L. I I.*d. cap.10.exc.14.item in com.Action.cap.7.*
L. I I I.*d.cap.10.except.12 & 13.*
L. I I I I.*d.cap.10.except.3.repl.2. item lib.8.cap.2. membr.3.except.2.*
L. V.*d.cap.10.except.14.& except.15.item in comment.Actionum,cap.7.causa 7.*
L. V I.*d.cap.10.except.1.*
L. V I I.*lib.1. cap.10.except.12.in fine.*
L. V I I I.*lib.1.cap.10.quæst.3.in prin.*

Tit. X X. Quando libellus principi datus,litis faciat,&c.

L. I. *cum lege sequente.lib.1.cap.10.q.1.reg 3.item in comment.Liberationum,cap.26.except.9.repl.6.*

Tit. X X I. Vt lite pendente,uel post prouocat.&c.

L. I. *lib.1.cap.10.exc.1.repl.1.itē lib.8. cap.3.exc.54.*
L. I I.*d.cap.10.except.2.repl.3.*
ibi. qui autem.d.cap.10. except.3.
L. I I I.*d.except.3.item lib.8.cap.3.quæst.2.in prin.*

Tit. X X I I. Si contra ius uel utilitatem publicam,&c.

L. I.*lib.1.cap.10.except.4.repl.1.*
L. I I.*d. except.4.in prin.*
L. I I I.*d.except.4.repl.4.*
L. I I I I.*d. cap.10.except.4. repl.2.*
L. V.*d.except.4.repl.3.*
ibi, etsi nimia.d.membr.3.reg.2.
L. V I.*d.cap.10.except.12.*

Tit. X X I I I. de Diuersis rescriptis & pragmaticis sanctionibus.

L. I.*lib.1.cap.10.quæst.2.*
L. I I.*d.cap.10. except.ult.*
L. I I I.*d. cap.10.except.6.& except.9.*
L. I I I I.*d.cap.10.except.7.*
L. V.*d.cap.10.in prin.*
L. V I.*d.cap.10.except.8.*
L. V I I.*in prin.d.cap.10.except.5.*
§ *fin.cap.10.except.11.*

Tit. X X I I I I. de Statuis & imaginibus.

L. I.*lib.12.cap.10.reg.23.*
L. I I. *lib.2.cap.7.reg.5.*
L. I I I.*d.cap.7.reg.6.item lib.12. cap.10.reg.22.*
L. I I I I.*d. reg.12.*

Tit. X X V. De his qui ad statuas confugiunt.

L. *Vnica.lib.2.cap.8.reg.7.*

Tit. X X V I. de Officio præfecti prætoriorum Orientis,&c.

L. I. *In comment.Liberationū,cap.26.exc.9.in fine.*
L. I I.*lib.2.cap.10.reg.3.*
L. I I I.*d. cap.10.reg.4.*
L. I I I I.*lib.5.cap.2.quæst.1.except.18.*
L. V.*lib.2.cap.10.reg.5.*

Tit. X X V I I. de Officio præfecti prætorio Africæ,&c.

L. I.*lib.2.cap.17.de præfect. prætor. Africæ.*
§ *Sportulas etiam.lib.2.cap.1.quæst.1.reg.8.*
§ *Hoc etiā in præsenti.d.cap.1.quæst.1. reg.2. in fine.*
L. I I.*lib.2.cap.17.de offic. præfecti prætorio Africæ.*
§ *penult. lib.2.cap.1.quæst.3.reg.8.*
§ *ult.ibidem.item d.quæst.3. reg.2.in fine.*

Tit. X X V I I I. de Officio præfecti urbi.

L. I.*lib.2.cap.11 quæst.2.reg.12.*
L. I I.*d.cap.11.quæst.3.reg.1.*
L. I I I.*lib.2.cap.5.quæst.1.reg.4.*
L. I I I I.*lib.2. cap.11. quæst.3 reg 1.*
L. V.*lib 2. cap.1.q.1.reg.19 itē cap.19.mem.9.reg.1.*

Tit. X X I X. de Officio magistri militū.

L. I.*lib.2.cap.11.quæst.1.reg.1.except.2.item quæst.3.reg.3 item lib.11.cap.11.quæst.2.*
L. I I.*lib.11.cap.11 quæst.5.reg.3.*
L. I I I.*lib.5.cap.2. quæst.1.except.36.repl 4.*
L. I I I I.*lib.11.cap.11 quæst.1. reg.5.*
L. V.*lib.11 cap.11.quæst.4.reg.3.*

Tit. X X X. de Officio quæstoris.

L. I. *lib.2.cap.12.quæst.7.reg.2.*
L. I I.*d.reg.2.*
L. I I I. *ibidem reg.3.*

Tit. X X X I. de Officio magistri officiorum.

L. I.

LIBRI SECVNDI CODICIS

Tit. I. de Edendo.

Tit. II. de In ius uocando.

Tit. III. de Pactis de hoc in Commentario de Pactis.

Tit. IIII. de Transactionibus.

Tit. V. de Errore calculi.

Tit. VI. de Postulando.

Tit. VII. de Aduocatis diuis. iudiciorū.

Tit. V I I I de Aduocatis fisci.

Tit. I X. de Errore aduocatorum,&c.

Tit. X. Vt quæ desunt aduocatis partium,&c.

Tit. X I. de Causis ex quibus infamia irrogatur.

Tit. X I I. de Pcocuratoribus.

L. XIX.lib.5.cap.7.reg.5..except.3.
L. XX.lib.5.cap.6.quæst.4.except.30.
L. XXI.d.quæst.4.except.1.repl.5.
ibi, sin autem mandatum.d.except.1.in fine.dupl.2.
L. XXII.lib.5.cap.6.quæst.5.causa 7. 11 & 15. item except.generali 1.
L. XXIII.lib.5.cap.6.q.4.exc.6.repl.2.itē exc.33.
L. XXIIII.d.quæst.4.except.1.repl.1.item d. q.4.in fine.repl.gener.2. item lib.8.cap.3.exc.28.
L. XXV.lib.5.cap.4.quæst.2 reg.1.
L. XXVI.lib.5.cap.6.quæst.4.except.31.item lib. 8.cap.6.quæst.3.except.4.in prin.

Tit. XIII. Ne liceat potentiorib. patrocinium, &c.

L. I.lib.5.cap.6.quæst.4.except.14.
L. II.ibidem.

Tit. XIIII. De his qui potentiorum nomine, &c.

L. Vnica.lib.4.cap.8.quæst.1. causa 30.

Tit. XVII. Ne fiscus uel respub. procuratio, &c.

L. I. cum tribus legibus sequentibus. lib 5. cap.6. quæst.4. except.15.

Tit. XXXI. Si aduersus transactionem, uel diuis. &c.

L. I.lib.9.cap.5.except.25.
L. II.ibidem.

Tit. LV. de Receptis arbitrijs.

L. I. lib.9.cap.4.quæst.1.causa 7.except.21.
ibi, quia nec iudicati.d.cap.4.quæst.4.reg.1.
§ Sed si ultra.d. causa 7.except.17.
L. II.lib.9.cap.4.quæst.1. causa 2.
L. III.d.quæst.1. causa 3.item causa 7.except.16.
L. IIII.lib.9.cap.2. except.25.repl.3.
§ Sed etsi ipse.d. except.25.repl.4.
§ Si quis autem.d.except.25.repl.1.
L. V. in prin.lib.9.cap.2.except.25.repl.1.

ibi, quatenus poßit.lib.8.cap.5.quæst.3.reg.4.
§ Sin autem post.d.except.25.repl.2.
§ Altera autem.d.except.35.in prin.item repl.3.
§ Plenius autem in comment. Liberationum, cap.ult. except.9.repl.5.
§ fin.lib.9.cap.2.quæst.3.reg.3.
L. VI.lib.9.cap.2.except.11.

Tit. LVI. de Satisdando.

L. Vnica. lib.6.cap.8.quæst.1. causa 1.except.11.
§ Itaq; etsi.ibidem.item lib.5.cap.6.quæst.5.in fine.
§ Sin autem ei. d.cap.6. quæst.4.except.34.item lib. 6.cap.10.quæst.2.reg.2.except.5.
§ fin.d.reg.2.except.2.

Tit. LVII. de Iuris formulis, & impetratione actionum sublatis.

L. I. lib.5.cap.1.quæst.5.reg.3.
L. II.ibidem reg.2.

Tit. LVIII. de Iureiurando propter calumniam.

L. I. lib.7.cap.1 de iureiurando.quæst.3. causa 1.
L. II. in prin.ibidem quæst.1.
ibi, & patronos causarum.ibidem quæst.4.reg.4.
ibi, & actor quidem . ibidem quæst.4.reg.1.
ibi, reus autem.d. quæst.4.reg.2.
ibi, & postea utriusq;.d.quæst.4.reg.4.
§ Sin autem uel dignitas.ibidem quæst.5.exceptione 1. & 2.
§ Quod obseruari.d.quæst.4.reg.5.
ibi, & licet uera causa.d.quæst.4.reg.5.
§ Sin autem.ibid.quæst.5.except.4.
§ Sed quia ueremur.ibidem quæst.1.except.2.
§ Hoc etiam huic.d.quæst.5.except.4.
§ Quod si actor.ibidem quæst.8.reg.1.
§ Sin autem reus.d.quæst.8.reg.2.
ibi, si enim & ipsæ.ibidem quæst.2.
§ Antiqua itaq;. ibidem quæst.9.
§ Sed prædictum.ibidem quæst.1.except.3.

LIBRI TERTII CODICIS

Tit. I. de Iudicijs.

L. I.De hac in loco de Vsuris dicetur.
L. II.In comment. Liberationum, cap.13. effectu 5. & cap.19.except.3. in prin.
L. III.lib.5.cap.2.quæst.1. in fine. repl.13.
L. IIII.In comment.Liberationum,cap.19.except. 4.repl.2.
L. V.lib.2.cap.4.quæst.2.except.2.
L. VI. In comment. Actionum,cap.5.reg.1.
L. VII.ibidem.
L. VIII.lib.1. cap.7.except.5.
L. IX.lib.7.cap.8.quæst.2.reg.1.
L. X.lib.5.cap.2.quæst.1.in fine.repl.13. (reg.2.
L. XI.lib.3. cap.1.q.9.reg.1.item. lib.5.cap.1.q.3.
§ Et siquidem. lib.6.cap.2.quæst.6.reg.5.
§ Sin autem reus.d.quæst.6.reg.2.
ibi, nulla licētia. lib.8.cap.6.quæst.3. except.5.repl.4.
ibi, nec pertimescat.lib.8.cap.1.quæst.2.except.27.
ibi, non autem.lib.6.cap.2.quæst.6.reg.4.
§ Siue aūt alterutra.lib.8.cap.5 de sumptib.litis.q.1.
L. XII.in prin.lib.7.cap.1. de iureiur. q.4.reg.5.

ibi, quæ iudicium imitantur.lib.9.cap.2.quæst.1.
§ Patroni.lib.7. cap.1.de iureiurando. quæst.1.& quæst.4.reg.4.
ibi, hocq; subsecuto.lib.5.cap.6.quæst.5.de causis in fine.except.gener.10.
L. XIII.lib.8.cap.6.quæst.3.except.5.repl.3.
L. XIIII.lib.6.cap.6.de recusat. iud. q.1. exc.1.
ibi, neceßitatem.ibidem quæst.4.
ibi, libello recusationis.ibid.quæst.3.
ibi, in eo scilicet.d.quæst.4.
L. XV.lib.5.cap.2.quæst.1.except.8.
L. XVI.lib. 6.cap.6.de recusat. iud.quæst.3.
§ Illico autem. ibidem quæst.4. (exc.21.
ibi, ni fuerit prouocatum.lib.9.cap.4. q.1. causa 7.

Tit. II. de Sportulis, & sumptibus in diuersis iudicijs, &c.

L. I. lib.5.cap.3.in fine.reg.6.
L. II.lib.8.cap.5. de execut.quæst.7.reg.4.

Tit. III. de Pedaneis iudicibus.

L. I. lib.2.cap.4.quæst. 2.except.3.item lib.8.cap.3. except.1.

Tit.

Tit. XXVI. Vbi causæ fiscalis, uel diuinæ domus, &c.

L. I. lib.5.cap.2.quæst.1.except.11.repl.1.
ibi, planè defunctis.d.repl.1.dupl.1.
L. I I.d.except.11.
L. I I I.lib.3. cap.11.quæst.4.
L. I I I I.lib.5.cap.2.quæst.2.in fine.repl.16.in prin.
L. V.d.quæst.1.except.11.item except.23.
L. V I.ibidem except.26.
L. V I I.d.except.26.
L. V I I I.d.except.26.in fine.
L. I X.d.quæst.1.except.24.
L. X.d. quæst.1.except.25.
L. X I.d.quæst.1.except.12.& except.26.

Tit. XXVII.

L. I.lib.4.cap.4. quæst.1.except.4.
L. I I.ibidem except.5.item lib.11.cap.18.reg.16.

Tit. XL.

L. I. In comment. Actionum, cap.4.reg.6.
L. I I.lib.5.cap.6.quæst.4. except.1.repl.6.

LIBRI QVARTI CODICIS

Tit. I. de Rebus creditis, & iureiurando.

L. I.lib.7.cap.7.quæst.1.except.17.
L. I I.lib.7.cap.6. quæst.7.reg.5.
L. I I I.lib.7.cap.7.quæst.1.except.6.repl.4.
L. I I I I.d.quæst.1.except.7.
L. V. lib.7. cap.6.quæst.2.except.7.
L. V I.lib.7.cap.7.in prin.
L. V I I.d.cap.7.quæst.1.except.6.
L. V I I I.d.cap.7.quæst.5.reg.1.
L. I X.lib.7.cap.6.quæst.2.in prin.& except.9.
L. X. lib.7.cap.7.quæst.1.except.12.
L. X I.in prin.lib.7. cap. 6.quæst.2.except.10.
§ Si quis autem, usq; ad finem legis.lib.7.cap.7.quæst. 1.except.10.
L. X I I.in prin. ratio est constitutionis sequentis.
§ Omne igitur.lib.7.cap.6.quæst. 2.except.12.
§ Sed iuramento, usq; ad §. His de præsentib.d. quæst. 2.except.11.item cap.7.quæst.1. except.20.
§ His de præsentibus, usq; ad §.fin.d. cap.6.quæst.3. except.2.
L. X I I I.lib.7.cap.7.quæst.1.except.17.distinct.1.

Tit. IIII. de Prohibita sequestratione pecuniæ.

L. Vnica.lib.5. cap.9.membr.2.de re litig.sequestr. quæst.1.

Tit. XIX. de Probationibus.

L. I. lib.7.cap.2.quæst. 2.reg.1.in prin.
L. I I.d.quæst.2.& quæst.5.
L. I I I.lib.7.cap.2.quæst.3.de Dominio probando.
L. I I I I.lib.13.cap. 7.quæst.2.reg.6.except.1.
L. V.lib.7.cap.2. quæst.3.reg.2.
L. V I.d.reg.2.
L. V I I.d.reg.2.
L. V I I I.lib.7.cap.2.quæst.1.reg.2.
L. I X. d. reg.2.
L. X.d. cap.2.quæst.3.de Libertate probanda reg.1.
L. X I.
L. X I I.d quæst.3.reg.8.
L. X I I I.d.q.3. reg.3.except.1. itẽ reg.5. except.1.
L. X I I I I.d.quæst.3.de eo an filius, reg.2. item quæst.2.reg.1.except.1.
L. X V.
L. X V I. lib.7.cap.2.quæst.2.reg.1.except.6.in fine.
L. X V I I.d. cap.2.quæst.3.de Libert.probanda. reg.2.
L. X V I I I.lib.7.cap.3.quæst.5. except.11.
L. X I X.lib.6.cap.6.in prin.
L. X X. lib.7.cap.2.quæst.1.except.2.
ibi, cum petitori.d.cap.1.quæst.2.reg.2.
L. X X I. lib.7.cap.3.quæst.5.except.9.
L. X X I I.
L. X X I I I.lib.7.cap.2.quæst.2.reg.1. except.6.
L. X X I I I I.lib.4.cap.8.quæst.7.reg.1.item lib. 7.cap.3.quæst.5.except.6.
L. X X V.lib.3.cap.7. actu 2.quæst.2.reg.1.

Tit. XX. de Testibus

L. I.lib.7.cap.2.quæst.3. de Libert. prob. reg.3. item cap.4.de Except. except.39.
L. I I.lib.7.cap.4.de Exceptionib. except.28.
L. I I I.ibidem except.39.
L. I I I I.ibidem except.4.
L. V.ibidem except.24. & d.cap.4. de examinand. testib. quæst.1.except.2. item quæst.3.reg.3.exc.1.
L. V I.d.reg.3.except.9.item lib.6.cap.4. membr.2. quæst.3.reg.2.in prin.
L. V I I.lib.7. cap.4.except.15.
L. V I I I.d. cap.4.de examinand. testib.q.4. reg.2.
§ Simili modo.d.cap.4.except.2.
L. I X.d.cap.4.except.30.
L. X.d.cap.4.de exam. testib. reg.1.
L. X I.ibidem quæst.3.reg.1.except.14.item.d.cap. 4.de Exceptionib.except.26.
L. X I I.lib.4.cap.8.quæst.4.item lib.5.cap.2. quæst.1.in fine.repl.6.
L. X I I I.lib.7.cap.4.de exceptionib.in fine.repl. generali 1.
L. X I I I I.ibidem except.1.& except.33.item lib. 7.cap.2.quæst.3.de Solut. probanda.reg.3.
L. X V.lib.7.cap.4.de exam.test.quæst.3. reg.4.
§ Sed cum minimè.d.quæst. 3.reg.3.except.11.
ibi, & altera parte.d. cap.4.de Exceptionib. exceptione 34.
L. X V I.ibidem except.36.item d. cap.4.de exam. test. quæst.3. reg.3.except.12.

Tit. XXI. de Fide instrumentorum, & amissione, &c.

L. I.lib.7.cap.2.quæst.3.reg.8.
L. I I.lib.7.cap.3.quæst.5.except.7.repl.1.
L. I I I.d.quæst.5.except.8.
L. I I I I.lib.6.cap.4.membr.2.quæst.2.reg 8.
L. V. lib.7.cap. 2.quæst.1.except.2.& quæst.3.reg.8.
L. V I.
L. V I I.lib.7. cap.2.quæst.3.reg.8.
L. V I I I.

LIBRI SEPTIMI CODICIS

§ Si

Tit. LXIII. de Temporibus & reparationibus, &c.

Tit. LXIIII. Quando prouocare non est necesse.

Tit. LXV. Quorum appell. non recipiantur.

ibi, ac tamdiu pari.lib.3. cap.1.in fine.
L. I I I. *lib.3 cap.6 actu 5.reg.1.*

Tit. I I I I. de Custodia reorum.

L. I. *in prin.lib.3. cap.8.quæst.5.reg.1.*
§ *Quod si accusator.d.cap.8.quæst.4.reg.2.*
§ *Interea uerò. lib.3.cap.6.actu 4.quæst.3.reg.2. except.1.*
§ *Illud etiam.d.actu 4. quæst.4.reg.8.*
L. I I.*d.actu 4.quæst. 3.reg.2.*
L. I I I.*d.actu 4.quæst.4.reg.1.*
L. I I I I.*d.actu 4. quæst.2.reg.1. item quæst.4. reg.6.*
L. V.*d.actu 4.quæst.1.except.1.item cap.12.quæst. 2 in prin.*
§ *Iubemus autem.d.actu 4.quæst.4.reg.2.*
§ *Qu·d si hoc.ibidem.& d.except.1.*

Tit. V. de Priuatis carceribus inhibendis.

L. *Vnica.lib.3.cap.6.actu 4. quæst.3. reg.2. except.3.*

Tit. V I. Si reus uel accusator mortuus fuerit.

L. I.*lib.3.cap.2.except.10.repl.2.*
L. I I *lib 3.cap.11.quæst.2.except.3.*
ibi, cum morte eius.lib 3 cap.2. except.10.
L. I I I.*d.except.10.repl.2.*
L. I I I I.*d. except.10.*
L. V.*d.except.10.repl 3.*
ibi, idem obseruatur d. cap.2 except.13.

Tit. V I I. Si quis Imperatori maledixerit.

L. *Vnica. lib.3 cap 2.except.3.& lib.4.cap.1.quæst. 1. causa 22.*

Tit. V I I I. Ad legem Iuliam maiestatis.

L. I.*lib.2.cap.3.actio. 6.quæst.5. reg.3.*
L. I I.*lib.7 cap.6.quæst 7.reg.5.in fine.*
L. I I I.*lib.3.cap 8.quæst.2 reg.3.*
ibi, priuilegio dignitatis d. quæst.2.reg.2.except.3. in fine.
L. I I I I.*d.except.3. in fine.*
L. V.*in prin. lib.4 cap.1 quæst.1.causa 4.*
ibi, eadem enim.lib.3. cap.2.except.9.
ibi, bonis eius omnibus.lib.4.cap.1.quæst.6.reg.2.
§ *Filij uerò.lib.4.cap.1.quæst.3.reg.2.*
§ *Deniq; d.quæst 3 reg.3.*
§ *Ad filias. d.cap.1. quæst.6.reg.3.*
§ *Emancipatio.d.q æ,l.6.reg.4. item lib.3.cap.6. quæst.6. in fine.*
§ *Vxores lib 4.cap.1.quæst.6.reg.5.*
§ *Id quod.d.cap.1.quæst 3 reg.4.*
§ *fin.d.cap.1.quæst.1.in fine.except.2.item quæst.6. reg.7.*
L. V I. *in prin.lib.3 cap.2 except.10.repl.1.*
§ *fin.lib.3.cap.8.quæst.2 reg.1 except.4.repl.8.*
L. V I I *in prin lib.1.cap.2.except.10.repl.1.*
§ *Sic & diuus lib.3.cap.6.quæst.6.in fine.*
ibi, nec ei soluere.In comment.Liberationum, cap.4. except.10.

ibi, magnus etiam Anto. lib.3 cap.8.quæst.2.reg.1. except.4.repl.8.

Tit. I X. Ad l. Iuliam de adulterijs, & de stupro.

L. I.*lib.3.cap.1.quæst.5.except.1. repl.1. in fine. & repl.5.*
L. I I.*lib.4 cap.7.quæst.2.causa 12.*
L. I I I.*d. cap.7.quæst.9.Qui torquendi.reg.1.*
ibi, non naturalis. ibidem reg.2.
ibi, quos intra sexagesimũ d.quæst.9. Euentus.reg.2.
ibi, & quorum dominis.d.quæst.9.Antecedentia.
L. I I I I.*lib.4. cap.4.quæst.1.except.9.in fine.& except.10.*
ibi, Idemq; filijs .lib.3.cap.2. except.4. repl.1. in fine.
L. V.*lib.4.cap.7.quæst.2.except.gener.17.in prin.*
ibi, quod continuum.d.except.17.repl.1.
L. V I.*lib.4.cap.7.quæst.3.reg.1.exc.12.repl.1.*
ibi, utiles.d.except. 12.repl.4.
L. V I I.*d.cap.7.quæst.2.causa 15.*
ibi, uel reduxit.ibidem causa 14.
L. V I I I.*d. cap.7.quæst.3.reg.1.except.6.*
L. I X.*d.cap 7.quæst.5.reg.2.*
L. X *d.cap .7.quæst.2 causa 7.item except..gener. 16.*
L. X I.*d.quæst.2.except.gener.13 item quæst.3. reg. 1.except.15.*
L. X I I.*d cap.7.quæst.5.reg.3.except.1.item lib.3. cap 1.quæst.8.reg.1.*
L. X I I I.*d. cap.7.quæst. 2.in fine. replicatione gener.1.*
L. X I I I I.*lib.3.cap.7.actu 2.reg.3.except.4.*
L. X V.*d.actu 2.reg.1.in prin.item lib.4.cap.7. quæst.3.reg.1.except.12.repl.4.*
L. X V I.*in prin.lib.3.cap.11.quæst.2.except.12. repl.13.*
§ *Cæterum.d.quæst.2. in fine.repl.generali 1.*
§ *Quin hoc amplius. lib.4. cap.7. quæst.3. reg.1. except.24.*
L. X V I I *d.cap.7.quæst.2.causa 14.*
L. X V I I I.*d.quæst.2.causa 18.*
L. X I X.*lib.3.cap.1.quæst.7.reg.1. except.4.*
L. X X.*lib.4.cap.7 quæst.2.except.gener.22.*
L. X X I.*d.cap.7. quæst.3. reg. 1. exceptione 12. repl.4.*
L. X X I I.*d.reg.1. except.10.*
L. X X I I I. *lib.4. cap.7. quæstione 2. except. gener.6.*
L. X X I I I I.*in prin. d.cap.7. quæstione 3. reg.1. except.1.*
§ *Is autem.De hoc alibi in act. de Calumniatorib.*
§ *fin.lib.4.cap.7.quæst.2.causa 7.*
L. X X V.*d.quæst.2.except.gener.1.*
L. X X V I *d.quæst 2.except.general 8.repl.2. item lib.3 cap.1.quæst.5.except.3.item lib.7. cap.8. quæst.1.reg.6.*
§ *Si uerò eundem.d.quæst.2.except.gener.2.*
L. X X V I I.*d.quæst.2. exceptione gener.10. repl.2.*
L. X X V I I I.*d.quæst.2.in fine.*

ibi,

Tit. X. Si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit.

Tit. XI. de Mulieribus quæ se proprijs seruis,&c.

Tit. XII. Ad l. Iul. de ui publica seu priuata.

Tit. XIII. de Raptu uirginum seu uiduarum, nec non,&c.

Tit. XIIII. de Emendatione seruorum.

Tit. XV. de Emendatione propinquorum.

Tit. XVI. Ad l. Corneliam de Sicarijs.

Tit. XVII. De his qui parentes uel liberos occiderunt.

Tit. XVIII. de Maleficis, & Mathematicis, & cæteris similibus.

ibi, uel etiam Math.lib.4.cap.9.quæst.1. causa 4.
L. V I I I.d.quæst.1.causa 7.
L. I X.lib.4.cap.4.quæst 1.except.gener.12.

Tit. X X. Ad l. Fauiam de plagiarijs.

L. I.lib.4.cap.6.quæst.2.causa 1.except.6.item q.8. reg.1.
L. I I.d.causa 1.
ibi, moxq; eo suadente. d.q.2.causa 4.
ibi, legis Fauiæ crimen per te.d.cap.6.quæst.4.
L. I I I.d.cap.6.quæst.7.
L. I I I I.d.cap.6.quæst.5.reg.1.
L. V. d.cap.6.quæst.2.causa 1.
L. V I.d. quæst.2.causa 5.in prin.
ibi, exceptis.d.causa 5.except.1.
§ Ita verò liceat.ibidem except.2.
L. V I I.lib.4.cap.6.quæst.6. reg.4.
L. V I I I.d.cap.6.quæst.2.causa 1.except.2.item lib. 7. cap.8.quæst.3.reg.4.
L. I X.d.causa 1.
L. X.d.cap.6.quæst.5.reg.2.
L. X I.De hac in Parte secunda.
L. X I I.lib.4.cap.6.quæst.8.reg.3.
L. X I I I.d.cap.6.quæst.1.
L. X I I I I.d.cap.6.quæst.2.causa 1. except.2.
L. X V.d.quæst.2.causa 2.
L. X V I.d.cap.6 quæst.6.reg.1.3 & 4.

Tit. X X I. Ad l. Viscellam.

L. Vnica.lib.12.cap.3.quæst.1.reg.3.
§ Qui autem.
§ fin.lib.13.cap.3.quæst.5.reg.4.

Tit. X X I I. Ad l. Cornel.de falsis.

L. I.lib.4 cap.8.quæst.6.reg.3.
L. I I.d.cap.8.quæst.8.reg.2.
L. I I I.d.cap.8. quæst.1.except.general.8.
L. I I I I.d.cap.8.causa 10.item exceptione generali 1.
L. V.d.cap.8.quæst.9.reg.1.item lib.3.cap.1.quæst.5. except.12.in prin. & repl.1.
L. V I.d.cap.8.quæst.8.reg.3.
L. V I I.d.cap.8.quæst.1.except.gener.6.
L. V I I I.ibidem except.4.
L. I X.d.cap.8.quæst.9.reg.2.
L. X.d.cap.8. quæst.4.in prin.
L. X I.d.cap.8.quæst.9.reg.2.
L. X I I.d.cap 8.quæst.6.item lib.3.cap.1.quæst.9. reg 3.
L. X I I I.d. cap.8.quæst.1.causa 8.
L. X I I I I.d.quæst.1.causa 12.
L. X V.d.quæst.1.causa 8.
L. X V I. lib.4.cap.8 quæst.9.reg.2.
ibi, cum reus.d.cap.8. quæstione 1. except. gener.7. repl 1.
L. X V I I.d.cap.8.quæst.6.reg.1.except.2.
§ Si itaq;.lib.1.cap.8 quæst.1.except.1.
L. X V I I I.
L. X I X.lib.4.cap.8.quæst.2.reg.1.
L. X X.d.cap.8.quæst.1.except.generali 4.
L. X X I.lib.3.cap.8.q.2.reg.2.except.3.repl.9.
§ Sed non statim.lib.4.cap.8.quæst.8.reg 1.
L. X X I I.lib.4.cap.8. quæst.7.reg.2.except.3.
ibi, nec accusatori.d.quæst.7.reg.1.
ibi, capitali.d cap.8.quæst.5.except.3.
L. X X I I I.d.cap.8 quæst.9.reg.1.
L. X X I I I I.d.cap.8. quæst.7.reg.1.item quæst. 9. reg.1.

Tit. X X I I I. De his qui sibi adscribunt in testam.

L. I. lib.4.cap.8.quæst.1.causa 17. except.6.
L. I I.d.causa 17. except.13.
L. I I I.d.causa 17.except.12.
ibi, cuius ueniam.ibidem except.15.
L. I I I I.d.causa 17.in prin.
ibi, si uenis.d.causa 17.except.16.
L. V.d.causa 17.except.12.
ibi, sed secutus.ibidem except.16.
L. V I.d.except.12.distinct.1. repl.1.

Tit. X X I I I I. de Falsa moneta.

L. I.lib.4.cap.8.quæst.1.causa 22.
§ Impuberes.d.quæst.1.except.gener.2.
L. I I.d.causa 12.
L. I I I.d.causa 22.except.1.

Tit. X X V. de Mutatione nominis.

L. Vnica.lib.4.cap 8.quæst.1.causa 16.

Tit. X X V I. Ad l. Iuliam de ambitu.

L. Vnica.lib.13.cap.4.quæst.1.reg.9 exceptione 8. repl.1.

Tit. X X V I I. Ad l.Iul. repetundarum.

L. I.lib.2.cap.3.actio.1.quæst.1.in fine exceptione general.2.
ibi, in quadruplum.d.actio.1.quæst.3.reg.2.
L. I I.d.act.1.quæst.2.reg.1.
L. I I I.d.act.1.quæst.1.causa 2.
L. I I I I.d.causa 2.
ibi, is uel administrante.d.act.1. quæst 4.reg.2.
L. V d.quæst.4. reg.2.
L. V I.d.act.1.quæst 1.causa 2 item causa 12.item lib. eod.cap.1.quæst.1.reg.1. quæst.3. reg.3.
§ fin.d.quæst.3.reg.6.

Tit. X X V I I I. de Crimine peculatus.

L. Vnica.De hac in Furto dicetur.

Tit. X X I X. de Crimine sacrilegij.

L. I.
L. I I.lib.2.cap.7.reg.3.item lib.1.cap.6.reg.1.cap. 10 in prin.
L. I I I.lib.1.cap.1.except.1.reg.14.

Tit. X X X. de Seditiosis, & ijs qui plebem audent, &c.

L. I.lib.4.cap.1.causa 3.
L. I I.ibidem causa 2.

Tit. X X X I. Quando ciuilis actio criminali, &c.

L. Vnica.

L. Vnica

L. Vnica.

§ Lucratiuas

ff Tit

Tit. X X I. de Metropoli Beryto.

L. *Vnica.*

Tit. X X I I.. de Canone frumentario urbis Romæ.

L. *I.lib.11.cap.6.in fine.*

L. *I I, lib.12.cap.12.*

L. *I I I.d.cap.12.reg.2.*

Tit. X X I I I. de Frumento urbis Constantinopol.

L. *I.d.cap.12.reg.2.*

L. *I I.d. cap.12 reg.1.*

Tit. X X I I I I. de Annonis ciuilibus.

L. *I.d.cap.11.reg.8.*

L. *I I.ibidem.*

Tit. X X V. de Mendicantibus ualidis.

L. *Vnica.lib.12.cap.7.perf.8.*

Tit. X X V I. de Nauticis Tyberinis.

L. *Vnica.lib.11.cap.6.quæst.3.*

Tit. X X V I I. de Frumento Alexandrino.

L. *I.lib.12.cap.12.reg.6.*

L. *I I.d. cap.12.reg.8.*

Tit. X X V I I I. de Alexandriæ primatibus.

L. *Vnica.*

Tit. X X I X. de Iure Reipublicæ.

L. *I.lib.8.cap.3.quæst.2.except.6.*

L. *I I.lib.8.cap.9 reg.1.*

L. *I I I.lib.12.cap.13.reg.7.*

L. *I I I I.lib.12.cap.11.reg.6.*

Tit. X X X. de Administr. rerum public.

L. I.

L. *I I.lib.12.cap.5.quæst.4.reg.4.*

Tit. X X X I. de Vendendis rebus ciuitatis,

L. *I.lib.13.cap.8.quæst.5..reg. 1.except.3,*

L. *I I.d.except.3.repl.3.*

L. *I I I.lib.12.cap.9.membr.1.in prin.*

Tit. X X X I I. de Debitoribus ciuitatum.

L. *I.lib.2.cap.1.quæst.1.reg.5.*

L. *I I.lib.8.cap.9.reg.3.*

Tit. X X X I I I. de Periculo nominatorum.

L. *I.lib.13.cap.7.quæst.2.reg.4.except.9.*

L. *I I.d.reg.4.except.5.*

Tit. X X X I I I I. de Periculo eorum qui pro magistr. &c.

L. *Vnica.d.quæst.2.reg.5.except.2.*

Tit. X X X V. Quo quisq; ordine conueniatur.

L. *I.lib.13.cap.7.quæst.2.reg.6.except.2.*

ibi, uos autem.d.quæst.1.reg.3.except.1.

L. *I I.d.quæst.2.reg.6.except.3.repl.1.*

ibi, item fideiussores. d.quæst.2.reg.5.in prin.

ibi, tunc domum.d.quæst.2.reg.4.except.3.

ibi, ac si ne is quidem.d.quæst.2.reg.6.except.2.

L. *I I I.d.reg.6.in prin.item exc.3.in prin.& repl.1*

L. *I I I I.d.quæst.2.reg.3.*

ibi, etsi solida.d.quæst.2.reg.4.except.1.

ibi, priores enim.d.quæst.2.reg 6.except.3.

Tit. X X X V I. Ne quis liber inuitus actum Reipub. &c.

L. *I. cum lege sequente.lib..3.cap.2. quæst.4. reg.3.*

Tit. X X X V I I. Sumptus iniuncti muneris ad omnes, &c.

L. *Vnica.d. cap.2.quæst.6.reg.5.*

Tit. X X X V I I I. De his qui ex officio quod admini. &c.

L. *Vnica. lib.13.cap.7.quæst.3.reg.1.*

Tit. X X X I X. de Solut. & liberat. debitorum ciuitatis.

L. *Vnica.lib.7.cap.3.quæst.8.in prin.except.2.*

Tit. X L. de Spectaculis scenicis, & lenonibus.

L. *I.lib.12.cap.14.reg.5.*

L. *I I.d.cap.14.reg.6.*

L. *I I I.ibidem reg.7.*

L. *I I I I.ibid. reg.9.*

L. *V.ibid.reg.8.*

L. *V I.lib.4.cap.7.quæst.2.causa 4.*

Tit. X L I. de Expensis publ. ludorum.

L. *Vnica. lib.12.cap.14.reg.10,*

Tit. X L I I. de Aquæductibus.

L. *I.lib.12.cap.10.reg.28.*

ibi, preterea scire.d.cap.10.reg.27.

L. *I I.ibidem reg.33.*

L. *I I I.d reg.33. except. 1.repl.2.*

L. *I I I I.d.reg.33.except.2.*

L. *V.d.reg 31.except.1.*

L. *V I.d.except.1.repl.5.*

§ Super his.lib.12.cap.10.reg.27.

L. *V I I.d.cap.10.reg.29.*

ibi, illo uidelicet.d.cap.10.reg.31.except.1.repl.4.

L. *V I I I.d.reg.19.*

L. *I X.d.cap.10.reg 30.*

L. *X.in prin.d.cap.10.reg.33.*

§ Hoc etiam præcip.d. cap.10.reg.27.

§ Vniuersos.d.cap.10.reg.31.

L. *X I.d. cap.10.reg.33.except.1.*

Tit. X L I I I. de Gladiatoribus.

L. *Vnica.lib.12.cap.14.reg.12.*

Tit. X L I I I I. de Venatione ferarum.

L. *Vnica.d.cap.14.reg.13.*

Tit. X L V. de Maiuma.

L. *Vnica.d.cap.14.reg.11.*

Tit. X L V I. Vti armorum usus inscio principe, &c.

L. *Vnica.lib.4.cap.1.causa 6.*

Tit. X L V I I I. de Capitatione ciuium censibus, &c.

L. *Vnica.lib.11.cap.4.quæst.1.reg.1.except.1.*

Tit. L I. de colonis Thracensibus.

L. *Vnica.d.reg.1.except.2.*

Tit.

ff 3 L. I.

L. I.*lib.13.cap.5. except.9. repl.2.*
L. I I.*d.repl.2.dupl.2.item lib.12. cap.6.q.1.reg.2.*
L. I I I.*d.repl.2.dupl.4.*
L. I I I I.*d repl.2.dupl.3.item except.13.*
L. V.*d.repl.2.*

Tit. L X X V.de Grege dominico.

L. *Vnica.lib.11.cap.8.de administr.reg.10.*

Tit. L X X V I.de Palat. & domib. &c.

L. *Vnica.ibid.in reg 6.*

Tit. L X X V I I.de Cupreſsis, & luco.

L. I
L. I I.

LIBRI DVODECIMI CODICIS

Tit. I. de Dignitatibus.

L. I.*lib.2.cap.5.quæſt.1. reg.33.*
L. I I.*lib.2.cap.1.quæſt.1. reg.2.*
L. I I I. *lib.2.cap.5.quæſt.1. reg.4.*
L. I I I I.*lib.13.cap.4.reg.14.except.1.*
L. V.*d.reg.14.item lib.2.cap.5.quæſt.4.reg.3.*
L. V I.*lib.2.cap.1.quæſt.1.reg.11.*
L. V I I.*lib.15.cap.4.reg.14.except.1.*
L. V I I I.*lib.2.cap.5.quæſt.4.reg.3.*
L. I X *lib.2.cap.1.quæſt.2.reg.12.*
L. X.*lib.1.cap.8.quæſt.2.reg.2.except.3.repl.9.*
L. X I.*lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.31.except.7.*
L. X I I.*d.cap.5.quæſt.3.reg.1.*
L. X I I I.*d.cap.5.q.2.reg.34.itē lib.5. cap.2. q.1.*
L. X I I I I. *lib.13.cap.4.reg.14.* (*exc.16.*
L. X V.*lib.2.cap.2.reg.11 & reg.12.*
L. X V I.*lib.3.cap.1.quæſt.8.reg.6.item cap.6. actu 4. quæſt.1.except.1.*
L. X V I I.*lib.2.cap.5.quæſt.3.reg.2.item lib.6.cap. 9. quæſt.3.except.2.*
L. X V I I I.*lib.2.cap.2.reg.12.*

Tit. I I.de Prætoribus & honore præturæ, &c.

L. I.*lib.2.cap.11.quæſt.2..*
L. I I.*lib.13.cap.2. quæſt.4.reg.4.*

Tit. I I I.de Conſulibus & non ſpargendis, &c.

L. I.*lib.2.cap.5.quæſt.1. reg.3.*
L. I I.*lib.2.cap.9.reg.1.*
L. I I I.*lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.35.*
§ *Quoniam uerò.lib.2.cap.9.reg.1.*
L. I I I I.*d.reg.1.except.1.*
L. V.

Tit. I I I I. de Præfectis prætorio, &c.

L. I.*lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.3.& reg.4.*
L. I I.*d.reg.3.*

Tit. V.de Præpoſitis ſacri cubiculi, &c.

L. I.*lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.5.*
ibi, ut in ſedibus.d.quæſt.1. reg.3.
L. I I.*lib.13.cap.4.reg.21.*
ibi, domus quoq; lib.11.cap.14.membr.3. reg.1. exc.5.
L. I I I. *lib.5.cap.2. quæſt.1.except.27.*
L. I I I I.
L. V.*lib.2.cap 5.quæſt.1.reg.5.*

Tit. V I.de Quæſtoribus, & magiſtris officiorum, &c.

L. *Vnica.d.quæſt.1.reg.6.*

Tit. V I I.de Primicerio, & ſecundicerio, & notarijs.

L. *lib.2.cap.5.quæſt.3.reg.4.*
L. I I.*lib.2.cap.19.membr.9.reg.1.*

§ *Hos autem tribunos.lib.2.cap.5.quæſt.3. reg.5*
§ *Illud præcipuè.lib.2.cap.1. quæſt.1.reg.19. item cap. 5.quæſt.1. reg.1.*
§ *Hoc etiam.d.cap.5. quæſt.1.reg.7.*

Tit. V I I I.Vt dignitatum ordo ſeruetur.

L. I.*lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.1.*
L. I I.*ibidem & reg.2 & reg.3.*

Tit. I X.de Magiſtris ſacrorum ſcriniorum.

L. *Vnica.lib.11.cap.4.reg.17.*

Tit. X.de Comitib. conſiſtorianis.

L. I.*lib.2.cap.5.quæſt.1. reg.8.*
L. I I.

Tit. X I. de Præpoſitis & tribunis ſcholarum.

L. *Vnica.lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.9.*

Tit. X I I. de Comitib. rei militaris.

L. I.*cum lege ſequente.d.quæſt.1.reg.10 & reg.11.*

Tit. X I I I. de Comitibus, & archiatris ſacri palatij.

L. *Vnica.d.reg.11.*

Tit. X I I I I. de Comitibus qui prouincias regunt.

L. *Vnica.lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.12.*

Tit. X V.de Profeſſoribus qui in urbe Conſtantinopol.

L. *Vnica.d.quæſt 1 reg.14.*

Tit. X V I.de Silentiarijs & decurionibus.

L. I.*d.quæſt.1. reg.15.*
L. I I. *lib.13.cap.4.reg.15 & reg.22.*
L. I I I.*d.reg.13.item lib.2 cap.5.quæſt.5.reg.4.*
§ *Domus quoq;.lib.11. cap.14. membro 3. reg.1. except.6.*
L. I I I I.*lib.5.cap.2.quæſt.1.except.28.*
L. V.

Tit. X V I I. de Domeſticis & protectoribus.

L. I. *lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.17.*
L. I I.*d.reg.17.*
L. I I I *lib.2.cap.5.quæſt.3.reg.3.*
L. I I I I.*lib.1.cap.1.quæſt.3. reg.8 except.2.*

Tit. X V I I I. de Præpoſitis laborum.

L. *Vnica.lib.2.cap.5.quæſt.1.reg 18.*

Tit. X I X. de Proximis ſacrorum ſcriniorum, &c.

L. I.*lib.2.cap.5.quæſt.1.reg.19.*
L. I I. *cum lege ſequente.d.quæſt 1.reg.20.*
L. I I I I.*lib.13.cap.4.reg.16.*
§ *fin. lib.2.cap.5.quæſt.3.reg.4.*

L. III.d.reg.24.
L. IIII.lib.2.cap.5.quæst.1.reg.3 & reg 25.
§ Siquis autem.d.quæst.1.reg.1.

Tit. XXX. de Priuilegijs scholarum.

L. I.lib.1.cap.12.quæst.1. except.1. in fine.
L. II.lib.2.cap.5.quæst.1.reg.26.item lib.5.cap.2. quæst.1.except.34.
L. III.lib.8.cap.5.de sportulis.except.5.
ibi, minime eos casue. lib.6.cap.9.quæst.4.reg.5.
§ Ne tamen.d.cap.9.quæst.2.except.5.

Tit. XXXI. de Castrensi omnium palatinorum peculio.

L. Vnica.

Tit. XXXII. de Equestri dignitate.

L. Vnica.lib.2.cap.5.reg 27.

Tit. XXXIII. de Perfectissimatus dignitate.

L. Vnica.d.cap.5.reg.36.

Tit. XXXIIII. Qui militate possunt uel non, &c.

L. I.lib.11.cap.12.quæst.1.reg.15.
L. II.d.quæst.1.reg.16.
L. III.d.quæst.1.reg.5.
L. IIII.ibidem reg.6.
L. V.ibid.reg.7.item lib.2.cap.1.quæst.1.reg.17.
L. VI.lib.11.cap.12.quæst.1.reg.1.
L. VII.lib.2.cap.1.quæst.1 reg.6.

Tit. XXXV. Negociatores ne militent.

L. Vnica.lib.2.cap.1.quæst.1.reg.11.& cap.18.de apparitor.quæst.1.reg.10.

Tit. XXXVI. de Re militari.

L. I.lib.11.cap.12.quæst.8.except.2.
L. II.lib.13.cap.4.reg.34.
L. III.lib.11.cap.12.quæst.4.reg.6.
L. IIII.lib.11.cap.13.reg.15.
L. V lib.3.cap.ult.in fine.
L. VI.lib.11.cap.12.quæst.4.reg.3.
L. VII.lib.3.cap.14.quæst.1.causa 7.
L. VIII.d.quæst.4.reg.2.
L. IX.lib.11.cap.13.reg.50.
L. X.d.cap.13.reg.41.
L. XI.cap.13.reg.18.
L. XII.ibidem reg.40.
L. XIII.ibid.reg.35.
§ Si uerò quisquam.ibid reg.37.
§ fin. ibid.reg.18.
L. XIIII. lib.11.cap.11.quæst.1.reg.5.
L. XV.lib.11.cap.13.reg.35.
L. XVI. ibidem.
L. XVII. lib.11.cap.12.quæst.2.
L. XVIII.in prin.lib.5.cap.2.q.1.exc.56. repl.5.
§ Vt autem omnifariam, usq; ad §. Erit autem.lib.11. cap.12.quæst.3.reg.1.
§ Erit autem.lib.5.cap.2.quæst.2.in fine.repl.9.
§ Quibus uiris.lib.11.cap 13.reg.42.
§ Sin uerò etiam.lib.11.cap.11.quæst.3.reg.6.
§ Quoniam uerò, usq; ad finem legis.d.q.3.reg.4.

Tit. XXXVIII. de Erogatione militaris annonæ.

L. I. lib.11.cap.14.in prin.
L. II.cap.14.membr.1.reg.6.item lib.eod.cap.13. reg.43.
L. III.d.cap.15.reg.42.
L. IIII. lib.11.cap.6.quæst 1.reg.1.
L. V. lib.11. cap.14.membr.1.reg.5.
L. VI.d.membr.1.reg.4.
L. VII.d. reg 4.
L. VIII.ibidem reg.5.
L. IX.lib.11 cap.1.perf.5 reg.14.
L. X. lib.11.cap.14.membr.1.reg.7.
L. XI d.perf.5.reg.9 & reg.10.
L. XII.lib.11.cap.14.membr.1.reg.8.
L. XIII.d membr.1.reg.9.
L. XIIII.ibidem reg.10.
ibi, uel si quis eorum.ibid.reg.19.
L. XV.ibidem reg.11.
L. XVI.in prin.ibid. reg.12.
ibi, & secundum.ibid.reg.17.
§ Hoc uidelicet obser.ibid reg.14.
§ Si qua tamen.ibid reg.15.
§ Super his uerò, usq; ad §. Hoc etiam adijciendo. ibid.reg.16.
ibi, quos tantummodo.lib.11.cap.11.quæst.1.reg.8.
ibi, non dando pro tempore.d.reg.8.
§ Hoc etiam adijciendo.lib.11.cap.1.perf.5.reg.ult.
§ Hoc uidelicet.lib.11.cap.14.membr.1.reg.18.
§ Si uerò idem officium ibidem.
§ fin.ibidem reg 19.
L. XVII.ibidem reg.16.except.2.
§ Hoc omnifariam. lib.11.cap.11.quæst.1.reg.6.

Tit. XXXIX. de Excoctione & translatione milit.&c.

L. I.lib.11.cap.1.perf.5.reg.13.
L. II.

Tit. XL. de Militari ueste.

L. I.lib.11.cap.14.membr.2.reg.1.
L. II.ibid.reg.2.
L. III.ibid.reg.3.
L. IIII.d.reg.5.

Tit. XLI. de Metatis & epidemeticis.

L. I.lib.11.cap.14.membr.3.reg.6.
L. II.d.membr.3.reg.3.
L. III.lib.2. cap.2.reg.11.
L. IIII.d. membr.3.reg.1.except.1.
L. V.d.membr.3.reg.1.
§ Solam sanè hospital.ibidem reg.8.
L. VI.d.reg.8 & reg.9.
L. VII.d.membr.3.reg.7.
L. VIII.d.membr.5.reg.1.except.2.
L. IX.in prin.ibidem reg.10.
§ Deinde neminem.d.membr.5.reg.1.except.3. repl.3. & reg.5.
§ Cæteris uerò.d.except.3.repl.2.
ibi, scituris omnibus.d.except.3.repl.3.
L. X.d. except.3.in prin.
L. XI.d. reg.1.except.4.

Tit. XLII. de Salgamo hospitib. non præbendo.

L. Vnica.

L. V I.

Tit. LIX. de Apparitor. præfecti annonæ.

Tit. LX. de Diuersis officijs, & appa-ritor. iudicum, &c.

Tit. LXI. de Executoribus & exactoribus.

Tit. LXII. de Lucris aduocatorum & concussione, &c.

Tit. LXIII. de Primipilo.

Tit. LXIIII. Publicæ lætitiæ uel consulum, &c.

INDEX TITVLORVM INSTITVTIONVM qui in hac Prima Digistorum parte continentur.

LIBRI PRIMI INSTITVTIONVM

Tit. I. de Iusticia & iure.

Tit. II. de Iure naturali, gentium, & ciuili.

LIBRI QVARTI INSTITVTIONVM

Tit. XI. de Satisdationibus.

Tit. XVI. de Pœna temere litigantium.

INDEX NOVELLARVM CONSTITVTIONVM quæ in hac Prima Digestorum parte continentur.

§ Porrò

§ Porrò uolumus.lib.2. cap.16. membr.2. quæst.2. re[illegible].3.

[illegible] á neq; eos.lib.2.cap.3.actio. 5.

[illegible]aterea si quos.ibidem.

Ad cum itaq;.lib.2.cap.1.quæst.3.reg.3.

§ Sciat enim celsitudo.lib.2.cap.3.actio.1.quæst.1.causa 12.

§ Proinde cum ita.lib.11. cap.5.quæst.4.reg.4.

§ Deinde ut subd.lib.2. cap.2.reg.13.

§ Neq; ut ipsi. ibidem.

§ Quapropter.lib.2.cap.1.quæst.1.reg.1. & quæst.3. reg.1.

§ Cæterum si quis d. quæst.3. reg.6. item cap.3. act.5.

§ Atq; hæ quidem.d.cap.3.actio.1.quæst.4 reg.1.

§ Damus autem.d. cap.3.actio.4.

§ Secundum ueteres.lib.2. cap.2.reg.17.

§ Adeoq; ipsis.d. actio.4.

§ Si autem uoluerit.d. reg.17.

§ Illo scilicet obsec.d. act.4. except.1.

§ Enimuerò ut & nos.

§ Ex quo uitem, usq; ad §.Volentes. lib.11. cap.4. in fine.

§ Volentes enim.lib.2.cap.1.quæst.3.reg.1.

§ Quod uerò à nobis.lib.2.cap.16. membr.2. quæst.2. reg.3.

§ In talibus.ibidem.

§ Interdicimus.lib.2.cap.18.de uicarijs.reg.1.

§ Oportet igitur.lib.2.cap.16.membr.3.reg.2.

§ Denegamus.lib.2.cap.2. reg.17.

§ Iusiurandum. lib.2.cap.1.quæst.3. reg.4.

§ Feratur autem.

§ Curam gerentes.lib.2.cap 3. actio. 5.

ibi, dabunt enim pro præbitis.lib.2. cap.1 quæst.3. [illegible] reg.2.in fine.

§ Notitia siue index,usq; ad §.Scriptum huius legis. d.quæst.3.reg.1.except.1 & 2. item reg.2.

§ Iusiurandum subeant.d.quæst. 3.reg.1.

§ Qui uerò administrationes.d.quæst.3.reg.4.

Nouell. c. IX. Iusiurandum quod præstari solet, &c.

lib.2.cap.1.quæst.3.reg.1.

Nouell. c. X. Vt ecclesia Romana centum annor.&c.

lib.10.cap.10.reg.4.

In prin.lib.10 cap.6.reg.1.

Nouell. c. XI.de Referendarijs sacri palatij.

lib.2.cap.19.membr.16.

Nouell. c. XIII.de Plebeis prætoribus.

lib.2.cap.13.quæst.4.item cap 14.quæst.2. & quæstione 3.

Nouell. c. XIIII.Ne quo in loco per Imp. Rom. leno.&c.

lib.4.cap.7. quæst. 2.causa 4

Nouell. c. XV.de Defensoribus ciuitatum.

In prin. usq; ad §.Interea igitur.Exordium.

§ Interea igitur.lib.12.cap.1.de defensorib.q.1.reg.3.

ibi, decreto utiq;.ibidem quæst.2.

§ Iusiurandum.ibid.quæst.3.

ibi, & confirmetur.ibid.quæst.2.

ibi, & per biennium.ibidem quæst.1.reg.4.

ibi, non habente licent.d. cap.1. de defensore remouendo.reg.2.

§ Nulla facultate.d.cap.1.de defensor. iure & officijs. reg.7.

ibi, quos præsidum. ibidem reg.2.

§ Item ut apud.ibid. reg.8.

§ Deinde ut. ibid.reg.2.

ibi, & ut cohortales.ibid.reg.14.

§ Habeant.d.reg.14.

ibi, dicantq; ius.lib.5.cap.2.quæst.1.except.47.item lib.12.cap.1.de defensorib. membr.3.reg.1.

§ Enimuerò appell.d. membr.3.reg.10.

§ Si quis uerò.ibidem reg.11.

§ Ac si ciuitatis. lib.12. cap.1.de defensorib. creandis. quæst.1.reg.3.

ibi, decretum uerò.ibid.quæst.2.

ibi, neq; ullo unquam.d.cap.1.de defen. officijs.reg.7.

§ Conficiat etiam. ibidem reg 13.

§ Fient autem.ibid. reg.12.

§ Cognoscent.lib.12.cap.1.de defensor.membr.3.reg. 1.& reg.5.

§ Si qui etiam. ibid.reg.9.

§ Cæterum si qua.lib.12.cap.1. de defensor. q. 1.reg.3.

§ Assumet uerò.d.reg.3.

ibi, & ita singuli.ibidem reg.4.

§ Præterea ut.d.reg.4.

Nouell.c. XVI. Vt clerici ex una ecclesia.&c.

lib.10.cap.1.quæst.1.reg.3.

Nouell. c. XVII. Præcepta præsidum.

In prin.lib.2.cap 1.quæst.3.reg.9.

§ Oportet igitur.lib.2.cap.3.actio. 5.

§ Simulq; operam des.lib.2.cap.16.membr.3.reg.4.

§ Deinde.d.membr.3.reg.1.

§ Tertiò.lib.2.cap.2 reg.8.item lib.8.cap.2.exc.42.

§ Si quis uerò.lib.8.cap.1.quæst.4.reg.1.

§ Deinde conueniens.

§ Sed & rerum.lib.12.cap.10.reg.3.

§ In omnes.

§ Neq; item.

§ Maximè.

§ Adsessorem.

§ Et talem.

§ Sed neq;.

§ Cæterum homicidis.lib.10.cap.10. reg.6. except.3.

§ Ipsas uerò,usq; ad §.Non permittes. lib.2. cap.16. membr.3.reg.4.item lib.10.cap.10.reg.6.exc.4.

§ Ferent autem ibidem.item lib.11.cap.5. quæst.6. reg.1.in fine.

§ Compelles, usq; ad §.Non permittes.d. cap.5.quæst. 4.reg.5.

§ Non permittes.

§ Quod si dixerint.

§ Illud etiam, usq; ad §.Enimuerò.lib.2.cap.2.reg.12.

ibi,

§ Propterea

§ Damus

§ Quod si monachus, usq; ad §. Si quis ascetriam. d. cap. 2. reg. 18.
§ Si quis ascetriam, usq; ad §. In uniuers. lib. 10. cap. 7. de mulierib. reg. 5. item lib. 4. cap. 3.
§ In uniuersum. lib. 10 cap. 5. reg. 7.
§ Pœnas deniq;.
§ Confirmamus. clausula generalis.

Nouell. c. CXXIIII. de Litigatorib. & de sport.

in prin. lib. 7. cap. 1. de iurament. quæst. 4. reg. 1.
§ Quod si ut solet. ibidem quæst. 5. except. 3.
§ Si mulier. d. quæst. 5. except. 2.
§ Si partes. ibid. except. 4.
§ Illo utiq;. ibid. quæst. 8. reg. 1. & reg. 2.
§ Si quis litigantium, usq; ad §. In litibus.
§ In litibus. d. quæst. 4. reg. 3.
§ Sed & hoc, usq; ad §. Quia uerò. lib. 2. cap. 3. act. 5.
§ Quia uerò.

Nouell. c. CXXV. de Iudicibus.

lib. 7. cap. 10. quæst. 1. in prin.

Nouell. c. CXXVI. Exemplum sacræ for. de appell.

in prin. lib. 7. cap. 10. quæst. 3. reg. 4. item cap. 11. reg. 8.
§ In omnib. usq; ad §. Ad hæc sancimus. lib. 8. cap. 3. except. 47. repl. 5. dupl. 7.
§ Ad hæc sancimus. lib. 8. cap. 1. q 9. reg. 7. & reg. 8.
§ Quod si quis. d quæst. 9. regul. 12 & 13. except. 1. item d. except. 47. repl. 5. dupl. 8.

Nouell. c. CXXVIII. de Publicis tributis expedien.

In prin. usq; ad §. Porrò iubemus. lib. 11. cap. 4. q. 6. reg. 1.
ibi, sed & harum. lib. 11. cap. 5. quæst. 4. reg. 3.
§ Porrò iubemus. d. cap. 5. quæst. 5. reg. 1.
§ Insuper. d. cap. 5. quæst. 4. reg. 5.
§ Sed & hoc. d. quæst. 4. reg. 3.
§ Quin. & hoc. d. cap. 5. quæst. 1. reg. 1.
§ Hoc quoq;. ibidem. item cap. 3. quæst. 3. reg. 2.
§ Si uerò canoni carius.
§ Si quando. lib. 11. cap. 5. quæst. 3. reg. 11. except. 1.
§ Non aliter, usq; ad §. Iubemus. lib. 11. cap. 4. quæst. 1. reg. 2. except. 2.
§ Iubemus. lib. 11. cap. 4. quæst. 3. in fine.
§ Quis uerò. d. cap. 4. quæst. 4. reg. 3.
§ Hoc quoq;. lib. 11. cap. 1. perf. 5. reg. 15.
§ Sed et si quis. ibid. reg. 16.
§ Nulli autem. lib. 10. cap. 10. reg. 6. except. 5.
§ Item nemo. lib. 11. cap. 5. quæst. 2. reg. 1. & reg. 2.
§ Eos uerò. lib. 11. cap. 5. quæst. 3. reg. 4.
§ Ac cum de urbibus, usq; ad §. Ad hæc sancimus. lib. 12. cap. 13. reg. 6.
§ Ad hæc sancimus, usq; ad §. Vltra hæc. lib. 2. cap. 18. de uicarijs. reg. 1.
ibi, nisi per nostram. d. reg. 1. except. 3.
ibi, citra tamen nouissimum. ibidem reg. 3.
§ Vltra hæc iubemus. lib. 2. cap. 2. reg. 12.
§ Præterea, usq; ad §. fin. d. cap. 2. reg. 17.

Nouell. c. CXXIX. de Transitu militum.

lib. 11. cap. 13. reg. 43 & 45 item cap. 14. membr. 1. reg. 20.
§ Penult. lib. 11. cap. 14. membr. 3. reg 3. in fin.

Nouell. c. CXXXI. de Ecclesiasticis canonibus, &c.

§ 1. lib. 10. cap. 11. de fide. reg. 3. & lib. 1. cap. 9. de sacris regulis.
§ Ac propterea. lib. 10. cap. 6. reg. 1.
§ Omnia autem. lib. 10. cap. 10. reg. 1.
§ Ad hæc sancimus. d. cap. 10. reg. 2.
§ Quod si res. d. cap. 10. reg. 3.
§ Item pro tempore. d. cap. 10. reg 4.
§ Præterea si quis. lib. 10. cap. 9 membr. 1. reg. 1.
§ Certè qui semel. d. membr. 1. quæst. 4.
§ Si quis domi. lib. 10. cap. 11. de sacrific. reg 2.
§ Si quis in nomine, usq; ad §. Si quis uenerabile.
§ Si quis uenerabile, usq; ad §. Ac siquidem. lib. 10. cap. 9. membr. 1. quæst. 3.
§ Ac siquidem. cum sequentibus.
§ Si legatum. lib. 10. cap. 8. membr. 3. except. 13.
§ Interdicimus. lib 10. cap. 6. reg. 13.
§ Atq; omnia hæc. lib. 10. cap. 14. de orphanotroph. reg. 5.
§ Quod si quis. lib. 10. cap. 3. reg. 4.
§ Porrò iubemus, usq; ad §. At si orthodoxus. lib. 10. cap. 12. quæst. 3. reg. 4.
§ At si orthodoxus. d. quæst. 3. reg. 3.
§ Si quis item, usq; ad §. Sanè orphanotroph. d. q. 3. reg 2.
§ Sanè orphanotro. lib. 10. cap. 14. de orphan. reg. 1.
§ Res uerò. ibidem reg. 2.
§ Sed & tutelarib. ibidem reg. 4.
§ Conseruari. d. cap. 14. de rebus. reg. 1.

Nouell. c. CXXXII. Edictum de fide constant.

lib. 10. cap. 12. quæst. 1. reg. 2.

Nouell. c. CXXXIII. de Monachis & ascetrijs, &c.

In prin.
§ Ac descripsimus, usq; ad §. Et primum quidem. lib. 10. cap. 2. reg. 5.
§ Et primum. d. cap. 2. reg. 10.
§ Deinde etsi Ecclesia. d. cap. 2. reg. 2.
§ Porrò in sacros. d. cap. 2. reg. 6. item cap. 7. de apocrisiarijs.
§ Non ingredietur, usq; ad §. Quia uerò nihil. d. cap. 2. reg. 9.
§ Quia uerò nihil. cum sequentibus.
§ Enimuerò singula, usq; ad §. Certè si quis. lib. 10. cap. 7 de apocris.
§ Certè si quis. cum sequentib.
§ Illud quoq;. lib 10. cap. 2. reg. 16.
ibi, duabus enim. d. cap. 2 reg. 2 & 3.

Nouell. c. CXXXIIII. de Vicarijs, seu locum, &c.

In prin. lib. 2. cap. 18. de Vicarijs. reg. 1.
§ Solum modo d. reg 1. except. 2 & 3.
§ Ad hæc iubemus. d. reg. 1.
ibi, si uerò usuueniat. d. reg. 1. except. 3.

§ Porrò

INDICIS LEGVM PANDECT. COD. INSTIT. ET NOVELL. CONSTIT. FINIS.

RERVM ET VERBORVM IN HAC PRIMA DIGESTORVM PARte memorabilium copiosus INDEX.

B

D

F.

fiscus

impu-

iurare

L.

monaste-

P

rescriptum

T

testium

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA OPORINIANA, ANNO SALVtis humanæ M.D.LXVIII. mense Martio.

D 13.